[illegible]

A' Di 22 di Maggio del 1574

[illegible] ~~[illegible]~~ nel lo sopra scritto

Paol' Emilio Casati [illegible] da M. P. [illegible]

I

Regule que dicuntur [illegible] falso illi attribuuntur ut ex ore eius audiuisse [illegible] 24 n 4 l. 3

+7617

Bartholomeus Socinus 1. 62. 174. 223. 270. 350. 352. 520. 531

Petrus Duenas 29. 84. 192. 244. 282.

Fran.cus Turzanus 542.

Antonius Corsetus 478

Joannes Bernardinus Diaz 23. 74. 184. 224. 278. 351. 534. 520. 537.

Andreas Tiraquellus 227. 473.

Damasius + 547

REGVLÆ

IVRIS TAM CIVILIS, QVAM CANONICI,

A diuersis conscriptę ac collectæ,

Quæque hactenus diuersis Libris circunferebantur, nunc multo emendatiores quàm vnquam antea, in vnum volumen studiosorum gratia congestæ.

IVRE CONSVLTORVM AVTEM NOMINA HÆC SVNT,

Bartholomaus Socinus. *Ioannes Bernardus Diaz.*
Petrus Duenas. *Andreas Tiraquellus.*
Franciscus Turzanus. *Damasius.*
Antonius Corsetus.

Omnibus Iurisprudentiæ studiosis apprimè vtiles ac necessariæ.

Cum rerum & verborum omnium Indice locupletissimo.



VENETIIS,

APVD HIERONYMVM SCOTVM.

M D LXXI.

INDEX RERVM MEMORABILIVM
QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR,

Ordine Alphabetico collectus.

Item

Creditor

Domina-

Doctor

Fallit

F

Fideiuſſori

I

L

Literæ

N

O

P

Processus

Q

R

Retentio

à Senten-

FINIS INDEX REGVL. IVR.

IVRIS VTRIVSQVE REGVLAE,

Quæ tam à Bartholomæo Socino, quàm à Ioan. Bernardo Diaz, & Petro à Duenas collectæ,

Diuersis hactenus libris circunferebantur, emendatiores quàm anteà in vnum volumen Studiosorum gratia congestæ: & Alphabeti ordine seruato ita cumulata, vt nihilominus cuius Authoris hæ fuerint, facilè dignosci possit.

De litera A.

REGVLA PRIMA:

ABLATIVI Absoluti regulariter faciunt conditionem propriam de futuro, vltra iura quæ aliàs adducuntur, adde tex. in l. facta. §. rescripto. ff. ad Trebe. vbi iungendo principium illius text. cum fi. probat text. quòd paria sunt vel ꝙ dispositio fiat per ablatiuos absolutos, vel ꝙ fiat per conditionem, si.

Amplia primò istam reg. quòd non solùm ablatiui absoluti faciunt conditionem propriam, imò faciunt conditionem expressam. ita sing. tenet Bart. in l. j. in prin. in vlt. col. in. 7. q. ff. de condi. & demon. quia actus verbi importati per ablatiuos absolutos importat futurum euentum, qui futurus euentus est expressus. ergo faciunt conditionem propriam & expressam.

Amplia secundò, quòd ista regula procedit etiam in statutis: nam etiam in statutis ablatiui absoluti faciunt conditionem, ergo propriam secundum Bal. in l. non sine. circa prin. C. de bo. quæ lib. vbi not. decidit quòd stante statuto quòd præmortua vxore maritus lucretur dotē, non habebit locum in sponsa: quia illi ablatiui, vxore præmortua, faciunt conditionem, id est, si vxor sit primò mortua. sed ista non est vxor, ergo deficit conditio statuti: per consequens statutum.

Tertiò not. amplia ꝙ ista regula procedit etiam si cum ablatiuis absolutis apponatur conditio, vt, quæ regulariter facit modum, adhuc isti ablatiui absoluti etiam iuncta dictione, vt, faciunt conditionem. ita signanter tenet Bar. in l. sub conditione, in iij. col. ff. de sol. per text. in l. si ego. §. j. ff. de iure dot. facit l. à testatore. ff. de condit. & demon. & l. facta. §. rescripto. iungendo principiū cum fi. ff. ad Treb.

Primò fallit ista regula, quando materia subiecta repugnat, vt in rub. sol. mat. quæ necessariò est solùm in præteritum, vel de præsenti, benefacit quod in proposito tenet no. Bal. in repe. l. j. in xj. oppo. ff. de leg. ij. vbi tradit hāc doctrinam, ꝙ quando ablatiui absoluti cadūt super eo quod est incertū & sic super futuro, tunc propriè faciunt conditionem, in l. euentus. ff. de vsur. & l. accepistis. ff. ad leg. Fal.

Secundò fallit, quando materia est dispositiua, tunc non possunt conditionem facere: ita propriè loquitur l. qui fidem. in verbo, rato manente pacto. ff. de transactio. vbi soluta pœna apposita in transactione adhuc remanet pactū, & si adhuc dispositiuum, facit text. in l. de submersis. in verbo, velo leuato. C. de nauf. lib. xj. facit quod tenet idē Bald. in l. j. ad hoc de liber. præte. & in l. vnica. in j. oppo. C. quando non pet. par. vbi dicit Bald. quòd ablatiui absoluti possunt stare tribus modis, scilicet in vim conditionis, itē causæ finalis, item suppositioni terminorum.

Tertiò fallit, quando important admonitionē quãdam vt sunt illi ablatiui arbitratu, qui apponuntur operi futuro: certè tunc important admonitionem & conditionem: vt loquitur tex. in l. cùm stipulatus sim mihi à Proculo. & ita Bar. circa principium declarat, de verb. oblig.

Quartò fallit, quando ablatiui absoluti apponuntur gratia frequentioris vsus, tunc nihil important. ita propriè loquitur text. in l. ij. in prin. in versi. sed si extraneum, in verbo filio præcedente. ff. de vulg. & pup. & ibi glo. quã ad hoc valde noto: dicitur enim quòd quis potest adoptare extraneum loco nepotis filio præcedente, istud ꝙ filius præcedat non est necessarium: quia potest quis adoptare extraneum loco nepotis, dato quòd nullum filium habeat, text. est in l. adoptare. in princ. ff. de adoptio. tamen quia frequēter actus plurimū contingit ꝙ adoptio fiat in nepote quãdo quis habet filium, ergo illi ablatiui, filio præcedēte, sunt positi gratia frequentioris vsus, ideo tunc nihil importãt. ideo ibi est tex. iuncta illa glo. notab.

Quintò fallit, quòd licet ablatiui absoluti faciãt aliqualiter conditionem, tamen magis accedunt ad naturam dispositionis & alienationis quàm conditio expressa, prout tenet Pau. de Cast. & do. Alex. in d. l. in ratione. ij. §. tam & si. & Bal. in rub. C. de institu. & substi. in pen. q. in vj. fundamento. & ita declarantur ea quæ doctores tradunt in l. à testatore. ff. de condit. & demonstra. & in l. cùm fidem. ff. de transact. & alibi sæpe.

REGVLA II.

ABRASIO in instrumento seu literis in suspecto & substantiali loco vitiat. glo. Inno. & doct. in c. ex literis. de fid. instru. & per Bar. in l. si vnus. C. de testa. & in l. fi. C. de edi. diui Adria. tollen.

Amplia hoc verum esse etiam si notarius emendet in senio quod scripsit in iuuentute: cùm tunc rasura incontinenti fuisse dicatur & instrumentum sit suspectum, secundum Bald. in d. cap. ex literis. arg. c. præterea. de testi. quod tamen intellige nisi intellectus, quẽ scriptura in loco abraso sonat, surgeret necessariò ex præmissis vbi non est vitium, secundum ipsum.

Primò fallit quando ipsæ literæ vel instrumentū continerent plura capitula: tunc ipsa rasura vitiat in illo capitulo in quo est facta, non in alijs: vnde non vitiabit ipsas literas vel instrumentum in totum, vt voluit Bald. in l. fin.

C. de edic. diui Adri. tollen. pro quo etiam facit l. fin. C. de fals. C. de transact. & habetur extrà de hæret. c. fraternitatis. & c. si cum tempore. extrà de rescript. in vj. secundum Ni
a col. in d. c. ex literis.[a]

ADDITIO.

a *Ex literis. Et ibi vide Fely. in vlti col. vbi vltra hic dicta, dicit etiam in iij. not. quòd si rasura sit in loco suspecto: & possessorio agatur, scriptura absque alia inquisitione veritatis reijcitur. l. edicto. C. de edi. diui Adria. tollen. si verò petitorio, tunc scriptura suspecta censetur, & ad veritatis inquisitionem proceditur, secundum Bal. in l. si vnus. C. de test. cui ipse addit Ancha. in consi. 412. incip. præmissa. vbi declarat hoc procedere solum in possessorio adipiscendæ, sed nihil alleg. & nunquid illud quod est rasum, per viuam uocem corroborari possit & vnus bonus testis sufficiat, vide Fely. in loco alleg. in v. not. vbi dicit quòd sic, sed per duos indubitanter. quod tamen locum non habet vbi summaria cognitio sufficiat: quia tunc instrumentum sine macula & abrasione esse debet, nec testibus iuuatur: vt ibi per eum in vj. not. & quis dicatur locus suspectus vide ibidem per eum in §. in x. & vlti. not. Bened. Vad.*

Secundò fallit quando ex præcedentibus & sequentibus colligi potest quòd ita debet stare prout stat rasura: & tunc non noceat, per id quod habetur extra de relig. do. c. cùm venerabilis. vbi est bona glo. secundum domi. Anto.

Tertiò fallit quando rasura appareret, & in loco rasuræ repletio manu eiusdem scriptoris esset, quod constare potest per comparationem literarum. C. de fide instrumen. l. comparationes. cum & tunc non noceat vt voluit Gof. in d. c. ex literis. post do. Anto. & Ioan. And. dictum quorum potest procedere quando emanaret ipsa rasura in loco nõ suspecto: vt glo. ibidem & in d. e. cùm venerabilis. aliàs si in loco sospecto, tunc quòd sola comparatio non sufficiat videtur magis verum: cum sit probatio fallax, vt dicit tex. in authen. de instru. cau. & fide. §. si quis igitur. secundum Nicol. in d. c. ex literis. &c.

REGVLA III.

ABSENS regulariter ad ea quæ sunt grauis præiudicij ad domum citari non potest. l. ignorare. C. de resti. in integ. & c. quoniam. §. sunt & alij. vt lit. non conte. & e. causa. & ibi per Abb. de do. & contu. & in c. fin. de eo qui mit. in posses.

Primò fallit in causa liberali. ff. de fideicom. libert. l. cum vero. §. j. & de lib. causa l. infamis.

Secundò fallit quando expediret ipsi agenti vt potius procedatur, quia debitum erat vsurarium, & tunc potest
b fieri citatio ad domum:[b] vt in l. Fulcinius. §. adeo. ff. in qui. cau. in pos. ea.

ADDITIO.

b *Ad domum. Adde Bal. in consi. 16. in iiij. parte incip. citatio ad domum. & in consi. 412. in ij. parte & Rom. in consil. 404. vbi inquit quòd necesse est vt inuestigationem præcessisse constet ad hoc vt citatio ad domum fieri possit: & cũ illa sit solennitas extrinseca non præsumitur nisi probetur. l. sciendum. de verbo. oblig. de quo etiam per Abb. in consil. 74. & in consi. 30. vbi ponit, quid si notoriè constet aliquem in loco suæ habitationis non habitare, an valeat citatio? Pro qua materia vide etiam quæ habentur per Car. in consil. 23. & per Ang. in consi. 216. & Cor. in consil. in litera d. in iiij. parte. vbi dicit quod non sufficit nisi prius discutiatur an personaliter fieri possit. Bened. Vad.*

Tertiò fallit quando tale esset vitium per quod transferretur tota poss. vel vera possessio ex secundo decreto: quia tunc citatio ad domum fieri potest, vt sentit Innoc. in d. c. fi. extrà de eo qui mitti. in poss. vbi latius per ipsum, & do cto. de quo tamen die, vt ibi per Abb. in fi.

REGVLA IIII.

ABSOLVERE non potest qui condemnare nõ potest. l. j. ff. de officio proconsul. & leg.

Primò fallit quando quis non potest cõdemnare ex defectu iurisdictionis, secus si non possit condemnare ex priuilegio personæ: quia tunc absoluere potest. l. quoties. C. vbi senat. vel clarissimi. & Bald. ibi rationem adducit, quia priuilegium non debet nocere priuilegiato.

Secundò fallit in materia correctoria: quia si tollit potestas condemnandi, non videtur adempta potestas absoluendi. glo. not. in clemen. j. in verbo contra eos debere. de hæret. quam ibi Imo. & Abb. sequuntur, licet Soc. & Are. in rub. de acqui. poss. videantur illam impugnare: sed pro illa facit, quia absolutio fauorabilior est. l. fauorabiliores. de reg. iur. l. cùm Arianus. de actio. & oblig.

Tertiò fallit non procedere vbi est eadẽ ratio. no. Bald. in l. imperium. in iij. col. ff. de iurisd. om. iud.

REGVLA V.

ACCESSORIVM sequitur naturam sui principalis. §. liberis. Insti. de vulga. & pupi. & c. accessorium. de reg. iur. lib. vj.

Fallit quòd ista regula procedit, vbi est eadem ratio: secus si diuersa, vt not. Bart. in l. ira stipulatus. in xij. oppo. de verb. oblig. & Bal. in l. non dubium. in xiiij. oppo. C. de legi. Alex. in consi. 4. circa primum. col. pe. lib. j. & hoc modo procedit tèxt. alleg. in gloss. hic in l. & si is. C. de prædijs minorum. & in l. stipulatio ista. §. alteri. de verborum obligatio.

REGVLA VI.

c ACCIPERE aliquid vltra sortem[c] quis regulariter non debet, & quibus casibus liceat. infra patebit.

ADDITIO.

c *Sortem. Ad istam materiam vide Bal. in consi. 118. in j. parte. & in consil. 131. ead. parte. & in consilio 369. in iiij parte.*

Primus est per tex. not. in c. j. extrà, de vsuris. in quo licitè percipiuntur fructus ex re pignorata, non computando eos in sortem, vt si des beneficium alicui clerico in pignus, qui clericus ex eo percipit fructus æquiualentes sorti. potest etiam rem retinere vt proprium beneficium, & non est vsura, ex quo ipsum vt proprium retinet. ita vult glo. fi. in princ. ibi. & do. Anto. de Butr. qui procedit aperta ratione, quia non est pignus. l. vt pignus. ff. de rem if. & l. si rem aliquam. de acqui. poss.

Casus ij. est per l. iij. §. ait prætor. ff. de re iudi. coniũcta l. quòd si non soluete. C. de pig. act. & probant quidam per do. Ioan. de Imo. in cap. ad nostram. j. de iureiur. quòd alia est forma iuramenti, videlicet quando debitor qui possessiones creditori pignori dedit iurando super illis donec creditori soluerit pecuniam, nullum ei grauamen inferre. & alia est forma adijciendi donec creditori fuerit satisfactum: quia primo casu creditor non cogitur fructus perceptos computare in sortem, sed debitor debet implere iuramentum soluendo. Deinde post æstimationem fructuum, fructus repetere: vt in d. c. ad nostram. Secundo casu secus: quia si esset ipsi satisfactum de sorte in fructibus, non debent compensari in sortem, licet glo. ibi in verbo, persoluatur. ineautè contrarium dicat & malè, & non limitat. l. ij. C. de pign. actio. & extrà de pigno. c. cùm contra. in quo dicitur quòd fructus computantur in sortem.

Casus iij. secundũ aliquos, nisi creditor fecisset sumptus in colligendis fructibus, licet hæc non sit propria fallentia: quia fructus dicuntur deductis expensis. ita dicit not. glo. in c. conquestus. de vsur. & in c. j. extrà de feud. & in l. fructus. §. impendia. ff. sol. mat. & est tex. in l. si fundum. ff. fam. ercis. tex. est cum gl. in c. j. extrà de vsu.

Casus iiij. est, nisi cõuentum fuisset inter debitorem & creditorem quòd non reddatur pignus nisi integrè satisfactum sit de sorte. & hoc quidam dicunt, vt verba aliquid operentur. l. si quando. de legat. j. sed tu dicas quòd hoc

hoc euidenter est falsum: quia cōtra tex. in d. c. cum contra. & cōtra c. j. de vsur. & l. ij. C. de pig. act. cum si quoniā non valeret pactū expressum de lucrandis fructibus, tanquam vsurarium: vt in iuribus alle. ergo inest tacitum, prętereà expressio eius quod tacitè inest nihil operatur. l. iij. & l. nō rectè. C. de fideiuss. sed hoc tacitè inest, vt in l. quādiu. C. de distra. pig. & l. pignoris. ff. de pigno. ergo, &c.

Casus v. est quando vasallus rem feudalem in pignus di recto domino daret. & ratio est, quia tandiu vasallus nō tenetur ad seruitium. & sic fructus cōfunduntur non autem cum sorte. ita debet intelligi alleg. c. conquestus. iuncta gl. de vsu. & c. j. extrà de feu. & est gl. sing. in c. j. de vsu. & hoc habet locum tam in feudo ecclesiastico, quàm in seculari, quando eadem est ratio: cùm vna tantùm sit causa, quam not. posuit Io. de Imo. in d. c. j. dico etiam eadē ratione in emphyteuticario, vsufructuario, vel conductore ipsi domino proprietario vel locatori. & idem in simili: quia fructus confunduntur cum eo ad quod ignorans tenetur ipsi. & ratio huius est, quia res de facili redit ad sui naturam. l. si vnus. §. pactus. versi. quæ est in specie dotis. ff. de pac. & in c. ab exordio. xxxv. dist. & reperio hoc idem tenere Io. de Imo. in d. c. j. de feu. quamuis alij sentiant oppositum, ꝙ dictum c. non debeat extendi ad aliā causam contra cōclusionem istam. sed hoc non obstat: quia ab identitate rationis fit extensio ad lucrum: vt per glo. & doct. in d. c. j. de vsu. de quo per Host. in summa. §. annali. de vsuris. & ad hanc extensionem optimè facit quod not. ipse Imo. in l. si vero. §. de viro. ff. sol. mat.

Casus vj. est quando creditor non poterat commodè aliter rem sibi in pignus traditā recuperare, nisi vt pignus recuperet, positionem faciat ne fructus imputentur in sortem, per id quod dicit glo. in d. c. j. de vsuris. quia sentit ꝙ per hoc recuperat possessionem suam, facit quod no. doc. pro ratione in d. c. j. de feu. & ideo do. Abb. in d. c. j. de vsu. dicit quod licitè quis recipit aliquid ex mutuo, quum illud erat suum, vel aliter sibi debitū, nec poterat illud aliter cōsequi, sicut dicimus in simili quod licitū est parare hosti insidias, vbi quocunq; modo expugnetur. xxiij. q. ij. c. dominus. vbi bonus tex. cū gl. quæ ita dicit, & est optimus text. in l. j. §. non fuit. ff. de dolo. ita dicit pet no. in d. c. j. de vsu. & no. dū dicit. l. si debitor. quia est diuersus actus à pdictis.

Casus vij. est, vt sentit ibi gl. in fi. videlicet, si de sententia domini ipsius pignoris fiat pactū inter debitorem & creditorem quòd fructus non computentur in sortem: & eadē ratione dicit ꝙ validaret tale pactū si dn̄s ipsum ratificaret & approbaret, vt i c. ratihabitationē. de reg. iur. in 6.

Casus viij. est, si fructus sunt consumpti. sed iste casus respicit materiam compensationis: quia de specie ad speciem non fieret compensatio, nisi essent consumpti. l. si cōuenerit. ff. de pig. act. & not. gl. in l. diuortio. §. ad donationes. ff. solut. matrimo. sed potest procedere ipse casus, quousque obijciatur compensatio.

Casus ix. est, quando pignus est obligatū pro tanta quātitate, ꝙ non sit spes luitionis: quia videt̃ haberi pro derelicto, vt est tex. in l. dabant. ff. de leg. iij. nec etiā ad aliquē effectū diceretur debitor possidere: vt dicitur in l. j. ff. de acquir. poss. quod interpretor ad ipsius tex. limitationem.

Casus x. est, nisi pactum intercessisset ꝙ creditor nō possideret nisi naturaliter: quia tunc ex sola ciuili quæ remansit penes debitorem procedit acquisitio fructuum. ita in l. iij. §. ex contrario. ff. de acquir. poss. nam etiam tractando de compensatione sortis, si teneretur fructus restituere quasi non suos, de compensatione faceret suos: cùm nō sit in mala fide. sed aduerte, quia hoc casu propriè effectualiter nihil percipit vltra sortem.

Casus xj. est, quia non tenetur computare in sortē omnia, si res pignori data erit aliena: quia pignus non tenuit. l. rem alienam. ff. de pigno. act. imò fructus vel eorū æstimationem restituere tenetur, iuxta not. in l. fructus. & in l. fundo. ff. de rei vendi. & in l. j. C. de pet. hær. & procedit iste casus quousque à domino conueniatur. sed prima est limitatio ad l. iij. C. de pigno. actio.

Fallit xij. quando ratione mutui creditor subijt laborē: quia tunc in compensatione laborum possunt fructus nō computari in sortem, secundum Host. in d. c. conquestus. & remittit ad summam eo. tit. §. in aliquo.

Casus xiij. est, quando debitor recusat compensare fructus propter aliquod interesse, puta quia erat maritus, qui subit onera matrimonij dote adhuc sibi non tradita: vt est tex. ele gās in c. salubriter. extrà de vsu. & est materia l. insulam. §. vsuras. ff. solu. matr. vbi vide. & eadem ratione dico, si creditor propter moram debitoris prætenderet aliquod interesse, facit l. qui Romæ. in princip. & ibi not. per glo. & in l. si filiusfam. §. cùm fundum. ff. de verb. oblig. & l. stipulatus. de vsuris.

ADDITIO.

a *Non tradita Vide do. Bar. Soc. in consi. 171. incip. præsens. ver. confirmo cum versi seq. in ij. parte. Bened. Vad.*

Casus xiiij. est, quando fructus sunt inæstimabiles, vt fructus præsen. vt est glo. in c. cùm Bertholdus. de re iudi. quam allegat Ang. in l. ij. C. de distra. pigno.

Casus xv. est, quia regula d. l. j. C. de pig. act. cū si. pcedit si obijciatur compensatio ab ipso debitore, aliàs secus. nā ita est quando compensatio fit: quia intelligitur. f. si ab homine obijciatur. l. si constat. & l. eius. C. de compens. & de hoc est glo. in d. l. j. de pig. act. & eam multum ponderat ibi Ang. idem voluit Imo. in d. c. ad nostram. de iureiur. post alios doct. & ita ibi teneas, licet ibi do. Anto. de But. dicat quod fructus compēsantur etiam si obiecta non sit compensatio, & etiam procedit gl. in d. c. j. de vsu.

Casus xvj. est, quandō fructus non erant liquidi, nec ipsorū æstimatio. nā demū de liquido fit cōpensatio. vt l. fin. C. de cōp. & est tex. in d. c. ad nostrā. secūdū aliū intellectū.

Casus xvij. est, quando darētur pignori possessiones & reditus: quia tunc fructus non cōputantur in sortē, nec illos lucratur creditor: sed soluto debito debet eos restituere. & de hoc est text. secundū alium intellectum in d. c. ad nostram. vbi Io. de Imo. proponit hanc limitationem.

Casus xviij. est pari ratione, quando conuenitur vt fructus non computentur in sortem, hoc adiecto, vt teneantur. seu eorum æstimatione teneatur quousq; sit satis factum debito: quia tunc non videtur agi quòd creditor lucretur fructus. secus si conuenitur quòd fructus computentur in sortem, vt in c. j. de vsu. quod quidem capitulum sic limitatur, & etiam prædictis alijs modis & casibus.

Casus xix. est, quando esset conuentū quòd alia res pro pecunia solueretur, iuxta l. ij. si cer. pet. quia tunc fructus, licet sint consumpti, computantur in sortem, id est in ipsam alienam rem: quia de specie ad ipsam quantitatem & ecōuerso, sicut de specie ad speciem non admittitur compensatio. l. si creditor. §. j. & ibi gl. ff. de pec. l. j. C. si ma. fac. rat. habuerit. & per glo. & doct. in §. donationes. ff. sol. matri.

Casus xx. est, nisi fit cū dicto pacto ꝙ fructus non computētur in sortem cum iactura: quia idem esset sine dicto pacto vt non computētur in sortem. nam censent̃ donati, vt æquè creditori & debitori donauerat & cōcesserat fructus non compensari in sortem: quia subest animus remunerandi. l. si verò non remunerandi. §. si ponamus. ff. man. l. si lege §. consuluit. & c. cùm fiscus. de testibus.

Casus xxj. est, quando debitor gratis dimisit istos fructus apud creditorem sine spe à principio lucrādi eos, per c. consuluit. de vsur. xiij. q. ij. c. vxorem. & c. libertus. in fi. de simonia.

Casus xxij. est, quando percipiens fructus nō fuit in dolo, lata culpa, vel mala fide, secundū do. Ant. de But. in c. j. de vsu. sed aduerte q hoc casu nihil lucri manet apud creditorem, sed hoc potius procedit ad declarationem d. l. j. & ij. C. de pigno. actio. cum similibus præallegatis.

Casus xxiij. etiam est, vt in c. quia frustra. extra, de vsu.

Casus xxiiij.est, quando vendo tibi fundum & trado, & tu es in mora soluendi pretium, & hoc virtute moræ.l. Iul.§.ex vendito.ff.de actio.emp.qui tex.notab.est, & gl. in c.conquestus.de vsur.nam tunc venit ad interesse.

Casus xxv.est, si concessi tibi pecuniam ad pompam, quia possum aliquid à te recipere secundum glo. ibi in d. c.conquestus.

Casus xxvj.est, quando emptor restituit pretiũ ex pacto, quia lucratur fructus & rem, quę retrò illi datur: vt est glo.in d.c.conquestus.

Casus xxvij.est illud generale in contractibus bonæ fi-
b dei [b] virtute moræ: vt per glo.in d.c.conquestus.

ADDITIO.

b Bonæ fidei. Adde d.Bar.Soc.in consi.174. incip. pro facto.ver.sed ad hoc respondetur.in ij.parte.Bened.Vad.

Casus xxviij.est, quando est pactum à principio nomi-
c ne pœnæ [c] propter pecuniam mihi non restitutam, dummodo non sit in fraudem vsurarum appositum: vt est gl. in d.c.conquestus.

ADDITIO.

c Pœnæ. Vide do.Bar.Soc.in consi.174.in versi.sed ad hoc respondetur.circa princ.in ij.parte.Bened.Vad.

Casus xxix.est, quando mutuo illi cui vellem nocere: quia hostis est fidei.xiiij.q.iiij.c.ab illo. & per hoc patet quod licitum est Christiano ab hostibus fidei percipere. & hoc etiam voluit Abb.in c.personę miserabiles de vsur.& hoc etiam dicunt Iudæi, quia eis licitum est recipere vsuras à Christianis.pro quibus facere videtur Deute.xviij. c.Non fœnerabéris fratri tuo pecunias, vel aliam rem ad vsurã. sed contra eos est c.xviij.fœnerabéris gentibus multis, & à nullo fœnus accipies, & aduena fœnerabitur tibi, & tu non fœnerabéris illi, quod dictum est.ca.post miserabilẽ. & c.penult.eod. tit. non obstat d.c.obiectum. quia debet intelligi negatiuè, scilicet, nocere nulli desideras si à nullo exigas vsuram. vel dic quod licitè potest exigi ab hoste, quia bona hostium exponuntur. nõ sic in Christianorum nec Iudæorum: quia non sunt hostes.& quæ fauore, &c.l. quod fauore.C.de leg.ita Ant.de But.in d. c.post miserabilẽ.

Trigesimus casus est, quando aliquid vltra sortem sponte oblatum recipitur sine pacto, caueas tamen ab intentione concepta, iuxta not.in d.c.consuluit.de vsuris. facit tex. in c.dilectus.& quod no.ibi per doct.& in c.tua nos. eodẽ tit.& j.q.ij.c.sicut.

Trigesimusprimus casus est, quando venditor erat solitus mercari, vnde si habuissem pretium fuissem in mercãtia, tantum verisimiliter lucratus: idcò illud lucrum debetur ab emptore.l.ij.§.ij.ff.de eo quod cer. lo. ita sentit glo. dum illum tex.alleg.in d.c.conquestus.& ibi Abb.

Trigesimussecundus casus est eadem ratione in istis viduis mulieribus, quæ solent ponere pecunias suas in banchis, & consequi aliquod lucrum ex honesto mercimonio, per capitulum, inter nostras.de donat.inter vir.& vxorem.& per Bald.in l.j.C.pro socio.quod etiam vult Abbas in d.c.conquestus.

Trigesimustertius casus est, eadẽ ratione in mutuante, vt si debitor non soluerit in termino pecuniam: nam tunc potest petere interesse lucri cessantis, si erat persona solita
d insumere pecuniam in aliquod honestum mercimoniũ, [d] quod iudicis arbitrio relinquitur: vt d.l.ij.in fi. & idẽ Inn. in c.socio.de sent.excommu.& glo. in d.l.curabit. C.& in d.l.Iulianus.§.ex vendito. & §.offerri.ff.de actio.emptio. & sic etiam fit de iure can.vbi potest peti aliquid vltra sortem: nedum ratione damni emergentis, vt per glo.in d.c. conquestus.sed etiam ratione lucri cessantis. & hoc etiam idem dicit Abb.Sicu.

ADDITIO.

d Mercimonium. Vide Lud.Rom.in consi.101.& d.Alex. de Imo.in consi.120.& seq.in ij.par.& Abb.in consi.7.& in consi.60.in ij parte.Bened.Vad.

Trigesimusquartus casus est in fideiussore, qui soluit vsuras creditori: vt in d.c.peruenit.de fideiusso. & ibi not. in c.damnum.de reg.iur.in vj.

Trigesimusquintus casus est, quãdo subest ratio dubij periculi vel euentus, licitum est emere reditus minori pretio quàm valeant, vel vendere maiori vel cariori quàm valẽt: vt patet de pecunijs mutuatis in pluribus ciuitatibus, vt est tex.in c.fin.de vsuris & l.si ea.C.de vsur.& in c.mutuantibus.extrà.de vsuris.

Trigesimussextus casus est, quando ratione administrationis tenebatur quis collocare pecuniam in emptionem prædiorum, vt tutor: quia si non faciet, tenebitur pupillo soluere vsuras ratione lucri cessantis, quod habet locũ de iure canonico.& ita voluit etiam ipse Abb.in d.c.cõquestus.per l.tutor si post tem.ff.de administrat.tut.quod not. contra prælatos: quia & ipsi ecclesijs tenentur acquirere, si possunt: & si non acquirunt, tenentur.xij.q.ij.in summa.

Trigesimusseptimus casus est etiam ad limitationem c.consuluit.in ij.& iij.casu.& ad limitationem capituli, in ciuitatibus.quia resultat vsura, nisi creditor sit talis persona quæ solita fuisset ex pecunia lucrari.& sic incontinenti in illo secundo casu.& in c.in ciuitatibus.habuisset certum pretium, & fuisset ex eo lucratus tantundem plus, quãtum iusto pretio vendidit.& idem in secundo casu, quando tantundem fuisset lucratus tempore primæ delationis: per ea quæ not.glo. in d. c.conquestus. & hoc patet apertè: quia hoc casu non potest dici venditum tempus, quia subest ratio interesse, saltem lucri cessantis, vt etiam non videatur venditum tempus eadem ratione in multis alijs casibus, de quibus in d.c.conquestus.meritò ergo cessat ratio propter quam dicitur, quòd in illo c.in ciuitatibus. hoc procedit quando vendens esset tunc venditurus, & vellet incontinenti vti pecunia in emendo merces, quas in continenti volebat posteà vendere vlterius maiori pretio, fortè causa mercandi & etiam ipsa causa lucrandi, vt contingeret Venetijs: quia merces & alia quandoque emuntur minori pretio, vt transmittantur ad alia loca cum maiori lucro. in mutuo autem secus est quàm in contractu venditionis, quia debet esse gratuitum: vt per glo. in d. c. conquestus. & ibi iuxta verbum diuinum, Mutuum dantes, nihil inde sperantes: possunt etiam aliqui casus colligi ex his quæ habentur in l.in insulam.§.vsuras. ff.solu.matr.

REGVLA VII.

ACCVSARE quis non cogitur vel agere in criminalibus maximè.l.j.C.vt nemo inuitus.

Primò fallit in crimine homicidij, in quo iudex potest cogere aliquem ad accusandum: secundum Bar. in l.omnium.ff.de procu.de quo tamen vide per Bal.Sal.& Ange. in l.si quis homicidij.C.de accus.& Are.in tract.malefi.in versic.necnon ad querelam.col.xxiij.

Secundò fallit etiam in hærede, qui cogitur vindicare necem defuncti.l.j.C.de his quibus vt indig.

REGVLA VIII.

ACTA facta in vno iudicio, in alio fidem non faciunt. l.ij.C.de eden.& ibi per Bar.

Primò fallit, vbi tractatur de modico præiudicio: vt probatur in c.testimonium.de testi.Innoc.in c.per inquisitionem.de electio.

Secundò fallit, quia licet ista acta facta in summario iudicio non probent in plenario, vt in c.ij.de ordi.cogni. tamen confessio facta plenam fidem facit.ita no. Inno.in c. per inquisitionem, de electio.& d.c.ij.de ordine cognit.

Fallentias nonnullas alias vide per Fel.in c.causam quæ. de testi.per totum commentum, & per do.Ias.May.in l. is apud quem.C.de eden.in pen.col.in versi. primus casus. cum pluribus.seq.Bened.Vad.

REGVLA IX.

ACTA coràm arbitris facta scribenda sunt, aliter non valent neque probant ad iudiciorum similitudinem.l. penult.

penult. C. de arbitr. & Cano. in capitulo. quoniam. extrà, de probat.

a Primò fallit in causis breuibus [a] & modicis. ipsis enim non requiritur scriptura, nec respectu sententiæ, nec respectu processus. C. de sent. auth. nisi breuiores. & ibi per Bart. hoc expresse tenentem in auth. vt iudi. sine quo. suffrag. §. necessitatem. & quod habetur xj. q. iij. si quis cum clerico. quòd etiam similiter locũ habet in criminalibus leuibus: vt, ff. de accu. l. leuia. & vt not. per Bart. in d. auth. nisi breuiores. vbi dicit quæ dicantur causæ leues, modicæ, vel breues iudicis arbitrio. ad hoc quod no. ff. de iudi. l. sed & si susceperit. §. fi. & extrà de offic. deleg. c. de causis.

ADDITIO.

a *Breuibus. Vide Anto. de Butr. in consil. 33. & Alex. in consil. 61. in ij. parte. Et ad aliam auth. nisi breuiores. adde no. dictum Matth. in suis not. j. & ij. & Bald. in l. imperium ff de iurisd. omn. iud. Bened Vad.*

Secundò fallit quando per partes daretur ipsi iudici vel arbitro potestas procedendi sine scripturis: cùm tunc valeat sententia, nec sit necessaria scriptura, & credatur simb plici assertioni [b] iudicis vel arbitri: vt voluit Bart. in d. authen. nisi breuioris. ad hoc glo. in d. c. fin. de regu. iur. in vj. circa quæ dic vt no. in d. c. de causis. de offi. de lega. in cap. Quintauallis. de iureiur. vbi de his plenè per do. Anto. & doct. in d. c. quoniam contra. de probat.

ADDITIO.

b *Assertioni. Quod pro not. alleg. Lud. Rom. in suo no lxij. & tanquam mirabile dicit esse menti tradendum. sed nunquid arbitris talis potestas dari possit? vide Bar. in authen. offeratur. in fi. C. de lit cont. pro quo tamen vide Lud. Rom. in l sciendum de verb. oblig Bened. Vad.*

REGVLA X.

ACTA facta in vno iudicio, in alio inter diuersas personas non probant: vt C. res inter alios acta. per totũ.

Primò fallit hæc regula in casibus de quibus per Cano.
a in c. tam literis. extrà, de testi. & in d. cap. causam quæ. [a] Et primò fallit in hæredibus seu successoribus, vt l. simpliciter. §. fin. ff. de excep. rei iud. ipsis enim prosunt & nocent, vt etiam prædecessoribus illorum.

ADDITIO.

a *Causam quæ. Vbi vide Fely. qui ponit nonnullas alias fallen. ad hanc regulam, quas vide per te ibi in iiij colum. in princ. in versi. iij. regula. cum pluribus sequen. Bened. Vad.*

Secũdò fallit in illis, in quibus noceret vel prodesset sententia, cum eisdem prosint vel noceant acta, prout voluit Innoc. in d. c. causam quæ. & Barto. in l. ij. C. de fruct. & lit. expensis. ad idem l. idem erit. ff. de iureiur. quibus autem prosit vel non, habetur de iudicijs. c. quamuis. & ff. eod. tit. l. sæpe. & ff. de inoffic. testamen. l. qui repudiantem. & ibi per Barto.

Tertiò fallit quando essent talia acta, quæ, si fuisset præsens & contradixisset, nihilominus facta contra eum facerent fidem: cùm tunc faciant contra eum absentem fidẽ in alia instantia agitata ad vtilitatem priuatam, vt l. emptorem. ff. de actio. empt.

Quartò fallit quando alia instantia agitatur ad vtilitatẽ publicam: cùm tunc possit iudex moueri ex confessione habita inter litigantes in alio iudicio, prout est si ille, contra quem agit ad beneficium, confessus est defectum iuris sui sponte: cùm tunc licet non prosit talis confessio ipsi agenti, cùm non probet de iure suo: tamen proderit vt iudex ex officio inchoando nouam instantiam contra eũ procedere possit. secundum do. Ant. in d. ca. quoniam. qui allegat ad hoc quod no. Specu. de actio. & petitio. §. super actio. ver. quod si reus. & quod no. Compost. & Io. Andr. in c. mandamus. extrà, de restit. spol. secundũ do. Nicol. in d. c. cùm causam. pro quo etiam facit quod not. per Inno, extra, de elect. c. per inquisitionem. & extrà, de accu. c. qualiter. el secundo, & per doct. in c. at si clerici. de iudi. & per glo. quæ incipit, sic videtur. in cap. licet. de probatio. vbi videtur velle quod idem sit, & si partes certant esse probatum. circa quod dic, vt plenè per Canonistas in dicto c. causam.

REGVLA XI.

ACTA facta in vna ex pluribus instantijs non valent, neque inter easdem personas fidem faciunt, quando ad diuersam fidem facta sunt. l. cùm quæritur. ff. de excep. rei iud. & c. veniens. el secundo. de testi.

Primò fallit hæc regula in casibus, de quibus per Canonistas in c. causam. extrà, de testibus. Et primò fallit cùm illud ad quod in alia causa agitur, dependet ex principali super quo est actum in prima instantia: vt est si attestationes sint receptæ vel alia acta huiusmodi sunt facta super matrimonio: cùm etiam valeat ad probandum legitimationem filiorum: vt extrà, de testibus, cap. Albericus. & vt voluit Innoc. in cap. causam. extrà, qui filij sint legitimi. secundum Imo. in d. c. omnium. extrà, de testibus. pro quo etiam facit quod habetur in lege, fundus. & lege, fundum. ff. de exceptionibus.

Secundò fallit quando est talis causa, in qua sententia in vna instantia præiudicat ad hoc, quod secundariò agitur in alia instantia: cùm tunc valeant ipsa acta, & fidem faciant in alia instantia. & hæc est cum sententia lata in causa ciuili, si sit absolutoria ex eo quia delictum non sit commissum, præiudicat in causa criminali. C. ad l. Iuliam de plag. l. præsens. eodem modo præiudicabũt probationes, & fidem facient, si per ipsas probetur delictum non fuisse commissum: vt voluit Bar. in l. ij. C. de vi bono. rapto.

Tertiò fallit quando iudicium primò intentatum fuisset plenariè: cùm tunc acta facta valeant, & fidem faciãt in alia instantia seu iudicio, in quo iudicium intentatũ summarium, & non ita plenarium, esto quod ad aliud finẽ agatur: & hoc vult Bar. in d. l. ij. vbi plenè per ipsum.

Quartò fallit in confessione quæ & si sit facta in summario, non præiudicat etiam in plenario, esto quod ad aliũ finem agatur vt not. in cap. cùm dilectus. de fide instrum. secundum do. Nicol. in d. c. causam. extrà, de testibus. qui hoc tenet, & post eum Imo. ad hoc quod no. extrà, de probationi. c. fina. & per Bal. in l. j. §. apud eum. C. de eden. & quod habetur in lege, cùm antea. C. de arbitris.

Quintò fallit quando acta facta in vno iudicio respicerent inhabilitatem personæ, & ipsam personam afficerẽt: cùm tunc faciant fidem in alio iudicio, vt extrà, de testibus. c. ex parte. & c. super eo.

REGVLA XII.

ACTA ordinatoria iudicij coram arbitro facta, corã iudice fidem non faciunt. tenet Innoc. Ioan. Andr. & omnes in capitulo, præsentata. de testi. not. Bald. in l. j. C. de testibus.

Primò fallit quando Papa disponeret de plenitudine potestatis: vt dicunt Inno. & Ioannes Andr. & do. Anto. de
a But. in d. c. præsentata. [a] ad hoc quod not. in c. j. extrà de iudi. & c. cum venissent. extrà, de concessio. præbend. capit. proposuit.

ADDITIO.

a *Præsentata. Pro istis fallentijs vide ibidem Fely. in ij. col. post med. in versi. acta. cum pluri. seq.*

Secundò fallit quando interuenerit consensus vtriusq; partis: cùm tunc valeant, per not. in c. cùm causam. extrà, de testibus. & hoc videtur velle Ioannes And. in d. c. præsentata. post Pet. & Abb.

Tertiò fallit in actis ex quibus causatur effectus, vt si sit interrupta præscriptio, ex aliquo actu facto coram arbitro, putà ex litis contestatione: cum quo ad effectum valeant coram iudice. vt l. penult. C. de arbit. secundum doct. in d. c. præsentata.

REGVLA XXII.

ACTIO stricti iuris est talis naturæ, quòd fructus & accessiones non veniunt, nisi à tempore litis contestatæ, dato q debitor fuerit interpellatus extra iudicium.

Primò fallit quando quis petit id quod est suum, vel ali quando fuit suum: quia tunc veniunt fructus & accessiones à tempore moræ, etiam in actionibus stricti iuris. ita probatur in l. videamus. §. si actioné. ff. de vsuris. pro hoc facit etiam l. ij. C. de pac. inter venditorem & emptorem.

Secundò fallit, vt in casu l. filius. §. fi. ff. de collat. dotis. & ibi gloss. & Barto.

Tertiò fallit in contractibus celebratis cum principe: quia quamuis sint stricti iuris, tamen habent naturam bonæ fidei. vt in simili tenet singulariter Bald. in titu. de pace Constantiæ. versic. suprà vero.

Quartò fallit etiam dicta regula de iure canonico: quia non fit differentia an actio sit bonæ fidei siue stricti iuris, vt per Bal. in ca. j. in vlti. col. prope fi. de plus petitionibus.

REGVLA XIIII.

b ACTIO [b] ex pacto nudo non oritur. l. iuris gentium. §. sed cum nulla. & §. quinimo. & §. Marcellus. ff. de pact. & l. legem. C. eod. titu. & tex. not. cum glo. Institu. de actio. §. in personam.

ADDITIO.

b *Actio. Vide aliquid per Dy. in d. §. in personam. circa medium. iij. col. & ibidem per d. Ias. May. in nume. 5. & dom. Alex. de Imo. in consi. 16. in versic. quid autem. in ij. parte. Bened. Vad.*

Amplia primò istam regulam etiam si debitor suo iuramento confiteretur & affirmaret nudum pactum. nam per hoc soluere non tenetur. ita refert d. Ias. in d. §. sed cũ nulla. dicere Bal. in l. si. in ij. col. C. de fideicom. referendo Inno. ita tenere in c. j. quod met. cau. Bened. Vad.

Amplia secundò etiam si princeps causam alicui committeret de veritate & iustitia: quia intelligitur de veritate cui ius patrocinatur, non autem quod ex pacto nudo agatur, cùm re vera ius ei non patrocinetur. ita refert d. Ias. in d. §. tenere Bal. in l. nemo. in vlti. no. per illum text. in fi. C. de sent. & interlo. omnium iudicum. Bened. Vad.

Primò fallit in omnibus terris subiectis ecclesiæ: quia tunc non solùm in foro cano. sed etiam in foro seculari nudum pactum actionem producit, secundum Imol. in cap. quæ in ecclesiarum. in xiij. col. de constit. Bal. in authen. ad hoc. in iiij. col. C. de vsur. vbi dicit istud non solùm procedere in clericis: sed etiam in laicis subiectis ecclesiæ quo ad temporalem iurisdictionem. ita etiam refert & sequitur Ias. May. in d. §. sed cum nulla. Bened. Vad.

Secundò fallit, quòd vbi lex dicit quòd ex nudo pacto agi posit, intelligatur conditione ex illa l. quæ hoc inducit. ita dicit Goffred. Beneuentanus in suis libellis iur. ciui. in constitutione l. j. C. de suffrag. ad fin. j. col. quod not. pro casibus qui notantur hic. primus casus est in auth. vt sponsalitia largi. in prin. licet ille tex. id necessariò nõ cõcludat.

Tertiò fallit quando ex interuallo apponitur pactũ nudum ad resolutionem contractus in totum vel in parte, re tamen non integra, ipso iure in totum principaliter contractus resoluitur, vt l. fi. & ibi gl. & Ang. C. de rescinden. vendit. Imo est in l. ij. quando liceat ab emptione discedere. tu dic quòd potest recedi ab emptione in totũ vel pro parte re integra pacto nudo, & datur actori actio, & reo exceptio. vt est text. notabilis valdè in l. iuris gentium. §. adeò autem. ff. de pactis.

Quartò fallit in l. j. C. de suffrag. in salario aduocatorũ, & in l. j. & l. aduersus. cum glo. & quæ ibi per doct. C. man da. & in l. salarium. cum glo. in salario procuratoris etiã nõ promisso qnia potest implorari officium iudic. quia constituitur mandato.

Quintò fallit in l. inter socerum. §. conuenit. ff. de pac. do. quem text. solus Bald. ad hoc ponderauit in c. si cautio. in vlti. col. de fid. instru. nam etiam si aliquod pactum nudum vxor fecisset cum marito, maritus cogeretur alere eam: vt l. pro oneribus. ff. de iure dotium. & l. si cùm dosem. §. si autem in sæuissimo. ff. solut. matrimo. igitur non est mirum si ex pacto nudo mihi actio saltem vtilis oriatur. de alimentis. l. j.

Sextò fallit in l. eleganter. §. seruus. ff. de dolo. vbi fortè est speciale propter immensam liberalitatem, quam exercuit dominus in manumittendo seruo. in auth. & generaliter. C. de episc. & cleri. pro quo facit l. si diuisione. in fin. C. fami. ercifcund. sed istud ideo contingit, quia promissio iudici fit, & in iudicio. l. eum qui. ff. de in ius voc. facit quod not. glo. in l. ij. ff. de acquiren. hæredita. & ex necessitate & authoritate illius legis. ergo non est mirum si oritur officium iudicis: quia tali casu prosit prima stipulatio. argumento l. cùm ostendimus. in fine. ff. de fideiussoribus tuto.

Septimò fallit in curia mercatorum, vt l. Quintus. & quod ibi no. Barto. ff. mandat. vbi agitur de veritate & æquitate. quamuis contrarium, & malè, teneat Lud. Roma. in l. filiusfami. in princ. de donationibus. & idem fortè dicendum, quando causa esset commissa arbitratori, vt debeat cognoscere vt vir æquus. & sic secundum æquitatem, non secundum rigorem. l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. & l. generaliter. in fine. ff. de noxa. & quod not. singulariter Ange. de Peru. in l. j. C. de præscript. xxx. anno. pro quo vide Ludo. Rom. in rub. de arbi. in ij. col.

Octauò fallit etiam in minore, qui tenetur ex pacto nudo, cùm ex eo oriatur obligatio naturalis: vt in l. j. ff. de pactis. & l. in his. §. imperator. ff. solu. matrimo. qui per viam denunciationis euangelicæ in curia episcopali potest in effectu ad istud compelli, vt in capi. nouit. & ibi Innocen. & omnes doctores extrà, de iudi. & not. Bart. in extrauag. ad reprimen. in verbo, denunciauit. & Ange. in l. si certis annis. C. de pactis. & per dicta secundum gloss. & Iacob. But. Bal. & Salyc. in l. legem. C. de pact. Tu autem per modum doctrinæ dicas secundum Barto. in l. fideiussor obligari. §. primo. ff. de fideiusso. quòd quando lex fauet pacto, ipsius pacti gratia, vt in contractibus bonæ fidei, & hæc est in his quę perficiuntur consensu, tunc pactum dicitur vestitum solo consensu, & oritur actio ex eo, & per consequens non oritur actio ex nudo pacto: vt Institu. de obliga. quæ ex consen. nas. per totum. ita etiam in contractu dotis de iure antiquo. nam hodie est ibi tacita stipulatio, per l. vnicam. §. primo. C. de rei vxo. actio. quando verò lex fauet ratione personæ vel ratione rei in pactum deductæ: tunc pactum remanet nudum, & non oritur actio ex pacto: sed pacti occasione, & propter pactum, vt l. si quis argentum. §. fina. C. de dona. adde quæ dicit Saly. in d. l. legem.

Nonò fallit de iure canonico secundum communem conclusionem, text. est in cap. j. & ca. iij. de pactis. & Archid. in capitu. quicunque suffragio. xij. quæstione. ij. & glo. & Archid. in c. iuramenti. xxij. q. v. & glo. ij. in capi. j. xxj. q. j. & ita communiter tenent Cano. in d. capi. primo. & dominus Anto. & Imo. in capitu. per tuas. de arbitr. & Bald. in l. legitima. in ij. columna. de pactis. & in l. petens. C. eodem. & Angel. in l. si certis annis. in iij. columna. C. eod. Ludo. Roma. in l. j. §. ex his. in vltima columna. ff. de verbor. obligat. & ita etiam per prædicta, & non alia, videtur tenere Ias. Mayn. in dict. §. sed cùm nulla. in prima colum. pro quo etiam vide omnino Anto. de But. in cap. dilecti. in nono notabili. & in l. eum qui. in tertiadecima columna in versiculo, item interdum stipulatio. C. de iuris & facti ignorantia. vide omnino Angel. in l. stipulatio ista. §. alteri. circa principium. ff. de verborum obligationibus. & vide dominum Iacob. de Zochis in capitulo, præterea. el primo. extrà, de sponsalibus. vbi dicitur in text. quod pactum suam obtinet firmitatem. Tu adde & pondera textum ibi, pax seruetur & pacta custodiantur: & quia mortaliter peccat qui recedit à pacto.

pacto.xxij.quæstione secunda.ca.prædicari.& quia Deus non facit differentiam inter simplicem loquelam & iuramentum.xxij.q.ij.iuramenti.vt quia dicit Psalmista,Quę procedunt de labijs meis non faciam irrita. & hoc tenent consequenter Antonius de Butrio & Canonistæ & alij, licet Imo.dixerit contrarium in c.nouit.de iudicijs. & hoc est secutus Bart.in l.si quis pro eo.circa princip. ff.de fideiuss.quasi omnino prædixerit pacta seruari & custodiri, aliàs dicatur corrumpi actio & exceptio,vt est casus in l.statuimus.ff.de acquirendo rerum dominio.vide reliqua quę sequuntur per dominum Angelum de Areti. in præalleg. §.in personam.Institut.de actio.vbi multa alia per eum dicuntur valde notanda in xxvj.& xxvij. colum. & sequenti,quæ per temet vide.

Amplia prædictam communem conclu. & sic.ix. fallen.vt procedat non solùm in pacto nudo, sed etiã, quod est fortius,in simplici pollicitatione.ita tenet d.Ant.de Butrio.in c.ex parte.in vlti. col. de censi. refert & sequitur Iaf. May.in d.§.sed cùm nulla.in fi.j.col.Benedi. vad.

Decimò fallit in casu l.fin.§.fi.de actio.& obliga. & ita illum text. solet allegare ad hoc quidam doctor sollennis Senen.sed tu cogita.& ad hoc vide plenè Roman. in l.j.in penult.& vlt.col.ff.de verb.oblig.

Vndecimò fallit quando pactum nudum esset iuramento firmatum : vt not. in l.si quis pro eo. ff. de fideiusso. sed Bald.tenet ꝙ non,in l.j.C.de no.oper.nuncia. vide in Specu.de leg.versi.nunc ostenditur.& versic. xxiiij. & versic. hoc quoque.in viij.col.& not. Ray. in summa. de iniu.& auth.tin.& Anto.de Butr.in c.cùm contingat. de ireiur.

Duodecimò fallit quando id quod nudo pacto promisi,iterum nudo pacto promitto: quia tunc ex secundo pacto nudo oritur actio prætoria: pro hoc videtur casus, & hoc voluit singulariter Raph.Cuma.in rub. de verb. oblig.& Hostien.in c.per tuas.de arbit.& Ant.de Butr. in capit. Quintauallis.extrà de iniur.

Tertiodecimò fallit quando ecclesia permisit aliquem renunciare ex pacto nudo & obligatur,vt no.xij.q.ij.quicunq; suffragio.& not. Alb.de Ros.in l.iubemus. in princ. in vlt.col.C.de episc. & cler.

Quartodecimò fallit quando pactum nudum apponitur in instrumento guarentigiæ,tunc pactum nudum literis vestitur secundum Bald.in l.si causam.C. de exe.rei iudic.& in l.ex placito.C. de rerum permuta. sed cõtrarium dicitur in l.si non sortem.§.indebitum.ff.de condi. indeb. & melius secundum Lud.Roma.in l.j.in princ. ff.de verb. obligat.in xij.col.

Quintodecimò fallit in pacto nudo in iudicio facto: quia ex iudicij calore oritur actio.vt l.cùm ostendimus.§.fina.ff.de fideiusso.tuto.& ita tenet Bald. in repeti.l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pactis.vbi dicit se audiuisse à Bar.viua voce hoc firmante.& sequitur Roman.in princ. l.primæ.in iij.col.ff.de verb.oblig.quod not. An autem ex rescripto principis oriatur actio videtur quòd non, per l.si quis sepulcrum.in princip. ff.de religio. domi. vbi videtur casus : sed in contrarium videtur casus in l. terminato. in principio.ibi,nulla actio.de fruct. & lit.expen. à contrario sensu. quia ibi erat terminatum iudicium , & sic aliàs bene oriretur.cogita.

Fallentias prædictas & nõnullas alias vide per Iaf.May. in suprà alleg. l.iuris gentium. §. sed cùm nulla. & in l.lecta.vij.col.ff.si cer.petat.in versic.nunc volo notare.& per Fely.in cap.j.de pactis.vbi hanc totam materiam per viã declarationum expediuit. & de his remissionibus solùm contentus esse volo: vt ne me in transcribendo occupẽ. Benedic. Vad.

Quid autem pactum nudum operetur, & nunquid ex mandato oriatur actio de iure ciuili vel canonico. vide Baldum in titu.de pace iuramen. firman. in §. sacramenta.in fi.j.col. vide Bart.in l.si quis pro eo.in fi.vlti.col.ff.de fideiussoribus.vide Ant.de Butr.in cap.præterea.in fin. iij.col. extrà,de sponsa.& vide etiam Iac.de Zo.& Anto.de But. in c.innotuit.extrà,de iureiuran.& ibi per docto. & quærit Saly.c.in d.l.legem.

Adde etiam, quòd cùm de pacto esset factum instrumentum,& ex forma statuti dispositum esset, quòd nulla exceptio contra instrumentum opponi possit, poterit tamen contra pactum de nullitate dici & excipi vt eleganter sentit Bald.in l.ex placito. de rerum permuta. C.in vltima quæstio.quia statutum remoueret exceptionem. argumento.l.legitima. ff. de pactis. & l.si quis argentum.ff. de donatio. vbi exciperetur de causis,vt quia pactum non esset causa iustificatum,prout dicitur in l.secunda. §.cæterùm de do.except.l.cùm de indebito. in fi. de probationi.ff. quoniam talis exceptio nõ concernit instrumentum , sed causam.ff.de iure dotium. l.stipulationem . dicta l.quæ titur.§.venditor.vnde infertur conclusio quòd ,sicut pacto nudo ius ciuile potuit specialem actionem conferre : ita & particulariter loci statutum & consuetudo, per l.omnes populi.ff.de iusti.& iure.& in l.lecta.si certum pet.ad intellectum eorum qui sunt contractus vestiti & nominati de quibus habes vnum verbum per Bal.in rubrica de rerum permuta. ista additio est de additionibus Anto. de Prato vete.in repetitio.l.legem.C.de pactis.in versic. xj.& vltimò potest exemplificari.& adde aliũ casum in l.j.de iure dotium.cum glo.in verb.vel promissio.ibi, cum interrogatione.non quando dotem promiserunt per pactum nudum : sed quando promiserunt de euictione secundum tertiam expositionem glo. sed secundum primam loquitur de promittente dotem, quo casu tenetur ad dotãdum : vt l.exceptionem.C.de dotis promis.& etiam de euictione secundum Bart.ibi.

REGVLA XV.

ACTOR regulariter sequitur forum rei.l.iuris ordinẽ. C.de iurisdi.omn.iudic.

Primò fallit ratione oppressionis, quæ facta esset per laicũ,vel occupationis rei ecclesiasticę,vel doli aut fraudis cõmissi vel commissæ in contractu celebrato inter clericum & laicum,quæ omnia dic vt in c.cùm sit generale. & in c. licet ex suscepto . de foro competen. in quibus etiam notantur plures casus, in quibus actor trahit ad forum suum. & vide etiam aliquos per Spec.in titu.de compe. iudi. adi.

Secundò fallit quando reus esset voluntarius , non etiã necessarius: vt si Paduanus cõueniret Padnanum rei vendicatio.coram Potestate Paduano, & Vincentinus qui võ diderat illam rem illi Paduano cõuento voluit ipsum defendere ne teneatur de euictione . nã potest petere quòd causa remittatur Vincentiam,vbi ipse sortitur forum, vel debet venire coram Potestate Paduano vbi causa est inchoata,vt in l. venditor.ff.de iurisdict.omnium iudic. quia ipse non est reus voluntarius,sed necessarius : cùm ipse nõ fuerit vocatus ad iudicium : sed venit sponte pro suo iudicio, vnde debet defendere in eo foro in quo est inchoatũ.

Tertiò fallit in fisco, vbi reus consequitur forũ vel iudicem fisci actoris,vt probatur in l.j.C.rep.hæred.& in l. defendere.ff.de auth.tut.& in l.iij.de his quib. vt indignis.

Quartò fallit in iudicio voluntario,vt in actibus extraiudicialibus.ita dicunt dom. de Rota, in q.clxxij. quæ incipit, itẽ quæ emancipatio. & est aliàs in ordine lxvij. & ita tenet Domi.de S.Gem.in c.si annũ.§.si vero. de iud.in 6.

Quintò fallit,quando agitur actione reali ratione rei, quæ est in alio territorio , quàm in quo sit reus : quia tunc est in electione actoris conuenire reum in loco domicilij rei,vel in loco vbi res est : vt est casus cum glo. & ibi doctor.in l.filiusfamil.C.vbi in rem actio. Hæc tamen fallen. non habet locum quando reus esset clericus, & actor esset laicus:quia tunc actor deberet sequi forum clerici conuenti , vt notat Baldus in authen.clericus.in j.col.C.de episcopis & clericis.

Sextò fallit quando iudex rei nõ facit iustitiam actori, & sic creditori : & tunc creditor & actor possunt à iudice

suo impetrare represalias contra ciuitatẽ ipsius rei & contra ipsum reum, vt no. Ang. in authen. vt clerici apud proprios epis. §. si verò aut.

Septimò fallit ratione mercantiæ: vt not. Paul. de Cast. in l. fin. in j. col. ff. de iurisdict. omnium iudic. & vide aliquas limitationes iu locis alleg. per Ang. in auth. de exhib. reis. & vide Paul. de Cast. in l. ordinarius. C. de rei vendicatio. vbi ponit etiam aliam limitationem de hoc, videlicet, quando in præparatorijs aditur primò alius iudex. & ibi vide multos casus speciales, in quibus actor non sequitur forum rei: vt not. xj. quæstio. j. c. experientiæ. in glo. & per Archi. & Alb. de Ros. in auth. statuimus. C. de episcop. & cleri. & vide Angel. in l. si cui. §. idem imperator. ff. de accusa. & vide omnino Tancre. in suo opere ordinis iudiciarij, in titu. de foro competen. vbi ponit multos casus & fallentias.

Octauò fallit quia pauper, tanquam miserabilis persona, potest trahere reum, etiam laicum, in rebus temporalibus coram iudice clerico, sicut est in causa donationis: vide Ant. de But. in c. per nostras. In princip. & in c. de prudentia. de donat. inter vir. & vxor. & idem dicas de vidua.

Nota vnam cautelam valde singularem per quam fit, vt nũquam actor ferè sequatur forum rei, videlicet, quod ille qui agit compareat, & dicat iudici ego sum acturus ad talem rem, &c. vos faciatis fieri proclama, vt omnes qui sua interesse putant compareant. nam hoc casu si quis putauerit sua interesse & comparuit, etiam si fuerit clericus, tenebitur respondere in foro actoris. nec obstabit si diceret actori tu debes sequi forum rei: quoniam ille replicabit ego non te facio reum: sed si putas aliquid tua interesse in hac mea lite, defende te coram meo iudice. nam ex hoc te reum non facio, & non debes nec potes me compellere, vt ego tuum teneat forum prosequi. istam cautelã ponunt doctores in l. consulta diualia. C. de testibus. & Angelus in l. j. §. hæc stipulatio. ff. si quis plusquam per l. Fal. in sua repetitio. quam no. perpetuò in practica.

Regula xvi.

Actus factus per maiorem partem, censetur ab omnibus factus. l. quod maior. ff. ad municipa. no. Abb. in c. cùm olim. in fi. de re iudica. Et hinc dicitur quòd maior pars reputatur pro toto: vt tradit Bar. in l. cum de lanionis. §. Sabinus. per illum text. ff. de fundo instructo. & ratio redditur per Bart. in l. quicunque. in fine. C. de omni agro des. libr. xj.

Ista tamen regula limitatur, nisi aliter cõstaret de mente disponentis, volentis consensum omnium debere interuenire: prout not. gloss. in capit. vbi periculum. §. idem quoque. in verbo, singulis. de elect. in vj. & tenet Bald. in capit. non potest. de re iudicata. Et istud de plano procedit, quando talis voluntas expressa esset per viam statuti. secus tamen videtur in consuetudine, quæ hoc facere non posset, per ea quæ not. Abb. in cap. j. in penult. not. de his quæ fiunt à maio. parte capit. Super quo tamen latius disceptat Decius in l. refertur. ff. de regu. iur. vbi viden dum est.

Regula xvii.

Actus inutilis & inualidus operatur ademptionem actus validi. l. planè. ff. de leg. j.

Primò fallit non habere locum in actibus depẽdentibus è voluntate duorum. l. si id quod. ff. de rescind. ven. no. Bar. in l. si transferam. ff. de adimen. leg.

Secundò fallit secundum Bar. ista regula vt procedat in iure nondum quæsito, sed quod quæri sperabatur, secus in iure iam efficaciter quæsito. l. nec vtilem. ex quibus cau. maio. & l. si id quod. in principio. ff. de rescindend. vendit. ratio, quia facilius impeditur aliquid de nouo acquiri, quàm quæsitum tollatur. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.

Tertiò fallit ista regula in reuocatione expressa, secus in tacita & cõiecturata, quæ non inducit per actũ secundum inualidum. l. si iure. & ibi Bar. in prima opposi. ff. de leg. iij. Raph. Paul. de Castr. & Alex. in d. l. planè. nam si non valet secundum testamentum expressum, non valet etiã tacitum. l. iij. §. fina. ff. de serui. rustico. prædi. quicquid dicat glo. l. fideicommissum. C. de fideicommis. quod intellige, nisi illud tacitum resultaret ex actu inter viuos. text. habes notabilem & expressum in l. legatum sub conditione. §. poter. ff. de adimen. lega. nam si ibi secundum legatum non valuisset, non induceretur ademptio primi: quia text. ibi dicit illam esse tacitam ademptionem, quod bene not.

Quartò fallit ista regula vt procedat in vltimis voluntatibus, in quibus primus actus validus tollitur per sequentem inualidum factum in vltima voluntate vel in contractu, vt in l. si transferam. ff. de adimen. lega. cum simi. secus in contractibus inter viuos, in quibus actus validus nõ tollitur, per actum inualidum. l. certi condictio. §. quoniam. ff. si certum petatur. l. prima. ff. de noua. l. si quis ante. §. fin. ff. de acquir. possess. secundum Bart. in d. l. & si transferam. Imo. & Mod. in l. si cùm dotem. In princip. & ibi Alex. in iij. col. ff. solut. matrimonio. & Barto. in dicta. l. si transferam. assignat rationem diuersitatis, quia contractus pendet ex voluntate duorum: sed vltimæ voluntates pendent à voluntate vnius.

Quintò fallit ista regula vt non procedat etiam si translatio sit inutilis: ademptio enim nihilominus est valida, & tunc bene reuocat primum legatum validum: ita propriè loquitur text. in d. l. purè. secus si ademptio esset in se ipsa inutilis, putà ademptio seruitutis viæ pro parte. text. habes & exemplum in l. legata inutiliter. §. fina. ff. de adimen. leg. Bar. in d. l. & si transferam.

Sextò fallit secundum Barto. & Imo. in l. seruum filij. §. si idem seruus. per illum tex. ff. de leg. j. vbi legatum libertatis, quod præcedit, si est inualidum non vitiat legatum de ipso seruo factum. de quo ibi dicetur.

Regula xviii.

Actus, qui potest expediri aliquo inuito, potest etiam expediri eo ignorante. l. necnon ignorante. ff. de tuto. & curato. datis ab his. l. iij. §. j. ff. de fideicommis. libertatibus.

Fallit ista regula pluribus modis, vt per glo. in l. si in tres. ff. de arbitr. & ampliatur etiam latè per Alex. in l. j. in penul. colum. C. quod admitti. sed inter cætera tu sic limita, quod ista regula intelligatur & procedat, vbi fit eadem ratio: prout regulariter videtur. quia si possum facere aliquid te inuito & contradicente, pari ratione te absente & ignorãte: quia non debet expectari præsentia & scientia quæ nihil operatur. argumen. l. aliquando. §. fin. supra ad Velleianum. Secus vbi fit diuersa ratio, prout est in casu l. duo ex tribus. ff. de re iudica. vt in arbitris vel iudicibus, qui iudicare licitè possunt tertio contradicẽte & inuito, non autem eo absente & ignorante. facit tex. in d. l. si in tres. qui rationẽ adducit, quia tertius, si esset præsens, posset alios in suam sententiam trahere. Bart. tamen in l. qui potest. videtur istã rationẽ impugnare, quia talis ratio semper videretur habere locum, & in omnibus casibus regulæ procederet, quod absens posset alios præsentes trahere in suam sententiam: sed cùm ista sit ratio Iurisconsul. impugnari non potest. & ideo dicendum est quod illa ratio solum attendatur in arbitris vel iudicibus, qui ratione officij habent potestatem iudicandi: secus videtur in priuatis, prout regula loquitur.

Secundò fallit, quòd regula nõ procedit in iudicialibus: quia iudicia redduntur in inuitum. l. inter stipulantem. §. j. ff. de verb. obligat. & tamen non procedit iudicium cõtra absentem: quia citatio requiritur. l. de vno quoque. in princip. ff. de re iudica. & similiter in electionibus prælatorum, & in actu capituli vel collegij, in quibus attenditur quod fit à maiori parte, & contradictio minoris partis non attendit. l. quod maior. supra de min. & l. cùm omnes. supra de consti. & tamẽ factũ à maiori parte nõ valet aliquibus absentibus & ignorãtibus: quia plus nocet vnius cõtemptus, quàm

quàm contradictio multorum.c.per venerabilem.de elec. in prædictis enim casibus regula non procedit: quia data est forma à iure quod absentes requirantur.

REGVLA XIX.

ACTVS electionis rerum, in dubio, in minimo interpretatur.capitulo, ex parte.de sensibus leg.nominis.ff. de legatis tertio. leg. apud Iulianum.§.Seio.de legatis primo cum similibus.

Primò fallitur quòd regula non procedit, vbi est incertitudo in rebus,secus est in personis: quia tunc electio datur hæredi l.si quis.seruum.§.si inter duos.de lega.2.& no. per Dyn.in regula, in obscuris.eod.titu.vbi dicit, quòd in personis minimum apparere non potest.

Secùdò fallit, nisi propria significatio vocabuli aliud importaret:vt not.Bar. per illum text.in l.si is qui ducenta.in princip.suprà de rebus dubijs.

Tertiò fallit regula quando illud minimum non habet in se vtilitatem,alias secus:vt per gl.in l.legato generaliter. de leg.j.vbi Alex.in 3.col.in versi.item dicit glo.

Quartò fallit ista regula, quando non apparet quòd electio data fuerit legatario, alias secus: vt not.Bartol.in leg. legato generaliter.de legatis primo.circa finem,in versiculo,prædicta omnia.

Quintò fallit quando qualitas legati & legatarij aliud suaderet.l.si cui.de alimen.& cibar.lega.l.Stichus.de legat. 3.quia legatum obscurum ex affectione cuiusque capit interpretationem,vt dicit text.in l.capienda.§.quod factum est.infrà.eo.facit text.in l. Aurelius.§.titius testamento.& quod ibi Bar.suprà de lib.leg.

Sextò fallit in legato relicto ad pias causas: quia nec de minimo sed de maiori,fauore religionis, intelligitur.l. Titia.§.Seia.ff.de auro & argen.lega.vbi Bart.ita limitat istã regulam, & istum tex.pro singulari allag. Ro.in sing.515. quæro si lego ecclesiæ.& no.do.Abb.in c.iudicante.de testamen.col.secunda, vers.vnum tamen sing.& tradit And. Sicu.in consi.59.illud in medium.col.2.lib.2.

REGVLA XX.

ACTVS agentium debent regulari secundum eorũ intentionem.l.obligationum substantia.§.non satis.ff.de actio.& oblig.cum concord. quæ notabiliter congerit Ias. in l.si extraneus.primo no.ff.de acquir.hæred.

Primò fallit nisi res quæ fit,sit imperfecta.nam tali casu regula non procedit,secus si perfecta sit:vt not.Bal.in leg. quod sine.C.de testamen.iunctis his quæ tradit Bal.in l.cũ allegas.col.3.C.de vsuris.

Secundò fallit quando apparet de intẽtione,secus si nõ: quia propositum in mente retentum nihil operatur.l.si repetendi.C.de condictio.ob causam.

Tertiò fallit & non procedit, qñ est sola intentio sine potestate:quia in quolibet actu volũtas & potestas requiritur.c.cum super.de offi.deleg.not. Bal.in l.cum te.per illum text.C.de dona.ante nup.in l.nollet.de acquir.hæred. & in l.omne verbum.C.communia de lega.

Quartò fallit hoc esse verum quando agitur ex contractu:secus si agitur ex quasi contractu.leg.si is qui. §.fin.ff. commodati.

Quintò fallit hoc habere locũ quo ad actionem directã:secus est in vtili actione.l.si absentis. C.si cert.petatur.

Sextò fallit regulam procedere,quando intentio est expressa: secus verò si de intentione non constat,ita limitat Iaso.post Gul.Bar.& alios in l.si vnus.§.pactus ne peteret. in 3.col.versi.limita.ff.de pact.

Septimò fallit non procedere,quando ex qualitate personæ actus aliter esset interpretandus. ita limitant Mod. Hispani in rub.Instit.de iust.& iur.

Octauò fallit regulam procedere de intentione primitiua,non autem secundaria:vt est text. in leg.si absentis.& ibi Bartol.not.in 2.oppo.C.si cert. petat.sequitur Iason in l.liber homo.la secunda, in j.colum.vbi miranda est.ff.de verbor.obligat.

REGVLA XXI.

ACTVS in quacunque materia intelligitur pro prima vice.l.dotis,pmissio.ver.si.ff.de iure dot.l.boues.§. hoc sermone.ff.de verbo.sign.cum pluribus decisionibus, quas ad istam regulam plene scribit Felin.in capitulo secundo,de treuga & pace.

Primò fallit ista regula in dispositione permissiua,& consequenter affirmatiua:secus est in dispositione prohibitoria & sic negatiua: quia sermo negatiuus non finitur in primo actu.tex.est not.in l.si sic stipulatus.ff.de verbo.oblig. sed si non vis insistere posset retorqueri ille text.econtra, eo quia illud est quod dicit,si per me nisi per hæredem istud per hæredem nihil operaretur, &c. nisi dicas quòd in illo text. est duplex ratio, ista videlicet, quia sermo est negatiuus.istam limitationem ponit vna glo.no.quam Bar.sequitur in l.hoc genus.ff.de condi.& demon.sed cogita quæ ratio diuersitatis.& dicit Bart.signa:quia est notanda.adde quod per illam gloss.consuluit in specie Oldrad. Lauré.in consil. 16.quod incipit, thema tale est, Titius habens vnam filiam.quòd si testator ordinauit in testamento suo quòd filiæ non nubant nisi filijs mercatorum sub pœna priuationis hæreditatis, si alijs nubant ꝙ habeant iãtum legitimam suam, pone quòd vna filia nupserit primò filio vnius mercatoris,posteà mortuo eo nupsit vni nobili, consuluit Oldra.quòd non priuabitur illa filia hæreditate.& illam decisionem Old.refert Pau. de Castr.in l.hoc genus.ff.de condi.& demon.& dicit quòd ex illo consilio Abb.habuit magnum honorem.adde quòd idem laté ponit Alberi.de Rosa. in l.finali in 5.colum.C.de sponsalibus. vbi ponit totum consilium Oldrad. licet de eo non faciat mentionem.

Secundò fallit prædictam regulam procedere in dispositione hominis,secus in dispositione legis vel statuti:quia lex non debet intelligi de primo actu, sed toties quoties opus fuerit: alias lex esset imperfecta, & quia propter primum actum non intelligitur satisfactum menti statuti: vnde si statutum disponit, quòd in causis vertentibus inter agnatos debet fieri compromissum si semel fuit factum compromissum, nec habuit effectum, debet secundò & tertio fieri compromissum:quia mens statuti est quòd non fiat lis inter agnatos. & de isto compromisso ponit Bal.& Mod.in l.veluti.§.hæc vox.ff.de edendo. & in l.qui per salutem.vbi etiam Iason. ff. de iureiurand. cum concor. quæ vtrobique dantur.& in terminis nostris reperio quòd ita limitat regulam suprà dictam vt procedat dispositione hominis,& non legis vel statuti. Raph.Cu. consil.121.quod incip.statutum dicit.& in specie domi. Alexan.in l.si cum dotem.§.j.ff.sol. mat.in 3.colum.& in consil.212.quod inci. viso consi.alias per me reddito.in 2.col.

Tertiò fallit quando primus actus non tenet ex benignitate:nã tũc intelligitur de secũdo.ita dicit tex.in l.hæc conditio.la 1.ff.de condit.& demon. & ita per illum text. limitat Bal.in c.olim ex literis.in 2.col.de rescrip.

Quartò fallit ista regula secundum Bald. in leg. inuitus. ad finem.C.de procur.vt procedat tantum,quando primus actus assumit effectum secundum intentionem loquentis, alias intelligitur etiam de actu vlteriori. & per hoc infert quòd si procurator sit constitutus ad appellandum, intelligitur non solum de prima appellatione: sed de secunda: eo quia per primam appellationem non est causa totaliter finita.& sequitur laté & omnes in consilio 9.quod incipit,in casu propositæ consultationis.alijs quinque modis vltra quatuor præcedentes limitat Anto. de Butr.in consil.30.quod inci.dubium ingerit. sed illæ limitationes parum mihi placent,ideo non curo referre.

REGVLA XXII.

ADITIONE hæreditatis non facta, omne ius testamenti soluitur. leg. eam quam. C. de fideicom.l. si nemo. la prima.ff.de testa.tute.

Primò fallit nisi hæreditas pro adita habeatur: vt in titul. si quis omis.causa testa. quia tunc omnia debentur. leg.2.§. plane.

planè.ff.de vulg.& not.Barto.in leg.1.§.fin.ff.de vulga.

Secundò fallit hæc regula in milite.l.miles ita hæredem §.fin.ff.de testamento mil.

Tertiò fallit quando habetur pro adita propter existen tiam sui hæredis.l.si filius qui patri.suprà de vul.& ita notat Imo.in §.ex asse.de vulga.& pupil.

Quartò fallit,quòd regula nõ habet locum in legatis ad pias causas:vt not.Bar.in l.1.C.de sacrosan.eccle.char.pen. in ver.quartò quæro.de quo no.Bal.in conf.277.d.mulier in fine,lib.4.& consi.20.super primo.lib.5.& in consi.39. viso testõ.col.2.eo.lib.5.Ro.latè consi.428.in terminis pro positæ quæstionis.& in consil.493.in casu consultationis, Io.de Ana.in consi.28.visis col.pen.Aret.in consil.64.diligenter.col.pen.& in l.si filius qui patri.col.j.de vulg.& pupil.post Iom.& Ant.Sicu.consi.8.scribitur.col.8.ver.circa istam hæsitationem lib.1. Aliquid Alexan. consi.4.videtur.lib.2.colum.7.

Quintò fallit nisi expressè agatur,quia testator potest disponere quòd legata debeantur hereditate non adita.Alex. in l.nemo potest.col.3.versic.& ista faciunt ad quæstionē. vbi tamen distinguit post alios,quos ibi refert.ff.de lega.j.

REGVLA XXIIII.

ADVENA, vel viator, conueniri non potest in loco contractus, nisi ibi sit permansurus.leg. hæres absens. §.1.ff.de iudic.

Primò fallit nisi talis aduena vel viator esset vagabundus:quia poterit non solum ibi,sed vbique conueniri,vt tenuit glo.in d.§.1.& ibi per Bart.& in l.4.§.prætor ait.ff. de dam.infec.& per gl.& Bal.in l.1.C.vbi de crimine.& vi. de per glo.in d.§.prætor.dicentem.quòd dicitur vagabundus ille,qui non habet certam mansionem.

Secundò fallit nisi tali loco esset destinata solutio: quia tunc ibi dicetur factus contractus,& ibi posset conueniri vt in d.l.hæres.§.2.Mod.in c.fi.de foro comp.

Tertiò fallit, nisi talis contrahens vt viator vel aduena, conuersaretur posteà ibi assiduè,ratione cuius assiduæ cõuersationis sortitur forum, tunc ibi conueniri poterit secundum Innocent.in capit.ex parte.suprà eo.per text.in l. 2.C.vbi sena.quod intelligit Petr.de Ancha.in capitu.1.§. contrahentes.de foro.competen.libro 6.procedere,quando conuersatio esset assidua per 10.annos:vt in leg.2.C.de incolis.lib. 10. Sed certè illo modo contrahitur forum ratione incolatus,vt per glo.in dict.§.1.sed ratione, assiduæ conuersationis est diuersus modus, & non requiritur decennium vnde dicebat gloss.in leg.fin.C.vbi de crimin. &. Bartol.ibi,quòd scholaris poterit conueniri in loco studij, etiam pro debitis alibi contractis, de quo per eum in dict. leg.2.& per Specu.in titu.de compe. iudi.adi.§.1.ver.quid si aliquis.& Ioan.An.ibi in additione, dicentem,quòd ratione assiduæ conuersationis poterit quis ibi conueniri de contractibus alibi gestis.& sequitur domi.Anto.in capitu. fin.& in capitu.quod clericis.suprà eo.& domi.Abb.ibi,licet Ioan.An.in contrarium teneat in dict.cap.ex parte.vt sola assidua conuersatio non sufficiat: prout etiam tenuit. Bald.in dict.leg.2. cum text.ibi loquatur copulatiuè scilicet,de assidua conuersatione,& quòd habeat quis ibi maiorem partem bonorum. & ita etiam sequitur Bal. in dict. leg.fina.& inclinat in hanc partem Imol.in dict.capitu.ex part. pro quo facit quod idem Bar.dixit in tract.represalia rum,in 5.quæstio. princip. prope fin.quòd scholaris non posit ante decennium in loco studij conueniri ex contractibus alibi gestis. Imol.in leg.lex Cornelia.§.domum.ff. de iniurijs. dixit quòd etiam si per mille annos staret scholaris in studio, animo tamen recedendi, de quo appareret, non contraheret domicilium: vt per glo.in d.l.2.C.de incolis.de qua tamen materia vide plenius per doctor.in d.c.fi. & c.ex parte.& c.quod clericis.

Quartò fallit,nisi conueniatur ad id, quod venit ex natura contractus immediatè expediendi in illo loco: vt si viator emit librum vel equum, poterit ibi conueniri ad pretium: quia de natura contractus est, vt pretium soluatur.& ita in dubio præsumitur de mente contrahentium, nisi aliud appareat: vt in leg.4.ff.de pigno.actio.nec præsumitur habita fides de pretio.in rebus,in quibus consueuit statim pretium solui,vt in rebus quę venduntur in nundinis. & ita determinat Bald. in leg. si non donationis. C. de contrahend. emption. secus tamen esset, si ageretur ad illa, quæ licet veniant ex natura contractus, tamen non veniunt ad executionem contractus immediatè:vt si agatur de euictione, vel petuntur fideiussores, vt determinat Bartol.in dict.§. 1. & Imol.hic. quod tu intellige, nisi euictio veniret in limine contractus, & sic incontinenti,argum.l. si post perfectum.C.de euictio.

Quintò fallit, nisi contrahens cum illo ignorauerit eũ aduenam vel viatorem:quia tunc poterit ibi conueniri:vt d.§.1.& ibi per Bar.& per do.Anto.in d.c.fin.intellige ratione illius contractus,non autem alia de causa.

Sextò fallit, nisi contrahens vt aduena vel viator haberet ibi originem, ratione cuius originis possit quis conueniri in loco: vt in Lincola.& Lassumpto.ff.ad mu.quod intellige,nisi locus originis sit alteratus per contrariam consuetudinem:vt not.in l.j.§.bestias.ff.de postu.vbi dicebat Bar.quod si represaliæ sunt concessæ contra Florentinos, tamen non intelligitur de Florentinis, qui diu habitassent in ciuitate,licet originaliter essent Florenti. Item intellige secundò; nisi ipsa origo sit re pentina:vt not.in l.huiusmodi.§.legatum.ff.de lega.1.secundum Bald.puta si esset quis natus in vna ciuitate, dum mater esset in fuga,vel peregrinatione:quia non dicitur ciuis illius ciuitatis,tenet Imo.in d.§.1.ne sit contrarium.de quo ibi.

Septimò fallit, nisi talis viator intenderet delinquere, vel decipere contrahētem , vt si vellet recedere cum re sibi vendita,vel cum re aliena,vt ff.de iudicijs.l.non alter.& l.ait pretor.§.si debitorem.ff.quę in fraudem creditorum. secundum Bal.in d.§.1.

Octauò fallit, nisi esset talis causa ex qua esset alicui leuere spondere,puta si vendidisset equum morbosum,vt in d.l.hæres absens.in versi. durissimum.à contrario sensu,secundum Bal.in d.c.quod clericis.

REGVLA XXIIII.

AGERE quis non cogitur ante tempus concessum à lege l.1.C.vt nemo inuitus.l.creditor.C.de pign.

Primò fallit,si appareat de mente valentis agere,& differar,vt probationes aduersarij pereant.l.pen. C.de visu.pup.

Secundò fallit, vbi quis de proximo est recessurus de loco vbi habet creditores:quia tunc potest præfigi terminus creditoribus ad agendum.gl.in l.j.C.vt nemo inuitus.& in l.diffamari.C.de ingenuis & manumisis.

Tertiò fallit,quando quis comminatur se posse per querelam infringere testamentū : quia tunc fauore vltimæ voluntatis,ne stet in dubio, potest præfigi tempus ad querelã præparandam:per tex. notabilem secundum Bar.in l.Papinianus.§.si quis post.de inoffic.testam.

Quartò fallit in eo qui litem contestatus fuerit, vel libellum obtulerit:vt in authen.de litigiosis.§.omnem.col.9.

Quintò fallit in nunciante nouum opus:vt in c. fina.de no.operis nuncia.

Sextò fallit, quando actor differt malitiosè conuenire reum, quem conuenire intendit, argumento capituli,non nulli.de rescrip.

REGVLA XXV.

ALIENARE prohibitus, & ad longum tempus a loco re prohibitus esse censetur.not.in l. codicilis. §.instituto.de lega.2.

ADDITIO.

a *Tempus.Vide que not.in l.1.§.quod autem ff.de superfi. & quod ibi habetur per domi.Alexand de Imol.post Barto. & Fel.in c.quã in ecclesiarum. in 34.col.in ver. vbi autem de constitut.& do.Pet.Phi.Cor.in consi.252.incip.licet in* litera

litera d. in 3. parte. & adde quòd contra gloss. in dict. §. institutio. tenet Abba. in capitu. ad audientiam. de reb. ecclesi. non alienan. & Ludouic. Roman. in leg. si constante. §. quoties. cum seq. so. mat. & Bartol in dict. §. instituto. cum quo transit Angel. & Imol. in leg. si filio §. fina. solut. matrimo. Bened. V ad.

ⁿ imò fallit, quia si quis est prohibitus alienare sub pœna non prohibetur locare ad longum tempus: tex. est in c. nulli. in verbo, alienatione. de reb. eccle. non alie. vide Pau. de Cast. in consi. 2 5. qui alleg. Iac. de Bel. in authen. de non alienan. §. quia vero.

Secundò fallit si esset facta locatio ad longum tempus, & esset dictum q̃ tot sint locationes quot sunt anni, arg. l. scire debemus. ff. de verb. obl. & ita sub dubio dicit Bal. in c. 1. qui feu. da. pot. in 6. col. & idem tenet Bal. in §. vt libellario. j. alle. sed hoc est contra not. per Dy. in d. §. instituto. & contra prædicta vide Bal. qui tenet primam partem in l. voluntas est. C. de fideiusso. vide Bart. in l. si finita. §. si vectigalibus. de dam. infect.

Tertiò fallit, quando volumus intelligere de alienatione proprijssima: & tunc venit translatio directi dominij: & sic poterit fieri locatio ad longum tempus: si de alienatione propria, intelligitur de locatione ad longum tẽpus: si verò improproijssimè & intelligitur de obligatione. & ita dicit Bal. in c. 1. §. vt libellario. quib. mod. feud. amitta. & in authen. hac ius porrectum. C. de sacrosan. eccles. & sic potest concordari d. gl. in §. instituto.

Quartò fallit, quando locatio potest fieri ad longũ tempus, si dictum sit quòd non transeat aliquod ius in conductores: tamen istud dicit Domini. de sancto Gemini. in c. abbatibus. 12. quæstio. 2. & istud tenent Moder. ibi. idem tenet Bald. in leg. si domus. §. fina. de legatis secundo. Sed contra hoc vide quod not. idem Bald. in capit. imperiali. 3. columna. de prohib. feud. alienatione per Federi. in versic. quæro vassallus. & est contra not. per Dyn. in dicto. §. instituto. & l. vbi ita. ff. de donatio. causa mortis. & in l. cum precario. de preca.

a Qintò fallit ª, quia potest fieri locatio ad longum tempus colono partiario. & ita dicit Bald. in dicto §. vt libellario. & not. quidam Moder. in leg. si filio. §. si vir in quinquennium. ff. solut. matrimo. Sed videtur contra leg. primam. §. primo. ff. pro soc. vbi transfertur dominium in talem partiarium, qui est socius: vt est text. & ibi hoc tenet Saly cet. in leg. si merces. §. vis maior. ff. locati. vide Bald. in l. certi iuris. C. locati. vbi dicit, quòd non est propriè societas. & in l. j. C. de fructib. & lit. expen. & in cons. 302. quod incipit, videtur prima fronte, &c. vbi tenet quòd sit socius. Item dicit quòd si fundus vendatur per dominum, fructus integri sunt emptoris: cum actio personalis fundum sequatur. & ibi ponit an successor singularis teneatur stare colono partiario. & tenet quòd sic.

ADDITIO.

ª Fallit. Vide de his quæ continentur in hac fallen. Andr. Barb. in rep. rub. de reb. eccle. non alienan. in 9. fallen.

Sextò fallit, vbi ratio legis est in contrarium, vel lex caret ratione. & multo fortius fallit quando lex municipalis est contra rationem, vt quòd bona laicorum non possint vendi ecclesijs. Item fallit, vbi lex continet ius singulare. l. fin. C. de prædijs curia. lib. 10. & his verbis vtitur Bal. in authen. ei qui. C. de bo. auth. iudi. pos. in antepen. col. in prin. in versiculo, vlterius quæro.

Septimò fallit in prohibitionibus odiosis, putà si testator prohibuisset alienari in cõsortes: nam hoc casu valebit locatio. secus in non odiosis. ita notat Bal. in l. fin. C. de reb. alienis non alienandis.

a Octauò fallit ª, si esset facta locatio ad modicum tempus cum clausula ad renunciandum: quia tunc videretur etiam valere locatio, vt notat Baldus in leg. voluntas. C. de fideicom.

ADDITIO.

ª Fallit. Vide Ioan. Bapti. de Rosel. in 1. nota. vbi nonnulla de materia.

REGULA XXVI.

ALIENARI prohibita, in dotem dari possunt, auth. res quæ. & l. si. §. auaritiæ. C. cõmunia de lega. tenet Bar. in l. si tibi homo. §. diui Seueri. ff. de leg. 1. per tex. in l. fin. ff. ad Treb. Bal. in l. voluntas. C. de fideicom.

Amplia primò, vt nedum locum habeat in dote de nouo constituta, sed etiam in dote, quam filius accepit viuo patre restituenda, secundum glo. magnam in d. authen. res quæ. in 2. parte.

Amplia secundò, quòd nedum procedat quando filia dotem pro seipsa constituere vellet, sed etiam pro liberis, in casu quo mater filiam dotare tenetur: & similiter in fratre, & clarius in patre, vt probatur in d. authen. res quæ. in 1. q. vbi per do. Iaso.

Amplia tertiò, procedere non solum quando pater vellet constituere dotem pro filia inter viuos, sed etiam in vltima voluntate vel testamento, vt probatur in d. auth. & ibi per Ias. quarto nota.

Amplia quartò, quòd non solum procedat pro dote matrimonij temporalis, sed etiam pro dote matrimonij spiritualis, & sic ingressus monasterij, secundum Barto. & alios in d. auth.

Amplia quintò procedere etiam si filia iam esset maritata cum nulla aut quasi nulla dote, vt per Ias. May. contra in dicta authent.

Amplia sextò, quòd nedum ex causa dotis vel donationis propter nuptias, sed etiam alimentorum, vel redẽptionem captiuorum, aut alia simili causa, secundum dictam glo. approbatam in d. authent.

Amplia septimò procedere etiam quando mulier non inueniret maritum condignum, nisi omnia bona subiecta restitutioni daret in dotem, quia tunc posset, secundũ Bal. & Pau. de Cast. in d. authen.

Amplia octauò nedũ procedere donec filius vel filia viuunt, imò beneficium huius ad eorum hæredes transmitti tur, secundum Bal. in d. auth. vbi etiam per Pau. de Cast.

Amplia nonò nedum si fideicommissum sit vniuersale: sed etiam si esset particulare & purum, per rationem literæ, secundum Bal. in d. auth.

Amplia decimò etiam si testator alienationem expressè prohibuisset, vt per do. Ias. in d. auth. in quinto not.

Amplia vndecimò procedere etiam si alienatio per statutum, etiam iuramento firmatum, prohibita esset, vt per dom. Ias. in d. authen.

Amplia duodecimò non solum procedere in causa dotis vel donationis, propter nuptias sed etiam in causa pia quia tunc alienari potest, secundum Ang. in l. quidam in testamento. §. fin. ff. ad Treb.

Amplia decimotertiò, etiam si talia bona subiecta restitutioni, venirent restituenda ecclesiæ vel ad alias pias causas, secundum Bal. in d. auth. in 1. col. & Lud. Rom. in cons. 217. incipien. circa id.

Amplia 14. procedere etiam in muliere sterili, secundũ Bal. in d. auth. in 2. col.

Amplia 15. procedere nedum in muliere, sed etiam in eius cessionario, cui mulier cessit iura dotalia: licet beneficium personale videatur, [illegible] uersa sit inter ea ratio. ita singulariter tenet Paul. de [illegible] r. in consi. 121. incip. circa ea, quæ superius in vlt. [illegible] quem refert & sequitur Iaso. in d. auth. in 14. ampl[illegible]

Amplia 16. proc[illegible]re etiam in dote, in qua mulier habet fideiu[illegible]orem obligatum, vt tenet Pau. de Cast. in cons. 1[illegible] incip[illegible] quia per suprascriptum. & plenius in consil. 131. [illegible]cipien. circa ea. quem etiam refert, & sequitur Iaso. in d. auth. in 15. extensione.

Amplia 17. vt effectus d. authent. perpetuò duret, adeò quòd

quòd bona detracta ex fideicõmisso causa dotis vel donationis propter nuptias, nunquam ad fideicommissarium reuertantur, secundum Paul. de Castr. in d. auth. in 2. col. pro quo dicit esse casum singularem in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebel. inductum vt per Ias. in d. authent. in 17. extensione.

Amplia 18. vt etiam procedat in re emphyteutica, quã pater potest dare filiæ in dotem vel filio in donationẽ propter nuptias sine consensu domini, secundum Spec. & Io. And. in tit. de loca. §. nũc aliqua & latius per Ias. in d. auth. in 17. extensione.

Primò fallit, vt singulariter dixerunt Iaco. de Are. Cyn. & Saly. vbicunq; non extarent alia bona, quæ in dotẽ dari possent: alias secus, per d. auth. res quæ. C. cõmunia de leg. bene facit secundũ eos l. pater filium. ff. de leg. 3. not. Saly. c. in l. fin. C. de reb. alie. non alienan. Pau. de Cast. in consi. 13. quod incipit, per suprà dictum eximiũ. & ibi subtiliter idẽ dicit Bar. in d. §. diui Seueri. Bal. tamen in c. 1. in §. donare. in tit. qual. olim feu. alie. pot. tenet contrarium volẽs, quòd dispositio dictæ authen. res quæ. non extendatur ad res expressè prohibitas alienari: quia illæ non poterunt alienari pro causa dotis: quoniam illa authen. est exorbitans à regula iuris communis in eo, quod dicitur ibi de causa dotis, ergo non debet extendi. Sed respon. quòd imò debet extendi ad similes casus: cum dispositio illius authen. contineat causam fauorabilem, vt colligitur ex not. in l. si constante. in prin. ff. sol. mat. & ibi not. Bar. in 9. q. primæ partis. quod not. per gl. in l. qui propter necessitatem. ff. de reg. iur. Bart. & omnes doct. in d. authen. res quæ. dum alleg. not. per gl. in l. obses. C. de præd. mino.

Limitatur illa regula procedere in prohibitione impediente translationẽ dominij: quia tũc nullo casu poterit alienari, etiam pro dotibus constituendis, vt est gl. sing. secundum Cy. ibi & Bal. in l. nulla. C. de iure do. idem tenet Bal. in d. c. 1. §. donare. qual. olim feu. alie. pot.

Secundò fallit, & limitatur prædicta regula habere locũ in filia fœmina grauata: quia illa nõ posset alienare pro cõstituenda dote liberis suis, vt est gl. not. in l. à filia. in prin. ff. ad Treb. quam ad hoc valde notabiliter all. Nic. de Neap. in l. mulier. in §. cum proponeretur. ff. eo. tit. & eam sequitur. Pro quo facit text. in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Treb. ibi, & præsens voto, &c. & rationem alleg. glo. in dicta l. à filia. Et de materia etiam vide per glos. & doct. in l. quamobrem. in authent. de restitutio. & ea, quæ par. vbi habetur an dispositio dictæ authen. habeat locum in extraneo, an verò in filijs vel filio testatoris. Et magis communis opi. est, quòd solum extendatur in descendentibus [a]. & etiã probatur in d. auth. res que. vers. sed si liberis legitima.

ADDITIO.

a *Descendentibus. Et ita tenet Ang. in d. authen. res quæ et sequitur Franc. Aret. in consi. 37. incip. sequendo. in secundo dubio vbi tenet quòd nec in parẽtibus, nec in transuersalibus locum habet d. authen.*

Fallentias nonnullas alias vide per Ias. in d. auth. in antepen. col. cum pen. & fin. vbi ponit ad istam regulam 15. notabiles limitationes & fallentias. Bened. Vad.

REGVLA. XXVII.

ALIENARI in alium prohibita, nec vsucapi nec prescribi possunt, tenet Bar. in l. vbi lex. & ibi gl. ff. de vsuc. & tenet Ang. in l. 1. C. de præscrip. lon. temp. & Io. de Imo. in l. filiusfam. in §. diuus Seuerius. ff. de leg. 1. Iac. de Are. Cy. & Bar. in l. fin. C. in quibus causis in integ. restitutio nõ est necess. not. Bal. in l. 1. in 9. col. C. de ser. fug. licet Bar. in d. §. diuus Seuerus. contrarium tenuerit.

Primò fallit quando res, quæ prohibita est alienari fuit alienata ab alio quàm à domino, vel ab alio quàm ab hærede prohibito, vt puta à non domino bona fide: quia tũc talis res poterit vsucapi & præscribi, ita not. tenet Cy. in d. l. fin. C. in quibus cau. in integ. rest. non est neces. idem tenet Pau. de Cast. in consi. suo 12. vbi refert Cy. in loco præalle. & pro ista opin. alle. tex. & gl. not. in l. 1. in glo. magna. C. de ser. fug. Dum glos. dicit, quod seruus ascriptitius minimè potest præscribi vel vsucapi: tamen si fuisset venditus à nõ domino bona fide bene posset præscribi & vsucapi.

Secundò fallit, nisi interuenerit scientia illorum, contra quos præscribitur: quia sic videtur tacitè cõsentire: ita oo. Cyn. in l. 1. in 3. oppos. C. de ser. & aqua. Bald. in l. fin. post princip. C. in quib. caus. secus si. ignoranter: quia in tali præscriptione non videtur adesse consensus illius, contra quem præscribitur, vt est gloss. in leg. 1. in colum. 2. §. penult. ver. actione. ff. de dolo. not. Bald. in l. 1. C. de in integ. rest. & in authent. ad hoc. in 2. colum. C. de vsur. & in l. 2. in vlt. col. C. de iure emphy. de quo vide per Ioan. de Imo. in d. l. vbi & vide omnino Bald. in l. 1. in 1. col. C. de ser. fug. Ange. & Ful. in l. 1. C. de præscrip. long. temp. & in d. l. si tibi homo. in §. diuus Seuerus. de leg. 1.

REGVLA XXVIII.

a APPELLANS à sententia diffinitiua, causam [a] appellationis alegare non tenetur. l. 2. §. 1. de appel. & not. in l. ante sententiam. C. quo. appel. non recip.

ADDITIO.

a *Causam. Adde doctrinam Bart. in l. à sententia ff de appel. quòd quotiescunque prohibita est appellatio, vel per legem vel per statutum, sed permittitur appellatio in aliquo casu speciali, ille qui appellat in illo casu speciali, causam appellationis exprimere debet: aliàs appellatio non tenet: & ita tenet Lap. & Abb. in c. Romana. in § si autem de appel. lib. 6. & vide Fely in c. quod ad consultationem de re iud. in med. 11. col. in versi. nihilominus. Bened. Vad.*

Primò fallit vbi quis appellat à sententia diffinitiua contra se lata per confessionem suam: quia tunc tenetur reddere causam quare appellat: quia cõfessus est per errorem: vt not. Io. And. in c. Rom. §. cum autem. de appel. lib. 6. & ibi gloss. singul.

Secundò fallit in appellatione reductionis ad arbitriũ boni viri, in qua debet exprimi qualitas & quantitas læsionis, alias simplex appellatio non tenet: vt not. Bald. in l. vnica. C. de his quæ pœn. nomine. Bened. Vad.

Tertiò fallit vbi latæ sint tres sententiæ conformes: & non obstante hoc, si victus appellat, & iudex pronunciat appellationi non esse deferendum, appellans à tali sententia debet exprimere causam, secundum Ioan. An. & Imol. in capitu. cupientes. de electio. libr. 6. & idem tenet Bald. in lege vnica. C. ne lice. in vna eademque causa tertiò prouo. Bened. Vad.

Quartò fallit, quando commissa est causa alicui delegato, cum clausula, appellatione remota. nam debet talis appellans exprimere causam. ita tenet sing. Inno. in c. vt debitus. de appel. Bened. Vad.

REGVLA XXIX.

a APPELLANS ad vnum vel ad alium iudicem, quem ex his eligat, infra decem dies declarare debet [a]: no. Ioan. And. in capitulo, is qui. de officio delegati. lib. 6.

ADDITIO.

a *Debet. Vide Alex. in consi. 104. incip. viso processu. & in consi. 207. incip. viso toto processu. & in consi. 123. incip. viso processu causa vertentis inter Andr. Et amplia & limita dictam regulam, vt ex dictis consilijs colligitur. Fely. in c. inter cætera. de appell. in fin. 2. col. ver. insuper. & dic vt ibi per eum. Bened. Vad.*

Primò fallit, vbi ambo sint competentes, quia quemlibet potest eligere: secus si vnus tantum erat competens, alius non. dicit not. Angel. in l. cum proponas. C. de bono author. iud. poss.

REGVLA XXX.

APPELLANS ab interlocutoria, causam in specie exprimere debet: glo. & doct. in c. 1. de appellat. in 6. & l. 4. §. 1. ff. eodem titulo.

Primò

Primò fallit, quando appellatur in cauſis maioribus, & Papæ reſeruatis: vt in c. vt debitus. extrà, de appel. ſecundū Hoſtien. in c. quamuis. de elect. in 6.

a Secundò fallit [a], quando appellatur à tali interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ: vt tenuit Io. An. in c. peruenit. el 2. extrà, de appel. & Abb. in cle. appellanti. de appel. & tenent domini de Rota in deciſ. 12. quæ incipit, itē ſi iudex.

ADDITIO.

a *Secundo fallit. Pro qua fallen. v. de Fely. in c. quod ad conſultationem de re iud. in fin. 6. col.*

Tertiò fallit quando appellatur in cauſa notoria, ſecundum Lapum in d. c. 1. de appel. in 6. quod tamē non eſt verum, vt ibi per Doct.

Quartò fallit, quando appellatur ab interlocutoria, de cuius grauamine ſatis conſtat ex inſpectione: quia ibi inſerta eſt cauſa à iure reprobata, vt vult Petr. de Anch. in d. c. 1. de appellat. in ſexto.

b Quintò fallit [b], quando in ipſa appellatione non exprimitur cauſa ſpecialis, ſed per relationem ad aliud, vt ſi diceret, appello ab iniqua interlocutoria prout patet ex actis: cum tunc valeat appellatio etiam hodie, ſi iniquitas colligeretur ex actis & allegationibus iuris abſque aliqua probatione facti. & ita ſaluari poterit dictum Inno. in c. penul. de no. ope. nuncia. ſecundum Lapum in dicta clemen. appellanti. & refert Domin. de ſancto. Gemi. in d. c. 1. de appel. in 6. hoc idem tenens.

ADDITIO.

b *Quinto fallit. Vide Bald. in conſi. 44. in 3. parte.*

REGVLA XXXI.

APPELLARE à ſententia arbitri non licet. l. 1. C. de arb. cum ibi not. & l. diem proferre. §. ſtari. ff. eod. tit.

Primò fallit, quia licet à ſentētia arbitri non appellatur, tamen adiri poteſt ſuperior ſuper nullitate arb. ita Bal. in l. 1. 5. col. C. de ſent. ex breuic. recit. per illum tex.

Secundò fallit, quando arbiter aſſumptus ſit cum clauſula, vt poſsit de iure & de facto procedere, ſed de iure tantum pronunciare: tunc enim ſi tulit iniquam ſententiam, quia de iure non pronunciauit, & non ſeruauit formā compromiſsi ab eo, dicta ſententia eſt nulla ipſo iure, & non tenentur partes ei ſtare. ita Bar. ſimpliciter in l. diem proferre. ff. de arbit. §. ſtari. cuius opinionem ſequuntur Mod. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. Bal. tamen dicit, quòd ſententia lata ab hoc arbitro tenet, ſed partes bene appellare poſſunt ab ea: quia iſte non eſt propriè arbiter, & ſententia lata iniuſta ab eo tenebit, ſed ab ea appellabitur, vt dixit planè in ſuo conſi. quod incipit, de iniuſtitia vel de iuſtitia ſed iſtæ opin. non placent: quia arbiter in pronunciando & ſententiando tenetur iuris formam ſeruare, ſicut iudex. l. 1. de arbit. & ideo ſi iniuſtè pronunciat, litem ſuam facit. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pac. & cum de iure teneatur pronunciare, meritò dicendum eſt, quòd ſi hoc partes in compromiſſo expreſsè egerint, quòd de iure pronunciet, operetur quòd ſententia ſit nulla, vel ab ea poſsic appellari: quia expreſsio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur. l. 3. de leg. 1.

Tertiò fallit in arbitro iuris, qui eligitur loco iuris recuſati & ſuſpecti, vt in lege, apertiſsimi. & in lege, cum ſpeciali. C. de iudicijs. Ratio, quare à ſententia iſtorum appellatur, eſt, quia ſubrogantur loco iudicis recuſati, vt in cauſa cognoſcant. ideo ſapiunt eandem naturam, quam ipſe iudex recuſatus, vt in l. eum, qui. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. & hoc de iure ciuili: de iure canonico cognoſcunt ſolū de cauſa ſuſpicionis: ſed ab ipſorum ſententia ideo appellatur, quia ſunt arbitri iudiciales, qui ex neceſsitate iuris eliguntur. & ita not. in c. ab arbit. de offic. deleg. in 6.

a Quartò fallit [a], quādo arbiter eſt electus de iure municipali, & ſic ex neceſsitate ſtatuti, vt ſunt ſtatuta per Italiam. non poteſt à ſententia talis arbitri appellari: vt not. in dict. l. apertiſsimi. & in d. l. cum ſpeciali. tamen in prima conſtitutione Codicis tenetur contrarium, videlicet, quòd à tali ſententia arbitri non appelletur, quod ſequitur But. in cap. Quintauallis. de iureiur. ſtandum eſt enim, ſecūdum eum, regulæ prohibitiuæ, ex quo non reperitur in hoc caſu conceſſa appellatio.

ADDITIO.

Quartò fallit. Pro qua fallentia vide Fely in c. quæ in eccleſiarum in med. 35. col. de conſtit. in ver ſecundo eſt. conſiderandum & omnino do. Iaſ. May. Inſt. de act. §. omniū nu. 10. & ſeq & Franc. Are. in d. l. 1. C. de arbit. Bened. V ad.

Quintò fallit, vbi conuenitur inter partes, quòd à ſententia arbitri poſsit appellari: contractus enim ex conuentione vim accipiunt: vt in l. 1. §. ſi conuenerit. ff. depoſ. & ita tenuit Dyn. in l. ſi quis ex conſenſu. de appell. Bald. in leg. 1. C. eod. titul. & in leg. nemo poteſt. de leg. 1. Cyn. in hoc tenet contrarium in leg. 1. C. de arbit. Bald. ibi ponit tertiam ſententiam, quam ſequitur Car. Zaba. in capitu. cum dilectus. de arbitris. de hoc vide Specul. in titu. de appellat. in §. 2. verſicul. 16. & in §. inquilinus, verſicul. 13. & gloſſ. 2. q. 6. cap. iudicibus. & vide Anto. de Butr. in cap. Quintauallis. de iureiurando.

Sextò fallit, niſi eſſet tertius arbiter electus loco duorū diſcordantium iuxta formam. l. ſi vnus. §. penu. ff. de arbit. nam tunc ab eius ſententia poterit appellari: quia tunc nō eligitur ex iuris neceſsitate, & dicitur potius arbiter iuris, quàm aliter: & iden ab eius ſententia poterit appellari. & fuit dictum Iac. But. in l. ab arbitro. ff. qui ſatiſd. cogan. quē ſequitur Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de arbit. §. ſequitur verſi. ſed nunquam. de quo dic vt habetur in leg. ſi vnus. §. principaliter. ff. de arbit.

Septimò fallit, vbi ſtatutum eſſe in loco, quo ſententia arbitratoris mādaretur executioni, ſicut ſententiæ iudicū, tunc enim poſsit appellari: quia ex forma ſtatuti aſsimilatur ſententia arbitratorum ſententijs iudicum. & ita videtur voluiſſe Bal. in l. prima. C. de arbit.

Octauò fallit, ſi infra 10. dies appellatur: nam tunc appellans videtur approbare ſententiam arbitri tanquam latam, ſed non tanquam ſic latam: ſicut in ſimili in l. 3. §. falſus. ff. rem rat. hab. ſecundum Barto. in l. 2. ff. de arb. & in l. nemo poteſt. ff. de leg. 2. & in l. 1. C. de arbitr. & in l. ab arbitrio. ff. qui ſatiſda. cogantur iuncta l. penult. ff. eod. ſed cōmunis opin. eſt in hoc contra Bartol. vt tenent doctores Moder. in c. Quintauallis. de iureiur. maximè Io. de Imol. per plures rationes.

Nonò fallit ſecundum But. vbi ſuprà, in ſententia arbitri electi ad referendum iudici ſuper aliquo incidenti in iudicio, à quo partes non recedunt ex toto, vt ſi arbiter eligitur ad probandum vel improbandum fideiuſſorem in iudicio datum per alteram partem: vt eſt caſus in l. ab arbitro. ff. qui ſatiſda. cogantur. licet aliqui teneant quòd tunc non appellabitur, ſed officiū iudicis implorabitur: vt lege, ab arbitrio. ſecundum aliam lecturam.

Decimò fallit, vbicunque non ſubditi compromittunt in iudicem ordinarium: nam tunc licet non iudicet vt iudex, ſed vt arbiter, iuxta not. in l. 1. ff. de iud. tamen ratione præexiſten. iuris poteſt à ſententia talis arbitri appellari. ad hoc allego caſum. 2. q. 6. c. iudicibus. quem ſic intelligo, licet doct. non dicant.

Vndecimò fallit, vbicunque ſententia arbitri eſt nulla, vt quia per eam laico ſpiritualia conceduntur: vt in c. 2. de re iudi. cum ſimi. & in l. 1. §. item contra ſacras. ff. quę ſenten. ſine appel. reſcindant. nam tunc non appellatur, ſed dicitur nulla, iuxta l. fin. §. expreſsim. ff. de appella. ſecundum Io. de Imo. in d. c. Quintauallis.

Duodecimò fallit, quia d. regula procedit de iure ciuili: ſecus autem de iure canonico: quia à tali ſententia appellatur, vt eſt glo. reputata ſingularis. 3. q. 6. c. iud. & eam ſequitur Bald. & Angel. in leg. ſi ſeruus plurium. §. fina. ff. de leg. 1. & Bald. in l. 1. C. de arbit. & Angel. in leg. ab arbitrio. ff.

qui

qui ſatiſdare cogan. & Petrus de Ancharrano in clem.ſæpe.ad finem.de verborum ſignificatio.& eſt alia gloſſ.con ſimilis in c.2.de arbitris. & in hoc ſequuntur Hoſti.& Ioã. Andr.& aliqui in dicta l.nemo poteſt.tenent contrarium, ſub dubio fortè:quia in dubio non dicitur induci diſcordia inter ius ciuile & ius canonicum.c.1.& 2.de no.oper.nun. c.cum ex parte.de elect.in 6.& reſpondent ad c.2. de arbitris.Sed vide Innocent. & Imol.in dicto capitulo, Quintauallis.quos ſequitur Roman.in dicta lege, ab arbitro. & hęc eſt ſuſtentabilis opin.Ioan.de Imol.in puncto iuris:tamen communis opinio eſt in contrarium : quam opinionem vltra prædictos tenent Hoſtien.& Anto.de But.In c. cum dilectus.de arbit.& Bal.in leg.cum quidam.la grande ff.de legatis ſecundo.& Salyc.in l.1.C.de arbit.& Paul.de Caſt.in l.poſteà.§. ſi minor.ff.de iureiuran.& pro iſta communi opinione facit quod habetur ſecunda q.ſexta, in canone,omnis oppreſſus.& capitulo,ad Romanam.& c.omnimodæ.de appellat.

Tertio decimò fallit,ſi ſententia arbitri tenet vel continet tale pactum, cui partes renunciare non poſſunt. Verbi gratia, ſi ſententia continet ſimoniam,ita loquitur c.2.de arbit.nam tunc per ſuperiorem corrigitur, vt not.Ioan.de Imol.in d.c. Quintauallis. in alijs autem caſibus ſententia arbitri, quantumcunque iniqua eſſet, & magni erroris vel læſionis, reſcindi non poteſt. Adde tamen quòd licet ipſa reſcindi non poſsit per appellationem, tamē iudex, coram quo petitur executio ſententiæ, ſi viderit ipſam iniquā & malè latam, poterit in executione ipſius ſententiæ ipſam, tanquam malè latam, infringere:ita ſing. tenet Bald.in d.l. diem proferre.§.ſtari.ff.de arbit.& tenet Io.And.in c.j. & 2.eod.tit.quod perpetuò tene menti.

REGVLA XXXII.

APPELLARE à ſententia lata in cauſa momētaneę poſſeſsionis non permittitur. lege 1. C. ſi de mom. poſſ. fuer.appel.

Primò fallit, vbi notoria eſt iniuſtitia ex parte volentis appellare,gloſſ.eſt in cap.ex conqueſtione.de reſtitu.ſpon. Bartol.& Baldus in dicta lege 1.C.ſi de momen.poſſeſsio. fuer.appel.

Secundò fallit,vbi non poſsit reparari grauamen à ſententia lata in poſſeſſorio per iudicium petitorium:nam in dict. leg.1. fuit conſtitutum, quòd non poſsit appellari in cauſa poſſeſsionis,qa eſt ſuccurſum in petitorio:& ſic,vbi proprietas eſſet prius expedita, quàm poſſeſsio, tunc poterit appellari.ita dicit Bald. in dicta legeprima, in prima columna.

Tertiò fallit etiam vbi eſt melior conditio poſsidentis, vt in turpi cauſa:vt per Bar.in l.2.de appel.recipi.

Quartò fallit, vbi eſt miſsio in poſſeſsionem ex ſecundo decreto:quia remanet reparatio:ideo poterit appellari; vt dicit Bar.in d.l.1. & iſti duo caſus continentur ſub regula & ſallentia, ſcilicet quando non remaneret remedium per iudicium petitorium.

Quintò fallit,vbi ſententia ſit lata in cauſa poſſeſsionis contra condemnatū ad fructus ſine intereſſe:qu1a tunc appellari poterit:cum iſtud damnum reparabile non ſit in cauſa proprietatis,& ſic non eſt momentaneum.ita Bal.in d.l. 1.C.ſi de mo.poſ.fue.app.in prin.2.col.verſi.ſed pone.

REGVLA XXXIII.

APPELLARE ab executione ſententiæ quis non poteſt. l.ab executione.C.quorum apell.non recip.2. q.6.ſunt eorum.& habetur in c.nouit ille.extrà,de appellat.

Primò fallit,in ſententia interlocutoria, cuius grauamē non poteſt reparari per obtentum in diffinitiua. iſtud probatur in l.2.ff.de appel.recipi.&c.

Secundò fallit in interlocutoria,quæ habet vim diffinitiuæ:quia tunc ab eius executione poterit appellari:vt in l. intra vtile.ff.de minori,& ibi hoc notatur.& dicitur habere vim diffinitiuæ, quando per eam tota cauſa determinatur. vt ibi dicitur in text.iuncta gloſſ. notabili, de qua per gloſſ.in clement.fin.in gloſſ.2. de appellat. & vide Bartol. in l.ſi prætor.in princip.ff.de tut.& per Lud.Roma. in l.2. ff.de verborum oblig.& per Bald.in rubric. C.ne liceat tertiò prouocare.

Tertiò fallit quandocunque ſequitur nec ſeparatur aliqua diſtinitiua : quia hoc caſu ab interlocutoria tali poterit appellari:vt probatur in l.ait prætor.in §.permittitur.ff. de minor.

Quartò fallit quando iudex pronunciat deferendū eſſe appellationi,quia etiam à tali interlocutoria, poterit appellari.ita tenet Bal.in l.vnica.C.ne liceat in vna eademq; cauſa tertiò prouocare.& hanc opinionem tenuit Io.Monac. in capitulo,cupientes.de elect.lib.6.

Quinto fallit in pronunciatione ad exequendum : nam à tali pronunciatione poterit appellari a etiam, vt notat gl. in l.ab executione.in princ.& ibi not.per oēs doct.Et ideo ex his ſumitur cautela,quòd quando ſententia eſt lata pro parte,quę tranſiuit in rem iudicatam,quam realiter ipſam exequi facias ſine aliqua pronunciatione, hoc modo valet quòd iudex dicat, ꝙ exequendo ſententiam concedit victori familiam & nuncios ſuos ad capiēdum pignora, vel ad mittendum cauſa releuandi in poſſeſsionem bonorum ita dicit Ang.de Pe.ſe infinitis vicibus practicaſſe,in d.leg. ab executione.quia tunc ſecundum omnes non poterit appellari.& idem etiam tenet Angel.de Aret. in d.l.ab executione.in princip.quod not.

ADDITIO.

a *Appellari.Vide dom.Pet. Philip.Cor.in conſil.71 in litera.v.in 1.parte Bened.Vad.*

REGVLA XXXIIII.

APPELLARE à ſtatuto iniquo non permittitur,no.Bar. in l.fin.ff.de appel.recip.

Primò fallit, quia à ſententia lata vigore illius ſtatuti bene poteſt appellari : vt not. Bald.in capitul. ceſſante.in 13. colum.extrà,de appel.& Bald.in lege, quiſquis.C.quo.ap. non recip.

* *Et ſi omnia exemplaria ſequentes limitationes huic regulæ ſubiectas habeant, vide tamen num potius ad regulam, Appellatione pendente quæ eſt 42.pertinere debeant.*

Iſta regula limitatur ſeptem alijs modis vltra iſtum:primò non habere locum quando appellās eſt perſona ſuſpecta,vel fructus dilapidat,ſiue res ſit mobilis ſiue immobilis,fructus ſequeſtrantur.l. ab executione.C.quorum appel.non reci.iſtud voluit glo.in c.appellatione.2.q.6.& voluit Bal.in c.1.§.ſancimus.in titulo,quo tempore miles inueſtitu.petere deb.dilapidare dicitur ſecundum Bald.ibi,ſi conſumit in ſuos vſus conuertendo,maximè prodigaliter viuendo,& refert Archi.6.q.1.c.quia res.

Secundò fallit iſta regula non habere locum, quando appellatio eſt expreſsè iuri contraria : vt not. in c.paſtoralis.in nouella.de officio delegati.ita refert Baldus in d.cap. 1.§.ſancimus.

Tertiò fallit,niſi appellatio eſſet friuola,vt in c.cum appellationibus friuolis.de appel.lib.6.

Quartò fallit regula eſſe vera quo ad partes, ſecus quo ad tertium.iſta eſt gl. celebris in l.creditor. in princ.in verbo,pone.ff.mand.quā alleg. Bal.in l.ſi quis filio ff.de iniuſt. rupt.teſtamen.Adde tex.& quod voluit ibi Gemi.in c.Romana.§.in alium.de appel.& tex. ſingul.in c.ſuper eo.ff.de offic.delegati.ſecundum Butrig.in c.vt debitus.de appell. & hoc voluit expreſsè Gemini.in c.non ſolum.ſuper gl.fi. de appel.lib.6.licet non alleg.gl.in d.lege,creditor.

Quintò fallit regula eſſe vera in eadem cauſa,ſecus in diuerſa:iſtud dixit dominus Abb, in c. quia fruſtra.extrà, de vſuris.& Lau. de Rodul.in tractatu de vſuris.q.144.& idē dicit in litis pendentia,ſecundum Bal.in d.c.1.§.ſancimus. vbi refert Innocen.in c.bonæ.de appellat.& in d.c.paſtoralis.facit, vt lite pendente.per totum.& limita, prout dictum eſt in appellatione.

Sextò

Sextò fallit prædicta regula, & dicas eam procedere respectu iudicis, & non respectu partis, secundum Innoc.& Abb.in ver.oppono rertiò.in c.dilecte.de exceptionibus. tu pro veritate hnius dicti vide plenè Abbatem ibi disputantem hunc passum, & veritatem huius limitationis, quæ indistinctè antè procedit, vt ibi planè per Abbatē post Hostien. Adde etiam, quòd innouatum in causa appellatinnis nnn reuocatur, si extrinsecus aliquid sit gestum, qnnd in litis præiudicium nnn vergat, vt testimoniū: vt singulariter notatur in l.furti.§.1.ff.de insam. & Bal.in d.c.dilectæ.itē nec reuocatur quod legitimè factum est, secundū litis exigentiam.text.est vnicus in lure in l.postquam. §.Imperator.ff.vt leg.nom.caue.talia innouata non impediunt executionem.ff.de adminis.tut.l.chirographis.§.1.ff.vt in poss. lega.l.is cui.§.quæ in possesione.

Septimò fallit illa regula, quòd lite pendente non habet lncum in casu.c.accusatum.de sim. & ibi alias in 2.not.dicit notcasum, in quo lite pendente quis priuatur quasi possessione beneficij & officij. & intellige illum text.quando accusatus erit infamatus de simonia. nam per attocitatem delicti concurrente insamia fit suspensio, donec causa finiatur:vt in c.inter.de purgat.canon.& idem dicit in alijs magnis criminibus concurreute insamia. facit quod not.Io. And.in d.c.1.de accus.lib.6.faciat etiam quod volunt Inn. & Abb.in c.cum M.in gl.fi.de consti. & de ista materia vide per Speculum in tit.de appel.vbi 16.limitationes ponit.

REGVLA XXXV.

a APPELLATIO ad hoc vt valeat, in scriptis fieri debet [a], not.in l.1.§.libellus.ff.de appel.

ADDITIO.

a *Debet.Vide dom.Pet.Philip.Cor.in consi.115.incip.viso.per totum in 4.parte.*

Primò fallit, quando iudex pronunciat, & inde recessit à bancho:quia potest appellari sine scriptis, vt in d.l.1.§.libellus.& ibi per Bar.

Secundò fallit in sententia interlocutoria, vt not.Bal.in l.si eo.§.sin antem.in 1.col.C.de appellationibus.dic tamē vt ibi per Angelum.

Tertiò fallit, quando causæ sunt breues, vt not.Bal.in l.in mino.C.de appellat.

REGVLA XXXVI.

APPELLATIO alternatiua & incerta non valet.Bal.in l.appellatione.C.de appel.

Primò fallit, quando omni casu appellatio incerta valeret, dummodo infra 10.dies declaretur & suppleatur.gl.in c.si is cui.de officio deleg.libro sexto. & Imo.in c.sua nobis.de appellat.

Secundò fallit, quia valeret appellatio generalis, si esset facta ad competentem iudicem, vel simpliciter dicendo, Appello, non exprimendo ad quem iudicem, aut si appellatur alternatiuè, quando concurrit aliqua probabilis dubitatio iuris vel facti, ad quē sit appellandum : tunc enim de iure canonico, propter probabile dubiū iuris vel facti, valeret talis appellatio.arg.c.1.de postul.prælat.lib.6.& in l.j. §.quod autem.ff.quo.leg.secundum Io.Andr.in regula, in alternatiuis.lib.6.& glo.in d.c.si is cui.

REGVLA XXXVII.

APPELLATIO iustè fit, si iudex reijcit legitimam exceptionem, dummodò probetur de veritate causæ ipsius appellationis: vt probatur in c.ex parte R.de appel.ex quo infertur, quòd index non dicitur grauare partem ex hoc solo, ꝙ eius exceptionem legitimam non admiserit : vt per Lapum in allegatione secunda, columna secunda.

Primò fallit in exceptione recusationis iudicis : quia si, ea non obstante, index procedat in causa principali, & ex hoc appelletur, censetur ipso facto iustificata appelatio, licet aliter posteà in causa appellationis non probetur causas recusationis fuisse veras : licet aliter non fuerit oblata probatio : quia non est necessarium offerre probationem coram iudice recusato, coram quo non tenetur facere probatinnes suas.c.cum speciali.de appellat.

Secundò fallit in casibus, in quibus grauamen illatū nō subiacet probationi, vt si denegentur induciæ deliberatoriæ, vel si negetur copia sententiæ vel aliorum actorum, in qnibus nnn potest offerri probatio, iustificatur appellatio: etiam si aliter non nbtulit se probaturum grauamen, nisi quia non fuit admissa petitio partis, quę de iure erat admittenda; vt per Imol.in c.significante.de appel.& per text.in c.G.perpetuus.de fide instrum.

Tertiò fallit in omni casu, in quo causa grauaminis detegitur per solas allegationes iuris absque alia probatinne facti, vel si causa grauaminis appareat ex iuris præsumptione: quia tunc videtur incontinenti iustificata appellatio, cū constet de veritate causæ per solas allegationes iuris: vt per Bal.in l.minoribus.C.de his, quibus vt indig.

Quartò fallit vbicūque appellatur ex causa notoria vel tali, quæ fundat intentionem appellantis de iure communi, per not.in c.bonæ.de appellat.& in c.ad decimas.de restit.spoliat.in 6.

Quintò fallit, quando constat ex iuris dispositione appellationem fore legitimam: vt si est appellatum à diffinitiua, & illa non fuerit admissa, bene appellatur c.1.§.hisq; de appel.& c.cum appel.eod.tit.in 6.

Sextò fallit nisi iudex, à quo appellatur, sit verisimiliter informatus de veritate exceptionis, seu causæ appellationis: quia tunc intelligitur iustificata appellatio : vt not.in c.cum causam.de offic.deleg.& in c.si duobus.de appel.

Sextò fallit, nisi constaret de ipsa exceptione, & eius veritate per cōfessionem partis factam coram iudice à quo: tunc statim intelligitur iustificata appellatio, vt in c.dilecto.de appellat.

Septimò fallit in causis beneficialibus, in quibus quo ad deuolutionem negotij principalis, quando est appellatū ad Papā, quia sufficit ꝙ appellatio interponatur ex causa propabili, licet aliter non probetur de veritate illins causæ : vt in c.quamuis.& in c.postquam.de elect.in 6.

Octauò fallit, quādo iudex ex leui pręsumptione repelleret exceptionem partis in his, quę sunt grauis pręiudicij: tunc enim dicitur grauare partem, etiamsi non fuerit oblata probatio.c.licet causam.de probat.& per Inno.in c.post electionem.de conces.præben.

REGVLA XXXVIII.

APPELLATIO ab interlocutoria ex eisdem actis verificari debet.clem.appellanti.de appel.

Primò fallit, vbi est lata contra absentem, vt not.Bar.in l.cum prætor.ff.de minnr.§.qui tamen.

Secundò fallit, vbi iudex noluit admittere probationes in causa principali, vt dicit Bal.in d.l.per hanc.C.de temp. appellat.per ea quæ notantur in c.interposita.de appel.

Tertiò fallit, quando interlocutoria continet grauamē irreparabile ad diffinitiuam, vt not.Bal.in d.l.per hanc.per notata in lege, ait prætor.§.qui tamen.ff.de minor.

Quartò fallit, quando appellatio surgit ex facto aduersarij, vt dicit Bal.in lege, per hanc.C.de tempo.appellat.

REGVLA XXXIX.

a APPELLATIO ad principem omisso medio [a] regulariter nō admittitur.l.Imperatores.ff.de app.& c.dilecti.el secundo.de appellat.& c. Romana.de appellat.in 6.& 2. q.6.anteriorum.

ADDITIO.

a *Medio. Pro infrà scriptis fallentijs vide Fely.in c.super quæstionum §.porro.in fin.1.col.versi.appellari.de offi.deleg.Bened.V ad.*

Primò fallit, quando appellatur ab interlocutoria, eo casu, qno pōt appellari ab interlocutnria: tex.est in l.reo vniuersali.ff.de minor.& ibi per doct.& in autb.de appel.& intra quæ tempora.§.1.& in l.maritus.ff.de quæst.in authēt. de mand.princ.§.si tibi.& ibi vide rationes per doct.

Secundò

Secundò fallit, quãdo esset appellatum ad principem, & pars non opposuisset: per tex. in l. Imperatores. de appel. & debet fieri remissio.

Tertiò fallit, vt habetur in lege, ad Imperatorem. ff. de appellat.

Quartò fallit, quando iudex inferior delegaret causam appellatione remota, vt in l. 1. ff. quando appel. non licet. & in l. fin. C. de sen. & interloc. om. iud.

Qintò fallit in scholari, secũdum Nico. de Nea. in auth.
b habita [b]. C. ne filius pro patre.

ADDITIO.

b *In auth. habita. Vide Bal. in 14. col. & Abb in disputatione sua, quæ incip. Sandulphus. in 12. col. Bened. Vad.*

Sextò fallit quãdo consuetudo super hoc disponeret, vt patet per tex. & glo. in d. c. Romana.

Septimò fallit, quando hoc competeret ex priuilegio, vt ibidem per glo.

Octauò fallit, qñ archiepiscopus conueniret subditum suum corã suo suffraganeo vt extrà, de fo. cõp. c. cũ sit generale. & hoc vt iudex non sit in causa sua: cũ nullus possit sibi authorari, vt in clem. si vna. de rebus eccle. non alien.

Nonò fallit quando Episcopus agit contra subditũ suũ, quo casu eligerentur arbitri, à quibus appellatur ad Papã, extrà, de offic. deleg. in 6. c. arbitris.

Decimò fallit, quãdo concurrit iurisdictio mediata vel immediata, vt si appellatur à subdito archidiaconi, qui esset subditus Episcopi: nam omisso archidiacono appellari potest. Abb. in c. dilecti. el 2. de appel. in fin. in gl. fi. in simili in capitulo, cum ab eccles. de offic. ordin.

Vndecimò fallit, quando medium sit inhabile, puta, hæreticus vel excommunicatus. gloss. est in capitulo, is cui. de offic. deleg.

Duodecimò fallit, qñ esset suspectus vel recusatus, vt in c. is cui. secũdum Io. And. in c. Romana. §. 1. qui hos casus enumerat, de quibus per Archid. in d. capitulo, anteriorũ.

Tertiodecimò fallit, quando appellatur ad legatum Papæ. c. 1. de offic. deleg.

Quartodecimò fallit, quando appellatur ad patriarchã, vt dicit Inno. in c. archiepiscopus. de priuileg.

REGVLA. XL.

c APPELLATIO in qualibet causa permissa est c. leg. & in maioribus. C. de appel. & per glo. & ibi Ang. in l. qui restituere. ff. de rei vend.

ADDITIO.

c *Est. Vide Lanfran. in repet. c. quoniam contra. de probat. in versi. hic tractabimus. in 22. col. post. med. in versi. quaro in quibus. cum 20. seq. vbi lalè. Et circa fallentias alias infrà positas vide glo. in l. 1. & 2. C. quorum appel. non recip. & glo. 2. q. 7. in summa & in Spe. de appel. §. quibus. quæ iura allegant Cano. in c. Romana. §. fin. de appel. in 6.*

Primò fallit in sententia interlocutoria, à qua de iure ciuili non appellatur. tex. est in l. 2. C. de episc. audien. & in l. antè. C. quor. appel. non reci. & istud procedit de iure ciuili: de iure autem canonico potest à quocunque grauamine appellari, siue sit illatum in iudicio, siue extra iudicium: vt in c. super eo. de appel. dixit tamen Guliel. de Cu. notabiliter, quem sequitur Bal. in l. post sententiam. C. de sent. & interloc. omn. iudi. ꝙ licet de iure ciuili possit appellari ab interlocutoria: tñ possit appellari à grauamine illicito. Verbi gratia: iudex non vult admittere alios testes, quos actor produxit, rectè poterit appellari ab isto grauamine illicito: dato quòd ita nulla interueniat sententia diffinitiua vel interlocutoria: quod est singulare.

Secundò fallit in executione, à qua non potest appellari, vt l. ab executione. C. quorum appel. non reci. & in l. ab executione. ff. de appel. poterit tamen appellari à sententia lata de exequẽdo, vel non exequendo: vt est sing. gl. in d. l. ab executione. & hanc gl. sequitur Ang. in d. l. ab executione. qui dicit ita in practica seruari, subijciens cautũ debere esse aduocatum actoris petentis executionem, vt instet cũ iudice, vt non pronunciet aliquam sñiam esse exequendã, vel non: quia posset appellari à tali sententia. Sed faciat ꝙ iudex suam sententiam exequatur mittendo in possessionẽ, &c. & tunc ab ista executione nõ poterit appellari. Sed Old. & Bal. in d. l. ab executione. tenent quòd etiam à sententia de exequendo non possit appellari: quia nunquam secundum hoc esset finis: quia lata sententia incerta, quis instaret cũ iudice ipsum debere pronunciare esse exequendam sententiam, & sic à tali sententia dominus appellabit: & sic ad exitum nunquam perducetur. Sed tu teneas opinionem glo. quæ est communis, & etiam seruatur: nec obstat ratio Oldrat. & Bal. quia ad boni iudicis officium pertinet dirimere lites, vt in l. quidã existimauerunt. ff. si cert. pet. neq; pronunciabit sñiam esse exequendam: imò ipso facto exequetur sententiam, vt finis litibus imponatur.

Tertiò fallit in sententia lata super debito fiscali: quia à tali sententia super tali debito non potest appellari, vt in l. abstinendum. C. quot. appel. non recipi. Idem secundum Bald. in sententia lata super decimis: quia non poterit à tali sententia lata super decimis appellari: quia æquiparatur iuri fiscali. 2. q. 5. si episcopi.

Quartò fallit, vbi sententia esset lata contra conuictum testibus, & propria voce confessum: quia nec poterit talis appellare, vt in l. 2. C. quorum appel. non recip.

Quintò fallit in sententia lata super apertura testamẽti, vel super missione hæredis in possessionem bonorũ hæreditariorum: vt in l. quisquis. C. quorum appel. non recip. a

Sextò fallit in sententia contra verum contumacẽ: quia non potest appellare. vt in l. ex consensu. C. de appel. & in l. post edictum. in §. fin. ff. de iudicijs. & l. properandum. in §. sin autem reus. C. de iudi.

Septimò fallit in sententia lata per principẽ, vel lata per eum, cui princeps contulit causam cognosci, appellatione remota: quia ab illa sententia non poterit appellari: vt in l. j. in fi. ff. à quibus appel. non lic.

Octauò fallit, vbi interuenit pactum de non appellãdo à sententia iudicis: nam tunc non poterit appellari, etiam si sententia foret iniqua, vt in l. fi. §. fi. C. de tempo. ap. Idẽ si litigantes promisissent stare sententiæ certi iudicis, quomodocunque foret lata talis sententia: nam per talia verba tollitur beneficiũ appellandi. gl. est sing. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pac. quam gl. sequuntur Bart. & Ang.

Nonò fallit, in sententia à præfecto prætorio lata: vt in l. à proconsulibus. C. de appel. & in l. vnica. C. de sen. præfe. præto. & per consequens non poterit appellari à sententia cardinalium: cum sint similes præfec. prætor. gl. est sin. in l. 1. ff. de offi. præfec. præto. Idem dicas in sententijs eorum, qui non recognoscunt superiorem: arg. in c. quoniam. 11. dist. & Bald. in l. hostes. de capt.

Decimò fallit, in sententia lata per arbitrum, qui est arbitrarius de iure tantum, & non de facto: quia ab eius sententia non potest appellari, nec etiam reducit ad arbitrium boni viri: imò ei est standum siue iniusta, vel iniqua sit: vt in l. diem proferre. in §. stari. ff. de arb. & in l. societatẽ. in §. arbitrorum. ff. pro soc. In arbitris autem, qui eliguntur ex necessitate, vt sunt arbitri, qui eliguntur ex forma statuti inter consanguineos, secus est: quia ab eorum sententia potest appellari. glo. est singularis in l. arbitro. ff. qui satisd. cogan. quam glo. ibi sequitur Bat.

Vndecimò fallit in sententia arbitratoris, à qua non potest appellari: sed si interuenit deceptio vsq; ad sextã partẽ: debet reduci ad arbitrium boni viri: vt in l. si neq;. ff. pro socio. & ita tenet Bar. & est communis opi. in d. §. arbitrorũ.

Duodecimò fallit in sñia lata ab episcopo ex eius prorogata iurisdictione: quia nõ poterit appellari, vt in l. si qui ex consensu secundũ vnum intellectũ. C. de episcopali aud.

Tertiodecimò fallit, vbi aliqua causa fuit alicui commissa in sua conscientia: nam tunc non poterit à tali sen-

tentia

tentia appellari: vt est gloss. in capitul. statutum. in §. insuper. de rescript. libro sexto & ita tenet Bald. in leg. secunda C. de hære.

a Quartodecimò fallit in sententia existente nulla a, à qua non potest appellari: vt in l. si constet. ff. de appel. & l. si expressim. ff. eo. tit. quia appellatio habet extinguere pronunciatum, vt in l. 1. in fi. ff. ad Turp.

ADDITIO.

a *Nulla. Vide dom. Pet. Philip. Corn in consil. 12. in litera a in 3. parte. & in consi 241. in litera m. eadem parte. Bened. Vad.*

Quintodecimò fallit in sententia reductionis ad arbitrium boni viri, de qua tamen fallentia est valde dubitandum, & maximè quia Innocent. in capitul. præsenti. de rescript. tenuit quòd à sententia lata à bono viro non appellatur in causa reductionis ad arbitrium boni viri: & sic à sententia lata à bono viro non appellatur secundum eum. hanc eandem sententiam tenuit Bartol. in leg. prima ff. de legat. secundo. & idem tenet Bald. & Hostiens. disputando, vt refert Ioan. Andr. in additio. Specu. in titul. de appellatio. in §. in quibus. in versicul. quid si conuenit. & eandem sententiam fuit amplexus Salycet. in leg. societatem. in §. arbitrorum. ff. pro socio. & ita etiam de facto consuluit. Contrariam verò sententiam tenuit Bald. qui fuit sibi ipsi contrarius in leg. Anastasia. C. ne liceat in vna eademque cau. tertiò prouo. dicens quòd à sententia lata per bonum virum pro reductione causæ potest appellari, vt hic quia non reperitur iste casus exceptus à iure: ergo remanet sub regula præmissa, quæ est, quòd regulariter in omni causa potest appellari: vt in leg. in nouationibus. C. de appellatio. hanc eandem sententiam tenuit Petrus de Ancha. in consilio suo, quòd incipit, laicus quidam. idem tenet Ioann. de Imol. in consilio suo, quòd incipit, illud reuocatur in dubium. Bald. ad hoc reuocat eam, & tenet vnam opinionem, videlicet quòd potest appellari sententia reductionis ad arbitrium boni viri, si in appellatione afferatur qualitas & quantitas læsionis. & ita intelligitur opin. Petrus de Ancha. cum sequent. Si autem in ipsa appellatione non fit expressa quantitas vel qualitas læsionis, non valet appellatio imò remanet sententia firma. ita tenuit ipse in l. vnica. C. de his quæ pœn. nom. & ista opinio in practica seruatur. fit ergo cautus ille, qui à sententia reductionis ad arbitrium boni viri appellat, vt inferatur in ipsa appellatione quantitas & qualitas læsionis, alias succumbet: quia iudex appellationis pronunciabit non deferendum, nec debere deferri appellationi.

Fallit 16. vbi qui appellans dicit statutum esse iniquum, cum statutum est generale, secundum Bal. qui ita not. in l. quisquis. C. quorum appel. non recip.

Decimoseptimò fallit, vbi sunt latæ tres sententiæ super eodem articulo confirmatoriæ: quia vlterius non licet prouocare, vt in rubro & nigro. C. ne lic. in vna eademque causa tertiò prouoc. vbi ab ipso sententia lata de consilio sapientis, licet transiuerit in rem iudicatam, poterit appellari, non tanquam à sententia, sed tanquam ab iniquo consilio. iste est text. ad literam. 2. q. 6. biduum. §. vidimus. versi. & nos. & tenet Anto. de But.

Decimo octauò fallit, in sententia lata per syndicatorem, qui habet syndicare officialem suum, putà Potestas syndicat vicarium suum: nam à sententia lata per Potestatem super syndicatu non potest appellari: vt in leg. nulli. C. quorum appe. non resc. secus esset in sententia lata per aliũ syndicatorem: quia tunc bene posset à tali sententia appellari, secundum Ang. in d. l. nulli, &c.

Decimonono fallit, si statuto caueretur, vel consuetudine legitima haberetur, quòd à certa sententia non posset appellari. Nam si per pactum, ergo & per consuetudinem, vt tenuit Lanfranc. in sua solenni repetitione capi. quoniam contra falsam. extrà. de probatio. circa finem.

Vigesimò fallit, in sententia lata super possessorio, à qua non licet appellare: vt in lege vnica. in fine. C. si de moment. possessione fuer. appellatũ. Quod tamen fallit, vbi tale possessorium saperet naturam proprietatis, quia à tali sententia super possessorio bene posset appellari, secundum gloss. in lege vnica. C. si de moment. possessione fuerit appellat. & per hoc à sententia lata super constitutio. legis, si quis in tantam. C. vnde vi. non poterit appellari: quia constitutio sapit naturam proprietatis, quæ competit soli domino: ita not. Angel. in lege incerti. C. de interdict. & textus in lege secunda. §. quædam. ff. de interdict.

Vigesimoprimò fallit in sententia lata super alimentis, per l. fin. de appel. recip. & ibi per Ang. l. si iudex. de his qui sunt sui vel alieni iuris.

Fallit 22. quia in decimis, non appellatur. capitul. tua nos de decimis. & gloss. in clemen. dispendiosam. de iudic. Specul. in titu. de appel. in §. in quibus. & suprà tactum fuit in tertia fallen.

Vigesimotertiò fallit, vbi victus in expensis condemnatus non fuerat propter hoc victor non appellat, vt l. 1. C. quando prouoc. non est nec. Anto. de But. & Io. de Imo. in c. significauerunt. de apppel.

Vigesimoquartò fallit in correctione, vt in c. ad nostrã. de appellatio.

Vigesimoquintò fallit, vbi excommunicatus iurauit de parendo mandatis excommunicatoris: quia non poterit appellare, vt in c. quæstio. de appel.

Fallit 26. in eo, quod fit à maiori parte capituli: quia tũc appellari non potest.

Fallit 27. quia non potest appellari à sententia excommunicationis, vel alterius interdicti, ita quòd suspendat executionem, capitul. pastoralis. de sententia excommunicationis.

Vigesimo octauò fallit, quando quis appellat ne fiat electio secundum ordinem iuris, vel pro vsu ecclesiæ. c. cum à nobis. de elect.

Vigesimonono fallit in casu falsæ monetæ. leg. prima. C. de falsis.

Fallit 30. vbi quis appellauit nullo existente grauamine. c. constantie. de appel.

Fallit 31. in casu c. cum sit Roma. §. 1. de appel. in 6. vide Spe. in d. §. in quibus.

Fallit 32. quia à sententia super declaratione non potest appellari: quia qui semel declarat, non potest amplius declarare: vt per glo. in l. quicquid astringendæ. de verb. oblig. & ibi hoc dicit Ang. sed hoc intelligas verum, quando iudex declarando interpretatus est dictum suum ambiguum: secus si declarat factum alienum: ita declarat Ang. in l. qui necesse. de re iudi.

REGVLA XLII.

APPELLATIONE pendente attentata debent reuocari per iudicem appellationis. c. solicitudinem. de appellat.

Primò fallit, nisi appellans velit renunciare appellationi: vt not. in d. c. solicitudinem.

Secundò fallit, nisi attentata sint notiorè iniusta, vt est tex. in c. cum teneamur. eod. tit. & ita potest intelligi iste tex. in versi. si verò.

Tertiò fallit, nisi attentata tangant causam vel negotium appellationis, sed possint expediri circa cognitionem articuli appellationis: tunc enim posset inferior vel alius iudex se intromittere super attentatis, vt in d. c. cum teneamur.

REGVLA XLIII.

APPELLATIONE pendente regulariter nihil innouari debet: vt in toto tit. ff. nihil innouari appel. pen. & in l. 1. in fi. ad Turpil.

ADDITIO.

a *Pendente. Vide latè Lanfranc. in repetitio. capitu. quoniam contra. de probatio. in versicul. hic tractabimus. & in versicul. quæro pro declaratione. cum quinque sequentibus. & vide Bald. in consi. 317. vbi ponit nunquid executio fieri possit. Bene. Vad.*

Primò fallit quia nihil est innouandum per iudicem à quo, sed per iudicem ad quem bene potest innouari: ita dicit gloss. in leg. eos. §. primo. C. de appel. quod etiam intelligitur in præiudicium tertij: vt leg. creditor. & ibi glos. sing. ff. mandat.

Secundò fallit, quando illud attentatur, quod poterat intentari pendēte primo iudicio: textus. est singula. secundum Dyn. in leg. postquam. §. Imperator. ff. vt lega. nomi. caue.

Tertiò fallit, si appellatio esset euidenter frustratoria: vt in c. cum appellationibus. de appel. lib. 6.

Quartò fallit, si appellatur à sententia interlocutoria: quia iudex potest innouare quod velit: vt in c. non solum. de appel. in 6.

Quintò fallit, si fiat innouatio expressione legis, vt leg. per hanc. C de tempo. appel.

Sextò fallit, si innouat appellando: vt l. eos. §. super his. & l. minimè. C. de appel. & istas fallentias ponit Ang. in d. l. per hanc.

Septimò fallit, quando partes consentiunt: quia tunc potest innouari ex consensu eorum: vt est glo. in c. significasti. de appel.

REGVLA XLIII.

APPELLATIONI renunciare videtur appellans, si coram eodem iudice à quo, aliquid agitauerit. l. sed & si. ff. de iudi. & l. 3. §. falsus. ff. rem ratam ha. & cap. gratum. de offic. deleg.

Primò fallit, secundum canonestin c. cum venissent. extrà, de eo qui mit. in poss. quando eius comparatio per aduersarium non acceptatur. cum tunc non videatur appellationi renunciare, vt est casus in d. c. cum venissent. secundum vnam lecturam. pro quo facit regula, extrà, eodem, in 6. cū olim. extrà, de testi. & c. mulier. de iureiur. & quod not. per Domi. de Rota in decis. 406. alias 418. quæ incipit, Item si ab alio.

Secundò fallit, quando comparuisset coram iudice non conquerendo, sed coram honesta persona compositionem quærendo, & protestando quòd per hoc non intendit appellationi renunciare: & isto modo poterit intelligi text. dicti cap. cum venissent. vt ibi intelligit Hostien. & Io. An. post eum.

Tertiò fallit, quando ipse iudex à quo, fuisset aditus, non vt non cognosceret de causa, vt iudex, sed vt ipsam instructam ad Papam remitteret. & ita potest intelligi alio modo secundum quosdam dict. capitu. cum venissent. & vide ad hoc quod not. extrà de appel. cap. constitutus. vbi de hoc.

Quartò fallit, quando iudex à quo, haberet ex priuilegio potestatem cognoscendi de appellationibus interpositis ad Papam, vt habere consueuerunt communiter archiepiscopi. & ita intelligi poterit alio modo text. in d. c. cū venissent. secundum Ioannem Andream ibi.

Quintò fallit, quando ipse appellans compareret primò coram iudice à quo, pro reuocatione grauaminis: cum tunc non videatur renunciare appellationi, etiam si illud vellet probare coram iudice à quo. vide ad hoc quod not. per gloss. in cap. si à iudice. de appellatio. in 6. & ita poterit alio modo intelligi text. in cap. cum venissent. extrà de eo qui mittitur in poss. secundum dominum Nicol. & plenius per Hostien. & doct.

REGVLA XLIIII.

APPELLATIONIS instantia non currit impedito ipso iure. §. hoc quoque. in authent. vt sponsa. larg. in verb. nullum penitus præiudicium, &c. cum si per Moder. Peru. in cap. hac ratione. 31. quæstio. 1. in 18. colum. versic. circa quintum.

Primò fallit, dummodo impeditus protestatus fuerit, & appareat quod per ipsum non stetit: vt tenet Felyn. in cap. cum M. in 1. quæstio. protestationis. de constit. & est gloss. in cap. cupientes. §. quòd si. in verbo, proposita. de electio. in 6. & ibi dicit Imol. quem sequitur Domi. se obtinuisse in vna causa appellationis, quòd appellans, qui non poterat habere copiam iudicis ad interponendam appellationem, & permisit labi tempus datum à iure ad appellandum, succumberet propter negligentiam in non protestando, quòd per eum non stabat quo minus tempore debito interponeret appellationem, ad quam gloss. videtur. Alexan. consil. 164. in 3. colum. volum. 2. Felyn. in cap. ex transmissa. col. 1. & in 3. de præscri. & Barb. consi. 50. col. 8. vol. 2. Phil. Simonnet.

Secundò fallit dummodo impeditus probet se fuisse paratum expedire actum: textus est in leg. qui commeatus. ff. de re milita. & ibi Bartol. & Innocent. in capitul. ex transmissa. de præscrip. in princip. & Archid. in cap. actione. 22. q. 4.

Tertiò fallit, dummodò impeditus probet se adhibuisse conatum, vt repelleret impedimentum: text. est in l. fin. C. de adul. & ibi Bart. & Salyc. reliqua circa impedimentum non cadunt hic, maximè materia de modo probandi ipsum, sed ponitur per omnes in l. 2. §. quod diximus. ff. si quis cautionibus. & per Modernio. in cap. ex ratione. in 3. char. in versic. quantum principale. cum quatuor folijs sequentibus, de appellat.

REGVLA XLV.

a ARBITRIA vt iudicia tractantur, & ad instar iudiciorum [a] redacta sunt. l. 1. ff. de arb.

ADDITIO.

a *Iudiciorum. Et an hoc indistinctè sit verum, vide Lanfr. in tract. de arbitr. in 3. col. versi. arbitrium. & in 4. col. versi. diffinitio.*

Primò fallit ista regula quātum ad appellationem: quia à sententia iudicis appellatur, vt leg. prima. ff. de appellatio. sed à sententia arbitri non appellatur, imò ei standum est vt leg. prima. C. de arbitr. & in leg. diem proferre. §. stari. eod. titul.

Secundò fallit, quia in iudicio actor præstat cautionem de prosequendo litem, & reficiendis expensis in pœna sive casu quo succubuerit: vt in authent. generaliter. C. de episcop. & cleric. & in corpore vnde sumitur. approbatur per Bald. in dicta. authent. generaliter. gloss. tamen in dict. leg. prima de arbi. videtur tenere contrarium, & ibi Gul. de cu. hoc tenet.

Tertiò fallit quia pupillus in iudicio nullo modo obligatur, vt l. 1. C. qui le. pers. & in l. cum & minores. C. si aduer. rem iu. sed pupilli in arbitrio bene obligantur naturaliter, & tali obligationi naturali potest accedere fideiussor. l. si pupillus. ff. de arb..

Quartò fallit, quia ex sententia iudi. oritur exceptio rei iudicatæ: vt l. 2. de arb. vbi de hoc latius: sed ex sententia arbitri non.

Quintò fallit, quia in iudicio habet locum reconuentio: vt l. Papinianus. & in auth. & contra. C. de sen. & interlocu. om. iudi. sed in compromissis & in arbitrijs non habet locum reconuentio: vt in l. fin. in princ. ff. de arb. & in c. cum dilectus. extrà, eod. tit.

Sextò fallit, quia iudex potest purgare contumaciam litigatorum, & cogere testes ad comparendum: vt in dic. leg. 1. ff. si quis ius di. non obtempe. & in §. si verò ignoti. in authent. de test. sed arbitrator non potest purgare contumaciam

maciam litigantis, nec cogere testes. leg. qui cum. §. ultim. de arbitr.

Septimò fallit, quia iudex potest pronunciare altera parte præsente, & altera parte absente: vt leg. inter stipulantem. §. 1. de verb. obl. sed arbiter non potest nisi vtraque parte præsente, si aliud non conuenit. l. diem proferre. ff. de arb. §. si quis litigator.

Octauò fallit, quia iudex potest citare partem ad quem cunque locum voluerit, sed arbiter non potest nisi in loco compromissi: vt l. si cum dies. §. si arbiter. ff. de arbitris.

Nonò fallit quia iudex potest delegare iurisdictionem: vt l. 1. ff. de offi. eius cui manda. est iuris. sed arbiter non potest delegare iurisdictionem arbitratiam. vt l. non distinguemus. §. quæsitum. ff. de arbitris.

Decimò fallit, quia in iudicijs vbi est dies præfixus potest purgari mora: vt l. & si post tres dies. ff. si quis cau. secus in arbitris, vbi quãdo dies est præfixus non potest amplius mora purgari, vt l. cessat. ff. de arb.

Vndecimò fallit, quia sententia iudi. potest infirmari, vt l. ictus fustium. ff. de infa. sed sententia arbitri non infirmatur. l. furti. §. ex permisso. ff. de infamibus.

Duodecimò fallit, quia si pars in iudicio renunciat appellationi, non potest amplius appellari. leg. final. in fin. C. de tempor. appella. sed etiam si partes renunciauerint appellationi non compelluntur arbitrio stare. leg. penultim. C. de arbit.

Tertiodecimò fallit, quia iudicium redditur in inuitum, etiam à principio. leg. inter stipulantem. §. 1. de verb. oblig. sed compromissum fit tantum inter volentes: vt l. 4. ff. de arbit.

Quartodecimò fallit, quia in iudicio cõtrahitur eremodicium: sed coram arbitro non. glos. in l. diem. §. si quis. ff. de arb. l. 2. C. eod. tit.

Quintodecimò fallit, quia iudex cognoscit de pœna compromissionis: vt leg. qui tamen. §. fin. ff. de arb. sed arbiter non.

Sextodecimò fallit, quia olim & hodie ex sententia iudicis oriebatur & oritur actio: vt l. miles. §. iudicanti. ff. de re iud. & l. actori. de iureiur. secus in arbitro.

Decimoseptimò fallit, quia instantia iudicis in hæredem transit: vt l. cum hominem. & ibi latè per Bartol. & Angel. ff. de solut. sed instantia arb. non: vt l. diem proferre. §. 1. ff. de arb.

Decimo octauò fallit, quia si stat per iudicem quominus in causa procedatur, non currit terminus ipso iure, secundum gloss. in leg. sed & si per prætorem. §. sed si. ff. ex quibus cau. maior. secus si stat per arbitrum. l. si cum dies. in prin. ff. de arb.

Decimononò fallit, quia morte arbitri finitur instantia & compromissum. l. sed & si interpellatur. §. vlt. & ibi not. ff. de arb. secus autem mortuo iudice. l. 2. C. de eden. l. mortuo. ff. de fideius.

Vigesimò fallit, quia clericus non potest esse iudex regulariter in causis secularibus: vt l. repetita. C. de epis. & clerc. sed tamen clericus potest esse arbiter: vt l. non distinguemus. §. sacerdotio. ff. eod. & leg. episcopali. & leg. si quis ex consensu. C. de episco. audien.

Vigesimoprimò fallit, quia iurisdictio iudicis potest etiam prorogari tacitè. leg. 1. & 2. ff. de iudic. secus autem in arbitrio: vt est text. cum glo. in l. non distinguemus. §. si quis. ff. de arb.

Vigesimosecundò fallit, quia iudex postquã est recusatus pro suspecto, processus factus est nullus, vt leg. 1. C. si quacunque prædi. sed in arbitro secus, licet obstet, & c. vt l. non distinguemus. §. cum quidam. ff. de arbit. & ita not. Bar. in l. quia poterat. ff. ad Trebel.

Vigesimotertiò fallit, quia iudex potest condẽnare partem ad mulctam applicandam fisco. l. 1. ff. si quis ius dicenti non obtem. sed arbit. non. vt l. ex omnibus. & l. arbit. cũ glo. suis. ff. de arbitris.

Vigesimoquartò fallit, quia maior 18. an. & minor 20. de consensu partium potest delegari iudex, etiam ab inferiore à principe: vt in c. viginti. de offi. dele. sed tamen nõ potest esse arb. & rationem vide per doct. in l. quidam consulebant. ff. de re iudic.

Vigesimoquintò fallit, quia furiosus habens dilucida intervalla potest esse iudex, vt l. cum furiosus. ff. de re iudi. sed tamen non potest esse arbi. vt ibi notat. glo.

Vigesimosextò fallit, quia iudex per se suam exequitur sententiam: sed arbi. non. l. à diuo Pio. ff. de re iudi.

Vigesimoseptimò fallit, quia infamis potest esse arbitr. leg. Pedius. ff. de arbitr. sed non iudex. l. secunda. C. de leg. vni. lib. 12.

Vigesimooctauò fallit, quia sententia iudic. per pecuniam lata, est nulla leg. venales. C. quando prouo. non est necesse. sed non est sic in sententia arb. vt est textus. cum gloss. in leg. ita demum. ff. de arb. & text. in l. diuus. ff. de re iudi. cum glo. sua.

Vigesimononò fallit, quia iudex habet iurisdictionem, sed arbit. habet notionem: vt leg. ait prætor. §. primo de re iudica.

Trigesimò fallit, quia sententia & iurisdictio iudi. est fauorabilis, & meritò extendenda: vt in leg. penult. cum glo. ff. de offic. delegat. & not. in cap. præterea. de res. non sic in sententia & notione arbitri: vt in leg. 3. & in l. non distinguemus. ff. de arb.

Trigesimoprimò fallit in re euicta: nam per sententiam arb. non datur euictio, secus per iudicem: vt l. si dictum. §. coniuncta. & l. non tantum. ff. de euic. quod limita nisi fuerit promissum de euictione quoquomodo euincerętur: vt est gl. not. in l. cum pœna. ff. de arbit.

REGVLA XLVI.

ARGVMENTVM à contrario sensu a tam in legibus & vltimis voluntatibus, quàm in statutis, validum est in iure. leg. prima. §. huius rei. ff. de offic. eius cui mand. est iur. & leg. qui testamento. §. mulier. ff. de testamen. & in leg. ex co. ff. de test. & in leg. 2. C. de condi. inst. & in capit. cum apostolica. extrà de his quæ fiunt à prælato sine consensu cap. & not. glo. in cap. 1. de æta. & qualit. in 6. & in l. omnes populi. de iustit. & iur. & in leg. si procuratorem. §. ignorantes. ff. man. & in leg. pecuniam. si cer. pet. leg. inter socerum. §. tutor. ff. de pac. do. & in leg. imperatores. de postu. & per docto. in leg. conuenticulam. C. de episcop. & cleric. & in leg. apud antiquos. C. de fur. & per Bald. in leg. tale pactum. §. qui. ff. de pac. & plenè in leg. mater. C. de instit. & sub. sub condi. fac. & idem dic in priuilegio, vt in c. pen. de priuil. in 6.

ADDITIO.

a *Sensu. Vide Felyn. in capitu. ecclesia Sanct. Mariæ. in 16. colum statim post med. de constit. & in capitu nullus. circa. princip. de for. compet. & in cap. significasti. ad fin. 4. colum. ver. de ar. eod. tit. & vnquid sit sumendum ex text. capitu. si verò. de iureiuran. vide per eum ibidem in secunda colum. post me in ver. & pro hoc. & vide Paul. de Castro in consil. 336. in primo impressis. & Imol. in consilio 57. Ludouic Roman in consil. 392. & in consilio 11. & in consilio 17. vbi, quid in sententijs, & an sit ex mente legis, vide Fran. Aretin. in consilio 40 4. & quid in rescriptis & conuentionibus, vide Ludouic. Roman. in consilio 399. de quo etiam per d. Alexan. de Imol. in consilio 46. & vnquid in priuilegijs sumatur, vide eundem domin. Bartol. Socin. in consilio 246. incip. eleganter. versicul. nec ob. cum versicul. sequen. in secunda parte. & an in statutis ad correctionem iuris sumi debeat quòd quis esset heres ad tempus, vide per eum in consi. 64. incip. in causa. versic. præterea. circa me. versicul. & in consil. 81 incip. in præsenti. circa me. 1. col. & in consil. 147. incip. visa versicu. quarto quia non. in 1. part. & vnquid ex arbitramento, vide Bald. in consilio 152. secunda parte. &*

vid.d. Philip. Corn.in consilio 166. incip.circa. in litera d. & f. & in consilio 318.incip. quod dicta. in litera b. in 4. par. & qualiter tale arg. in contractibus procedat, vide per eum in consilio. 168.incip. visa.in litera h. in prima part & in consilio 31.incip. videtur.in litera b.& in consilio 107. incip.viso.in litera d.& nunquid & valeat à contrario sensu statuti, vide per eum in consilio 20 incip.videtur.in litera a in 3.parte & quid in contractibus, vide per eum in consilio 23.in litera a. & in consilio 110.incip.in iudicio.in litera i. & quid in instrumentis, vide per eum in consilio. 119. incip.circa primum. in princip. & quid ad correctionem iuris, vide per eum in consilio.43.in secunda parte. Benedict.Vad.

Primò fallit hæc regula quando resumendo tale argm.à contrario sensu veniret legum correctio, vt l. cum pater. C.de conditio.inser.

Secundo fallit, quando resultaret intellectus absonus, vt leg. conuenticulam. C. de episcop. & cleric. vbi plene per Bald.

Tertiò fallit quando reperiretur casus contrarius: vt d.l. cum pater.& per Bal.in d.l.conuenticulam.

Quartò fallit in hærede instituto, vt est casus singu.in l. ex facto.el 2.ff.de hære.instit.secundum Bal.ibi,qui inducit illum text.

Quintò fallit quando ita argbendo in statuto, statuentes inciderent in aliquam pœnam: vt per gloss. in capitulo, cæterum. & in capitulo, quanto. extra de vsur. quam Ludouic.de Ro.in singul.suo.568. allegat. facit ad hoc l.si procurator.ff.de condictio.indebi.& gloss.in clement.prima.de vsur.

Sextò fallit,in statuto correctorio: vt ponitur per doct. in leg.si verò.§.de viro.ff.solut. matrimon. nisi taliter non arguendo aliud non operaretur vt per Paul.de Cast.in leg. qui testamento.§.taliter.ff.de testam.facit ad hoc optimè aut.ex test. C.de collat. quam Bartol. Cæpol.ad hoc alleg. & eam se didicisse à quodam doctore Perusino dicit: tamen probat difficulter, atque subtiliter dicit circa hanc materiam, quòd argumentum à contrario sensu dicitur fieri ex coniectura, vt leg.apud antiquos. C.de furt.bene tamen dicitur esse improprium tale argumentum, vt probat text.singul.in leg.prima si tab. test. nul.ext. quod not. pro stat. vbi verba propriè sunt intelligenda: vt leg. 3. §. hæc verba.ff.de negot.gest. & leg. quicquid astringendæ. ff.de verb.ob. vnde videtur,quòd in statutis non valeat tale argumentum, cuius contrarium non est in princip.regulæ.cogita solutionem.dicitur hoc etiam regulariter fieri, vt not.in dict. leg. si procuratorem. §.si ignorantes. ff. mandat.quandoque etiam dicitur fieri impropriissimè,vt in capitu. apostolica. extrà, de his quæ fiunt à prælat. sine consen. capitul. sed de natura agentium à contrario, vide per doct.in leg. prima.§. domus. & in §.huius.ff.de offic. eius cui mandat. est iurisdi.& in leg. obseruare.§. proficisci.ff.de offic.procon.& Ioan.An.in dicto capitulo primo. de ætа.& qualita.libro 6.& per domi. Anto.de But.in cap. quod dicitur. de verbor. significat.& per Bald. in leg.apud antiquos. C.de fur.& per eundem in leg.omnes populi.ff. de iustit.& iur.& Paul.de Castro in leg.qui testamento.§. mulier.ff.de test.& per Can. in dict. capitul. apostolica.& vide etiam Bald.in gloss.in hac materia in dict.leg. qui testamento.in §. mulier. qui melius loquitur quàm aliquis alius doctor, qui faciendo distinctionem dicit, quòd arg.à contrario sensu aliquando sumitur probabiliter, sed non necessariò:& aliquando nec probabiliter nec necessariò.de quibus omnibus latè vide per ipsum.

Septimò fallit, quãdo ex contrario sensu resultaret tam correctio alterius statuti, quàm iuris communis derogatiui vt patet rectè intuenti.not. Bar. in l. 1.in §.hoc interdictum.ff.quod vi aut clàm.& quia tale argumentum inducitur per coniecturam, & improprietatem, & per tantas subauditiones,& improprietates, non debet induci correctio legis vel statuti,sed bene euitari: vt est gloss.singularis in dict.cap. cupientes. §.si per viginti.in verbo, petere.de electio.lib.6.

Octauò fallit, quando ratio statuti impugnaretur argumento sumpto à contrario sensu: vt est gloss.singul. in leg. cum prætor. §.iudex. ff.de iudic. si sit etiam statutum permissum in certo casu à contrario sensu: vt ibi, & in capitul.nonne. de præsumpt. tamen non sumitur contrarius sensus, quando ille casus specificè permissus vel prohibitus fuit, & specificatur ratione in actu frequentato, vt est gloss.not.secundum Ioan.de Imol.in clement.secunda de rescriptis.

Nonò fallit, quando ex argumento induceretur correctio iuris communis: vt in dict.clement. secunda & in leg. secunda. C.de conditio.inser. & not. in dict.§. huius rei. Et est ratio, quia contrarius sensus potius venit ex interpretatione, quàm ex verbis.leg.pecuniam. ff.si cert.petat. & not.per Bald.in dict.l. apud antiquos.item fit per quandam subauditionem, vt not. Bald.in dict. leg.secunda.C. de conditio. inser. per quam non debet fieri legum correctio, vt est gloss. singul.in dict. capitul.cupientes.§.si per viginti. & est casus in leg. fina. §. vbi autem. C. de bonis quæ lib.iuncta leg.penult. C.de test. item fit per quandam coniecturam,quę non procedit ex proprietate verborum: text.est singul.in leg.penult.si tabul.test.nul.ex ta.quod tamen intellige, vbi statutum aliter operari non posset, nisi sumatur argum. à contrario sensu: quia tunc poterit sumi, etiam à correctione iuris communis: vt not.Iacob.Butr.in leg. omnes populi. ff. de iustit. & iure. §. huius rei. etiam Paulus de Castro in dict.§.mulier.& in dict.§.huius rei.& Roman.in leg.si cum dotem. in princip. ff.solut.matrimo. Raph. Cu.& Ludouic. per dict.gloss.prout etiam dictum fuit suprà in 6.fallen.

Decimò fallit, nisi statuto caueretur, quòd statuta non recipiant extraneum vel subauditum intellectum: quia si contrarius sensus fit, intellectus subauditus non posset sumi: vt not.Bald.in leg.secunda. C.de conditio.inser. Qui tamen intellectus nisi sumeretur, contrarius sensus relinqueret aliquod absurdum. nam statutum prohibens statuta recipere interpretationem vel subauditionem debet intelligi,nisi propter hoc sequeretur absurdum,ex eo quia talis intellectus consonat iuri naturali, à quo omne absurdum remouetur: vt leg. 3.§. bis legibus. ff. de orig. iur. & ideo statutum hanc interpretationem tollere non potest: quia nec ius ciuile hoc posset. l. 2. ff.de vsu ear. rerum quæ vsu consum. Sed per ista verba solum videtur remota cauillosa interpretatio: vt est gloss.sing.in clem.exiui de paradiso.in §.quia verò.de verb.sig.quam ad hoc alle.Bar.in auth.si qua mulier.C.de sacrosan.eccl. & Ludo.Rom.in l. Cæsar.ff.de publica.

Vndecimò fallit, quando in statutis est dictio implicatiua, maximè,vel similis: argument.leg.qui se patris.C.vnde lib.secundum Anton.de Butr.in capitulo cum apostolica. de his quæ fiunt à prælato. vbi subdit, quòd verba enunciatiua principis, si super illis non fundatur intentio eius,non inducunt argument.à contrario sensu: vt ibi plenè per eum: nam etiam tale argument. debet sumi ad defectum causæ finalis non impulsiuæ, secundum Bald. in dicto §.huius rei.

Duodecimò fallit dicta regula, videlicet, quòd non sumitur dictum argumentum nec in contractibus, nec in vltimis voluntatibus, quando esset contra mentem contrahentium,vel contra mentem testatorum: vt in leg.inter socerum.§.cum inter.de pac.do.quem text.reputat ad hoc singularem Ioan.de Imol.& domi.Abb.in dict.capitulo cum apostolica.& est text.in leg.cum pater. C.de conditio.inser.

Decimotertiò fallit, vbicunque in legibus esset dictio, præsertim,vel maximè,vel similes dictiones implicatiuę: quia

quia illæ inducunt maiorem rationem in casu contrario: ideo cessat argumentum à contrario sensu, secundum Iacob. de Butr. in dict. leg. conuenticulam. per illum textum, prout in litera habetur dictio, etiam, vt ipse ibi refert, & not. gloss. in leg. illud. in verbo, æstimamus. ff. ad leg. Aquil. bene facit quod not. glo. in l. cum prætor. in verbo, iudex. ff. de iudic.

Decimo quartò fallit, quando sumeretur argumentum à contrario sensu verborum narratiuorum legis, secundum Anto. de Butr. in capitu. publicato. de elect. post Ioan. An. ibi & not. Ioan. An. etiam in dict. capi. cum apostolica. & in clemen. si summus. de sentent. excommunic. bene facit quod not. Feder. de Sen. in commento tertio, in puncto tertio, prædicto respectu, vbi dixit, quòd verba narratiuæ legis non constituunt ius allegandi. capitul. si Papa. de priuil. in 6. & ita etiam dicit Salyc. in dict. leg. qui se patris. in 6. colum. C. vnde libe. allegando. in arg. l. verba. C. de testam. & ita etiam dicit ipse in leg. accusationem. C. qui accu. non pos. pro quibus allegat gloss. in capi. secundo. in verbo, non teneris. de dolo & contu. libr. 6. & ibi etiam ponderant Mod.

Decimoquintò fallit, vbicunque verbum canonis ponitur narratiuè vel modaliter, secundum domi. Ant. Butr. post Ioan. And. in dict. capitu. publicato. & ibi Abba. & in dict. cap. cum apostolica. allegato, vt not. dicitur per Spec. in tit. de all. & dis. §. postliminio. ver. non obstat licet in d. c. cum apostolica. nihil alleg. tamen Spec. in loco præalleg. hoc non firmat. de quo plenè per Ioan. de Imola, in d. cap. cum apostolica.

Decimosextò fallit, quia non sumitur argumentum à contrario sensu verborum causæ impulsiuæ nec finalis: quia præcedente causa impulsiua non cessat dispositio: vt not. in cap. post renunciationem. de renun. & est de mente Iacob. But. Pet. & Bal. in d. l. conuenticulam. & Anto. de But. in d. c. cum apostolica.

Decimoseptimò fallit, quia dictum argumentum non sumitur à contrario sensu verborum vnius causæ finalis: quia cessante vna, non cessat iuris dispositio: vt in §. affinitatis. Institut. de nup. & l. si verò. ff. de hæred. instit. & not. in l. libellorum. §. notanter. ff. de his qui notant. infam. & in l. si ventri. in §. in bonis. de priuil. credi. & in authent. de nup. in §. si verò. cum similibus.

REGVLA. XLVII.

ARGVMENTA à simili corruunt dissimilitudine [a] data, glos. prima in c. sicut vrgeri. 1. q. 1. & est bonus tex. in l. inter stipulantem. §. sacram. in versic. 1. de verb. oblig. ibi, sed hæc dissimilia. & glo. in l. creditori. ff. de noui ope. nun facit l. final. de calumnia.

ADDITIO.

a Dissimilitudine. Vide omnino Felyn in capit. translato circa princip. 6. colum. de constitut. & adde d. Maria. Socin. in consil. 9. incip. prosequendo circa princip. 10 colum. in 1. parte. vbi dicit quòd similitudo est contraria veritati. & omnis similitudo est quoddam figmentum rei, non ipsa res Benedict. Vad.

Primò fallit, nisi esset similitudo in eo, de quo quæritur: quia tunc procedit argumentum, dato quòd in alijs non sint omnino similia: vt probatur in cap. quemadmodum. in princip. de iureiuran. videlicet in similitudine ducta inter matrimonium contractum & contrahendum: nam in multis est differentia inter sponsalia de futuro, & matrimonium de præsenti: vt habetur in rubric. de sponsa. per gloss. Accedit quod not. Hieronymus in epistol. ad Lauren. Papam in 11. colum. dum tractat de generatione Filij. & ostendit, quòd est eiusdem substantiæ & essentiæ cum Patre, cum inducit aliqua similia ad probandum: & dicit, quòd ista similitudo sufficit, licet nulla res caduca possit habere similitudinem cum Deo. Satis enim est, vt habeat similitudinem quo ad hoc, vt videatur in creatura esse quoddam simile quo ad trinitatem probandam, licet in alijs sit dissimilitudo. Et idem dicit Hieronymus in exemplis cæterarum rerum. vbi sufficit quòd sit similitudò illius partis assumptæ, licet in cæteris sit dissimilitudo. de quo etiam vide similem tex. in c. cum dilecti. de confir. vti. vel inuti. & vide etiam per Io. An. in c. potest. de præb. in 6. quæ omnia bene nota.

REGVLA XLVIII.

ARMA portare regulariter prohibitum est, vt est text. in cap. clerici. de vita & honesta. cler. 23. quæstio. 1. cap. conuenit, vt armorum vsus, &c. & in auth. de armis. in rubro, in §. penult.

Primò fallit in officialibus & eorũ familia, quibus permissum est arma portare: vt est text. in l. arma ad salutem. §. fin. ff. de offi. præfect. vig. & ibi tenet Bald. extendens illum text. ad familiam episcopi, qui cum habeat merum & mixtum imperium in sua diœcesi: ergo, &c. idem est in officialibus legati de latere.

Secundò fallit in illo, qui vellet ire ad suas possessiones: quia tunc potest arma portare, secundum Nicol. de Neapol. in leg. fin. per illum text. de proxi. sacr. scri. libro 12. & idem tenet Andreas de Isernia in c. 1. §. si quis. de pace tenen. in vsi. feud.

Tertiò fallit si quis portaret arma ligata: quia tunc posset, vt in dicto §. si quis.

Quartò fallit vbicunque quis portaret arma ad panem incidendum, vel ad aptandum penas: vt est gloss. singula. in §. prohibemur. in verbo, permittimus. in authent. de armis. pro qua est tex. in capitu. lator. de homi. & pro eo bene faciunt not. per Bartol. in leg. pediculis. ff. de auro & argent. legat. vbi dicitur, quòd si statuto cauetur, quod portans arma offendibilia puniatur, & aliquis portet defendibilia, [a] puta tabulam & similia, que possunt esse offendibilia, an puniatur pœna statuti? & dicit inspiciendam esse consuetudinem, ad quem actum quis illa vtitur. ita etiam dicit Bald. in leg. prima ff. de vi pub. bene facit text. in dict. §. prohibemur. & gloss. vbi, si quis vteretur tali gladio ad percutiendum, quòd posito, quòd talibus gladijs consuetum sit vti communiter per omnes ad incidendum panes, & similia, & talem rem fuerit fabricatus, tamen talis portans intentione percutiendi cum eo, punitur: vt est text. in dict. ver. permittimus. quem ad hoc ponderat ibi Barbat. in suo tract. de cardina. & ad hoc etiam nota alleg. per Bar. in d. l. pediculis. de auro & argento.

ADDITIO.

a Defendibilia. Sed quid de lorica vel alijs armis defendibilibus, vide Ias. Inst. de act. in §. ex maleficijs nu. 82.

Quintò fallit, vbi quis portat arma ad occidendum bannitum, stante statuto, quòd bannitus possit impunè offendi. ita dicit Bald. in dict. capitul. primo §. si quis rusticus. de pac. te. versicul. & fanè. & cap. præterea. de offic. delega. & leg. secunda. ff. de iur. om. iud. & ita etiam tenuit Barbat. in loco præalleg. ad hoc alleg. text. iuncta gloss. in c. an gladium. 23. q. 5.

Sextò fallit in clericis, qui transeunt per periculosa loca, quibus etiam est licitum arma portare ad terrorem, non autem ad nocendum: alias efficerentur irregulares, secundum Ant. de But. in c. clerici. de vita & honest. cle.

Septimò fallit dicta regula, nisi Potestas ex causa legitima permitteret portare arma, putà propter guerrã vel partialitates: quia licet per ius commune vel statutum sit prohibitum, & Potestas seruare statuta iurauit, tamen ex causa potest dispensare contra illum statutum. hoc fuit singulare dictum Bald. in commento rub. C. qui admitti. & idem tenet etiam in l. obseruare. in §. proficisci. ver. primò. quæro. ff. de officio procons. Adde tamen quod illi quibus permissum est portare arma, non possunt portare illa coram iudice [a], neque in congregatione, nec in cœtu scholarium,

neque in palatio principis vel cœtu com munis consilij, secundum Ang. in l. armatos. ff. de via pub. facit tex. in d. §. si quis rusticus. & Bal. ibi expressè firmat.

ADDITIO.

a *Iudice Adde Ias Mayn. Instit. de malefic. in versi. ex maleficijs. num. 87.*

REGVLA XLIX.

ATTENTATIO punitur, licet aliquid sequutũ a non sit. l. is qui cum telo. ff. ad leg. Corn. de sic. & in l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest.

ADDITIO.

a *Sequutum. Vide Bal. in consi. 276. & Fran. Aret in consi. 49. B n. Vad.*

Primò fallit hæc regula in casibus, quos ponunt Canonistæ in c. 1. de eo qui mit. in pos. & primò quando staret per ipsum delinquentem, quominus perficiat. l. qui falsam. ff. de fal. secundum Inno. in d. c. 1.

Secundò fallit, quando esset tale delictum, in quo pœna ipso iure imponeretur: cum tunc locum habeat ipsa pœna si delictum non sit perfectum, etiam si non sit deuentum ad actum propinquum: quia tunc. punitur arbi. iudi. vt habetur cap. cum in cunctis. extrà, de elect. & cap. perpetuæ. eod. tit. in 6. & voluit Io. And. in regula, in pœnis. de reguli iur. in mercu. vbi plenius de hoc.

Tertiò fallit in pœnis impositis per statuta: cũ tales pœnæ non habeant locũ in delictis non consummatis, etiam si deuentum sit ad actum propinquum. verba enim statuti exigunt actum perfectum, vt voluni not. doct. in l. 1. §. diuus. ff. de sica. & d. l. is, qui cum telo. ff. eo. pro quo etiam facit, quia statuta debent intelligi in casu vero, & non ficto. l. 3. §. hæc verba. de neg. gest. l. quicquid astringendæ. ff. de verbor. oblig. secundũ dom. Nicol. in d. cap. 1. extrà, de eo qui mit. in pos.

Quartò fallit, vbi, etiam si habuisset effectum, nemini nocuisset: probatur ex eo quod no. gl. pen. in cap. quanto. de iusti. & iur. ex qua colligunt ibi doct. quòd quando falsitas cõmittitur circa id, quod de se non probat, non nocet. quod dici tibi Imo. esse menti tenendum: refert & sequitur Felyn. in suo tract. quando conatus punitur, in secunda Fallen. Bene. Vad.

Quintò fallit, quando non habuit actum exteriorẽ, sed stetit in sola voluntate, etiã cum consensu rationis: quia illa cogitatio nõ punitur. l. cogitationis. ff. de pœnis. not. Alber. de Ros. in 2. par. statu. q. 168. inci. Cynus quærit. & Sal. in d. l. is qui cũ telo. & eleganter Card. post Matthe. in cle. j. in prin. in 3. q. de vsu. dicẽs, quod qui errat in corde, in casu illius cle. non tamen procedit ad exteriora, quò ad ecclesiam nõ est excommunicatus, sed quò ad Deum sit. & allegat multa quæ refert & sequitur Felyn. in dicto suo tract. in 3. fal. Benedic. Vad.

Sextò fallit in delictis nõ atrocioribus: quia in ipsis pro effectu non habetur attentatio, secundum Bald. in l. si quis non dicam. in 2. col. de epis. & cle. in sol. quam dat ad l. j. ff. quod quisque iuris. refert latius & sequitur Felyn. loco suprà allegato, in 5. fallen. Bened. Vad.

Septimò fallit in excõicatione & alijs censuris: quia ad eas incurrendas requiritur factum, secundum Car. in c. prætercà requisisti. ad fin. de appel. in illa q. quando excommunicatur quis, si appellauerit, an incurrat excommunicationem quando se parat ad appellandum, an verò quando appellauerit. refert & sequitur Fely. latius loco suprà alleg. in 6. fal. Bened. Vad.

Octauò fallit in factis ciuilibus: quia tunc non punitur pro effectu, vt sentit gl. parua, & ibi expressè Bal. in l. si cõstiterit. C. fin. reg. refert & sequitur Felyn. loco suprà alleg. in 6. fallen. Bened. Vad.

REGVLA L.

AVTHENTICA, qui semel. C. quo. & quando iu. & an & quando locum habeat.

Primò fallit, & locum non habet dicta authentica in criminalibus, gl. in l. absentem. ff. de pœnis. licet Imo. dubitet in dicta authentica, qui semel.

Secundò fallit, si conueni te coram vno iudice, posteà volo desistere, & conuenire te coram alio: quia tunc & incontinenti cado à meo iure: textus est nota. in l. prima: in fin. C. de caden. toller. & hoc vult Cyn. in lege, nulli. in fin. C. de iudic.

Tertiò fallit, quia ille, qui dedit libellum contra vnum non prohibetur dare contra alium, & contra eius hæredẽ: vt not. Bar. in l. 1. §. fi. ff. de prætor. stipul.

Quartò fallit secundũ Pau. de Cast. in d. auth. qui semel. qñ reus non fuit citatus, vel non comprauit in termino. licet posteà comparens reperiret libellũ datum: tñ quia non fuit citatus, nõ haberet beneficiũ auth. qui semel. & potest procedere eo modo quo ibi dicitur. & dicit, quòd istud est speciale d. auth. licet per doct. non tangatur.

Quintò fallit, quando vellet opponere exceptiones cõtra ius, vt l. minor ex his. ff. de reg. iur. & hoc tenet in d. authen. Alb. ver. sed nunquid proponens exceptionem.

Sextò fallit quando pluries idem petitur coram eodem iudice, & instatur: quia hoc potest fieri secundum Alb. in dicta authẽ. in. 2. colum. ad fin. quia hoc non inducit contrarietatem, sed omne desiderium geminãtis petitionem. argu. ff. de lib. leg. & l. 1. in princ. ff. de vent. inspicien. & l. si conuenerit. ff. de pign. act. 3 1. q. 1. Lotha. & not. per doct. in cap. dilectus. ad fin. de appel. licet sibi non sit contrarius Papa, tamen potest conueniri ne distrahatur per tot libellos siue petitiones, argu. l. implens. ff. de exer. Bart. in l. incommoda. §. fin. ff. commod.

Septimò fallit inquantum d. auth. necessitatem imponit quòd fiat persecutio per actorẽ super libello porrecto: quia procedit quando actor est contumax, vt patet in l. si prius. & ibi hoc voluit Bar. de ope. no. nun. in 6. opp. 3. partis. & clarius Imo. Bened. Vad.

Octauò fallit per id quod habetur in c. pastoralis. de causa pos. & proprie. & ibi per Io. An. & Inn. quia fallit in casu illius c. qñ quis vult authoritate iudicis suspendere petitorium primò inchoatum, & vult transire ad possessorium: quod limita secundum Imo. in d. l. si prius. Ben. Vad.

REGVLA LI.

a AVTHENTICA, malæ fidei a. C. de præscr. long. temp. an & quando locum habeat, in §. rursum. in authent. vt spons. largi. plures limitationes ponunt.

ADDITIO.

a *Malæ fidei. Vide limitationes ibidem datas, per Paulum de Castro.*

Primò hæc authentica locum habet tantũmodo in præscriptionibus, non autem in vsucapione rerum mobilium, in quibus loquitur: quia in vsucapione mobilium non loquitur, ergo vt exorbitans non extendenda. Bar. in l. Pomponius. §. cum quis ff. de acquir. posses.

Secundò d. auth. locum habet, quando verus dominus, contra quem præscribitur est ignorans. ergo cum sciens locum non habebit: nec longissimum tempus in præscribendo spectatur, sed sufficit longum: vt in l. 1. C. eo. tit. & Bar. in d. §. cum quis. Bal. & Saly. in d. auth. malæ fidei.

Tertiò dicta auth. locum habet in primo emptore, qui emit à bonæ fidei pos. non autem loquitur de secundo emptore mediato & per consequens de auth. nostræ præscriptione determinata non tangit. ita etiam dicit Bart. in d. §. cum quis. & etiam in d. auth. malæ fidei.

Quartò ista auth. loquitur in præscriptione longi temporis, non longissimi temporis: quia fides mala tempore non nocet: vt l. omnes. & l. sicut. de præscri. 30. anno.

Quintò illa auth. habet locum in alienatione voluntaria secus in necessaria: vt d. l. Pomponius. §. iussi.

Sextò dicit Bart. in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. poss. in ver. sed volendo super ista gl. & Imó. & Cy. quòd sicut ille

qui

qui habet causam actualem à bonæ fidei possessore præscribit, ita etiam qui habet publicianam: vt in d.§.cum quis.in prin. sed hoc est falsum secundum Ia.de Are.& Cyn.in d. authen.malæ fidei.vt ibi per eos vide.

Septimò dicit quòd illa auth.debet intelligi de habente causam ab eo, qui habebat malã fidem à principio suæ traditionis, secus si posteà habuisset malam fidem: vt per glo. notabilem in l.item.§.res. & ibi Bar.ff.de alie.iud.mutan. causa fac.& est ratio, quia de iure nostro mala fides superueniens non nocet, etiã ipsi malæ fidei possessori: ergo & multominus nocere debet ipsi singulari successori.

Octauò fallit, pone quòd obligo omnia bona mea tibi, postcà scienter alieno fundũ, an emptor poterit præscribere cõtra emptorẽ creditoris? & dicit Ang.quòd sic: quia illa auth.habet locum in præscribente domum, non autem pignus. ergo ad illud non extenditur, & maximè, quòd sit pauci præiudicij: vt l.fin.C.quæ res pig.oblig.pos.

Nonò non habet locum, quando simpliciter de acquisitione fructum tractatur: quia ibi loquitur de acqui.do.ita dicunt doct.& Flo.in l.vitia.C.de acquir.poss.

Decimò non habet locum nisi in præscriptione sufficiat bona fides sine tit.vt in seruitutibus, vt l.si quis diuortio.ff. si ser.vend.ita dicit Io.And.in c.s.de præscrip.in 6.

Vndecimò non habet locum si præscriberentur actiones: quia tantummodo habet locũ in præscribente rem corporalem: vt dicit Iac.de Aret.in d.auth.malæ fidei.

Duodecimò fallit quia illa auth. habet locũ quandò agitur de malæ fidei actore, non autem ficto vel præsumpto. & ideo si agitur de mala fide præsumpta, super veritate nihil innouat. facit quod not. Ang.& Bal.in d.§.Publiciana. quę omnia tene mẽti singulariter perpetuò, & limita prout intelligit do.Ant.in mala fide.& vide etiam Raph.in d. l.rem quæ nobis. & d. §. rursus. vbi posuit alias ab istis. & scripsit in §.fortuitè.de vsucap.vbi vide.

Tertiodecimò fallit vbi successor vult inchoare præscriptionem ex persona sua: nam etiam de æquitate canonica non nocet mala fides, secundum Dyn.in regula, poss. & Bart.in l.cum mulier.ff.de diuer.& temp.præscr.& hãc limitationem ponit Bald.l.nihil.C.pro hærede. Moder.tamen.& dom.Ant.in c.si diligenti.de præscrip.contrarium tenent. sed concorda opi.vt per Paulum de Castro.in l.ancilla.C.de furtis.

Quartodecimò fallit, licet de iure canonico superueniens mala fides interrumpat præscriptionem. d.c.fin.tamen secus est si quis cœperit dubitare, an res possessa pertineat ad se, an non: quo casu etiam authen.malæ fidei.non habet locum de iure canonico: vt per Inno. in d.c.fin.& sequitur Bar.in l.naturam.de vsucap.

Quintodecimò fallit vbi idem est quod suprà, si primò per factam præscriptionem bona fide completam interueniat scientia rei in aliquo.de maio.& obe. in c.cũ dilectus.

Sextodecimò domi.Anto. limitat, authent.malæ fidei quando vnus interrumpit aduersus alios. ita tenet gloss. in l.si fundum.§.fin.ff.de acqir.possess.l.sicut.C.de præscrip. 30.anno.

REGVLA LII.

AVTORITATE propria alicui sibi ius dicenti rem suam vendicare [a] non licet.l.si quis in tantam.C.vnde vi.

ADDITIO.

[a] *Vendicare. Adde do.Ias.Mey.Instit.de actio.in princip. nume.4.*

☞ Et in ista regula sua fundata videtur æquitas. l. extat. ff. quod met.cau.quæ vt vides hic per Soci.quatuor modis limitatur. tu adde alios decem casus in quibus licitè quis ius sibi propria authoritate facit, quos ponit Bar.in l.generali.C.de decur.lib.10. & Bal.in c.1.§.1.de pace iuram.fir. quos non refero.

Primò fallit cõtra debitorem reum fugitiuum: quia licet eum capere propria autoritate: vt l.ait prætor.§.debitorem.ff.de his quę in frau.cre.& limita ipsum §.vt patet ibi in margine text.hoc tñ verum est secundum Bar.in d.l.ait prætor. nisi debitor ille similiter esset fugitiuus tẽpore contractus: quia tunc sibi imputetur quare secum contraxit, secundum Bald.in d.l.1.de his quæ in frau.alij. verò tenent contrarium: sed opinio Bar.est communis.

Secundò fallit, quia contra nocturnum depopulatorem licitum est vendicare rem meam, & eum occidere.l.s.C. quando liceat.

Tertiò fallit vbi esset actum inter partes, vt posit rem suam propria autoritate vendicare: quia tunc licitũ est propria authoritate vendicare. casus est in l.2.C.de pig.

Quartò fallit in legatario, qui potest rem legatã vẽdicare ante aditam hæreditatem. casus est in l.non dubium.C. de legib.& not.in d.l.1.C.quando lic.

Quintò fallit vltra istum nisi per iudicem aliter iustitia haberi non posit.glos.in l.nullus.C.de iud.& in c.ius gentium.prima dist.

☞ Alio modo istam regulam limitat not.Alex.in consi.44. incip.& si celeberrime.col.fin.lib.3.

Septimò limitat Imo.consi.16.viso casu.

Et alijs modis, Abb.in c.1.in 3.col.de do.& contu.quæ per te ipsum videre poteris.

REGVLA LIII.

AVTORARI sibi proprio & ad sui vtilitatem nemo potest.l.1.ff.de auto.tut.

Primò fallit, quia quis potest præstare authoritatem in officio proprio ad suum commodum & damnum. tex.est not.in l.si pactum.§.fin.de manu.vin.

Secundò fallit, quando quis potest præstare authoritatem in officio proprio, & non ad executionem facti.text. est in l.fistulas.§.1.de contrahen.empt.

REGVLÆ IOANNIS BERNARDI DIAZ.

REGVLA I.

ABBAS regulariter non potest absoluẽre monachos ab excõmunicationibus inductis à iure. Ita firmat Panorm.in c. monachi.de sen.excom.motus per tex. in clem.1.de priuileg.& in cap.religioso.eod.titu.de sent. excommu. libro.6. & per alia de quibus per eum: & vide Sylue. in sua summa, in verbo, absoluto.lo 4.colum.11. versic.circa prędicta.

Primò restringe regulam præinsertam, nisi esset abbas habens iura episcopalia. Sic limitat idem Panor.in d.c.monachi.referendo Fede.de Senis in cons.14.quod dicit mẽti tenendum cuius vestigijs inhæret ibi Fel. alia cumulans in fauorem suum.

Secũdò limita, vbi religiosus esset excommunicatus ex constitutionibus ipsius regulæ: quia tunc ab abbate valebit absolui. Ita dicit Io. Cald.in consi.6.in tit.de sen.excõ. incip. apostauerunt. nisi ex consuetudine absolutio pertineret ad superiorem secundum eum, cui assentitur Felin. in præalleg.loco.

Tertiò fallit, nisi abbas excommunicasset, quia ad eum spectabat absolutio: sic restringit Fel. vbi suprà, per text.in c.ab excommunicato. de resc.& satis impertinenter iudicio meo, cum talis excommunicatio non dicitur inducta à iure, & sic extra propositum nostræ regulæ. Adeò enim doct. moderni satagerunt regulas suas fallentiarũ prole fœcundas reddere, vt sæpius alienos partus illis supponant, vt facilè, si experiaris, intelliges.

REGVLA II.

ABlatvm ab aliquo tanquã ab indigno, fisco applicatur:in l.Papinianus.§. meminisse. ff.de inoffic.testa.& in l.Claudius.in fin.ff.de his qui. vt indign.cum simil.not. glo.in l.1.C.eod.& ibi doct.

Et tu Hispane, qui Castellę & Legionis equisimis, pijs ac admirandis legibus subderis (quem solũ sub hoc Hispani vocabulo in hoc opere comprehendam, ne aut vocabulum instringere, aut earum legum vim videar extendere, vltra quàm decet) vide l.14.tit.7.part.7.quæ ponit sex casus seruientes pro exemplis huius regulæ.

Primò fallit, qñ talis indignitas non venit culpa illius à quo aufertur, sed propter errorẽ testatoris: quia tunc non fisco, sed venientibus ab intestato applicatur. Text.est in l.si pater.C.de hær.instit. & ita limitat Ias.in d.l.1.post gl.ibi.

Secundò fallit & notabiliter, quando quis priuatur propter delictum suum, quod respicit certam personam: quia tunc non fisco, sed illi personæ applicatur. Text.est in leg.pen.C.de leg.concordat tex.in l.post legatum.§.amittere. ff.de his qui.vt indi.vt in l.2.§.fin.vbi Bar.ff.de colla.bon. & vide Soci.in consi.241.in col.1 t.in versi.quartò probat. in 2.vol.vbi per d.l.pen.& per d.§. amittere.dicit quòd regula est, quòd quando aufertur aliquid ab aliquo tanquam ab indigno, illi applicatur, cuius contemplatione aufertur: quod intellige, quando talis priuatio fauore dictæ personæ certæ, fit à lege, vel statuto, & sic procedant dicta iura: secus si fiat à testatore, quia tunc non illi personæ, sed venientibus ab intestato, vel alijs cohæredibus, applicatur. Ita declarat Ias. vbi suprà: ponit notabile exemplum pro secundo casu, videlicet si testator præcipiat hæredibus, vt vxorem suã, cui victum & vestitũ relinquit, non malè tractent sub pœna amissionis hæreditatis, ipsis eam incurrentibus, non vxori, sed alijs legitimis successoribus, hæreditas applicatur: quod dicit voluisse Bar. in l.vxorem.§.hæres.per illum tex.ff.de leg.3.& refert. Bal.Ang.& Imol.& Alex.idem tenentes in varijs locis: & ita est cõmunis conclusio Doct.secundum Didacum de Segura in solemni repet.l.vnum ex familia.§. sed & si fundum.col.fi. ff.de leg. 2.qui refert eundem Ias.in alijs duobus locis idem tenere. Et tu Hispane vide l.fin.d.tit.7. part.6.quæ describit 6.casus, quibus fallit ista regula.

REGVLA III.

ABsentes in actis capitularibus, regulariter vocandi non sunt, nisi in tribus casibus, de quibus per gl.in c.2. de test.lib.6. Ita Car.tenet, & ibi Felin.in cap.cum omnes. de consti.vbi Bal.& Archid.in c.ea enim.§.hoc ius porrectum.10.q.2.& Imo.in c.fin.col.3.de maior.& obed.vbi dicit quòd ista est communis, licet oppositum teneat Ion. in c.2.de no.ope.nunc.

Limita & declara dupliciter, vt per Fel.in d.c.cum omnes.col.3.num.22.

REGVLA IIII.

ABsolvtio vnica legitimè impetrata sufficit, vt quis absoluatur à pleribus excommunicationibus. Glo.est sing.in c.cum pro causa.in glo.2.de sent.excom.

Limita illam glo.vt per Felin.ibi, vltra doct.dummodo absoluens possit absoluere ab illis excommunicationibus: quod firmat tenuisse Pet.de Anch. post Paul.in cle.grauis. eod.tit.& ibi Card.q.18.

REGVLA V.

ABsolvtione à iuramento concedenda, necessaria est partis citatio: not.latè Abb.in c.1.de iureiur.& Alber.in rub. C.de vsu.in fi.& Imol.in cle. dispendiosam.de iud.colum.pen. & est communis opin. vt per Phil. Dec.in c.qua fronte.de appel.in col. fin.qui refert alios: de quo vide bene per Iaso.in l.nec quicquam.in §.vbi decretum.in col.2.circa fi.ff.de offi. procons.& leg. & vide etiam per Guliel.Benedicti in repet.c.Rainuntius.de testam.fol.45. col.3.post med.

Amplia istam regulam procedere etiam in Papa, vt per Io.de Selua, in loco infrà allegando: quam ampliationem limita dupliciter, vt per eum ibi.

Limita primò, quando constaret iuramentum esse illicitum.

Secundò, quando non ageretur de præiudicio partis.

Tertiò, quando periculum esset in mora: quas limitationes descripsit Phil.vbi suprà, & vide Ioã.de Selua in tract. de iureiur.in col.antepenul.vbi supradictas limitationes ad hanc regulam descripsit, etsi Phil.non referat, qui etiam limitat, alio & quarto modo, videlicet, nisi iurasset non vocare creditorem in iudicio, quia tunc posset absolui parte non citata, pro quo alleg.Felin.in cap.1.eod.titu.& vide in materia Anto.Nicel.in concordijs glossarum iuris ciuilis & canonici, in concordia 52.in colum. 10. versicu. vigesimoseptimò fallit.

REGVLA VI.

ABsolvtvs de certo crimine, amplius accusari nõ potest, vt in c.de his.de accus.vbi bona glo. Vide similem in c.habet.2.q.5.probatur in l.licet.§.fina. ff.nau.caup.sta. concor.l.12.tit.1.part.7.

Limita 12.modis, vt per Feli.in d.c.de his.per duas primas colum.vbi aliquas ex limitationibus sublimitas: quem vide, quia esset laboriosum transcribere. Et vide tu Hispane allega.l.partitarum, quæ huic regulæ triplicem limitationem assignat.

REGVLA VII.

ABsolvere potest legatus ab omni excommunicatione, etiam Papæ reseruata: probat tex.in c.ad eminentiam.de sent.excom.iunc.to c.si quis suadente.17.q.4.

Limita hanc conclusionem 7.modis, vt per Feli.in d.c. ad eminentiam.in fin.de sent.excom.

REGVLA VIII.

ABsolvere potest ab excommunicatione regulariter qui & ligare: vt in c.si Petrus.24.q.3.& in c.interior.21. dist.facit l.qui condemnare.ff.de re iudi.

Limita 9.modis, vt per Sylue.in sua summa.in verb.absolutio.lo 1.col.2.versi.absolutio verò.& in proposito huius regulæ, vide Zasium in l.qui condemnare.suprà alle.vbi facit regulam sub his verbis: Correlatiuorum, vel contrariorum, qui potest vnum, potest & reliquum, & limitat nouẽ modis, vbi etiam vide Ripam col. 2.& 3.vbi regulã illius legis, qui condemnare.limitat septem modis.

REGVLA IX.

ACqvisita per mulierem constante matrimo.præsumũtur acquisita de bonis mariti: vt in l.Quintus.ff.de do.inter vir.& vxo.glo.& doct.in l.cũ oportet.C.de bon. quæ lib. Franc.de Cre. in fin.6.incip.tu scis. qui referendo Bal.idem dicit procedere in concubina, vt de bonis amasij (vt vtar eius vocabulo) videatur acquisijsse. Vide Hispane l.2.prope fin.tit.14.part.3.

Amplia dupliciter dictam regulam, & limita 11.modis, vt nouissimè per copiosum & iudũ modernorum relatorem Io.de Neuiza.in sua sylua nupt.in noua eius impressione, in paruo volumine, in fol.68.col.1.cũ 3.seq.licet insignis doctor noster Hispanus Io.Lup.in repe.rub.de don.inter vir.& vxor.fol.35.col.1.cum 5.seq.materiam huius regulæ optimè examinauerit, & tandem solum tripliciter ampliauerit, & alijs tribus modis limitauerit eam.

REGVLA X.

ACta facta in causa ciuili, secundum communem conclusionem doct.non faciunt fidem in criminalibus. Ita firmat Felin.in c.si clerici.num.12. de iud.quod ibi tripliciter limitat.

ACta litis ordinatoria, quæ respiciunt potius causam quàm instantiam, vt sunt effectus surgentes ex litis cõtestatione, φ actio perpetuetur, φ res fiat litigiosa, φ possessor sit malæ fidei, perempta instantia remanent: & se extendunt ad aliam instantiam, qñ vertitur eadem causa, & inter easdem personas, vel inter eas, quæ habentur loco eiusdem. Doctrina est Bar.sing.in l.2.ff.iud.fol.col.2.

Limita dupliciter, vt per Ias. ibi apud quē. C. de eden. col. v. in fi. vide singularem per Fely. in c. causam quæ, el j. de testib. col. pe. versi. fallit primò. vbi hanc regulā describit pro prima fallentia alterius regulæ, & eam restringit iiij. modis, vbi includit prædictas duas limitationes Ias.

REGVLA XII.

ACTIONEM vbicunq; in ciuilibus, lex vel statutū non dari dicit, ope exceptionis intelligitur, non autē ipso iure: tenet Bar. per tex. ibi in l. j. §. sublata. iuncto principio illius l. ff. ad senatuscons. Treb. vbi & Ang. & alij. Idē Bar. in l. j. per illum tex. cum gloss. ff. de iureiur. & in l. cùm lex. in col. vlti. ff. de fideiuss. & in l. j. per illum tex. ff. ad Maced. & hanc regulam confirmat, & defendit Ias. in d. §. sublata. col. ij.

Limita dupliciter, vt per Ias. ibi, qui vidēdus est in lectura duplici illius. §.

REGVLA XIII.

ACTIONES tres, videlicet personalis, rei vendicatio, & hypothecaria, competunt pro omnibus legatis & fideicommissis. Tex. est in l. j. C. commu. de leg. & in §. nostra autem. Instit. de leg.

Amplia dupliciter, & limita vij. modis, vt per Ias. in d. l. j. col. ij. & seq. Et vide Iac. de Nigris in repet. l. j. ff. de leg. j. vbi in materia huius regulæ facit aliam: scilicet, actio ex testamento competit pro legato, vbi est validum de iure communi, & concernit vtilitatem alterius: quam tandem ampliat quinque modis, & limitat septem alijs, quem etiā vide ponentem octo casus, in quibus actio hypothecaria non competit pro legatis.

REGVLA XIIII.

ACTIONIBVS bonæ fidei, veniunt vsuræ à tempore moræ, absq; eo q lis contestetur. Text. est in l. videamus, in princ. ff. de vsuris.

Limita & intellige, quando tales actiones competunt contra eum, qui nullum ius habet: sed si competant cōtra eum qui mero iure habet ius, licet possit priuari eo, tunc vsuræ tantùm veniunt à tempore moræ litis. Hoc voluit glo. in l. j. C. de his qui. vt indig. & ibi ita declarat Paul. quē ibi refert & sequitur Ias. in fi.

REGVLA XV.

ACTIO personalis datur contra hæredes pro portionibus hæreditarijs: vt in lege, pro hæreditarijs. C. de hære. actio.

Limita septem modis, vt per Ripam in l. iiij. §. Cato. col. xij. ff. de verb. oblig.

REGVLA XVI.

ACTVS inutilis & inualidus, operatur tantum ademptionem actus validi. Tex. est in l. planè. in princ. ff. de leg. j. vbi Bar. & doct. ponunt rationem.

Limita hanc regulam vij. modis, vt per Ias. ibi, col. ij.

REGVLA XVII.

ACTVS gestus contra formam, est nullus. Tex. in c. cùm dilecta. de rescrip. tex. in c. Pisanis. de restit. spol. in c. venerabilis. de offic. delegati. in l. cùm hi. §. si prætor. ff. de transact. & aliqua dicta ponit Felin. in d. c. cùm dilecta. col. ix.

Amplia xij. modis, & limita octo, vt per Felin. ibi, columna viij.

REGVLA XVIII.

ACTVS si non valet vt agitur, valet vt valere potest: vt in c. vno. §. pen. de desponsa. impub. lib. vj.

Limita istam regulā v. modis, vt per Ias. in l. j. §. si quis ita. ix. col. in fi. & in seq. ff. de verb. obli. vbi vide Ripā col. iiij. cum iij. seq. qui ampliat istam regulam viij. modis, & limitat alijs viij.

REGVLA XIX.

ACCVSATIO, seu actio criminalis, regulariter tollitur spatio xx. anno. Casus est notabilis in l. querela. C. de fals. qui à Bald. & Ang. ibi commendatur. Vide Hispane l. v. tit. vij. part. vij.

Amplius hoc procedere, etiam in inquisitione quæ sit offic. iudic.

Limita nouē modis, vt per Balb. in tract. de præscript. in iiij. parte, quartæ partis principalis. in col. ij. cum ij. seq.

REGVLA XX.

ACCVSATOR, siue instigator etiam in criminalibus, debet condemnari in expensis: vt tenet Bart. in l. j. in princ. iiij. col. ff. ad Turp. & l. senatus. eod. tit. sequitur Ias. in l. properandum. §. sin autem alterutra. ix. col. C. de iudi. de quo vide Fel. in c. accedens. pe. col. de accusatio.

Limita præfatam regulam tribus modis, vt per eundē Ias. in d. §. sin autem alterutra. in d. col. ix. & adde Ant. Nicellum in concordijs glossarum Iuris ciuilis & canonici, in concordia xlvij. incip. expensæ. qui refert Præpos. Mediol. præceptorem suum in c. fi. de dol. & contu. ponentē regulam cum xx. limitationibus: & ipse Ant. per tres col. bene examinat materiam huius regulæ.

REGVLA XXI.

ADEVNDI iuri seu immiscendi xxx. annis præscribitur: vt tenent doct. cōmuniter in l. licet. C. de iur. delib. secundū Ias. ibi. Vide tu Hispane l. fi. titu. xiiij. vj. part.

Limita, nisi filia esset instituta à matre sine cohærede, quia tunc si infra xxx. annos non adiuit ex testamento, poterit infra alios xxx. adire ab intestato: & idem si ab intestato ex vno c. per xxx. annos esset exclusa, quia poterit ex alio infra alios xxx. admitti, quod voluit notab. Bal. in d. l. licet. referendo Bart. quam decisionem dicit mirabilē Paul. in d. l. quandiu. la j. ff. de acq. hær. commendat etiam Ias. in d. l. licet. fi. col. per quod limitat dictam communē conclusionem: quod subintellige, vt per eosdem ibi.

REGVLA XXII.

ADMINISTRATORES publici dicuntur habere mandatum generale cū libera: probat text. ex quo ibi not. Bar. & doct. in l. præses. C. de transactio. per quem textum hoc firmauit gloss. in l. mandato generali. ff. de procurat. in gloss. fin.

Limita tripliciter, vt per Ias. in d. l. præses. iij. colum. qui prius infert duo notanda ex prædicta reg. in ij. col. in fi.

REGVLA XXIII.

AGNATI vsq; ad x. gradū, cognati verò vsq; ad vj. succedunt. Regula est, quæ colligitur ex tex. in l. fi. C. vnde legitimi. & in §. fi. Instit. de success. cognat.

Limita hanc conclusionem quadrupliciter secundum Ias. in d. l. fin.

REGVLA XXIIII.

ALLEGANS turpitudinem suam, non auditur. Tex. in l. si creditoribus. in fin. C. de ser. pign. dat. manu. & in l. transactione finita. C. de transact. & in l. alias. ff. de iure iur. cum alijs. Vide Fel. in c. lator. de re iudi. j. col. & ij. vbi ponit plures casus fallentiæ.

Amplia, q sicut non licet allegare propriam turpitudinem, ita nec illius cuius aliquis est hæres, puta patris: vt in l. filios. & ibi Bar. C. de his quæ in fraud. cred. refert Ias. in l. iusiurandum quod ex conuentione. §. fi. col. pe. in princ. ff. de iureiur.

Primò fallit, quando quis allegat turpitudinem, contra eum qui fuit particeps criminis: vt in l. de tutela. C. de in inte. restitu. mi. & ibi doct. per Bar. in d. l. iusiurandū quod ex conuentione. §. fi. cum l. seq. ff. de iureiur. ita in specie limitat Cæpola consil. 58. j. col. in fi.

Secundò fallit, si allegat eam excipiendo, vel replicādo, seu se defendendo, licet non possit agendo, vel petendo: & hoc quando allegat contra participem criminis. Ita Cæpo. vbi supra, per nota. per Barto. in l. alias. ff. de iureiur. sed salua pace Cæpol. ista fallentia, seu declaratio superflua est, stante præcedenti restrictione seu limita. ad regulam, vt facilè iudicabis.

Tertiò fallit, quando illa turpitudo constat per confessionem partis aduersæ. Ita limitat Cæpol. vbi suprà, col. ij. versi. iij. modo.

Quartò fallit vbi turpitudo est detecta ab alio quàm à committente per confessionem, probationes, vel per sententiam: quia tunc potest allegari etiam contra non participem criminis, maximè ad sui defensionem; excipiendo vel replicando. Ita limitat idem Cæpol. d. ij. col. per no. per Bar. in d. §. fi. cum l. seq. vbi vide Alex. in col. iiij. & Ias. in vj. qui in hoc quando fuit detecta per sententiam, idẽ tenet: & vide melius per eundem Ias. in col. antepen. in fin. vbi cum Bar. concludit, quòd quando est ab alio detecta licitè, possit indistinctè allegari: in cuius corroborationem tria notanda describit, quorum vltimò singulariter sublimitatur ista conclusio, videlicet nisi ex tali allegatione turpitudinis ab alio detectæ, allegans sentiret lucrũ: ad quod alleg. Bal. in c. intelleximus. de iudi. qđ dicit alibi nõ legisse.

Quintò fallit, vbi vertitur periculum animæ, vt in c. lator. & in c. consanguinei. de re iudi. Ita restringit gloss. in c. inter dilectos. in verbo, turpitudinem. de don. quã ibi sequitur Abb. & dicit istum casum esse notandum tanquã generalem & comprehendentem sub se multos alios casus. Sequitur etiam idem Abb. in c. cùm super. fin. col. de concessio. præben.

Sextò fallit fauore ecclesiæ, vt probat tex. in cap. quod quis commisit. xxxv. q. ix. & in c. si quis præsbyterorum, de reb. eccl. alie. vel non. Ita limitat glo. in d. c. inter dilectos. quam ibi sequitur, & not. Abb. in ij. col. qui respõdet ad tex. ibi, qui in contrarium videtur vrgere. Tenet & idẽ Abb. in d. c. cùm super. fi. col.

Septimò fallit fauore libertatis, vt probat tex. in l. interrogatam. C. de lib. caus. per quem ita restringit glo. in d. c. inter dilectos. quam ibi sequitur Abb.

Octauò fallit in casu l. quisquis. C. ad leg. Iuliam maiest. vbi auditur quis allegando quòd coniurauerit contra principem, ad effectum, vt alij puniantur.

Nonò fallit in casu auth. sed nouo iure. C. de pœ. iudi. qui malè iudi. secundum Abb. in d. c. cùm super. prope fi. qui hanc limitationem cum præcedenti describit.

Decimò fallit, quando quis allegat eam contra se, & ad sui præiudicium. Ita tenet Bart. in d. l. iusiurãdum quod ex conuentione. §. fi. iiij. col. per l. inde Neratius. §. fi. cũ l. seq. ff. ad l. Aqui. & p alia de qbus ibi, vbi vide Ias. sing. vij. col.

Vndecimò limita, nisi reus allegãdo turpitudinẽ suam ostendat actorem carere actione, quia tunc auditur. Ita limitat Io. Andr. in d. c. inter dilectos. quem ibi reprehendit Ancha. vide Alex. d. l. iusiurandum. in d. §. fi. in col. iiij. qui post aliqua in proposito relata, dicit quòd opinio Anchar. est æquior, & fortasse verior; quia opinio Io. And. non videtur iure probari. & Ias. ibi in pen. col. nihil in hoc firmat, sed se remittit Alex. ibi.

Duodecimò limita, vbi actus gestus contra legẽ, quia tunc licet allegare eam. Ita limitat Bal. in l. nõ dubium. C. de legi, & in alijs locis per Ias. relatis in d. §. fi. l. iusiurandũ. col. pe. qui hanc limitationem sequitur, motus alijs fundamentis quàm ipse Bal.

REGVLA XXV.

ALLEGANS contraria non est audiendus. Tex. in l. j. C. de furt. & in l. Titiæ. ff. de condi. & demonst. & allegat plures concordantias. gl. in d. l. j. sunt iura cano. in c. vno. vt ecclesiastica beneficia. & tex. vbi Bal. in c. solicitudinem. de appel. in quo semper tene menti quòd si aduersarius non vult eum repelli in totum, sed acceptare vnũ ex contrarijs, potest hoc facere. Ita Bal. in l. cùm precum. C. de lib. causa. fin. col. vbi dicit notandum.

Limita tamen prædictam regulam septem modis, vt per Ias. in d. l. j. C. de fur. col. pe. adde alias quatuor limitationes per Claudiũ Marmeriũ in repet. §. nihil cõmune. l. naturaliter. ff. de acq. poss. fol. x. col. ij. versi. his cõsequẽter.

REGVLA XXVI.

ALLEGANS titulum solennem, vel legitimum, puta stipulationis, probat titulum allegatum præcessisse ex præstatione decennali: adeò quòd eius virtute potest debitor in futurum compelli. Elicitur ista regula ex l. cùm de in rem verso. ff. de vsuris. secundum communem intellectum Doct. ad eam assignatum.

Amplia quadrupliciter dictam conclusionem, & limita duodecim modis, vt per Ias. in l. si certis annis. C. de pactis. quem vide, quia in huius regulæ corroborationẽ nouem decisiones notandas adducit, in quibus multum operatur decennij lapsus: & vide eundẽ Ias. qui solum posuit septem restrictiones ad d. l. cùm de in rem verso. in §. præiudiciales. in pen. col. Instit. de actio. quem etiam vide in col. seq. pro materia eiusdem l. & huic regulæ solùm tradidit duas limitationes Soc. in regula lxxxij. incip. debitum.

REGVLA XXVII.

ALLEGARE, vel dicere non sufficit, nisi illud probetur. gl. in c. non est. de consuet. lib. vj. in versi. quam allegat. & in cle. vna. de in integr. restit. quas glo. cùm alijs xvj. ad hoc allegat Fel. in c. cùm dilectus. col. pen. de accu. pro quibus considerat tex. ibi: quas omnes etiam allegauit Hipp. in l. j. §. si quis dicatur. col. j. ff. de quæst.

Limita præfatam regulam ix. modis, vt per eundẽ Hippo. in d. §. si quis dicatur. iiij. & v. col. quorum quatuor, vt ipse fatetur habuit à Fel. in c. quoniã contra. col. xix. & xx. de proba. & pro ampliatione huius regulę vide eundẽ Hippo. vbi suprà, col. ij. & iij. qui pluribus doctrinis eandẽ extendit etiã in scripturis tabellionũ, vel in sentẽtijs iudicũ.

REGVLA XXVIII.

ALIENARE prohibitus à testatore extra certũ genus personarum, puta extra familiam vel descendentes, potest ex testamento transferre in eum qui alias esset sibi ab intestato successurus, dato quòd non esset de familia illa. Glo. est de hoc valde singu. in l. pater familias. §. Iulius Agrippa. ff. de leg. iij. quę communiter approbatur secundum Imol. & Rapha. Cuma. in l. cùm pater. in §. cùm inter. ff. de leg. ij. & sequitur eam Bart. in l. peto. §. fratre. ff. eod. tit. & confirmat Ias. in l. filiusfamilias. §. diui. col. xix. nume. 136. ff. de leg. j.

Limita hanc regulam duobus modis notandis, vt per Ias. in d. §. diui. nume. 137. & 138.

REGVLA XXIX.

ALIENANS rem subiectam fideicommisso in pręsentia fideicommissarij non præiudicat, licet ipse pręsens taceat, & non contradicat. Ita tenent communiter Docto. dãnando gl. ibi, in l. cùm proponas. la j. C. de pact. quã dicit cõmuniter reprobari Bal. in l. j. in fi. C. de bo. mater.

Limita tripliciter, vt per Ias. in d. l. cùm proponas. fi. col.

REGVLA XXX.

ALIENAE rei legatum, factum à testatore ignorante, & sic errante non valet tex. est in l. cùm alienã. C. de leg. & in §. non solùm. Instit. de legat.

Concordat tibi Hispane l. x. tit. ix. parti. vj.

Limita octo modis, vt per Ias. in d. l. cùm alienã. col. ij. & sequent.

REGVLA XXXI.

ALIMENTORVM & vltimæ volũtatis fauore duplici concurrente, præstatio triennalis operatur, quòd ex vltima voluntate inualida in futurum possint legata peti, ac si fuissent relicta in testamento valido & solenni. casus est secundum verum & communem intellectum in l. j. C. de fideicom.

Amplia hoc quatuor modis, & limita alijs octo: vt per Ias. ibi col. j. prope fi. cum duabus seq. rescripsit easdẽ limitationes idem Ias. in l. si certis annis. ij. col. C. de pact.

REGVLA XXXII.

ALTERNATIVAM ex pluribus vnam sufficit esse veram. tex. in c. inter cæteras. de rescript. traditur in regula, in alternatiuis. lib. vj.

Limita v. modis, vt per Fel. in d. c. inter cæteras. col. fin.

REGVLA XXXIII.

ANIMVS percutiẽtis, an fuerit occidendi, vel nõ, ex qualitate instrumẽti, quo percussit præsumit. Probat hoc

hoc tex.in c.significasti.el ij.de homic.& ibi no.Fel.in col. iiij.in prin.quem vide, quia in proposito bonas doctrinas cumulat.Probat etiam hanc cõclusionem text.in l.j.§.diuus.ff.ad leg.Cor.de sicar.de quo ibi singulariter per Hippol.in col.ij.cum tribus sequen.

Limita istam conclusionem dupliciter, vt per Fel.in d. c.significasti.in d.iiij.col.

REGVLA XXXIIII.

APPELLARE ad Papam à subdelegato non in totũ minimè licet,sed ad delegantem.Hanc regulã reassumit Felin.per tex.ibi,in c.super quæstionum. §.porrò. de offic.delega.

Limita octo modis,vt per eum ibi,col.vij.

REGVLA XXXV.

APPELLARE licet regulariter, in maioribus & minoribus,in ciuilibus & criminalibus causis: vt probatur in l.& in maioribus.C.de appel.In l.non tantùm. & in l.fi.§.iussus.ff.eod.& pluribus alijs locis.

Limita centum & viginti vno modis,vt per Anto.Nicellum in concordijs glossarum iuris ciuilis & canonici,in concordia vj.quæ incip. refricatur in dubium . quas per viij. folia prosequitur: licet huic regulæ Soc. assignauerit solùm xxxij.limitationes in reg.xxiiij.incip.appellatio.& Lanfran.in repet.c.quoniam contra.de proba.in verbo,interlocutiones & appellationes.col.xxvij. cum ij. seq. quas limitationes,tu iudex ecclesiastice perlege , vt intelligas, quãdo tibi liceat appel.denegare,ne si in denegatione, par tẽ grauaueris,ad appel.deferẽdũ regia authoritate cogaris.

Et vide Hisp.l.xiij.& xvj.tit.xxiij.par.iij.

REGVLA XXXVI.

APPELLARE à sententia lata super possessorio de iure ciuili non permittitur.tex.est in l.vna.C.si de momen.possess.fuer.appel. Posuit hanc regulam Socin. in suis fallent.in regula xviij. incip. appellare etiam . & illam restrinxit quinque limitationibus.

Limita vltra eum tripliciter,vt per Ias.in l.j.§j. col. post medium.C.de bon.pos.sec.tab.

Primò videlicet,quia si iudex deferat appellationi, poterit appellans obtinere.ad quod alleg.Bald.& Alex.& tenet etiam idem Ias.referendo eosdem, & commendando hoc pro singulari, in l.patre furioso.iiij.col. in princ.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.

Secundò, quia in tali casu ab inordinato processu potest appellari,ad quod refert Bal.in c.ex conquestione. de resti.spol.dicens alibi non legisse.

Tertiò,quia licet non possit appellari, potest agi de nullitate:ad quod refert Bal.& Alex. Tu vide latius Ant. Nicellum in concor.gl.iuris ciuilis,& canonici,in concor. vj. incip.refricatur.in col.v.versic.vj. fallit. vbi hanc regulam limitat seu moderat modis viginti & vno.

REGVLA XXXVII.

APPELLATIO suspendit sententiam,vt in c.venientes.de iureiur.& in l.fi.C.sent. rescin. non posse. & in l.si quis iusiurandum. C.de rebus credit.

Amplia quinque modis. & limita alijs quinque, vt per Ripam in l.j.ff.de re iud.in ij.& iij.col.Et vide Robertum Marantha in tract.de ordine iudiciorum. vbi limitat hanc regulam viginti vno modis in fol.185.cum duobus sequẽtibus,in impressione facta in octauo.

REGVLA XXXVIII.

APPELLATIONI interpositæ licet videatur renũciare recipiẽs terminũ, non tñ interponendæ doctrina est Innoc.in c.quoad consultationẽ.de re iudi. sequitur ibi Abb.super glo.verbo,arctari.Imo.in l.iiij. §. si quis cõdemnatum.ff.de re iud.& alij plures relati per Fel. d.c.quo ad consultationem. iiij. col. vbi demum dicit opinionem Innoc.esse communem,licet Ange. in l.cùm ex causa.ij. col.de appel.ff.reprobet Inno.dictum.

Limita dictam communem conclusionem dupliciter, vt per Fel.vbi suprà.cum col. seq.

REGVLA XXXIX.

APPELLARE licet quis non possit ab excommunicatione,potest tamen à pronunciatione qua quis dicitur excommunicatus. glo. est in c.cupientes. §.quòd si per viginti.de elect.lib.vj.in verbo priuatos. Fel. in c.parochianos.de sent.excom.

Limita quatuor modis,vt per Fel.ibi.

REGVLA XL.

APPELLARE potest à iudice, si in commissis arbitrio suo partem lædit,aut grauat.glo.est no.in c. super his de accus.& in c. Romana . in §. quòd si obijciatur.in versi.minus legitima.de appel.in vj.glo.& Bart. in l.si qua pœna.ff.de verb.signi. vide Præpo.qui refert opiniones cõtrarias & concordiam in rub.de appel.in col. xiiij. in fi. & no.Phil.in c. cùm speciali. in ij.col. de appel. idem in c. ex ratione.in col.iij.de appel.

Amplia istam cõclusionem semel , & limita vj.modis, vt per Feli.in d.c.super his.in v.col.vbi prius pro ipsa principali regula,plures refert.

REGVLA XLI.

APPELLARE à pœna legis vel statuti non licet . gl. communiter approbata in c.cupiẽtes.§.quod si.super verb.priuatos.de elec.lib.vj.pro qua est tex. in c.quia nos. vbi doct.de appel.teret Bal.in l.j.C.ne ex delict. defunct.

Limita vno modo secundum Fel. in c.cùm omnes. de consti.col.ij.num.5.

REGVLA XLII.

APPELLARI non potest à iudice à futuro grauamine,antequàm sit illatum.no.Io.And.in c.super eo. el j.de appel.& ibi Imo.not.Inno.in c. significauerunt. de testib.& in c.dilecto.de appel.vbi bonus text. & vide etiã ibi Panor.

Limita tribus modis,vt ꝑ Philip.in c.vt debitus. in col. vj.de appel. Quartò vltra eum limita non procedere in causis beneficialibus,vbi est speciale, quòd à futuris grauaminibus appelletur.ita tenent expressè Domini de Rota in decisione cccxvj.incip.possessor beneficij.per text.in c. qui contra certam.de elect.in vj.

Appellare. Vide infra in regula,pactum initum. & in regula,procurator.la vlt.& in regula,supplicare.

REGVLA XLIII.

APPELLARI non potest à pronunciatione iudicis de exequendo,sicut nec ab ipsa exequutione. glo.in l. si cum exceptione.§.hæc autem.ff.quod met.cau. verbo, datam,ad finem. Tenent Spec.& Io.And. titu.de execut. senten.§.pen.ver.sed secundum eum Cy. in l.ab executione.C.quor.appel.non reci.& alij plures quos recitat Felin. col.viij.in c.quo ad consultationem. de re iudi. qui sequitur hanc partem,licet in contrarium sint glo.& doct. multi,allegati per ipsum : communis tamen est opinio prior secundum Alex.in cõsi.ccxxxvj.visis processibus. ij. col. quem refert vbi suprà Fel.

Limita dictam communem conclusionem tribus notãdis modis,vt per Fel.vbi suprà.

REGVLA XLIIII.

APPELLARE potest tertius pro reo condemnato in criminalibus.tex.est in l. non tantùm. ff. de appel. Abb.& Doct.no.in c.cùm super.de re iudi.

Amplia hanc conclusionem sex modis, & limita duobus,vt per Fel.in d.cùm super.j.col.

REGVLA XLV.

APPELLATVM bene sufficit pronunciare si præcesit absolutoria,vt intelligas reus condemnatus. gl. in l.præses.C.de sen.& interlo.Bar.in l.eos.C.de appel.vbi dicit communiter teneri per doct.refert & sequitur Abb. contra Ant.& melius hoc differit quàm alibi secundũ Feli.ibi col.ij.in c.cùm causam.col.iij.de re iud.

Limita hanc regulam duobus modis , vt per Abb. vbi suprà:quas limitationes ornat Feli. ibi

REGVLA

REGVLA XLVI.

APOCHA priuata non facit probationem, vt in l.instrumenta.& l.exemplo.C.de probat. not.canonistæ in c.ij.de fide instrum.

Limita decem modis, vt per Iaſ.in l. admonendi, in lectura,in col.xvj.ff.de iureiur. quorum primos tres ponit, remittendo ſe ad Barto.ibi. ex cuius verbis colliguntur in col.v.in fin.

REGVLA XLVII.

ARBITER de cauſa reſtitutionis in integrum cognoſcere non poteſt.tex.eſt in l.fi.C.vbi & apud quos.& in c.pe.de reſtit.in integ.quid autem in arbitratore. Bar.in d.l.fi. videtur tenere φ ſic Bal. tamen ibi tenet contrariū. Vide Abb.in d.c.pen.qui tenet cum Bald. & ſaluat Bar. in vno caſu.vide Baptiſt.de S.Blaſio in loco infrà allegando, vbi videtur tenere cum Bar.dū facit differentiā inter eos.

Limita quadrupliciter ſecundum eūdem Baptiſtam, in tractatu de arbitro & arbitratore, in q. xx. & habetur ille tractatus in ſecundo volumine.

Primò,quia arbiter poterit pronunciare aliquem reſtituendum,per glo.in d.l.fi.& per plures doct.per eum relatos:vltra quem vide Abb.in d.c.pen. fin.col.qui ſequendo Bald.in d.l.fi.videtur tenere contra illam glo.

Secundò, ſi compromittatur in arbitrum, articulus iuris,ſcilicet an competat reſtitutio.

Tertiò,ſi compromittatur in arbitrū, validitas alicuius articuli in cauſa reſtitutionis in integrum, puta vtrum potuit concedi dilatio ad probandum in ea vel non.

Quartò,ſi quæſtio reſtitutionis,oriatur coram eo incidenter,per tex.in d.c.pen. vbi vltra eum vide Abb. & tenet hoc etiam Iaſ.in l.quoties.C.de iudi.in col. iij.

REGVLA XLVIII.

ARBITER regulariter non admittitur ad teſtificandum,vel in teſtem,in pertinētibus ad cauſam, in qua iudicauit:no.Inno.Hoſt.& Io.And.& alij in c.non ſine.de arb.Bar.in l.ne in arbitris.C.eod.

Amplia iiij.modis, & limita alijs ix. vt per Stephanum Aufrerij,in tract.de reprob.teſt.in litera A.in ver. arbiter.

REGVLA XLIX.

ARGVMENTVM à contrario ſenſu, habet locum in contractibus.tex.eſt in l.inter ſocerum. §.cum inter.ff.de pact.dot.quē ad hoc reputat ſingu. Abb.in c.cum apoſtolica.de his quæ fiunt à præl.& Corſetus in ſuis ſing. in verbo,argumentum.el ij.cui eſt ſimilis in l. pecuniā.C. ſi cer.pet.tenet Bald.in l.vendit.la ij.C.de actio.emp.

Amplia,hoc procedere ſiue in cōtractibus bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris, tenet Bal.in l.apud antiquos.C.de fur.per dictas leges.refert Roma in conſil. 399. incip. vt præſens conſultatio clarior.

Limita dupliciter,vt per Iaſ.in l.j.in col. x. ff. de officio eius cui man.eſt iuriſd.& per Nicolaum Euerardū in ſuis topicis iuris in loco à contrario ſenſu.in col.xiij.

REGVLA L.

ARGVMENTVM à nomine appellatiuo, vel ab etymologia vocabuli, bene procedit. text.eſt in c.forus. de verb.ſignifi.tex.in l.ſi pupillus. §.territorium.ff.eo. no. Abb.in c.j.col.vlt.de iud.Bar.& omnes in l.j. §. appellata. ff.ſi cer.pet.plures remiſsiones colligit in hoc Fel. in proœ. decretaliū,in ſupraſcriptione quæ incipit: Gregorius epiſcopus,col.viij.ad finem, verſi.ij.concluſio.

Limita præfatam regulam quinq; modis, vt per Fel.in d.proœmio,in col.antepen.

REGVLA LI.

ARGVMENTVM à contrario ſenſu, habet locum in teſtamento,& in vltimis voluntatibus,text.eſt in l. Lucius.la ij.ff.de hæred.inſtit.,quem dicit peregrinum Anto.Corſert.in ſuis ſingularibus,in parte,argumentū.lo iiij. probat tex.in l.aliquando.ff.de condi.& demon.& in l.legatum purè.ff.de adim.leg.& in l.quod purè.in princip. ff. quando dies leg.ced.

Limita quatuor modis, vt p Iaſ.in l.j.col.xij. ff. de officio eius cui mand.eſt iuriſd.quorum tres, ante eum poſuit Alex.ibi in col.iij.verſi.itē habet locū . licet Iaſ. non referat eum in aliqua ex dictis limitationibus.

REGVLA LII.

ARGVMENTVM à ſimili,validum eſt in Iure. probat tex.in c.dudum.verſi. ad inſtar. de præb. in vj. & in c.in cauſis.de re iud.& in c.ij. de tranſlat. epiſc. & in §. item ſi adhuc.verſi.huic eſt ſimile.inſtit.mandat.

Amplia primò iſtam regulā procedere etiā in delictis.

Secundò,licet in omnibus non ſit ſimilitudo, quia ſufficit,quòd ſit iu eo de quo agitur.

Tertiò amplia procedere,etiam in conſuetudine. Has amplationes deſcripſit Philip. Dec.in c.tranſlato. de conſtit.in col.iij.quem vide bene loquentem.

Limita iſtam regulam octo modis,vt per Fel.in c.ij.de ſponſ.col.iij.circa fi.cū ſeq.& vide Philip.in alleg. c.tranſlato.in col.iiij. vbi etiam deſcribit octo limitationes ad hanc regulam:quarum quinq; differunt à poſitis per Feli. vbi ſuprà. Et vide Nicol. Euerardum in ſuis topicis iuris, in parte,locus à ſimili.in fol.60.i paruis, vbi ponit x. limit.

REGVLA LIII.

ASSESSORIS imperitia non excuſat iudicē à pœna iudicis malè iudicantis,ſed bene excuſat à pœna retortionis.gl.magna,in fi.in l.ij.ff.quod quiſq; iuris. quam ibi ſequuntur doct.tenet Bal.in l.mancipia.C.de ſer.fugit.

Limita tripliciter, vt per Fel.in c.ſuper queſtionū.§.verum.col.v.de offic.deleg.

REGVLA LIIII.

AVTHENTICA, bona damnatorū. C. de bo. dān. limitat quadrupliciter, vt per Martin. l.Lauden. in tractatu de fiſco,col.j.in §.v.incip.authen.bona damnatorum.

REGVLA LV.

AVTHEN. ex cauſa.C.de lib. præte.quo ad conſeruationem legatorum,non habet quando filius, ſiue natus,ſiue poſthumus,eſt præteritus ignoranter à patre. Voluit Bar.in d.auth.cuius opinionē dicit Iaſ.in col.vj.æquiorem, & magis cōmuniter approbari, qui prius per totum præcedentem col.de eius veritate diſcuſsit.

Amplia ſingulariter ſecundum eum,etiamſi nato poſthumo,poſt eius natiuitatem, aliquos annos teſtator ſuper uixit:pro quo refert Franciſ.de Aret.in conſi.93.incip.viſo legato.in iiij.col.qui mouetur per tex.ſing.quem dicit à nemine ponderatum in l.ſi filius. verſi.ſi verò adhuc militante.ff.de teſta.milit.quod dicit notandum Iaſ.quia multi aſſererent oppoſitum.

Limita quinque notabilibus modis, vt Iaſ.in d. col.vj. & ſequent.

REGVLA LVI.

AVTHORITATE quia non poteſt quis venire cōtra proprium iuramentum, aliàs eſt periurus: vt in c. præiudicandum.xxij.q.ij.& in cap.peruenit. de fideiuſſor. & in c.& ſi Chriſtus.de iureiurand. & in c. cùm dilectus. de tempo.ordin.

Amplia iſtam concluſionem quadrupliciter, & limita duobus modis, vt per Fel. in c.ij. in colum. penult. & fin. de ſponſalibus.

REGVLA LVII.

AVGMENTVM debet regulari ſecūdum naturam ſui præexiſtentis,ſeu eius cui accedit. Probatur iſta regula in l.etiam.vbi Bar.Bal.& doct. C. de iure dot. & in l. inter ſocerum. §.cùm inter.ff.de pact. dotal. ponit eā Albert.Brun.in tracta. de augmen.& diminutione monetarum.fo.8.col.iij.quam corroborat & ampliat quinq; modis in quatuor col.ſeq.

Limita duodecim modis, vt per eum ibi, fol.9. col.iiij. cum duabus ſeq.Et in materia augmēti,vide bonas regulas infrà, in verbo contractibus,& in verbo nihil,& in verbo obligatio,& in verbo onus:& in verbo pēſio, & in verbo priuilegium,& in verbo teſtamento.

REGVLÆ D. PETRI DVENAS.

REGVLA I.

ABSENTES in actibus Collegij, vel Vniuersitatis, regulariter non sunt vocandi. Hanc Regulam ponit gl. in c. ij. in verb. ipsorum. de test. lib. vj. nisi in tribus casibus ibi positis: quam gl. dicit communem Fräcis. de Ripa, in lib. ij. Respon. c. xxj. Catellianus Cotta in Memoralibus iuris: in verbo, absentes. Hanc Regulam ponit D. Ber. de Luco, in regula iij. vbi eam dupliciter limitat.

Limita tamen nouem modis, vt per Andream ab Exea in c. cùm omnes. num. 206. vsq; ad num. 218. de cõstit.

REGVLA II.

ACQVISITA seu empta constãte matrimonio inter vir. & vxor. sunt communia: vt in l. j. tit. iij. lib. iij. fori. & in l. j. tit. iiij. lib. v. ordinamenti, quæ leges declarantur & intelliguntur per l. ccxvj. styli: & vltra Montaluum in d. l. j. fori. ita tenet Palat. Ruui. in repetitione rub. de donat. inter vir. & vxor. §. lxij. per totum. Bartholomæ. de Chassa. in consuetu. Burgun. in tit. {des droitz.} §. xiij. in fi. fol. 136. col. ij. nume. 1.

Limita hanc Regulam octo modis, vt per Rodericum Xuarez in d. l. j. titu. {de las ganancias.} lib. iij. fori, fol. 11. vsque ad folium 21.

REGVLA III.

ACQVISITA per vnum ex fratribus, simul post mortem patris habitantibus, præsumuntur acquisita de communi: argu. text. in l. si fratres. ff. pro socio. ita tenet Spec. in tit. de iudi. §. sequitur videre de communibus iudicijs. Hanc Regulam ponit Bart. in l. Titium. §. altero. ff. de administr. tuto. nume. 5. Bald. in l. si patruus. C. communia vtriusq; iudicij. Ias. in l. j. C. qui test. facere poss. vbi communiter concludunt, q si simul cum hæreditate indiuisa post mortem patris vixerint, hæc lucra cõmunicauerint, de superlucratis inuicem alter alteri rationem non reddiderint, præsumi societatem.

Quam regulam & opinionem limita quatuor modis, vt per Andream Alciatum in tractat. præsumpt. in prima regula, præsumptione xxv.

Limitatur quintò vltra Alciatum, quandocunque vnus ex fratribus emerit aliquem fundum palàm & scientibus alijs fratribus, & receperit chartam pro se tantùm, vt in l. itaque. ff. pro socio. & in l. j. in §. magistratu. ff. de exercitoria. Ita determinat Bal. in l. si socius. ff. cer. pet. & in l. j. C. si quis, alteri vel sibi. & in l. si proponis. ad fi. C. de rei vē dic. Ias. in d. l. si socius. num. 2. vbi dicit q secundum prædicta debet intelligi & limitari illud dictum Bar. in d. §. alteri. secus tamen est quando vnus ex fratribus emerit fundum alijs ignorantibus: quia tunc iura societatis communicare tenetur secundum Iasonem ibi. Alias limitationes ad hanc Regulam ponit Barthol. de Chassaneo, vbi notabiliter tractat materiam, in rub. vij. tit. {des succesions.} §. v. num. 17. cum sequentibus, fol. 143. col. iiij. & notabiliter, vbi per quatuor regulas declarat supradictam regulã cum aliquibus limitationibus & ampliationibus, Aymon Publicus, in glo. ad consuetudines Aluerniæ, in titu. xv. articu. j. per totum.

REGVLA IIII.

ACTA criminalia vel instrumenta in causa criminali non debent produci fisco ab eo de cuius crimine agitur. Hanc Regulam ponit Bart. per illum text. in l. is apud quem. nume. 8. C. de edendo. intelligendo glossam ibi, in verbo, exhibere. quem sequitur ibi Ias. & alij Doctores: probatur etiam per tex. in l. nimis graue. C. de testib.

Limita primò secundum Bart. ibi, in casibus in quibus serui torquentur contra dominos, vt in l. j. & in l. interrogatori. ff. de quæstio. quia in illis casibus compelluntur edere instrumenta contra seipsos. Idem videtur dicendum quando accusatus vel inquisitus est conuictus per indicia sufficientia ad torturã: quia ex quo tunc probationes extrahuntur de domo ipsius rei per cruciatum corporis sui, multo fortius per sua instrumenta: ita est de mente Bart. in l. ij. §. diuus. ff. de iure fisci.

Secundò fallit, quando aliunde non possunt haberi probationes: ita concludit Alex. in d. l. is apud quem. nu. 10. quod dictum puto procedere solùm quãdo agitur de delicto, ex quo delinquens illicitè lucrum cõsequeretur: per tex. in c. ex pœnitentibus. 50. dist. per doctrinã Barto. in l. Marcellus. ff. rerum amotarum. Innoc. & Cano. in c. inquisitionis. de accusa. Panor. in c. innotuit. in ij. col. de electio.

REGVLA V.

ACTA omnia iudicialia, siue ciuilia siue criminalia, debent edi in litigantibus: vt probatur in l. j. C. de edendo. in tantum q si non edantur, poterit pars appellare, vt in l. ij. C. vt lite penden. in c. G. perpetuus. de fid. instrumen. Probatur etiam ista regula per tex. in l. j. §. edenda. ff. de edendo. & in l. ix. in legibus de Madrid, ea ratione attẽta, quia actus iudiciarius eo ipso quòd est factus, censetur communis alteri parti: & ideò potest petere copiam. Itẽ etiam is qui iudice mandante non vult acta edere, præsumitur in dolo, secundum Alex. in l. vbi. ff. de edendo. pro quo est tex. in l. non potest dolo. ff. de reg. iur. Potest etiam ad hanc Regulam assignari alia ratio, quia editio actorum est species defensionis: quod patet, quia hoc fit ad effectũ vt petens possit deliberare an velit cedere, an contendere, vt in l. j. in prin. ff. de eden. & in Authen. offeratur. C. de litis contestatione. Item etiam fit ad effectum veritatis inuestigandæ: vt in d. l. is apud quem. nam habita copia facilius potest quis respondere, confitendo vel obijciendo: & sic merita causarum, partium assertione panduntur: vt in l. si. C. si per vim, vel alio modo. vnde iudex poterit de veritate causæ faciliùs iudicare, & ipsam veritatem inquirere visis allegationibus vtriusq; partis. & circa hanc regulam vide Marcum de Mantua in lib. iij. Obseruationum, obseruatione xxviij. & Paulum Parisium in c. quoniam contra. nume. 29. & 79. de proba.

Limita primò hanc Regulam, dũmodo talis editio fiat iudice mandãte: aliàs sine mandato iudicis non tenetur notarius actorũ edere acta: illud tenet Bald. per illum text. in versi. iubebit. in d. l. is apud quem. col. j. & ibi Pau. de Cast.

Secundò limita nõ procedere in attestationibus testiũ, quæ ante publicationem edi non debent parti, sed debent esse secretæ penes iudicem & notarij actorũ timore subornationis, vt est gl. in d. l. is apud quem: per illum tex. secundũ quintã lecturã: & ibi Bal. hoc expressè tenet in nu. 9. vbi alleg. ad hoc tex. ĩ §. qa verò. ĩ Auth. de testi. colla. 7.

Tertiò limita procedere dummodò offeratur salarium tabellioni: aliàs autem sine salario nõ tenetur edere acta, vt est tex. in l. argentarius. in prin. & ibi commu. doct. ff. de eden. Quod tamen non habet locum in copia libelli quę debet dari sumptibus actoris, vt est gl. in Clemen. fere. in §. verũ m. quam ibi sequitur Cardinalis, nume. 17. & Bar. in l. j. ff. de edendo. nume. 3. et etiam glo. in Clementina ij. in verbo, oblatos. de appel. & idem est in causa pauperum, quòd de iure notarius nihil ab eis recipere debet: ita tenet Lud. Roma. in l. si verò. in §. de viro. in fallentia, propter paupertatem. nume. 48. ff. solut. matrimo. pro quo facit text. in l. tam dementis. C. de episcop. aud. quod dictum tanquam pium & notabile sequitur Ias. in §. tripli. nume. 55. Instit. de actio. & in l. nec quicquam. §. vbi decretum. nume. 2. ff. de offi. proconsul. & lega.

Quartò

Quartò limita in nominibus testium in iudicio productorum & examinandorum: quia ante eorum publicatio nem nō tenetur pars edere nomina eorum alteri parti, ne subducantur vel subornentur, sed soli iudici nominare tenetur: ita tenet Spec. in tit. de teste. §. qualiter. nu. 3. Alex. in l. j. in §. editione. in pen. col. ff. de edendo.

Quintò fallit in interrogatorijs testium: quæ licet sint de actis, non tamen debent edi alteri parti, ad euitandum subornationem testium: ita tenet Abb. & doct. in cap. per tuas. de testib. Alex. in d. l. is apud quem.

Sextò fallit in allegationibus iuris: quę licet sint in actis productæ, tamen non debent edi alteri parti, ex quo fiunt ad meram instructionem iudicis: ita tenet Innoc. in c. per tuas. de testibus. quem sequitur Alex. in Authen. iubemus. C. de iudi. Matthæus de Afflict. in libr. j. constit. Neapol. rub. 27. nume. 29. in finalibus verbis. Quod tamen intelligo verum, quando pars non præsentat illas in modū actorum in processu, sed dat illas iudici in manu propria: & ita debet intelligi dictum Ias. reprobatum à Mat. de Afflict. vbi suprà: qui contrarium tenet in d. l. is apud quem. nume. 6. & in d. l. j. §. edenda. num. 6. ff. eod. tit. & illud dictū Iasonis reprobauit etiam Philip. Dec. in d. l. is apud quē. num. 20. & ibi Franciscus Purpura. nume. 94. & hanc opinionem Inno. tenet etiam Roma. in sing. cclxij.

REGVLA VI.

ACTIO personalis extinguitur, si debitor per decennium non petierit debitum, stante suprà dicto statuto quod in iure nostro validum est: ita tenet Bar. in l. sequitur. in § si viam. nume. 4. ff. de vsucapionibus. & in l. cum notissimi. in princip. C. de præscriptione xxx. vel xl. ann. & in l. si is cui. §. Flauius. nume. 3. ff. de solut. & in l. legaui. ff. de liberatione legata. & in l. j. nume. 3. ff. de vsucapionibus. & in l. ait prætor. in §. hi planè. ff. ex quibus causis maiores. & in l. cùm mulier. ff. solu. matrimo. & in l. ambitiosa. nume. 14. ff. de decretis ab ordine faciendis. & in l. nemo potest. ff. de lega. j. nume. 22. vbi in fortioribus terminis tenet quod in tantum est verum de validitate istius statuti, quod non potest pacto renunciari: quia est introductum in fauorem publicum & odium negligentis. & istā opinionem Bart. sequitur Ias. in princ. Institu. de actio. nume. 100. vbi allegat pro ista opinione glo. in c. j. in §. porrò, in verbo, per restitutionem. & ibi Bal. qualiter olim poterat feudum alienari. in Vsibus Feudorum.

Contrarium imò ꝙ tale statutum non valeat in vtroque foro tanquam nutritiuum peccati, tenet idem Barto. contra morem suum sibimet contrarius, in repetitione l. omnes populi. nume. 24. ff. de iustitia & iure. illam quęstionem latissimè examinat Ioan. de Imo. in d. §. si viam. vbi concludit veriorem esse opinionem Bar. in d. l. omnes populi. idem Io. de Imo. dicit eam esse communem in consil. 16. & in consil. 46. nume. 2. Franciscus Balbus in tract. præscrip. in secunda parte tertiæ partis principalis, quæst. xiij. & xiiij. Philippus Probus in Addi. ad Ioannem Monach. in c. j. nume. 17. de præscript. libr. vj. & quòd ista sit communis opinio tale statutum non valere, firmat Ioan. Crottus de Monte Ferrato in d. l. omnes populi. col. xvj. & in d. l. nemo potest. col. xxx. versic. quærit etiam Bar. & ibi hoc etiam tenet Franciscus de Ripa, nume. 116. Ludouicus Gomezius in dicto principio Instit. de actio. nume. 67. Matthęus de Afflictis in constitutionibus Neapolitanis, lib. iij. rub. xxxj. nume. 4. Andreas Alciatus in l. quinq; pedum. col. vj. C. finium regun. Ludouicus Gozadinus in consil. 56. nume. 13. Stephanus Bertrandus in consil. 184. numer. 5. in secundo volumine secundæ impressionis. Felinus in c. fin. nume. 5. de præscriptio. quibus est addendus Adrianus in quolibeto vj. artic. iij. Ex quibus omnibus supradictis apparet prædictum statutum non valere, tanquā nutritiuum peccati: pro qua opinione est tex. in c. si virgo. in versicu. si autem sciuit, nec ab aliena possessione recesserit, xxxiiij. q. ij. & in cap. fin. cum similibus, de præscriptionibus.

Sed posito pro constanti quòd prædictum statutū valeat, & sic regula nostra procedat vt hodie est dispositum de iure nostro Regio, vt in l. iij. titu. xiij. libr. iij. ordina. & in l. lxiij. Tauri. & in Pragmatica 157. de Madrid, anni Domini M.D.XXVIII. vbi dicit quòd seruitia famulorū præscribuntur per triennium.

Et quia supradicta iura tantummodò loquūtur in actione personali, pro prima limitatione est notandum, quòd in actionibus realibus locum non habent: ita notabiliter concludit dominus Iason in principio dicto, Institut. de actio. nume. 101. post Bald. & Aretinum ibi: motus, quia cùm istud statutum sit odiosum, debet strictè intelligi, vt in l. iij. §. hæc verba. ff. de negotijs gestis. ita etiam determinat Petrus de Rauenna in Alphabeto suo, in verbo, statutum. in versic. in statutis verba propria. pro qua opinione Ias. allegat glo. in l. Aurelius. in §. Mæuia. in verbo, pupillæ. ff. de liberatione legata. per quam gloss. ita tenet Ludouicus Roman. in consil. 201. nume. 3. Franciscus Curtius senior in consi. 66. nume. 8. licet contrarium velit tenere Gomezius in dicto principio, Institu. de actio. nume. 66.

Secundò limita supradictas leges Regni non procedere in foro conscientiæ: ita notabiliter determinat R. P. Frater Alphonsus à Castro, in casu dictæ Pragmaticæ de Madrid: eam declarando in lib. ij. de potestate Legis pœnalis, c. x. fol. 188. pag. 2. cum sol. seq.

Plures alias limitationes ponunt ad supradictam regulam & leges Regni Doctores in varijs locis, quas congerit Franciscus Balbus in dicta quæstione xiij. & xiiij. Gomezius in dicto principio, Instit. de actio. nume. 68. Felin. in d. cap. fin. numer. 5. notabiliter Rodericus Xuarez in l. post rem iudicatam. fol. 144. in ij. colum. in vj. limitatione. ff. de re iudicata. Vnum tamen non est prætermittendum circa supradictam regulam, & in casu dictarum legum, quod si præscriptio interrumpatur per litis contestationem, actio quæ erat decennalis perpetuabitur in quadraginta annos: ita notabiliter concludit Ioan. de Imo. in l. seruum. in §. sequitur. ff. de verborum obligationib. Angelus de Perusio in l. sicuti. C. de præscriptione triginta vel quadraginta annorum. quos sequitur Iason in §. pœnalis. nume. 113. Institu. de actio. & in l. actione. §. si is qui temporali. numer. 3. ff. de iureiuran. & in l. ex hoc edicto. nume. 3. ff. de eo per quem factum erit. & ita expressè determinat Rodericus Xuarez in l. post rem iudicatam. ff. de re iudicata. fol. 117. colum. j. nume. 4. per glo. quam dicit singularem in l. fin. in verbo, finiendæ. C. de dolo. quæ glossa dicit quòd generaliter omnis actio perpetuabitur per litis contestationem, nisi duæ actiones, quas ibi gloss. excipit: quam gloss. vltra Rodericum Xuarez sequitur Pyrrhus Englebermæus, vbi excipit quatuor actiones, & notabiliter tractat materiam in l. non solet. ff. de re iudic. & sic supradicta gloss. generaliter intelligit quòd lex fina. super parte extendimus. C. de præscriptione xxx. vel xl. annor. habeat locum tam in actione reali quàm in alijs quæ minore tempore durant, quòd perpetuabuntur in xl. annos per litis contestationem. Quod tamen intelligo habere locum inter creditorem & debitorem, non tamen extenditur ad personam fideiussoris: quia interruptio facta per citationem, vel litis contestationem cum reo principali, non interrumpit nec perpetuat quo ad fideiussorē: ista est gl. notabilis secundum Bar. ibi nume. 5. in l. cùm quis. §. si quis pro reo. in verbo, annus. ff. de solutionib. ita tenet idem Barto. etiam per illam gloss. in l. si fideiussor. in §. fin. ff. mandati. & illam gloss. sequitur Alex. in l. mora rei. ff. de verbo. oblig.

REGVLA VII.

ACTIO pœnalis nō tollit rei persequutoriā, nec ecōtra. tex. est in l. ancillæ. C. de furtis. & in l. si pro fure. in §.

in §.j.ff.de condit.furti. & in l.si pigno. in §. cùm furti. ff. de furtis.

Fallit primò in pœna conuentionali, vt in l.rescriptum. §.si pacto.ff.de pactis.

Secundò fallit, quando pœna esset extraordinaria, vt in l.iiij.aliàs tertia, in §.fi.ff.nautæ caupo. & stabularij.

Tertiò fallit, quando actio non esset pœnalis à sua origine: sed ex postfacto efficeretur pœnalis propter contumaciam rei, vt in actione, quod metus causa. nam si reus constituat rem, non condemnabitur ad quadruplum: vt in l.si cum exceptione.in §.si quis. & in §.hæc autem actio. ff.de eo quod metus causa.

Quartò fallit quando intentaretur contra diuersas personas, vt in l.manifestissimi.in §.tales.C.de furtis.

Quintò fallit quando resultaret contrarietas, vt in l.j.& ibi Doctores.C.de furtis.

Sextò fallit quando in pœna inesset persecutio, vt in l. hoc edicto.ff.de publicanis & vectigalibus.

REGVLA VIII.

ACTIO personalis non datur contra singularem rei successorem, vt in l.j.in §.si hæres.ff.ad Treb.& in l.fin. §.fi.in §.Lucius Titius.ff.de contrahen. empt. & in l.non aduersus.C.si cer.pet.

Hanc regulam limitat Soc. in regula clxxvj. quem refert, licet corruptè, vbi ponit alias duas limitationes ad hãc regulam Paulus Parisius in consi.32.nume.117.in j. volu. suorum consiliorum. Octo limitationes, vbi notabiliter tractat materiam, ponit Francis.de Ripa in d. §.si hæres. à nume.2.vsq; ad nume.18.

REGVLA IX.

ACTIO pignoratitia directa non nascitur nisi prius soluto debito, vt in l.si rem.la j.in §. omnis. ff. de pignoratitia actione.

Hanc Regulam limita iiij.modis, vt per Antoniũ Negusantium de Fano, in tract.de pignorib. in ij.membro septimæ partis, nume.8.

REGVLA X.

ACTIO pignoratitia directa, soluto debito creditori, competit debitori ad repetendum pignus. Hãc Regulam probat tex.in l.si rem. §.omnis.& in l.soluũ. in §. si in sortem.& in §.solutam. & in l.debitor. in §.soluta.ff. de pignora.actio.

Hanc Regulam ampliat xv.modis & limitat viij. modis Antonius Negusantius de Fano, in tract.de pigno.iij. memb.vij.par.princ.nume.9.vsq; ad fi.

REGVLA XI.

ACTIO ex pacto nudo non oritur: vt in l.iurisgentiũ. §.sed cùm nulla.& §.quinimò.& §.Marcellus. ff.de pactis.& in l.legẽ.C.eod.tit.tex.cũ gl.in §.in personã. Institu.de actio.gl.in l.petẽs.C.de pact.& in l.lecta.ff.si cert. pet. & in l. si vnus.ĩ §.pactus.ff.de pact. Circa quã Regulã vltra Soc.in regulam ix.qui eã ampliat duobus modis, & limitat quatuordecim, vide Ias.qui ponit supradictam regulam cum duabus ampliationibus, & decem & sex limitationibus.in d.§.sed cùm nulla: à nume.4.vsq; ad nume. 27.eandem Regulam ponit idem Ias.in l.lecta.nume.12. ff.si cer.pet.Franciscus Purpuratus in d.l.legem.nume.48. cum seq.Fel.in c.j.nume.3. de pactis.

Amplia hanc Regulam xv.modis, & limita lxvij. modis, notab.per Andream ab Exea in libro pactorum, in iij. parte rubricæ: à nume.273.vsq; ad fi. Sed hæc regula hodie de iure nostro regio locum non habet, vt probat text. in l.iij.titu.viij.lib.iij.ordina.quæ lex corrigit omnes leges probantes hanc regulæ opinionem: & concordat cũ tex. in c.j.de pactis.

REGVLA XII.

ACTIO non datur solu.matri. hæredi mariti ex pacto facto per mulierem in contractu dotis, quod satisfaciat creditoribus habentibus hypothecata prædia data in dotem. Hanc Regulam probat text. & ibi Doctores in l.ex conuentione.C.de pactis.

Ampliat primò etiam si prædia dotalia ab hærede mariti possideantur solu.matri. ita Bal. in l.si cùm tibi. C.qui potiores in pignore habeantur. Phil. Dec. in l.dotis. C.de collationibus.Soc.in consi.78.in iij.vol.

Secundò ampliatur etiam si iuramentum in pacto interuenisset: quia & si maius robur adijciat vt equidem stipulatio facit, tamen intelligitur secundum naturã actus: vt in l.fi.C.de non num.pecu. ita tenet Alex. in l.ij.in §. voluntatem.in pen.col.ff.solut.matri.Phil.Dec.in consi.180. nume.3.& 4.

Tertiò amplia secundum Pau.de Cast.in d.l.ex conuentione. ꝙ non solùm procedat quando matrimoniũ est solutum morte mariti, verùm etiamsi sit solutum per diuortium, pro quo facit: nam etiam isto casu militat ratio cessantis interesse, ergo militat legis dispositio, vt in l.illud.cũ vulgaribus.ff.ad leg.Aqui.

Quartò ampliatur supradicta regula quæ loquitur de pacto, vt habeat locum etiam si stipulatio interuenisset: vt expressè dicit tex.in d.l.ex conuentione.

Quintò ampliatur vt hæres agens ex tali pacto repellatur, non tantùm exceptione ꝙ sua non intersit, sed tanquã agens de facto & sine actione, ita vt à iudice repelli debeat, etiam muliere quæ conuenitur non opponente: iuxta gl.in l.vbi pactum.C.de transactio. quia cùm tex. in d.l. ex conuentione.dicat actionem competere non posse, denotat ꝙ ipso iure hæres actionem non habeat, vt patet ex his quæ dicit ibi Bar.col.pen.bene facit gl.in c.j.in verbo, non potest.de reg.iur.lib.vj.tex.& quod ibi not. Ias. in l.j. in prin.ff.de verb.oblig.

Limita primò supradictam regulam, vt licet hæres nõ possit agere post matrimonium solutum ad obseruãtiam pacti pro futuro tempore, potest tamen agere pro præterito si quid est solutum: vt tenet gl.in d.l. ex conuentione. in fi.in verbo, non potest. cum qua transeunt Doctores communiter ibi.

Secundò limita, quando dos vel pars eius ex dispositione legis, & statuti, vel pacti, deberet remanere penes hæredes mariti, etiam præmorientis: quia tum certũ est semper ꝙ interest mariti & hæredũ ꝙ soluatur creditoribus: & quando valeat tale pactum vel statutum colligitur ex lege, Bebius Marcellus. ff. de pactis dotal. & ex dictis per Bal. Nouellũ in tract.de dote, in vij.parte, priuilegio xxj.

Tertiò limita, quando mulier adulterium viuente marito, vel eo mortuo stuprum viduitatis tempore commisisset: quia interest hæredis solui creditoribus habentibus hypothecam in fundo: & ita videtur cessare ratio dictæ l. ex conuentione.ex quo hęres potest dotem retinere propter adulterium quod maritus viuens ignorauit, vel morte præuentus non potuit accusare: ita prosequitur Alex.in l. rei iudicatæ.ij.notabili.ff.sol.mat.

Circa quam limitationem, an sit vera, vel non, est notãdum ꝙ Pau.de Cast.in l.sororem.C.de his quibus vt indignis.mouit prædictam quæstionem, & determinat ꝙ sicut mulier propter adulterium constãte matrimonio perdit dotem: ita propter stuprum viduitate durante. idem tenet idem Paulus in l.fideicõmissum.C.de fideicõmissis.& in consi.147.incip.Reuocatur in dubium.per totũ, vol.ij. quam opinionem sequitur Augu.Arimin. in Additionib. ad Ang.in tract.maleficiorum: in parte, {che me hai adulterato.} nume.303.Gerardus de Petra Sancta in sing.48. Hippo.in sing.234.& in singu.416.& in l.j. in §.itẽ diuus. nume.4.ff.de sicar.& in consi.13.nume.16. eandem opinionem sequitur Pala.Ruui.in repetitione rub.de dona.§. lxvij.num.6.& in §.lxxxj.nu.6. Franc. de Ripa in rubr.de iud.num.21.Ias.in l.ij.num.6.ff.sol.mat.Ioannes de Neuizanis in sua Sylua nuptiali lib.ij.nu.44.Cifuentes in l.xiiij. Tauri, nu.4.vbi pro hac opinione Pau.de Cast.allegat glo. in Authent.sacramentum. in verbo, contractis.C.quando mulier officio tutelę fungi potest.& tex.de iure nostro

regio

regio in l.iiij.in fi.tit.iiij.lib.v.ordinamenti. & pro ista opinione Pau.de Cast.allegatur communiter tex. & ibi gl.& Bart.in l.pen.ff.de adulter. vbi probatur ꝙ qui offenditur ex adulterio constante matrimonio, offenditur ex stupro viduitate durante.

Contrariam tamen opinionem tenet Alex. de Imo. in l.sororem. C.de his quibus vt indignus. quē sequitur Ias. sibimet contrarius,in l.fideicommissum.nume.3.C.de fideicommis.Decius in c.pastoralis.nume.8.de iudic.& in l. cùm quædam puella.nume.12.ff.de iurisdict.omniū iudi. Gulielmus Maynerius in l.in ambiguis,pro dote.nu.208. ff.de reg.iur.Carolus Molinæus in consuetudinibus Parisi.in tit.j.§.xxx.q.xxviij.nume.142.Barthol. de Chassa. in consuet.Burgun.in titu.{Des droits.} rub. iiij.§.vj.fol. 156.col.j.versi.sed quæro.pro qua opinione est tex. in l.si vxor.in §.j.ff.de adult.& in l.rei iudicatæ.§.hæredi. versi. morum.ff.sol.matr.& hanc opinionem Alex.sequitǔ Crotus in l.iiij.§.Cato.col.iiij.versic.pro quo etiam adhuc. & in eod.§.lect.ij. versic.vij.quærit Bar. col.pen. ff.de verbor. oblig.vbi pro hac opinione Alex. dicit ꝙ leuius est crimē stupri quàm adulterij: quia leuius punitur, vt in §.itē lex Iulia.Insti.de pub.iudic. iuncto text. in c.non offeramus. xxiiij.quæst.j.& quia minor est iniuria quæ fit defuncto, quàm illa quæ fit viuenti, vt not.Bart.in d.l.fideicōmissum.Item pro hac opinione Alex.facit: nam vidua luxuriosè viuens patitur easdem pœnas quas mulier secundò nubens infra annum luctus de iure Ciuili,vt in §.fi.in authen.de restitutionib.colla.iiij. & ita tenet supradicta glo. in auth.sacramentum.in verbo,contractis.quam glossam sequitur Philippus Decius in l.j.col.ij. C.de secund. nupt. Hippoly.in singul.dclxxxviij. quæ pœnæ enumerātur in d.l.j.C.de secund.nupt.sed inter illas non enumeraǔ amissio dotis:ergo dicendum est dotem amissam non esse. & hoc modo arguendi vtitur iurisconsultus in l. patre furioso.ff.de his quæ sunt sui vel alieni iuris. mulier enim infra annum luctus secundò nubens solùm amittit ea quæ habuit à maritò,titulo lucratiuo: sed dotem à marito non habet,ergo,&c.pro qua opinione est text.expressus in d.l. iiij.titu.iiij.lib.v.ordina.quæ sic debet intelligi, licet allegetur à Cifuentes pro opinione Pau. de Cast. vbi probat lex illa quòd mulier quæ commisit stuprum post mortem viri,tantummodò debet amittere acquisita constante matrimonio, quæ applicantur hæredibus mariti. sed lex illa de dote nihil dicit, & sic cùm sit pœnalis potius est restringēda,quàm amplianda,vt tantummodò loquatur in casu in quo loquitur: & hæc opinio Alex. videtur mihi magis vera & æqua per suprà dicta. Bene tamen verum est ꝙ Andreas Alciatus in tract.præsump.in ij.regula, præsumptione ix. nume. 5. ponit concordiam inter has duas opiniones, scilicet, si mulier commisit stuprum infra annum luctus,tunc procedat opinio Pau.de Cast.aliàs post annum opi.Alex.quam opinionem sequitur egregius D.Didacus de Couarruuias in sua Epitome quarti libri Decretalium, in ij.par.cap.vij.§.vj.nume.10. eandem concordiam inter easdem opiniones posuit Ioan.Garronis in Authentica,eisdem pœnis.num.18.C.de secund.nup. quæ concordia nō videtur necessaria,cùm vt suprà dixi, opinio Alex. sit magis vera, nisi tantummodò ad limitationem dictæ l quartæ,scilicet,an mulier quæ commisit stuprū post annum luctus,d.l.iiij.in ea locum habeat.

REGVLA XIII.

ACTIO ex delicto pœnalis non transit in hæredem: ita probat tex.in l.pupillum.§.in hæredem. ff.de reg. iur.& in l.j.ff.de priuatis delictis. & in l.j. C. ne ex delictis defunctorum.

Limita primò vt isti hæredes teneātur quatenus locupletiores facti sunt,vel in quantum ad eos peruenit, vt in d.l. vnica:quia iniquissimum est ex delicto alterius alterū locupletari.facit etiam tex.in l.si ipsa res. ff.quod metus cau.

Secundò fallit,quando à lege pęna imponiǔ: tunc enim transit in hæredem,vt in l.iij.in §.ꝙ autem. ff. quod quisque iuris,in primo intellectu glossæ magnæ.

Tertiò fallit, vbi pro pœna delinquētis causatur exceptio:tunc transit in hæredem etiam lite non contestata,vt in d.§.ꝙ autē.ex altero intellectu glossæ: & ita tenet Xuarez in alleg.xxvj.in secundo dubio, in fi.vbi ponit exēplū.

Quarto fallit, in quasi delictis, in id quod peruenit ad hæredem: quia quamuis pœna iudicis qui litem suam fecit non transeat in hæredem, transit in id quod peruenit: vt in l.in hæredem.ff.de calumniatoribus.in l.seruo. in §. cùm prætor.ff.ad Treb.

Quintò fallit, quando actio pœnalis descendit ex contractu,& commissum est delictum extra contractum: vt in l.fi.de nautico fœnore. vbi hæres debitoris pœnæ obtraiectitiam tenetur: aliud est si delictū circa contractum fieret,vt in l.ex contractibus.ff. de actionib. & obligatio.

Sextò fallit,quandocunq; res esset consumpta per hæredem:vt in d.l.si ipsa.ff.quod met.cau.

Septimò fallit, etiam lite nō contestata:sed vbi processum est contra contumacem ex primo decreto quod habet vim litis contestationis, vt faciat actionem transitoriam,argumento tex.in l.vt perfectius. C. de anna. exceptione.& in l.si eum.in §.qui in iniuriarum.ff.si quis cautionibus.& in l.j.ff.ex quib.cau.maiores.gl. sing.in §. pœnales.Institu.de perpe.& tem.actionib. vbi dicit solam libelli oblationem absq; litis cōtestatione facere transmissionem actionis pœnalis.nec obstat tex. in l.j. ff. de requirend.reis.quia ibi loquitur in delictis publicis.

Octauò fallit,in prælato cuius prædecessor deliquit,nō suo nomine priuato,sed prælati vel dignitatis:vt in c.cùm delictis. & ibi Innoc.de ordine cognitionum. & in c.j.& ibi Doctores,de solutionibus.Bal.in d.l.j. C.ne ex delictis defunctorum. Anto. de Butr.in c.j.§.quibus.de priuileg. Io.And.in c.j.vt lite non contestata. cum similibus.

Nonò fallit in conditione furtiua, quæ ex varijs figuris causarum oritur.nam datur in id quod non peruenit, vt l. si pro fure.ff.de condictione furtiua.& ibi glo.quæ reprobantur per Bar.in d.l.j.ff.de priuat.delictis.nu.2.dicentem illic esse speciale propter frequentiam delicti, sicut in simili dicitur in adulterio,vt in l.transigere.C.de transact.

Decimò fallit,in casu legis,Caius. ff.ad Syllan. vbi secūdum Bar.in d.l.j.ff.de priuat.delictis. fuit ibi inflicta pœna ipso iure,ob non vindicatam mortem defuncti: quod apparet, quia possessor illic conuenitur petitione hæreditatis à fisco: vt in l.j.C.de his quibus vt indignis. & in l.in cognitione.ff.ad Syllan.& sic agitur illic non ad pœnam imponendam,sed ad impositam ipso iure exigendā: vt in l. commissa.ff.de publi.& vectig.& in d.§.ꝙ autem.

Vndecimò fallit, in hæredibus vsurarij qui non solùm de iure Canonico, vt in c.tua nos.& in c.Michael. de vsuris.verùm etiam de iure ciuili ex communi omniū sententia tenentur restituere in solidum: quia de iure ciuili nō repetuntur per actionem ex delicto, sed per conditionē indebiti,vel sine causa:ita tenet Innoc.c.Michael. de vsuris. Io. And.in addition.ad Spec.tit.de confessis. §.postremò. versic. sed nunquid confessus. Feder.de Senis in consi.11. Bal.in d.l.j.C.ne ex delictis defunctorum. & ibi Salic. nu. 8.idem in auth.ad hæc.C.de vsuris.Bar.in d.l.j. num. 8. ff. de priuatis delictis. Anan.in c.tua nos.de vsuris.

Duodecimò fallit, de iure cano.vt in c.parochiano. de sepult.& in c.j.in fi.ibi,omnia plenè emendēt rectores. & in c.in literis.de raptoribus.& in c.episcopū.vj.q.vj. Quod tamē est verū si lis fuerit cōtestata cū defuncto, vel quatenus ad hæredes peruenit,ex quo Abb.in c.parochiano. de sepult.tenuit ꝙ vbi testator decessit sine confessione,hæredes eius non tenētur nisi prout de iure ciuili statutū est: allegat pro sua opinione gl.in c.à nobis.el ij.in finalibus verbis,in versi.hæredes quoq;.& ibi glo.de sent. excom. hoc etiā voluit Inno.in d.c.parochiano.Sed in hoc contra Abbatē est communis opinio Canonistarum & Legistarum:

imò

imò q indistinctè de iure Canonico hæredes teneant ad satisfaciendum pro delicto defuncti, dato q lis cũ eo non fuerit contestata, nec aliquid ad hæredes peruenisset: & hanc opinionem tenet Bar. inter Legistas, in l. j. ff. de priuatis delictis. hanc conclusionem indistinctè tenet glo. in c. fi. de sepult. in glo. fi. & in c. in literis. de raptoribus. in glo. hæredes. & intrepidè hoc affirmat in c. episcopus qui filios. in gl. hæredes. in fi. 12. q. 2. & est casus ad literam in d. c. si episcopum. ibi, ab hærede eius quæ iniustè ab illo ablata sunt, sine excusatione reddãtur. & ibi glo. fi. affirmat dictam opinionem. idem tenet glo. in summa 24. q. 2. & in cap. Ecclesia. §. item peccato. in glo. conquisita. j. q. 4. & ibi Archidiaconus hoc tenet, dicẽs omnes doctores suos hoc tenuisse. hoc etiam tenet Feder. de Sen. in consi. 21. Anto. de Butr. in c. q clericis. de foro compet. hanc opinionem sequitur d. Ias. in l. si eum. in §. qui iniuriarum. nume. 5. ff. si quis cautionibus. Rodericus Xuarez in alleg. 26. in ij. dubio. pro qua opinione facit text. in d. §. item peccato. el 4. j. q. 4. vbi dicit tex. quod neminem excusat ignorantia criminis, maximè quando ex eo vtilitas defertur ignoranti: veluti si quispiam de latrocinio & rapina filio suo ignoranti diuitias congreget, non excusat eũ ignorantia quin post mortem patris teneatur restituere malè acquisita: & cùm hæc opinio sit in fauorem animæ & conscientiæ, absque dubio tenenda est: vt in l. sunt personæ. ff. de religiosis & sumptibus funerum. not. Doct. in c. in nostra. de testibus. & in c. fi. de re iudi. tex. & ibi Docto. in c. fi. de præs. & sic manet igitur vera conclusio, q de iure Canonico hęredes tenentur ex delicto defuncti: dato q lis non esset contestata cum defuncto, nec aliquid ad eos peruenisset, non seruata distinctione Abb. Et ratio huius limitationis est vt anima defuncti à peccato valeat liberari, vt dicit tex. in d. c. in literis. in fi. ibi, condignè satisfaciant vt sic à peccato valeat liberari: & sic solùm in hoc attenditur vt anima defuncti à peccato liberetur, secundum Anchar. in cõsi. 411. incip. Et prima facie videtur. Quam limitationem intelligo veram quo ad interesse, damnũ passo: non quo ad pœnam, ita tenet Floria. in l. inde Neratius. ff. ad legem Aquiliam. & sic vsque ad vires hæreditarias, & non vltrà, secũdum Bar. in l. furti. C. de furtis. facto inuentario vel nõ facto: per tex. in c. quanquàm. de vsuris. lib. 6. quia omnia bona defuncti sunt obligata pro satisfactione, vt in d. c. parochiano. cum alijs. hanc opinionem sequitur Bertachinus in tract. de Gabellis, in 4. parte princ. nume. 31. Phil. Probus in additionibus ad Ioannem Monachum, in d. c. quãquàm. nu. 15. Ex qua limitatione notabiliter infertur vnũ satis quotidianũ, q si pater qui ex vsuraria prauitate multa acquisiuit, assignauit dotem filiæ suæ de bonis suis cùm bona ista transeant cum onere suo, vt in c. pastoralis. de decimis. quod legitur & notatur in l. si tamen. & in l. si me & Titium. ff. si cer. peta. poterunt hi à quibus fuerunt extorta, à filia per hypothecariam auocare, secundum Bald. in l. penult. C. de ser. pig. da. manumisso. quam opinionem tenet notabiliter Pala. Ru. in repet. rubr. de don. §. 65. nu. 23.

Regula XIIII.

Actiones contrariæ quæ electione tollunt, nec in eodem nec in diuersis libellis admittuntur. probat hæc Regula in l. j. & ibi gl. C. de furtis. & in l. q in hęredẽ. §. eligere. ff. de tributoria. ĩ l. cùm filius. §. varijs. ff. de leg. 2. & in c. solicitudinẽ. el j. de appe. & in c. j. de postulatione prælatorum. lib. 6. & in c. gesta. 74. dist. & in c. quemadmodũ. 23. q. 7. cum alijs iuribus similibus adductis per gl. in d. l. j.

Limita hanc Regulã vndecim modis, vt per Marian. Soc. in c. dilecti. nu. 35. vsq; ad nu. 45. de libelli oblatione.

Regula XV.

Actio personalis ex testamento regulariter competit pro legatis, etiam de iure Digestorum. Hanc regulam probat tex. in l. si res. ff. de legat. 3. & in l. si tibi homo. in princip. ff. de legat. j. cum alijs. quæ actio personalis causatur ab aditione hæreditatis per quam quasi contrahitur cum legatarijs & creditoribus, vt in l. apud Iulianum. §. fi. ff. ex quibus causis in possessionem eatur. & in §. hæres. Instit. de oblig. quæ ex quasi contractu. glo. in l. vnica, in §. cùm igitur. C. de cadu. tollen. in verbo, cedere.

Amplia primò, vt procedat etiam pro legatis relictis in codicillis: nam si fiunt codicilli condito testamento, competit actio ex testamento directa: ita tenet Sali. in l. ij. in fi. post glo. ibi. C. communia de leg. Ias. in l. fi. col. fi. C. de codicil. pro quo videtur tex. in l. libertates, directæ. ff. de manumiss. testamen. vbi libertas directa dari non potest in codicillis testamento confirmatis, licet secus ab intestato: quod est verum, licet aliter teneat Niger in l. j. nu. 50. ff. de leg. j. si autem codicilli fiunt sine testamẽto pro legatis relictis in eis competit actio vtilis ex testamento, non directa. gl. fi. & ibi Bar. in l. j. ff. de testam. & in l. ij. in verbo, personalis. C. commu. de lega.

Secundò amplia vt procedat in legatis quæ conseruantur, per tex. in Auth. ex causa. C. de lib. præteritis. ita tenet Ias. in l. j. nu. 101. & ibi Fran. de Ripa nu. 41. ff. de leg. j. per text. in l. j. ff. de hæred. instituen. nec ad hoc obstat fundamentum Ioannis Ignei relatum per Nigrum in d. l. j. post numerum quinquagesimum, q tunc debeat competere condictio ex lege, non actio ex testamẽto irritato: quia respondeo q respectu legatorum non censetur irritatũ, imò respectu legatorum perinde est acsi hæres legitimus scriptus esset in testamẽto: vt in d. l. fi. in fi. ff. de hæred. instit.

Tertiò amplia vt procedat etiam in legatis quæ conseruantur de iure speciali coniunctis personis, iuxta titulũ. ff. de lega. præstan. ita tenent Bald. & Ange. in l. j. in fi. C. de bonorum posses. contra tabulas. Ias. in d. l. j. nume. 5. C. cõmunia de legat. licet contrarium teneat idem Ias. in l. j. nume. 102. ff. de legat. j. quem sequitur ibi Niger in num. 52. col. 29. versic. 3. procedit. & in col. 32. in fi. per d. Bar. in l. in testamento. in vlti. q. ff. de condit. & demonstr. vbi quando conditio habetur pro impleta de iure speciali fauore libertatis, iuxta text. in l. si peculium. §. is cui seruus. ff. de statu liberis. non competit actio ex testamento, sed actio in factum, vel officium iudicis. Sed prædictum argumentum Iasonis contra Bald. & Ange. non obstat: quia arguit ex diuersis habentibus rationem diuersam & separatam: nam quando conditio habetur pro impleta de iure speciali quod tunc legatũ conseruetur, illud est contra verba & mentem testatoris, nimirum si non competit actio ex testamento: secus in legatis quæ conseruantur per titulum de legatis præstandis, & sic illa conseruatio fit secundum voluntatẽ ipsius testatoris qui voluit legata præstare: hinc videmus q vbi habetur conditio pro impleta de iure cõmuni, quia stat per hæredem quo minùs impleatur, tunc actio competit ex testamento: quia habetur pro impleta, secundum voluntatẽ testatoris: ita tenet Bart. in l. in testamento. in vlti. q. quem sequit Ias. in d. l. j. nu. 107. ff. de leg. j.

Limita primò vt non procedat quando conseruantur legata per titulum, si quis omissa causa testamenti. & hærede repudiante ex testamento in fraudem legatariorum, & adeunte ab intestato: nam cessat actio ex testamento & competit actio in factum prætoria: ita Bar. in l. si pecuniã. ff. si quis omissa causa testamenti. per illum text. quem sequitur Ias. in d. l. j. nume. 108. & in l. si hæredis seruus. in ij. notabili. ff. de leg. j.

Secundò limita & intellige hanc Regu. vt hodie competat via executiua pro legato relicto in testamento: ista est gloss. notab. quam ibi sequitur Ange. nume. 57. in Authent. de hæredibus & falci. in §. illud. in verbo, decreto. collat. j. quam opinionem sequitur Alex. in l. fi. nume. 3. & ibi Ias. nume. 6. C. de edict. diui Adria. tollen. idem Ias. in l. pactum inter hæredem. nume. 7. ff. de pactis. Segura in l. si ex legati causa. nume. 66. ff. de verb. oblig. & hanc opinionem tenet etiam Rodericus Xuarez in l. post rem iudicatam. fol. 123. colum. ij. in fine. versic. sextus casus. num. 1. cum sequentibus. ff. de re iudicata. licet Alexand: sibimet

contrarius teneat contrariam opinionem in l.ſi cùm dotē. in §.eo autem tempore.nu.6.ff.ſolu.matri. & in l.ait prætor.in §.j.nu.5.ff.de re iudi.quem ſequitur Philippus Decius in d.l.fi.nu.16.C.de edict.diui Adria.tol'en.Alias limitationes ad hanc regulam ponit Iaſ.in d.l.j.nu.4.C.commu.deleg.& in d.l.j.nu.110.ff.de leg.j.& ibi Franc.de Ripa nu.47.cum ſeq. Niger nu.47.quas referre non laboro cum facilè inueniri poſsint. Effectus autem vtrum actio competat ex teſtamento vel in factum, ponit Iaſ.in locis ſuprà allegatis.

REGVLA XVI.

ACTIO ex pacto nudo in ligis & treugis bene oritur: & ideo omnis pœna in tali pacto appoſita eſt efficax ad agendum cùm ſit inducta ad non delinquendum, vt in l.non impoſsibile.ff.de pact.& quia pacta publica non egent fomento verborum,vt in l.conuentionum.ff.de pact. ita tenet Bal.in c.j.nu.11.de pactis.quem ſequitur Iaſ.in l.iuriſgentium.in §.ſed cùm nulla.nu.23.ff.de pact.& in l.certa.num.12.ff.ſi cer.peta.facit tex.in c.noli exiſtimare.23. q.2.& in l.fidem rumpens.C.de infamibus.

Amplia primò vt etiam talia pacta per ſucceſſorem reuocari non poſsint:ita tenet Alb.in l.conuentionum.ff.de pactis.& in l.digna vox.C.de legibus.

Amplia ſecundò vt etiam Papa poſsit compellere principes ad ſeruandā pacem inter eos contractam,vt in c.nouit.de iudicijs.ita concludit Martinus Lauden. in tractatu de confœderatione principū.notabili 29. incip. Papa pōt.

Tertiò amplia vt non ſolū procedat in pactis pacis, ſed etiam in pactis treugæ:ita notabiliter tenet Philippus Corneus poſt alios doct.per eum allegatos in j.parte conſiliorum,conſi.175.incip.præſens conſultatio. Philippus Decius in conſi.531.incip.accuratè diligenter.

Quartò amplia ſi durante tempore treugæ aduerſarius frangeret mihi fidem: quia tibi propter hoc non debeo frangere,ita tenet Anto.de But.in c.peruenit.el ij.de iureiur.num.4.Martinus Lauden.in tract. de confœderatione princ.notab.16.incip. in treugis.

Limita primò vt non procedat,quando alter ex contrahentibus efficeretur bannitus:quia tunc non eſſet ſibi ſeruanda fides:ita tenet Paris de Puteo in tractatu de re militari,lib.9.c.19.& hoc intelligo quando efficeretur bannitus poſt datā fidē: ſecus ſi tempore pacti erat iam bānitus: ita tenet Alb.in d.l.conuentionū.ff.de pactis.vbi ſe remittit ad ea quæ dixit in l.pſenti.C.de his qui ad eccle. cōfug.

Secundò limita vt non procedat quando fides rumperetur ex noua cauſa:ita tenent Bar.& Ang. per tex. ibi in l. aut facta.in §.cauſas.ff.de pœnis.cū ſimilibus: quos ſeqit Corneus in j.vol.conſiliorū,conſi.151.& 4.vol.cōſi.248.

Tertiò limita vt non procedat quando pactum eſſet resolutiuum pacis vel treugæ: & ideò vt ſi in cōtractu pacis apponatur pactum ꝙ liceat alteri fœdera pacis rūpere, tale pactum non valet:ita tenet Bal.in Auth. ſacramenta puberum.nu.2.C.ſi aduerſus venditionem.quem ſequit Corſetus in dicto tractat.de priuilegio pacis,priuileg.92.

Quartò limita,vt nō procedat in fide data hoſti per priuatum:quia illa eſt non ſeruanda: ſecus in fide data per Capitaneos & Duces belli:ita tenet Corneus in d.conſi. 175. pro quo facit id quod tenet Martinus Laud.in tracta. de confœderatione principum,notabili 49.vbi dicit ꝙ hoſti publica fides ſeruanda eſt,licet priuata fides ſeruata nō ſit, allegat Bal.in l.pacifci.ff.de pactis.

REGVLA XVII.

ACTIONE pœnali ſublata durat hypothecaria.hāc Regulam ponit textus in lege,intelligere. C. de luitione pignoris.

Ampliatur primò vt etiam procedat in præſcriptione: quia ſublata perſonali per præſcriptionem triginta annorum,iuxta l.ſicut.C.de præſcript.30.vel 40.annorum.hypothecaria quæ aliquando durat longiori tempore, durabit adhuc donec durat eius vita: iſte eſt tex. & ibi glo. in iij.exemplo,quam ibi ſequuntur Bal.& Sal.in d. l.intelligere.Pau.de Caſt.in l.eos qui.nume.2.C.de vſu.

Secundò amplia vt procedat ſi perſonalis eſſet ſublata confuſione, ſcilicet ſi creditor ſucceſsiſſet debitori, & eſſet grauatus per fideicommiſſum de reſtituenda hæreditate alteri:quo caſu actio perſonalis eſſet confuſa per aditionem,vt in l.debitori. C. de pact. tamen tunc hypothecaria remanet,vt in l.debitor.ff.ad Trebel.& not. Alex. in d. l.debitori.& eſt tex.& ibi glo.in l.ex ſextante. §. Latinus. ff.de exceptione rei iudi.gl.& Bal.& Sal.in d. l. intelligere.

Tertiò amplia vt procedat etiā ſublata obligatione fideiuſſoria:quia durat etiam hypothecaria, vt fideiuſſor qui pro me interceſsit, & dedit etiam pignora meo creditori, inſtituit me hæredem:nam dum ego ſuccedo meo fideiuſſori, extinguitur dicta obligatio fideiuſſoria, ita quòd creditor meus non poterit me hæredem fideiuſſoris mei conuenire obligatione fideiuſſoria, cum illa ſit ſublata per confuſionem : ſed obligatio hypothecaria, qua res data eſt pignori à meo fideiuſſore adhuc durat, & creditor poterit agere contra me hypothecaria ad dictam rem: vt eſt text.in l.cùm quis.§.fina. & ibi hoc declarat Barto. ff.de ſolu.Ratio eſt,quia obligatio fideiuſſoria nec à principio nec ex poſtfacto ſtare nō poteſt ſine principali.ita notatur in l.ſi hæres pecuniam.ff.ad Trebel. ſed hypothecaria poteſt ſtare ſine principali ex poſt facto, licet nō à principio,vt in l.non intelligere. C.de luitione pignoris. & ita tenet Pau.de Caſt.in l.ſi.C.de fide inſtr.

Fallit primò quando ſententia abſolutoria lata eſt in fauorem debitoris contra creditorem:quia per eam tollitur obligatio principalis & hypothecaria,vt in l.deferente.ij. reſponſ.ff.quibus modis pignus vel hypotheca ſoluitur.

Secundò fallit ſi creditor deferat iuramentum, & debitor iurat ſe non eſſe debitorem:quia tunc non ſolū m non tollitur obligatio principalis : ſed etiam hypothecaria: vt in d.l.deferente.& in l.ſoluitur.§.fina. ff.quibus modis pignus vel hypotheca ſoluitur.

Tertiò fallit quando principalis actio ſeu obligatio tollitur per pactum ſeu conuentionem, quia tunc intelligitur etiam ſublata hypothecaria vna cum ea, vt in l. ſoluitur, in prin.& in §.j.ff.quib.mod.pig.vel hypoth. ſoluitur. & in l.cùm ſoluendæ.ff.de diſtract.pignor.

Quartò fallit ſi debitum ſolutum fuit creditori,vel etiā creditori creditoris, vel alio modo ſatisfactum de voluntate creditoris,vel ſi ad tempus fuit obligatum certum pignus, vel ſub aliqua conditione quæ poſteà non fuit verificata,nec euenit:iſtis enim caſibus ſicut tollitur obligatio principalis,ita hypothecaria: vt eſt tex. iuncta glo.in l.itē liberatur.in prin.ff.quib.mod.pig.vel hypoth.ſolui. habetur per glo.& Sal.in d.l.intelligere.

REGVLA XVIII.

ACTIO extinguitur ſi creditor ſuccedat debitori: ita probat tex.in l.debitori. & ibi glo.ij. allegat concordantes.C.de pactis.& in l.Mutianæ.in fin. ff.de condit. & demonſt.Ratio huius Regulæ ſecundū Bar.in d.l.debitori.in ij.oppoſitione, ſumitur à contrarietate: quia in eadē perſona actiua & paſsiua obligatio eſſe non poteſt: quod clarius explicat in l.ſi vxor.C.de bon. author. iudi. poſsid.

Amplia primò non ſolùm habere locum in hærede, verùm etiam in fideicommiſſario vniuerſali: ita Bald.in d.l. debitori.nume.4.& facit, nam fideicommiſſarius talis ad actiones paſsiuas tenetur,vt in l.j.in prin.ff.ad Treb. ergo in eo militat ratio ſupradicta,& ſic idem ius,vt in c. tranſlato.de conſtit.

Secundò amplia in fiſco hærede, vt in l. Vranius. ff.de fideiuſſoribus.

Tertiò ampliatur vt nedum actio ſed & obligatio,non tantùm ciuilis ſed & naturalis extinguatur aditione hæreditatis: ita concludunt Doct.in d.l.debitori.& probatur in l.debitor.ff.ad Trebel. quia cùm ibi ſit ſpeciale, ergo in contrariū eſt ius cōmune,vt in l.ius ſingulare. ff. de legib.

Quartò

Quartò ampliatur vt nedum ope exceptionis, sed etiã ipso iure sit actio extincta:ita Bar.in d.l.debitori. versi.ad primum.quod est vtile propter ea quæ habentur in l. cum quis ita.in §.qui ita.ff.de verb.oblig.

Quintò ampliatur vt econtrà procedat si debitor succedit creditori : ita tenet glo.in d.l.debitori. probatur etiã in l.Stichum.§.aditio.ff.de solutio.facit, quia creditor & debitor sunt correlatiua:ergo dispositũ in vno, in alio dispositum videtur, vt in l.fi.de acceptillatio. Et ita tenet Bal.in Rub.C.de rebus creditis.

Limita primò non procedere quando creditor fuit hæres pro parte : quia tunc pro ea parte tantùm confunditur actio, vt in l.licet.C.ad legem fal.& in l.si ab eo. C.de neg. gest.facit, quia hæres non tenetur seruare factũ defuncti, nisi pro ea parte pro qua est hæres, vt in l.cùm à matre.C. de rei vendicat. Ratio horum est, quia licet hæres & defunctus dicantur vna & eadem persona, vt in Auth.de iureiu. à moriente præstito.in §.j.colla. v. istud est verum pro ea parte pro qua est hæres,& non vltra:vt est glo.fi.in l.ij.C. de hæred.actio.

Secundò fallit quando hæres fecisset inuentarium, vt tenet glo.ij.in d.l.debitori.quam Bal.ibi sequitur nu. 2. & in alijs locis ad ductis per Alex.ibi,col.iij. vult enim gl. illa q facto inuentario per creditorem hæredem debitoris effectum, durat actio & non confunditur : & illam glo.sequitur Pau.de Cast.ibi,col.j.mouetur glo.per tex.in l.fin.§.& ipse.C.de iure delib.& ita glo.intelligit ibi Barto.quamuis cum ea non teneat.

Tertiò fallit quando essemus in actione reali, quæ non confunditur:ita Bal.vbi adducit rationem prædictæ limitationis in d.l.si vxor.quem sequuntur Alex. & Soc.in d.l. debitori.nume.3.

Quartò prędicta Regula habet locum in creditore succedente effectualiter, qui adit:ita probat tex.cum concordantibus in d.l.debitori.quæ aditionem considerant & actiones tunc competentes extinguuntur : secus in eis quæ posteà nascuntur,& sic ex causa hæreditaria, quia qualitas adiecta verbo intelligitur secundum tempus verbi:vt in l. in delictis.in §.extraneus.ff.de noxal. & ita declarat Areti.in consil. 148.

REGVLA XIX.

ACTIO oritur ex pacto nudo donationis:vt in l.si qs argentũ.in §.sin autem.C.de dona. Fortunius Garcia latissimè in l.legitima.nu.6.ff.de pact.Soc.in consi.53. volu.4.col. 3.incip.viso instrumento donationis.

Amplia primò vt procedat in donatione remuneratoria:ita Io.de Imo.& Rom.in l.in ædibus.§.j.ff.de dona.& in l.iurisgentiũ.§.quinimo.nu.19.ff.de pact. vbi post alios per eum allegatos tenet contrarium.mouetur, quia tex.in d.l.si quis argẽtũ.est correctorius,& ideò strictè interpretandus: sed opinio Imo.& Roma. videtur mihi verior:nã ille qui habet rem ex donatione propter bene merita, non dicitur illam habere ex titulo lucratiuo, sed potius ex oneroso: vt in l.sed si lege.in §.consuluit.ff.de peti. hæredit. ita tenet Panor.in c.cùm ecclesia. nu.4.de simo. Sed absurdũ est melioris conditionis esse illũ qui habet rẽ ex titulo lucratiuo, quàm qui habet titulum onerosum:iuxta gl. in §. item si quis.in verbo,in fraudem.Instit.de actio. cogita tamen circa hoc : sed verior & tutior videtur mihi opinio Imo.& Roma.quam ante eos tenuit Alber. in l.ambitiosa.in prin.ff.de decretis ab ord.faciend.

Secũdò amplia vt procedat in donatione causa mortis, secundum glo.in l.cùm pater.in §.Mæuio. in verbo, donabat.ff.de leg.2.quæ ab omnibus approbat, secundũ Corneum,in cõsi.237.j.col.versi.donatio causa mortis.vol.4. Roma.in sing.522. Tiraquel.in legibus connubialibus,in gl.3.75.Iaf.in §.in personam.num.71.Instit.de actionib.

Amplia tertiò in pacto nudo donationis ob causam:ita Io.Fab.in §.aliæ.Instit.de actionib.

Amplia quartò, q non solùm procedat in fauorem donatarij, sed etiam in fauorem donatoris:ita concludit Rip. in l.fi.q.30.C.de reuocand.donat.

Amplia quintò, vt procedat in pacto nudo donationis propter nuptias:ita Cy.& Bal.in authen. eo decursum. C. de donat.ante nupt.quos sequitur Io.Bapt.Caccialupus in tract.de pactis.q.13.

Amplia sextò q in tantum procedat q etiam donatio hodie est contractus nominatus, secundum glo. in l.in ædibus.in §.è rebus.ff.de donat.ita concludit in d.l. fi.q.35.

Septimò amplia vt non solùm procedat, quando datio vel traditio interueniret in pacto, sed etiam si in illo pacto nudo donationis factum promittatur:ita tenet Alex. in l. iurisgentium.§.sed cùm nulla.ff.de pactis.reprobata opinione Bar.quæ contrarium tenet in l.si vnus . in §.pactus ne peteret.nume.12.ff.de pact.de quo vide Fortuniũ Garciam in c.j.nu.38.de pactis.

Octauò amplia etiam si donatio sit mista cum constituto:exemplum potest poni quando debens centũ scienter constitueret ducenta:nam respectu centũ prius debitorum erit constitutũ, & respectu aliorum centum erit donatio, quæ etiam nudo pacto producit actionem: gloss. & Bar.in l.hactenus.§.si quis centum.ff. de constit. pecu.

Limita primò vt non procedat in pacto de donando : quia tale pactum non produceret actionem, cùm aliud sit donatio aliud pactum de donando : ita tenet Sali. in l.ij.ff. de condict.ob cau.Imo.in l.in ædibus.in §.j.col.j.ff.de donat.Alex.in l.iurisgentium.col.pen.ff.de pact. Galiaula in Rub.ff.de verb.oblig.in iiij.q.Aret.in consi.28.Mathesillanus in notab.46.Purpuratus in l.j.nu.65.ff.de iurisdict. om.iudi.quæ limitatio est tenenda, quãuis Fortunius Garcia in l.legitima.in ij.col.& in l.iurisgentium.nume.31.ff. de pactis.tenuerit contrarium.

Secundò limita vt nõ procedat in pacto nudo donationis præsumptæ:ita tenet Bar.in l.iurisgentium.in §.quinimò.ff.de pact.Alex. in l. si aliquam rem, vbi Claudius de Seysello nu.5.dicit istam esse communem opi.ff.de acqu. poss.Soc.in consi.44.circa fi.vol.4.Iacob. de Nigris videtur etiã tenere hanc opin.in l.j.in tertio fundamento quartæ limitationis, ad Regulam, q dominium rei legatæ trãsit recta via in legatarium.ff.de lega.j.Pau. de Monte Pico in repet.l.in quartam.col.31.ff.ad legem Falcid. quã limitationem declarat vt procedat de iure Ciuili , non autẽ de iure Canonico:ita Lancelotus Galiaula, licet sub dubio firmat,in d.Rub.ff.de verb.oblig.quod audacius ante eũ tenuit Corneus in consi.228.vol.3.nu.15.

Tertiò limita vt non procedat in casu posito à Mathesillano, vt in singu.87.incip.Nu1.q si promitto.

REGVLA XX.

ACTOR tenetur edere reo instrumenta ad exceptionem fundandam:hanc regulã ponit Bar.in l.&.quia diuo.nu.1.in j.lectura.C.de eden.per tex. in l. non est nouum.& in l.iustum.eo.tit.quẽ sequitur Alex.ibi.Hanc Regulam dicit esset communem & latissimè eam examinat Francis.Purp.in d.l.& quia diuo. vbi eam quadrupliciter limitat, à nu.8.vsq; ad nume.16.

REGVLA XXI.

ACTOR tenetur sequi forum rei:ita probat text. in l. iuris ordinem.C.de iurisd.om.iudic.in l.in criminali. eod.tit.in l.fi.vbi in rem actio.de iure Canonico tex. in c. cùm sit generale.de foro cõpe.& in c.si clericus laicũ.eod. tit.facit etiam tex.in l.3.in prin.ff.de alie.iud. mut. cau. facta.ibi, quia si cum eo qui alterius prouinciæ est experiar, in illus prouincia experiri debeo. Hanc regulam limitat octo modis Bar.Soc.in reg.x.vndecim modis limitat Marian.Soc.in d.c.cù m sit generale.à nu. 8. vsq; ad nu.18. de iure nostro Regio limitaẽ hæc regula quatuordecim modis, vt in l.32.tit.2.par.3.& in l.4.tit.3.ead.part. & in fin. Bartho.Soc.ponit mirabilem cautelam per quã ferè nunquam actor sequeretur forum rei.

Amplia hãc regulã vltra ęos duobus modis, vt p Alex.

Losæum in d. l. iuris ordinem.in nume.8.vbi etiam ponit alias tres limitationes.

Limita etiã quinquaginta & duobus modis, vt p Spec. in tit.de cõpe.iud.adito.in §.generaliter. num.1.cum seq.

REGVLA XXII.

ACTORE non probante reus debet absolui: ita probat tex.i l.qui accusare.C.de eden.de iure Regio tex. in l.309.tit.2.part.3.& in l.j.tit.6.lib.j.fori: etiam si reus nihil præstet probationis vel defensionis. Hanc regu. ampliat duobus modis & limitat 15.modis Hippo. de Marsi. in l.de minore in §.tormenta. ff.de quæst. vltra quas limitationes vide alias per Fran.Purpu.in d.l.qui accusare.à nu me.8.vsq; ad fi. vbi notab. declarat materiã huius regulæ.

REGVLA XXIII.

ATTESTATIONES testiũ licet sint inualidæ, de cõsensu tñ partiũ cõualidari possunt. Hanc regulã ponit Bal.per tex.ibi in l.fin. nume. 1.C.de test. glo.in c.cũ in causam quæ inter Archiepiscopũ.eo.tit.de testibus.

Limita primò nisi testes fuissent recepti ante litem con testatã, & sic in casu nõ permisso:quia regulariter nõ possunt recipi testes lite non cõtestata, vt per totũ, vt lite non contestata.nã tunc tales attestationes inualidæ nõ possunt cõualidari de consensu partiũ:ita concludit Bal.in l.j.ff.de ferijs.& in Auth.si quis in aliquo.C.de eden. Ratio supradictæ limitationis est, quia litis cõtestatio & similes actus qui sunt de substantialibus iudicij, non possunt tolli cõsensu partium:ita notab.concludit glo.in c.de causis. de offic. deleg. & sic iste defectus non potest suppleri consensu partium:aliàs autẽ secus, scilicet si testes non iurati deposuissent:nam tunc licet eorum dicta sint inualida, possunt tamen conualidari partium consensu: & ita debet intelligi glo.in d.c.cũm causa.

Secundò limita, in dictis testiũ qui corrupti deposuissent, non possunt cõualidari cõsensu partiũ: ita concludit Bar.in Auth.atqui semel.C.de probat. vbi etiã dicit ꝙ illud quod solemus dicere ꝙ publicatis attestationibus non sunt alij testes recipiendi super eisdem articulis, debet intelligi & limitari nisi interueniat consensus partium: ita tenet Abb.in c.fraternitatis.de testibus.quod dicit cõmuniter teneri Paul.Pari.in d.c.fraternitatis.nume.53.de testib.

Tertiò limita si attestationes essent nullæ eò quia receptæ per iudicem incompetentem non possunt cõualidari consensu partiũ, per id quod habes in toto tit. C.si à nõ cõpetenti iudice.& in c.at si clerici.de iudicijs.quod verũ puto, nisi sua iurisdictio posset prorogari cõsensu partiũ, per id quod habetur in l.ij.ff.de iudi. & in l. si qui ex consensu. C.de episco.aud.tractat notab. Ias.in l.j.§. & post operis, nu.11.cum alijs.ff.de no.ope.nuncia.

REGVLA XXIIII.

ACTVS & dispositio verificantur in prima vice: ita probat tex.in l.boues.in §.hoc sermone. ff.de verbo. signi.hanc Regulam ponit Bar.in l.j.ff.ad l.Iuliam maiest. & in l.dotis.la ij.ff.de iur.dot. hanc Regulam limitat quatuor modis Socinus in regu.13. in posterioribus duobus modis per Dominum Bernardum de Luc.in reg. 614.

Amplia pluribus modis & limita 7.modis, vt per Feli. vt in c.innouamus.de treug.& pace.nu.3.cũ seq.alias limitationes ad hanc Regulam vide per Pau.Paris. in cõsil.14. nu.34.in 4.volu.per Carolum Ruinum in consil.62.nu.7. volu.3.& per Ias. in l.duobus.in §.ei qui.nume.2.& 19.& 20.ff.de iureiur.& in l.diuortio.in §. ꝙ in anno, nume.12. ff.solu.matrimo.

REGVLA XXV.

ACTVS intermedius vitiat stipulationẽ. hãc Regulã probat tex.in l.continuus.ff.de verbo.oblig.

Limita hanc regulã 4. modis vt per Franc.de Ripa in l. stipulatio ista. §.qui præsens.nu.17.ff.de verb. obli.

REGVLA XXVI.

ACTVS nullus executioni mandatur, licet nullus remaneat. hanc Regulam ponit Præpositus, vbi eam quadrupliciter limitat in d.c.dilecto. nu.85.de appel.

REGVLA XXVII.

ACCVSANS aliquem tenetur se inscribere ad pœnã talionis.probatur hæc Regula in l.fin. C.de accusa.& in Auth.sed nouo iure.C.de adulter.per totum. C. & ff.ad Turp.& de calumnia.de iure Canonico probatur in c.j. & 2.2.q.3.& in c.j.2.& 3.& 4.5.q.6.in c.qui crimẽ. 2.q.8. De iure Regio probatur in l.5.& 7.tit.20.lib.4.fori.& in l. 19.& 26.tit.j.part.7. & in l.92. styli & ita concludit Ias.in l.transigere.nume.3.C.de transact.& in consi.2. num.11. vol.j.Alex.in consi.11.nu.7.vol.1.hanc dicit communem opinionem Matth.de Afflic.in cõsti.Neapol. lib.j. rub. 14. nu.49.& in eod.lib.rub.21.nume.5. Et dicitur ille calumniator qui falsa crimina scienter proponit, vt probat text. in c.si quem.in §.notandum.2.q.3.& in l.j.in §.calumnia ri.ff.ad Turp.ita concludit Fel.& Io.de Imo. nume.1. rubri.de calũniat.& ibi doct.Bar.in d.l.j.ff.ad Turp. D.Bernar.de Luco in pract.c.59.& sic propriè dicitur quis calũniari quando ex certa scientia iniustè agit vel resistit:ita te net Iacobus Spiegel in suo Lexico iuris, in verbo, calumnia. Andreas Alciatus in l.si calumniantur. ff. de verb. sign. & ista pœna talionis fuit in lege veteri constituta, vt appa ret Exod.xxj.cap. Deuterono.xix.posteà fuit translata ad leges xij.tabularum, vt patet in tit.xj.de iniurijs, teste ibi Spiegel & Ioan.Oldendorpio nu.4. & sic constat legislatores diligenter legisse tabulas Hebræorum: posteà tamẽ fuit reuocata prætorij iuris clementia, vt testaẽ Aulus Gel lius lib.19. Noctium Atticarum: vbi assignat duas rationes, scilicet incommoditatem legis, & repedendæ pœnæ, id est retaliandæ difficultatem: de qua pœna meminit Diuus Augustinus in c. pen.14.q.j. sed de iure Canonico & Ciuili vt suprà patet, fuit introducta.

Quam Regulam limita 4.modis, vt per gl.in l.3. C.qui accusare non possunt.in verbo, pagina.quas ampliori stylo sequutus est Host.in c.super his.de accusat. Lucas de Pẽna ponit alias limitationes ad hanc Regulam in rub. C.de delat.lib.10.& melius quàm alibi limitat hanc Regulam 18.modis, vbi latissimè prosequutus est hanc materiam Ioan.Igneus in l.fideicommissum.nume.119.vsq; ad nume.163.ff.ad senatusconsultum Syllanianum.

Est tamen notandum ꝙ de consuetudine prædicta Regula non seruatur, & sic valet cõsuetudo per quã pœna talionis est sublata:ita tenet Bar.in l.fi.cui.ff.de accu. quẽ sequuntur Ang.& Sal.in Auth.sed nouo iure. C.de adulter. Hippo.de Mar.in pract.cri.§.sequens.21. Lancel.Decius in l.transigere.C.de transf. Philip. Decius eius frater in l.si fugitiui.num.22.C.de seruis fugit. Nicolaus Belon in con si.44.nu.12.Fel.in c.super his.nu.5.de accus.And.Alcia.in lib.8.parergon.c.8. Ratio est, ne propter antiquum rigorem accusatores retrahant ab accusando, & sic delicta remaneant impunita, contra tex. in l.ita vulneratus. §.pen. ff.ad leg.Aqui.in c.vt famæ. de sententia excom. & hanc opinionem firmat esse veram Matth.de Affli.in constitu. Neapoli.lib.j.rub.51.nu.1.& in lib.2.rub.13.nu.5.

Quod tamen in testibus non habet locum, sed procedit nostra Regula:ita ꝓbat tex.ĩ l.j.§.præterea.ff.de sicar. vbi probatur ꝙ falsus testis in causa homicidij punitur tanquã homicida, si dolo malo deponat: & ita per illum tex.tenet Bal.in c.j.in §.iniuria.de pace iura.firm.in vsi.Feu. & in l. 2.C.de rebus creditis.Corset. ĩ sing.incip.testis.el 12. Ias. in l. & si lege.nu.5.C.si contra ius vel vtilitatem publicã. & in l.si duo patroni.§.fi.num.5.ff.de iureiur. in §.item si quis postulante.nume.64.Institu.de actioni.Barth. Chas. in consue. Burgund.rub.j.in tit.des iustices.§.fol.14. col. iiij.nume.15.pro quo est glo.in c.rex debet furta.23.q.v. probatur de iure nostro regio in l.26.titu.11. part.3.& in l.83.Tauri.

REGVLA XXVIII.

ACCVSATIO facta de crimine, vel inquisitio, tanquam commisso certo tempore vel loco, si probetur de alio

de alio tẽpore vel loco, debet sequi absolutio. hæc Regula probatur in l. denuntiasse. in §. quid tamen. ff. de adul. non tur per doct. in l. si per alium. in §. docere. ff. ne quis eú qui in ius vocatus est vi eximat. Ias. in l. interpositas. C. de trãs. Florianus in l. si cui. ff. quemadmodum seruitutes amittan tur. Ang. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infamibus. Canonistæ in c. licet causam. de probationibus.

Limita primò quando locus vel tempus non esset variabile: quia esset impossibile q̃ sit nisi vnum: quia tunc li cet non probetur locus vel tempus in accusatione deductum, debet sequi condemnatio ex quo locus vel tempus non alterat ipsum factum vel pœnam: ita tenet Ange. de Perus. in d. §. quid tamen. nume. 4.

Secundò fallit quando inquisitus esset cõfessus delictũ: ita tenet Ang. in l. si vacantia. col. xxxiij. versi. quæro si inquisitus. C. de bonis vacantibus. lib. x. de quo vide Bal. qui videtur aliter dicere in l. quoniã. in fi. ff. de his qui no. infa.

Tertiò limita quando in inquisitione esset clausula, quę cõmuniter solet apponi, videlicet, super quibus omnibus & singulis procedere intendit simul & diuisim, & omni meliori modo quo potest: ita tenet Bal. in l. & si seuerior. C. de his qui not. infa. Flor. in l. in delictis. in §. si detracta. in fi. ff. de noxa. Ang. Aret. in tract. maleficiorum, in parte, super quibus omnibus & singulis. num. 4.

Regula XXIX.

Accusatus non potest recusare accusatorẽ suũ post nomẽ rei receptũ inter reos. probat hęc Regula in l. is qui reus. ff. de pub. iud. in l. neganda. C. qui accus. non pos. in c. neganda. iij. q. iij. de iure Regio tex. in l. iiij. titu. j. part. vij.

Limita hanc Regulam decem modis, vt per Marianũ Socinum in c. ex literis. à nume. 69. vsque ad nume. 79. de mutuis petitionibus. vbi in nume. 65. ponit quando dicatur nomen rei receptum inter reos.

Regula XXX.

Ad compromissum faciendum iudex partes litigãtes cogere non potest. ita probat glo. & ibi Bart. in l. furt. in §. qui ius. ff. de his qui not. infa. tex. in §. fi. & ibi Ang. in Authen. vt litigantes iurent. collat. viij. in §. fi. & ibi Bald. in iij. col. de rescrip. Bart. in l. congruit. ff. de offic. præsidis. Bald. in procemio Decretalium, num. 28. glo. & ibi doct. in l. j. in §. & post operis. ff. de no. ope. nunciat. quod etiam hodie est decisum, q̃ etiam inter consanguineos non habeat locũ in pragm. xxv. de Segouia. anni M. D. XXXII II.

Hanc regulam limita tribus modis, vt per Ias. in l. quidam existimauerunt. num. 4. ff. si cert. peta. quas limitationes posuit Iacobinus de Sancto Georgio in l. si verò. nume. 2. C. de iudicijs. Septem limitationes ad hanc regulam posuit Feli. in rub. de treuga & pace. vbi notabiliter tractat materiam: quam regulam latius explicabimus infrà, in Regu. incipiente, Affines.

Regula XXXI.

Administratores seu officiales, vt sunt tutores, curatores, & similes, non possunt emere res illorum seu bona, cuius vel quorũ administrant: facit & probat tex. in l. si in emptione. §. fi. ff. de contrahen. empt. vbi dicit tex. q̃ tutor non potest emere rem pupilli, glo. in l. cum ipse. C. eod. tit. ibi, dum dicit, habet locũ hęc in omni officio publico vel priuato. & si isti contrahunt puniuntur, vt in l. non licet. ff. eod. titu. vbi text. dicit q̃ amittunt rem, & condemnantur in quadruplum. facit etiã text. in l. qui officij. ff. de contrah. emp. & in l. j. & ibi doct. C. de cõtractibus iudicum. in l. plebiscito. ff. de offi. præsidis. not. in l. aufertur. in §. j. ff. de iure fisci. Hæc Regula probatur in tutoribus & curatoribus in l. j. titu. v. lib. v. ordina. & in l. xiiij. titu. v lti, lib. viij. ordina. & in l. iiij. titu. v. part. v. hanc Regulam ponit Socinus in Regu. cclxxviij. vbi eam limitat septem modis.

Et quia Socinus tantummodo ponit regulã in officialibus administrantibus iustitiam, diuidam eam in duas partes. In j. parte ponam vltra eum Fallentias alias tu istis officialibus qui iustitiam administrant. In ij. parte quid in cu ratoribus & tutoribus: quæ est magis necessaria.

Primò fallit vltra Socinum supradicta Regula, nisi officialis emit rem quæ fuit patris vel antecessoris sui. ita probatur in d. l. qui officij. & in l. milites. ff. de re milit. & not. in d. l. principalibus. maximè per Ro. Ratio est, quia nihil tam proprium est filio quàm patris successio: vt in Auth. quibus mod. natu. effician. legit. in §. igitur. colla. vj.

Secundò fallit nisi contractus confirmetur silẽtio xxx. annorum: ita concludit Azo in Summa C. de contra. iudi. quam sequitur Matthæus de Afflict. in cap. j. §. si verò. nume. 18. de feud. Guar. atque Castaldi. in Vsib. feud.

Tertiò fallit nisi officialis emat finito officio, & sic tẽpore syndicatus, vt in d. l. j. C. de contrac. iud. & not. glo. in d. l. qui officij. & ita tenet Ias. in d. l. principalibus. num. 4.

Quartò fallit vt nõ procedat dicta regula in vltima voluntate: & ideo officialis durante officio potest hæres insti tui & sibi fieri legatum: vt in l. non dubium. in prin. versi. potestate. C. de testamen. & ibi Bar. & doct. quã opinionẽ sequitur Ias. in l. principalibus. nume. 2. in fin. ff. si cert. pet.

Quintò fallit in officiali qui caperet donationẽ remunerationis causa, durante officio: vt in l. Aquilius Regulus, vbi Bar. in iij. oppositione. num. 1. ff. de donationibus.

Sextò fallit in officiali recipiẽti pignus: ita tenet Bar. in l. in quorum. ff. de pigno. contra glo. ibi. quã doctrinã Bar. sequitur Bertachious in tract. de Gabellis. in iij. parte principali. nume. 10. Ias. in d. l. principalibus. nu. 3. Fran. Aret. in l. Gallus. in §. & quid si tantum. num. 19. ff. de lib. & posth.

Secunda conclusio huius regulæ, scilicet q̃ tutores non possunt emere rem pupilli: & sic in consequentiam q̃ nõ valeat donatio vel alia dispositio à minore facta ad vtilitatem tutoris, vel curatoris, seu alterius administratoris: vt probant iura suprà alleg. Cuius Regulæ ratio est: quia tutores in hoc casu authoritatem pupillis præbere debent, & tanquam in re sua non possunt: vt in l. j. ff. de autho. tuto. quia tutor datus est pupillo vt eum tueatur, non vt eũ spoliet, vt in l. j. ff. de tutelis. & in §. tutores. Insti. de tutelis.

Secunda ratio est propter metum & reuerentiam quam pupilli habent tẽpore tutelæ, ob ius tutelæ ipsius vel administrationis: iste metus & reuerentia sufficit ad rescissionẽ contractus: tex. est iuncta glo. in l. j. §. quæ onerandæ. in verbo, metu. ff. quar. rer. actio non dat.

Tertia ratio est, quia aliàs tutores & alij administratores suos pupillos, & hos quos regerent spoliarent: ita dicit Alb. in l. j. ff. de tutel. facit tex. ĩ l. j. ff. de do. iter vir. & vxo.

Quarta ratio est vt sit supradicta regula introducta in fauorem minorum, ne decipiantur: vt in l. j. ff. de minor.

Quam Regulã amplia. Primò vt procedat etiã si pupillus sit hæres institutus & grauatus restituere hæreditatem tutori, non potest ipsi tutori restituere prædictã hæreditatem sine iudicis authoritate: quia nõ potest esse author in re sua, vt in l. j. in §. fuit quæsitum. ff. ad Treb. cùm prædicta restitutio fit ad vtilitatẽ tutoris: cùm in eũ trãseant actiones: vt in d. l. j. & per totũ, Inst. de fideicõmiss. hæred. ita tenent doct. in l. singularia. fi. si cert. peta. ita concludit Nicol. Bello. in lib. iij. supputationum. c. xiiij. & xv.

Secundò amplia vt in tantũ procedat q̃ etiã non valet acceptilatio facta tutori vel curatori per pupillũ, seu alteri administratori durante tutela, neq; etiã quidẽ statim finita tutela: sed ex longo interuallo secus, quia tunc cessat ratio huius regulæ, arg. l. si ventri. in fi. ff. de priui. credit. & in l. j. in §. quæ onerandæ. ibi, in summa si incontinenti imposi tum sit quid liberto, quod oneret eius libertatem, dicendum est exceptioni locum fore. ff. quarum rerũ actio non datur. Sed ex interuallo post redditas rationes & reliqua, cùm nemo videatur eum cogere, vt promittat, tum bene potest: quia qualitas iuncta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi, vt in l. in delictis. in §. j. de noxali.

noxali.& ne officium sit alicui damnosum, vt in l.si quis. ff. si quis omissa cau. testamen. posset tamen minor læsus posteà restitui per l.j.ff.de minor.

Tertiò amplia vt etiam habeat locum in contractu do nationis, quæ donatio tutori per pupillum fieri non potest: quod non solùm est verum in donatione immobilium, verùm etiam mobilium, vt in l.si ita.ff.de fideiuss. & in l.bonorum.ff.de verb.signifi.quod etiam intelligo non solùm habere locũ in tutoribus vel curatoribus, sed etiã in alijs: etiam si ipsos tutores vel curatores nihil tangat nõ valet supradicta donatio: vt in l.tutor ad vtilitatem. ff.de admini.tutor.& in l.fi.C.si maior factus. imò etiam si tutor in hoc casu pupillo præstiterit authoritatem, tenetur: vt in l.j.in princ. ff.de tutelis & ration. distra. quia donare est perdere, vt in l.filiusfamilias. ff.de donat.

Quartò amplia vt etiam procedat in cessione: quia cessio facta per pupillum tutori, nõ valet: quia donationis vicem plerunq; habet, vt in l.pen.& fin.C.manda.

Quintò amplia vt non solùm habeat locum in persona tutoris & curatoris, verùm etiam habeat locum in per sona cõsanguinei ipsius tutoris. Ratio est, quia fieret fraus de persona ad personam, vt in l. pupillus. in §.sed etsi per interpositam.ff.de admini.tut.not.in l.fraus. ff. de legibus. & in regula, quæ in fraudem.de reg.iur.lib.vj.

Sextò amplia vt etiã procedat in testamento facto ab adolescente in fauorem tutoris vel curatoris, quia etiam non valet, quia non liberè videtur factum vt decet: vt in l.j.C.de sacr.sanct.eccl.& in l.j.& per totum. C.si quis aliquem testa.prohibuerit. quamuis si aliud prohibitus fuisset institutus, valeret: vt in l.qua ætate.ff. de testam.

Septimò amplia vt supradicta regula habeat locum in custode: de quo potest. poni exemplum in c.cùm locum. de sponsa.vbi dicitur, ꝙ quando agitur de fœdere matrimonij, debet custodiri mulier in loco tuto: ꝙ si ista mulier esset minor, non posset contrahere cum custode. Ratio est, quia ratione metus videretur facere, vt in d.§.quæ onerandæ.idem est dicendum in minore qui est in carcere, ꝙ non possit contrahere cum Commentariensi, vt notatur in l.qui in carcerem.ff.quod metus causa.

Octauò amplia vt non procedat etiã si contractus fieret in præsentia amicorum: quia licet præsentia amicorũ tollat suspicionem, vt in l.transactionem. C.de transactio. tamen non tollit prohibitionem huius regulæ, licet contrarium teneat Bar.in repet.l.frater à fratre.nume.51.ff.de condictio.indebit. vbi expressè loquitur in casu huius regulæ: quem sequitur ibi Ias.in repetitione, num.42.Alex. in d.l.transactionem.nume.4.Sed contra Barto.& pro supradicta ampliatione facit tex.in l.xiiij.tit.xviij.lib.8. ord. in parte, {concegeramente.} quę debet intelligi, id est pu blicè, sicut est quando fit in præsentia amicorum, quod dicitur publicè fieri.

Nonò amplia vt etiam hæc Regula habeat locũ, si con tractus inter tutorem & pupillum fieret in præsentia iudicis. cùm iudex non possit legibus probantibus hanc Regulam derogare: quia inferior non tollit legem superioris, maximè prohibitiuam vt in l.j.C.ne fideiuss. dot. dentur.in Clem.ne Romani.de electio. aliàs nunquam haberent locum constitutiones vel ordinationes prohibentes aliquid fieri, contra l.nemo, vbi doctor. ff. de leg.j.nisi iudex ex magna causa approbaret supradictum contractũ, vt si nimis vtile esset pupillo: vel aliàs, vt in l.si hominem. ff.manda.ita probat tex.maxima causa interueniente in l. iiij.titu.v.parti.v.

Fallit primò supradicta Regula, scilicet si tutor vel curator emat rem pupilli altero tutore authorizante: vt in l. iiij.& v.ff.de autho.tuto.& in l.non existimo. ff.de administr.tut.Ratio est, quia isti tutores habẽt authoritatẽ diui duã: quod tamen intelligo verũ, vt suprà dixi, quando fieret etiã cũ magna causa, vt probat tex.in l.iiij.tit. v.part.v.

Secundò fallit quando tutor accepisset possessionẽ alicuius rei sibi debitæ, antequam fuisset tutor: vt in l.sistulas.in §.j.ff.de cõtrah.emp. Ratio est, quia agitur de executione alterius contractus & vacuæ possessionis, in quibus non requiritur authoritas præsidis, vt in l.j.C.quando decreto opus non est.

Tertiò fallit quando pupillus esset debitor tutoris: quia tunc poterit sibi soluere, si debitum esset pecuniarium: vt in l.quoties.in §.sicut.ff.de admini.tut. sed si res essent immobiles, requirerentur solennitates positæ in l. magis pu- to.ff.de rebus eorũ.& in l.si prædium. cũ alijs. C. de prædijs mino.not.doct.in l.singularia.ff.si cer.pet.& idẽ quod dictum est de tutore, quod potest sibi soluere, habet etiam locum in executore dato in testamento: ita tenet Io. And. in additionibus ad Spec. in tit. de instrumen. editio. in §. nunc aliqua.versi.xxix.nume. 30. quem sequitur Bal. licet de Io. And.nullam mentionem faciat, in l.non est dubiũ. nume.4.C.de legibus.allegat tex. in d.l.fistulas. in §. fundum.eandem opinionem tenet ibi Pau. de Cast.& Ias.nu me.4.in ij.limitatione. neq; talis executor propter hoc in cidit in pœnam dictæ l.non est dubium.quam opin. sequitur Philip.Decius in consi.243. nume.3.

Quartò fallit quando pupillus factus maior approbauerit illum contractũ: vt in l.fin.C.si maior fact.in l.pupillus. in §.item ipse.ff.de administr.tuto. Quod tamen intelligo verum quòd valebit supradictus contractus à tempore approbationis, & nõ antè: cũ à principio nullus fuit, ob id non potest cõualescere: vt in l.quod initio. ff.de reg.iur.

Quintò fallit quandocunq; ex contractu resultaret cõmodum pupillo. Ratio est, quia cũ hæc regula fuerit intro ducta fauore pupillorũ, ne decipiantur, & bonis suis priuentur: igitur in fauorẽ ipsorũ valebit: vt in §.j.Insti. de auth. tut.in l.nõ eo minus.C.de procu.gl.in l.ij. ff.de acceptilatio.tex.est in l.iij.titu.vij.lib.iij.fori. & in d.l.iiij.v.parti.v.

Sextò fallit in substitutionibus pupillaribus: quia non fiunt à pupillis tutoribus, & sic requirit ꝙ sint factæ ab ipsis pupillis: quia vbi verba non conueniunt, neq; dispositio, vt in l.iuj.in §.toties.ff.de dam.infe.& quia substitutio pupillaris potius est dispositio testatoris quàm filij pupilli: vt in l.Papinianus.in §.sed neque impuberis. ff. de inoffic. testat.& est prouisio patris magis quàm filij, vt in l. patris & filij.ff.de vulga.& pupi.& sic substitutio valet, vt in c.si pater.& ibi doc.de testam. lib. vj.

Septimò fallit quandocunq; fieret contractus cũ authoritate iudicis. Quod tamen intelligo verum, vt suprà dixi in ix.ampliatione, scilicet ꝙ causa debet esse maxima & iure conueniente: nam aliàs non potest minor etiam cũ decreto facere talem contractum, vt in l.j.& ibi Bar.C.si maior factus ratum habuerit. quem sequitur Barba. loquẽdo in donatione, in cõsi.60.col.xvij. versi. capio aliud dubiũ. in iij.vol.vbi dicit ꝙ in tantũ hoc procedit, etiam si minor iurauerit talem donationẽ.idẽ tenet in consi.41.in iiij.vol.

Octauò fallit quando pupillus esset ditissimus, & cõtra ctus factus vel donatio esset modicæ quantitatis: quia de modicis non curat prætor, vt in l. scio. ff. de restitutio. in integrum.& in l.cũ plures.in fi.ff.de administr. tut.

Nonò fallit in minore qui alienauerit aliquã rem pio loco, dum ibi custodiebatur professionis voluntariæ faciendæ causa, probat glo.j.in l.si quis Titio.ff.de lega. ij. ita tenet Bald.in l.generali.nume.3.C.de sacr.sanct.eccl. quam opinionem sequitur Paulus Paris.in c.in præsentia.nume. 37.de probatio.contra Abb.ibi, numer. 10. Circa quam quæstionem, vbi eam latissimè examinat, vide Andreã Tiraquellum in legibus connubia. in glossa vj. numero 159.cum sequent.& sic licet, vt suprà dixi in vij. ampliat. quòd hæc regula habet locum in custode, tamen quando aliquis custoditur professionis voluntariæ faciendæ causa, non habet locum. est tamen verum quod ibi vult Tiraquel.loquendo in muliere quæ prohibetur contrahere sine licentia mariti, vt in l. quinquagesimaquinta Tauri, an possit facere cõtractum fauore ecclesiæ vel piæ causæ:

causæ: & concludit q̄ non, ibi in nume. 170. Ratio in qua se fundat est, quia talis prohibitio est in fauorem mariti introducta. Sed supradicta ratio cessat in casu nostræ regulę: quia talis prohibitio vt minor non posit contrahere cum tutore tantum modo, vt suprà dixi in prin. huius regulę, est introducta in fauorem ipsius minoris: & ideò procedit, & est vera nostra limitatio: & ibi Tiraquel. pro vtraq; parte refert plures doctores, quos propter prolixitatem non refero, cùm ibi in promptu videri posint.

Regvla xxxii.

Aedificare potest quis aut reficere fortaliciú, vel castra, & ciuitates in suo. Hanc regulá probat tex. in l. per prouincias. C. de ædificijs priuatis. eandem regulá ponit Barto. in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. nume. 7. & ibi Bal. & Ange. Ratio est, quia constructio ædificiorú est de iure gentium. vt in d. l. ex hoc iure.

Limita primò nisi talia ædificia fierent ad æmulationē vel iniuriam alterius. ita probat tex. in l. opus nouum. ff. de operibus publicis. & ibi Bar. & in l. fluminum. in §. fin. ibi, nisi animo nocendi. ff. dam. infe. glo. in l. per prouincias, in verbo, sui dominij. C. de ædificijs priuatis. & in l. quicunque castellorum. C. de fundis limitrophis. lib. xij. in verbo, antiquitas. Bart. in l. j. in prin. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine. & in l. fi. ff. de colleg. illicitis. nu. 3. Inno. in c. Pisanis. de restit. spol. Ang. in l. cum eo. ff. de serui. vrba. prædio. Ias. in d. l. ex hoc iure nume. 8. ibi Claudius de Seysello, nume. 16.

Secundò limita quãdo quis ædificaret in limitibus Imperij castrum vel fortalicium, vt in d. l. quicunq; castellorum. iuncta glo. ibi. Innoc. in d. c. Pisanis. Bar. in d. l. fin. ff. de colleg. illici. in d. num. 5. Ang. in l. xij. tabularum. num. 3. ff. ad legem Iul. maiesta. Ias. in d. l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. nume. 12.

Tertiò limita quando ædificia præberent materiá seditionis & scandali, vt tenet glo. in d. l. per prouincias. Quia tunc publica vtilitas præfertur priuatæ: vt in l. Lucius. ff. de euictionibus. & in l. item si verberatum. cum similibus. ff. de rei vendic. Quod tamen intelligo esse verum, etiam si iste haberet licentiam Regis ad ædificandum fortalicium, quia si talis ædificatio præberet seditionis materiá; tunc illud priuilegium si ex postfacto incipit nociuum esse, debet reuocari: ita probat tex. in c. suggestum. da decimis. & in l. xlj. titu. xviij. parti. ij. & ita tenet Matthæus de Afflictis in constit. Neapol. lib. iij. Rub. xxix. nume. 5.

Quartò limita vt procedat q̄ quis posit ædificare ad hoc quòd officium sit licitum: sed ad hoc vt castrum vel locus habeat iurisdictionem, vel ius ciuitatis aut municipij, hoc non licet sine auhoritate Regis. ita tenet Bar. in d. l. fi. ff. de colleg. illici. nume. 5. & in l. fi. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine. quem sequitur Claudius de Seysello in d. l. ex hoc iure. nume. 14. & ita debet intelligi dictum Inno. in c. cùm ab ecclesiarum. nume. 1. de officio ordinarij.

Quintò limita nisi per sententiam essent muri destructi: quia tunc non possunt refici vel de nouo ædificari sine licentia regis. ita tenet Ioannes Faber in l. seruus. C. de pœnis. quem sequitur Chassanæus in consuetudinibus Burgund. in titu. {Des foretz.} §. ix. nume. 4. Matthæ. Affli. in d. rub. xxix. nume. 6. pro qua opinione est tex. in l. sacra loca. in §. muros. ff. de rerum diuisione.

Sextò limita nisi esset cõsuetudo vt quis nõ posset ædificare castrum vel fortalicium: quia tunc illa consuetudo valet. ita tenet Chassanæus in d. tit. {Des foretz. §. ix. num. 4.

Septimò limita vt ista regula non procedat de iure nostro regio: vt in l. vij. tit. vij. lib. iiij. ordina. & in d. l. xlvij. Tauri, in fi. & in Pragmatica lxx. in antiquis. fol. 57. vbi habetur neminem posse sine licentia principis ædificare aut reficere Castella.

Regvla xxxiii.

Aedificare & eleuare potest quis vsq; ad cœlũ domum suam. Hanc regulam ponit text. in l. altius. & in l. si in ædibus. C. de seruit. & aqua. in l. fi. in §. fin. ff. quod vi aut clàm. cum alijs iuribus allega. in glo. in d. l. altius. De iure nostro regio tex. in l. xxv. tit. xxxij. parti. iij. Hanc regulá ponit Soc. in regula cj. vbi eá quadrupliciter limitat.

Amplia primò vltra eum, quòd in tantum procedat regula nostra, q̄ etiam si domus steterit per mille annos iuxta domum tuam non ædificata, probè potero eam ædificare. ita probat glo. in l. qui luminibus. in verbo, formam. in fi. ff. de seruituti. vrba. præd. & glo. in c. Abbate. in verbo, Alciatensem monachum. da verb. signi. ita tenet Ias. in §. æquè si agat. nume. 41. Insti. de actio.

Secundò amplia, etiam si eleuando quis domum suam officiat luminibus vicini: quia tunc potest prædictam domum eleuare, nisi ei debeatur seruitus altius non tollendi. ita probat tex. in d. l. altius. & in d. l. si in ædibus. & in l. cum eo. ff. de seruitu. vrba. prædio. etiam si vicinus esset minor vel pupillus: vt in l. altius. ff. si seruitus vendicetur. iuncta glo. ibi. Decius in l. nullus videtur. nume. 1. & ibi Cagnolus, nume. 4 ff. de reg. iur. Coras. in lib. iij. Miscellanæorú. c. xxiij. num. 3. Aymon consi. 84. num. 2. vol. j. Bertrand. in consi. xxix. nume. 2. & in consi. 224. nume. 1. volu. ij. & in consi. 67. nume. 1. vol. ij. primæ impresionis.

Tertiò amplia procedere etiam si in totum obscurarentur lumina seu ædes vicini, vt in d. l. cum eo. & ibi hoc tenet Bal. & Pau. in l. binas ædes. nume. 2. in lectura Auenionensi. ff. de seruitutib. vrba. præd. Ang. nume. 1. in d. l. cum eo. & Cæpol. in tract. seruit. vrba. pręd. c. xxxix. nume. 1. in fi. licet Bartholomęus Socinus in dicta regula cx. in iiij. fal. teneat expresè contra hanc ampliationem: quæ opinio falsisima mihi videtur, maximè cùm text. in quo se fundat, in iure non reperiatur.

Limita primò hanc regulam vltra Socinũ, quando seruitus esset imposita per pactum: vt in l. inter seruitutes. cũ sequenti. ff. de seruitut. vrbanorum prædiorum. & ita tenet Corasius in l. j. nume. 27. cum alijs. ff. de seruitutibus.

Secundò fallit quando ædes vicini haberent lumen ex publico: quia tunc vicinus ædificando nocere non potest talibus luminibus: nam non licet vicino aliquid in publico facere, quin liceat alteri prohibere: vt ff. ne quis in loco publico. per totum. ita tenet glo. in l. fluminum. in §. fi. in verbo, non teneri. ff. de dam. infe. & ita tenet Barthol. Cæpola, vbi declarat istam limitationem, in tract. de ser. verba prædio. c. xxix. nume. 2.

Tertiò limita quando quis habet plures domus & legat vsumfructum vnius alicui nam tunc hæres non potest obscurare domum vsufructuariam in totum: sed debet modicum lumen quod habitantibus sufficiat relinquere. ita probat tex. l. si is qui binas. ff. de vsufructu. & in l. binas ædes. & ibi glo. ff. de seruitutib. vrba. prædio. & ita tenet Ias. in d. l. ex hoc iure. nume. 15. ff. de iusti. & iure. Hippolytus in singulari cliiij. Corasius in lib. iij. Miscellanæorum. cap. xxiiij. nume. 6.

Quartò fallit quando esset statutũ vel consuetudo ędificandi vsq; ad certá mensuram: vt est glo. in l. j. C. de ædificijs priuatis. & in l. qui luminibus. ff. de seruitu. vrbanorú prædiorum. quas sequitur Barth. Cæpol. in tract. serui. vrbanorum prædio. cap. xxvij. nume. 5. Ioannes Coras. in l. j. num. 12. ff. de seruit. & in lib. iij. Miscellanęorú. c. 24. nu. 8.

Quintò fallit quando quis ædificaret super re cõmuni ipsius laborantis, & eius cuius luminibus officit: quia tunc non potest obscurare lumina alterius domus quæ est propria dicti sui consocij: & iste talis ædificãdo tenetur formam antiquam seruare secundum quam erat ædificatum. & si nunquam fuit ædificatum super ipso pariete melior est conditio prohibentis: vt in l. Sabinus. ff. communi diuidundo. & in capitu. in re communi. & ibi Io. Andr. & Dynus de regu. iur. libr. sexto. & ita tenet Alber. in dicta l. altius. quem sequitur Cæpola in tractatu de seruitu. vrba. prædio. capitu. xxxvj. nume. 10. & capit. xxxix. nume. 3.

Sextò fallit quando area in qua fructus triturant & paleæ à fructibus discernuntur, non possit habere ventū nisi ab vna parte: quia tunc ipso iure prædio vicini seruitus imposita esse videtur,ne possit altius tollere, & ventū impedire:ita probat tex.& ibi doct.per eum in l.fin.in §.j.C. de seruit.& aqua.text.& ibi glo.j.& Ange.in l.Imperatores.ff.de seruitut.vrba.prædio.& ita tenet Io. de Imo. in l. si prius.nume.9.ff.de no.oper.nuncia. Ias. in l.ex hoc iure. nume.14.ff.de iustit.& iure.Ioan.Coras.in lib.iij. Miscellanæorum.c.xxiiij.nume.4.

Septimò fallit quando quis ædificaret animo nocendi vicino,& sibi non prodesset:vt est tex.iuncta glo.in l.j.in §. denique.el ij.ff.de aqua plu. arcen. & in l.fluminum. in §. fin.iuncta glo.ibi in verbo,non teneri.ff.de dam. infe.& ita tenent Cynus,Bald.& doct.in d.l.altius.per tex.in l. opus. ff.de operibus publicis.facit etiam tex.in l.in data opera. in princip.ibi, sine lucro hoc affectauit. ff.ex quibus causis maiores.& hāc opinionem tenet Pau. de Cast. in d.l.cum eo.Philippus Decius in l.nullus.nume. t.ff.de regu. iur. & ibi Hieronymus Cagno.nu.4.Hippo.in sing.cliiij. Franc. de Ripa in l.de pupillo.in §.meminisse.nume.34. per glo. ibi.ff.de dam.in fe. Alex.in consi.174.nume.4. vol.ij. Stephanus Bertrand.consi.329.num.2.vol.ij.primæ impressionis.Aymon consi.94.nume.5.vol.j.Mar.Soc.Iunior in consi.76.vol.ij.Corasius in lib.iij. Miscellanæorum capit. xxiiij.nume.5.Alciatus in tract.præsump.iij.regula, præsump.xxiij.nume.1.Ias.in l.ex hoc iure. nume.8.ff.de instit.& iure.Franc.de Ripa in l.quo minus.numer. 26.ff.de fluminibus.De iure Regio est text. pro ista opinione in l. xix.tit.xxxiij. parti iij.& ibi glo. & ista opinio est vera & communis vt ex supradictis doct. patet: licet Alberic.teneat contrarium in d.l.altius.& Ange.in d.l.cum eo. nu.2. Florianus in l.Sabinus.nu.2.ff.communi diuid.quæ opinio vt supra diximus communiter à doct.reprobatur.

Octauò fallit in scalis: nam quis iuxta scalas ædificare non potest,ita quod luminibus earum officiatur,licet seruitus constituta non sit: ita tenet Bartholomæus Cæpola in tractat.seruitutum vrbanorum prædiorum.c.xxxix. nume.4.

Regvla xxxiiii.

Affectio non petitur,neceius ratione condemnatio augetur.Hanc Regulam ponit tex.in l.si seruū. ff.ad l.Aqui.& in l.pretia rerum.& in l.in lege Falcidia hoc esse.ff.ad leg.Fal.& in l.vnica,in versi.quod re vera. C.de sen.

Fallit primò quando vtilitas est iuncta affectioni: vt in lib.in quo diu studui,& multum scripsi.& sic habet vtilitatem iunctam cum affectione: vt in l.videamus.ff.de in litem iurando. & ita tenet Alb. in l.j.eo.tit. secus si affectio sit sola.

Secūdò limita vt nō procedat in casibus à iure expressis:ita videtur tex.in l.non tantùm. ff.de appella. & ibi est vtile,quia vita prorogatur.

Tertiò limita non habere locum in minore: vt in l.si in emptionem.ff.de minorib.& ita communiter tenēt doct. secundū Pyrrhum.in l.quatenus.in ij.regula. ff.de reg.iur.

Quartò fallit in casu Legis,competit.in §.j.& ibi Albericus.ff.quod vi aut clàm.& in casu glossæ.in l.fi.in verbo, non habebitur.ff.de operis seruorum.

Quintò limita quo ad inducendam actionem quā affectionis ratio inducit in contractibus bonæ fidei: vt in l.cū seruus.ff.mandati. quod intelligo si affectio fuerit honesta,secus si inhonesta: quia tunc non præbet actionē, nec auget cōdemnationem.ita tenet Albericus in d. l.j. col.ij. ff.de in litem iurando . secus tamen est in actionibus stricti iuris,in quibus affectio non inducit actionem,etiam si fuerit causa honesta:ista est gl.in l.fideiussores. ff. de pact. in verbo,nec enim.quam vltra doct.ibi, præcipuè Iacobinum de Sancto Geor.sequitur Ias. in l.quidam cum filiū. nume.7.ff.de verb.oblig.& in l.j.nume. 7. ff. de in litē iurando.& in consi.41.vol.iij.col.pen.

Regvla xxxv.

Affectvs, licet non sequatur effectus. punitur. Hanc regulam probat tex.in l.j.§.diuus.ff.de sicar.& in l.is qui cum telo.C.eod.titu.& in l.si quis, non dicā rapere.C.de episc.& cleri.canonizata in c.si quis,non dicam rapere.de pœniten.distin.j.& in l.j.in fi. ff.quod quisq; iuris.& in c.fi.de sponsa.cum alijs glossis allegatis per Hippolytum in d.§.diuus.nu.3. & circa hanc regulā vide Felinū in c.j.de præsump.& meliùs quàm alibi Tho. grammaticum,decisio.ij.nume.2. cum alijs.

Hanc regulam ponit Socinus, vbi eam octo modis limitat,in regula xxxj.Latius ponit hanc regulam, vbi eam limitat octo modis Fel.in tract.de cogn. col.ij.cum sequētibus. quas limitationes ponit etiam Hippolytus in d.l.is qui cum telo.nume.24.& in l. qui falsam monetam. ff.de sicarijs.num.1.cum sequentibus. Decem limitationes ad hanc regulam ponit Matthæ.de Affli.in constitutionibus Neapolitanis,lib.j.rubr.xj.nume. 5. Circa quam regulam vide de iure regio legem ij.tit.iij.par. vij. Hodie tamen ad hoc vt incidat in pœnam, requiritur vulneratio: vt in l.ij.tit.xiij.lib.viij.ordinamenti.

Regvla xxxvi.

Affines ad compromittendū de litibus cogi possunt,quandocunq; cauetur per statutū, quod statutū in iure nostro validum est: vt tenet Bal.in j.constitutionē Cod.§.quibus.quem sequitur Ias.in l.j.nume.6.ff.de legibus.& ita etiam quòd prædictum statutum valeat, firmat Matthæus de Afflict.in decisionibus Neapolitanis, decisione xlvj.Curt.Iunior in l.fratris.nume.2. C.de transact. Iacob.de Sancto Georg.in l.j.num.7.in j.lect. ff. de trāsact. & in ij.lect.nume.9.vbi dicit, quod istud statutum est fauorabile:quia est introductum in odium litium.quod ante eū tenet Bal.in l.qui se patris.nu.56.C.vnde liberi. Tiraquel.no.in tract.de causa cessante.in j.par. in princ.nu.34.

Amplia primò procedere etiam inter maritum & vxorem: qui licet non sint affines, sunt tamen principium & causa affinitatis.ita Bal.in l.affinitatis. C. cōmunia de successionibus.nume. 1.

Amplia secundò procedere inter sponsum & spōsam secundum Ias.in l.quod Seruius.ff.de condict. ob causam. nume.2.

Tertiò amplia procedere inter consanguineos spurios, quando agitur inter coniunctos ex parte matris: secundum Alex.in l.ex facto.in §.si quis rogatus. ff. ad Treb.num.5.

Quartò amplia etiam inter minores,secundum Pau.de Cast.in l.nam & posteà.in §.si minor. ff.de iureiur.

Quintò amplia in tutore & procuratore: nā licet aliàs istæ personæ non possint compromittere sine speciali mādato,vt in l.transact.& ibi doct.C.de transact. tamen quā do eorum principales sunt coniuncti, bene possunt compromittere:ex quo non faciunt hoc voluntariè, sed ex necessitate statuti:ita tenet Ang. in l.nō solùm. §.interdum. ff.de procur.Bald. Pau. de Cast.& Alex. in l.si plures.ff.de pact. Ias.in d.l.transactionis.

Sextò amplia procedere etiam si partes sint discordes in eligendis arbitris:quia tunc iudex solus eligit, & sit cōpromissum:vt in l.6.§.electioni. C.de iudic.ita tenet Bart. in l.in venditione.in §.fin. ff. de bonis authoritate iudicis possidendis.& in l.j.in §.ex hoc rescripto.ff.de ventre inspiciendo.Alex.in l.de die.in princ.in ij.notabili. ff. qui satisda.cogan.

Septimò amplia, non solùm quando principalis litigator est cōiunctus,sed etiā quādo auctor est cōiunctus, licet principalis sit extraneus:ita tenet Bar. in sua ij.disputa. incip.Pisanæ ciuitatis.& in l.procurator. la ij. ff.rē rat. hab.

Primò limita, duntamen cōpromissum petatur ab vna ex partibus:aliàs si non petat, iudex nō debet cōpellere partes de per se ad cōpromittendum: vt in l.iiij.in §.hoc antē iudiciū.ff.de dam.in se.& quando petit ab vna parte debet alia pars citari: ita tenet Alex.in consi.8 a.vol.j.

Secundò

Secundò limita procedere, non quãdo staret aliqua scriptura iurata: quia propter iuramentum non fit compromissum: ita tenet Pau. de Cast. in consi. 13. vol. 2. nu. 1. & 2. Alex. in consi. 37. vol. 2. nu. 16. Ias. vbi plures alleg. in l. fratris. C. de transact.

Tertiò limita procedere inter affines durante affinitate: secus autem si affinitas sit dissoluta per mortem: quia licet remaneat vinculum quo ad impedimentum matrimonij, tamen non remanet quo ad compromissum: ita tenet Bar. in l. cui eorum. in §. affinitates. & ibi Bald. & doct. ff. de postul. glo. & ibi Alex. & doct. in l. sed hoc ita. ff. de re iudi. Pau. de Cast. in l. rei iudicatæ. §. fin. in fin. ff. sol. matr. Tiraquellus in tract. de causa cessante, in prima parte, in princ. nu. 31. Et ex hoc infero cessare dictum statutum inter priuignum & nouercam mortuo patre, ex quo est dissoluta affinitas, secundum Bal. in l. affinitates. C. communia de successionibus. Pau. in consi. 80. vol. 2.

Quartò limita in causa feudali: quia illa cõpromitti non potest, non obstante prædicto statuto: ita determinat Andreas de Isernia in cap. 1. in §. si inter. de lege Corradi. in Vsib. feud.

Quintò limita in causa in qua agitur de vita & militia, in qua non compromittitur: nam æquiparatur feudali: ita Matth. de Afflict. in decis. 43. per totam. & in const. libr. 3. Reg. 18. Ant. Capitius in decisione 211.

Sextò limita quando altera pars haberet aliquam exceptionem litis finitæ, seu impedientem litis ingressum: quia non potest ea inuita fieri compromissum: ita Bal. Alex. & doct. in l. fratres. C. de transa. Bal. in l. si iudex. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Iaco. de sancto Georg. in d. l. fratris. num. 6. Ias. nu. 4.

Septimò limita quando altera pars habetet scripturã publicam liquidam, puta instrumentum, sententiam, vel obligationem. ita concludit Soci. in consil. 4. num. 1. vol. consiliorum. & in consi. 300. nu. 5. in 2. vol. consiliorum. Corneus in consi. 62. in 4. vol. Bart. in l. eleganter. in princ. ff. de cond. indeb. Iacob. de sancto Georg. in l. 1. in 1. lectura, nu. 7. de transact. & ibi Ias. nu. 13.

Octauò limita non procedere in spurio, qui litigans cũ consanguineo suo non potest petere compromissum, ex quo non dicitur coniunctus. ita Bald. in l. id quod pauperibus. nu. 36. C. de episc. & cler. & in l. cum acutissimi. nu. 8. C. de fideicom. gl. in Clem. vnica, in verbo, liberi de baptismo. quam sequitur Guliel. Bene. in c. Rainutius. in verbo, Rainuntius de Clera, nu. 23. Pau. Pari. in c. in præsentia. nu. 76. de probationibus. Quod tamen intelligo vt suprà dixi in 3. ampliatione quãdo ageretur inter cõiunctos ex parte patris: secus si ex parte matris: quia tunc etiam spurius dicitur coniunctus, & petit cõpromissum: ita cõcludit Alex. post doc. in l. ex facto. in §. si quis rogatus. nu. 50. ff. ad Trebel. Alex. in consi. 60. nu. 8. in 2. vol. consi.

Nonò limita nõ procedere in causis criminalib. quia in eis non fit compromissum: vt est gloss. in l. transigere. C. de transa. quam sequuntur ibi Bal. & Sali. Feli. in rub. num. 2. de treuga & pace.

Decimò limita non procedere in articulo iuris: quia vbicunque vertitur dubiũ quod in mero iure consistit, non debet compromitti, ex quo in iure oĩa sunt certa & liquida. ita tenet Bal. & Sali. in l. ancillæ. in princ. C. de furtis. Fel. in c. cum venissem. in prin. de iudi. Alex. in cons. 62. nu. 6. vol. 2. Ias. in cons. 26. & in consi. 35. vol. 1. Iac. de sanct. Georg. in l. 1. in 2. lectura, nu. 8. ff. de transact. quod tamen declara, vt per Iasonem in d. l. 1. nu. 19.

Vndecimò limita non procedere quando altera tãtum ex partibus læderetur: vt notabiliter determinat Paulus de Cast. in consi. 320. nu. 3. & 4. vol. 1.

Duodecimò limita procedere inter affines coniunctos per legitimũ matrimonium: secus per simplicẽ fornicationẽ: ita tenet Io. And. in c. non debet. de consang. & affinit.

Decimotertiò limita in causis mixti imperij: quia de iure non compromittuntur, non obstante prædicto statuto. ita tenet Bar. in l. nõ distinguemus. in §. deliberati. ff. de arbitris. & in l. prætor. ff. de tutoribus & curatoribus datis ab his. quem sequitur Francis. Curt. Iunior in l. fratris. nu. 4. C. de transact. Iaco. de sanct. Georg. in d. l. 1. in 1. lectura, nu. 8. & in 2. lectura nu. 8. ff. de transact.

Decimoquartò limita in causa appellationis: quia in ea nõ potest peti cõpromissum non petitũ in causa principali. ita tenet Pau. de Cast. in d. consi. 320. nu. 1. vol. 1. Iaco. de sancto Georgio, in d. l. 1. nu. 8. in 2. lectura. ff. de transact.

Decimoquintò limita non procedere in causa dandi tutelam: quia non potest compromitti, secundũ Bar. & Bal. in l. prætor. ff. de tutor. & curator. datis ab his.

Decimosextò limita, quando coniunctus cederet suam actionem non coniuncto: quia licet cõpromissum fieret cum concedente, non tamẽ fiat cum cessionario. ita tenet Imo. & Alex. in l. si post diuortiũ. in fin. ff. sol. matr. Matth. de Affl. in deci. Neapolit. decisi. 74. facit tex. in l. Paulus respondit per procuratorem. ff. de acqui. hæred.

Decimoseptimò limita nõ procedere inter consanguĩneos legitimatos. ita tenet Alex. in consi. 60. nu. 7. vol. 2.

Decimo octauò limita non procedere contra clericum coniunctũ: quia cum sit statutũ principis secularis, non potest ligare clericos: ita tenet Bald. in c. cum venissent. nu. 6. de eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ. quẽ sequitur Soci. in consi. 71. nu. 12. in 4. vol. consi. sed ipse clericus actiuè posset petere cõpromissum cõtra laicũ cõiunctũ, quia clericus gaudet statutis laicorũ pro se, non autem contra se: vt habetur per Abbatẽ & Modernos in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. vbi Fel. nu. 81. Bar. & doct. in l. cunctos populos. C. de sum. trini. & fide cathol.

Regula XXVII.

AGNATIS vel cognatis deficientibus, coniuges succedũt inter se, excluso fisco. Hæc regula probatur in l. maritus. C. vnde vir & vxor. circa quem text. vide Maturinũ Montanum in Authent. de hæred. ab intest. ven. coll. 9. in regula 30. pag. 61. Ang. de Gambellionibus in tract. de testa. in glo. 4. nu. 19.

Hanc regulam amplia duobus modis, & limita sex modis, vt per Philippũ Deciũ in d. l. maritus. nu. 3. vsq; ad numerum 14. hanc etiam Reg. cum sex ampliationibus diuersis ab alijs duabus, ponit Guliel. Benedic. in c. Raynut. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. nu. 231. vsque ad numerum 240. vbi etiam ponit quinque limitationes ex limitationibus Decij, licet de eo mentionem non faciat.

Regula XXXVIII.

ALLEGANS pro se aliquam legẽ fori, incumbit onus probandi illam esse vsitatam & obseruatam. Hanc regulam ponit Rodericus Xuarez, vbi eam dupliciter limitat, vbi eam dupliciter limitat in procemio fori, fol. 3. pag. 2. in medio, cum fol. seq.

Regula XXXIX.

ALIENATIONI prohibitio facta hæredi, intelligitur facta hæredi hæredis. Hanc regulam ponit Bar. in l. filiũfamilias. in §. diui. ff. de legat. 1. nu. 21. per text. in l. sicut. in §. si debitori. ff. quib. mod. pig. vel hypotheca soluitur. qui licet loquatur in permissione, dicit idem esse in prohibitione: argumento legis, pater filio. in §. fundum. ff. de leg. 3. & licet doct. maximè Imola, dicant in illo textu opinionem Bartoli probari non posse, communiter tamen approbatur opinio Bar. eò quia hæres hæredis & testatoris esse censetur: vt in l. fi. & ibi doct. C. de hæredib. inst. & est text. clarus in l. hæredis appellatione. & ibi glo. ff. de verb. signi. & istam opinionem Bar. sequitur Alex. in consi. 56. volum. 1. And. Alciat. in d. §. diui. num. 43. Ias. in 1. lect. nu. 110. & in 2. lect. nu. 148.

1 Limita primò, si prohibitio in personam hæredis nominatim facta fuerit, puta Titium hæredem prohibeo: quia tunc non censetur facta hæredi hæredis, vt in l. Lucius. in §. 1. & ibi Bar. & do. ff. de leg. 3. quam opinionem sequitur

Alciat.

Alciat.in d.§. diui.nu.4 t. & ibi Iaſ.in 1.lect. nu. 1 12.& in 2.lect. num. 159. Ioannes Gualdenſis de arte teſtandi,fol. 8.Cautela 2.num.3.

Quam limitationem intelligo veram,niſi teſtator prius nomen appellatiuum quàm proprium appoſuiſſet,vt ſi di cat,prohibeo hæredem Titium alienare:quo caſu prohibi tio de non alienando comprehendit hæredem hæredis,vt in l.ſi ſeruus communis.ff.de ſtipulat.ſeruorum faciunt no tata per Bar.in l.cum ita.in §.fin.ff. de condit.& demonſt. per doct.in l.quoties.ff.ad Trebel.& in l. 1.C.de impuberum & alijs.per Canoniſtas in c.quoniã Abb.de off.deleg.

Secundo limitatur hæc 1.limitatio,quãdo teſtator adie cit quòd volebat talẽ rem in familia remanere,vel de nomine vel de genere ſuo non exire:quia tunc cum ratio ſit generalior quæ ampliat & declarat ipſum dictum, vt in l. cum pater.in §.dulciſsimis.ff.de leg.2.tunc quamuis probi bitio nominatim ſit facta,nihilominus ad hæredem hære dis eſt extendenda:ita conſuluit Roma.in conſ.457.nu.1. Iaſ.in d.§.diui.in 2.lect.nu.152. vbi dicit ſe ita in facti con tingentia conſuluiſſe,& ita iudicatum fuiſſe.

Tertiò limitatur iſta 1.limitatio, vt non procedat qñ te ſtator prohibuit hæredem nominatim & ſic nomine pro prio expreſſo, ſcilicet domũ quæ erat maioris ſuorum alie nare ne poſsit : quia ex tali prohibitione apparet teſtatorẽ ad dictã rem affectionẽ habuiſſe : vt in l.ſi in emptione.ff. de minoribus.& in lege,lex quæ tutores.C.de adminiſtra. tuto.Hanc opinionem tenet Roma.quẽ refert & ſequitur Io.Crot.in d.§.diui.col.35.in prin.Ferdinandus Loazes in d.§.diui.nu. 501.licet contrarium teneat Alex. ibi nu.26. quia contra eum eſt cõmunis opinio relata in proxima limitatione,quæ quaſi eadem videtur cum iſta.

Secundò limita ſupradictam cõem regulã, qñ teſtator prohibuit bona extra familiam alienari ſub pœna priuatio nis hæreditatis : quia tunc cũ ſit appoſita pœna, prohibitio appoſita in perſonam hæredis non afficit hæredẽ hæredis: ita tenet Io.Crot.in d.§.diui.col.35.verſi.3.ſit conclu.argumento tex.in l.multa.in prin.ff.de cond.& demonſ.per quẽ tex.ita ante eũ tenuit Bal.in l.ſi.nu.42.C.de hæred.inſti.

Tertiò fallit,qñ teſtator prohibuerit hæredes ſuos alienare:dicẽdo infra ſcriptos ſeu ſupra ſcriptos hęredes meos quo caſu talis prohibitio non cõprehendit hæredẽ hæredis : quia illud dicitur ſcriptum in teſtamento quod oculis corporis legi poteſt, vt in l. 1.in fi.ff.de his quæ in teſta.delen.facit etiã tex. in l.cum filio impuberi.iuncta l.qui liberis.in §.hæc verba.ff.de vulgar.& pupil.vbi per iſta verba, quiſquis mihi hęres erit filio meo impuberi hęres eſto.nõ admittitur hæres hæredis:eo quia non eſt ſcriptus in teſta mento:quod requiritur per dicta verba, quiſquis.vt in d.l. cum filio.& l.ex illa parte.ff.de verb.ſig.Hanc limitationẽ ponit Crottus in d.col.35.quam declara & intellige vt per Loazem in d.§.diui.nu.504.

Quartò limita & intellige hanc regulã φ licet compre hendat hæredẽ hæredis,non tñ extenditur vltra quartã ge nerationem poſt teſtatorem:iſte eſt tex.ſing.ſecundum Ia cobum de Bellouiſu,& Angelũ in Auth.de reſti.& ea quæ parit in 11.menſe. in §. 1.colla.4.& ita per illum tex.tenet Alex.nu.72.Iaſ.in 1.lect.nu.213.Fel.in conſ.77.nu.12.qđ tñ eſt verũ niſi teſtator in prohibitione adiecit, φ vultrẽ illam perpetuò tranſire ad oẽs deſcendentes:tunc talis pro hibitio extenditur vltra quartam generationẽ,& deinceps in infinitũ. ita tenet Iac. de Bellou. in d.§. 1.quẽ refert & ſequitur Alex.in conſ. 56.nu.2.in 1.vol.Iaſ.in d.nu.213.& in l.ſi.C.de hære.inſti.Deci.in conſ.616.nu.16.Pau.Pariſ. in conſi.52.nu.17.in 3.vol.Io. Gualdenſis in tract.de arte teſtan.tit.8.caute.2.nu.3.

REGVLA XL.

ALIENATIO feudi nõ valet ſine conſenſu domini.Hãc regulam probat tex.in c.imperialem.de prob.feudi alie natione per Federicum. & ita per illum text. vltra Bald.& doct.ibi ita tenet Zaſius in conſi.15.num.11. & 16.vol.2. Marcus de Mantua in conſ.223.Car.Mol.in conſue. Pariſ. §.13.glo.5.num.1.cum alijs.

Primò amplia vt procedat etiam inter conuaſallos,ſecũ dum Bald.in d.c.imperialem.num.9.quem ſequitur Socinus in conſil.19.volu.1.Curt.Iunior in tract.de feud.in 4. parte,num.8.

Secundò amplia φ in tantũ procedat noſtra concluſio, vt talis alienatio non poſsit præſcribi etiã longiſsimo tem pore.ita tenet And.de Iſer.in d.c.imperialem.per illũ text. in verb. nullius temporis præſcriptione. quem ſequuntur doct.ibi Bar.Soci.in conſi.76.nu.8.vol.1.Marian.Soci.Iu nior,eius nepos,in conſi.115.num.4.vol.2.Chaſſanæus in conſi.11.nu.91. Card. Pariſius in conſil.23.vol.2.nu.196. vbi hoc not.declarat.

Tertiò amplia vt etiam procedat in pignoribus & hypothecis quæ pignorari nec hypothecari poſſunt ſine con ſenſu dñi:vt probat text.in d.c.Imperialẽ.ibi,pignorare.& in c.1.§.itẽ ſi quis.quibus modis feudũ amitta.per illũ tex. tenet Soci.in conſi.19.nu.12.vol.1. Auguſt.Berous deciſ. 94.nu.11. Chaſſanæus in conſue. Burg.in tit. { des fiefs.} Regula 3.§.8.nu.11. fol.118.col.4. vbi hanc ampliationẽ quadrupliciter. limitat vſque ad nu.21. & quinque limitationes ad hanc ampliationem ponit Matthæus de Affli. ctis in d.c.Imperialem.nu.4.

Quartò amplia quòd non ſolũ alienatio non valeat,ſed feudatarius alienans amittit feudum ipſo iure: vt in c.1.in §.ſi vaſallus.quæ fuit pri.cauſa benefic.amittendi.in vſibus feudorum.& ita per illum text. tenet Hieron. Gratus in conſi.9.nu.134.vol.1.& ſic talis alienatio cum ſit de facto facta,de facto per dñum debet reuocari,ſecundum Alber. Brunum in conſi.8.nu.6. Quod tamen intellige vt per Pa tidem de Puteo in tract. de integratione feud. in c.an ipſo iure perdatur feud.fol.20.nu.1.per totum.& Mat.de Affl. in d.c.Imperialem.§.13.nota.nu.5. & nu.59.Iaſ.in l.fi.nu. 103.C.de iure emphyteo. Feli. in c.Rodulphus.nu.3 de reſcript.

Quintò amplia nõ ſolum procedere in toto feudo:ſed etiã in parte feudi:nam ſi pars feudi alienatur, pro illa parte perditur feudum & reuertitur ad dominum : ita probat tex.in d.c.Imperialem & ita tenet Bal.in c.1.in §.hoc quo que.de ſucceſsione feu.nu.13. Math.de Afflict.in d.c.imperialem.nu.28. Thomas Grammaticus in deciſione 49. num.2.Pau.Pariſ.in conſi.14.nu.17.vol.1.& in conſ.6.nu. 19.vol.4.& And.Tiraq.in lege, ſi vnquam.in verb.omnia vel partem aliquam.nu.14.

Sextò amplia quòd etiam pro anima feudum ſine conſenſu domini non poteſt relinqui,vt in d.c.Imperialem.& ita tenet Curt.in tract.feud.in 4.parte.nu.125.Lud. Goza. conſi.8.nu.21.quod de iure canonico dicit non procedere Romanus in ſing.527.

Septimò amplia procedere etiam in donatione:nã Vaſallus non poteſt feudum donare ſine conſenſu domini:ita probat tex.in d.c. Imperialem.verſi.diſtrahere,vel alienare,quod comprehendit donationem, vt in l.ſin.C.de reb. alie.non alienan.

Octauò amplia procedere etiã in dote:nam Vaſallus filiæ ſuæ non poteſt feudum in dotẽ dare ſine conſenſu dñi: vt in c.1.§.donare.& ibi Bal.qualiter olim feudum poterat alienari.& in c.1.de eo qui ſibi & hæredibus ſuis.& in c. 1. an maritus ſuccedat vxori.in vſibus feudorũ.& in c.nuper. de donatio.inter vir.& vxor.ita concludit Soci.in d.conſi. 19.nu.13.vol.1.Chaſſanæus in d.rubr.3.nu.29.Iaſ.in l.fin. nu. 109.C.de iure emphyteu.& in conſi.89.vol.1.& 221. vol.2.Maria.Soci.Iunior conſi.72.nu.74.vol.1.Pau.Pariſ. conſi.16.nu.31.& conſi.4.nu.47.vol.1.& dicit cõem opinionem Iaco.de Leonardis in conſi.114.nu. 86.inter con ſilia Bruni.Sigiſmundus Goffredus in conſi.52.nu.60.

Nonò Amplia procedere etiam in emphyteuſi perpetua:quia feudatarius non poteſt dare feudũ in emphyteuſim perpetuam, vel in eo conſtitui vſuſfructus : ita tenet

And.

And.de Isern.in d.c.Imperialem.& ibi Bal.nu.7.facit tex. in l.arboribus.in §.1.ff.de vsufructu.& in l.fina. C.de reb. alienis non alienandis. & illam opin.tenet glo.in d.c.Imperialem.in princ.quam opi.tenet Francis. Curt.Iunior in tract.feud. 4.parte.nu.91.

Decimò amplia non solùm procedere in feudatario,verũ etiã in emphyteuta: cum validum sit argumentũ de vno ad alium,maximè qñ dispositio feudalis non est contra regulas iuris cõis, vt probat glo.in c.1.in verbo, vtrunq;.an agnatus vel filius. in vsibus feudorũ,quam sequitur Alex. in consi.5 nu.2.vol.5.Caro.Moli.in consuet.Paris.in §.1. gl.5.nu.71.Tiraq.in tract.mort.in 4.parte.declar.6.num. 2.Euerardus in loco 12.& sic emphyteuta non potest ius suum emphyteuticũ alienare,vel suas meliorationes: sed tenetur domino denuntiare, & expectare voluntatẽ ipsius per duos menses:alias amittit rem ipso iure,vt in l.fi.& ibi doct.C. de iure emphyt. & contractus factus ab emphyteuta non tenet, cum factus sit contra formam illius l.ita tenet Salic.ibi,quem sequitur Ias.nu.105.

Vndecimò amplia procedere in oĩbus casibus in quibus dominium transfertur: quia in illis est prohibita alienatio feudi,arg.text.in l.1.C.de fundo dotali. & in l.ex hoc edicto.in §.2.ff. de alienatione iudic. vt in l.alienationis.ff.de verb.sig.notatur in d.l.fin.C.de rebus alie.& ita tenet Matthæ.de Afflict.in d.c.Imperialem.nu.6.

Duodecimò amplia procedere etiã in locatione ad longum tempus:nam feudatarius non potest rem feudalẽ locare ad longum tempus:ita tenet Matth.de Affl.in d.c.Imperialem.nu.61. Ias.in l.fi.nu.8. C.de iure emphyteutico. Paris de Puteo in lib. de Reintegratione feudi. c.an possit reuocari locatio.fol.140.col.1.pro quo facit,an locatio ad longum tempus parum distet ab alienatione:& ideo prohibita alienatione cẽsetur etiã locatio ad longum tempus prohibita. Ratio est,quia talis conductor dicitur naturaliter possidere:vt est gl.in l.si vt certo.§.si duobus vehiculum.in gl.magna.ff.commodati.& in l.si quis antea.in glo. 3.ff.de acqui.poss.& in l.sciendum.§.1.in gl.j.ff.qui satisd. cog.& in l.j.C.de patria potestate.& in l.j.in verbo,cõduxerit.ff.de loco publ.fruendo.& in l.j.in verbo,superficiẽ. ff.de superficiebus. & in l.quæro.§. inter locatorẽ.in verbo,biennij.ff.locati.& quia talis conductor habet vtile dominium in re conducta: vt in d.l.1.in §.t.ff.de superficiebus.& in l.1.in §.fi. cum l.sequenti.ff.si ager vectigalis vel emphyteuticarius petatur.& dicitur longũ tempus secundum supradictas gl.spatio decem annorum,quas gl. sequitur Bar.in l.1.in §.1.ff.de superficie.Ang.& Imo.in l.si domus.in §.fin.ff.de leg.1.Ias.in l.manumissiones.nu.7.ff.de iustitia & iure.& in l.3.in §.ex cõtrario.nu.48.ff.de acqui. poss.Fel.in c.qui in ecclesiarum.nu.86. de consti.Matthæ. de Afflict.in tract.de iure protomiseos,in 8.notab.nu.25. Nicol.Boerius in decis.234.Zasius in sua Epitome feudorum,in 9.parte,nu.13.licet contrariũ teneat gl.quæ cõiter reprobatur secũdum supradictos doct. & secundum Bar. ibi,in l.codicillis.§.instituta.in glo.fin.ff.de leg.2.

Decimotertiò amplia procedere etiam si Vasallus post alienationem recuperauerit feudum,nihilominus non euitat pœnam:vt in c.1.quid iuris sit,si Vasallus post alienationem factam recuperauerit.vbi text.& communiter doct. tenent opinionem.Quam tamen intelligo veram quando recuperauerit feudum postquam fuit traditum: secus si recuperasset feudum antequam tradidisset possessionem ipsius feudi:quia tunc excusatur,& non procederet prædicta regula:ita concludit Aluarotus in d.c.1.in 2.col.vbi sic intelligit illum tex. quem sequitur Curtius Iunior in tractatu feudorum in 4.parte,nu.13.Tiraq.in tract.de iure constit.in 2.parte,amplia.26.nu.1.

Decimoquartò amplia procedere etiã si Vasallus alienet feudũ propter aliquam necessitatem.ita tenet Bal.in c.1.in prin.per illum tex. qualiter olim feudũ poterat alienari.& ibi communiter doct. eandem opinionem tenuit idẽ Bal. in c.1.in §.aut si libellario.quibus modis feudũ amittatur. quam opinionẽ sequitur Curtius, vbi notabiliter eam examinat,in tractatu feudorum,in 4.part.nu.107.

Limita primò vt non procedat qñ vnus Vasallus infeudat alium Vasallum de feudo,quod ipse habet & recognoscit à dño.ista est gl.communiter approbata in c.j.in §.præterea.de capitulis Corradi. & in c.1.in §.1.qualiter olim feudum poterat alienari.& in c.j.§.similiter.& in §.sequenti.de l.Corradi.text.& ibi gl.& omnes doct.in c.Imperialem.in §.1.de prohibita feudi alienatione per Federicum. gl.in c.cum ecclesiarum.in verbo,alienandi.de constit.bonus tex.in c.ex transmissa.& ibi Panor.& alius de foro cõpet.quam opinionẽ tenet Io.Bartho.de Scarampis in cõs. 111.nu.1.inter consilia Alberti Bruni.& Ludoui.Gozad. consi.62.nu.5.& dicit esse communem Francis.Curt.Iunior in tract.feudor.in 4.parte,nu.83.quam limitationem sublimitat idem Curtius ibi,vsque ad nu.91.

Secundò limita supradictam conclusionem non procedere in transactionibus: nam Vasallus potest super feuda transigere sine consensu domini,quãdo est mota sibi quæstio:vt in c.1.§.si Vasallus de beneficio suo.si de feudo fuerit controuersia.& in c.1.de controuersia feudi inter Vasallum & alium.in vsibus feudorum.

Tertiò limita quandocunq; Vasallus vendidit feudum, sed non tradidit:quia nõ priuatur feudo. ita tenet Bal.in c. 1.in §.aut si libellario.quibus modis feudũ amittatur.& in c.1.in §.calidis.de prohibita feudi alienatione per Federicum.in versi.vendunt & in alios transferunt.Hanc opinionem tenet Matth.de Affli.in d.c.Imperialẽ.nu.46. Carol. Moli.in consue.Paris.§.13.in gl.5.nu.2.Hanc opinionem notabiliter examinat Andr.Tiraq.in tractatu de iure constituti.in 3.parte,ampliatione 26.nu.1.& 2.

Quartò limita in renuntiatione,nam Vasallus potest renuntiare feudo inuito domino:vt in c.j.de Vasallo qui contra constitutionem Lotharij. vbi hoc expressè determinatur. Ratio est, quia cum feudum principaliter concedatur in fauorem Vasalli,potest ipse fauori suo renuntiare: vt in c.ad apostolicam de regularibus.ita tenet Matth.de Affli. in d.c.Imperialem.versi.16.quæro.nu.35.

Quintò limita nisi esset statutum vt feudum posit alienari sine consensu domini:ita determinat Iaco.Aluarotus in c.1.qualiter olim feudum poterat alienari. quem sequitur Franciscus Curtius,vbi hoc notabiliter declarat,in tractatu feudorum, in quarta parte, nu.109.Laurentius Syluanus in consi.15.nu.41.& 43.

Sextò limita non procedere in pignore iudiciali,nã sine consensu domini potest contrahi de feudo, vel in causam iudicati capi.ita tenet Aluaro.post Iacobum de Ardizone, in d.c.imperialem. vbi concludit q̃ licet voluntariè vel ex consensu prædicta fieri non possint,tñ ex necessitate si Vasallus aliud non habet ex quo satisfieri posit creditoribus, prædicta fieri possunt:arg. tex.in l.alienationis.& in l.cum putarẽ.ff.fam.ercis.& in l.cum postulassem.in fi.ff.de dam. infect.& ille ad quem ex dicta causa peruenerit feudũ,poterit illud retinere donec viuat Vasallus.argum.l.peto in §. prædium.ff.de leg.2.& in l.fundus.ff.de actio.emp.quam opinionem sequitur Curt.in dicta 4.parte,nu.102.Albertus Bru.in consi.37.num.1.

Septimò limita in iuramento:nam Vasallus litigans potest deferre iuramentũ aduersario super re feudali sine consensu domini:ita tenet Ro.in l.iusiurandum quod ex conuentione.§.1.ff.de iureiur. reprobando ibi Gulielmum de Cuneo.Ratio est:nam iuramentum & transactio æquiparantur:vt in l.4.ff.de iureiur.sed Vasallus potest transigere, vt suprà dixi:ergo deferre iuramentum,quod tamen intellige per Curtium in dicta quarta parte,nu.100.

Octauò limita quando feudum alienatur in augmentũ ipsius feudi, & ad vtilitatem domini, tunc potest alienare sine consensu domini:vt si feudatarius habens filios vẽdat feudum non habenti filios & sic citò recasurum est feudũ domino,

domino, tunc valet venditio: vel iuuenis vendidit feudum seni, cum senes pręsumantur citius mori quàm iuuenes: vt in l. hæreditatum. ff. ad legem Falc. & sic in similibus casibus. ita tenet And. de Isernia in c. 1. §. econtrariò. de inuestitura de re aliena facta & in c. 1. an ille qui interfecit fratrem domini sui. & in d. c. Imperialem in prin. quam opinionem sequitur Matthæus de Afflictis in d. c. imperialē in 6. notabi. nu. 55. & in §. prætereà ducatus. num. 69. & in decisi. Neap. 232. nu. 6. Pau. Paris. in consi. 2. nu. 10. vol. 1. Thom. Gram. in consi. 10. nu. 6. 8. & 9. & in consi. 149. nu. 4. in consilijs Ciuil. Pro qua opinione facit text. in l. 3. ff. de nouationib. vbi in augmentum & vtilitatem suam ille cui bonis est interdictū potest alienare. Bonus text. in l. si quis in graui. §. cum hi. ff. ad Syllan. vbi si seruus prohibetur distrahi, talis prohibitio non extēditur ad alienationem quæ expediens est communi vtilitati: Facit etiam pro hoc: quia prohibitio alienationis feudi fuit inducta ne feuda diminuantur: ergo vbi augmentatur non est prohibita talis alienatio, per regulam legis, quod fauore. C. de legibus. Quod tamen intelligo verum dummodò sit euidens augmentū domini directi: ita tenet Matthæ. de Afflictis in dicto notabili 16. nu. 57.

Nonò limita non procedere in arbitro: Nam Vasallus potest compromittere in arbitrum de re feudali sine licentia domini: vt in c. 1. §. si inter de lege Corradi. & in c. an apud iudicem vel dominum quæstio feudalis terminari debeat. & in c. 1. de inuestitura in maritum facta & ita per illa iura tenet Curtius in dicta quarta parte, nu. 98.

Decimò limita non procedere in seruitute reali: nā Vasallus sine consensu domini potest constituere in feudo seruitutem realem: vt in c. 1. §. quid ergo. de inuestitura de re aliena facta. Quod tamen intelligo verum in pręiudicium ipsius Vasalli: nam resoluto iure ipsius & reuerso feudo ad dominum. nullum præiudicium affert domino talis constitutio. facit etiam gl. in c. 1. in §. prætereà. de capit. Corr. & quia in supradicta regula tractatur quòd Vasallus alienans feudum sine consensu domini priuatur feudo, alias quadraginta causas in quibus Vasallus potest priuari feudo ponit Franciscus Curtius Iunior in trac. feudorum, in quarta parte, à nu. 4. vsque ad numerum 82. septuaginta & duas causas ponit Matthæus de Afflict. in c. 1. §. item si quis feudū. à nu. 22. vsque ad finem.

REGVLA XLI.

APPELLARE ab exequutore permissum non est: vt in l. ab exequutione. C. quorum appellationes non recipiantur. & in l. ab exequutore ff. de appel. De iure regio est text. in l. 52. in fi. tit. 18. par. 3. & in l. 161. Styli. Circa hanc regulam vide Spec. in tit. de appel. §. in quibus. num. 5. Hieron. Gratum in consi. 16. vol. 2. Aug. Beronum. q. 131. Alex. in consi. 114. vol. 5. nu. 10. Carol. Ruinum in consi. 8. vol. 5. Hanc. regulam ponit Socinus in regula 26. vbi eam limitat quinque modis:

Limita primò vltra eum, nisi exequutor excederet modum, vt in c. nouit. de appell. vbi ponitur eadem regula cū supradicta limitatione. idem probat text. in d. l. 52. in fi. gl. in c. ad nostram. de appel. & in c. super quæstionem. in §. j. de off. dele. in verbo, exequutorem: & gl. in d. l. ab exequutione. & quando dicatur excedere ponit glo. & ibi doct. in c. quod ad consultationem. in glo. fin. de re iudicata.

Secundò limita quādo exequutor quicquam dolo egit; vel si pars dolo obtinuerit sententiam, vt in l. 3. in §. si exequutor. ff. de negot. gestis & ita tenet Speculator in d. nu. 5. & quamuis in d. §. si exequutor. dicatur agi posset de dolo, tamen tutius est appellare.

Tertiò limita quando pars allegaret transactionem factam post sententiam, & illam statim probaret, tunc exequutor non potest exequi, alioquin is ipse grauat, ideo ab eo appellari poterit: argumento tex. in l. neque. §. fin. ff. de in ius vocādo. & in l. 2. ff. si quis cautionibus. vel si quis probet sententiam nouatam, vt in l. 4. in §. ex conuentione. ff. de re iudi. glo. in d. c. quod ad consultationem. quę nouatio hodie non fit nisi hoc expressiè agatur, vt in l. fin. C. de noua. vel quando pars, in cuius vtilitatem est prolata illi sententiæ renuntiasset: quod non potest facere si in causa matrimoniali lata sit, secundum Romanum in consi. 367. nu. 1. quia de periculo animæ agitur, vt in c. lator & ibi gl. fin. de re iudicata.

Quartò fallit quando exequutor mistus sententiam malè interpretatus esset: vt in d. l. ab exequutore, ita tenet Pet. de Ferraria in practica, in forma exequutionis sententiæ definitiuæ. in verbo, publico nuntio. num. 10. vbi declarat qualem interpretationem possit exequutor facere.

Quintò fallit quando sententia lata fuerit contra absentem ex iusta causa: quia nō potest ei imputari cur nō anteà appellauerit, & ob id ab exequutore iustè appellatur: vt in l. si prætor. in §. fi. ff. de iudic. cap. cum Berthol. de re iudic. Specu. in d. num. 5.

Sextò fallit qn̄ pendet restitutio in integrum post sententiā, vel literis super supplicatione ciuili impetratis durāte earū comprobatione, si vellet exequutor exequi, tūc ab eo licitè appellatur: vt in l. 1. C. de in integ. restit. postul.

Septimò fallit quando exequutor aliquid iniuriosè egerit vt si lectos captos vel dolia capta causa exequutionis, malitiosè fregerit: vt in l. si quis prouocatione. C. de appel. & in l. lectos. ff. de periculo & commodo rei venditę. & in c. quia suspecti. 3. q. 5.

Octauò limita quandocunque sententia lata est contra aliquem famosum artificem: nam propter artificiū ipsius poterit populus suspendere exequutionē, & tunc potestas tenetur suspendere exequutionē, donec principem vel dominos vel superiorem consulant. iste est mirabilis casus in l. ad bestias. ff. de pœnis. & ita tenet Ro. in sing. 717. quem sequitur Bartholomæus Cæpola in l. mercis appellatione. nu. 15. ff. de verb. sig. & in Caut. j. nu. 1. facit tex. in l. qui cædem. in versi. facilius. ff. de sicarijs. & idem Cæpola in lege, si contra. nu. 18. C. de vsucapione pro emptore.

REGVLA XLII.

APPELLATIONE pendente suspenditur iurisdictio iudicis à quo, & sic interim nihil est innouandum: vt in l. appellatione C. de appel. & in l. 1. in prin. ff. nihil nouari appellatione pendente. & in c. non solum de appel. libr. 6. & in c. post appellationem. §. ante appellationem. 2. q. 6. & in l. 26. in fine, tit. 23. par. 3. & in l. 4. tit. 15. lib. 2. fori. Hanc regulam ponit Soci. cum 7. limitationibus in regula 21. Vltra eum vide circa istam regulam Antonium Corsettū in singulari incipienti, appellatio. vbi ponit alias septem limitationes. ex quibus quinq; sunt diuersæ à limitationibus Socini: quas limitationes Corsetti ad literā ponit Io. Cōstantinus, licet de Corsetto mentionē non faciat, in gl. ad constitutiones regias Galliæ. art. 29. pagina 66. Aliam limitationem ad hanc regulam ponit Ludo. Roma. in sing. 161. quas limitationes Corsetti & Romani refert Catellianus Cotta in memoralibus iuris, in verbo, appellat. & circa materiam huius regulæ vide, vbi notabiliter eam prosequitur Octauianū in practica Romanę Curię, fol. 199. pagina 2. cum alijs. Franciscū Niconiciū in repetitione c. quoniam contra in gl. fin. nu. 12. cum alijs. Matth. de Affli. in c. fi. nu. 35. quo tempore miles. in Vsibus feudorum. Paris. in consi. 28. vol. 4. nu. 22. & 23.

Limita decimoquartò, & j. vltra eos, quando maritus in matrimonio quod iure non valebat possessionem copulæ carnalis habebat, pendente lite potest prohiberi ne ad inuicem rem agat post litem contestatam & testium publicationem seu probationem. iste est casus singularis secundū Antonium ibi nu. 5. in c. laudabilem. vt lite pendente. quē sequitur Romanus in sing. 411.

Secundò limita cum hæres conuictus super legato appellat: quia non obstante appellatione debet cauere de eo restituendo: vt in l. postquam. in §. Imperato. ff. vt legatorum nomine caueatur.

Tertiò limita si agatur actione personali, puta ex empto: nam si res petita allenetur, tenet alienatio. Nec obstat supradicta nostra regula, vbi status causæ non debet mutari: quia respondeo ꝙ non mutatur nec alienationi præiudicatur: quia perinde condemnabitur reus si res petita alienetur, ac si non esset alienata: ita tenet Speculator in tit. de interrogationibus. in §. nunc de interrogatione. nu. 8. nec etiam obstat text. in Auth. vt nulli iudicũ. in §. & hoc. collat. 9. vbi prohibetur iudex transferre possessionẽ rei petitæ ab vno litigantiũ in alterum: quia ibi nõ prohibetur ꝙ pars possit transfere in extraneum, licet iudex sic. & sic regula nostra debet intelligi in iudice, non in parte in hoc casu, licet in alijs secus, secundum Parisi. in c. dilectę. nu. 11. de except. Nam pars non obstante appellatione potest vti iure suo, quando agitur personali actione: sed si ageretur reali, tunc fateor quòd non possit alienari: non per generalitatem nostræ regulæ, sed quia res erat litigiosa: & ita tenet Parisius in c. dilectæ. nu. 13. de exceptionibus.

Quartò limita vbi ordinarius ignorat fuisse appellatũ ad superionem: vt in c. si dunbus. de appellationibus.

Quintò limita, nam iudex post appellationem potest tempus legis moderari: vt in c. cum sit Romana in 1. responso, de appellationibus.

Sextò limita non habere locum in casu c. consuluit. el 1. & c. reprehensibilis. de appell. vbi iudex post appellationẽ potest cogere appellantem ad prosequendam appellationem propriam intra certum terminum.

Septimò fallit in patrono præsentãte duos in beneficio: nam si prius præsentauit vnum & ille appellauit, ne præsentetur alius, potest nihilominus patronus alium præsentare appellatione pendente: & iudex à quo, admittit talem præsentationem. Ratio est, quia ante appellationem permittebatur sibi huiusmodi præsentatio, & non debet hac facultate priuari per dictam appellationem: ita tenet Abb. in c. pastoralis. nu. 3. de iure patro.

Octauò fallit in sententia excommunicationis: quia ea non stante potest iudex à quo, denuntiare & publicare excommunicatum, vt ab omnibus euitetur: ita probat tex. in c. pastoralis. in §. verum. & ibi Abb. & Philip. Franc. in 1. notab. de appel. Io. And. in c. venerabilibus. in §. attamen. de sent. excom. lib. 6. Ang. in l. per hanc. C. de temp. appell. & in d. l. 1. ff. nihil nouari appel. penden. Item etiam iudex potest interim priuare excommunicatũ fructibus sui beneficij & distributionibus quotidianis. ita tenet Abb. in d. §. verum. nu. 17. quem sequuntur ibi Io. de Imo. & Philip. Franc. Quod tamen est verum quando appellatur ab ipsa sententia excommunicationis: secus si appelletur à declaratoria iudicis, per quam declarat aliquem incidisse in sententiam excommunicationis: quia tunc appellatio suspendit, & iudex nihil poterit interim innouare. ita concludit Feli. in c. cum non ab homine. nu. 12. de iudicijs. vbi allegat aliquos Doct. idem tenentes. Item potest innouare iudex absoluendo ab excommunicatione, non obstante appellatione secundum Abb. in c. qua fronte. nu. 5. & in c. quæstioni. nu. 6. eo. tit. etiam si appellans non renuntiet appellationi, vt ibi habetur. Quæ omnia supradicta intelligo quando quis appellat ab excommunicatione iam lata secus quãdo appellat à futuro grauamine, & sic à censura futura: quia tunc excommunicatio posteà lata est ipso iure nulla: vt est tex. & ibi Dom. Abb. & Philip. Franc. in 1. notab. in c. dilecti. el 2. de appel. & in c. solet. de sent. excomm. lib. 6. & ita concludit Ang. in consi. 188. & Paul. Parisius in consi. 28. vol. 4. & in c. Apostolicæ. num. 30. de exceptionibus. quod procedit etiam in appellatione extraiudiciali: vt in dicto capitulo, dilecti.

Nonò limita quando debitor qui appellauit, fuit ex noua causa factus suspectus de fuga: quia etiam appellatione pendente potest capi per creditorem sicut anteà poterat. ita tenet Ang. in repet. l. nemo carcerem versi. item quæro quid si lite penden. C. de exactoribus tributorum. libr. 10. quem sequitur Ias. in l. si ab arbitro. nu. 6. ff. qui satisd. cog. Alex. in consil. 105. nu. 31. in 3. vol. pro qua opinione allegant gl. in l. fin. in verb. fideiussionis. C. de ferijs. rectè intellecta: vbi secundum eos lis pendebat, & ita dicũt quod debet obseruari: quam opinionem tenet etiam Philippus Franc. in c. cum teneamur. nu. 13. de appel.

Decimò fallit in omnibus casibus in quibus de iure appellare non licet: quia tunc appellatio nõ suspendit effectũ sententiæ, & potest iudex à quo, innouare, secundum Inn. in c. pastoralis. nu. 3. de offi. dele. gl. in c. non solũ in verbo, casibus. de appel. lib. 6. & per totum. C. quorum appellationes non recipiantur. Bal. in c. Sancimus. 1. col. quo tempore miles. in vsibus feudorum. Quod tamẽ intelligo, nisi in talibus casibus prohibitis appellãs allegasset aliquam iustam causam ex qua deberet admitti eius appellatio: quia tunc iudex tenetur eius appellationẽ deferre & non debet interim innouare: gl. est in c. Romana. in §. si autem. & ibi Dominicus in fine, de appell. libr. 6. Abb. in c. consuluit. el 3. in 3. notabili. de appel.

Vndecimò, fallit in eo qui detinetur in carcere pro crimine in quo fuit condemnatus: quia licet appellet à sententia, tamen adhuc potest detineri. ita tenet Bald. in l. si clericus. nu. 6. C. de episcopali audientia. Speculator in tit. de appellatione. in §. nouissimè. nu. 1. Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. ff. de custodia reorum. Bar. in l. ab exequutione. C. quorũ appel. non recipiantur. nu. 3. & iste carceratus est remittendus ad iudicem appellationis, & debet mitti cum custodibus & expensis ipsius carcerati: ita tenet Bal. in l. generaliter. in §. is de præsentibus. nu. 4. C. de rebus creditis & iure iurand. & licet pendente appellatione exequutio corporalis non debet fieri, vt tenet Bart. in l. qui vltimò nu. 5. ff. de pœnis. hodie tamen de iure regio bene potest, vt in l. 101. & in l. 163. in legib. Styli.

Duodecimò limita in factis notorijs: nam in talibus appellatio non suspendit exequutionem sententiæ secũdum Doct. in c. cum sit Romana. in §. præterea. de appel. glo. in c. Romana. in §. si autẽ in verbo, notorio. de appel. libr. 6. & hinc dicimus quòd notoriè criminosus non auditur appellans, & eius appellatio nõ suspendit, vt habetur in c. proposuit. de appellationibus. Decius post Abbatem in c. consuluit. nu. 5. eo. tit. Ant. de But. in tract. de notorio. art. 4. nu. 53. Bal. in l. 1. nu. 10. C. ne ex delictis defuncto.

Decimotertiò fallit, nam iudex in fauorẽ appellantis potest innouare, secundum Inn. in c. quia propter. de electione. nu. 13. quem sequitur Soci. in consi. 45. nu. 6. in 1. vol.

Decimoquartò fallit quo ad impediendam absolutionem ab excommunicatione: vt in c. qua frõte. & ibi Abb. & Doct. de appel.

Decimoquintò quando sententia fuit lata cõtra possessorem beneficij in Curia Romana: quia tũc interim si fuerit appellatum, interim beneficium sequestratur per ordinarium loci: iuxta tex. in Clem. 1. de sequestratione possessionum & fructuum. nam tũc interim si ab ordinario appelletur, potest procedere ad sequestrum non obstante appellatione, secundum Cardinalem in d. Clem. 1. nu. 16.

Decimosextò fallit quando appellatus attẽtaret aliquid in præiudicium appellationis: nam potest iudex à quo, se intromittere, non obstante appellatione: puta si appellans turbaret aduersario possessionem: nã potest iudex à quo, reformare sibi possessionem: vt in c. cum teneamur. de appel. & ibi Abb. nu. 5.

Decimoseptimò fallit, nam iudex à quo, generaliter potest intentare omnia illa quæ tẽdunt in faciliorem exitum causæ appellationis: non tamen cognoscẽdo de viribus appellationis: vt tenet Abb. per illum tex. in c. ex literis. num. 4. de matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ, & in c. cum teneamur. in 1. notabili, de appel. Feli. in consi. 13. num. 3.

Decimo octauò fallit quo ad taxationem expensarum: quia iudex à quo, potest pendente appellatione taxare expensas

pensas in quibus condemnauit : quia tunc non dicitur innouare, sed potius declarare pronuntiatum. ita tenet Lapus in alleg.72. incipienti, in causa matrimoniali. Felin.in consi.13.num.2.

Decimonono fallit in eo cui factum est mandatum vt veniat ad residendum in loco beneficij: quia si interim appellat, potest iudex à quo, pendente appellatione ponere substitutum in dicto beneficio: qui interim nutriatur de fructibus illius beneficij: vt est text. in capit.peruenit.el 2. de appellat.

Vigesimò limita in sententia lata contra officialem in syndicatu: quia non suspenditur per appellationem, vt est lex nostra regia in Pragmatica 56.versi.66.in vol.Pragmaticarũ.idẽ habetur in petitione 15. Toletana, Anni 1539. quod tamen intellige dummodo sententia non excedat quantitatem ibi positam.

Vigesimoprimò fallit contra administratorem alicuius loci pij : quia si fuit condemnatus ad reddendum rationes & appellauit, potest interim iudex à quo, ipsum constringere, non obstãte appellatione : ita notabiliter tenet Angelus in Auth.de sanctissimis episcopis.in §. œconomos.nu.28. collat.9.

Vigesimosecundò fallit qñ fuit à iudice terminus præfixus ad persequendam appellationem, vel ad se præsentandum corã iudice ad quem: nam licet pendente appellatione censeantur ligatæ manus iudicis, non tamen censentur ligatæ quo ad hoc vt post illud tempus, cum appellatio remaneat deserta, possit ipse iudex sñiam exequi, vel in causa ipsa procedere : in c.personas.& ibi Abb. & Præpositus in c.oblatæ.& in c.reprehensibilis.& in c.sepe.& in c.cum sit Romana.versic.q̃ si is.de appel. & ita tenet Speculator in tit.de appellatione.in §.nouissimè.nu. 1.versi.15.& 16. Cardinalis in Clementina prima, nu.119.q.22.de appellationibus.Barto.in l.præses.C.de appellatio.Pau.Parisius in consi.108.nu.32.vol.4.

Vigesimotertiò fallit, nam pendẽte appellatione potest iudex à quo, examinare testes senes vel valetudinarios, ad perpetuã rei memoriã: & non dicitur innouare: ita per plura fundamenta concludit Matth. de Affli.in constit.Neapolitanis, lib.2.Rub.32.nu.1.cum alijs.

REGVLA XLIII.

APPELLATIO iusta & licita nõ tollitur à Principe sine causa: ita probat tex.in c.qui scit.2.q.6.vbi colligitur q̃ appellatio est permissa de iure diuino : de cuius intellectũ vide sanctum Thom.2.2.q.69.art.3.

Secundò probatur hæc Regula: nam iusta appellatio est defensio innocentis, vt in c.cum speciali.de appellationibus.cum sit de iure naturali, vt habetur in l.vt vim.cũ similibus.ff.de iustitia & iure.& in Clem. pastoralis.de re iudic. & Princeps sine causa non potest tollere defensionem, vt notatur in d.Clementina: pastoralis.ita eodem modo non potest tollere appellationem.

Tertiò probatur hæc Regula: quia per appellationẽ reparatur ius illius qui habet sententiam contra se: quia si apparebit iustè appellasse, extinguitur pronuntiatum : vt in l. 1.in fin.ff.ad Turpilia.sed princeps sine causa non tollit ius alterius, vt in l.quoties.C.de precibus Imperatori offerendis.& in l.fin.C.si contra ius vel vtilitatem publicã.& ideò dixi quòd sine causa non potest Princeps iuri alterius præiudicare, cum ipse fateatur se secundum leges viuere: vt in l.digna vox.C.de legibus.

Fallit primò nisi iusta causa subsistente, scilicet quando alias tumultũ ledare non posset: quia tunc princeps posset tollere appellationem: argum.tex.in l.qui cædem.ff.de sicarijs.Pro quo facit, quia Princeps cum causa potest dominium rei alienæ tollere, & dispensare contra ius gentium, naturale & diuinum: vt copiosè congerit Felin c.qui in ecclesiarum.nu.2.cum alijs, de constit. Ferdinandus Loazes in tract.de matrimonio Regis Angliæ, in 2.dubitatione, in solut.ad fundamentum 2. partis negatiuæ nu.4. latissimè Nicolaus Belonius in consi.2.per totum.

Secundò limita quando sumus in casibus in quibus non admittitur appellatio de quibus per Azonem, in tit.quorũ appellat.non recipian.Est tamen notandum quòd in casibus in quibus non admittitur appellatio ab aliqua sententia, poterit pars querelari: vt est glo. in c.querela.in gl.1.de procur.quam vltra Doct. ibi sequitur Ioan. Constantinus in gl.ad constitutiones regias Galliæ, artic.135.col.2.& l. 11.tit.16.lib.3.ordinamenti.

Tertiò limita qñ appellatur à sñia Regis vel eius magni consilij, tunc non admittitur appellatio: vt in l.1. in prin.ff. à quibus appellare non licet.& in l.1.ff.de senten.præfect. præto.in quo est notandum q̃ solum de gratia admittitur supplicatio, vt in Auth.quæ supplicatio. C.de precibus Imperatori offerendis.& in Anth. vt sponsalitia largitas.in §. ad hæc.collat.9.& ita notabiliter tenet Hippolyt.de Marsilijs in l.vni.nu.16.C.de raptu virgo. Pau.Pari.in 1.volu. consiliorum, consi.118.nu.4.& in 3.vol.consiliorum, cõsi. 54.nu.39.de iure Regio est tex.in l.12.tit.24.par.3.& in l. 173.Styli.& in l.21.de Madrid.

Quartò limita quando Princeps scribit rescriptum cõmittendo causam appellatione remota: quia tunc solum vi detur tollere friuolam appellationem, secundum Bart.in l. 1.in §.interdum.ff.à quibus appellare non licet.nu.3.habetur in c.pastoralis.& in c.vt debitus.de appel.& in c.licet in corrigendis.de offic.ordinarij.per Ioannem Andræam in c.fin.de appel.lib.6.

Quintò fallit de plenitudine potestatis: ita tenet Bald.in procemio Gregoriano, nu.4.vbi dicit quòd in Principe est plenitudo potestatis, q̃ quando aliquid vult ex certa scientia, non potest ei dici, cur ita facis: idẽ tenet idẽ Bal.in præludijs feudorum, nu.34.& in l.fin.col.1. C.sententiam rescindi non posse.sed ante Bal.istud fuit notabile verbũ Speculi, in tit.de locato.in §.nunc ostendendum. versi.89.pro qua opinione est text.in c.in memoria. 20.dist. facit quod notat idem Bal.in c.cum super. nu. 1. de causa possessionis & proprietatis.q̃ Princeps ex certa sciẽtia super ius, & contra ius, & extra ius omnia potest: quem sequitur Ias.in l.1. nu.2.ff.de constit.principum.pro qua opinione est text.in l.qui in prouincia.in §.diuus.ff.de ritu nuptiarum. Ex quo appœret verum esse dictum Ang. in l.in si verberatum. in §.1. ff. de rei vendicatione. vbi dicit q̃ Princeps potest mihi auferre dominium rei meæ, etiam nulla causa subsistente : & qui contrarium dicunt, mentiuntur.idem tenet idem Ange.in l.3.in §.si is pro quo.ff. quod quisq; iuris.& in l.2. C.de quadriennij præscriptione.Bald.in l.rescripta. col.fin. C.de precibus Imperatori offerendis. & in l.2.col. 7.C.de seruitutibus & aqua. quam opinionem sequitur latius comprobando Philippus Decius in cons.191.num.4. & in cons.198.nu.2.& in consi.262.nu.12.& in cons.269. nu.7.Barbat.in c.quæ in ecclesiarum. pen.col.de consti.& in 4.volum.consiliorum, cons.64. Curtius Iunior in cons. 1.nu.19.Nicolaus Belonius in d.consi.2.nu.7.& Iacob. de Leonardis in consi.114.nu.43.inter consilia Alberti Bruni, vbi not.in materia.

Et facit etiam in fauorem huius limitationis: nam Princeps si vult potest legitimare post mortem patris filiũ naturalem, non requisitis his de quorũ præiudicio agitur : ita probat tex.in l.2.in fi.ff.de natalibus restitu.in quantũ probat tex.ille, q̃ Imperatores nõ facile solent quenquã natalibus restituere, nisi consentiẽte patrono : nunquid ergo text. ille q̃ si Imperator vult, potest: licet cũ difficultate hoc faciat.& ita per illum text.notab.tenet Bart.in l.Gallus.in §. & quid si tãtum.ff.de libe.& posthu.nu.14. quẽ sequuntur ibi Doct.præcipuè Ias.in 1.lectura.nu.140.eandẽ opinionem tenet Bal.in l.nam ita diuus.in 1.col. ff.de adoptio.& in l.2.nu.39.C.de seruitu.& aqua.& in l.fina.C.quibus res iudic.non nocet.Abb.vbi refert se ita consuluisse, in c.cum olim.nu.16.de re iud.& ita consuluit in 1.volu.suorũ consiliorum, consi.84.nu.6.Alex. de Imo.in 1.vol.consiliorũ consi.

consi.2.nu.14. Socinus consil.120.num.8.in 3.vol.& alij Doct.relati per Felin.in dicto c.cum olim.nu.16. pro qua opinione est tex.in l.2.in §.si quis à Principe.ff.ne quid in loco publi. vbi probatur quòd licet Princeps non posit aliquid concedere in præiudicium iuris alterius, tamen si concessent, valet. Facit etiam text.in c.quamuis.de rescrip.lib. 6.vbi probatur quòd restitutio Principis, vbi aliquid non exprimitur, intelligitur fieri sine præiudicio iuris alieni: ergo si aliud exprimitur potest fieri eum præiudicio iuris alieni. Pro qua opinione est glo.notab.in l.relegati. in glo. fin.ff. de pœnis vbi probatur quòd sola voluntas Principis dicitur iusta causa.quam glo.sequitur ibi Bar. Iason in l.testamentum.num.2.C. de testam. & in l.quo minus.nu.6. de flumin. Alex.de Imol.in l.quidam consulebant.ff.de re iudic.nu.11.& simil.glo.de iure Canonico in c.si gratiosè. in verbo, à Romano Pontifice, de rescript.libr.6.& in c.si eo tempore.in verbo, & quamuis.de electio.eo.libr.Facit etiam vltra omnia supradicta tex. expressus in d.lege, quo minus.ff. de flumi. vbi probatur quòd cuilibet est licitum aquam ducere de flumine publico.

Ratio est, quia licet hoc facere authoritate iuris gentiũ, quo iure flumina & eorũ vsus & iura sunt publica & vsui publico cuilibet: vt in §.flumina.& in §.riparum. Instit.de rerum diuisi.& In l. fluminum.iu princ.ff. de damno infecto. Sed tex.in d.l.quominus.dicit hoc esse verum nisi Imperator vel Senatus vetet: & sic expresè probat hanc limitationem. Et idem quod dictum est de appellatione, extendo etiam habere locum in citatione: nam licet citatio sit de iure diuino, vt patet in Gene.c.3.& etiam de iure naturali, vt in Clem.pastoralis.in §.cæterum.de re iudic.tamen Princeps potest tollere citationẽ, & sic actus vel processus factus à Principe sine citatione valet.ita tenet Bald. in l.cum cessante. in princ. C.quomodo & quando iudex. quem sequitur Alex.in consi.3.nu.9.vol.1. Petrus Belluga in suo Spec.Principum, in Rubrica 11.§.restat.num.4.facit glo.in c.apostolicæ.31.q.9.ex quo apparet malè dixisse Fel.in d.c.cum olim.nu.13.de re iudi. vbi tenet quòd Princeps de plenitudine potestatis non potest procedere parte non citata. Et ratio quare Princeps potest procedere sine citatione est, quia in Principe semper præsumitur causa: vt suprà dixi. & hoc etiam tenet Cinus & Bald.in l.rescripta. in 3.col.C.de precibus Impera.offeren.& in l.fin.C.si contra ius vel vti.public.Ant.& Imo.in c.cum inter.de renunciatio. Floria.in l.si irruptione.§. ad officium.nu.6.ff.finiũ regundo.& alij Doct.relati per Ias.in l.si testamentum.nu. 3.C.de testamen.& per Hippol. in sing.6. Ex quo Cin.in d.l.rescripta. dicit quòd si Princeps sine causæ cognitione mandat alicui vt aliquem suspendat, potest ille sine peccato exequi: quia præsumitur pro Principe quòd iuste procedat: facit tex.in l.si vendicari.C.de pœnis.& in c.cum apud Thessalonicam.11.q.3.& illud dictum Cini dicit esse notandum Abb.in c.cum olim.nu.23.de re iudi.

Secunda ratio est, quia quando Princeps facit actũ sine citatione partis simpliciter, debet valere & tenere omnino. Ratio rationis est, quia si Princeps facit actum qui non posit valere nisi fiat de plenitudine potestatis, semper intelligitur fieri de plenitudine potestatis, vt actus magis valeat quàm pereat.ita notabil. reperio consuluisse Paulũ de Castro in consi.283.nu.2. volu.1.& in l.ex imperfecto.C. de testamen. quem sequitur Alex. in l.quanquam.num.1. C.de testamen.militis.Felin.in c.1.num.27.de consti.& in c.cum inter.nu.7.de except.& in c.in causis.nu.2.in fin.de re iudi. Hippol.in l.de vnoquoque. nu.20.ff.de re iudic.& in sing.84. Et hanc limitationem secundò extendo vt habeat locum etiam in recusatione: nam licet recusatio iudicis sit de iure naturali, vt in capit.quia suspecti.3.q.9.Princeps tamen de plenitudine potestatis potest tollere recusationem.hoc fuit notab.verbum Inno.in cap.transmissæ. de foro compet. quem sequitur Specula.in titu. de recusatio.in §.1.Lapus in c.iudex ab Apostolica. de offic.delega. lib.6.Bal.in l.fin. C.de sententijs & interloq.omn. Ang.& Imo.in l.1.in §.interdum.ff. à quibus.appel.non licet.Hippolytus in sing.292.

REGVLA XLIIII.

APPELLARE à sententia lata super possessorio non permittitur, vt in l.1.C.si de momentanea possessione fuerit appellatum. & in cap.vlt.§.de possessione.2.quæstio.6. Quæ regu. habet locum in omni possessorio, siue adipiscendæ, siue retinendæ, siuæ recuperandæ.secundum Bar. ibi notatur in l.quisquis. C.quorum appellationes non recipiantur.plenè per eundem Bartol.in leg.2. nume.1.ff.de appellationibus recipiendis.text. in cap. ex conquestione. & ibi Bald.de restitutione spoliatorum. & in cap.super eo. el 2.eod.titu.gloss.in cap.cum ad sedem.in verbo, interdictum.in versicul. & nota per hanc Decretalem. eod.titul. Et hæc est vera regula & communis opinio cum ea secundum Augustinum Beroum in quæstio. 52. numer.8.& ex adductis per Tiraquellum in tracta.de morte, in 6.parte, declaratione 6.num.5.Catellianus Cotta in memoralibus iuris, in verb.appellari.el 1. Sebastianus Vantius in tracta. de nullitate sententiæ.rubr.4. quis posit dicere de nullita. nume.34. Ioannes Constan.in gloss.ad constitutiones Regis Galliæ, articu.62.licet contra eam teneat Ioannes Corasius in Paraphrasi ad text.in l.naturaliter.in §.nihil commune.nume.8.ff. de acquirenda possessione. Hanc regulam cum quinque limitationibus posuit Socinus in regula 18. eandem met regulam cum tribus alijs limitationibus ponit Bernardus de Luco in regula 36.& ibi refert Antonium Nicellum in concordantijs glossarum, in concordãtia 6.numer. vigesimosexto vbi limitat hanc regulam vnu & viginti modis.

Primò limita vltra eos, nisi sententia feratur per verba negatiua, in casu leg. fina. C. de edicto diui Adria. tollen. nam licet à sententia lata in casu illius leg.in iudicio possessorio adipiscendæ, vt est gloss.ibi in verbo, missus est.post principium, non posit appellari per leg.quisquis.C.quorum appellat.non recip.tamen, vt suprà dixi, quando sentẽtia lata est per verba negatiua in isto possessorio, vt quia iudex pronunciauit actorem non esse mittendum in possessionem: ab hac sententia bene poterit appellari, istud fuit notabile verbum Angeli, vbi dicit se ita multoties practicasse in dict.leg. quisquis. numero 3. quod dictum tanquam notabile & stupendum, vbi etiam dicit se ita practicasse, refert & sequitur Iacobinus de sancto Georg.in d.l. fina.numero 56.C.de edicto diui Adria. tollend. illud dictum Angeli etiam tanquam notabile & mente tenendum, refert Andræas Tiraquel.in tract.de morte.in 6.parte, declaratione 6.num.3.

Secundò limita in sententia sequestri faciendi: quia licet sit super possessione, potest tamen ab ea appellari.ita notabiliter concludit Angelus in consi. 107.nu.3.

Tertiò limita in sentẽtia definitiua: secus in interloquutoria, quia ab omni interloquutoria lata in possessorio ante sententiam potest appellari, secundum Angelum in cõsilio 46.numero 4.& in consil.188.Ioan. Mariam Riminaldum in leg.prima numer.2.C.de bonorum possel.secundum tabulas.

Quartò fallit quando possessorium tractaretur per viã contractus, & non per momentaneum iudicium: quia tũc potest appellari. ita notabiliter concludit Bal.in consi.210. nu.5.in 5.vol.suorum consi.

Quintò fallit quãdo iniustè & sine causa aufertur alicui possessio: quia tunc potest appellari. ita concludit Abb. in consi.55.in princ.in 2.vol.consiliorum.

REGVLA XLV.

APPELLARI ab omnibus iudicibus, tã ordinarijs quàm delegatis, regulariter potest. Hanc reg.probat tex.in c. omnes.& in c.ad Romanam.2.q.6.ita tenet Spec.in tit.de appel.in §.videndum.in prin. Non enim iudici iniuriã facit is qui ab eius sententia appellat: vt in l.& in maioribus.

C.de

C. de appellat. cum enim appellatio sit quædam defensio quæ datur oppressis contra iniuriam iudicis, vt in l. 1. ff. de appel. & in d. c. ad Romanam. & sic debet regulariter omnibus censeri permissa. & quòd sit defensio probat text. in c. cum speciali. in §. porrò. de appell. Circa quam reg. vide Soc. in consi. 195. num. 1. cum sequentib. in 2. volum. consi. Ias. in l. 1. nu. 17. ff. si quis cautio Octauianus in practica Romanæ Curiæ, lib. 7. fol. 152. Tiraquel. in tract. de morte, in 6. parte, declaratione 6. nume. 9. Paul. Parisi. in consi. 28. nu. 11. volum. 4.

Hanc regulam limita 121. modis, vt per Anto. Nicellū in tract. de concordantijs glossarum, in concordantia 6. à nu. 55. vsq; ad fi. Quam regulam cū supradictis limitationib. ponit Bernar. de Luco in reg. 35. & circa istam reg. vltra eum vide Matth. de Affli. in constit. Neapol. in præludijs, in q. 25. per totam. & circa hanc regulam vide notabiliter Robertum Marrantam in tract. de ordine iudiciorū, in 6. parte, in actu secundo, nu. 255. cum sequētibus: fol. 278. col. tertia, vbi etiam eam limitat pluribus modis.

REGVLA XLVI.

APPELLARI à statuto facto in odium vel præiudicium particularis personæ potest. Hanc reg. ponit Bar. in repet. l. omnes populi. nu. 53. ff. de iust. & iur. Deci. in c. cum omnes in 1. lectura, nu. 15. de constitutionib. Ias. in l. 1. nu. 3. cum sequentib. ff. de legib. Franc. de Ripa in lib. 1. responsorum. c. 52. nu. 4. facit quod notant Abb. & doct. in c. vestra. de locato. Bar. & Doct. in l. 1. ff. qñ appellandum sit.

Ampliatur primò, etiam si statutum sit conditū per verba generalia. ita tenet Bar. in d. l. omnes populi. nu. 53. & in l. si res. num. 3. ff. de appel. reci. Fel. in d. c. cum omnes. num. 5. de constit. Ias. & Clau. de Seyssello in d. l. 1. ff. de legib. Io. Crott. in repet. d. l. omnes populi. colum. 15. versi. decima conclusio. Ias. in consi. 161. col. 4. versi. confirmantur prædicta. vol. 2. & in consi. 120. in fin. vol. 4. Ang. Aret. in §. ius ciuile. num. 15. Insti. de iure natur. gent. & ciui. Pro quo facit, nam genus quod in vna tantum specie verificari potest habetur pro specie & non pro genere: vt in leg. 1. & 2. vbi Doct. ff. de libe. & posthum.

Amplia secundò procedere si statutum fiat in odiū vel grauamen vnius quarterij ciuitatis. ita tenet Ias. in d. l. 1. ff. de legib. Stepha. Bertrand. notabiliter in consi. 1. incipiente: Viso consultationis themate. in responsione ad 7. dubium. nu. 25. in 3. vol. primæ impressionis.

Ampliatur tertiò vt non solum à tali statuto posit appellari, sed etiam per viam querelæ habeat recursum ad superiorem. ita Panor. in c. cum omnes. & ibi Philip. Deci. in d. nu. 15. & hoc est quod voluit dicere Bal. in l. 1. §. similiq; modo. nu. 2. C. de Latina liber. tollen. dum dicit quòd fortior est sententia iudicis quàm statutum: quia sententia iudicis, si ab ea non appellatur, transit in rem iudicatam. Est tamen notandum quòd talis facultas reclamandi non est perpetua, sed tantum durat per annum: vt in l. qui grauatos. C. de cēsibus. lib. 11. tenet Bar. in l. ambitiosa. nu. 31. ff. de decret. ab ordi. fac. Phil. Dec. in d. c. cum omnes. & in c. consuluit. el 3. nu. 30. de appel.

Amplia quartò vt etiā tale statutum posit dici nullum, secundum Abb. in d. c. cum omnes. nu. 2. & in c. consuluit. el 3. nu. 4. de appel. facit tex. in l. si constat. ff. de appel. idem sentit Bar. in l. fin. C. si contra ius vel vtili. publi. Contrariū tamen tenet Philip. Dec. in d. c. cum omnes. & in d. c. consuluit. numero 35. vbi dicit quòd contra Abb. est communis opinio. Eandem opin. contra Abb. dicit esse communem Fran. Cur. Iunior in l. fin. numero 5. C. de edi. diui Adria. tollen. & in l. 2. nume. 7. ff. quod quisque iuris. Sed hæ opiniones possunt concordari ex mente Aret. in rubr. nume. 7. de constit. quòd opinio Panorm. procedat quando statutum esset factum in odium alicuius de Collegio qui tempore conditi statuti contradixisset: tunc enim ita tutum est nullum: quia cum contradicens sit sanior pars capituli, in eo videtur ius residere capituli: vt notatur in c. scriptum. de electio. & hac ratione idem videtur dicendum si statutum fiat in odium alicuius qui non sit de collegio, sed tantum vnus de collegio contradicit: quia semper contradicens est sanior pars capituli.

Amplia quintò vt non solum à tali statuto posit appellari, sed etiam à sententia lata secundum tale statutum: ita tenet Bald. in leg. quisquis. numero 2. C. quorum appellat. non recip.

Amplia sextò vt etiā grauatus ex tali statuto posit contra agentem opponere exceptionem doli, vt in l. 1. in fine. ff. de doli exceptio. Franci. de Ripa in d. c. 22. & hoc verum si actor participauerit dolum, alias secus: vt in l. 2. in §. 1. ff. de dolo quod tamen declara vt per Aret. in §. 1. numero 9. Instit. de excep.

Fallit primò qñ statutum re & nomine esset generale, quia tunc à tali statuto non poterit appellari, vt in l. 2. in §. exactis ibi, neq; prouocatio ex eis. ff. de origin. iur. & in l. si qua pœna. ff. de verb. sig. & in l. fin. ff. de appel. recip. & in c. quia nos. de appel. & ita fuit de mente Bar. in d. l. omnes populi & in d. l. si res. Decius in d. c. consuluit. el 3. de appellat. Fel. in d. c. cum omnes.

Fallit secundò quando statuentibus datum esset arbitriū procedendi appellatione remota. ita Bal. in l. 2. §. postea ne diutius. ff. de orig. iuris quem sequitur ibi Hiero. Cagnol. nu. 69. de quo vide Iaso. in l. quominus, nu. 155. ff. de flumi. plenè Bar. in l. si. ff. de appel. recipien.

Fallit tertiò quando illi, in cuius præiudicium statutum tendit, consensissent: secundum Innoc. in c. vestra. de loca. quem sequitur Fel. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. nu. 54. vbi plura ad hoc allegat.

Fallit quartò quando persona quæ ex tali statuto lęderetur esset notoriè delinquens: quia valet statutum factum in odium delinquentis, si delictum erat notorium. ita Bal. in l. amissione. in §. 1. ff. de capitis diminu. & in Auth. habita. nu. 58. C. ne filius pro patre. Sic etiam fuit factum capitulū vnicum de schismaticis, lib. 6. in confusionem domus de Columne de ecclesia malè merentis. ꝙ posteà ob eius emendationem fuit solenniter annullatū per Benedictum 11. in extrauag. incipiente, bonæ memoriæ. in tit. de schismaticis. de quo vide Fel. in c. si quando nu. 7. de rescrip.

Fallit quintò si non fuerit appellatum intra decem dies: nam lapsis decem diebus non est amplius recipienda appellatio, vt in l. qui grauatus. C. de censi. lib. 11. ita Bar. in d. l. ambitiosa. nu. 31. facit tex. in c. cōcertationi. de app. lib. 6.

Fallit sextò vbicunq; subsisteret aliqua iusta causa taliter statuendi contra priuatam personam. Ita Fel. in d. c. cū omnes. Ias. in l. omnes populi. in 2. lectura, nu. 13. ff. de iustit. & iur. Hiero. Cagnolus in procemio Digestor. nu. 36. plenè Claudi. de Seyssello in l. 1. nu. 3. cum sequen. vbi enumerat aliquas causas ex quibus tale statutum substineri potest. ff. de legibus. & hanc limitationē ponit Bernar. de Luco, vbi eam tripliciter sublimitat, in reg. 692.

REGVLA XLVII.

APPELLATIO ab interlocutoria non potest iustificari ex nouis actis, nisi ex primis. Hanc regulam probat in tex. Clem. appellanti. de appel. Bart. in l. eius qui. nu. 8. ff. de appel. recip. idē tenet Bar. in l. ait prætor. nu. 4. vbi assignat rationem huius regulæ. ff. de minorib. idem Bar. in l. eos. §. si quid autem. C. de appel. & in l. per hanc. nu. 2. C. de tēpo. appel. Matt. de affl. in decis. Neapo. decis. 79. Rom. in sing. 399. & 278. Hanc regulam ponit Soc. in reg. 22. vbi etiam quatuor modis limitat.

Limita primò vltra eum, vt non procedat quando quis vellet producere nouas ꝓbationes super causa antiqua expressa in appellatione, quando illa causa requirit probationes in facto. vnde dispositio l. per hanc C. de temp. appel. habet locum etiam in appellatione ab interlocutoria quo ad probandum causas deductas. ita tenet Cynus in d. l. per hanc. in 1. & 2. q. Phil. Dec. in c. cum ecclesia. de appel. glo. in d. Clem. appellanti. de appel. in verbo, probandis.

Fallit

Fallit secundo nisi causa noua superueniat de nouo, in qua nulla potest imputari culpa appellãti quare ipsam nõ deduxit in appellatione: nam potest tunc interloquutoria iustificari ex ista noua cã secundum Oldra. in consil. 130 num. 13. Bal. in l. inuitus. C. de procura. numero. 6. & in lege. per hanc. C. de tempor. appell. nume. 29. & Roma. in singul. 278.

Tertio fallit si esset interloquutoria quæ haberet vim definitiuæ: quia potest iustificari ex nouis actis ita Card. in d. Cle. appellanti, nu. 9. in 9. q. vbi ponit exemplũ in interloquutoria lata super attentatis. idẽ tenet Bal. in l. minorib. nu. 8. C. de his quibus vt indig. facit quod notat idem Bald. in l. j. nu. 25. C. quando prouoc. non est neces.

Quarto fallit quando appellatur à diffinitiua, nam in ea potest reparari grauamen, etiam illatum per interloquutoriam ex nouis causis & probationibus ex quo non directo appellatur, ab interloquutoria. ita Bal. in l. generaliter in §. sed iuramento nu. 5. C. de reb. cred. & iuretur. Inno. in c. quod ad consultationem. nu. 4. de re iudic. facit text. in c. fin. de appell. lib. 6.

Fallit quintò quando iniquitas interloquutoriæ sententiæ detegatur per allegationem iuris & nõ facti; tunc, n. non est necesse declarare causas in appellatione. ita Bald. in l. minoris. num. 7. C. de his quibus vt indig.

Fallit sexto secundum Bal. in l. hi qui ad ciuilia num. 2. C. de appel. s. qñ præcedit causæ cognitio, & tunc habet locum: secus vbi non procedit, sed sequitur. Exemplũ, si aliquis esset nõiatus ad officia publica & appellasset, vel nũtiatione noui operis quæ fit per prætorem, quæ venit iustificanda ex nouis actis postea probandis: vt in l. de pupillo. in §. meminisse. ff. de no. oper. nunt. idem dicit in præcepto facto à iudice cum causæ cognitione, quia potest iustificari ex iam dictis postea probandis, secundum eum, quia magis accidit definitiue quàm interloquutorie.

Fallit septimo quando iudex à quo appellatur non fuisset passus acta facta coram se scribi, vel appellanti copiã dari poterit pars appel. is per testes corã iudice appellationis hoc probare, argu. l. 2. C. vt lite penden. & ita expresse tenet Bar. in l. eius qui. nu. 8. in fi. ff. de appel. recip.

Regvla xlviii.

Appellatio à definitiua potest iustificari ex nouis, causis & ex nouis probationibus. Hanc regulam probat tex. in l. per hanc. & ibi doct. C. de temp. appel. & in l. eos. in §. si quid autem. C. de appel. Bar. in l. eũ qui. ff. de appel. nu. 7. habetur in c. fraternitatis. de testibus.

Primo fallit dummodo nouæ probationes quæ producuntur per testes non sint super eisdem articulis vel directo contrarijs propter timorem subornationis, sed super nouis articulis dependentibus à veteribus faciẽn. ad causam, vt est tex. in Clem. 2. de testib. ita Bar. in d. l. per hãc C. de tempo. appel. nu. 4. idẽ Bar. & doct. in Auth. qui semel. C. de proba. Abb. & Fel. in d. c. fraternitatis.

Secundo limita dummodo nouæ probationes recipiãtur & producantur super re petita & deducta in causa principali, & non super noua re & nouo libello: nam si in cã principali petij bouem, non possum in causa appellationis petere equum, & producere probationes super equo. Philip. Franc. in c. cum ecclesia. nu. 13. de appell. Nã iudex causæ appellationis nõ cognoscit nisi de eo de quo cognouit iudex causæ principalis, vt tenet Bar. in l. j. C. si aduer. lib. Quod tamen intellige nisi aliquis egisset ex testamento, vt heres. Quod testamentum fuit pronuntiatum inualidum, quia potest in causa appellationis agere: & idem ab intestato, quia iuri, quod ignorat sibi competere, non videtur renuntiasse, vt in l. mater. ff. de inoffi. testa. ita Mat th. de Afflict. in decis. Neapo. decis. 54.

Tertio fallit in exceptione dilatoria, quæ si non fuit apposita in tempore in causa principali, non potest postea apponi in cã appellationis, vt in l. ita demum. & ibi Bal. & Alex. C. de procur. vbi dicunt q̃ illa lex nõ est alibi in iure ad limitationem huius regulæ, & sic per illum tex. tenet Ias. in l. si arrogator. nu. 59. ff. de adoptio. Fel. in c. ad audientiam. el. 2. nu. 13. de rescript.

Quartò limita qñ scienter & per negligentiam fuit aliquid omissum in prima instantia, vt tenet Anto. de Butr. in c. ad audientiam. el. 2. nu. t 2. de rescrip. & ibi Fel. num. 14. & idem in simili dixit Bar. in auth. at qui semel, nu. 12. C. de prob. Hippol. in sing. 360.

Regvla xlix.

Appellans pót renuntiare appellationi & reuerti, ad iudicium à quo, vt in c. interposita. in §. ille deniq; & ibi gl. in verbo, contradictione partis. de appel.

Hãc regulam limita decem modis, vt per Præpositum in d. §. ille deniq; nu. 7. vsque ad finem.

Regvla l.

Appellare tertio non licet, iuxta, tex. in l. vna. C. ne liceat in vna eademq; cã. circa quam regulam vide Hippol. in l. extra territorium. nu. 49. ff. de iurisd. omnium iudicum. & in l. vnica. nu. 160. C. de rap. vir. Paul. Paris. in consi. 109. num. 15. volu. 4.

Hanc regulam amplia dupliciter & limita quinq; modis, vt per Philip. Dec. in c. sua nobis. nu. 13. de appel.

Limita sexto vltra eũ vt nõ procedat in supplicatione nã poterit quis supplicare, vt supra dixi in regula, 43. & Bernar. de Luco in regula 719. ponit hanc limitationem.

Regvla li.

Appellationi renuntiare videtur, qui post appellationem coram iudice à quo aliquid agitauerit, vt in l. sed & si. ff. de iudic. & in l. 3. in §. falsus, ff. rem rat. hab. & in c. gratum de offic. deleg. Hanc regulam cum quinque fallent. ponit Soc. in reg. 25.

Limita eam quindecim modis, vt per Præpo. in c. solicitudinem, nu. 18. de appell.

Regvla lii.

Appellari à sententia interlocutoria de iure ciuili, non potest. Hanc reg. probat tex. in l. ante sententiam ff. de appell. reci. & in l. ante sententiam. C. quorum appel la. non reci. Regia. l. 4. tit. 16. lib. 3. ord.

Limita primo qñ appellatur super carcere vel tortura, tunc admittitur appellatio. Ratio est, quia grauamen in difinitiua reparari non potest, vt in l. 2. ff. de appell. recipien. glo. in Clemen. j. verbo ipso iure, de hæreti. text. de iure Regio in l. 13. tit. 24. in 3. partic. & dicitur grauamẽ irreparabile quando continet factum, quia cum factum infectum esse non possit, vt in l. in bello, in §. facta. ff. de capti. ideo grauamen illud quod iussit. ff. de re iud.

Secundo fallit in sententia excõmunicationis, quia ẽt dicit cõtinere irreparabile grauamẽ cũ habeat exequutionẽ, vt in c. pastoralis. de appel. Bern. de Luco in reg. 39.

Tertio fallit qñ sententia interlocutoria tangit factum principale vel substantiam negotij, vt in l. in tra vtile. ff. de minori. vt pote si pronũtietur quis minor, vel maior, prodigus, vel alias inhabilis: quia ex hoc totus annullaĩ actus vt tradunt Doct. in l. is qui. ff. verb. oblig.

Quarto fallit qñ iudex per sententiam denegat copiam actorum, vt in l. 2. C. vt lite penden. & dixi in Regu. 5.

Quinto fallit quando iudex nullam excusationem tutoris repellit, vt in l. j. in. §. si quis tuto. ff. quãdo appel. sit.

Sexto fallit quando sententia lata est super legitimatione personæ. ita Bal. in sua Margarita. q. 8.

Septimo fallit quando iudex pronuntiat fideiussorem esse idoneum, quia tunc poterit à tali sententia appellari, vt in l. si ab arbitro. ff. qui satisdare cog.

Octauo fallit qñ iudex mãdat solui pecuniã minori sine curatoribus. vt in l. ait prætor in §. permittitur. ff. de minori

Nono fallit qñ iudex pronuntiat testes admittendos esse, vel non, vel probationis admittendas, vel non vt notab. concludit Corne. in consi. 35. num. 2. vol. j.

Decimo fallit quãdo interloquutoria meretur exequutionem: vt si partes per eam cogantur sicere compromissum.

missum. ita consuluit Barb. in cõs. 305. incipiente, illud in medio, col. pen. volu. 3. vel quando generatur præiudiciũ circa execuutionẽ, vt ĩ d. l. si ab arbitro. & ita tenet Sa li. in d. l. ante sententiã. C. quorum appel. non recip.

Vndecimo fallit qñ alia nõ spectatur sententia, vtpote si quis pronuntiet se iudicẽ competentẽ vel incõpetentẽ, in c. significantibus. de offic. deleg. & in l. ait prætor. in §. permittitur. ff. de minori, glo. in Auth. habita, in fi. C. ne filius pro patre, tenet Abb. in c. super eo. el. 2. notab. j. de appel. Sali. in l. pen. C. quorum appel. non recip. circa, quam limita. vide Berna. de Lnco in regu. 354.

Duodecimo fallit. quando perfectẽ grauamen reparari non posit in definitiua quin aliquod faciat preiudicium: tunc. n. bene poterit appellari, vt in l. j. in §. quæsitũ. ff. de appel. vbi permittitur appellare à mendacis relatione. not. Bar. in d. l. ante sententiam, ff. de appel. recip.

Decimotertio fallit quãdocunq; grauamẽ posit reparari, sed cũ maxima difficultate: tunc poterit appellari, & iudex nõ poterit postea procedere. ita Bart. in d. l. j. in §. quæsitũ. ff. de appel. & in l. 2. C. de appel. reci. quẽ sequitur Feli. in c. accepimus. nu. 5. de fide instrumen.

Decimoquarto fallit in sententia lata in causa momentaneæ possessionis: ñ per istã sententiam pateretur præiudicium cui non sit alio modo consultum quàm per appellationem. ita Bar. in d. l. ante sententiam. nume. 3. ff. de appelat. recip.

REGVLA LIII.

APPELLANTI propter exceptionem non admissã, cuius probationẽ incontinenti obtulerat, nõ est necesse ad iustificandum appellationem probare veritatẽ exceptionis: sed sufficit ꝙ probet se opposuisse exceptionẽ, & obtulisse probationem incontinenti. ita probatur in c. interposita, ibi, nisi exceptionem, de appel. Hãc regulã, vbi ponit rationem eius ponit Præpositus cum 16. limitationibus in d. c. interposita. nu. 4. de appel.

REGVLA LIIII.

APOCHA in qua quis ostendit se tribus annis proximis soluisse, retro soluisse præsumitur, nisi cõtrarium probetur. Hanc regulam probat text. in l. quicunq; C. de apochis publi. lib. x. & ibi Bar. per illum tex. & Doct. in glo. in l. 2. in verbo, repellere, C. de iure emphy. & in ca. cum ecclesia Sutrina. de causa pos. & proprie. Phil. Deci. in l. si certis annis, nu. 6. C. de pactis.

Amplia primo procedere tam in censu emphyteuticario quàm tributario. ita tenent Domi. de Ro. in decis. 304 in tit. de locato. in nonis, quos sequitur Alex. in Additio. ad Bar. in d. l. quicunque, Iacobi. de San. Georg. in l. non est necesse: nume. 3. ff. de probatio.

Secundo amplia habere locum in simplici colono, vel conductore. quia probando se soluisse tribus proximis annis, præsumatur semper retro soluisse, secundũ Ang. in authen. de nõ alienandis. in §. scire. nu. 25. colla. 2. vbi dicit se nescire legẽ de hoc. Hãc etiam opinionem tenet Bal. post Ioan. And. in c. literæ. nu. 7, de dilatio. vbi dicit ꝙ conclusio huius regulæ procedit in emphyteuta, siue in simplici colono, siue in censuario, siue in illo qui soluit collectas in cõi per triennium. quam etiam opinionem sequitur Ias. in d. l. 2. nu. 137. C. de iure emphit.

Limita primo vt procedat supradicta regula, qñ illa solutio trium annorum esset facta qualibet de per se, vna quæq; singulo anno, secus si simul & semel soluisset vno anno pro tribus annis, quia tunc regula nõ procedit. Hãc limitationẽ ponit Cin. in l. 2. C. de dotis promissio. quem sequitur Bal. ibi nu. 2. Ang. in d. l. quicunq; nu. 3. & ibi Pyrrhus Englebermęus in princi. quam limitationem, dicit semper mente tenendam Iacobi. de S. Geor. in d. l. non est necesse, nume. 3. ff. de prob.

Fallit secundo hæc regu. singulariter, vt per Hostiẽ. in Summa, in tit. de locato. nu. 13. vbi tenet quòd hæc regula procedat tantũmodo in causis secularib. sed in ecclesiasticis dicit sufficere ꝙ emphyteuta probet ꝑ duos annos, proxime præteritos soluisse. Quæ limitatio nõ ẽ vera, & eã expresse reprobat Io. And. in Additio. ad Spe. in tit. de locato. in §. nunc aliqua. vers. 17. nu. 38. & istã opinionẽ Io. And. reprobando dictum Hostien. sequitur Ias. in l. 2. nu. 136. C. de iure emphyteutico.

REGVLA LV.

ARMA portare regulariter prohibitũ est, vt per totum in rubro & nigro, C. vt armorũ vsus inscio principe in terdictus sit. li. 11. & in c. quid culpatur. 23. q. j. in ca. clerici, de vita & honesta. cleri. & in auth. de armis. colla. 6. Circa quam regulam vltra Cæpolam in verbo armorum appellatione. ff. de verb. sign. vide Catel. Cot. in Memoralibus iuris, in verbo, armorum vsus Rom. in sing. 163. Pau. Pari. in consi. 271. volu. 4. nu. 17. Ang. Aret. in tract. maleficiorum, in part. vno stocho ferreo, per totum. Petr. Bellug. in suo Speculo Principum, rub. 27. §. milites. nume. 3, cum sequentibus. Hanc regulam cum septem limitationibus ponit Socin. in reg. 30.

Hanc regulã vltra eã amplia primo, non solum habere locũ in armis offensibilib. verũ etiã defensibilibus, cũ de iure Codicis dicatur regulariter nõ licere arma portare, nisi de principis licentia, vt in d. l. vnica, sed appellatione armorũ ẽt defensibilia veniunt. vt in l. armorũ. ff. de ver. signi. licet de iure Digest. arma defensibilia nõ erãt prohibita portari, vt tenet Bar. in d. l. j. ff. ad le. Iuliã de vi. & pro ista opinione est tex. de iure Authenticorũ in §. pen. in Auth. de armis, & ita per illum text. tenet Barba. in tract. de Cardinal. legatis, à latere in 5. q. nu. 23. Feli. in c. ita quorundam. nu. 2. de Iudæis. Marcus à Mantua in lib. 6. obseruа. 54. per totam, maximè in fi. Io. Igneus in leg. j. in §. occisorum, num. 42, ff. ad Syllania.

Amplia secundo vt non solum liceat arma portare verum etiam est prohibitum magistris armorũ vendere arma priuatis personis: & nullus potest esse faber ad arma facienda, nisi deputati à publico. ita probat tex. in d. Authe. de armis. in princip.

Tertio amplia etiam si quis habeat arma in domo, vt in l. j. & ibi glo. ff. ad l. Iuliam, de vi. & in dicto Authentic. de armis.

Limita primo vltra Socinum, vt hæc regula nõ habeat locũ qñ quis portat arma causa venationis, ita probat tex. in d. l. j. ff. ad legẽ Iul. de vi publi. vbi tex. dicit quòd licet tenere arma causa venationis in domo, ergo licet ea portare. & miror ꝙ tex. in l. j. & 2. C. de venatione ferarum, li. 11. de armis nihil dicant.

Secundo limita nõ procedere in nauigatione, quia tũc licet portare arma. vt in dicta. l. j. ff. ad leg. Iul. de vi

Tertio limita in familiaribus & seruitoribus inquisitorum hæreticæ prauitatis, quia possunt portare arma: & si prohibeantur à iudicibus secularibus, puniuntur tanquã turbatores inquisitionis hæreticæ prauitatis: vt est tex. & ibi Doct. in Cle. 2. §. fin. de hære.

Quarto limita non habere locum in fratribus Hierosolimitanis, quia bene possunt portare arma, vt sunt hodie Commendatarij sancti Ioannis, vt est gl. in c. duo sunt in glo. j. in fin. xj. quæst. j.

Quinto limita non habere locum in militib. vt ẽ text. secundum vnum intellectum, in l. iubemus, la j. C. de prepositis sacri cubiculi. lib. 12. Quod tamen intelligo verũ in veris militibus qui sunt in expeditione belli, vel fuerunt veri milites, ita Tiraquellus de nobilitate, c. 20. nu. 68. & 72. Et ratio supradictæ limitationis est, quia miles, arma portando non facit rem illicitam, ex quo portat id de quo est inuestitus vt miles. ita tenet Bald. in c. j. quid sit inuestitura. num. 50. in Vsibus feudorum. Porro ad hoc vt quis dicatur miles, sunt sex necessaria. Primo ꝙ non sit negotiator, vt in l. j. C. negotiatores ne militent, lib. 12. Secundo quod examinetur si sit aptus ad militiam vt in le. j. C. qui militare non possunt. libro 12. Tertio requiritur

requiritur quod præstet sacramentum ꝙ mortem pro republica non euitabit, vt in l.milites, ff. ex quib. caulis maiores. Quarto requiritur ꝙ in branchijs, lignetur, vt in l. 3.C. de fabricensibus, lib. 11, Quintò requiritur ꝙ ei ensis accingatur, argumento tex. in l.filiusfamilias, ff. de testamento militis. Sextò requiritur, ꝙ scribatur in libr. in quo sunt scripti alij milites, vt in l.ex eo.ff.de testamento militis, & ita tenet glo. in dicta l.milites. & de istis militibus, vt supra dixi, loquitur ista quinta fallentia: quia isti sunt proprie qui habent priuilegia militum, secundũ glo. in d.l.milites & est similis glo. in Auth.de mandatis principium.in §.fi.in verbo, siquidem colla. 3. & ita Lancelot. Galiula in repet.l. Centurio, nu. 16. cum alijs. ff.de vulgari & pupillari. Et circa hanc limitationem vide quinquaginta priuilegia militum, per Marcũ à Mantua post repetitionem legis precibus, C.de impuberum & alijs, in nu. 230. vbi per modũ tractatus posuit supradicta priuilegia, quæ etiã ponuntur in 12. volu. tractatuũ, in tractatu de priuilegijs militaribus, eiusdem Marci de Mantua.

Limita sexto in Curialibus commorantibus in Curia Regis, & eorũ seruitoribus, vt in d.l.fi.C.de præpositis sacri cubiculi, li. 12. Porro Curiales dicũtur qui aliquo mõ, sunt Curiæ obligati, vt milites siue aduocati, siue iudices, siue officiales, siue histriones, vt dicit gl. in c.j. 51. distinc.

Septimo limita nõ procedere in Doctoribus, ita notabiliter tenet Bar. in l.Medicos, C.de professo. & medi. lib. x. vbi tenet ꝙ doctores nõ debẽt à familia potestatis scrutari de armis. Pro qua opinione, quia nihil allegat, facit, nã Doctores dicuntur milites, & milites excusantur, vt s. dixi. & illud dictum Bar. sequitur Ioan. Lesnauderius in tracta. de doctoribus in 2. parte §. octauo. Ludouicus Bologninus in repetitione Authenticæ, habitæ, col. j. fol. 6. C. ne filius patre, Andræas Barba. in proœ. Clement. in 10. priuilegio Doctorum, Lancelotus Galiau. in repet. l. Centurio. nu. 24. ff. de vulgari, quam limitationem veram intelligo in Doctoribus qui sunt re ipsa professores, cũ isti, proprie militare dicantur, per ea quæ dixi supra de militibus, in quinta limitatione, idem videtur dicendum in aduocatis cum militare dicantur, vt in l aduocati. C.de aduoca. diuers. iudiciorum. de quo vide Galiaulam in d.l. Cẽturio. nu. 43. ibi not. Ludouic. Canettus, pág. 39. Ias. in le. ad egregias. num. 10. ff. de iureiur.

Octauo limita quando quis portat arma ad sui defensionem, nam tunc videtur portare causa suæ salutis, vt in l.j. & pen. ff. ad legem Iuliam de vi.

Nono limita qñ officialis dat licentiã ferẽdi arma quia tunc non punitur ferẽs pœna portationis armorũ, quã licentiã non potest expresse concedere, sed sub dissimulatione tantum, vt in l.fi.C.de fabricensibus. lib. 10.

Decimo limita nõ procedere in Curialibus filij Regis primogeniti, vt in l.bene à Zenone C.de quadriennij præscriptione, ibi siue ab his qui postea digni fuerunt nomine Imperiali. & sic priuilegium quod habẽt Curiales Regis, attribuitur etiam Curialibus filij primogeniti Regis, quia filius primogenitus dicitur Rex in vita patris, vt in c. cœpit. 28. quæstione prima, & ita tenet Andræ. de Isernia in c. j. de feudo Marchiæ in vsibus feudo

Vndecimo limita non procedere de iure Regio, quia de iure regio, nisi cõuersi nouiter in Rgno Granatensi, oẽs alij possunt ensem secum ferre, vt est Pragmatica. 55. edita in Cnriis de Valladolid, Anno Domini 1523. postea aũt fuit statutũ in pragma. 72. Toleti, Anno Domini, 1525. vt etiam pugionem vel sicã cũ ense possit quis portare per totum diẽ & noctẽ vsq; ad certã horã ibi positã. Postea aũt fuit promulgata alia Pragmatica 72. de Madrid Anno Domini 1534. in qua fuit statutũ quòd omnes illi qui portauerint ensem, cum pugione de nocte post horã prohibitam, si lumen secum portauerint, non possit familia eis arma auferre idem etiam fuit statutũ in omnibus illis qui de mane vadunt ad laborandum.

Regvla lvii.

ARbiter ad pronuntiandum secundũ iura põt & debet pronuntiare secundũ statuta & consuetudines, pro quo est tex. in c.j. vt lite pendente. vbi archiepiscopo, ex priuilegio cõpetebat deferre crucem ante se per totã Angliam, vnde cum super illo priuilegio esset contentio, committitur per Pontificem, & mãdat vt deferat crucem donec de iure fuerit cognitum. & sic verbum de iure refertur ad priuilegia, & per consequens debet posse referri ad statuta & consuetudines. Facit etiam tex. in c.licet, causam, in princ. de probationibus, inducto eo modo quo supradicto c.j. Facit etiam glo. in proœmio Clementinarũ in principio, nam dum dicit, text. nulla iuris sanctio. glo. in verbo iuris, dicit, humani positiui, sicut canonicum, vel ciuile, synodale vel municipale, naturale vel diuinum & sic glo. sub nomine iuris comprehendit, quodcunque tam statuarium quàm alterius speciei. Præterea facit, nam iura mandant iudicari secundum statuta, & consuetudines locorum, vt in cap. 3. de eo qui mittitur in possessionem. & in cap. illa. 12. distincti. & in c.citatus. de rescriptis. cum statuta & consuetudines sint iura, vt patet in definitione consuetudinis, vt per Bar. in l.de quibus. in princip. ff. de legibus. & de statutis in l.omnes populi. in principi. ff. de iustitia & iure. ergo veniunt appellatione iuris. hanc opinionem tenet Antonius de But. in cap. Quintauallis, nume. 49. de iureiurando. Paulus de Castr. in l. ius pluribus. nu. 3. ff. de iustitia & iure, & in l.præscriptione. num. 11. C. si contra ius vel vtilitatem publicam. Ludoui. Roma. in l.post dotem. num. 43. ff. soluto matrimonio. & in consil. 251. num. 5. ita tenet Abb. in proœmio Clementinarum, in principio, & in cap. Cumana. num. 11. de electione, & in c.cum venissent. num. 4. de eo qui mittitur, in possessionem. & in cap. licet causam. num. 2. de probationibus. Præpositus in can. ius generale, j. distinctio. nume. 8. Alexander in d.l. post dotem. nume. 26. Felin. in di. can. ius generale. j. dist. in j. & 2. col. & in dicto c.licet causam. nu. 3. & in c. j. nu. j. de sponsalibus. Ias. in l.omnes populi. in j. lect. nu. 3. & in 2. lectura, nu. 19. ff. de iust. & iure. & in l.præscriptione, nu. 14. C. si contra ius vel vtilitatem publicã. & in nu. 18. vbi in nu. 20. dicit istam esse cõmunem opinionem. Phil. Dec. in dicto cap. licet causam. nu. 20. hanc etiam dicit cõem opinionẽ Crottus in dic. l. omnes populi. in j. notabili. & ibi Baptista de sancto Seuerino in j. col. eandem opinionẽ dicit cõem Clau. de Seyssel. in d.l. ius pluribus. num. 4. eandem opinionem tenet, Rochus de Curte in rub. de consuet. in 6. q. nu. 50. licet, aliqui Doct. quos ipsi referunt, teneant contrariam opinionem. Hanc regulã ampliat, vno modo, & limitat quinque modis Roch. de Curte in d. nu. 50.

Regvla lvii.

ARbitri sentẽtiæ, etiã si sit iniqua, stãdũ ẽ, vt in l. diem. proferre. in §. stare. ff. de arbitris. & in l.qualem, eo. ti.

Limita primo qñ sententia arbitri fuisset lata secundũ voluntatem, & contra cõpromissum, nã tunc esset nulla, per notata in c.dilecta, de rescriptis, & in c.Pisanis. de restitutione spoliatorum. & in l.non distinguemus. in §. de officio. ff. de arbitris. quia omnis potestas arbitrij dependet, è compromisso, in tantum, ꝙ si esset compromissum de iure & processum de facto, non teneret sententia, vt ibi facit lex, diligenter. ff. mandati. cum alijs.

Secũdo fallit si arbiter ferat sentẽtiã pretio vel dolo aduersarij, nã tũc nõ valet nec ei stãdũ est, sed ope exceptionis infringitũ. ita notabiliter tenet Spec. in tit. de arbitro & arbitratore, in §. excipitur nu. 4. vers. itẽ ꝙ corruptus, per tex. in l. 3. in §. j. & leg. ita demũ. ff. de arbitris, & in l.sed & si seruũ, in §. sunt, & alij. eo. titu. & in c. 2. de arbitris. & in c.cũ æternæ. de re iudic. lib. 6. & in cap. accusatores. 3. q. 5. facit, tex. in l.nõ distinguemus. in §. cum quidam eod. tit.

Tertio fallit qñ ius est clarũ, & sentẽtia arbitri continet errorẽ expressum, per notata in l. 2. C. qñ prouoc. nõ ẽ ne-

ceſſe.in c.per tuas,de ſententia excõicationis. per Bar. & Alexand. & Iaſonem in le. cum prolatis ff.de re iudicata. Fely. in c. j. nu.6. de re iudicata.Moderni in l.qui Romæ §.duo fratres, ff.dę verborũ obligationibus Ant. de But. in c. Quintauallis,nu. 42. de iureiuran. & intelligitur expreſſum,ſ.in ipſa ſententia,vt ſi pronunciauit, ꝙ minor, non potuit teſtari contra tex. in l.qua ætate. ff. de teſtamentis,nam ſi non eſt expreſſus error,nõ dicitur arbiter iudicaſſe contra ius cõe,ſed contra ius partis, vt in c.cũ inter,de re iudicata,facit tex.& quod ibi notatur in l. ſi expreſsim,ff.de appęllat.quod notat Bart.in l.is cui bonis ff. de verborũ obligationibus,ita tenet Felinus in d.c.j.de re iudica.nu.9.Quã limitationem amplio procedere qñ arbiter fert ſententiam contra conſuetudinem , nam ſicut nõ valet contra ius,ita neque contra conſuetudinem, cum à pari procedant.ita notatur in d.c.j. de re iudicata,per Bal. in l.2,C.quan.procuratore non eſt neceſſe.faciunt notata per eundem Bal.in rubr. de conceſsione recti ſeud. & ita tenet Angel.Areti.in §.j.Inſtitu.de officio iudicis, de quo vltra eum ibi, & Felinum in d.c.j.de re iudicata, vide doct.in dicta l.cum prolatis,& in d,§.duo fratres.Quã ſupradictam regulam intelligo habere locum in arbitro voluntario,ſecus eſt in arbitro ſtatutario,nam ab eius ſententia appellatur ex diſpoſitione iuris.ita tenet Bar.in l.fi. C.de iudicijs,pro qua opinione eſt glo.in c.à iudicibus.2. q6,6.in c.ab arbitris. de officio delegat.lib. 6.quã opinionem vltra Bar.ibi ſequuntur Salic.& Iaſ.&Iacobi.de ſancto Georg.in d.l.fi.C.de iudi.& ibi Aretinus, qui dicit ꝙ iſta eſt verior & communis opinio.Hanc opinionem tenet idem Bar.in l.j.in fine,ff.à quibus appellare non licet. Iaſon in §.omnium,num.11.Inſtitut. de actionibus, & iſta eſt veriſsima opinio,licet contrarium teneat idẽ Bart. in prima conſtitutione C.nu.4.quem ſequitur Antonius de Butrio in d.c.Quintauallis,num.33.& in c. cum dilectus, de arbitris.Dominicus in d.c.ab arbitris.

REGVLA LVIII.

ARBITER ſententiam non põt ferre de nocte.Hãc regulam probat tex.in Authent de iudibus.in §.ſedebunt colla.6.dum dicit quod vſq; ad veſperas põt iudiciũ reddi,ita tenet Bald. in l.in eos. in fine,C.de appellat.glo. in §. 2. Inſtitut.de verborum obligationibus.ita concludunt Romanus & Iaſon in l.more Roma.num. 12. in fi. ff.de ferijs,dicentes ꝙ arbiter niſi ex cauſa neceſsitatis nõ põt dicere ſententiam de nocte: per legem, ſi de meis, in fine, & legem ſi feriatis,ſecundum vnum intellectum. ff. de arbitris.idem tenet Alexander & Riminaldus Maria, in l.non minorem,C.de tranſactio.reprobato Paul.de Caſtro ibi qui facit differentiam inter ordinarium, & delegatum, & arbitrum.Sed quantum ad arbitros, ſic diſtinguẽdum puto,aut loquimur in arbitro compromiſſario , & tunc dico ſententiam per eum latam de nocte valere: per tex.in leg.diem proferre,in §. ſtari, & in leg.qualem,ff.de arbitris,nam ſicut eidem ſtandum eſt quando eſt iniqua, ratione rei, vel alterius cauſa,vt in iuribus ſupra allegatis, & poſui ſupra in præcedenti regula,ita & ratione temporis argumento tex.in c.primo,de plus petitionibus, & in §.plus autem.Inſtitutio.de actionibus. cum alijs notatis, in leg. j.C.de plus petitionibus. Si vero loquimur in arbitro electo ſecundum formam ſtatuti,cum multum aſsimiletur iudici ſiue ordinario ſiue delegato, vt tenent docto. in l.fi.C.de iudi.& dixi ſupra in præcedenti regula: crederem ꝙ ſicut iudex non poteſt ſententiam de nocte dicere,vt in dicto §.ſedebunt, & notatur in c.conſuluit, de officio delegati. & in d.l.non minorem,& tenet Soci. in regula 359,ita nec arbiter , & ſic noſtram regulam ſecundum ſupra dicta dico debere intelligi in arbitro ſtatutario,& Socinus ibi ponit quinq; fallentias quę poſſunt huic regulæ conuenire,ideo vide eum.

Limita primo,nõ habere locũ quãdocunq; arbiter dedit interlocutoriã ſentẽtiã,nã tunc,licet ſit lata de nocte, tenet per notata per Bal.in d.l.nõ minorẽ,Imol.in l.quod iuſsit.ff.de re iudicata.notatur in ca.auditis,de procurat.

Secundo limita quando arbitri aſſumuntur de iure, & de facto,nam tunc cũ talis ſententia habeat vim trãſactionis,vt dicit Paul.de Caſt.in d.l.more, in fi. dicendum eſt, ꝙ ſicut tranſactio poteſt fieri de nocte,vt in d.l.non minorem,ita & ſententia debeat valere.facit quod notat Iaſ. in d.l.more,numero 12,in 7.fallen.

Limita tertio qñ lata eſt ſententia de nocte ex conſenſũ partium:per notata per Io.And.in additio.ad Specul.in titu.de arbitro & arbitratore.in §. differt.Iaſon & alij in d.l.more,& in d.l.non minorem.Feli.in d.c.conſuluit,notatur in l.pen.C.de pactis,quod procedit ſiue expreſsè ſiue tacitè eſſet conſenſum,vt tenet Iaſon in d.l.non minorem,in ſecunda limitatione.

REGVLA LIX.

ARBITER poſtquam tulit ſententiam,non põt amplius eam retractare.Hãc regulã ponit Specul.in titu. de arbitro & arbitratore,in §. ſequitur,nu.62. Cynus,in l.diuerſa,C. de tranſa.Bal.& Alberi.in l.dicere, in §. vnde videndum.& in l.quid tñ.ff.de arbit. Angel.in conſil.152

Limita primo non habere locũ in ſententia interlocutoria,per notata in l.quod iuſsit:ff.de re iudic. & in l. poſt ſententiam,C.de ſentent.interlo. om. iudici. & in l.j. C. ſententiam reſcindi non poſſe. & in l. ſi opus nouum, ff. de noui operis nuntiat. & in l. fi.in fine,ff.de præto. ſtipul.Innoc.in c.in literis.de offi.delega.& in c.auditis,nu. 2.de procur.& in c.quod ad cõſultationem nu.j. de re iudic. Bal.in d.§. vnde videndum nu.j.Abb. & Cagnolus, in c.qualiter & quando,el j.nu.6.de accuſ.& in c.cum ceſſante,nu.3.& ibi Additionator de appell.

Secundo limita quandocunq; arbiter mutat ſententiã, in cõtinenti,nam tunc valet illa iterata pronuntiatio, per l.ſi ita la 2.ff.dẽ hæred. inſtit. in c. præterea,de teſtib. cogen.ita tenet Speculator in d.§.ſequitur,nu. 62.Quod tñ intelligo verum quandocunq; nõ interuenerit in mutatione ſentẽtiæ aliquod ſpatium,ex quo decerni poſsit ius eſſe quæſitũ parti; & ita intelligo dictũ Baldi, qui contra hanc limitationem tenet in l.qui arbiter in 2,lectura, nu. j.ff.de arbitris,dũ quærit,an definitiua poſsit ſtatim corrigi . pro qua opinione eſt tex. in l.2.C.de ſententijs ex breuiculo recitandis.vbi probatur ꝙ ſtatim lata ſententia ius quæſitum eſt prati, & mutari non põt : & quia poſt latã ſententiã functus eſt officio ſuo,vt in l.iudex.ff.de re iud.

Limita tertio quando arbiter pronuntiaſſet contra formam compromiſsi ita probat text.in d. l. quid tamen, in §.j. vbi hoc expreſſe tenet Lud.Rom. in num.j.notatur, in d.l.dicere,ff. de arbitris.

REGVLA LX.

ARBITER debet arbitrium ſuum ferre partibus citatis.Hanc regulã probat tex.in l.nã ita diuus.ff.de adoptio.& in l.de vno quoq; ff,de re iu.& in l.ſi. n. tres, cũ l. ſeq.ff.de arbitris,in c.ex ratione,de appella.tex.& ibi Bar. & doct.in l.ſi arbitratu,ff.de verborum oblig.

Hãc regulam limita ſeptem modis,vt per Vldari.Zaſiũ in dicta l,ſi arbitratu,nu.33.

REGVLA LXI.

ASCENDENTES ſuccedunt deſcendentibus. Hanc regulam probat tex,in l.nam & ſi parentibus,ff.de inoſ. teſtamento,text.de iure regio in l.6.;& 7,in legibus Tauri,per quas eſt correcta l.4,titu. 12,part.6,& lex 10,titul. 6.lib.3,fori. Circa quam regulam vide notabiliter Arnoldum Ferronium in glo.ad conſuetudines Burdigalenſes, in 3.parte in tit.de teſtamentis §.4.& §.11.Hanc regula ponit Nicolaus de Vbaldis in tract.de ſucceſsio. ab inteſta in 2,parte,in 4.q.nu.7,cum ſequentibus,vbi eam limitat quinque modis,Eandem regulam cum ſex limitationibus ponit Bartholomæus,de Chaſſanço in conſuetudinibus Burgund. in tit. {des ſucceſsions} rubri. 7,§,6.nu j.cum alijs fol.248.col.4.

Secundá vero limitatioñé quã p nit ibi Chassaneus, s.in matre quæ intra annũ nõ petit tutoré, sublimitat sex modis Nicolaus de Vbaldis vbi supra, num. 14. Eandem ipsam limitatiooem ampliat vndecim modis, & sublimitat quatuordecim Ioan. Neuizanis in Sylua nuptiali, li. 2. nu. 53. quam refert & ponit easdem Ampliationes, & limitationes Bernar. de Luco in regula 457

Limita septimò, & primò vltra Chassanæũ, qñ pater fecit substitutionem pupillaré filio suo: nam tunc mater priuatur eius successione, ita probat tex. in l. Papinianus. in §. sed nec impuberi, ff. de inoffic. testa. & in c. si pater de testam. li. 6. & vltra Doct. vbiq; hæc est vera limitatio secũdũ Tiraquell. vbi refert, alios Doct. in legibus Connubialibus, in glo. 5. nu. 60. Arnoldus Ferronius in d. §. 11. Iacobinus de S. Georg. in l. fi. nu. 37. C. de edicto diui Adria. tol. licet contrariũ, & male teneat Ioannes Corasius in l. precibus, nu. 19. C. de impuberum & alijs substit.

Octauo limita in feudalib. vt in c. j. de natura successionis feudi. in vsib. feudorũ & quæ dicã in sequenti regula.

REGVLA LXII,

ASCENDENTES in feudalibus non succedũt descendentibus, hãc regulã probat text. in c. j. in prin, de natura succes. feudi. De iure Regio tex. in l. 7. tit. 26, part. 4. Circa quã regulã vide notabiliter Maturinũ Montanũ, in Authentico, de hæredibus ab intesta, venientibus, collat. 9, pagina 64. cum duabus sequentibus,

Hanc regulã, vbi eã quadrupliciter limitat, ponit Bartholom eus de Chassanæo in titul. { des successiõs } Rub. 7. §. 6. fol. 251, col. 3. nu. 3. cum alijs. quas limitationes ad literã ante eum posuit Franciscus Curtius iunior in tract. feudorum in secunda parte tertiæ partis principalis, q. 17. nu. 42, cum sequentib is pagina 278,

REGVLA LXIII

ASSESSORI ante finé officij salariũ nõ debet solui, Hanc regulã ponunt Bal. Pau. de Ca. & Alex, in 2. notabili, l. dié functo, per tex. ibi. ff. de offi. assessoris, facit ẽt tex. in l. si seruus cõis meus castrensis, ff. de stipula. seruo. vbi probatur q ibi salarium debetur pro mercede laboris, tunc in fine tantum debet solui.

Amplia primo, idẽ esse in medico, ita probat glo. in le. vnica, in verbo, consequantur, C. de suffr. & ibi Bal. in 8. q. vbi probatur q medicus non debet habere salarium ab infirmo, nisi cum sanus fuerit, idem tenet Bar. in l. j. in §. diuus, nu, 16. ff. de var. & extraordin. cognit. pro qua opinione est tex. expressus & ibi Bar. expressẽ eũ ad hoc notat, in l. archiatri, C. de profess. & medic. lib. 10. ita tenet Iason in l. si tripli, nu. 56, Instit. de actionib, & vide Fel. in c. presbyterum, nu. 4. de homicidio,

Amplia secundo idem esse in aduocato, ita ita ponunt Doct. in locis supra dictis, in prima ampliatione. facit tex. in l. quisquis, C. de postulando. quod etiam tenet Iason in d. l. diem functo, nume. 11

Hanc regulam limita quatuor modis, vt per Franciscũ Purpuratum in Rub. ff. de offic. assessoris. num. 189. Et circa quartã fallentiã ibi positã per eũ, scilicet, q si ante terminum potestas decessit, & per assessorem non stetir illo casu integrum salarium assessori debetur. ita probat tex. & ibi Pau. de Cast. & Ias. in tertio notabili, in d. l. dié fun. & quia ista est quæstio necessaria & difficilis, omissis fundamentis quæ in hac opinione solent pro vtraque parte adduci, dico ei salarium deberi si est promissum: & si datum est, non competere repetitioné, ita probat text. in l. qui operas. ff. locati, vbi dicit tex. qui operas locauit, totius tẽporis mercedem debet habere, si per ipsum nõ stetit quo minus operas præstet, idẽ probat tex. in l. j. §. diuus, ff. de varijs, & extraord. cognitio, & in l. pen. & finali, ff. de cõdi. ob cãm, & in l. 41 & in l. si quis, C. de principib. agentiũ in reb. li. 12, & in l. fi. C. de domesticis & protectoribus, li. 12, & vltra Bar, in d. §, diuus, nu. 53. ita tenet Innoc. in c. propter sterilitaté, & ibi Io. de Imol. nu. 13. vbi dicit cõiter Legistas ita tenere. Eandé opinioné dicit esse cõnem Ias. in d. l. dié functo, nu. 36. Philipp. Decius in cõs. 70, nu. 2. Guido Papa in decisio. 512. Ludouicus Bologninus notabiliter in cons. 71. Eandem opinionem dicit etiam esse cõem Franciscus de Ripa in tract. de peste, in parte, de priuilegijs contractis in cã pestis. nu. 114. Eandé opinionem dicit etiam cõem, vbi latissimè eam examinat Laurentius Syluanus in consil. 28. nu. 17. & 18. & 20, quæ opinio probatur hodie de iure Regio per tex. in l. 4. tit. 35. partita 2. Et est etiã pro ista opinione glo, & expressa & cõiter approbata in d. §. diuus, in verbo, repeti, in medio.

REGVLA LXIIII,

AVDIENDVS nõ est qui sine actione experitur, reo repugnante & inuito. Hanc regulam probat tex. in l. si pupilli. in §. videamus, ff. de negotijs gestis, & in l. si quis possessor. in §, pen. ff. de petit. hæred. & in l. quoties. in §. j, ff. de administratione tutoris,

Hanc regulam per supra dicta iura, vbi eã limitat quinque modis, ponit Zasius in l. si Titius, nu. 7. cum sequentibus, ff. de verborum obligatio.

REGVLA LXV.

AVTHORITAS qñ requiritur non sufficit simpliciter cõsentire, sed sicut verbũ sonat, debet expressè authoritas præstari. Hãc regulã probat tex. in l. j. in § mutus ff. de tutelis, vbi mutus tutor dari nõ põt, Ratioñé reddit ibi tex. quia authoritaté prebere nõ potest, idẽ probat glo. in l. 3. ibi Bartho. & alij ff. de author. tut. Hanc opinionem regulæ dicit esse cõem Franciscus Aretinus in l. gerit, nu. 7, ff. de acquiren. heredit. & circa eandem regulam vide notabiliter Syluestrum, in §, tutor autem, per totũ, Instit. de authoritate tutorum,

Hanc regulam, vbi eã notabiliter examinat, ponit Tiraquell. in legibus conditionalibus, in glo. 3. in princ. vsque ad numerum 16. & à nume. 56. vsque ad numerum, 39. eam limitat octo modis.

REGVLA LXVI.

AVTHORITAS doctoris solũ est probabilis & nõ necessaria, Hanc regulã ponit Bar. in l. j. nu. 2. ff. si certum peta. per tex. in l. j. C. de professor. & medicis qui in vrbe Constantinopolitana, li. 12. & per notata in l. j. C. de legib. & in l. si de interpretatione, ff, eodem tit. quã opinionem Bar. dicit esse cõem Franciscus Curtius iunior, in consilio 536. num, 8. & in consilio 160 numero 4.

Hanc regulã amplia tripliciter, & limita duobus modis vt per Franciscum Purpuratum in d. l. j. à nu. 134, vsq; ad numerum 540, ff. si certum petatur,

REGVLA LXVII,

AVTHORITATE propria nulli subdito Regis competit ius sibi dicere. Hanc regulã probat tex. in l. si quis ĩ tantã, C. vnde vi, in l. extat, ff. quod metus, cã ĩ l. nullus, & ibi gl. C. de Iudæis, in l. vnica, C. ne quis in sua cã ius sibi dicat, & in l. Iulianus, ff. de iudicijs. De iure Regio ẽ text. in l. x, tit. 4. part. 3, & in l. 2, tit. 14. lib. 3. ordinamenti. Circa quam regulam vide Franciscum de Ripa in c. sæpe, nu. 68. de restit. spoliatorũ, Hippolytũ de Marsilijs in singu. 267, Hierony. Cagnolũ in l. nõ ex singulis, nume. 2. cum sequentibus, ff. de regulis iuris, Decium in c. cum venissent, numero, 45 de iudicijs.

Hanc regulam, vbi etiam limitat septem modis, ponit Socinus in regula 34,

Limita viginti modis, vt p Antoniũ de Tremolijs ĩ additionib. ad practicã Huberti ð Bonacursu ĩ Rub. 9, quibus mo. examen ordinarij iudicis declinat, fol. 54. col. j. in fi. in additione ad numerũ, 3. cum sequentibus, Eandem regulã ponit, vbi eam limitat vno & viginti modis Mathæ. de Afflic. in cõstitutionibus Neapolitanis lib. j. Rub. 8. nu. 14, vsq; ad numerum 47. Eãdem regulam ponit idẽ Matthæ. de Afflictis, vbi eam limitat octo & triginta modis, in ca. j. numero 43. vsque ad numerum, 93. de pace iuramento firmanda, in vsibus feudorum.

REGVLÆ BARTHOLOMAEI SOCINI.

De Littera B.

REGVLA LIIII.

BANNITVS ex forma statuti in territorio bánientis nihil acquirere potest etiam per subiectam personam, vt seruum vel filium, not. Angel. & Mod. & Ludo. de Roma.in l. Antistius.§.fi. ff. de acquir. hæred.

Primò fallit vbi ista acquisitio sit potius odiosa quàm fauorabilis, quia tunc poterit acquirere l.si quis solidum, & hoc ibi ponit Bal. ff.de hære.instit.& hoc tenet glo. in l.2. §. nemo.de capi.dimi. quæ etiam dicit ꝙ licet bannitus desinit esse ciuis, vt l.manumissione, §.qui deficiunt. eod. tit. & l. fi.de leg.2.& ibi plene.non tamen desinit esse in eius odium.

Secundò fallit, nisi ipsi bánito seu eius seruo sit aliquid relictū, cum hoc vt vendat, quia tunc non obstante statuto valet ista acquisitio.ponit Bal.in l.cum quęstio.in fi. C. de leg.adde glo.& Io.Andr.in c.super.in verbo, domini num, de reli.do.in 6.dicentemꝙ licet ordo minorum nō possit sibi aliquid acquirere, tñ ei relinqui pôt cū hac cōditione, vt debeat vendere. & hanc fallent. probat Ludo.

Tertio limita nisi acquisitio facta ipsi bànnito resultet in fauorem reipublicæ aut ciuitatis, nam si resultet in fauorem talem, acquirit nihilominus: vt nota. Bart. in l. si quis contrarijs. ff. ad Velle. per illum tex. & in l. in cogitatione, eod. titu.

Quartò fallit in acquisitione dominij consistentis, in mero facto, quia illa rōne non obstante pôt acquiri. hoc eleganter dicit disputasse Bal in l.2.in fi.suorū responsorū ff.de iur. om.iud.allegat tex.in l.j.§.vxori.ff.de acquiren. possessione. has fallentias ponit Ludouicus in d.l. Antistius.§.in liberis.præal.in princip. regulæ.

REGVLA LV.

BARATARIA [a] seu simonia committi dicitur, cum præmium ludici datur, etiā si iudex iustam & bonam sententiam ferat.l.3.in princ.ff.de condic.ob causam & 11.q.3.c.licet cum simul.

ADDITIO.

[a] *Barataria. Quid autem sit barataria. vide Bald in consilio 21. in 5. parte.*

Primò fallit nisi qui daret pecuniā iudici ꝙ sibi nollet facere iustitiā nisi percipiat pecunias secundū debitū salarij sui, & det pecuniā illam iudici corā testib. & corā notario palā & publicè [a] nō aūt secrete quia tunc & isto casu non diceretur corruptela, nec poterit puniri de barataria vt vult singulariter Arch.11.q. 3.quæ rectè & Bal. in c. fi.extra de appell.& ita alias fuit iudicatum in ciuitate Mediolanēsi ī fauorē cuiusdā iudicis, qui taliter receperat, pecunias publicè, quod not.perpetuo, & nō vtaris ad masū. Et iō cautela est ꝙ qñ iudex nō vult facere iustitiā nisi percipiat pecunias, quod ei des pecuniā palam & publicè corā testibus, quia ei impunè poteris dare pecuniam.

ADDITIO.

[a] *Et publicè. Et hoc idem tenet Fely in c.tua nos.post princ. in ver, extra glo.in fin. ver: de simon.*

REGVLA LXVI.

BENEFICIVM principis in pręiudiciū tertij debet strictè ītelligi nō latè, Ias.ī l.fi.ī fi.C.si cōtra ius vel vti pu. cū cōcor.quæ latè cōgerit Fel.in c.cām.col.9.cū 3.seq. de rescr.& ē tex.ī c.super eo.& in c.ex parte. de offic. deleg.

Istā regulā amplia, vt procedat etiā si de modico præiudicio tractet, secundū Fel. in c. cām quæ in 9.col.de rescri.ad quod bene faciūt not.in l.si.io infra, de in inte.rest. & quæ ad illius intellectū ponūt Mod.in rub.ff, sol.mat. licet Io.And.in c.tua.extra de verb.sign.& Innoc.in c.cū dilecti.extra de donat. cū quo ibi videt trāsire doctores, maxime Inno.velinr cōtrariū, sed respōsio patebit ex his quæ dicentur in prima limitatione huius fallentiæ.

Secundo ampliat Fel.in d.c.causam quæ vt procedat ēt si tale beneficium cōcedatur motu proprio, de quo latius per eum.post Host.in c.causam, extra de testi.& in c.cæterum.in 6. col.in primo c.nonnulli.in princ.in 14.col. versic. fallit tertio. extra de rescrip.

Tertio amplia vt procedat etiam si sit concessum tale beneficiū minori vel alteri priuilegiato.tex.est in l. impuberi.infra de admin.tut.per quē ita dicit Bar. in l. idemq; infra, qui po.in pig.hab.& sequit do.Ias.in l.fi.ff. de cōstit. prin.bene facit tex.in c.ex tenore.extra de foro compet.

Quarto amplia vt procedat etiā si ex parte eius cui cōceditur contineat fauorē: nam nedū non extenditur quo ad eum, cuius præiudicium tangit, sed nec etiā quo ad eū cuius fauorem concernit: vt expresè vult Bar.in d. l.liberos de verb.signific.per l. si nepotes.& ff.de testam.tute.

Quinto amplia, vt procedat, etiam si ex post facto incidat præiudicium alteri, tex. est & ibi notant doct.in l. ex facto, in princ.infra, de vulga.& pupil.

Sextò & vltimò amplia vt procedat, etiam si tale beneficium sit speciale, & tractetur de præiudicio habentis indultum generale: vt pulchre declarat Bal.in c. ex tenore. circa medium, ęxtra de rescriptis.

Primo fallit nisi appareat de mente principis velit, ne præiudicare tertio, puta quod dicit non obstante pręiudicio tertij. per text.in lege. 2. §. merito. & §. si quis à principe.infra, ne quid in loco publico, & intelligo hoc ī casib.in quib.princeps pôt pręiudicare, puta vbi tractatur de modico præiudicio, iuxta glo. in l.nec auus, C.de emācip.libe.& in l.sed cū hæredem infra ad Trebel.

Secundo fallit qñ beneficiū cōcerneret præiudiciū rei publ.ita procedit tex.in l.si aliqñ.C.de ope. pub. secundū Ang.in l.fin.de consti.prin.& idem vult Panor.post Ioā. And.in c.2.in vlt.col. de immunit.ecclef.& ad hoc multa adducit Fely.in cap. causam quæ in 11.col.ver. quinta declaratio.de rescriptis.& ista fallētia est indubitabilis attēta præcedenti fallentia, vt declarat Iason in d.l. fin.

Tertio fallit qñ tale beneficium concederetur ad supplicationē partis secundū Ang.hic per l.si aliquādo & sequitur dñs Ias.allegans Io.And.& Pau.in d.c.2. de immn. ecclef.quod qualiter intelligatur dic.vt ibi per Mod.

Quarto fallit qñ princeps concederet non solita cōcedi: ita pôt intelligi d.l.si aliqñ.secundū Ang. & Mod.in d.l.fi. bene faciunt quę dixi in l.more, in materia pręscriptionis meri imperij.& in l.imperiū.circa 8.col.ī illa q.an regalia veniāt in generali cōcessione.ff.de iur.om.iudic.

Quinto fallit qñ tale beneficiū includeret plura specialia, secundū Bal.in d.l.fin.de const.princ.in prima lect. in 2.col.per l, si quando.in prin.C.de inof.test.subijcit tñ postea ipse Bal. ꝙ illa l.non loquitur in beneficijs, sed in priuilegijs: vnde in priuilegijs adduceretur hæc fallentia.

Sexto fallit intelligi de bñficijs ꝓpriè & strictè, pront declarāt Bar.& doc.in d.l.fi.secus aūt ē in rescriptis ad bñficia ecclesiastica, quia illa tāqnā ambitiosa sūt restringenda, c quāuis, el j.de præb.ī 6.facit bōa gl.ī c.quāuis el.2.eo. ti.& lib.& ita declarāt Bal.Alb.& Mod.& Fel.ī d.c.cām q̃ in 6.co.ver.7.declarādo.& ī c.Rodulph. in 6.col. eod.tit.

Septimo fallit qñ beneficiū esset cōcessum ex certa cā, quia restringitur ad illam cām, l.2, §.capitis debilitas infra de vaca.mune.faciunt multa quæ ponit Fel.in c.cū ordinem de rescript. de quo mentionem facit dict. Clau. in rub.de ope. no.nun.vbi dicit quasdam quotas alias, quibus addo Paul. de Cast. in l. seruitutes, §.j. de serui. vrba.

prædio,

prædio. Alex. in l. sed si plures. §. in arrogato. in prima col. infra, de vulg. & pupillari.

Octauo fallit quando qualitas personæ repugnaret, per tex. & quod ibi not. Ang. in l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & ha. ad quod multa ponit Fely. in d. c. causam quæ. in xj. col. versic. quibus adde etiam Barba. in cons. 5. in 2. & 3. char. in j. volumi. benefacit quod dicit Bald. & eum sequentes Mod. in c. j. §. generali. in tit. si de feud. fue. contro. in vsibus. feud.

Nono fallit quando materia subiecta aliter suadet, nam debet intelligi secundum materiam subiectam. ar. l. si vno in princip. ff. loc. cum concord. & est de mente Fely. in d. c. Rod. in 7. col. ad quod adduco decisionẽ Panor. in c. du dum. el 2. circa fi. extra de elect.

Decimo fallit ꝙ debet fieri latissima interpretatio, scilicet quæ ex verbis concipi potest. de hoc est gl. not. quã ibi sequuntur Doct. maxime Butrius in c. fi. de translat. epi. bene facit tex. in l. Gallus. §. j. ibi qui ex verbis concipi possit, & ibi ponderaui. ff. de lib. & posthu. in gloss. fin. ibi quia vero verisimile. ille § loquitur in priuilegijs, secundum omnes.

REGVLA LVII.

BONA restitutioni fideicommissi subiecta regulariter alienari non possunt l. fi. §. sed quia. C. commu. de leg.

Primò fallit, quia licet in totum non possint alienari, tamen vsque ad Falcidiam bene possunt, & tunc in Trebellianicam computantur, vt in l. Marcellus. §. res quæ ab hærede. ff. ad Treb.

Secundo fallit vbicunque alienantur ex causa necessaria, vt quia res essent steriles, aut quæ seruando seruari nõ possunt, vt tenet glo. in d. §. res quæ,

a Tertio fallit pro dotibus [a] constituendis, quo casu permissa est alienatio: vt in auth. res quæ. C. cõmu. de legat.

ADDITIO.

a *Pro dotibus. Vide supra in regu. 12. & quod ibidem diximus fuit. Bened. Vad.*

Quarto fallit in causa alimentorum ipsius hæredis grauati, propter quæ alienatio permittitur: vt firmat Bar. & magis communiter doct. in d. auth. res quæ. licet glo. ibi & male contrarium dicat.

Quinto limitatur, nisi ille, cui res erant obligatæ restitutioni, dedit licentiam hæredi grauato vt possit eas alienare vel consensit alienationi factæ per hæredem grauatum: quia tunc dicta alienatio de iure valebit, siue scienter siue ignoranter consenserit, & ideo non poterit fideicommissarius petere pretium d. rei alienatæ. ita sing. decidit Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obliga. in d. q. quod est menti tenendũ, & ratio illius limitationis est, quia ille, qui consentit alienationi, dicitur alienare, vt in lege j. C. si aduer. dona. & ibi not.

Sexto limitatur vbicunque filius hæredis defuncti esset captus ab hostibus; quia tunc hæres grauatus poterit, ipsum de dictis bonis redimere si non haberet alia bona. allegatur ad hoc gl. singula. 1 1. q. ne 2. in cap. sacrorum.

Septimò limitatur quãdo hæres grauatus propter eius delictum fuisset captus & condemnatus, quia tunc ipse b hæres poterit ipsa bona alienare [b]. ita tenet Raph. fulg. in d. auth. res quæ. estq; motus ex præsumpta mente parentum. arg. l. isti quidem. ff. quod met. cau. & l. vtilitatem. & l. confirmando. ff. de confirman. tut. & l j. ff. de re. eorum per quod vlti. not. per eum ꝙ executores testamenti ad erogandũ aliquid in pios vsus, possunt erogare pro redemptione carceratorum vel captiuorum pro delicto, vt not. Bal. & Imo. in l. quamuis. per illum tex. ff. sol. mat. & not. Bal. in auth. similiter. C. ad l. Falc. §. j. bene facit quod not. glo. in d. c. sacrorum. 12. q. 2. quæ vult ꝙ dispositio d. c. & l. sancimus. C. de sac. sanc. eccle. permittat alienari bona ecclesiæ pro redemptione captiuorũ, & extẽdatur etiam ad eos, qui sunt pro debito capti. & illa gl. allegat bona iura. & illam glo. sequitur Bald. in princip. C. de sac. san. eccle. nec obstat quod nemini culpa sua debet esse ꝓficua: quia verum est qñ est ordinata ad illud: quia tunc non est sibi proficua, alias secus, vt patet in l. 4. in princi. ff. si quis cau. & not. Bal. in l. 2. §. si vero non audiens. ibi dum dicit vel foret relegat. sed Ang. in d. §. res quæ ab hærede. quem sequitur Imola. ibi, & Ludouic. de Rot. tenet contrarium propter suum delictum, & nihil alleg. adde quod idem videtur Bal. velle in authentic. contra legatos. C. ad Treb. in duobus locis. videlicet in vers. vlt. quæro, & ibi not. per glo. fin. ibi eam approbat Cyn. dũ Bald. exponit vestrorum. i. captiuorum. & pro hoc facit, quia delinquens perdit priuilegiũ à lege sibi concessum. l. sed si ex parte. §. quanquam. ff. ꝙ cum eo. & l. etiam. §. j. ff. solu. mat. & l. sed hoc ita. ff. de rei vend. & l. fi. §. fi. cũ ibi not. ff. de his quæ in frau. cred. & pen. ff. de iure do. & istam partẽ Sali. ibi tenet in d. auth. res quæ argu. l. siue hæreditaria negotia. ff. de neg. gest. ibi, dum tex. dicit. siue vitio. &c. Prima tñ opin. in puncto iuris videtur verior, & dicit præceptor meus do. Alex. in d. auth. res, quæ ꝙ si quis vellet sustentare opinionẽ contrariam, posset dicere ꝙ agitur de præiudicio tertij, vt in casu nostro, vt quia agitur de præiudicio fideicommissarij, tunc procedat opi. Ang. & sequaciũ sed vbi agitur de præiudicio alicuius, siue de auferẽdo tertio suum ius eo inuito, tunc procedunt not. in d. c. sacrorũ, cum concor. superius alleg. Et retenta hac præcedenti opinio. pro vera posset limitari vt supra dictum est, videlicet quod vbicunque filius hæredis grauati esset ex debito carceratus, & ex statuto caueretur, patrem teneri, ad soluendum condẽnationem pro filio, tunc videtur patrẽ posse alienare bona pro sua redemptione necessaria, cum sit tunc eadem ratio quæ est in dote vel donatione propter nup. quoniã tunc alienatio dicitur necessaria & permissa. d. auth. res quæ. & in glo. d. §. pro hærede. vbi autẽ esset quis carceratus seu captus non ex delicto, tunc determinat Bar. & Bal. ibi, in d. §. res quæ. permissam esse alienationem: bene facit l. quamuis. ff. solu. matrimonio.

ADDITIO.

b *Alienare. Vide Bald. in auth. contra cum rogatus. ad Treb. & in consil. 176. in 2. volumine.*

Octauo fallit dicta regula in casu valde singu. l. fin. §. fi. ff. de leg. 2. qñ habens iustam causam ignorantiæ fideicommissi circa res restituendas, & per fideicommissum, res alienari prohibitæ alienatæ fuerint bona fidei emptori, quia tunc valida est alienatio: vt ibi dicitur.

Nonò fallit vbicunque res prohibita alienari, esset tempore peritura, quia tunc non obstante prohibitione testatoris nihilominus poterit alienari, vt est tex. sing. in l. pro hærede. ff. de acquiren. hæred. vbi Bald. & Ludo. de Roma ad hoc not. illum tex.

Decimò fallit, quotiescũq; res esset per fideicõmissum conditionaliter relicta, & conditio esset in potestate fideicommissarij negligentis eam adimplere. ita tenuit Ioãnes de Imo. in l. qui hæredi, §. si pars, per illum tex. cum gl. ff. de cond. & demonst. qui reputat notab. & sing. ad limitationem singul. dicti §. sin autem. C. cõia de lega. cogita tñ an si verũ. Aduerte tñ pro intellectu illius sing. tex. ꝙ. Ioannes de Imo. ibi, & in l. quidã ita. §. si quis filiũ. ff. ad Velleia. limitat illũ tex. procedere in fideicõmisso. vniuersali. prout loquitur dictus. §. sin autẽ. secus secundũ eũ, si res specialiter per fideicõmissum esset relicta, vt no. per glo. in l. fideicõ. de manu. test. itẽ quia decisio d. §. est exorbitans à reg. iur. cõis posita in d. §. sed quia. ergo nõ debet extẽdi ad alios, in l. si vero. §. de viro. ff. solu. matrimonio.

Primò nota plures limitationes ad l. fi. §. fi. ff. de lega. 2. vbi dicitur, qñ hæres habet ignorantiam ꝙ certæ res per fideicõmissum alienari prohibeantur, & alienauit ꝙ valida est alienatio. nã limitat eã plurib. modis, vt ibi dicitur. sed Pau. de Ca. in d. §. sed quia multũ. laciés mẽtionẽ de Imo.

REGVLA LXIII.

Beneficia principum sunt latissime interpretanda: vt in c.cùm dilecti.de donat.& in l.fi.ff.de constit. princ.& in ca.olim.de verb. sign.facit l.fi.circa medium. C.de præposi.agent.in reb.lib.12.

Limita sex modis, vt per Ias.in d.l.fi.ff.de constitutio. princip.in col.6.& 7.

REGVLA LXIIII.

Bonvs quilibet præsumitur.cap.fin. de præsumpt. cum simil.c.1.de scrutin.

Limita hanc regulam quatuor modis, vt per Feli.in c. cùm in iure.de offi.deleg. quas adde ad Socin. qui posuit vnicam tantùm ampliationem.

REGVLÆ D. PETRI DVENAS.

De litera B.

REGVLA LXVIII.

Bannitvs ex forma statuti potest impunè occidi. Hanc regulam ponit Bart.Bald.Ias. & Philippus Dec.in l. vt vim.ff.de iustit.& iure.Ratio est, quia bannitus est transfuga & hostis ciuitatis: vt in l.amissione in §.1.ff.de capitis diminutione.Hostis autem ciuitatis potest impunè occidi: vt in le.1.ff.de sicarijs.& in l.minimè.ff. de religio.& sump.fune.Hãc opinionem tenet Bart.in l. vbi pactum.C.de transact.& in l.1.C.quãdo liceat vnicuiq; sine iudice se vindicare.Abb. in c.fin. de consuetudine.Feli.in c.quæ in ecclesiarum.numer.5. de constitutionib.Ias.in l.omnes populi. in repetitio.nu. 46.ff.de iustitia & iure.Hippolytus in l.j.ff.de sicarijs.& & in singul.150.Marcus de Mantua in consi.206.nu.1. Matth.de Afflict.in constit.Neapol.lib.2.Rub.3.per totum.Catellianus Cotta in Memoralibus iuris, in verbo, statuta ꝙ bannitus. circa quam regulam vide etiam nobiliter Ioa. Igneum in l.3. in §.si ex stipulatore.nu.70.ff. ad senatusconsultum Syllanianum.

Hanc regulam ponit Bernardus de Luco in regul.58. vbi refert Ias. qui eam limitat quinq; modis, vbi suprà in d.l.omnes populi.& Felinum qui eam limitat nouè modis, in d.c.quæ in ecclesiarum.

Quam regulam vltra eos amplia primò procedere in occidente bannitũ ignoranter: quia ignorabat eum bannitum esse.ita tenet Bart.in l.inter omnes.in §.rectè nu. 4.ff.de furtis.& in l.genero.per illum text.ff.de infamib. Alex.in 1.volumi.suorum consiliorum, consi.114.nu.4. Hippolytus in practica criminali, nu.3.& in l.1.nu.69.ff. de sicarijs.& in consi.55.num.6.Nellus in 2.part.2.temporis.q.25.nu.25.in tractatu bannitorum.

Amplia secundò in occidente bannitum qui erat rebannitus, non tamen adhuc erat cancellatus de banno: nam occidendo eum punitur.ita tenet Paul.de Cast.in l. si de eo.ff.de acquir.poss.Bald.in l.Labeo.in fi.ff.de pact. Alex.in d.consi.114.nu. 5. Hippolytus de Marsilijs in l. 1.nu.70.ff.de sicarijs.& in practica criminali, in §. aggredior.num.4.& in consi.55.num.7.

Tertiò amplia si bannitus fuisset indebitè cancellatus à banno, occidens eum non punitur sicut si non fuisset cancellatus: ita tenet Bal.in c.1. in princip. hic finitur lex Corradi.in vsibus Feudorum.Bart.post Rayne.in l.si cũ seruum.ff.de donat.inter vir. & vxo. Cepola notabiliter in consi.7.nu.1.cum sequentibus, in consilijs criminalibus.Nellus in tract.bannitorum in 1.parte tertij temporis.q.3.nume.3. Hippolytus in l.1.num.71.ff.de sicarijs. & in singulari 340. & in practica criminali, in §.aggredior.nu. 5.vbi dicit ꝙ dicitur iniustè cancellatus si nõ apparet causa cancellationis, secundum Bald.in ca.cùm super.nu.18.de re iudicata.& in l.si non sortem.in §.adeo. ff.de condict.indebi.& in l.si pręses.in fi.C.quomodo & quando iudex.idem Hippolytus in d.consi.55.nume.5.

Quartò amplia vt etiam procedat si statutũ dicat simpliciter bannitum offendi posse, licet non dicat occidi: nam occidi potest.ita tenet Ioa.Andr. in additionibus ad Speculum.in titu.de constitu.in additione finali, in fine. Raynerius & Barto.in le.3.in §.fin. ff.de alimentis & ciba.lega.Albe.in prima parte statutorum.q.5. & 8.Nellus de sancto Geminiano in tract. bannitorum, in 2.parte. 2.temporis.quæstio.7. versic. examinatis quæstionibus. Paulus de Castr & ibi Florianus in l.binas ædes nume.4. ff.de seruitut.vrba prædio.Paulus, Alexand.& Ias.in leg. in suis.ff.de liberis & posthumis. Hippolytus in le.1.nu. 37.C.de raptu virgi.

Quintò amplia etiam si bannitus notificasset occisori cancellationem factam à banno: nam non teneretur credere ipsi bannito, nisi ostenderet publicũ instrumẽtum cancellationis & gratiæ.ita Bar.quem sequitur Ias. ibi in l.non solùm.§.morte.ff.de noui operis. & ibi Anto.Rubeus, nu.64.Marianus Soci. Iunior in cons.58.nu.12.volu.1.Hippolytus in l.1.nu.72.ff.de sicarijs.

Sextò amplia in bannito occidente alium bannitum. nam pôt impunè occidi.ita Bal.in l.cùm mulier. num.4. vers.statuto cauetur.ff. solu.matrimo.& ibi Alex. Hippolytus in practica criminali, in §.aggredior.nu. 53.Feli.in c.cum duob.de senten.excommunicationis.

Septimò amplia in occidente bannitũ qui iniustè bannitus erat: nam propter bannum, etiam si esset iniustum, excusatur.ita tenet Dinus in l.pen.ff.de adulterijs.Barto. in lege, ex hoc rescripto.ff.de ventre inspiciendo. & in l. siue vxor.ff.de donationib.inter virum & vxorem.& in le.3.§.si seruus.ff.de acquir. posses.Cin. in Authentica, si vxor.C.de repudijs Bald.in l.1.C. de pœnis.& in le.1.ff. solu.matri.Ang.in l.quis sit fugitiuus.in §.item apud Labeonẽ.ff.de ædili.edict.Bar.in l.2. in §.hæc actio.ff.de vi bonorum raptorum.idem Bart.Alex.& Ias. in le.4.in §. condemnatum.num.34.ff.de re iudicata.& in l.3.in §.si seruus.nu.8.ff.de acquir.possessione. Cæpola in consi.7. nu.7.in consilijs criminalibus. Sebastianus Vãtius in tracta.de nulli.sententiarum in rub.&.quoties & intra quod tempus de nullita.agi possit.pagi.90. nu.44.

Octauò amplia etiam si quis occidat filium, aut patrẽ, aut dominum bannitum, vel fratrem, non punitur.ita Bar.& Alex.ibi, in additionib.in l.si adulterium cum incestu.§.liberto.ff.de adulte. Feli.in c. qui in ecclesiarum. nu.5.de consti.Hippolytus in le.vnica.nu.20.C.de raptu virgi.idem Hippolytus in consi.119. num.18.Ias.in d.l. omnes populi.num.47.Hippolytus in le.1. in §.præterea.ff.de quæstio. Eandem opinionem sequitur Gerardus de Petra Sancta in singul.2. pro qua opinione facit quod notat Marcus de Mantua in l.veluti.ff.de iusti.& iure.Contrariam tamen opinionem tenet Ange. in d.§.liberto.& in Auth.de incestis nuptijs.in princ.num.1.colla.2.Eandem opinionem notabiliter examinat & tenet contra Bart.Ludou.Gome.in d.§.rursus. num.22.quam opinionem sequitur & allegat plures doctores eam tenentes tanquam humaniorẽ & tutiorem Bartholmæus Cæpola in consi.5.num.26. in consil.criminalibus.Nellus in tractat.banni. in 2. parte secundi temporis, q.10. num.10.quam intellige & declara, vt in finali limitatione huius Regulæ.

Amplia nonò non occidendo bannitum, sed etiã non bannitum, verùm de proximo banniendum.ita Ias.in le. quamuis num.7.C.de inoffi.testa.& in Auth.si qua mulier.

lier.C.de sacrosanctis ecclesijs.nu.23.Hippolytus in l.1. nu.74.C.de raptu virgi.& in consi.97.

Hanc regulam sic ampliatam vltra Iasonem in dict.l. omnes populi.num.45.vbi limitat eam quinque modis: & Felinum in dict. c.qui in ecclesiarum.vbi limitat eam nouem modis.

Limita primò secundum Iasonem in d.le.omnes populi.num.46. quod tale statutum non valet de iure Canonico,nec procedit,dato quòd de iure ciuili valeat.ita tenet Hostiensis & cæteri Canonistæ in ca.fin. de consuetudine.quem refert & sequitur Bald.in l.1.num.9.C.si à non competente iudice iudicatum esse dicatur.

Limita secundò non procedere in foro conscientiæ; quia iste occidens bannitum,etiam si faciat ex forma statuti,peccat:& in foro poli non est excusatus, maximè si hoc non facit respectu reipublicæ & animo exequendi statutum,sed animo fundendi sanguinem humanum.ita tenet Ioan.Andræ.in rubri.de constitutionibus.Sanctus Thomas 2.2.q.64.Bald.in le.vt vim.ff.de iustitia & iure. Alberic.in 4.parte statutorum.q.19. Feli.in c.qui in ecclesiarum.num. 14.de constitu. Pro qua opinione est gloss. in cap.inter hęc.33.q.2.vbi probatur quod licet maritus defendatur à pœna homicidij propter adulterium vxoris: vt in le.Gracchus.C.de adulterijs.non tamen defenditur à pœna æterna:vt in d.ca.inter hæc.& ita per illum text. tenet Abb.in repeti.c.cùm esses.num. 16.de testa.Feli.in c.1.num.2.de præscriptionibus.Fortunius Garcia in tractat.de vltimo fine iuris canonici & ciuilis.illatione 11. Ias.in l.vbi pactum. numer.16.C. de transact.copiosissimè Ioan.de Neuizanis in sua Sylua nuptiali, lib.1.num. 85.Ludou.Gomezius in sua Instit.de actio. Andræ.Tiraquel.in 9.l.connubiali.num.4.& ex Theologis idem voluit diuus Thomas in 4. sententiarum,distinct.37.q.2.articul.1. & ibi Richardus & omnes doct. Astensis in lib.8.suæ summæ,tit.2.art.4. Robertus Holcot in commentarijs in Sapientiam Salomonis, lecti.42. Angel.in Summa , in verbo, homicidium.el 1.§.6.& in verbo,vxor.in §.4.& ante eos hoc tenuit diuus Augustinus in lib.2.de adulterinis coniugibus.c.14. & sequenti.Imò fortius etiam in foro fori non excusatur secundū Felinum in c.ecclesia sanctæ Mariæ. num.42.de constit. Gomezius in d.num.62.& sic supra dictum statutum & leges quę permittunt vindictam,cùm agatur de peccato in eis non valent nec tenent,sed attenditur dispositio Canonum:vt in c.fi.de consuet.& c.nouit.de iudicijs.in ca. per venerabilem. qui filij sint legitimi. & ita notabiliter concludit Rochus de Curte in tractat.de consuetudine. num.140. vbi vult quod dispositio text.in l.1. & 2.C.quando liceat vnicuique sine iudi. se vindicare.non procedat in foro ecclesiæ nec Cæsaris, tanquam nutritiua peccati: nec ad hoc obstat text.in c.2.de homicidio.vbi est dispositio iuris canonici,& permittitur fur nocturnus occidi: quia dico quod non est verum,dato quod sit dispositio Canonica ac procedat in foro conscientiæ:imò non procedit.ita probatur in capi.cùm dilecti.& in c.ad nostram de emptione & venditione. vbi sunt iura canonica & per illorum dispositionem permittitur contrahentibus se inuicem decipere, vsque ad dimidiam : tamen illa dispositio canonica non procedit in foro conscientiæ.ita tenet Antonius de Butrio ibi,allegando diuum Tomam:& Ioan. Crottus,vbi plura refert, in repetitione cap.2.in 3.nota. de const.lib.6.Gomezius in d.§.superest. nume.54.Gerardus de Petra Sancta in sing.22.Ias.in §. sed iste quidé. num.104.Instit.de actio.Gomezius, vbi dicit istam esse communem opinionem & eam latissime examinat, in c.2.nu.7.de consti.lib.6. & in dubio præsumitur bannitus potius occisus causa odij particularis quàm reipublicæ:vt in can. omnes. 6. quæstio.1.& ita tenet Antonius Rubeus in repe.§.morte.leg. non solùm.numero.647.ff de noui operis.

Limita tertiò quandocunque bānitus esset de proximo rebanniendus : nam tunc impunè occidi non potest.ita Bald.in l.1.in §.serui.ff.ad Syllanianum.Cæpola in consil.39.in criminalibus.Hippolytus in sing. 106.& in practica criminali in §.aggredior.nume.27.& 30. & in consil.10.& 66.& 94.Quod tamen intelligo si sciebat rebanniendum esse de proximo:alias mitiori pœna punitur:vt ex suprà dictis patet.

Quartò limita in occidente bannitum qui communi existimatione reputabatur pro non bannito.ita Angel. de Perusio in l.si duo.ff.de acquirenda hereditate. Hippolytus in l.j.nu.11.ff.de sicarijs.& in practica criminali.in §.aggredior.num.34.

Quintò limita in bannito cōdemnato qui ducitur ad supplicium:nam non potest occidi ab aliquo priuato,nec à familia potestatis.ita tenet Bal.in l.addictos.nume.3.C. de episcopali audientia.& in l.fideicommissa.in §.si quis. ff.de leg.3.& in l.fi.C.de maleficis & mathematicis.Bart. in l.cuiusque num.4.ff.ad l.Iuliam maiest.Hippol.in di.§. aggredior.nu.40.& in l.1.num.15.ff.de sicarijs.

Sextò limita quando bānitus est captus & carceratus: quia talis bānitus incarceratus non potest impunè offendi:quia carcerati sunt sub protectione Curiæ, vt in l.fin. C.de custodia reorum.ita notabiliter dixit Bar.in l.in laqueum.ff.de acquirendo rerum dominio. & in l.eiusdē. in §.trāsfugas.ff. de sicarijs. & in l.legis Iuliæ.ff.ad legem Iuliam de vi priuata.Bald. in l. libertus.ff.de statu hominū.Io.de Ana.in ca.cum iuramento. de homicidio.nu.6. & ibi etiam Feli.Hippoly.in singul. 150.& in practica in §.aggredior.num.24.& in l.1.nu.3.ff.de sicarijs.

Septimò limita in fœmina prægnante : nam licet fœmina bannita possit occidi, tamen si est prægnans nō potest.ita tenet Nellus in tracta.Bannitorum,in 1.parte secundi temporis,q.56.& 45.Ioannes de Anania in c.inter leximus.num.7.de his qui filium occiderunt. Ang.in tracta.maleficiorum,in parte,fama publica.num.102.Ioan. de Neuizanis in Sylua nuptiali,lib.1.numer. 92.pro qua opinione est text.in le.Imperator.ff.de statu.homi.& in l.prægnantis.ff.de pœnis.l.2. tit. 30.part. 7.& ibi Ioan.de Anania extēdit hoc etiam si partus esset adulterinus, vel in carcere conceptus:& etiam si esset prægnans decē vel viginti dierum.quod etiam tenet Alex.in Additionibus ad Bart.in d.l.prægnantis.Hippolytus in pract. crimina-li,in §.nunc videndum.num.50.& in l.2.in princ. num. 13.ff.de quæstio.

Octauò limita nisi proditoriè occidat,vel veneno,cū tunc etiam proditoriè occidere dicatur. ita tenet Ang.in Additio.ad Bart.in l.fi.per illum tex.C.de delatorib.lib. x.quem sequitur Hippoly.in rub.nu.14.ff. de sicarijs.& in singulari.16.idem Hippoly.in consi.1. in princi.& in consi.132.nu.16.& in consi.131.Cæpola in consi.34.in in consilijs criminalibus , num.16.

Limita nonò,quandocunque aliquis occidit bannitū, cum quo habebat capitales inimicitias: nam tunc nō iuuatur prædicto statuto , cùm potius præsumatur offendisse propter vindictam priuatam quàm publicā. tenet Bart.in l.nulla.C.de delator.lib.10.quem sequitur Lud. Rom.in le.si quis in graui.§. vtrum.ff.ad Sylliania.nu.3. & ibi Alex.in additio.ad Barto. quæ per plura concludit Paul.Paris.in c.dilecti.nu.25.de except.

Decimò pro limitatione facit:nam licet denegare alimenta alicui sit eum necare,vt in leg.necare.ff.de liberis agnos.tamen bannitus etiam stāte supradicto statuto potest petere alimenta ab eis qui ante bannum eum alere debebant,probat tex.in leg.mutus.in §.manente.ff.de iure dot.Et ita in vxore, quę tenetur alere virum bannitum, tenet Bart.in l. si constante. nu.22.ff.solut.matri. facit & text.in Authen.de incestis nuptijs.in §. si verò contigerit.colla.2.Idem etiam est in filio qui debet alere patrem bannitum:vt tenet Barto.in leg. si quis à liberis.in §.sed vtrum.

vtrum.ff.de liber.agnosc. allegat ad hoc supradicta iura: & in anthentico, vt cùm de appellatio.cognosc.in §. nūc de prædictis.colla.8.glo.in d.§.si verò contigerit.in verbo, alia necessaria.idem est in patre qui tenetur alere filiū bannnitum: vt tenet Rayne.de Forli.in d.§.sed vtrū.Pro quo facit: nam banniris interdicuntur ea quæ sunt de iure ciuili, vt in l.quidā.in fi.ff.de pœnis.non autem ea quæ sunt de iure naturali vel gētium, ita tenet Gome.in §.superest.num.32.Instit.de actio.

In contrarium tamen facit: quia cùm iste bannitus sit hostis ciuitatis, licitum est cuique, etiam filio, eum occidere. vt in l.minimè.ff.de religio.& sumpti. funerum. de quo vide suprà in 8.ampliatione.ergo possunt ei alimenta denegari, vt in d.l.necare.ff.de liberis agnosc.& in l.nihil.ff.de sicarijs. Pro qua opinione est casus expressus in 10.colla.in c.1.de pace tenenda & eius violato. vbi Bald. ibi numer.7.per illum text.dicit quòd filius non tenetur alere patrem bānitum: & ibi hoc est introductum de nouo.& hoc etiam tenet Matth.de Afflict.in d.c.1. per illū tex.in 11.notab. num. 22.

Sed nihilominus dico primam opinionem esse veram & tenendam: imò quòd filius tenetur alere patrem bannitum: quia licet bannitus sit, nihilominus pater est. vt in d.§.si verò contigerit.& in l.eas. & in l.legatum.ff.de ca. dimin.& in le. si adulterium cum incestu.in §.liberto.ff. de adulter.

Hanc opinionem tenet Ange.in d.Authentico, de incestis nuptijs, num.1. Nellus in tracta. baunitorum, in 1. parte secundi temporis, num.48. Quam opinionem probat text.in l.si in metallum. ff. de his quæ pro non script. habentur. vbi probatur quod licet aliquis sit incapax, ita quòd de iure nihil possit habere: tamen legatum alimentorum, & sic alimenta habere potest, ita per illum tex.tenet Io.de Imo.in l.si victum.num.3.ff.de re iudicata.Ias. in l.1.num.1.C.de hæred.instit.& in l.ex hoc iure.nume. 49.ff.de iustitia & iure.Alciat.in l.nihil aliud. colum.fi.ff. de verborum signi. Pro hac opinione etiam facit: nam filius tenetur alere patrem excommunicatum, etiam si iustè excommunicatus sit. vt in c. inter alia.de sentent.excommunica.facit gloss.fin.in ca.pastoralis.in §.verùm.& ibi doct.præcipuè Philippus Decius. Imò etiam hæreticum patrem filius alere tenetur: vt in cap.non satis.& ibi expressè Archidiaconus.86.distinct.facit etiam text.in l. qui cum vno.in §.fin.ff.de re militari. vbi per illum textum ibi Raynerius de Forliuio, allegando Sanctum Thomam tenet, quòd frater existens in religione potest illam exire pro alendo fratre: ergo à fortiori dicendum est posse exire pro alendo patre. Et non obstat text. in le.minimè.ff.de religio.& sumpt.fune.quia ille text. loquitur in patre contra patriam veniente.. Quo casu procedit alia opinio secundum Ange.in d.§.si verò.facit etiam tex.in l.veluti.ff.de iusti.& iure. vbi probatur nos primùm patriæ nasci, & potius patriæ quàm parētibus tenemur obedire: ergo si pater aliàs deliquerit, licet patria eum hostē iudicauerit, si non venerit contra patriam, non licet filio eum interficere.ita Fortu.Garcia in d.l. veluti.nume.17. & 18.ff.de iustitia & iure.Gome.in §.rursus num.22.Instit.de actio.& ita debent concordari opiniones adductę in 8.ampliatione huius regulæ. Nec obstat text.in cap.1. de pace tenenda.suprà alleg.quia ibi ponitur ius speciale, & sic ad consequentiam trahi non debet: vt in l.ius singulare.ff.de legib. Ex quo apparet veram non esse opinionē Ioan.Crotti.in l.si constante.col.22.ff.solut.matri.vbi dicit quod licet aliàs vxor marito absenti teneatur mittere alimenta non tamen tenetur si sit bānitus: allegat tex. in le. amissione.in §.qui deficiunt. ff.de capitis diminutio. Quem sequitur Marcus de Mantua in d.le. veluti.in 1.colum.cùm contrarium, vt suprà dixi, teneat expressè Bart.in d.l.si constante. & sic ex supradictis omnibus cōcludunt, quòd licet aliquis sit bannitus, nihilominus alimenta petere potest ab his qui de iure, maximè naturali, eum alimentare tenentur. & vltra suprà dicta hanc opinionem tenet Io.Iacob.de Leonardis, in consili.114.nu. 417.inter consilia Alberti Bruni.Pala.Ru.in le.4.Tauri, nu.14.Hodie autem de iure nostro regio quis dicatur bānitus & qua pœna debeat puniri, vide l.1.tit.17.lib.4.fori.& l.4.tit.13.lib.8.ordi.& in l.48.styli.quod tamen intellige seruata forma.l.76.Tauri.

REGVLA LXIX.

BASTARDI non dicuntur nobiles, nec nobilitas patris in eos defendit. Hanc regulam ponit Bart. in le. 1.nume.50.C.de dignitatibus. libr.12.Eandem regulam ponit Bald.in le. cùm legitimæ.ff.de statu hominum.vbi dicit quòd bastardi nobilium, etiam ex persona matrum non sunt nobiles.idem tenet idem Bal.in c.innotuit.nu. 15.de electione.& in l.cum antiquioribus.num.8.in 8.q. C.de iure deliberandi. Anton.de Butrio, & ibi Præpositus in 3.notabili, in c.per venerabilem. qui filij sint legitimi. Eandem opinionem tenet Bart.in l.pronunciatio.in §.familiæ.ff.de verb.sign.idem Bart.in l.tutelas.ff. de capitis diminutione. Florianus in l. qui testamentum num. 11.ff.de probationibus. Franciscus Aretinus in cap.super eo.el 2.numero 11. de testibus & ibi Felinus numero 5. idem Felinus in cap.in præsentia.num.23.de proba. Guido Papa in decisione 480.Carolus Ruinus in consili.77. numer.7.volumin.3.text.n capitulo.vnico, & ibi glossa. in verbo, liberi in fine de baptismo. Circa quam regulam vide notabiliter Guliel.Benedict. in repetione capituli Raynutius in verbo, Raynutius de Clera.nume.30.cum sequentibus. Idem disponitur de iure nostro regio in l.3. titu.15.parte 4.

Hanc regulam ponit Andræas Tiraquellus in tracta. de nobilitate cap.15.num.10. vbi notabiliter tractat materiam: & ibi in num.17.vsque ad nume.31.ampliat eam dupliciter, & limitat etiam dupliciter: in quo est notandum, quòd in 1. ampliatione quam ibi ponit, dicit suprà dictam regulam procedere etiam si filius sit legitimatus: quia nihilominus non dicuntur nobiles, quod de iure nostro regio hodie est correctum: imò si filius fuerit legitimatus gaudet nobilitate parentum ita probatur in le.9.in fin.titu.15.parte 4.& in l. 12. Tauri, in fine. Quod tamen intelligo verum in filijs spurijs vel adulterinis: quia filij naturales tantùm, etiam sine legitimatione, hodie gaudent nobilitate parentum ita probatur in l. 1. titu.11. parte 7.& in l.7.in fin.titu.22.lib.4.fori. Est tamen notandū, quòd suprà dicta prima ampliatio Tiraquelli, quæ, vt suprà dixi, est correcta per tex.in l.9.in fin.titulo 15. parti. 4.& per text.in d.leg.12. Tauri.approbatur hodie & procedit non obstantibus suprà dictis legibus, per pragma.9.anni 1554.in qua dispositum fuit, quòd quandocunq; aliquis filius natus fuerit ex damnato coitu, tam ex parte patris quàm ex parte matris, etiam si sint legitimati, non gaudeant nobilitate parentum, sed tenentur contribuere sicut si legitimati non essent.

REGVLA LXX.

BENEFICIVM ecclesiasticum pacificè per triennium possidens, non potest molestari in possessorio neque in petitorio.text. est qui hoc probat in Clementi. 1.de sequestra.posses. & fructuum & ibi gloss. in verbo, triennio & in regula Cancellariæ, de triennali possessore. Circa quam regulam vltra Gome. ibi vide Boerium in decisio.24.Ioann.Igne.in repetitio. leg. necessarius in §. non aliàs, numero 286.cū sequentibus.ff.ad senatuscon- sult.Syllania.

Quam regulam amplia 23.modis, & limita 20.modis, vt per Petrum Rebuffum in tractatu de pacificis possessoribus: à num.3.vsq; ad finem.

REGVLA LXXI.

BENEFICIA plura quis non potest habere, & per adeptionem secundi vacat primum. Hanc regulam probat

probat text. in Clem. gratiæ. de rescriptis. in c. de multa. de præbendis. & in cap. 1. & 2. 21. quæst. 1. & in c. sanctorum. 70. distinct. & in cap. quia in tantum. & in capitu. ad hæc. & in c. præterea. de præbendis & in c. vnio. in §. sed & hoc. 10. q. 3. Probatur de iure regio in l. 3. titu. 16. parte 1. Circa quam regulam vide Ioa. de Ligniano in tract. de pluralitate beneficiorum, per totũ. notabiliter Bernard. de Luco in pract. sua criminali, ca. 42. Lamberti. in tract. iuris patronatus, in 1. parte 2. libri, in 6. quæst. principali, arti. 15. August. Berous in quæstionibus suis in q. 80. n. 1. cum alijs. Aluarus Pelagius in lib. suo de planctu ecclesiæ, arti. 9. in fin. Paul. Paris. in ca. cum ecclesiasticæ. nu. 5. de exceptionibus, cum sequentibus & notabiliter Ioan. Nicol. Gimonteus in tract. de pluralitate beneficiorum. à num. 1. vsque ad num. 22.

Amplia primò non solùm vacare beneficium, sed etiã ipso iure vacat per additionem secundi. ita probat tex. in Extrauaganti Ioan. 22. quæ incipit, execrabilis. in §. quia verò & ibi gloss. in verbo, ipso iure. in Extrauagan. communibus. in tit. de præben.

Amplia secundò procedere etiam in dignitatibus supremis, vt in episcopatibus, vt in ca. cùm in cunctis. in §. cùm verò. de electione. & in ca. sicut. de excessibus prælatorum. & per totum de translatione episcopi. ita tenet Ioannes Nicolaus Gimonteus ind. tractatu, nu. 2. & notabiliter Lambertinus in tractatu iuris patronatus. in 1. parte secundi libri, in 6. quæst. principali, artic. 15. numero 5. cum alijs.

Amplia tertiò, vt procedat hæc regula in Cardinalibus. ita tenet Abb. in c. ecclesia. el 2. nume. 3. de electione. quam opinionem sequitur Feli. in c. ad aures. num. 11. de rescriptis. & in ca. quòd super his. de fide instrumentorũ. quam opinionem per plura tenet Gome. in proœmio regularum Cancella. quæst. 3. versicu. ex quo infertur. & in regula de impetrãdo beneficia vacantia per obitum Cardinalis. quæst. 12.

Amplia quartò procedere etiam in alijs inferioribus dignitatibus, vt in diaconatu & archidiaconatu, & similibus: vt in cap. sicut. de excessi. præla. & in d. cap. de multa. de præbend. & in d. extrauagan. Ioan. 22. in §. quibus. & in Clemen. quia regulares de supplen. negligen. prælato. & ita tenent docto. in capi. cùm singula. de præben. Domini. in c. gratia quam de rescrip. lib. 6. Ioan. de Imo. in d. Clementina, gratiæ. num. 12. de rescriptis. Abb. in repet. c. extirpandæ. §. quia verò, nu. 30. de præben. Lapus in allegatio. 116. nu. 2. Feder. de Senis consilio. 120. & 135. & 155. Bernardus de Luco in d. c. 42. pagina 73. Ioa. Corasius in tractatu de sacerdotibus in 1. parte. c. 10. num. 5.

Amplia quintò procedere in beneficis simplicibus vni formibus sub vno eodemq; tecto: nam & in his est prohibita pluralitas. tex. in cap. literas. de concessio. præbend. & in Clem. finali. de præben. vt si quis velit habere duos Canonicatus vel duas præbendas in vna ecclesia, non potest per dicta iura: etiam si vna illarum sit connexa dignitati: per text. cum glo. in d. Clem. finali. neque episcopus in hoc casu potest dispensare, secundum eandem gl. communiter approbatam, iunctis his quæ ponit Abb. in c. literas. de concess. præben. num. 2. & 3. & in c. cùm iamdudum num. 9. de præben. etiam si de hoc sit consuetudo: vt tenet Cardin. in consili. 53. incipiente, casus talis est. in princi. & nu. 4. & in Clem. vt hic in §. illi verò, num. 18. de ætate & quali. & ibi Io. de Imola, nu. 33. Quod tamen intelligo verum in duobus canonicatibus vel dignitatibus, quæ in vna ecclesia quis non potest habere, nec valet consuetudo: sed hodie de consuetudine quæ valet potest quis habere in vna ecclesia duo beneficia simplicia, scilicet, dignitatem & canonicatum: quæ quidem consuetudo valet. text. & ibi glo. in c. 1. in verbo, nisi vnicum. de consuet. lib. 6. & in c. super eo. in gloss. fin. de præben. lib. 6. facit text. in c. eam te. de rescriptis. & ita tenet Paul. Pa ris. in 4. volum. suorum consiliorum, in cons. 4. num. 15. notabiliter Lambert. in tract. iuris patro. in 1. parte. 2. libr. artic. 15. q. 7. principali, nume. 5. In quo tamen est notandum quòd licet text. in d. extrauag. execrabilis. dicat quòd quando quis obtinet plura beneficia est ipso iure priuatus ab ambobus, hoc debet intelligi in beneficijs curatis: sed quando quis habet beneficium simplex & obtinet aliud beneficium simplex, tantummodo est priuatus secundo beneficio, & potest habere primum: & sic in beneficijs simplicibus prædicta extrauagans non habet locũ. ita notabiliter determinat Cassiador. vbi dicit quod ita in Curia Romana seruatur, in decision. 1. in titulo de constitu. numero 2.

Amplia sextò habere locum etiam in beneficijs simplicibus, si tamen requirunt cõtinuam residentiam de iure, vel de consuetudine, vel ex aliquo alio iure speciali: nam tunc est prohibita pluralitas beneficiorum propter possibilitatem residendi, secundum Inno. in c. cùm iamdudum. & in c. cùm super ordinata. de præb. ita Domi. in c. gratia quam. nu. 8. de rescrip. lib. 6. Imo. in d. Clem. gratiæ. num. 12. Abb. in d. §. quia verò. nume. 34. Ioa. Corasi. in tract. sacerd. in 1. parte, c. 5. num. 2.

Hanc regulam sic ampliatã limita 6. modis, vt per glo. in summa 21. q. 1. quam glo. sequitur Abb. in dic. §. quia verò, num. 27. quas limitationes refert Io. Lignia. in tract. de pluritate benefi. nu. 1. Spec. in titu. de legato. in §. dicendum, nu. 7. easdem limitationes ponit l. 4. tit. 6. part. 1.

Vltra quas limitationes fallit primò quando vnum beneficium non sufficit habenti: quia tunc licet ei habere plura beneficia: arg. tex. in c. postulasti. & in c. cùm adeò. de rescriptis. & in c. si cui. de præben. lib. 6. & in hoc attẽdenda est qualitas personæ: nam nobiles literati & virtute magna præditi pluribus egent quàm alij inferioris conditionis: vt in d. c. de multa. & in d. c. Sanctorum. 70. dist. vel quia forte habent parentes aut consanguineos suis expensis alimentandos: quia isti pluribus egent, quàm alij. Caieta. in 2. 2. q. 10. arti. 4. pro quo videtur text. in ca. studeat. 50. dist. gloss. in c. cùm adeò. in verbo, sufficientem. de rescrip. dicens quòd beneficium dicitur sufficiens quãdo sufficit sibi & suis, id est omnibus quos quis secum habere debet necessariò, secundum Abb. ibi: vel quibus iure naturę prouidere tenetur: vel quãdo requiritur ad suã decentiam vel honorem tot habere, arg. text. & ibi notatorum in d. ca. de multa. & ita notab. tenet Ludo. Gome. in tract. de gratijs expectatiuis. nu. 107. Chassaneus in Catal. gloriæ mundi, consideratione 39. Andr. Tiraquel. in tract. de nobilitate. c. 20. nume. 10. cum alijs. Ioa. de Selua in tract. de beneficio. in 1. parte, q. 5. num. 211. cum alijs. Ioan. Nicolaus Gimontæus notabiliter in supradicto Enchiridio sacerdotiorum, in d. titu. 3. de pluralitate benefi. num. 46. cum alijs.

Secũdò fallit quando ex dispensatione quis habet: nam tunc potest habere plura beneficia. tenet glo. in c. quia tãrum. de præben. per text. in c. dudũ. el 2. de electio. & ibi glo. in ver. 6. retinere. & in d. c. de multa. in fi. ita etiam tenet Lambert. vbi notabiliter hoc declarat in dic. 1. part. 2. lib. artic. 15. q. 7. principali. Albertus Trotius in tract. de vero & perfecto cleri. in 2. part. c. 45. requisito 6. Villadiego in tract. de lega. q. 14. num. 117.

Tertiò limita quãdo nõ reperiuntur alij idonei in tota diœcesi: quia tũc potest quis habere beneficia illius diœcesis quę alijs erant conferenda. ita tenet Hostien. quem sequuntur ibi doct. in c. graue. de præben.

Quartò fallit quando vnum beneficium est curatũ in habitu & potentia, & aliud est curatum in actu: quia tunc ex quo non sunt ambo in actu curata. potest quis retinere duo beneficia donec alterum reducatur ad actum. ita tenet Abb. vbi allegat alios doct. in c. de multa. num. 24. de præben. Pro qua opinione est glo. in c. licet Canon. in verbo, parochialis. de elect. lib. 6. volens quòd dispositio loquens

loquens in ecclesia curata, non habeat locum in illa quæ aliquando habuit parochianos, nunc autem desinit habere. idem vult gloss. in verbo, collegiatas in c. statutum. de electio. lib. 6. pro qua opinione est tex. in c. pastoralis. 7. q. 1. licet Inno. in d. ca. de multa. quem sequitur ibi Cardi. in prin. nu. 2. versi. 3. quæro. contrarium teneat.

Quintò limita non habere locum in beneficio simul cum præstimonio vel pensione non concessa in titulum quæ potest simul retineri, secundum Imol. in d. Clemen. gratiæ. de rescript. nume. 20. Curiel in tract. de pluralitate beneficiorum. in fine, in 5. conclusione. arg. text. in c. postulasti. de rescriptis.

Et circa hanc regulam vltra supradictum casum, alios in quibus beneficium in iure nostro vacare dicitur, vltra Ioan. Coras. in alleg. tract. sacerdotiorum in 3. part. c. 5. & Ioan. Francisc. de Pauinis in tract. de officio & potestate capituli sede vacante. in 7. præludio, vide 33. casus per Petrum Rebuffum in glo. ad concorda. in Rubrica de Regia ad prælaturas nominatione facienda. in §. monasterijs pagin. 106. colum. 2. in glo. in verbo, vacantibus. cum tribus sequentibus.

REGVLA LXXII.

Beneficia sunt instituta & ordinata à iure positiuo, & non à iure diuino. Probatur in ca. j. iuncta glo. 1. 13. q. 1. vbi Dionysius Papa fuit inuentor & diuisor ecclesiarum parochialiũ. facit tex. in c. pastoralis. de his quæ fiunt à præla. & probatur in c. 2. de præben. libr. 6. & in c. 1. vt lite penden. vbi dicitur quòd Papa habet plenariam potestatem in beneficijs: per text. in c. proposuit. de concessio. præben. secus esset si essent ordinata de iure diuino: quia tunc non haberet ordinariam potestatem: vt in c. sunt quidam. 25. q. 1. Hanc opinionem tenet Abb. in c. cum olim. per illũ text. de consti. idem Abb. in repeti. ca. extirpandæ. in §. quia verò. de præben. nu. 2. & in c. constitutus. nu. 13. de religio. domi. & in disputatione incipiente, episcopus. col. 2. per tex. in c. 1. 22. dist. vbi Papa instituit archiepiscopos & alios in dignitate constitutos. facit etiam tex. in c. in illis. 80. distin.

Hanc opinionem tenet Ioa. de Selua in tract. de beneficio in 1. parte q. 3. num. 22. Petrus Rebuffus in gl. ad concordata, in Rubric. de constitutionibus, pagin. 34. col. 2. in gloss. in verbo, parochias. & ita communiter teneri dicit Christophorus Iacobatius, in suo libr. 3. de concilio. arti. 3. pag. 229. col. 2.

Amplia primò habere locum in beneficijs regularibus: quia beneficia regularia habuerunt ortum & originem à iure positiuo: per tex. in capi. cùm de beneficio. de præben. lib. 6. facit etiam text. in c. cùm ad monasterium. de stat. monachorum. versi. nec alicui. & in Cleme. ne in agro §. cæterum. eod. titu. text. in ca. inter quatuor de religios. domi. inductis vt per Seluam in d. 4. part. num. 28. qui tenet hanc opinionem.

Fallit in dignitate episcopali, quæ dicitur instituta & ordinata de iure diuino: quia Episcopi successerunt in locum Apostolorum: vt in c. in nouo versic. ipsis quoque. 21. dist. & in Clem. si quis suadente. §. nec super. ver. episcopi enim dicuntur sanctissimi Christi legati. de pœnis. & episcopatus ante Christi aduentum erat ordinatus: vt in Psalmo 118. Fiant eius dies pauci, & episcopatum, &c. & hanc opi. per plura tenet Barb. in tract. de præstantijs Cardinalium. in 1. part. q. 1. nu. 8. Selua in tract. de beneficio, in d. 4. par. nu. 29. facit gl. in procœmio Sexti. in verb. episcopus. vbi dicit quòd in ecclesia Dei nullus est maior ordo. quam sequitur Chassanæus in Catalogo Gloriæ mundi: in 4. part. consideràt. 25.

Secundò limita non habere locum in archiepiscopatibus & alijs superioribus dignitatibus quæ sunt institutæ de iure diuino, non autem de iure positiuo. vt in ca. 1. 80. dist. & in ca. 1. 99. dist. Facit, quia archiepiscopatus est maior dignitas quàm episcopatus: vt in c. placuit. 19. dist. & sic dicitur archiepiscopus ab archos quod est princeps quasi princeps Apostolorum, vt concludit Iacobatius in suo lib. 1. de concilio, arti. 22. pagi. 31. colum. 2. facit text. in c. cleros. 22. distinct.

Tertiò limita non habere locum in Cardinalatu: quia est de iure diuino, non autem positiuo. vt in capi. per venerabilem. in §. rationibus. qui filij sint legiti. & ita concludit Barba. vbi suprà, in princip. & in nu. 35. & notabi. Iacobatius in suo libro de concilio, libro 1. articu. 12. pagin. 33. cũ sequentibus: vbi in pagi. 39. enumerat priuilegia Cardinalium.

Quartò limita nõ habere locum in Papatu: quia est de de iure diuino, nõ autem de iure positiuo. Patet, quia cũ Redemptor noster à nobis sua corporali præsentia decedere decreuisset, suum vicariũ, & ecclesiæ pastorem Beatum Petrum summum Pontificem, & post eum quemcunque successorem dimisit, vt gregis periculis occurrere posset: quia Christus ante mortem suam dixit Petro, Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam, & tibi dabo claues regni cœlorum: & quodcunque ligaueris, &c. vt habetur Matth. 16. ca. & in c. in nouo. 21. dist. & in c. quodcunque. 24. q. 1. & in c. solitæ. de maio. & obedien. & ipse est qui tenet vices Christi: vt in c. ad Apostolicæ. de re iud. in cap. pro humani. de homici. lib. 6. & sic non puri hominis sed veri Dei vices in terris gerit: vt in c. licet. & ibi doct. de translat. episco. & in c. felicior. 50. dist. gl. in c. ita Dominus. 19. dist. Circa quam limitationem vide notabiliter Iacobatium in lib. suo 7. de concilio, arti. 5. pag. 463. Ferdinan. Loazem in tract. de matrimonio Regis Angliæ, in 2. dubio, in 1. fundamento pro parte affirmatiua: nu. 9. Chassanę. in Catalog. Gloriæ mundi, in 4. parte cõsiderationum.

REGVLA LXXIII.

Beneficium concessum principali, trahitur ad augmentum: vt in decimis ecclesiæ cõcessis, & in alijs multis. Hæc regula probatur in ca. quia circa. de priuil. vbi priuilegium concessum ecclesiæ super decimis episcopalibus retinendis, extenditur ad prædia post concessionem priuilegij quæsita & superaddita.

Hanc regulam, vbi tractat eius materiam, ponit Albertus Brunus in tract. de augmento, in conclusione 9. nu. j. cum alijs. & in nu. 8. cum sequentib. limitat eam tripliciter. & in conclusi. 13. possunt colligi ę limitatio. ad hãc regulam, & alia circa eius materiam.

REGVLA LXXIIII.

Bona posidens in alieno territorio, & non sub eadem iurisdictione sub qua conuenitur, non releuatur à satisdatione. Hanc regulam ponit gl. in l. multis. in verbo, at iuratorum cautione. in fin. C. de principib. agentiũ in reb. lib. 12. Quam gl. sequitur Bal. in num. nu. 2. in fi. ff. qui satisd. cogan. & ibi Ias. in num. 2. in 8. fallentia. idem Ias. in d. l. sciendum. in §. 1. num. 1. & in l. filiusfamilias. num. 7. eod. tit. pro qua opinione est text. in d. l. sciendum. in §. possessor. el 1. iuncta gloss. ibi: vbi text. dicit qui in agro, vel in ciuitate rem soli posidet. & ibi gloss. dicit, in agro, scilicet in villa.

Hanc regulã, vbi notabiliter eam declarat, ponit Ro. de Xuarez in l. 2. tit. de los emplazamientos. lib. 2. fori. fol. 176. col. 3. versic. vlterius quæritur. nu. 1. vbi in nu. 6. cum seq. limitat eam quinque modis.

REGVLA LXXV.

Bonus quilibet præsumitur. Hanc regulam probat text. in cap. dudum. de præsumptio. glo. in c. 1. in verb. existimare. de scrutini. & in le. cùm pater. in §. rogo. ff. de leg. 2. & hæc est præsumptio naturæ: quia naturaliter quilibet est bonus, secundum gloss. in l. fin. C. quod met. cau. ita tenet Iaco. de Bellou. per illum text. in leg. omni modo. C. de inoffic. testam. Ang. in l. sciendum. in fi. ff. de verb. oblig. Hippol. in l. 1. num. 67. C. de sica. Hanc regulam ponit Socin. cum vnica ampliatione in reg. 39. Eandemmet

demmet regulam ponit Bernard.de Luco in reg.64.cum 4.limita.referens le ad Feli. in d.c. dudum.à num. 11.vsq; ad nume. 16.

Limita primò hanc regulam vltra eum quando agitur de aliquo promouendo: quia tunc integritas non præsumitur, sed debet adhiberi aliqualis informatio. ita tenet Card.in Clem. 1.in 2.notabi.de concessio.præben.quem sequitur Feli.in c.cùm in iure.num. 5.de offic. deleg.circa quam limitationem vide Andr. Alciat.in tracta.de præsumptio.in 3.reg.præsumpt.2.

Secundò limita non habere locum quo ad facultates secundum glo.communiter approbatam in le. si verò.in §.qui pro rei qualitate.in verbo, dubitetur.ff.qui satisda. cogan.& ibi Iaf.num.15.

Tertiò fallit quando contra eum esset aliqua infamia vel præsumptio: quia tunc oportet illam purgare, vt per totum 2.q.5.& per totum de purga.canoni. Facit ad hoc quod notatur in l.qui iurasse.in §.quid tamen.ff.de iureiurand.quod not.Bernard.de Luco in reg.140.

Quarto limita: nam licet sit verum ꝙ quis præsumatur bonus, non tamen præsumitur optimus: & propterea si statutum requirat ad probationem alicuius negotij testes optimos seu optimæ opinionis, debet illa qualitas articulari & probari: secundum Ange. in le.2. in §.diem.ff. quemadmod. testa. aperian. quam opinionem sequitur Hippol.in sing.187. & hanc dicit veram & communem Alcia.in d.præsump.2.num.9.

REGVLA LXXVI.

BONA præsentia & futura in generali obligatione & hypotheca bonorum continentur. Hæc regulam probat text.in l.fi.C.quæ res pigno.obliga. possunt.

Amplia hanc regulam 7.modis, & limita nouem modis, vt per Anto.de Fano in tracta. de pignori.in 2.parte principali, in 2. membro: à numero 1. vsque ad numerum finalem.

REGVLÆ BARTHOLOMAEI SOCINI.

De litera C.

REGVLA LII.

CAVERE de iudicio sisti tenetur ille, qui immobilia non possidet.le. sciendum.ff. qui satisd.cog.

Primò fallit vbi quis esset positus in carceribus: quia non tenetur cauere, vt not. Ange.in d.l. sciendum.& idem not.ipse Angel. in leg.sed si procur.ff. de procura.

Secundò fallit in mercatore qui possideret multa mobilia, & esset intricatus nominibus debitorum, cui difficili non est recessus possibilis propter multitudinem mercantiarum, vel grauitatem ipsarum, not. Ange.in di. l.sciendum.præalleg.

Tertiò fallit in causis summarijs, vbi potest procedi sine lite contestata, & ad diffinitiuam lite non contestata perueniri potest: quia tunc satisdare non tenetur. ita not. etiam Ange.in l.Iulianus.in fi.vbi ponit rónem.ff. qui satisd.cog.& omnino vide per eum in d.l.sciendum.

REGVLA LX.

CAVSA quando de iure canonico agitur, secundum ius canonicum, non autem secundum ius ciuile iudicari debet, tex.est cum glo.& Docto. in c. quod clericis. de foro competenti.

Primò fallit quando ipsa causa tractatur accidentaliter in foro cano.& ratione reconuentionis vel prorogationis: quia tunc attenditur vt seruetur lex naturalis fori, arg.l.qui habeant.ff.de tute.secundum dom.Anto. in di. c.quod clericis.ad hoc alleg.Spec.in tit.de consti.§.1.ver sic.& no.cuius dictum corroboratum est. sed ibi Specu. sentit contrarium, & etiam Hostien.expressè in tit.de testa.§.qualiter. vt similiter tenet contrarium Archiad.& ibi glo.in 96.dist.deniq;.secundum dom. Nicol.in d.cap. quod clericis.qui in hac limitatione non videtur persistere nec in ea communiter persistunt doctor. secundum Imolam ibi.

a Secundò fallit [a] quando ius laicorum iniecisset vinculum in clericum ante clericatum: tunc ius siue statutariũ siue consuetudinarium afficit clericum, vt secundum illud ius iudicetur, etiam in foro ecclesiastico: vt not. Ioa. And.in regu.sine culpa.in 6. & Ioan.Calde.in dispu.quæ incipit statuto cauetur, &c. per quod videtur quòd statutum disponens quòd superextantibus masculis fœminæ succedant, præiudicet fœminis effectis religiosis post, & non ante. & ita dicit in d.c.quod clericis.dom. Anof. cõsuluisse & refert Imol.ibi. & isto modo intelligi poterit capitulum, cùm venissent.de eo qui mit.in possess.& capitulum, constitutus.extra de resti.in integ. secundũ dom. Nicol.in d.c.quod clericis.qui dicit idem, etiam si ius egẽdi ortum est ante cl. ricatum, vt quia cum eo fuit contractum: quia tũc secundũ ius laicorum iudicatur in vtroq; foro, ad hoc bonus tex.in d.c. cõstitutus.circa quod vide not.in d.c.fi.de testi.in 6.

ADDITIO.

a *Secundò fallit. Vide Paul. de Castr.in consil 339.& in consi.317 & Pet de Anch in co si 206. Bene.Vald.*

Tertiò fallit quando statutum laicorum non disponeret specifice contra ecclesiam, vel personas ecclesiasticas, vel contra libertatem ecclesiasticam, vel contra concessa eis in priuilegium: cùm tunc bonum & æquum seruãdum sit in vtroque foro: vt voluit Bart.in l.1. de sum.tri. cuius dictum improbat Bald.in d.c. quod cle. & domin. Anto.in c.ecclesia.extrà, de const.per d.ca.quod clericis. cuius dictum procedere posset quando ipsum statutum concerneret solennitatem actus, de quo agitur: vt est statutum vel consuetudo laicorum disponẽtium, quòd nõ valeant contractus non seruata forma circa solennitatẽ. nam tunc non valebit contractus celebratus inter clericum & laicum. Nec ex eo agi poterit in foro ecclesiastico: cùm etiam subditus non possit tantum hoc ad se etiã non subditum sine licentia superioris trahere c.2.de maio.& obe.& etiam quia cum talis contractus fiat intra iurisdictionem statuentis, subijcitur statuto, iuxt.not.in le. 1.C.de emanci.lib.& videtur hoc tenere Imol.in d.capi. quod cleri.& ita procedere potest quod Ioa.Cald.voluit in disputa.sua.quę incipit, statuto, &c.dum dicit, si agitur ratione contractus, ius contractus cõsideratur, vt l.fi sin dus.ff.de euictio.

Quartò fallit quando ipsum ius laicorum conferret cõmodum simpliciter: cùm & tunc extendatur ad clericos, vt eo vti possint. ad hoc capitulum, dilecti. extrà, de foro compet.& hoc tenuit Lapus in alle. 100. vbi plenius de hoc.& Bald.& Anto.in c.quod cleri. quod non transit sine dubitatione per ea quę no.Imo. sed tamẽ obstat, quia ibi loquitur quando statutum specificè facit mentionem de clerico secundum Domi. qui etiam tenet ibi.

Quintò fallit quando tale ius etiã disponeret circa modum decidendi, non præfigendo legem iudici, sed generaliter loquendo, vt habeantur fides libris mercatorum cùm tunc allegari posit, etiam in foro ecclesiastico, contra laicum, non contra clericum: cùm lex possit vbique allegari secundum dom. Nico.in d.c.quod clericis. vbi latè vide per Canonistas.

REGVLA LXI.

CAVSA Conuentionis eadem sententia terminanda est.c.1.& ibi per doc.extrà, de iudi.

Primò fallit quando aliquod iustum impedimentum incideret vt si longè plus litigatur de proprietate, quàm de possessione:cum tunc pronuncietur primò super possessione dilata quæstione proprietatis : vt voluit Spec.in §.videndum.in tit.de reconuentione.& doct.in ca.cùm dilectus.extrà, de ordi.cogni.

Secundò fallit quando lata est sententia super conuẽtione, mox appellatur, vt excusetur iudex ne procedat in aliam formam secundum capitulum ad hoc.& capitulum,proposuit.extrà,de appella.secundum domi. Anto. qui ita tenet in dicto. capitulo de mut.petis.& hoc etiam voluit in dicto ca.dilectus.extrà, de ordine cogni.& no. bene quod iudex recusari potest quando superueniret facultas.extrà,de offi.deleg.c.insinuante.secundum ipsum dom. Nicol.& Anto.in d.ca.1.qui etiam dicunt quod eadem prærogatiua videtur in actu excusationis, salua tamen dispositione capituli,dilectus.extra, de caus.possess. & proprie.& hoc tamẽ exequi potest,vt exequatur sententiam latam in causa conuentionis , & dictam sententiam latam in causa reconuentionis , si potest aliàs exequatur eam,quam potest,iuxta not.extrà, de foro competen.c.postulasti.

REGVLA LXII.

a CAVSAE duæ lucratiuæ [a] regulariter in eãdem personam,& de eadem re concurrere non possunt.l.quoties.ff.de solu.& in l.omnes.cum seq. de actio. & obliga. & Instit.de legat.§.si res aliena.

ADDITIO.

a *Lucratiuæ. Quæ autem sint causæ lucratiuæ, vide do. Ias. May. Instit. de actio. §. nam si quis. tit. 28.*

Primò fallit nisi ille non solum habuit rem ex causa lucratiua sed etiam habuit eã reuocabiliter: quia tũc poterit eam habere ex alia causa lucratiua: vt est casus in le. de vnoquoque.in princ.ff. de leg.1.

Secundò fallit in re, quę non potest ad oculum demõstrari.in l.Lucius.la 2.ff.de leg.1.

Tertiò fallit in alternatiuis, vt in l.huiusmodi.§.si Titio.el 2.de leg.1.

Quartò fallit vbicunque duæ causæ lucratiuæ haberent originem in personis diuersorum, putà serui & domini,qui posteà reducuntur ad vnam.casus est not.in l.si seruus.§.1.ff.eod.titu.

Quòd procedit nisi alicui debeatur ex contractu ipsius serui:vt est tex.in l.quod seruus.ff.de solu. & in l. eũ qui ita.ff.de verbo. obligationib.

Item limita, nisi res sit versa in vtilitatem domini. vt dicit gl. in d.l. si seruus.§.1.de legatis primo.

REGVLA LXIII.

b CAVTIONIS quando à lege ciuili mentio fit, de nuda [b] regulariter intelligitur.l.sancimus.& ibi glos. & Bart.C.de verb.signi.& not.glo.& ibi Dy.Bal.Ang.& Ioan.de Imol.in le.diuer.§.interdum.ff.solu.matri.& gl. in l.habere.in §.causam.ff.de verb.sign.& idem Bal. post glos.in lc.1.in princ.C.de procur.& not.Bal.in l.vniuersæ.C.de præcib.imperat.offer.& in le.executorem.C.de execu.rei indic.in 5.col.& Bart.in l.si prius.in 3.col.ff.de noui operis nuntiat.

ADDITIO.

b *Nuda. Vide Felin in c.ad nostram.in 1.col.in versic.in glo. 1.cum plur.sequent. de iureiur.*

Primò fallit nisi persona esset suspecta que ad cautionem teneretur:quia tunc intelligitur cum fideiussione, vt probatur in leg.penult.ff.de petit.hæred. quam allega. Bart.& Bald.in d.l.sancimus. & fuit sententia Bart.in l.si prius.in 3.q.

Secundò fallit nisi requireretur sufficiens cautio, vt not.gloss.in c.quoniam.in §.in alijs.vt lit.non contest.& in c.fin.de pig.& in c.1.de seque.poss. & fruct.& in cap. qua fronte.de appel.& tenet gloss.in c.transmissa.de rest. spol.& not.gloss.in c.publico.de conuer.coniug.& in c. ad nostram.el primo.de iureiur.& idem tenet gloss.in c. Corradus.de solut.

Tertiò fallit vbicunque requireretur plena cautio, vt tenet glos.in l.si mandato.in §.si.ff.mandati.

Quartò fallit vbicunque requireretur re caueri , vt in l.1.§.iubet.cum glo.ff.de collat. bon.& de materia vide etiam nota.per Ang.in d.§.interdum.vbi dicit quod quis teneatur nude cauere, tamen cogitur sub pœna promittere.alleg.glos.sing.in leg.2.in §.sed si dubitetur.& in §.quamuis.ff.si cui plusquam per l.Fal.& in l.3.in §.fin. ff.de alie.iud.mut.causa fac.& hoc sequitur similiter Pau. de Cast.in d.§.interdum.& Io.de Imo.in d.l. si prius.tamen in hoc communiter tenetur contrarium, vt firmat Barto.& magis communiter alij:& ibi etiam not.per gl. in l.fi.ff.de preto.stipul.& not.per gl. in l.2.§.fi.ff. qui satisd.coga.nisi in certis casibus not. per Bar.in d.l.fi.& per Bal.in d.l.sancimus.& in d.l.vniuersa.& in d.le.executorem.Et vltimò adde quòd quando à lege vel à statuto requiritur quòd aliquis cum fideiussore caueat tamẽ. si euidenter appareat idoneus, sufficit nuda cautio.ita singulariter voluit Barto.in leg.quæcunque.C.de fur.in princi. per illum textum.

REGVLA LXIIII.

CAVTIONEM de pluribus si quis per per dolum præstari petat,tanquam plus petendo punitur pœna, de qua in l.vnica.C.de plus petitionib.& ad eam euitandam pœnitentiæ locus non est etiam de iure canonico, in capitulo primo,& ibi per Doctores,extra,de plus petitionibus.

Primò fallit quando debitor non reus super illa pœna transegisset:vt in dictis iuribus.

Secundò fallit quando nõ tantùm actor exegisset cautionem de plus petito:sed etiam ipse reus,& confessus esset se totum illud debere in iudicio,vt in leg.1.C.de plus pet.& per Goff.in præal.c.1.de his duobus casibus.

Tertiò fallit vt voluit Ioan.Andr.in d.c.vnico.& glo. & Bart.in d.l.1.C.de plus petitionibus. antequam actor conueniretur de maiori pretio, ipso actore etiam confitente:cùm tunc non punitur in hoc, vt priuetur toto debito,cùm non fuerit conuentus in hoc, vt ibi videtur requirere secundum ipsum,coniuncta ad hoc l.eum qui.ff. de iureiur.& communiter tenetur.

Quartò fallit quando ipse actor exegisset caut. de pluribus,etiam si plus petijsset, & de hoc non constet quod dolo fecerit:nam tunc secundum glossam in d.le. vnica, pœna illius l.locum non habet.Cyn.Bart. & communiter omnes tenent oppositum:quia licet posit probari de dolo, tamen per hoc non præsumitur dolus. pone aut est conuictus quòd dolo exegerit , & tũc est locus dictæ pœnæ,vt habetur in dicta leg.vnica.aut non est conuictus quòd dolo exegerit, & tũc non erit locus dictæ pœnæ.pro quo facit quia in dubio dolus non præsumitur.l. quoties.§.qui dolo.ff.de dolo.& in dubijs mitior est fida interpretatio in pœnis.ff.de pœnis.l.preses.secundum dominum Nicol.in d.c.vnico.

REGVLA LXV.

CEDENS bonis à debito liberatur : vt in toto titul. ff.& C.qui bonis cedere posint.

Amplia primò, quòd non solum locum habeat in patrefa.sed etiam in filiofa.qui bonis cedere pos. tex.in leg. penulti.& ibi per glossam.Bartol.& Doctor. C.qui bonis cede.pos.

Amplia secundò non solùm locum habere in masculo tantùm,sed etiam in fœmina:vt est tex.in d.le. pen.in versi.vtriusque sexus.& ibi not.Saly.in l.1. C.eod.tit.

Amplia tertiò procedere etiam in ecclesia,quę potest cedere

cedere bonis, vt est text. peregrinus & singu. in §. si quis autem adiecerit. in authē. vt determi. sit nu. cle. col. 1. pro quo vide Angel. Aretin. Institu. de actioni. in versic. cum quoq; quem refert & sequitur Ias. Mayn. ibidē in nu. 10.

Primò fallit si quis est obligatus ad onus personale: quia tunc non liberatur. leg. cum fruct. & ibi Florian. de vsufructu.

a Secundò fallit[a] in emphyteuta vt not. in Spec. in tit. de locato. §. aūt. versi. 128. & ibi Io. And. in addit. vide aliquid per Dyn. in leg. is cum quo. ff. de aqua plu. & Ludo. Roma. in consil. sun 48. Bald. & Florian. in dict. leg. cum fructibus. de vsufruct.

ADDITIO.

a *Secundò fallit. Pro ista secunda & tertia fallentia vide Baldum in d. l. 1. in 3. col. C. qui bo ced poss quòd cedens bonis retinet emphyteusim & feudum, sed non eorum commoditates. & idem dicit esse in bonis prohibitis alienari. Bened. Vad.*

Tertiò fallit in feudatario vt per Flo. in d. le. cum fruc. & in l. si aūt. in prin. ff. eo. tit. Bal. in c. j. §. callidis. de prohi. feu. alie. vbi gl. vide gl. & Iacob. de Bel. in c. 1. de vasal. qui contra cōstit. Lotha. feu. alie. & in Spe. de fruct. vers. 38.

Quartò fallit in rustico qui non vult soluere collectā, & vult cedere domino. le. optimam. in fi. ff. man. gl. est in le. incola. ff. ad municip. & Flor. in d. leg. cum fruct. not. Bal. in l. 3. per illum tex. C. qui bon. cede. pos.

Quintò fallit vbi debitor dissipasset bona in fraudem creditorum: vt est casus not. in l. fin. §. fin. ff. de his quę in frau. credito.

Sextò fallit vbi quis tenetur tantùm ad factum putà scribere librum, vt not. in l. in stipulationibus. §. fin. ff. de verborū oblig. & in l. stipulatio. §. siue autem. ff. de oper. noui nuntiat.

Septimò fallit si debitor eo tempore, quo contraxit, sciebat se non esse soluendo. l. penul. in fin. de iure dot. & hos duos casus præcedentes ponit Bart. in l. alia. §. elegan ganter. in fin. solut. matrimonio.

Octauò fallit in debitore fisci, qui non potest cedere bonis: vt est casus in leg. 2. C. de exact. trib. libr. 10. & l. sacrileg. §. fi. in fi. ad l. Iul. pecu. Barto. in l. 1. ff. qui bo. cede. pos. nisi eo casu, quo paupertas excusat secundum Bal. in l. 1. in fi. 3. col. & ibi Cyn. in 3. q. C. eo. titu.

Nonò fallit vbicunq; quis tenetur ex delicto vel quasi: quia tunc non admittitur cessio bonorum, sed pœna pecuniaria resoluitur in corporalem: quia qui nō potest in ære soluere, luat in corpore. l. generaliter. ff. de pœ. & l. penul. de in ius vocando.

Decimò fallit in hærede dolo non conficiente inuentarium: quia nō potest cedere, cùm voluerit fraudare creditores: vt in authen. de heredi. & Falcid. §. sancimus. per Bal. in d. l. 1. in 1. col. versic. quęro an heres.

Vndecimò fallit in eo qui plenariè habeat vnde creditoribus soluat: quia ille non potest cedere bonis secundum Bald. in d. l. 1. in 2. colū. per rationem de qua ibi per eū, tamen contrarium tenet Cyn. ibidem in 3. quæstione, per tex. in l. illud. §. quod tamen. ff. de tri. quòd imò ēt diues potest cedere bonis, & idem tenet Ray. de For. in l. legis Iuliæ. C. qui bo. ced. pos. sed vide Nico. de Neapo. Instit. de actionibus. versi. eum quoq; quem refert & sequitur Ias. Mayn. ibidem in num. 21.

Duodecimò fallit vbi creditor fecisset pactum debitori de non incarcerando eum: quia cessat ratio huius beneficij cessionis, quod est, vt non incarcerentur debitores. ita Bald. in d. l. 1. qui bo. cede. poss.

Decimotertiò fallit in minore qui incarcerari non potest, & cessat ratio huius beneficij cessionis: nam non potest cedere bonis: ita habetur per Bald. in d. l. 1. in penult. col. C. qui bon. cede. pos. & plenè per Ang. in l. nemo carcerem. C. de exac. trib. lib. 10. & per Ange. & Lud. Rom. in l. nec impuberes. ff. de in ius vocando.

Decimoquartò fallit vbi debitor habuit dilationem quinquennalem: quia tunc non potest amplius gaudere beneficio cessionis: vt not. gl. & Ange. in d. l. fi. C. qui bo. cedere possunt.

Decimoquintò fallit vbi licet bona debitoris fuerint confiscata, tamen gratia principis fuerunt sibi restituta: vt est casus sing. in l. penul. & fi. C. de sen. pass.

Decimosextò fallit quando debitor à prin. negasset debitum, & posteà fuisset conuictus & condemnatus: quia tūc nō gauderet priuilegio cessionis. Ang. Aret. instit. de actio. versi. eum quoq; vt ibidem Ias. in nu. 16. & Bal. latè in d. l. 1. in 1. col. Bened. Vad.

Decimoseptimò fallit generaliter secundū Io. Fab. in d. versi. eum quoq; cùm cessio nunquam admitti debeat nisi creditores instent & petant: quia hoc beneficium est miserabile & subsidiariū: ergo nō debet cōcedi: vt ēt ibi per Ias. alleg. Bal. ita tenētem in d. l. 1. in 3. col. Bene. Vald.

Decimooctauò fallit in eo, qui sub spe cessionis bonorum contraxit, secundum Dynum in regula, peccatum. de reg. iur. in 6. & Io. & Pla. in versi. eum quoque. vbi etiā per Ias. Bened. Vad.

REGVLA LXVI.

CEDENS bonis non tenetur nisi in quantū facere potest. Instit. de actio. versi. eum quoque.

Primò fallit vbicūq; cedens alienauit bona sua in fraudem: quia tunc tenetur insolidum, vt est casus not. in l. fi. secundum vnam lect. gl. ff. quæ in fraudem credi. & in l. etiam. §. 1. ff. sol. matri. & in l. rerum amo. ff. de re iudi. per tex. in l. pen. ff. de iu. dot. & est glo. in §. q autem. in fin. in auth. de fideiu. l. in gl. super verbo, cederet. imò si non habet vnde soluat, debet luere in corpore: vt est text. in le. quicunque. C. de seru. fug. quia conuenitur ad pœnam.

Secundò fallit si conueniretur ex delicto ad restitutionem vsurarum: vt in ca. cùm tu. de vsur. vnde cedens bonis liberatur, & naturali & ciuili obligatione, secundum glo. in l. hęres à debitore. §. quod si stipulatur. ff. de fideiussori. licet contrarium dicat gl. in l. vbicunq;. ff. eodem.

Tertiò fallit respectu creditorū, quos posteà post cessionem est sortitus: quia tales noui creditores bene poterunt eum insolidum conuenire secundum Ioa. Fab. in d. versic. eum quoque. quem refert & sequitur ibidem Ias. May. in num. 4. Bened. Vad.

Quartò fallit in scholare, qui cessit bonis & posteà emit libros, vel clericus breuiarium, vel miles arma: quia tales libros vel arma creditores auferre non possunt. Bal. hic not. ad limitationē illius, si cedens peruenerit ad pinguiorem fortunam an possit denuo conueniri. in rub. C. qui bonis cedere pos. alleg. ad hoc gl. fi. in l. nepos Proculo. in ver. dignitate. ff. de verb. sig. Bened. Vad.

REGVLA XVII.

CESSIO regulariter permissa. est l. secunda. C. ne liceat potent.

Primò fallit quando in eo qui est in potestate ratione officij, vt d. l. 2. C. ne liceat potentior.

Secundò fallit quando est facta ab eo qui est in potestate alio respectu. vt dicit gl. in d. l. 2. de alienatiōe iudicij mutandi causa facta.

Tertiò fallit in re litigiosa. vt dicit glo. in d. l. 2.

Quartò fallit quādo pro parte actio venditur, & pro
a parte donatur: quia tunc est suspecta & simulata[a] vt le. per diuersas. & l. ab Anastasio. C. man.

ADDITIO.

a *Simulata. Quādo autem præsumatur simulata vide do. Mart. Soci. eiusdem do Bart. Socin. genitorem in consi. 18. prosequendo. ver. solùm ergo. circa fi. in ver. aquē in 1. parte Bened. Vad.*

Quintò fallit quando ceditur pro pretio minuto non condigno ipsi actioni: vt in d. l. ab Anastasio.

Sextò fallit quando ceditur pro pretio de quo nõ constat nisi per confessionem de recepto, secundum Bart. de quo per gl. in d.l. per diuersas, secundũ Iac. de Bel. in corpore auth. de equalitate dot. in §. illud etiam. sed Bal. in d. l. 2. tenet contrarium.

Septimò fallit quando esset titulus sine causa expressa in instrumento: vt dicit gl. in d.l. 2. quòd si est facta cessio pro centum florenis, & non sit apposita causa, nec sit dictum pro quo pretio, quia tunc videtur contractus innominatus, quòd ipsa cessio sit suspecta.

Octauò fallit quando pars cedens esset inhabilis: vt in l. de pupillo. ff. de auth. tut.

Nonò fallit in casu tex. leg. si mulier. §. ex asse. ff. de iure dot.

REGVLA LXVIII.

CESSIONE bonorum quis à debito liberatur, vt le. 2. ff. & C. qui bonis ced. possunt.

Primò fallit si est quis obligatus ad onus personale, licet illud onus sit occasione rei. le. cum fructus. & ibi gl. ff. de vsufruct.

Secundò fallit in emphyteuta vt not. per Spe. in tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. 1 ab ibi per Io. An. in addi. & Bal. in l. cum fructus. ff. de vsufru.

Tertiò fallit in feudatario, vt per Florianũ in d. le. cum fructus. & l. si absentis. in prin. ff. de vsufruc. & Bal. in c. 1. in §. callidis. de prohibita feudi alienatione per Federicũ. & gl. & Nic. de Nea. in c. 1. de vasallo qui cõtra constit.

Quartò fallit in rustico, qui non vult soluere collectam, non vult soluere domino. l. optimam. in fi. de mun. & hono. & l. incola. ff. ad municip.

Quintò fallit vbi debitor dissiparet bona in fraudẽ creditorũ: vt est casus in l. fi. in fi. ff. de his quæ in frau. credit.

Sextò fallit vbi quis tenetur ad factũ, vt scribere librũ, & not. in l. si quis curialis. C. de episcopis & clericis. & in l. si stipulatio. §. si autem. ff. de noui operis nuntiatione. & Bar. l. s qui bonis. ff. de cessione bonorum.

Septimò fallit vbicunq; debitor ipse sciebat sanè vnde soluere. l. j. ff. de iure dot. vt per Bald. in l. alia. §. eleganter. ff. solu. matrimo.

Octauò fallit etiam in debitore, cui est cessa dilatio ad soluendum: vt per gl. in l. fi. C. eodem.

REGVLA LXIX.

CITANS aliquem qui non sit iurisdictionis suæ, ille cõparere [b] non tenetur, nec contra eum, siue veniat, siue non procedere potest. in l. non nocet. ff. de iud. & per Doct. in c. 2. de dilat.

ADDITIO.

[b] *Comparere. Adde Fely. in c. veniẽs. in fi. 1. col. ver. in ea. glo. ibi, non est. de accusat.*

Primò fallit qñ citatus corã eo cõparuisset, & li. suisset conte. nec esset necessariam in iure nec in facto: cũ tunc eius iurisdictio prorogetur in tãtum, ꝙ contra eum põt ꝓcedi ad diffinitiuã sñiam, quam exequetur suus iudex. extrà de for. compe. c. postulasti. & si ille postquam venit recedit illicentiatus, poterit puniri ex contumacia, secundũ Inn. in d. c. 2. de dilat. pro. quo facit quod not. extrà de offic. delegati. c. fin. & ca. 1. extrà de iudicijs. vbi de his de quibus in l. 1. & 2. ff. de iudicijs.

Secundò fallit quãdo ipse extra territorium existat & fuisset citatus ab eo expressa causa in citatione, quæ si esset vera competeret iurisdictio, vt quia dixisset in ea quo niã in suo territorio contraxit, vel deliquit, vel ibi sita est res, de qua agitur: cũ tunc ipse citatus cõparere teneatur, si habeat res in territorio citantis, aliàs petatur contra eũ procedere ad missionem in possessionem illarum rerum: quia tunc talis citatus arctatur ab eo, à quo ipsa res decernẽda est: vt est text. expressus in l. 3. §. contrahentes. extrà de for. compe. in 6. secundum do. Anto. per hoc quod tenet in c. 2. de dilat. quicquid dicat Inno.

Tertiò fallit qñ ipse citatus inuentus fuisset in ipso territorio citantis: cũm tunc parere teneatur si citetur ex tali causa, quæ si esset vera competeret iurisdictio, vt suprà, adeo ꝙ si non cõpareret poterit excommunicari, & puniri per ipsam contumaciã: imò & per ipsum iudicẽ procedi poterit sup causa principali, si sit talis causa, in qua ꝓcedi poterit lit. nõ cõtesta. & si procedit valebit ꝓcessus.

REGVLA LXX.

CITANS aliquem de sua iurisdictione, si ille non comparеat excommunicari potest, & aliũ in possessionẽ mittere. l. in possessione. ff. ex quib. cau. in pos. eatur & per Doct. in c. 2. de dilat.

Primò fallit qñ in citationibus exprimitur aliquid iniustum vel inhonestum, vel tale propter quod certum est ꝙ contra eũ qui agit competit exceptio dilatoria, vt si citetur quis vt respondeat spoliatori, vel seruo, vel excommunicato, vel alij personæ, quæ in iudicio stare non posset, vel die feriata: cũm tunc citatus comparere nõ teneatur, ex quo citatio continet expressum errorem. extrà de sent. excommu. c. per tuas. secundũ Inno. in d. c. 2. de dilationibus. quod procedit etiam si talis iniustè posit habere talem excusationẽ vel dubitationẽ: vt est si citetur dominus ꝙ respondeat seruo suo, qui potest de eo quãdoq; cõqueri, vt de intelligibili iniuria: vt Insti. de his qui sunt sui vel alie. iur. §. si. sufficit enim quod conueniat in istum secundum communem relationẽ cursorum non atento causali euentu. & hoc nisi in citatione adijciat causam excusationis illius iniustè secundum do. Inno. in d. c. 2.

Secundò fallit si sit notorium ipsi iudici & aduersario, ꝙ ipsa citatio cõtineat quod sit iniustum, vt est si citetur quis ad locum notoriè nõ tutũ: cũm tunc comparere nõ teneatur. vt l. non videtur. ff. de iudi. secundum Imo. in d. c. 2. ad hoc dictum c. pastoralis. §. Pisana. de re iudi. secundum Io. An. in d. ca. 2. qui post Inno. dicit ꝙ si tunc nõ cõpareat, contra eũ proceditur, & tutus erit exceptione do li contra aduersarium, qui obtinuit, etiam si in possessionem missus sit. ar. l. si reus. ff. de eo per quem factum erit. licet prudẽter faciet si simulabit ægrotare. 5. q. 4. si ægrotans. secundum Inno. in d. c. 2. de dilat. & Io. An. pro quo facit extrà de officio iudicis. c. 1.

Tertiò fallit quando ipse citatus fuisset iusto impedimento detentus. cum citatio non arctet eũ ad comparendum. si iudici hoc fuit notum. ff. de re iud. l. quæsitum. extrà. de procu. c. querelam. aliàs si arctabit in tantũ ꝙ poterit cõtra eum procedi, iuuetur beneficio restitutionis in integrum ex clausula generali, si apparet eum iusto impedimento detentũ, vt not. ff. ex quib. cau. ma. l. sed & si per prætorem. §. fi. & l. 2. ff. si quis ius dicen. non obtem. & in d. l. quæsitũ. & c. querelã. & in c. cũ Bertholdus de re iudi.

Quartò fallit quando ipse citatus non comparẽs, tutus esset aliqua exceptione dilatoria vel peremptoria: cũ tũc non teneatur cõparere, dummodo non compareat infra tẽpus, intra quod ipsas exceptiones opponere posset & opponat: admittetur enim si posteà cõpareat & ipsas exceptiones opponat, dũmodo reperiam causam in eo statu, quo admissus fuisset ad probandũ, id est opponẽdũ, si fuisset præsens: cũm ipsis exceptionibus præcludatur via cõtra ipsum absentem per illũ actũ, per quem præcluderetur si fuisset præsens: vt extrà de postul. prælat. c. 1. secundũ Inn. & Io. And. in d. c. 2. de dilat. ad hoc quod not. per Innocen. extrà de appell. capit. si duobus. & de eo qui or. fur. suscep. c. innotuit. per gloss. in verbo, absentia. & ca. 1. de elect. in 6. per l. rem. alie. in glos. suprà. vbi hoc idem tenet Innocen. extrà de iudicijs. in Specul. de appellatio. §. non bannitus. ver. sed pone. & per Paul. in clem. sæpe. de verb. signific.

Quintò fallit quando ipse citatus latitat vel exceptione tutus non cõparuisset, & propter cõtumaciã agẽs esset missus in possessionem: nam ipse absẽns posset excommunicari vel multari, non missionem in possessionem pati,

Secundò fallit in feudis: quia oportet quod interueniat trina citatio. vt per Bart. in c. 1. de milite vasallo qui contumax est. in gl. super verbo, veniût. î fi. in vsib. feudorũ.

Tertiò fallit nisi requirantur pro forma: nam tunc iudex non potest facere, quòd vna citatio habeat vim perẽptorij, Bal. in l. 2. C. quomodo & quando iudex.

Quartò fallit quando tractatur de pœna imponenda. Anto. de Butr. in c. ex tunc. in penulti. column. de clericis non resid.

REGVLA LXXVII.

CITATIO amicorum in absentium citatione, tam de iure ciuili q̃ canonico non requiritur. le. cùm proponas. & ibi per doct. C. de bonis autoritate iudicis possidẽdis. & per gl. & Doct. in ca. causam quæ. extrà de do. & contuma.

Primò fallit quando procederetur contra minorẽ, vt l. hoc autem. ff. quibus ex causis in possessionem eatur.

Secundò fallit qñ procederetur cõtra maiorem, qui iuuari potest iure speciali, putà beneficio vt restituat in integrum, vt si procedatur contra absentem ex causa reipublicæ. vt voluit Nico. post do. Ant. in d. ca. causam quę & latius & clari' Io. de Imo. î c. fi. extrà de eo qui mit. in pos.

REGVLA LXXVIII.

CITATVS vt reus vel eius procurator personaliter dicatur, per ciuitatem & prouincias si ibi requiritur, perquirere sufficit. c. causam quæ. & ibi per Docto. extrà de do. & contuma.

Primò fallit in causis requirentibus celeritatem: cùm tunc sufficiat quòd non reperiatur in loco iudicij, vt citari possit ad domum: vt l. 3. §. ait prætor. ff. de damno infecto. l. Labeonis. iuncta l. 1. ff. eodem. vt voluit Bart. in d. l. ait prætor.

Secundò fallit qñ citatus semel fuisset in iudicio: cùm tunc dicatur esse satis ꝙ reperiatur in iudicio & in loco iudicij. aliàs si ibi non reperiatur, possit citari ad domum vt voluit Bar. in d. l. prætor ait. pro quo facit l. & post edictum. de iudi. & auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. & l. alieno. C. de dolo. & per gl. in l. 1. §. ex hoc edicto. ff. quæ sententiæ sine appel. rescin. & per Ioa. And. in repet. c. pręsumitur. in 6. & per do. de Rota, deci. 413. quę incipit, item si actor. vbi videntur hoc approbare, secundum dom. Nic. in c. causam quæ. vbi latius vide.

REGVLA LXXIX.

CLERICVS incorrigibilis regulariter degradandus & curiæ seculari tradendus, & per eam comprimendus est. tex. est à contrario sensu in c. cùm non ab homine. & quod ibi not. & in c. at si clerici. extrà, de iudicijs.

Primò fallit in crimine hęresis: quia clericus est statim post depositionem curiæ seculari relinquendus, & idem traditur & sic degradatur. vt c. ad abolendam. in glo. & in d. c. cùm non ab homine. quod est verũ, quando fuit relapsus in hæresim. nam tunc sine vlla audientia traditur curiæ seculari: vt in c. super eo. & c. accusatus. de hęreticis. in 6. aliàs non traditur ipse hæreticus si vult se corrigere: sed detruditur in carcerem ad pœnitentiam peragendum. extrà, de hęre. c. pe. quinimò ista pœna carceris potest hodie in aliam commutati. vt c. vt commissi. de hæret. in 6. circa quod vide nota. per gl. 21. dist. c. nunc autem.

Secundò fallit in falsificatione literarum papæ: quia in continenti traditur curiæ seculari. vt in d. ca. ad abolendã extrà, de hæreticis. & vt in d. cap. cũ non ab homine. & ita communiter tenetur ꝙ sit speciale in hoc crimine, secũdum do. meum Alex. in d. c. at si clerici.

Tertiò fallit in illo qui fuit depositus propter cõtumeliam, vel calumniam, quam intulit episcopo suo. 11. q. 1. si quis sacerdotum. & 3. q. 4. si quis clericus. vt voluit glo. in d. c. ad abolendam. & in c. fi. extrà de testi. cogen. secundum gl. in d. c. cùm non ab homine. & dicuntur hæc capitula procedere in incorrigibili. & ita sentit gl. in d. ca. si quis clericus. & in c. si qui sunt. 2. q. 7. ista opinio tanquam verior communiter approbatur vt in d. cap. cùm non ab homine. & in d. c. fi.

Quartò fallit, nã cùm pro simplici homicidio vel alio crimine atroci degradetur, & deferatur in carcerem, aut alia pœna condigna, si ecclesia non habeat vltra quid faciat, degradandus erit, & curiæ seculari tradendus: quod etiam permittitur pro simplici homicidio, propter contemptũ canonicę disciplinę: vt in d. c. cùm non ab homine. extrà de iudi. & per ipsum domi. Nicol. pleniùs in d. c. at si clerici. circa finem ibi, ad hoc faciat.

Quintò fallit in illo qui promoscuè commisisset vnũ crimen grauissimum, putà homicidium non simplex sed qualificatum [a], putà parricidium, quia interfecit patrem vel matrem, vel sacerdotem priuatum cum spoliatione bonorũ, vel ecclesiam combussisset, vel vnum de deputatis ad diuinum officium spoliasset, & ordinasset patriam prodere, vel aliud crimen grauissimum cõmisisset, & in canonibus certa pœna non esset determinata sed per leges pœna sæuissima venisset imponenda. Nam cum sacerdote talia delicta cõmittente non sit condigna pœna depositionis & carceris, & cùm fortè laici ejus socij comburerentur, vel ad bestias darentur, Et alia pœna condigna in ecclesia similis non reperitur, erit talis clericus degradãdus, & curiæ seculari dandus: quia ecclesia nõ habet vltra aliud quid faciat. ad hoc auth. de san. epis. §. si verò crimen. Et ita disputãdo retuli dom. Pet. de Anch. pro quo facit tex. in c. 1. de homic. in 6. Ad hoc tex. sing. in c. nouimus. de verb. sign. vt patet ibi, & aliud, & c. quia non solũ propter aliud crimen. ergo videtur damnabile & damnosum vt clericus degradetur, & curiæ seculari tradatur: facit etiam ad hoc tex. 33. q. 5. sunt quidam. & 22. q. 5. si quis laicus. vbi patet quod Clericus vel Presbyter degradatur propter coniurationem prædictam cõtra principem, vel dominum terræ. quia tunc in tali loquitur in actuali degradatione [b] propter immanitatem criminis. arg. l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. etiam ad hoc tex. in d. c. at si clerici. in prin. vbi patet quod non quilibet depositus debet tradi curiæ seculari indifferenter, sed qualificatus, secundum dom. Nicol. vbi pleniùs de his tractatur.

ADDITIO.

a *Qualificatum. Adde Pet. de Anchara. in consi. 156. Bened. Vad.*

b *Degradatione. Vide Pet. de Anchara. in consi. præalleg. 157. Bened. Vad.*

REGVLA LXXX.

CLERICVS coram non suo iudice, id est seculari conueniri non potest, etiam si sui episcopi consensus interueniat. tex. est cùm glos. in capitu. significasti. de foro competenti.

Primò fallit quando talis causa fuisset commissa eidem à papa vel episcopo: cùm tunc conueniri possit, vt patet in c. significasti.

Secũdò fallit in causa feudali, in qua cõueniri põt corã domino seculari. extrà de foro comp. c. ex tenore. & not. extrà de maiorita. & obedien. c. solita.

Tertiò fallit quando ipse clericus esset bigamus, cùm tunc nõ gaudeat beneficio ecclesiastico. 4. dist. c. quisquis. & c. vnico. de bigamis.

Quartò fallit in causa reuocationis, in qua dicendũ est, prout not. extrà, de iudi. c. at si clerici.

Quintò fallit qñ esset cõiugatus, & nõ incederet in habitu clericali & tõsura. extrà, de cler. coniug. c. vnico. in 6.

Sextò fallit quando dimisisset habitum & tonsurã, & tertiò monitus illam non resumpsisset. extrà de sentẽ. excommunicationis. c. in audientia. & c. cùm contingat. eo. titu. & hoc etiam not. in c. 1. de apostatis.

Septimò fallit quando clericus negotia secularia exerceret, & tertiò monitus non desisteret: cùm tunc primò illa bona perdat & priuilegium clericale: vnde super

eis poterit coram iudice seculari conueniri. extra, de vita & honestate clericorum.c.fi.

Octauò fallit quando clericus in minoribus existens esset ad militiam secularem promotus, extrà, de electio. cùm inter.

Nonò fallit quando per annum partem ioculatoriam exercuisset,& infra annum monitus nó desisteret. extra, de vita & honestate clericorum.in c.1.in 6.

Decimò fallit quãdo esset depositus vt incorrigibilis, extrà,de iudi.cùm non ab homine.

Vndecimò fallit si esset etiam degradatus actualiter.vt in c.2.de pœnis.in 6.

Duodecimò fallit quando inuocatur brachium seculare contra ipsum clericum,prout inuocari potest in casibus,de quibus in c.princeps.decimatertia q.1.vt est casus quando ab ecclesia requiritur:cùm tunc laicus habeat potestatem vt clericum puniat:vt habetur extrà, de senten. excommunicationis.c.perpendimus. per dominum Cardi.& Florian.in sua repeti.in c. si iudex.& c. si clericus.de sent.excommu.in 6.

REGVLA LXXXI.

CLERICVS absens ad hoc vt priuari posit,primò moneri debet.in c.qu oniam.§.porrò. & ibi Doctores,vt lit.non contestata.

Primò fallit quando constitutio synodalis ipsis clericis præciperet vt resideant, & ipsos non residétes priuet cũ tunc alia monitio non sit necessaria.vt voluit Feder.in consi.suo 100.& domi. Anton.in di.§.porrò.

Secũdò fallit qñ ipse clericus expresè vel tacitè fuisset monitus in 1.termino sibi assignato, super recessu,ad reuertendum sub pœna priuationis: tunc alia monitio vel requisitio non sit necessaria.& ita procedere poterit opinio Inno.in d.§.porrò.qui hoc tenuit secundum Io.An. ibidem,quod notat extrà,de officio delega.c.consuluit.secundum Imol.in §.porrò. vbi plenius vide per doct.

REGVLA LXXXII.

CLERICVS per laicum, vel patronum, seu parochianum ecclesiæ impediri vel denuntiari nó potest, vt propter crimen commissum à beneficio remoueatur. gl.in c.ex parte.de test.& quod not.glo.in c.qualiter.el 2. de accusatio.& Goffre.& Spec.in titu.de inquisitione.§. 1.versi.sed nunquid extraneus.

Primò fallit quando non fuisset oppositum, & ita procedere poterit.d.capit.ex parte.& ibi per Ioan. Andr. qui ita tenet.

Secundò fallit quando quis vellet eum impedire, vel denuntiare de crimine dilapidationis: cum tunc in defectum clericorum admittatur laicus ad hoc quod not.extrà.de reb.eccle. non alie. §.si quis.secundum dominum Nicolaum in d.c.ex parte.

Tertiò fallit qñ denuntiare vellet non canonica institutione,sed denuntiatione euangelica,quæ solum tendit ad pœnitentiam:cùm tunc admittatur quilibet ẽt laicus iuxta nota.extrà,de testib.c.in omni.& in ca.nouit.

Quartò fallit quando ageretur de crimine præcedente monitionem:nam ipsa facit vt tunc admittatur quilibet de populo, cum cuiuslibet intersit ne frater decipiatur secundum dominum Anto.in d.ca.ex parte.& ibi per domi.Nicol.

Quintò fallit quando ipse clericus non esset iam promotus,sed promouendus:cum tunc admittatur ad excipiendũ contra eum nó solum parochianus vel patronus sed etiam alius laicus,dummodo speciale interesse prætẽdere posit: vt voluit Innocen.extra,de accusa.cap.super his.vbi plenius.

REGVLA LXXXIII.

CLERICVS pro statu ecclesiastico ecclesia vacãte personaliter agere non potest. text.est in capitul. 1.ne sede vacante.

Primò fallit hæc regula in casibus,de quibus per Canonistas in c.cùm olim.extrà,de testibus.Et primò quando esset talis quæstio,quę commodè tractatur vacante sede, quam plenè not.extrà,de consuetu.c.cùm dilectus.secũdum Imo.in d.c.cùm olim.

Secundò fallit quando esset talis quæstio,quæ si differatur,ecclesia traheretur in peiorem statum : vt est casus in d.c.cùm olim.& ibi plenè per Canonistas.

REGVLA LXXXIIII.

CODICILLI rumpuntur rupto testamento.l.j.C. de codi.cum similibus.

Primò fallit si venientes ab intestato grauati essent restituere id,quod relinquebatur in codicillis:quia tunc codicilli valerent, licet testamentum non habeat effectum, vt in l.ex testamento.& in le.eam quam .C.de fideicommis.& in l.ex ea scriptura.& ibi not.C.de testamentis.

Secundò fallit vbicunque tacitè non expresè essent rogati de restituendo id,quod in codicillis continetur:quia tunc valent codicilli,licet testamentum rumpatur. casus est,& ibi exemplum in l.qui filio.§.1.cum gl.fi.ff. de hæred.insti.& ibi vide per Bart.qui ab omnibus ibi improbatur,& vide ibi ad intellectum illius legis Baldum & Ioannem de Imola,qui idem volunt, quod tene menti.

Tertiò fallit vbicunq; testamentum esset ab initio nullum putà quia in eo esset præteritus filius iam natus:quia tunc facti codicilli valent.Ita tenet Cyn.in le. domina.la 1.C.eodem.& alleg.l.3.§.fin. cum ibi not.ff. de postul.& idem tenuerunt Dyn.& Bart.in l.legata inutiliter.secundum vnam lecturam.ff.de leg.1.

REGVLA LXXXV.

COMMISSIO facta alicui secundum voluntatem suã,non subijcitur regulis iuris.Bal.in l.si cui.C.de dotis promissio.& in l.cùm antea.C. de arbitris.

Primò fallit quando quis committeret se in voluntatem aduersarij sui:quia tunc intelligitur arbitrio boni viri,secundum Bartolum & doct. in l.pen.ff. de arbi.& Inno.in c.veniens.c.sanè.de renuntiatio.

Secundò fallit quando etiam diceretur in commisione, q remittitur arbitrio tuę volũtatis:quia tunc illa verba important arbitrium boni viri,vt in c. nimis praua.de excesib.prælato. per quem textum ita simpliciter tenet Alex.in l.si sit legatum.§.si tibi.ff. de leg.1. pro quo facit quod not.in l.1.C. si propter publicas pensitat. vbi dicit, si princeps dedit potestatem,q exactor potest compellere omnes debitores fiscales ad soluendum omnem collectam,de qua sibi videbitur, nihilominus tenetur seruare statuta & consuetudines illius loci.

REGVLA LXXXVI.

COMPENSATIO de liquido ad non liquidũ regulariter non fit.l.fi.C.de compensatio. [a] cum simi.

ADDITIO.

a *Compensatio. Adde Fely.in c.ad nostram.in 3.col.versi. quare autem.de iureiur.tu uide Bald.in consi.155.in 2.parte.& Dom.Bart.Socin.in consi.93.incip.circa primũ uers. præterea illa.circa principiũ in 1.parte, & dom.Pet Phil. Cor.in consil.169.inci licet. in litera cau 1.parte,ubi ponit quòd compensatio non fit de non liquido cum debito instrumenti liquido. Bene.V ad.*

Primò fallit,[a]quia dicta regula debet intelligi qñ illud est liquidum per testes vel alias probationes:secus si esset liquidum per confesionem partis,vt est tex.cum gl.valde not.in l.fin.in verbo,coniuncta.C.de compensa. & ibi hoc nota.& tenet Cyn.in 9.q.& est alia glos.similis in le. nemo ex hisff.de reg.iur.& ideo est cautela sing.per quã de liquido ad non liquidum poterit opponi compẽsatio, & liquidum non poterit iterũ exigi, vt si vnus compẽsat x.in quibus est verus debitor,& ipse tenetur etiam compẽsare alia x.vel maiorem vel minorem summam. si potest probare aduersarius quod sis debitor suus quia confiteris incontinenti debitum , & opponas compẽsationem

pro eo

pro ea quantitate, in qua aduersarius est debitor tuus, & licet aduersarius neget debitum, tamē talis oppositio compensationis valebit, & interim non poterit à te exigere, sed debebit te expectare quòd probes. nec obstabit dicta regula, quòd de liquido ad non liquidum non fit compensatio: quia debet intelligi quando illud est liquidum per testes vel alias probationes, secus aût si per confessionem partis: vt dictum est ÿ.

Secundò fallit dicta regula si non liqnidū esset de proximo liquidandum: vt in d. le. fin. C. de compensationib.

REGVLA LXXXVII.

CONDITIO impossibilis negatiuè concepta non vitiat nec suspendit, imò promissio remanet pura, Barso. in l. impossibilis. ff. de verb. obligationib.

Primò fallit si condstio sit impossibilis de iure: vt in le. iurisgentium. §. ob maleficinm. ff. de pact. & in le. non solùm. & ibi per Bartolum. ff. de actionib. & oblig.

Secundò fallit si adijciatur stipulationi pœnali: vt in le. si bomo mortuus. ff. de verbor. obligationib, vt per Imo. in l. 1. in fi. ff. de condi. insti.

Tertiò fallit si talis conditio haberet diem incertum, qnia non valet: vt per Cardin. in capitu. per tuas. ad fin. de condi. appo.

REGVLA LXXXVIII.

CONFESSIO facta coram iudice non suo, regulariter coram suo fidem nullā facit. c. at si clerici. in principio de iudicijs.

Primò fallit vbicunque talis confessio fieret coram tali iudice incompetenti, qui posset fieri iudex ex prorogatione cōfitentis: quia tūc confessio talis faciet fidem, etiā quo ad condemnationem. ita sing. not. Inno. in c. super. de confes. & in c. per inquisitionem. de electione.

Secundò fallit & debet intelligi dicta regula quo ad^to tale iudicij præiudicium: sed bene valebit quo ad hoc, vt per maiorem iudicem possit torqueri ad confirmandum & persistendum illa cōfessione qua veniat puniēdus per sufficientem iudicem: vt voluit Ange. in l. vnica. C. de cōfes. & in l. 1. ff. eodem. Bald. in simili in le. clarum. C. de autor. præstan. in fi. & in l. bonæ fidei. C. de reb. cre. in 4. col. Ange. in disputatione incipiente, Allensis miles. & idem tenet Inn. in d. c. inquisitionem. de elect. est ratio, quia licet iste iudex non sit iudex causæ, est tamen honesta persona, & confessio facta coram honestis personis facit indicium. l. quæro. §. fi. ff. de ædil. ed. c. facit quod not. in authen. de sanct. episc. §. si verò crimen. & prædicta debent intelligi, nisi confitens ipsam reuocet, quod potest, vt di. c. at si clerici. & ita tenet Bal. in d. l. vnic. C. de confes. in fi. in verbo, idem dicit.

Fallentias nonnullas alias vide per Felyn. in d. c. at si clerici. in princ. vbi ponit. 7. limitationes ad dictam regulam & vide eum etiam in 5. col. post medium.

REGVLA LXXXIX.

a CONFESSIO absente parte facta non præiudicat, nec plenè probat [a] l. certum. §. si quis absente. ff. de cōfessis. & gl. in c. fi. de confessis.

ADDITIO.

a *Probat. Vide Fely. in c. si cautio. de fide instru. in 3. col. versi. in gl. in ver. causam. & d. Pet Philip. Cor. consi. 211. inci. quanquam. in litera b. & in consi. 261. inci. viso. in litera a. in 3. parte. & omnino in consi. 113. incipi. circa. in litera r. in 1. parte & Bald in consi. 380. in 5. parte. & in consil. 251. in 1. parte. vbi ponit an faciat aliquod indicium & vide eum in consi. 392. in 3. parte. vbi an probet liberationem, & an facta præsente fideiussore, & absente principali, dicatur facta absente parte. & vide in consilio. 327. in 3. parte.*

Amplia primò etiam si confessio cum causa fieret in iudicio absente parte, cum non noceat. di. §. si quis absente, & ideo dicit ibi Bart. quod facias semper poni in actis, præsente parte. & hoc etiam not. gloss. magna in d. c. fi. de confessis. pro qua ampliatione vide latè ibi per domi. Anto. & Abb. & Bald. in authen. generaliter. in penult. col. C. de episco. & cleri. quam tamen ampliationem restringe quatuor modis, de quibus per Fely. in ca. si cautio. de fide instru. in 3. col. versi. in gloss. in ver. causam. vbi etiam ponit hanc ampliationem.

Amplia secundò etiam si pars esset præsens in iudicio, dummodo pars impugnetur. quia tunc confessio noceret confitenti: aliàs secus, vt clarè habetur per Inno. in c. mulieri. de iureiur. per illum text. vnde fortius dicit Salyce. post Cyn. in le. vnica. in 15. oppo. C. de confes. quod non sufficiat quod confessio non sit impugnata per partē præsentem, sed oportet quòd fiat parte instante & petente, vel saltem acceptante. quia aliàs non posset dici confessio quia nō esset simul fassio: quia propriè confiteri idem est quod simul fari: idem vult Salyc. in l. iubemus. in fi. C. de libe. causa. & expressius in le. generaliter. in 6. q. C. de non num. pec. quem refert & sequitur Fely. in d. c. si cautio. in 4. col. in versi. 1. declaratio.

Amplia tertiò procedere etiam in vltima voluntate si quis confiteatur, quòd talis confessio nō probat id, quod emanat secundum Anto. & Imo. in d. c. si cautio. & Bart. in l. non solùm. §. si liberationis. ff. de libe. lega. & in l. Lucius. §. quisquis. el 2. per illum text. de leg. 2. nisi in 5. casibus relatis per Fely. in d. c. si cautio. in d. 4. col. in versic. 3. declaratio. cum seq.

b Primò fallit [b] quando est facta in libello: vt est text. & glo. in l. cùm precum. C. de libe. causa. concor. text. in l. cura. C. de omni agro deser. lib. 11. & text. in l. 2. C. de instit. & substit. sub condi. ibi, ex his quæ in libello. & vide ibi Bald. Ange. & Moder. ita not. Cardi. in c. examinata. in 1. colum. extrà de iud. qui dicit quòd illa gloss. in l. cùm precum. nō est alibi. & hoc non solum in libello actoris, sed

c etiam in libello rei, in quo ponuntur exceptiones [c], est casus in le. 1. C. de his quæ pœnæ nomine. & ibi hoc not. Bart. & doct. in d. §. si quis absente. vide Ange. de Aret. in §. si minus. Insti. de act. in 31. col. in fi. & Paulum de Castro in d. l. 2. C. de instit. & substit. Prædicta limita procedere lite contestata, nisi sit iusta causa erroris: quia ante litem contestatam confessio facta in libello potest reuocari, & libellus corrigi & mutari: vt est gl. sing. in l. qui familiæ. secundum Ange. in d. l. 2. & vide Bald. in le. vnica. C. de confes. in 2. char. versi. secundum quod non iudex, sed quod confessio.

ADDITIO.

b *Primò fallit. Vide Lud. Rom. in consi. 23. & dom. Alex. de Imo. in consi. 80. in 2. parte. Bene. Vad.*

c *Exceptiones. Adde Lud. Rom. in consi. 70. si quid de facta in positionibus. vide dom. Alex de Imo. in cons. 71. in 3. parte. quod idem.*

Secundò fallit absente parte contumace quæ habetur pro præsente. in l. properandum. §. si quidem. C. de iudicijs. & hoc sentit Bar. in l. 1. in fi. C. de confes.

Tertiò fallit in confessione geminata diuersis temporibus: vt probatur in c. fi. de succes. ab intesta. & not. Bar. in l. admonendi. in 12. col. versic. his præmissis. de iureiur. & in l. cùm scimus. C. de agric. & censi. lib. 11.

Quartò fallit vbi confessio est facta per viam voluntariæ iurisdictionis: vt sentit Cyn. in l. vnica. C. de confessis. in 6. q. & hoc vult Bar. & Saly. in l. generaliter. C. de nō nume. pecu.

Quintò fallit secundum id, quod habetur per Io. And. in addi. Spec. in tit. de confes. §. sequitur. vers. 7. quòd circa præparatoria præiudicat, sed circa decisoria non. & ita intelligit d. l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. Sed contra hoc videtur casus in le. 1. ff. de interro. act. de quo per Ang. in l. 1. ff. de cōfes. sed Io. And. potest saluari in his quæ

consistunt in animo, quando confessio fuit facta ab illo qui hæres poterat esse: quia tunc confessio facta parte absente valet, vt statim dicam in sequenti fallen. non ob.le. ff.de interro.act.C.quia illa loquitur in eo, qui nō poterat esse hæres.ita dicit Bar.in l.is qui pōt.in 6.col.versi.nemo ad illas qualitates.& in le.gerit.in 4.col.versi.circa secundam qualitatem probatur.ff.de acqu.hered.& idem tenet Flo.in d.l.fi.de interro.act.limitando istam vt non habeat locum in eo qui poterat esse hæres.

Sextò fallit circa ea que dependent ex voluntate vnius tantùm:sicut est additio hæreditatis.vt est gl.ord.in l.fin. ff.de interro.act.in gl.fi.ad fi.ad idem est gl.in l.Fulcinius. §.quid sit latitare.in verbis,animus enim.ff.qui.ex cau.in poss.eatur.

Septimò fallit quando mercator in libris suis verbum aliquod absente parte scribit contra se: quia scriptura habet semper actum permanentem, secundum Bart.in l.nuda rō.ff.de mun.& honor. vbi late tenet gl.& Bar. ibi per l.inter chartulas.C.de conue.fisc.debi.lib.11.idem tenet in l.vnica.in 4.col.in fi.ff.de confes. idem ibi Paul. de Castr. in vlt.col.idem Anto.de But.& domi.Proldoximus in c. si cautio.de fide instrumentorum.

Octauò fallit nisi talis cōfessio esset iurata a, vt not. Bart.in l.cùm quis.§. codicillis.ff.de legat.3.& hoc sentit Bar.in rub.in l.1.C.res inter alios acta.vbi dicit, ꝙ si parte absente quis dicat,in veritate sum debitor talis, ꝙ talis cōfessio præiudicat.alleg.gl. hic not.32.q.6.quoties cordis oculus.quia tantum est dicere in veritate, quantum si iuretur:ergo vult quod iuramentum habeat validare confessionem factam parte absente.

ADDITIO.

a *Iurat. Adde. d.Pet.Philip.Cor.in suprà alle.cons.112. inci.circa.in littera 4.in 1.parte.& Bald.in consil.344.in 4.parte.*

Nonò fallit nisi fiat præsente fideiussore,licet non præsente principali per ipsum creditorem: quia per talem cōfessionem paratur exceptio fideiussori, & per consequēs ipsi principali.arg.l.idē in duob.ff.de pac. idem vult Bald. in quodam suo cons.quod incipit, primò est videndum.

Decimò fallit de æquitate canonica, secundum quam dici posset quod valet confessio etiam absente parte.quia secundum æquitatem canonicam sola mens sufficere videtur:vt videtur voluisse gl.sing.in can.quoties.ver promitto.in fi.1.q.7.vt per domi.Anto.in c.si cautio.de fide instr.vbi etiam vide Imo.& facit quod not. Bald. in c.innotuit.in 1.col.de elect.& in l.rationes.C.de proba.quod in causis ecclesiasticis,& spiritualibus,& in foro pœnitētiali vel spirituali non requiritur præsentia partis,& valet confessio facta ea absente.Bene. Vad.

Vndecimò fallit nisi interuenerit nuntius vel epistola. l.Publia.in fi.ff.depo.& hoc tenet Pau. de Castr.in l.vnica. C.de confes.in vlt.col.& idem tenet d.Anto. de Butr.& d.Proldox.in c.si mutuo. de fide instr.

Duodecimò fallit nisi dixisset ista verba in confessione:sum in veritate sum debitor talis.vide suprà in 8. fallen.

Tertiodecimò fallit quādo fit ad liberandum:quia paratur exceptio doli,vt tenet glo.in l.non solum.§.liberationis verbo.ff.de lib.l.sed pro 1.gl.videtur casus in l.2.C. de pact.de hoc tamen vide Bald.in cap.1.de eod.qui fi.se, ag.& in d.rub.aliàs l.1.C.res inter alios acta.

Quartodecimò fallit sing.secundum Ant.de But. in c. vestra.de coha.cle.& mu.in prin.34.col.nisi sit facta corā toto populo vel maiori parte:tunc enim nedum in ciuilibus:sed etiam in criminalibus tantam præsumptionem inducit, vt ex ea possit sequi condemnatio nisi purgatio fiat.& ita dicit tenere gl.in l.ictus fustium.in verbo,fustiū de his qui not.infa.dum sentit ꝙ per confessionem extra iudicialem inducitur notorium, etiam si sit facta absente parte.sed Bar. ibidem reprobat, cùm tunc notoriū suspicionis inducitur sine præsumptione ex quo sequitur cōdemnatio.ad quod vide eundem Ant.de But.in d.ca. vestra.in prin. 18.col.de coha.cle.& mulie.

Quintodecimò fallit nisi esset aliquis qui acciperet cōfessionem nomine absentis: tunc enim dato quod accipiens mandatum non haberet, valeret receptio : quia pōt absens ratum habere:quod eius nomine gestum est. vt in toto.tit.ff.& C.de nego.gest.in ca.si à viuo. extrà,de fide instrumento.& vide de hoc glo.in l.huiusmodi.in princ. de legat.1.facit quod not.Bart.in l.cùm quis.§.codicillis. in 1.col.in prin.ff.de leg.3.

Sextodecimò fallit quando lex fingeret aliquem confessum:quia tunc illa confessio æquiparatur cōfessioni factæ in iudicio parte præsente & solenniter.istud per Bar. in l.si arbor.C.de interdic.ma.secundum Bal.ibi, qui inducit ad quæstionem statuto cauetur,ꝙ ille,qui non cōparet in termino banni,habeatur pro confesso. Nunquid sit necesse ꝙ in illo termino aduersarius sit præsens & accuset contumaciā eiusdē ꝙ non, quia ista confessio procedit ex dispositione legali, ad cuius effectum non requiritur præsentia personæ.Et idem videtur tenere Bar.in disputatione sua quæ incipit, per Italiam. vbi dicit quod ficta confessio inducta à statuto operatur vltrà, quàm vera confess.&c.

Septimodecimò fallit nisi confessio fieret, nō quidem rectè ad obligandum confitentem ei cui fit confessio, vel alicui pro eo, sed fieret aliàs ad probandū aliquid, ex qua probatione absenti quæritur obligatio.nam tunc illa præiudicat secundum Ang.in auth.de hered.& Fal.§. si verò expressim.in 3.col.per illum.tex. quem dicit esse sing.vt quis approbat instrumentum tanquam verū, vigore huius approbationis omnes quorum interest, agere poterūt contra approbantem, licet non fuerint præsentes:& licet aliter sentire videatur Bart.in l.admonendi.de iureiur.in 8.col.& domi.Ant.in c.fin.in 6.col.de iureiur.pro Ange. tamen multum facit leg. desiderium.C.depo.& ibi not. Bald.Bene. Vad.

Decimooctauò fallit quo ad semiplenā probationē: vt not.voluit Bart.in d.l.admonēdi.de iureiu.& seq.Imo. Abb.in d.c.si cautio.de fide instrumēto. sed vide Bald.cōtrarium tenentem in l.bonæ fidei.in col.versi.modò quę ro de viua voce.C.de reb.creditis.Bene. Vad.

REGVLA CX.

CONFESSIO prætextu erroris facta reuocari potest.l.non fatetur.& ibi per Bar.ff.de confes.

Primò fallit quando præcessit terminus ad deliberandum:vt not.in c.cùm olim.de censib.& in c.fi.de iureiu. & Anto.de But.in c.fi.de confes.in 18.colū.& 20.col.& idem tenet Host.Ioa.And.in c.ex literis.de diuor.& Ioa. Mona.& Archi.in d.c.fi.& Bal. in l.edicta.in 9.char.C.de eden.& do.Abb.in c.præterea. de test.cogen.& rectè intuenti,voluit Bart.in l.quicquid astringendæ. de verbor. oblig.dum allegat le.contractus.de fide instru.iungendo c.quoniam contra.de proba.& ita etiam singulariter voluit Bald.in l.Gallus.§.quidam rectè.circa principium.ff. col.ff.de libe.& posthu. vbi ponit practicam singularē ad prouidendum ꝙ talis confessio non possit reuocari incōtinenti,videlicet ꝙ facta cōfessione seu responsione,altera pars faciat scribi per notariū ipsa præsente,& dictā cōfessionē seu responsionem acceptante inquantum faciet pro eo,& nō aliter:quia tūc nō poterit amplius reuocari.

Secundò fallit quando talis confessio esset in actis & in scriptis redacta:quia tunc non poterit reuocari per errorem.gl.singu.32.q.1.apud. quam sequitur dom. Anto.de But.de confes.c.fin.

Tertiò fallit post præceptum factum: quia non admittitur talis reuocatio.ita dicit Bald.in l.error.C. de iuris & facti ignorantia.

Quartò fallit quando non potest reuocari confessio propter errorem post conclusionem in causa. Archid.& Ioan.

Ioan.Andr.in nouel.in c.2.de restit. in integrum.

Quintò fallit quando fuisset confessio geminata interuallo: quia tunc nō poterit reuocari, vt sentit Bal.in procem.C.in leg.3.ff.de pig.actio. & in l.1.C.de confes.facit quod not.Bart.in l.cùm scimus.C.de agric.& censi.& in l.triticum.de verb.obli.& in l.1.ff.de consti.pec.in l.similiter.C.ad Velle.& per Moder.in rub.de verbo. obligat. & maximè per Bart.Cæpol. Veronensem V.le.doctorē.

Sextò fallit quando iurauit dicere plenā veritatē circa inquisita: quia tūc confessio nō potest reuocari prætextu erroris, vt per Ant. de Butr.in ca.fina.in 18.col.extrà, de confes.& in c. cùm dilecti. de fide instrumento.

Septimò fallit quando producit instrumentum: quia videtur fateri contenta, quo casu talis confessio non potest reuocari.ita Ant.in d.c.fin.in 18.col.alleg.Inno. in c. cùm olim.de censibus.

REGVLA XCI.

CONFESSIO prætextu erroris iuris reuocari nō potest, ita not.Bart.in l.non fatetur.ff.de confes.

Primò fallit qñ errasset ī aliqua extrauagāti: secus si in le.in corpore iuris clausa: vt no.in leg.cum prolatis de re iudicata.

Secundò fallit in aliquo tex.singulari, vt in text.super quo sunt opiniones: vt not.in l.quòd Nerua.ff. depositi. secus in communi.

Tertiò fallit in fœmina, milite, vel rustico, vel monacho, & similibus, de quibus in l.regula.§.sed & si.ff.de iu. & fact.igno.& l.in bo.ff.de bonorum possessio.

Quartò fallit quando confessio habet intolerabilem errorem expressum, vt dicitur in minore 14. annorum, posse excusari, quia tunc non valet confessio: vt dicit gl. & Ant.de But.in c.fi.in 4.col. de confes. vbi ponit dictas limitationes.

REGVLA XCII.

CONFESSIO coram iudice in loco non tribunalis, & sic non iudicij facta, fidem non facit, neque valet.vt not.in l.1.C.de confes.

Primò fallit quando confessio fieret per viam voluntariæ iurisdictionis: quia potest fieri in quolibet loco. le.1. ff.de offi.proconsulis.

Secundò fallit quando fieret in summario iudicio, etiā extra tribunal: quia fieret fides.l.2.§. dies.ff.quis ordo in bon.pos.serue.

Tertiò fallit quando confessio fieret ad præparationē iudicij.vt l.voluit.§.quod ait.ff.de inter.actio. Bald.in d. l.1.C.de confes.

Quartò fallit ratione qualitatis personæ, quando ad eum mittitur pro iuramento & confessione: quia indistinctè valet alibi quàm ī tribunali.l.ad egregias.ff.de iureiur.vt patet.

REGVLA XCIII.

CONFESSIO facta sine causa facit semiplenā probationem, & iuramentum in probationis supplemētum deferri potest.ita not.Spec.in tit.de confessis.§. nūc videndum.versi.sed quæ est ratio.& idem tenet Ioan.de Imo.in c.si cautio.de fide instrum.

Primò fallit hoc in iure reali: quia confessio facta nulla expressa causa plenè probat, secundum Bar.in l.cùm factum.de iur.& fact.igno.C.idem tenet Antò.de Butr.& Io.de Imo.in c.fi.de confes.& in d.c.si cautio.

Secundò fallit in sententia liberatoria, quæ valet & nocet confitenti, & inducit dispositionē nulla expressa causa, vt in l.pactum.in princ.ff. de pac.

Tertiò fallit quando cōfessio est trina in iudicio: quia tunc nocet sine expressione causæ, secundum Anton.de Butr.& Ioan.de Imol.in c.fin.de confessis.& in dicto capitu.si cautio.

REGVLA XCIIII.

CONFESSIO de credulitate ita prçiudicat sicut confessio de veritate.gl.est in c.ex literis.in ver.veritate.de iureiurand.& glo.in l.quia.de iur.om. iud.& Spe. in tit.de deposito.§.6.versi.sed nunquid. & Cyn.in le.2. §.quod obseruari.C.de iuramento calumniç.

Primò fallit quando quis non respondet in facto proprio, sed in facto alieno, quia tunc sibi non prçiudicat.ita tenet domi.Abb.in d.c.ex literis.alleg.cap.licet.de probatio.& cap.cùm causam.de testibus.Sed aduerte, quia dubito an illa limitatio sit vera, ex quo per talia verba intelligitur confiteri, debet ergo præiudicare, ac si confessio fuisset facta de facto proprio: vnde Doctores communiter sequuntur illas glossas. Et quòd confessio continens factum alienum per verbum, credo, vel credit, præiudicet, allego glossam in l.2.in §.quod obseruari.C.de iuramento calumniç.& in cà.2.in verbo, sciat.de testibus.in Clement.quç dicunt, ꝙ quando quis dubitat, debet prçmittere negationem, vt videatur cōfiteri, putà si dicatur & affirmetur Titium esse mortuum, & iudex interroget an sit mortuus, & cogat me respōdere affirmatiuè vel negatiuè, non debeo respondere, negatiua prçposita, nō credo ipsum esse mortuum: quia tunc crederem eum viuere, & sic intelligitur me confiteri, & idem tenet Speculator in titulo de deposi.§.6.vers.sed nunquid.vnde illa gl. & Speculator tenent & volunt ꝙ vbi quis respondet per verbum, credit, de facto alieno, de quo dubitat talis confessio sibi prçiudicat, nisi prçmittat negatiuam. & cum hoc etiam transit dominus Domi.in c.2.de testibus.libr.6.super gloss.præallegata.& idem videtur tenere Bart.in l.pra allegata, in §.quod obseruari.vbi simpliciter recitat illam glo.nec eam reprobat, licet dicat illud consiliū nō esse necessariū: quia potest dicere securè, ego dubito: vt in l.si debitor.ff.de petitione hçred.in le. si quidem.C.de exceptionib.ergo, &c.Potest etiam petere tempus ad deliberandum, de quo ibi per Bart.in di.§.quod obseruari. & per Dominicum in d.c.j.de confessis.lib.6.de quo per Bald.in c.fi. de iureiur.

REGVLA XCV.

CONFESSIO per errorē facta probando rem aliter se habere, regulariter reuocari pót. tex.est cum gl. & ibi doct.in l.de çtate.§.fi.ff.de interrog. actio.& habetur in l.error.C.de iur.& fac.igno.& ibi per doct.omnes, & per Bar.in l.non fatetur.ff.de confessis.cum similibus.

Primò fallit nisi post dictam cōfessionem aduersarius faciat confitenti assignare breuem terminum ad dicendum vel contradicendū, quare non debeat fieri preceptū de soluendo, & dicta confessio exequi: quia elapso dicto termino si facias fieri prçceptum de soluendo, erit irreuocabilis occasione erroris: quia ipsi est datus terminus ad deliberandū, ideò non potest posteà audiri volens allegare errorem. Ita singulariter tenet Ang.de Aret. Inst.de actio.in §.si minus.allegat not.per Bar.in l.j.ff.de confes. & in d.l.error.& pro ista decisione vide glos. singularem quā ipse allegat ī c.ex literis.extrà, de diuortijs.quæ vult ꝙ quando quis dubitat, ꝙ debet ei dari terminus ad deliberandum, & deliberatè respondendum, quo termino elapso si sic responderit, nunquam amplius potest variare secundum Bald. qui ita notabiliter alleg. illam gloss.pro singulari in l.si quidem.C.de excep.& idem not.Inno.in c.cùm olim.de censi.& Archi.in c.fi.de iura.calum.lib.6. & Flo.in d.le.de ætate.§.Celsus.verb.vnum tamen nota circa reuocationē.ff.de interrog.act. Et ideo cautela est, si vis ꝙ confessio talis nō possit reuocari, ꝙ post dictam confessionem facias assignari breuem terminum confitenti ad dicendum, vel ad contradicendum quare nō debeat fieri prçceptum de soluendo, & dicta confessio exequi: quia tunc elapso dicto termino, si facias fieri prçceptum de soluēdo, erit irreuocabilis occasione erroris cōfessio, ex quo est datus terminus ad deliberādum, &c. Et vt ista cautela sit proficua, adhibeas vnā aliam, & est practica singularis, videlicet vt facta confessione seu responsione altera pars faciat scribi per notarium, ipsa prçsente

sente & dictam confessionem & responsionem acceptá te in quantum facit pro ea, & non aliter. nam ex post facto dicta confessio seu responsio amplius reuocari non poterit: vt in l. sicut. C. de actio. & oblig. secundum Bald. ita singulariter not. in l. Gallus. in §. quædam. circa princ. 2. col. ff. de liber. & posthu. Ex quibus lis cautius si vis ꝙ confessio vel responsio aduersarij non possit reuocari al legato errore, vt præcipue duo facias concurrere. primũ ꝙ assignetur terminus ad confitendum, vel respondendum, vel contradicendum, secundum quod accepies dictá confessionem vel responsioné, de qua abunde Bald. in d. l. error. Et per hoc datur secunda limitatio ad regulam prædictam.

REGVLA XCVI.

CONFESSVS crimen regulariter pœnam non patitur, secus autem si per sententiam fuerit condemnatus. l. si confessus. ff. de custo. reo.

Primò fallit in crimine raptoris, vbi deuenitur ad executionem absq; alia sententia: vt not. Spec. in ti. de accus. §. 1. & Inn. in c. ex parte. de verb. signifi.

Secundò fallit vt per glos. & per Paul. de Cast. in l. 2. C. qui test. facere possunt.

Tertiò fallit quando in pœna accidentali aliquid dari vel fieri continetur, quo casu solum præceptum iudicis sufficit, vt faciat vel soluat: vt dicit dom. Anto. de Butr. in c. fi. in 10. col. de confes. & ita intelligit Fede. de Senis in consi. 103. alias 104.

REGVLA XCVII.

CONFITENS per apocham vel publico instrumẽto habuisse & recepisse pecuniam mutuo, non potest conueniri in effectu ante biennium, vt in titu. Insti. de lit. obli. & l. si ex cautione. vbi glossa magistra. C. de non numera. pecunia.

Amplia primò etiam si in instrumento cõfiteretur & dictũ esset se non fecisse talem confessionem spe futuræ numerationis, sed ꝙ vere habuit, ita Bart. in d. l. si ex cautione. in 1. col. quem sequitur, & multũ exclamat Ioa. de Imo. in c. si cautio. de fide instrumentorum.

Amplia secundò etiam si esset renuntiatum exceptioni non numeratæ pecuniæ. ita Bald. singulariter in l. in cõtractibus. C. de non numer. pecun. & docto. in l. si ex cautione. eod. tit.

Ampliа tertiò & si quis confessus esset in instrumento guarentigiato, nisi statutum specialiter prohiberet cõtra tale instrumentum opponi non posse exceptionem non num. pec. ita Bal. in l. qui pecuniam. ff. si cert. pet. idẽ Bald. in addi. Spec. in tit. de executione sent. §. 5.

Amplia etiam si esset statutum in ciuitate, quod contra ĩstrumẽta publica nõ possit opponi aliqua exceptio, nisi solutiõis vel simulatiõis, & nulla alia. ita Bart. & Bal. in l. 3. C. de postul. & Bald. in l. penu. C. de solut.

Ampliatur etiam ista regula ꝙ habeat locum, etiam si confessus in instrumento recepisse pecuniam mutuo dedisset pignus. de hoc est text. in l. 1. C. de non num. pecu. vbi Bald. multum not.

Amplia etiam quod talis exceptio habet locum quãuis ille, qui confiteretur recepisse, iurasset. l. fi. & ibi Bart. & docto. C. de non nume. pecu. quam Bal. dicit singularẽ in c. quæ in ecclesiarum. in 5a. col. de constitutionibus.

Primò fallit quando quis in testamento confiteretur recepisse pecuniam mutuo, quia vel ipse vel hære eius poterit cõueniri, & non poterit opponere exceptionẽ non num. pec. ita ad literam tenet gl. in l. 1. in fi. quam sequũtur Bar. Bal. & omnes doct. C. de fal. cau. adiec. leg.

Secundò fallit quãdo fuit geminata confessio, quia tũc ista regula non procedit. & hoc intellige si fiat ex interuallo. ita voluit glo. in le. in contractibus. §. illis etiam. C. de nõ. nu. pe. quam dicit singularẽ Rom. in l. si verò. §. de viro. in 31. fal. ff. solut. mat.

Tertiò fallit ꝙ debitor expressè renũnciaret except. non nu. pecu. & iuraret: quia tunc sibi præiudicat. ita Bal. in l. qui pecuniam. ff. si certum petat. & Bart. & docto. in l. fi. C. de non nu. pecu.

Quartò fallit quando post confessionem debitor incipere t soluere aliquid ex debito: quia tũc sibi præiudicat, l. cùm fidem. & ibi Bart. & Bal. C. de non nu. pec. intelligendo tamen vt ibi per eos.

Quintò fallit in cãpsoribus vel mercatoribus: quia nõ habet locum dicta exceptio propter publicam fidẽ per glossam sing. in §. fi. in verbo, argentariorum. in authẽ. de fideiuss. & per Iasonem in l. singularia. ff. si cert. petat.

Sextò fallit etiam quando confessio fuit facta in iudicio, vt per glossam iuncto textu in le. 1. C. de confessis. & ibi Salycetus.

REGVLA XCVIII.

CONIVNCTVS facta coniũcti scire præsumitur, sicut vicinus præsumitur scire facta vicini, vt in l. de tutela. C. de in integrum resti. & l. octaui. vnde cogna. & in l. 1. in princ. & ibi per Bart. ff. locati. & c. cùm dilectus. el 1. de purgatione canon. & ca. postquàm. de elect. & in c. quanto. de præsumptionibus.

Primò fallit in testamento condito à coniuncto: quia de eo coniunctus nõ præsumitur habere notitiam: vt est tex. & ibi hoc not. Bald. in l. sonium sororem. C. de iure deliberan. & idem tenet Bart. in l. qui duos. in princ. ff. de rebus dub. in versi. quæ ratio dicit. & idem tenet Bart. in l. is potest. in pen. col. ff. de acqui. hæred.

Secundò fallit nisi coniunctus certificaretur de re, licet dicat se scire vt coniunctus, tamen nõ probabit, quia non potest cadere veritas in eum per sensum corporeũ. & ita tenet Bal in d. l. de tutela. quem ibi sequitur. Salic. & Pau. de Cast. & in le. 1. ff. si certum petatur. pro quo facit quod notat Io. de Imo. in c. literis[a], de præsump. vbi
a dicit ꝙ quando sumus in materia probandi, quæ potest plenè cadere immediatè in sensum corporeum apparenter actui de quo quæritur, quod tunc testis debet deponere per rationem, seu sensum corporis ad necessario inferentem & concludentem: vt 3. q. 9. testes. & ibi gl. & d. c. in præsentia. & per nota. per Innocentium in cap. cum causam. de testib. & testis deponẽs quòd est sanus vel diues non videtur quod reddat rationem dicti sui, dicẽdo se scire quòd consanguineus est: quia deponit in materia, quæ plenè potest cadere in sensum corporeum testis: nã potest videri qualiter sit sanus. vnde testis debet reddere rationem, quia vidit eum ambulantem & facientem quę sani faciunt, & similiter dicere potest quòd scit eum esse diuitem, quia domum eius vidit multis supellectilibus magni valoris refertam. & de hac materia vide etiam per Bald. & Ang. & Imo. in l. Lucius. §. 1. per illum tex. ff. de de lib. & posthu. & per doct. in præalleg. l. de tutela. & in c. literis. de præsumptio.

ADDITIO.

a *Literis. V bi omnino vide Fely. & d. Alexan. de Imo. in consi. 36. in 2. col. in 1. parte. vbi loquitur de vicino, sed de coniuncto vide per eum in cons. 71. in vlt. col. in 1. parte, & in versi. 102. in 4. col. in 3. parte. Bene. V ad.*

REGVLA XCIX.

CONSCIENTIAE & animæ alicuius ea quæ cõmittuntur per suam simplicem assertionem cum iuramento declarantur, glo. not. Instit. de act. §. sed istæ. gl. in l. at qui natura. §. me absente. in gloss. magna. ff. de negotijs gest. & in l. 1. §. 2. ff. de itinere actuque priua. & ibi Bart. & text. in c. pastoralis. de rap. & notant doctores & gl. in l. 2. in fi. de seruitutib.

Primò fallit ista regula quando non præcedit tit. quia tunc non statur simplici assertioni cum iuramento: secus si præcederet titulus. ita limitat Bartolus. prædictam glossam. in leg. 1. §. 2. versi. ad sequentem glossam. ff. de itine. actuque priua.

Secundò

Secundò fallit quia prædicta sunt vera in foro pœnitentiali & quo ad vinculũ occultè contrahentis, secus in foro iudiciali: quia prius iudex non debet denuntiare, nisi per coniecturas viderit. ita not. glo sing. in clem. j. de pęnis. ver. commode poterit.

Tertio fallit quando esse magna præsumptio contra asserentem: quia tunc nunquam staretur dicto ipsius, etiã cum sacramento, & etiam in pendentibus ab animo, Bar. in l. inter omnes in §. recte, in vlt. col. ff. de fur. & Innoc. & Paul. de Eleaz. in c. cognoscens. de consti. ar. le. si vero conuicij. C, de iniu. & de ista materia habes Bart. in l. gerit. in 2. col. ff. de acqui. hære. & in d. l. pro hærede. ff. eod. tit. & per Bar. in l. qui accusare, in fi. 2. col. C. de edend. & per glo. in l. 2. §. idem criminibus, ff. qui accus. & per glo. in l. Fulcinius, §. quid sit latitare. ff. ex quibus cau. in poss. ea. & in c. si vero. de sententia excõmunicatio. & per gl. sing. 82. distinct. proposuisti, in verbo, habetur.

Quarto fallit nisi per aduersam partem probetur contrarium, vel etiam probetur aliquid, per quod præsumatur contrariũ, Bar. in l. 2. §. si à pupillo. circa fin. ff. de vsuca. pro empto. & Bar. in l. is potest. in 8. col. ff. de acqui. hæred. refert latius & sequitur Ias. Mayn. in d. §. sed iste nume. 93. Bene Vad.

Quinto fallit, quando persona talis alias non esset fide digna. Bal. in sing. in l. falsus, in 3. col. & in 3. opposi. C. de furtis, & glo. in c. significasti, el j. in vers. si est ita de homicid. prout etiam latius refert & sequitur Ias. May. in d. §. sed istæ, nu. 96. Bene Vad.

REGVLA C.

CONSVETVDO de iure ciuili inducitur per tẽpus 10. annorum. Bar. in l. de quibus in 2. quæst. prin. ff. de leg. Abb. & Barb. in cap. fina. de consuetu. quod intellige, siue talis consuetudo sit contra, vel præter ius, per id quod habetur in l. diuturna. ff. de legibus. in rubrica. C. quæ sit longa consuetudo.

Primo fallit, in cõsuetudine ficta & intitulata, quæ momento induci potest, vt per Anton. de Butrio in cap. fin. de consuetudine. & Bar. in l. de quibus. versic. tertio videamus. ff. de legibus.

Secundo fallit quando consuetudo tenderet contra ea, quæ sunt reseruata principi: vt per Imo. in c. cũ dilectus, de consue. & Bar. in d. l. de quibus.

Tertio fallit quando consuetudo contra ius est irrationabilis, & sumus in foro ciuili, quia tunc requiritur tempus triginta annorum. ita Bal. in l. j. in ti. qualiter olim feudum alienari poterat. & in c. clerici. de iud. de quo tamen an valeat, vide per Rochum de Curte in cap. fin. in glo. rationabilis. de consuet.

REGVLA CI.

CONSVETVDO de iure cano. contra ius requirit tempus. 40. annorum, Abb. Panor. & Anton. de Butri. in c. fi. de consuetu. & Alexand. in consil. 66. incip. viso. in secundo volumine.

Amplia prædictam regulam procedere non solum qñ consuetudo est contra canones, sed etiam quando est contra rationem canonis, glo. est quam nullus commentat, præter Gemini. in cap. vt litigantes: in verbo, statuimus de officio ordina. li. 6. sequitur Fel. in c. statuimus, de maiori. & obedien. & in c. tua nos. in prin. de iureiurand.

Primo fallit nisi consuetudo contra ius veniat etiã contra ea, quæ sunt concessa per principem in signum specialis priuilegij: quia tunc vtroque iure requiritur tempus, cuius initij nõ est memoria, c. super quibusdã de verb. signi. per Alex. in cons. 6. in j. volu.

Secundo fallit vt non procedat, quando consuetudo tendit ad detrahendum iuri laicorum, contra quos posset fieri statutum ex causa, vel etiam nisi præiudicaret iuri clericorum in patrimonialibus, in quibus clerici non gaudent priuilegio clericali, nisi in casibus expressis à iure secundum glo. in c. possessiones, 17. q. 4. & Abb. in c. ecclesia. de constit. quia tunc sufficiunt decem anni: vt per Innoc. in c. cum dilectus. de consuet. & Aret. in consil. 23. incip. in præsenti consilio, columna penultima & per Alexand. in consilio 78. incip. viso. in 3. colum. 2. volumi.

Tertio fallit nisi in tali cõsuetudine contra ius concurreret sententia superioris: quia tunc sufficit tempus 10. annorum, vt per Anto. de Butr. in c. quia circa. de consanguinitate, & affinitate, de quo tamen vide per Fely. in c. primo, col. pen. de treu. & pace. & per Phil. Cor. con. 155. incip. ex quo statuto. in quarto volu.

Quarto fallit si Papa vsus esset tali consuetudine contra ius, quia tunc sufficiunt 10. anni: vt per Abb. in c. finali, de consuetud.

Quinto fallit quando consuetudo est contra canonem quicunque fuit receptus in conseruantia ita Caldc. Imol. & Fely. in c. j. in fi. de treug. & pace.

Sexto fallit quando consuetudo induceretur per clericos contra eorum statuta, quia etiam tunc sufficerent 10. anni, vt in c. frustra. distin. 8.

Septimo fallit quando consuetudo induceretur in præiudicium ecclesiæ Romanæ quia tunc requiritur spatiũ, 100. annorum, vt in c. ad audientiam. de pręscrip. idem dico si esset in præiudiciũ Imperatoris vel alterius non recognoscentis superiorem, vt per Alex. in cons. 84. incip. in causa vertente. in primo volumine.

REGVLA CII.

CONTVMACIA procuratoris præiudicat domino, in non appellando. l. j. §. fin. ff. quando appel. sit.

Amplia primo vt procedat quando procurator procurauit, sed postea non petijt apostolos infra terminum iuris: vt per Bar. in c. j. in 6. col. vt lite non contestata.

Primo fallit quando procurator fuit negligens in appellando, tunc bene præiudicat. l. j. §. fi. præallegato.

Secundo fallit quando procurator non est soluendo, tunc negligentia procuratoris non præiudicat domino, glo. & ibi Bar. in d. l. j. §. fi. idem Bal. not. in l. ab eo. in 2. co. C. quomodo & quando iudex. Bal. Saly. & alij in auth. hodie. C. quomodo & quando iudex.

Tertio fallit quando procurator fraudulenter omisit, appellationem infra 10. dies, vel nisi ex actis appareat euidenter quòd debuerit appellare, vt per tex. in d. l. j. §. fin. & ibi Bar. in verbo, non facile.

REGVLA CIII.

CONTVMACIA vera requiritur vt quis possit mulctari, non autem ficta. Ias. in l. j. in fin. princ. ff. quomodo & quando iudex.

Primo fallit quo ad mulctam applicandam parti secus, autem quando applicatur fisco, vt per Bald. in l. sancimus C. de iudicijs.

Secundo fallit quando non appellaret; quia tunc valeret impositio talis mulctæ. l. j. §. biduum. ff. quando appellandum sit. & Bal. in l. & in mulctis. C. de appellationib. rationes diuersitatis ponit Iason.

REGVLA CIIII.

CONTVMAX verus regulariter non appellat. & verus contumax dicitur, qui legitimæ citatus ad iudicium, venire recusat, l. ex consensu. §. eũ qui de appellationibus.
Primo fallit vbi quis esset contumax apparenter, & non existenter; puta quando aliquis fuit citatus, qui dixit se nolle venire, & postea ductus pœnitentia veniebat ad iudicium, & fuit impeditus, vnde isto casu poterit appellare, secundum Bar. in d. l. ex consensu. §. eum qui ff. de appel. & in l. fi. ff. de in integ. restit. quod tamen intellige talem appellantem audiri coram iudice ad quem, sed nõ coram iudice à quo, vt ibi per Bartolum.

Secundo fallit vbi verus contumax comparuit coram iudice sedente pro tribunali: quia tunc auditur appellans vt l. diuus. ff. de in integ. rest.

Tertio fallit vbi quis fuit contumax in non obediẽdo, iudici, puta quia noluit exhibere, vel restituere, vel iurare de ca-

de calumnia mandato iudi. vt eſt caſus in l. creditor. §. iuſſus. ff. de appellationibus.

Quartò fallit vbi ex forma ſtatuti verus contumax haberet beneficium expurgandi moram, quia tunc auditur appellans: vt vult ſingulariter Bal. in l. 2. ſi pendente appellatione mors interue.

REGVLA CV.

CONTVMAX [a] fictus regulariter auditur appellans, le. & per emptorium. §. ſi. ff. de iudi. & in l. Labeo. C. quo modo & quando iudex.

ADDITIO.

[a] *Contumax. Et qui mod. cog. fictus contumax, vide Fely. in c. quod ad conſultationem. de re iud. in 14 col. in prin. verſic. conſidera duos. ad ſi. ver. cum ſeq.*

Fallit quando eſt fictus contumax apparenter & exiſtẽter, tamen non verè, quia tunc non appellat, ſecundum Bar. in l. ex conſenſu. §. cum qui. ff. de appell. quod tamen intellige ſecundum Bart. in d. §. q non auditur appellans coram iudice, à quo, ſed bene auditur appellans, coram iudice ad quem, quia ei non conſtat de vera contumacia, alleg. glo. in cle. j. de dolo & contu.

REGVLA CVI.

CREDITOR partem debiti accipere non cogitur. l. quidam exiſtimauerunt. ſi cert. pet.

Primo fallit quando pars eſt liquida & alia nõ liquida, quia partem liquidam cogitur recipere. ita Bar. in d. l. quidam exiſtimauerunt.

Secundo fallit in creditore, qui cogitur recipere partẽ debiti à fideiuſſore, ſi ille vult ſoluere, glo. eſt not. in l. in his. §. ſi duo. de ſolut. & Ang. in l, qui pignore, C. de pign.

REGVLÆ IOANNIS BERNARDI DIAZ.

De litera C.

REGVLA LXV.

CALORE iracundiæ dictum vel factũ, non imputatur facienti, vel dicenti, no. Specu. in titu. de accuſat. in verſic. quid ſi te vocaui, & ibi Bal. in addition. in 2. charta. quos refert Iaſ. in l. ſi filiam C. de inoffic. teſtamen. in co. ſi.

Limita tripliciter, vt per eundem Iaſ. in d. col. ſi. quem vide, quia aliqua cumulat, quæ propter iracundiæ calorem non operantur effectum, quæ alias operarentur.

REGVLA LXVI.

Calumnia euidens dolo actoris in litigando vitiat ipſo iure tranſactionem. Iſtam concluſionem tenet Bar. poſt Iaco. Butrig. in l. ſub prætextu, la. j. C. de tranſactionib. ſequuntur ibi Angel. Salicet. & Alexander.

Limita quinque modis, vt per Iaſon, ibi colum. pen. ad fin. & ſequent.

REGVLA LXVII.

CAlumniator dicitur quis, eo ipſo, quòd non probat, quod intendit. glo. eſt in l. Athletas, §. calumniator, in glo. in verbo, ex vtraque. ff. de his qui not. infam. & in c. de calumnia in glo. 2.

Limita iſtam concluſionem ſex modis, vt per Felin. in d. c. 2. in col. 3. prope finem, cum ſequent. vbi prius aſſeuerat, ſupraſcriptam regulam eſſe communem opinionem, licet fuerint opiniones in materia.

REGVLA LXVIII.

CANONICVS receptus vltra numerum, habet iura canonicalia. Ita concludit poſt multas opiniones Feli. in c. cum M. col. 10. in ſi. de conſtit. vbi Cald. & Imol. probant hanc concluſionem.

Limita tripliciter, vt per Felin. ibi, col. 11.

REGVLA LXIX.

CARCERATVS ad meam petitionem, non poteſt per iudicem relaxari, niſi me citato, ſecus ſi eſſet carceratus motu proprio iudicis. Ita firmat Bal. in c. j. in j. lectura. de iudic. in col. penultim. alleg. text. in l. ſiquis vxor, in §. ſi fugitiuum. ff. de furtis.

Limita niſi eſſet de facto carceratus quia tunc de facto eſſet excarcerandus. Ita reſtrigit, Barb. in d. c. 1. in col. antepen. ante medium, motus, per glo. ſingularem in lege minor. ff. de euictio. Adde quod poſui in meis doctrinis magiſtralibus, in doctrina incip. factum de facto.

Caſus omiſſus, &c. vide infra in regula, prouiſio.

REGVLA LXX.

CAVSA vna ceſſante, non ceſſat conceſsio, vbi aliquid cõceditur ex duab. cauſis, vt not. in §. affinitatis. de nupt. Inſtit. & in l. liberorũ. §. j. ff. de his qui not. infam.

Limita tribus modis, vt per Ripam in l. ſi ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. credi. col. penultim. in fine.

REGVLA LXXI.

CAVSA iuſta in dubio præſumitur in principe aliquid præcipiente, vel reſcribente, voluit Bal. in l. reſcripta in 3. & 4. q. poſt Cyn. C. de præcib. Imper. offer. Anto. & Imol. in c. cum inter R. de elect. quam dicit eſſe communem regulam Canoniſtarum, & Legiſtarum Iaſ. in l. ſi teſtamentum, col. j. C. de teſtam. propter quod dicit ſingulariter Abb. referendo Cyn. in c. cum olim. col. 6. de re iud. q ſi princeps iubet alicui ſine cãæ cognitione, vt ſuſpendat aliquem, ille poteſt ſine peccato exequi.

Limita ſupraſcriptam regulam quatuor modis, vt per Iaſon. in dicta l. ſi teſtamentum. vbi eam optimè declarat. & ponderat ibi eandem legem contra eam.

REGVLA LXXII.

CAVSA omnis regulariter eſt plenaria, & ſic requirit plenum ordinem iudiciarium. Firmat hanc regulam, glo. in l. iudices. C. de iudic. ſequitur Bar. in extrauag. ad reprimendam, in verbo, de plano. & dicit eam menti tenendã Abb. in c. dudũ. el 2. de elect. in col. 8. qui allegat tex. p ea in c. qm̃ frequenter. in princ. vt lite non conteſt.

Limita iſtam regulam duobus modis, vt per Abb. vbi ſupra. Primò, vbi ſentẽtia modicum præiudicium affert. Secundo, et ſi afferat magnũ præiudicium, dũmodo ſit reparabile per aliud remedium citra appellationem.

REGVLA LXXIII.

CAVTIO idonea vbi requiritur, non ſufficit nuda cautio ſed intelligitur cum pignore vel fideiuſſore, tex. in l. ſi mandato Titij eſt, §. ſi. ff. mandat. & ibi glo. tex. melior de iure in l. 4. §. ſi ſub conditione verſi. addici. ff. de fideicom. liber tex. iuncta glo. in verbo idoneè. in c. felicis, de pœnis, in 6. glo. in l. ſancimus. C. de verbo. ſignifica. in glo, fin. in glo. in c. ad noſtram, el. j. de iureiur. alia in capi. quanquam. in verbo idoneè. de vſur. in 6. & in c. fin. de pignor. & in cap. fin. de ſenten. excom. reprobata gloſſ. quæ contrarium voluit in c. prima igitur de conſe. diſtinct. 4. quam reprobat Iaſ. in d. l. ſancimus. colum. 2. in princ. Sed illa glo. non meretur damnari, quia licet eliciat argumentum ex tex. ibi, contra ſupra ſcriptam concluſionem, tamen non reſidet in eo, immo idem videtur tenere allegando dictam leg. 4. in dicto verſiculo addici.

Amplia idem eſſe ſi requiratur plena cautio, vel ſi dicatur quod debeat competenter caueri vel ſi requiratur ſufficiens cautio, vel ſi debet rectè caueri. Ita ampliat Iaſon, varia ad hoc referendo in dicta le. ſancimus colũ. 2. & ex his ampliationib. poſuit tres Soci. in regu. 44. incip. cautio quando lege ciuili. in tribus vltimis limitationibus.

Limita prædictam cóclusionem sic extensam, sex mo dis notabilibus, vt per Iaſ. in d.l. sancimus, in d.col.2.

REGVLA LXXIIII.

Cessio bonorum nó habet locum vbi ex delicto im ponitur pęna pecuniaria. Ita Iaſ. per illū tex. in l. si quis id quod ff. de iurisdict. omn. iud. col.6, num.27

Limita quadrupliciter, vt per Iaſ. vbi supra.

REGVLA LXXV.

Citari non potest re nec verbo, existens extra territorium citantis. Hanc regulam describit Ange. in sua disputatione, incipiente Bononiéses, in 4. col. qué refert Feli. in c. fin. de foro compet. in col.2.

Limita decem modis, vt per eundem Fel. in d.col.2. & sequen. quorum sex habuit ab Angel. vbi supra, vt ipse fatetur.

REGVLA LXXVI.

Citari si quis faciat aliquem simpliciter, eo ipso intelligitur eius persona habilitata, ita q̃ si esset filiusfamilias, qui non potest esse sine consensu patris in iudicio vel seruus, vel alias inhabilis, videtur eius persona habilitata doctrina est Innocen. in c. cum inter, de excep. quam tenet notab. Bal. in l. cum mulier, in 2. col. ff. solu. matrim. Imo. & Moder. in l. si perlusorio. §. si. ff. de appellat. quos refert sequendo Iaſ. in l fin. C. de edict. diui Adrian. tollé. antepen. columna.

Limita singulariter quando talis esset citatus, cū clausula, si sua putauerit interesse. Ita tenet Bald. in d.l. fi. in 5. q. quod .bi refert & commendat Iaſ. in d. col & hoc dicit seruari per procuratores practicos, & refert Paul. & Roman. idem tenentes, & eundé Bal. in alio loco, & idem tenet Cæp. in cautela 203. incip. si fecit aliquem citari.

REGVLA LXXVII.

Citari ad vnumquenque actum debet is, cui potest, preiudicari, tex. est in l. de vnoquoque, ff. de re iudicata tex. est etiam in l. nā ita diuus, ff. de adoptionibus,

Amplia hanc regulam vnico modo, & limita nouem signandis modis, vt per Vldaric. Zaſ. in d.l. de vnoquoque 4. col. ad fin. cum tribus fere sequentibus,

REGVLA LXXVIII.

Citatio prima causæ, potest incipere à procuratore, tenet Bar. & cómuniter Doct. in l. eum, qui C. de procurat. Idem Bar. in l. solét. in vltimo notabili. ff. de aliméct. leg. & in l. meminerint, per illum text. C. vnde vi. & in l. quamuis, in vlti. col. ff. de damno infecto.

Limita, nisi dñs esset præsens in ciuitate, quia tunc citatio prima debet ab eo incipere, l. j. §. j. ff. de libe. agno. & Fulgoſ. & Paul. & Iaſ. in d.l. eum qui,

Secundo limita in his, quæ sunt magni præiudicij, secundum Angel. in §. hinc nobis, in 3. notab. per illu tex. in authent. de hæred. & falcid. quem refert Iason in d.l. eum qui in j. col.

REGVLA LXXIX.

Citatio si fiat edicto, vel nuntio, ad hoc vt intelligatur peremptoria, requiritur q̃ illud exprimatur. Hac regulam reassumit Feli. in c. causam quæ, co. 2. de rescrip. vbi allegat Bar. in l. ad peremptorum, ff. de iudicijs, Abb. in c. consuluit, de offic. deleg.

Limita dupliciter, vt per Felin. vbi supra,

REGVLA LXXX.

Citatio non præsumitur facta de commissione iudicis, sed ita est cóis sententia secundum Are. in consi.53. in cipien. consultatio præmissa, in col. antepen. & secundum Felin. c. quoniam contra falsam, in colum.5. de prob.

Amplia tripliciter, & limita aliis tribus modis, vt per Io. Franc. de Ripa, in c. j. de iudic. in colum. 43.

REGVLA LXXXI.

Citatio trina vbi requiritur iudex potest facere vnā pro omnibus, si hoc exprimat. Istam regulam tradit, Socin. per l. nonnunquam, ff. de iudi. in suis fallentiis, in regula 51. quam solum limitat duobus modis, vide Alex. qui illam limitat quinque modis in l. contumacia. ff. de re iudic. in 2. col. & sequen.

REGVLA LXXXII.

Citatio trina requiritur, ad audiendam sententiam, nec sufficit vnica. Istā regulā reassumit Fel. in c. consuluit de offic. deleg. super glo. in verbo, terminum.

Limita eam 11. modis, vt per eum ibi col. 4. vbi etiam tertiam limitationem, quæ communiter damnatur, duobus casibus saluat.

REGVLA LXXXIII.

Citati ad locum non tutum, vel sibi inimicum, non tenentur comparere. tex. est in c. accedens, el 2. vt lite non contest. tex. & Doct. in c. ex parte. de appel. & in clemen. pastoralis. de re iud. & in l. recusare. § si quis alio. cū l. seq. ff. ad Trebel. vbi Bar. & Doct. maxime Alex.

Amplia sex modis, vt per Felin. in c. cum R. canonicus de offic. deleg. quem vide in materia.

Limita quinque modis, vt per Hippol. in l. j. §. præterea. ff. de quæstio. col. 11.

Citatio. Vide supra in verbo, absolutióe, & infra in verbo, dominus qui litigauit, & in verbo, mulcta, & in verbo, sententia, el 5.

REGVLA LXXXIIII.

Clausula, siue sit polita in principio, siue in fine, trahitur ad omnia capitula præcedentia & sequentia. tex. & ibi notat Bal. in l. quis. C. si cer. pet. ponunt Bar. & alii in l. talis scriptura. in scriptura, in princip. ff. de leg. j. tex. in c. secundo requiris & ibi Doct. & in c. inquisitioni. de appella. vide etiam Celsum Hugonem in tractatu clausularum, in c. 2. quod incipit, clausula, in princip.

Limita duodecim modis, vt per Iaſ. in l. j. C. de lib. præte. in col. 2. & vide Feli. in c. causamque, in col. 4. de rescri. vbi ponit octó casus fallentiæ, in quibus clausula non refertur ad præcedentia.

REGVLA LXXXV.

Clausula generalis polita inter aliqua capitula, refertur ad omnia præcedentia & sequentia tex. est in l. 4. §. filius inter medias. ff. de lib. & posthu. & in l. fina. & ibi not. Bart. ff. de rebus dubiis, textus, in l. talis scriptura, ff. de leg. j. vbi glos. Bar. & docto.

Limita hanc regulam septem modis, vt per Iason. in d. lege, talis scriptura, columna, 6, numero 37, cum tribus sequentibus.

REGVLA LXXXVI.

Clausula derogatoria, ad alias sequentes vltimas voluntates polita in testaméto, videlicet si testator dicat, q̃ si contingeret eum facere aliud testamentum, nó vult cum valere, nisi talis clausula esset specialiter in eo adiecta operatur vt tale testamentū per secundū non tollatur, notat plené Bar. in l. si quis in principio, ff. de leg. 3.

Limita quatuor modis, vt per Bal. in l. sancimus, C. de test. quos ibi refert & examinat Iaſ. in col. 2. & seq. quibus ipse addit alios septem, & sic prædicta regula restringitur per eum vndecim modis, quem vide fere per tres columna optime loquentem.

REGVLA LXXXVII.

Clausula hæc quantum de iure poterimus, non habet vim peremptorij, tenet Ant. in c. sępe, col. 8. de appellatio, quem sequitur Felinus, vbi alios allegat in loco statim allegando,

Limita tripliciter, vt per Felin. in c. causamque, columna, 2. ad finem, de rescriptis.

REGVLA LXXXVIII.

Clausula non obstante aliquo, non tollit determinationem legis antiquę, glo. secunda, in authentica de hæredit. ab intestat. veni. in princ. Bartol. in lege sciendum, in princip. ff. qui satisdare cog. facit text. in l. ita pudor. C. de adult.

Limita dupliciter, vt per Felyn. in cap. nonnulli, colū. 23. de rescriptis.

REGVLA LXXXIX.

CLAVSVLA non obstante, nunquam tollit actum iuratum, vel constitutionem iuratam glo. est sing. in ca. cum non deceat, in glo. fi. de elect. in 6. probat tex. in c. cõstitutus, de rescript. tenent Anto. 1 mo. & Abb. in ca. j. de his quæ fiunt à maio, par. ca. commendat etiã illam gloss. Celsus Hugo in tract. clausularum in c. de clausulis, rescriptorum, in princ. & vide infra in litera P. in regula incip. principis rescriptis rescripto, in prima fallentia.

Limita istam conclusionem duobus modis, vt per Ias. in l. fi. in fi. C. si contra ius vel vtil. publi. qui deputat vtrũque mirabilem pro restrictione dictæ regulæ. Vide me liur & latius per Fely. in d. c. constitutus, 2. col. in fin. cum duabus sequent. vbi amphat dictã regulam, & eam quinque modis restringit.

REGVLA XC.

CLAVSVLA codicillaris, apposita in testamento etiam nullo, virtute præteritionis, vel exhæredationis, operatur, vt ipse filius præteritus, vel exhæredatus, vel alij succedentes ab intestato teneantur per fideicommissum hæreditatem restituere hæredi, detracta quarta trebellianica, & quarta legitima si fuerit filius, vel trebellianica, tã tum, si alius successor. Ista est communis conclusio Docto. contra glo. ibi in auth. ex causa. C. de lib. præte. secundum Ial. ibi col. antepe. in fi. quem etiam vide in le. filius, qui in potestate, 3. col. ff. de lib. & posthu. vbi etiam banc conclusionem describit. Sed quo ad illud de quarta dicit, quòd cum tunc fideicommissum debet statim restitui, non detrahetur nisi vna quarta, allegat Bart. expressè in l. Papinianus §, meminisse ff. de inoffi. testam. ad fin. & Bal. in l. filium quem habentem. C. familiæ erciscun. & Ang. in l. j. ff. de iure codicil.

Limita suprascriptam regulam tripliciter, vt per Ias. in d. auth. ex causa. col. antepen. vsque ad finem.

REGVLA XCI.

CLERICORVM appellatione in materia restringibili, non veniunt canonici, vt per Abb. in rubr. de vita & & honest. clericor. latius in cap. bonæ, el. j. de postult. prælati. Vide Felin. in cap. non dubium in j. col. de sentent. excommunicatio.

Limita dupliciter, vt per eundem Feli. in c. ad abolendam. in glo. 2. de hæretic. qui pro principali regula, plures alios refert.

REGVLA XCII.

CLERICVS regulariter coram suo episcopo debet cõueniri. tex. est in c. j. & in c. si diligenti, de foro compet. & in c. insolita. & in c. placuit 11. q. j.

Amplia istam regulam 20. & 4. modis, & limita 30. & 2. vt copiosissimè per Maria. Soci. in d. c. j. de foro competen. j. col. in fin. vsque ad finem, vbi hoc per 14. col. pulchre describit, & vide notab. per Steph. Aufrerij, in repet. elem. j. de offic. ordin. in additionibus per eum factis ad dictam repetitionem, in regula prima, vbi ponit viginti, & vnum casum, in quo clericus potest conueniri de crimine coram iudice seculari, & in regula secunda in dictis additionibus, vbi ponit triginta & tres casus in quibus & potest coram eo conueniri clericus in ciuilibus.

REGVLA XCIII.

CLERICI consilio, si sequitur homicidium, vel mutilatio membri, est irregularis clericus, tex. est in ca. sicut dignum. de homicid. & in cap. 2. ad fin. de cleri. pugnan. in duel. & in capitulo si quis viduam, 50. distin. & in cap. si quatuor. 23. q. 8.

Amplia istam regulam quadrupliciter, & limita tribus modis, vt per Feli. in d. c. sicut dignũ col. 3. post med. & easdẽ ampliationes rescribit idẽ Feli. in c. j. de offi. dele. in colũ. 5. & seq. limitat eandem regulam quinque modis.

REGVLA XCIIII.

CLERICO violentiam inferens in vestibus, vel eum detinens inuitum, est excommunicatus, tenet Inno. in c. nuper de sentent. excommu. notat glo. in ca. si quis suadente. 17. q. 4. in verbo manus.

Limita octo modis, vt per Feli. ibi circa finem. versic. tex. videtur. & adde septem casus (quos ponit Benard. Lauren. in tractatu quem edidit de casibus, vbi iudex secularis potest imponere manus in clericorum personas, in sol. 3.) in quibus quis potest verberare clericum sine metu excommunicationis,

REGVLA XCV.

COLLECTIVO noĩe, quãdo plures sunt vocati simul cum alio tertio, regulariter in quacunque materia, illi pluret habentur loco vnius tantum. Istam regulam ponit Ialon in l. fin. C. de impub. & alijs substit. col. penult. in prin. quã ibi pluribus notãdis exemplis ornat, fere per totam col. & eam postea limitat septem modis.

REGVLA XCVI.

COllegium, seu vniuersitas, si congregatur vt singuli consentiant, vel dissentiant, si taceni, habentur pro consentientibus. Hanc doctrinã dicit Feli. resultare ex pœ̃ finis ibi per eũ in c. cum omnes, col. 6. de constitut.

Limita eam tripliciter, vt ibi per eum.

REGVLA XCVII.

CONDEMNATVM vel condemnandum, cum iã esset confessus crimen, de carceribus eximens, tenetur crimine læsæ maiestatis, tex. est quem ibi dicit menti tenendum Bar. in l. cuiusque ver. pen. ff. ad l. Iul. maiest.

Limita tripliciter, vt per Ia. in §. pœnales. col. 17. fere per totam Instit. de action.

Primò in eo, qui exemit captum ab alijs iudicibus, quã ab Imperatore, secundũ Fabian. ibi de quo tñ dubitat.

Secundo limita, si amici, vel consanguinei iuste appellassent, & iudex vellet exequi, quia tunc licet impedire, executionem, & resistere. Sed hæc limitatio relata ad regulam non videtur esse vera, quæ loquitur in damnato, qui fuerat confessus crimen, pro quo appellatio interponi non potest, vt reuelet.

Tertio limita, in Cardinalibus qui possunt ex priuilegio dãnatum obuiantẽ eis eximere, & à morte liberare.

REGVLA XCVIII.

COMPENSATIO quantitatis ad quantitatem, rectè procedit. l. quæcunque. ff. de compens. l. si constat, & l. fi. C. eod. §. in bonæ fidei Instit. de action.

Limita hanc regulam, vt per Vldar. Zasi. in d. §. in bonæ fidei, columna, 225.

Primo si actor contra quem objicitur compensatio deberet decem, aut hominẽ, & esset sua electio, secus si electio esset rei, quia alternatiua obligatio non põt compensari cum pura, si actoris electio est secus si rei.

Secundo limita notabiliter hanc regulam, si actor, vel creditor, cui objicitur compensatio, haberet facultatem, soluendi speciem pro quantitate, secus contingit in actione noxali: & ibi Vldar. ponit dissimilitudinem inter casũ istius fallentiæ, & prioris.

Tertio limita, quando pecunia caperetur, vt species, & vt corpus, sicut numi qui includuntur in cistam, vel alias in sacculum, tunc. n. cessaret compensatio, quia illa pecunia non debetur tanquam quantitas, sed tãquam corpus. Ista est sententia glo. in l. cum fundus, §. seruum tuũ imprudens. ff. si cert. pet. & in §. in bonæ fidei. Insti. de actione, sed contra tenent Vltramontani, quos sequitur referens, Bar. in d. §. seruum tuum imprudens. & alij relati per Ias. in d. §. bonæ fidei, concordat opiniones contrarias Vlda. Zasi. vbi supra, quem vide colum. 225.

Compensatio vide infra in regula, debitor necessarius.

REGVLA XCIX.

COMPOSITVM, seu mixtum. ab eo debet denominari, quod est dignius. notatur in c. quanto de iudi. facit, l. cum diuersis, ff. de relig. & sump. fune.

Limita nouẽ modis, vt nouissimè p Gaspar. Vala. L. Lusitanum in repetit. l. imperiũ. ff. de iurisdic. om. iud. in col. 3.

REGV-

REGVLA C.

COMPROMISSVM factum in arbitros vel arbitratores, data eis potestate pronuntiandi de iure tantum, intelligitur nō solum de iure communi imo statutario, vel consuetudinario, etiam si statutum vel consuetudo derogaret iure communi. Ita Paul. de Cast. in l. præscriptione, pen. col. C. si contra ius vel vtili. publi. motus per glo. ibi licet aliqui contrarium teneant, quos ipse refert, & ita firmat Abb. qui bene loquitur in quęstione, in rubrica de cōsuetu. & ista est magis communis opinio secundum Ias. in d. l. præscriptione. 5. col. vbi per totam col. describit assertores huius opinionis & contrariæ, & in huius corroborationem ipse aliqua subiungit, & faciunt ea quæ notat idem Ias. in l. de quibus in colū. antepenulti. ff. de leg. vbi vide, quando appellatione iuris veniat consuetudo, & è contra.

Limita suprascriptam magis communem conclusionem dupliciter, per Ias. in d. l. præscriptione, in col. 6.

REGVLA CI.

COmpromissum, transactionem vel pacem facere, nō cogitur quis per iudicem de iure communi, & si cogatur à iudice, nihil valet, glo. & ibi Bar. in l. furti. §. qui iussu. ff. de his, qui not. infam. tex. quem ibi commendat Angel. in authē. vt litigantes iurent coll. 9. §. quia vero text. in cap. final. vbi Bal. 3. col. de rescript. Bar. in l. congruit. ff. de offic. præsid.

Limita hanc regulam tripliciter, vt per Ias. l. quidā existimauerunt. colum. 3. ff. si cert. pet. latius vt per Felin. rubric. de treu. & pace vbi limitat, 7. notandis modis, per quinque fere colum.

REGVLA CII.

COmpromissum si sit in aliquem vt pronuntiet, de iure poterit secundum consuetudinem, & loci statuta, pronuntiare. Istam conclusionem ponit Abbas. vbi post Anto. per eum relatum: per multa in hanc partem concludit, in rubr. de consuetud. cuius potissimum fundamētum est, quia consuetudo, & statutum dicitur ius. §. constat. in stitu. de iure naturali. facit glo. in proœ. clemen. in verbo, iuris. Hanc conclusionem egregiè defendit, & cōfirmat, & communem demōstrat Rochus Curtius in d. rubr. in repet. fol. 8. paruo, col. 3. vbi dicit errasse Barb. in consil. 66. incip. illud in medium referam, col. 3. volu. 3. firmando contrariam opinio. huic regulæ communem, esse: ipse tamen Rochus sequ. col. in fi. dicit disputando posse teneri partem Barb. vt ibi per eum.

Amplia hanc conclusionem vno modo, & limita quinque modis, vt per Rochum Curtium vbi supra, folio. 9. paruo. 2. col. Amplia scilicet, vt maxime procedat quando in casu circa quem fieret compromissum, esset cōsuetudo generalis totius orbis, quia ius commune appellatur. Ita inquit Bald. decidens pulchrum casum in l. a. C. de bonis quæ libe. refert & sequitur Barba. capitul. primo de constitut. 2. col.

Limita primo, nisi capiendo illud verbū, de iure, pro iure communi, causa citius expediretur. Ita Rom. in rub. de ar. colum. 6. quem sequitur Felin. & Ias. in locis, per Roch. relatis, vbi supra

Secundo limita nisi compromissum fiat de iure communi. Ita dom. Alex. in l. post dotem charta antepenult. ff. solut. mat. & tradunt iuniores in d. c. licet causam. & licet mordeat hanc limitationem Ias. in le. præscriptiones. C. si contra ius vel vtil. pub. tamen rationabilis videtur secundum Roch. Curt. vbi supra.

Tertio limita non procedere in commissione facta ꝑ principem alicui delegato, quia ille non tenetur seruare statuta loci in quo est delegatus. Ita Bal. in c. licet in fi. de offic. ord. sequitur Felin. in c. cum dilecta. col. 19. versicu. quarto limita. in fi. de rescrip. Rochus tamen vbi supra, non sequitur hanc conclusionem, motus rationibus, de quibus per eum: ista tamen limitatio est impertinens respectu regulæ, vt constat.

Quarto limita, nisi compromissum fieret per aliquem forensem, qui verisimiliter ignoraret tale statutum, vel consuetudinem. Barb. d. rub. in dist. sua, col. 13. addēs pro ea illud vulgare, quòd verba sunt intelligenda secundum qualitatem proferentis. per leg. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habit. idem tenet Felin. in cap. ius generale. prima distinctio. alia adducens in fauorem.

Quinto & vltimo limita procedere dictam conclusionem, respectu consuetudinis præscriptæ, vel iam firmatæ quia de ea censetur intellexisse compromittens, non autem de ea quæ non trāsiuisset in formam consuetudinis. Glos. & Bartol. in lege. Labeo. ff. de suppellat. lege. vbi dicunt quod communis vsus vtendi, debet esse præscriptus spatio decem annorum.

REGVLA CIII.

COmpromissum factum in arbitrum, vel arbitratorem post sententiam quæ transiuit in rem iudicatam, valet si in eo apponatur clausula non obstante sententia. Ita tenet Bald. quem ibi sequitur Alexand. in l. si diuersa. C. de transact. & Paul. de Cast. in l. causas ad fin. eod. tit.

Limita notabiliter vnica restrictione, vt per Iaso. post Fulg. in d. l. si diuersa. fin. col. quem vide, quia refert plures principali regulæ assentientes.

REGVLA CIIII.

COMMVNEM rem cum alio legando testator intelligitur solum legare partem, quam in ea habet: & sic non videtur grauasse hæredem in redimendo partem socij, text. est in l. serui electione. §. cum fundus. ff. de leg. j. vbi Ias. in princip. ponit duplicem rationem.

Amplia quatuor modis, vt per eum ibi, columna. 2. in princip. & limita totidem modis, vt per eum col. fin.

REGVLA CV.

COMMVNEM rem habētes, vt singuli, non possunt super illa disponere regulariter, nisi omnes consentiant tex. est. in l. per fundum, ff. de serui. rusti præd. glo. in capi. cum omnes de constitt. vbi Feli. columno. 7. corroborat, hanc conclusionem, & infert ex ea duo dicta notanda ex Old. & Anto. de But.

Limita septem modis, vt per Feli. ibi, 8. col.

REGVLA CVI.

COMMVNEM opinionem tenetur iudex sequi in iudicando. probat tex. in c. nouimus de verb. signi. & in l. j. ff. de offi. q. & in princ. Instit. de hære. insti. ponunt Bar. & Doct. in l. 2. C. de pœna iudic. qui male iudic. latius latius per Iason in authentic. nouissima, in 6. column. C. de inofficio. testam.

Amplia sex modis, & limita alijs decem, vt vberrimè, per copiosum & fidum modernorum relatorem, Ioann. de Neuizanis in sua syluanuptiali, fol. 19. col. 2. cum 15. col. seq. in impressione magna. In alia vero parua impressione, vide in fol. 105. vsque ad fol. 131.

REGVLA CVII.

COMMVNIA si quę sint pluribus, vt singulis, in his quo ad dispositionem partis meæ tantum, illud quod est, cōmune dicitur esse meū. Cōclusio est Bart. in l. serui, electione. in §. Labeo, quam ibi sequitur Ias. ff. de leg. j.

Limita dupliciter, vt per eundem ibi col. 2.

REGVLA CVIII.

CONCESSA intelligūtur omnia, sine quibus illud explicari non potest, quandocunque alicui aliquid conceditur. Probat hanc regulam tex. in c. præterea. de offic. deleg. & in l. 2. ff. de iurisdictio. omn. iudic. & in le. fin. in fin. ff. de offic. eius cui manda. est iurisd. & in l. 3. §. fin. in titulo. ff. de legat. & in lege veteris ff. de itin. actuque priuat. & ibi glo. & Bart.

Limita quinque modis, vt per Iason in dicta lege secunda, de iurisdione, omnium iudicium. secunda. & tertia col. quam prius ornat septem conclusionibus notandis in proposito, huius regulæ, & vnica ampliatione.

REGV-

REGVLA CIX.

CONCESSIO rei, quæ fit ad vsum certum, est commodatum, si vero ad indeterminatum vsum, est precariū. tex. est in l. in commodato, §. sicut ff. commod. glo. magistra. in l. j. ff. de precario.

Limita hanc regulā duobus modis notabilibus, vt per Iasin l. 2. §. mutuum damus, 2. col. ff. si cert. pet.

REGVLA CX.

CONDEMNATVS ad mortem regulariter non dicitur, ad supplicium, nisi post decem dies. Hanc regulam ex pluribus ibi traditis per eum, Fel. elicit in c. quærenti, colum. 2. de offic. deleg. post Abb. in cap. 2. de re iudic. facit glo. in c. quàm periculosè. de pœnit. dist. j. De consuetudine vero seruatur contrarium secundum Bar. in l. qui vltimo, in finalibus verbis, ff. de pœnis.

Limita eam tripliciter, vt per Fel. vbi supra, & ibi colligit 12. casus notandos, in quibus executio in causis criminalibus, vel differtur vel aufertur.

REGVLA CXI.

CONDEMNATI plures in vnam summam, non tenētur nisi in virilem portionem, tex. est vbi notatur in l. Paulus respondit eos, &c. ff. de re iudicat. facit lege. reos, §. cum in tabulis ff. de duobus reis. & in lege. si mandato Titij §. Paulus respondit. 3. ff. mand. & in leg. si pluribus in princ. ff. de leg. j. text. qui probat conclusionem suprādictam in l. si qui separatim. §. quoties. ff. de appel. quibus etiam iuribus posset ampliari hæc regula.

Limita hanc regulam sex modis, vt per Vldari. Zasi. in d. l. Paulus respondit eos, &c. j. & 2. col.

REGVLA CXII.

CONDITIO omnis, & dilatio atque grauamen, reijcitur de legitima ipso iure, Regula est, quæ colligitur ex text. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testa. Vide l. 11. titu. 4. part. 6.

Amplia eam dupliciter, & 8. modis restringe, vt per Ias. ibi, & vide Roder. Xuarez, in repeti. legis, quoniam in prioribus, C. de iure deliberandi, vbi ponit 16. ampliationes, septemdecim restrictiones, à fol. 6. vsq; ad 55.

REGVLA CXIII.

CONDITIO volūtaria debet præcisè & formaliter impleri. Fuit sententia Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantū ff. de lib. & posthu. col. 3. motus per l. qui hæredi. & per l. Mæuius. in prin. ff. de condi. & demonstr. quam ibi Iaso. examinat in col. 6. per totam & licet Areti. dicat φ d. doctrina est nimis generalis, Ias. tamen sequitur eam.

Limita istam regulam dupliciter, vt per Ias. in dicta, 6. colum. in fine.

REGVLA CXIIII.

CONDITIO de nubendo arbitratu tertii, cum à lege reijciatur, tanquam præstans impedimentum matrimonio, & inductiua viduitatis, si deficiat, multominus, perimit legatum eius defectus. tex. est in l. turpia. §. j. ff. de leg. j. & in l. filiæ. ff. de condi. & demonst.

Limita dupliciter, vt per Ias. in d. l. turpia. j. col. 2. quarum secunda limitatio est singularis prima tamen non videtur proprie limitatio.

REGVLA CXV.

CONDITIO trahitur retro in cōtractibus, ad tempus celebrati contractus, vt in l. si. filius in princ. ff. de ver. obliga. & in l. potior, & in l. qui balneum. ff. qui potiores in pign. habe. & in l. quæ legata, ff. de regulis. iuris.

Limita nouem modis, vt per Ioan. Crotum in repetit. l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. pro empt. col. 33.

REGVLA CXVI.

CONDITIO impossibilis vitiat stipulationem. tex. est in l. impossibilis. ff. de verb. oblig. & in §. si impossibilis. Instit. de inut. stipul. & in l. certi condictio, §. quoniam. versic. item quæri potest. ff. si cert. pet. & vitiat omnem contractum, etiam bonæ fidei; vt in l. non solum. ff. de actio. & oblig.

Limita quinque modis, vt per Iason in d. lege impossibilis, colum. j. & 2.

REGVLA CXVII.

CONDITIO purificata in legatis sub ea relictis, nō trahitur retro ad tempus mortis, vel aditæ hæreditatis, not. Bar. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. pro empt. in column. 14. allegat tex. in l. prima. §. serui appellatione ff. ad Syllan. & in l. si mater. §. eandem. ff. de excep. rei iudic. idem Bart. in l. si filius. in princ. ff. de verb. oblig. & ibi Doctores sequuntur communiter.

Limita sex modis, vt per per Ioan. Crotū in repetit. d. l. si is qui pro emptore. in col. 36. quem primo vide in columna. 34. & 35. vbi conatur sustentare opinio. Dini, qui contrarium huius regulæ voluit, & respondet ad fundamenta Bart. & tandem sequendo eius opinionem, quam dicit communem, ponit septem differentias inter legatū conditionale, & contractum conditionatalem.

REGVLA CXVIII.

CONDITIONEM sufficit semel fuisse impletam dato quòd eius implementum non duret, tex. est in le. in substitutione. ff. de vulgari & pupill. vbi Doctores. & in l. cum vxori, C. quando dies leg. ced. & in le. si quis hæredem. C. de institut. & substitut. vbi Ias. pro declaratione & extensione huius regulæ vltra 4. colum. consumit.

Limita quatuor modis notabilibus, vt per eundem Ias. vbi supra in col. pen. & fin.

REGVLA CXIX.

CONDITIONEM & diem vbi conuentio habet, & sic duplicem dilationem, non sufficit conditionem impleri, sed requiritur, quod dies expectetur, tex. est, ex quo ibi Ias. in 3. col. in princip. vers. 3. not. colligit istam regulam, in l. in illa stipulatione. ff. de verb. obligationibus.

Limita hoc non procedere in contractibus bonę fidei, quia in his quàm primum constat quod promissum est, non posse adimpleri, statim potest agi, non expectata die, vt probat tex. in l. si in lege. §. si domus. vbi Bar. & Fulgo. hoc notant. ff. loca. & istam limitationem sequuntur Imola, Raphael Cumanus & Alexan. prout eos refert Ias. in d. 3. col. & secundum eum est vera, & communis opinio, licet Paul. ibi. & Aret. aliud dicant.

REGVLA CXX.

CONDVCENS rem suam vt suam, non perdit dominium, tenet glo. in l. cì à quo. ff. de vsucap. & in le. qui rem C. loca. quam ibi approbant Cyn. Bal. & Sali. & hāc dicit communem sententiam Alex. in l. si aliquam rem. ff. de acqui. poss. licet glo. ibi quam sequuntur Imola. & Aret. teneat contrarium.

Limita duobus modis, vt per Ripam in repet. dicta l. si aliquam rem, col. 10.

REGVLA CXXI.

CONFESSIO facta in vno iudicio probat in alio, text. est, & ibi notat Bald. in l. iubemus. C. de libe. cau. & ratio huius regulæ sumitur ex l. generaliter. C. de non nume. pecunia & ex cap. per tuas. de probat.

Amplia istam regulam quinque modis, & limita aliis septem, vt per Purpuratum in lege is apud quem. C. de eden. col. 21. & 22.

Primo amplia etiam, si confessio fiat, coram arbitro, per legem ponulti. C. de arbi.

Secundo amplia, etiam si confessio sit facta in iudicio, summario, quia probat in plenario, allegat. Innocenti. Abb. & Alexander.

Tertiò, etiam si iudicium, in quo esset facta confessio esset nullum.

Quarto etiam si quis confessus fuit in iudicio, non vt principalis, sed vt testis, quia poterit contra eum adduci, illa confessio in alio. Allegat Alexander, ibi & vtrunque Raphaelem.

Quinto amplia, vt confessio facta in ciuili, probet in criminali, & econtra allegat Bartol. & Alexander ibi.

Limita

Limita primo, respectu præiudicij ad tertium.
Secundo fallit in confessione ficta, quia illa non egredi tur causam, in qua facta fuit, etiam inter easdem personas, vnde secundum eum, licet confessio ficta noceat successori intelligitur in eadem causa, & non aliter, quod nota, pro illo qui non respondet positionibus.
Tertio limita, in confessione, procuratoris, quia non præiudicat in alia causa, sicut confessio domini.
Quarto limita, in cõfessione, quæ esset reprobata à iudice, pronuntiando contra illam, quod ampliat etiam, si reprobatio esset in fauorem confitentis.
Quinto fallit, quando confessio esset facta coram incõpetenti iudice, quia non probat coram competenti. Aduerte tamen, quia tunc talis confessio faceret indicium ad torturam, nisi in quatuor casibus descriptis per Iasonem in lege magistratibus, ff. de iurisdictione omnium iudicium secunda colum.
Sexto fallit, quando confessio esset tacita, allegat Imol. in clem. constitutionem, de electio.
Septimò fallit quando confessio esset facta iudice non sedente pro tribunali, allegat gloss. & Doctor. in d. le. iubemus.

REGVLA CXXII.

CONFESSIO facta ab aliquo in iudicio, quòd hominẽ occiderit, sed ad suam defensionem, potest à iudice in parte acceptari, & sic quatenus confitetur se occidisse: & poterit illum condemnare, nisi probet defensionem. notat Bart. in l. Aurelius. §. idem quæsijt. ff. de lib. leg. & sequitur Ias. verbis latioribus, eius dictum referendo in le. vt vim, col. 3. ff. de iusti. & iure. de quo vide copiosissime remissiue per Hippol. in sing. 185. incip. confessio.
Limita valde sing. quia licet possit ex tali confessione condẽnari, non tamen poterit capitaliter puniri. Ita not. Panor. in cap. auditis de præscript. in col. pen. vbi vide Fel. in col. 19. qui hoc dicit, non reperiri alibi & refert Ange. in tracta. maleficiorum, ita tenentem, & dicit quod aliquibus rationibus posset contra istud instari, commendat etiam idem Felin. in c. significasti. el 2. de homici. 6. col. in princ. & in cap. cum venerabilis, de except. in colum. 5. in princip. vbi hoc dicit singulare. commendat etiam Alexan. in l. non solum. §. sciendum. ff. de noui oper. nun. & illud dicit signandum & not. Soci. l. j. 7. col. ff. de vulg. & pupill. dicit etiam egregium Ias. & in practica magnum si hi honorem comparasse in d. l. vt vim. in d. 3. col. & asserit hoc esse in magno cultu apud practicos aduocatos Hippol. vbi supra. Commendat idem Hippol. in l. repeti. col. 8. ff. de quæstio. Thomas Ferra. in cautel. vltra Cæpol. in cautel. 5. circa princip. vbi hoc dicit, stupendum dictum, & refert aliquos ex supradictis doctoribus. Et Bertachi. in suo repert. in verbo, confessio habet vim sententiæ. in vers. 22. & in verbo, inquisitus, lo. 8. vbi hoc etiam sequitur, & dicit etiam illud dictum Abb. (nihil aliud allegando) singulare, Petrus de Rauenna in alphabeto aureo, in litera cap. in verbo confitetur.

REGVLA CXXIII.

CONFESSIO non requirit telam iudicij, nec curat de ineptitudine processus, ideo confessus potest condemnari, etiam data ipsius processus nullitate. Doctrina est Innoc. in c. qualiter, el 2. de accusa. quam ibi sequuntur Docto. & voluit idem in cap. per inquisitionem, de electio. probat tex. vbi notat hoc Abb. antiquus in cap. Pisanis. de restit. spoliat. descripsit Mathesil. in singul. 53. incip. nota vtilem regulam pro qua doctrina vide omnino Hippol. in sing. 201. incip. in confessum. vbi plures refert illam sequentes, & aliqua notanda in proposito iungit,
Limita prædictam conclusionem duodecim modis, vt per Felin. in d. c. qualiter. §. licet autem. in columna. 2. & seq. quem vide, quia his limitationibus pulchre declaratur præfata regula, quarum limitationum septem descripsit etiam idem Felin. in cap. at si clerici. de iudic. prima columna, & sequenti.

REGVLA CXXIIII.

CONFESSIO facta per aliquem sponte & in iudicio, quòd occiderit vnum hominem, qui non apparet, nec reperitur occisus, non valet, nec ligat confitentem. nota. Ang. in l. j. 2. col. ff. de confessio. & in l. certum. in princip. ff. eod. & vide Cæpo. in repeti. authen. sed nouo iure, C. de seruis fugitiuis, in columna. 15. & sequ. in impressio ne parua.
Limita primo singulariter, nisi confitens esset aliquis, assassinus malæ conditionis, & famæ, qui confiteretur se occidisse certos mercatores, & eum corpora in mari pro iecisse, quia tunc dato quòd illa corpora non reperiantur si ille erat publice diffamatus, & prope litus maris latrocinia exercebat, tunc propter confessionem debet puniri, Ita limitat Ang. not. vbi supra, quod sequitur, & commendat Iason in l. iusiurandum quod ex conuentione, §. finali. col. 7. in fin. ff. de iureiurando. stante tamen maris, distantia, vel bona fama confitentis, non posset ex confessione puniri, corporibus non apparentibus, secundum eum.
Secũdò limita, nisi saltem per famam probaretur mors licet corpus non posset inspici. Ita notat Bald. in additio. ad Spec. in tit. de senten. antepen. col. in versic. Titius fuit confessus, quod refert, & cõmendat, Ias. vbi supra in corroboratione doctrinæ Ang. supra scriptæ, vide tamen sing. per Fel. in cap. auditis de præscrip. col. 18. ne decipiaris cum hac doctrina Bal. & not. quòd non est necesse, quòd cõstet de nomine mortui, vt voluit, Bald. in cap. at si clerici 8. col. de iudic. qui allegat glo. sing. in cap. libellorum. 2. q. 8. & refert Ias. vbi supra & ibi alia loca describit, vbi idem firmat ipse Bald. pro quo etiam vide nota. per Felin. vbi supra.

REGVLA CXXV.

COnfessus de crimine extra iudicium, non punitur. glo. & ibi not. Abb. & doct. in cap. de hoc. de simoni. & Rota in decisi. nouis, in decisio. 180. incip. licet confessio. sub rub. de confess. & not. quod dicitur extra iudiciũ, fieri confessio, licet fiat coram tabellione sine iudice, vel coram iudice & non in figura iudicij. glo. est sing. & menti tenenda secundum Bal. ibi in l. iubemus in glo. fin. C. de liber. cau. de qua meminit Ias. in l. videamus. §. deferre, prima column. ff. de in litem iurand. Vide aliam gloss. quam ibi commendat Bart. in l. cum scimus. C. de agric. & censit. lib 11.
Limita primo quia licet vigore talis confessionis, non puniatur, potest tamen poni ad torturam, not. Abb. in d. cap. de hoc per glo. sing. & ibi Bar. in l. capite quinto. ff. ad leg. Iuliã de adult. & probat etiam glo. in l. ictus fustiũ ff. de infamib. quas ad hoc allegat Alexan. in l. magistratib. in versic. secundo quærit Bartol. ff. de iurisdictione omnium iudic. tenet Rota vbi supra, & sequitur Felinus in dicto capitul. de hoc in princip. qui plures ad hoc refert, ponit etiam idem Felin. in capitul. at si clerici. column. 7. de iudic. in princip.
Sublimita primo hanc fallentiam, nisi de crimine ageretur, ciuiliter. Ita tenet Abb. in cap. olim. de rescri. in col. vlt. sequitur Felin. in d. c. at si clerici col. 7.
Sublimita secundo, nisi ille qui extra iudicium fuit cõfessus postea confessionem reuocet, etiam non docto errore, tenet Bald. in l. vna. C. de confessis. col. antepen. Sequitur Felin. in vtroque loco supra relato, in prima limitatione, & in d. c. olim. in col. 3. de rescriptis ex quo consuluit Bal. ibi, quod torquendus reuocet confessionem suã, & impediet torturam, nec habet necesse probare errorẽ, ex ratione de qua per eum, quod nota, quia singulare est. Et hoc dicit, perpetuò notandum Iason, in l. magistratib. in 2. col. versic. secundo singulariter limita ff. de iurisdict. omnium iudic. Commendat etiam Thom. de Ferrar. in cautelis vltra Cepol. in cautela. 27. vbi ex hoc ponit cautelam

selam pro confitente extra iudicium, vt euadat torturam reuocando confessionem.

Sublimita tertio nisi talis confessus esset clericus, quia nisi esset infamatus, ex sola confessione extraiudiciali nō torqueretur propter singulare dictum Abbatis antiqui, in cap. grauis de deposi. vbi voluit quod clericus ex solis indicijs non torqueatur, nisi sit infamatus: cum quo simpliciter transit, Felinus in d.c. de hoc, de simonia, vbi refert Paulum de Eleazaris, & Ioannem Andr. & Antoniū & Abb. & Anan. in diuersis locis, in fine sequent. quod etiā dicit sing. idem Feli. vbi refert prædictos doct. in cap. cū oporteat pen. col. de accus. & in cap. veniens el. j. de testi. in 2. col. & sequitur etiam ipse Felin. in cap. vniuersitati, de senten. excommuni. & illud etiam sequitur, & commendat Ias. in d.l. magistratibus, in col. 2. ff. de iurisdictio. om. iud. vbi dicit q Abb. Siculus in d. cap. grauis, reprobat istud dictum, tamen q nihil adducit, quod vrgeat, & dicit q poterit multum facere ad euadendum quem à tormentis, quia vt plurimum ribaldi nostri temporis ea ratione se faciunt clericos, quod dictum summe commendat Hippoly. & dicit sic obtinuisse in practica, in singul. 55. incip. aduertas. vbi refert Alex. & Barb. idem tenere. Commendat etiam idem Hippoly. in l. pen. col. fin. ff. de quæst. & in l. edictum. in col. 3. eod. titu. & in sua practica, crimnali. in §. nunc videndum. col. fi. & vide Bonum de Curril. in tract. nobilitatis. fol. 15. col. 4. in fi. vbi hanc etiā sententiam sequitur, dicendo q etiam si sint contra clericum mille indicia, nisi sit infamatus non potest torqueri & sequitur etiam Stepha. Aufrerij in addit. ad repet. cle. m. j. de offic. ordin. per eum editam in regula 3. in fol. 6. in impressione Parisiensi, facta in paruo volu. licet Felin. in dic. cap. at si clerici. in d. 7. col. dubitet de illo dicto singulari, Abb. antiqui. & in d. cap. olim. in d. colum. 3. aliter teneat cum opinione Panor. in d. cap. grauis.

Sublimita quarto quando talis cōfessio extraiudicialis, est iuncta cum verisimili causa, ratione loci & temporis, quia tunc est sufficiens indicium ad torturam, secus si sit informis & non certa, & qualificata continens locum cōmissi criminis & tempus, quia tunc non sufficit. Ita intellexit illam glo. Bald. in l. admonendi. ff. de iureiurando, quem ad hoc refert Paris de Puteo in tract. de syndic. fol. 95. in c. incip. quia communiter dicitur.

Sublimita quintò, quando illa confessio non esset verisimilis, & hoc per not. per Bald. in l. 2. prope fin. C. de auto. præst. quod refert Paris de Puteo, vbi supra. Adde quæ not. Hippol. in repet. rub. C. de proba. in col. 24.

Secundo fallit nostra principalis regula, nisi in tali confessione extraiudiciali facta de crimine concurrant omnia requisita ad confessionem extraiudicialem factam in ciuilibus. Ita singulariter Innoc. in cap. per inquisitionem j. colum. de elect. cuius doctrinam commendat Felin. in dicto cap. de hoc. & refert Abb. de prædicta conclusione exclamantem.

Tertio fallit, quando talis confessio de crimine esset geminata, quia tunc posset puniri, ac si esset in iudicio confessus. Ita tenet Felin. in d. cap. de hoc. ad quod refert Bar. in l. cum scimus. C. de agrico. & censi. quem dicit referre Rom. in l. nuda ratio. ff. de donatio. Paul. in l. Publia. in §. Titius Sempronio, ff. depost. & adde quod vltra Felin. & prædictos, dictam doctrinam Bar. sequitur Abb. in ca. si cautio. de fide instru. in fin. verbis, & Ias. in rubric. ff. de verborum obliga. in col. 4. & in §. in personam. in col. 8. de actio. Instit. & in l. si pacto quo pœnam. in secunda co. C. de pactis, & in le. prima, in col. 6. eod. titu. tenet etiam Hippol. in l. j. §. quæstioni. ff. de quæstioni. in colum. secunda, qui ad hoc tantum refert Cinum, per quem vide in d. col. 2. & seq. vltra viginti effectus geminationis, Sed tu aduerte quod Barto. vbi supra loquitur in ciuilibus, & Doct. eum referentes, & ideo ex sola prædicta sua doctrina non esset tutum hoc firmare in criminalibus, prout firmat Felin. maxime quia ipsemet Felin in d. c. olim. in col. 4. in alio proposito dicit, quod non est bona æquiparatio, de confessione in ciuilibus, ad confessionem in criminalibus, & ponit ibi triplicem instantiam inter vtramq;, in quibus aperte constat dissimilitudo. Et nota in hoc multum, quòd ad hoc vt confessio dicatur geminata, requiritur interuallum, & non sufficeret, q. [illegible] vno & eodem tempore, aliquis fateretur: & hoc ex eo quod notat Bald. in proœ. C. in col. fin. & ex eo quod latius posui in meis doctrinis magistralibus, in doctrina incipien. actus vt dicatur.

Quarto fallit in delictis quæ pertinent ad iudicium ecclesiæ fauore animarum, quia tunc confessio extraiudicialis legitime facta probat: puta si quis moriens confessus fuit, se esse vsurarium, specificando personas, à quibus extorsit vsuras. ita Bal. in l. j. in col. 2. in fin. versi. quidam cōfessus. C. de sal. cau. adiect. lega. quem refert Felin. in d. ca. de hoc & in d. cap. olim. in col. 3. in fin. versi. fallit 7. vbi melius loquitur. & in d. cap. at si clerici. in d. col. 7. in quibus locis alia etiam cumulat ad hoc, & sic restringit istam regulam. Sed aduerte, quod ista non est propriè restrictio ad eam, quia talis confessio non operatur, vt ille confessus puniatur de crimine, sed vt fiat restitutio vsurarum, ideo ille non efficitur intestabilis virtute illius cōfessionis. Ita intelligit Bald. vbi supra, & sic potius esset extentio, quod confessio extraiudicialis non sufficit, quo ad hoc vt possit puniri aliquis in sola inhabilitate testandi, qua punitur, si illud quod ab eo est confessū, esset alias probatum.

Quinto limita, quia licet confessus extra iudicium nō puniatur: indicium tamen ex confessione sumptum, est tantę efficaciæ, vt confessio facta in tormentis, quibus cōfessus eius vigore subiectus, valeat sine alia ratificatione, Ita Fely. in d. cap. de hoc. per glo. sing. in l. capite quinto ff. ad leg. Iul. de adult. in verbo, occultatori, quam glo. cōmendant Doct. ibi & dixit eam singularem Lanfranc. in repet. cap. quoniam contra. de proba. in col. 54. in princip. & nota illa verba, sine ratificatione, in ista fallentia posita, quia illa non ponuntur in glo. & sunt singularia, & eadem verba posuit, Felin. in d. cap. olim. de rescript. in column. 5. referendo, Tinda. in tracta. de testium varietate, & idem, quod sine alia ratificatione stetur tali confessioni factæ in tormentis, tenet Iason, in l. magistratibus, in col. 2. ff. de iurisdict. omn. iud. & tenet etiam Hippoly. in sua pract. crimin. in §. quoniam. in col. 6. versic. vlterius, teneas menti, qui dicit ita tenere Ioan. de Imol. in cap. at si clerici de iudic. Et illam glo. dicit singularem Hippo. in l. j. §. diuus Seuerus. in col. 3. & in §. quæstioni, in princ. ff. de quæst. vbi refert solum Felin. in d. cap. olim & adidē commendat illam glo. Paris de Puteo in d. tracta. de syndic. in fol. 95. in c. incip. quia communiter. vbi etiam tenet quod confessio facta in tormentis, valet sine perseuerantia, si præcessit extraiudicialis confessio cuius vigore fuit aliquis tortus: & vide etiam eundem in fol. 101. in j. col. vbi illam glos. dicit singularem, certe durus est sermo hic, quia videtur quod sufficiat, vt talis confessio extraiudicialis sit sufficiens indicium ad torturam, sine eo, quod etiam operetur ratificationem confessionis in tortura subsecutæ, & plures possent quotidie decipi, qui vigore talis confessionis torquerentur, quia existimantes, parum sibi nocere confessionem in tortura factam facillime fatenterentur in ea, animo non ratificandi postea, ideo memoriæ fige prædictam conclusionem.

Sexto fallit, nisi prædicta confessio extraiudicialis sortiretur specificum nomen delicti quia tunc punietur de illo delicto, puta quia clericus gloriatur, extra iudicium, adulterium perpetrasse, quia tunc de gloriatione punietur tex. est in cap. quam sit. de excel. pra lat. vbi hoc tenet Abbas. & in d. cap. de hoc vbi hoc sequitur Felin. & in d. cap. at si cleric. v. col. 7. & voluit Abb. in d. cap. olim. vbi hoc sequitur Felin. in col. 4. & illum text. dicit ad hoc singul.

Paris

Paris de Puteo, in loco supra allega. in j. fallen. in 4. subli mitatione, & etiam ponit Fran. Cur. in repet. l. admonendi. in col. 66. ff. de iureiur. in vers. 4. limita.

Septimo fallit, nisi aliquis acceperit confessionem nomine fisci, Ita limitat Felin. in d. c. olim. de rescrip. colū. 3. vers. fallit, 2. quem vide de veritate & intellectu, & in d. c. at si clerici. d. col. 7. & veritas huius limitationis ex decima fallentia infra scripta patet.

Octauo fallit, nisi confessio extraiudicialis fiat parte, præsente, quia tunc probatur crimen, & possit puniri, ie net Abb. in d. c. olim. & in d. c. at si clerici. in col. 5. sic intelligens Innoc. in c. per inquisitionē, de elect. Sed contrariam sententiā tenet Aret. in d. c. at si clerici in col. 6. motus optima rōne, & dicit q ista est verior opinio, & refert Bar. & Sali. tenētes q solū facit indiciū ad torturā. Et huic eoā opinioni contra Abb. assentitur Felin. in d. c. olim. in col. 5. vers. 3. fallit, qui aliqua pro ea adducit, vbi vide bonam additionem in litera A. quæ incip. confessio.

Nono fallit, nisi fiat coram multitudine personarum, quia tunc transit in notoriū, & probat, Ita limitat Feli. in d. c. at si cleri. d. col. 7. vers. fallit 3. & in d. c. olim. co. 4. vers. fallit 4. referendo Anto. in c. vestra. de cohab. cler. & mul. & in c. per inquisitionem, de elect.

Decimo fallit nisi fiat coram syndico repræsentante populum, quia tunc plene probat, & confessus punitur ex ea. Ita limitat Felin. in d. c. at si clerici. col. 7. vers. fallit quarto. referendo Salic. in l. quoniam A. de infamib. idem Felin. in d. c. olim. col. 4. vers. fallit quinto. vbi hoc generalius dicit, videlicet, in publica persona, quæ poterit recipere probationes ad vtilitatem fisci.

Vndecimo fallit, nisi cum tali confessione extraiudiciali concurrant aliæ coniecturæ, & verisimilia veritatis: quia tunc plene probat. Et cum sit plena probatio poterit confessus puniri. Ita restringit Felin. in d. c. olim. col. 5. vers. fallit octauo post Tindarum, quem ibi refert in d. tra. cta. de testium varietate, & refert ad hoc eundem Tindarum Ias. in d. l. magistratibus. in col. 2 in fi. ff. de iurisdict. omn. iud. Et refert quoddam inconueniens cui dicit, q non sufficienter respondet Tindar. vbi supra.

Duodecimo fallit quia talis confessio extraiudicialis facit semiplenam probationem de crimine, tenet Felin. in d. c. olim. col. 5. vers. fallit nono referendo Tindar. vbi supra, quas limitationes nota, cū sint in materia quotidiana Et libuit eas describere, quia vt vides sparsim sunt à Feli. descriptæ. Et nullibi sic reperies, præmaxime cum aliqua addidi vltra ipsum Felin. vt facile iudicabis.

REGVLA CXXVI.

CONFESSVS crimen, de quo excipitur contra eum cōtingens causam, punietur ordinarie, text. est secundū expositionem glo. fi. ibi & etiam omnes Doct. in ca. j. de excep. vbi glo. allegat iura aliqua.

Limita hanc regulam, 4. modis, vt per Fel. in d. cap. j. 4. colum.

Primo nisi fiat confessio in foro mixto, inter pœnitentialem, & forum contentiosum, gloss. est, quam ad hoc ibi extollit Domi. in cap. ex pœnitentibus, 50. distinct. in glo. mag. ad fin.

Secundo nisi confessio sit non simplex, sed quasi conditionalis, vel obijciendo crimen quod quis tacite confitetur de seipso, glo. magna, ad fin. in cap. si quis Papa, 79. distin. quam not. Domi. in cap. j. de testi. in 6. secundum Feli. vbi supra.

Tertio nisi confessio fuisset in iudicio reprobata. Bald. in auth. nouo iure, C. de pœna iudicis qui male iudicauit, & confirmat Felin. in c. capitulum sanctæ crucis. 26. col. vers. confirmatur. de rescrpt.

Quarto nisi causa principalis esset intentata ciuiliter. Abb. in c. cum super, in 2. col. de concef. præb. Feli. vbi supra, qui hac quarta limitatione vltra dictas, breuitatis, causa perstrinxit alias tres limitationes, vide per eum.

REGVLA CXXVII.

CONFIRMATIO Papæ etiā ex certa scientia non prodest, in defectum substantialium, puta incompetentiæ iudicis & falsitatis narratorum, sed solum in defectum solennitatis, vt in vocatione partis, & similibus, vt est decisio Rotæ, in nouis 230. incip. Papa confirmat. quam ad supradictam regulam allegat Feli. in c. 2. de rescript. in col. 22. in princip. qui in confirmationem huius decisionis, alleg. dictum Hostien.

Limita, nisi interueniret certa scientia dicti defectus substantialis reddentis processum nullū, quia tunc si valeret cōfirmatio, suppleret defectū potestatis gerentis actū. Ita limitat Domi. in cap. Zenomanēsem. 56. distin. quem refert Feli. vbi supra, per suprascripta verba pro limitatione d. regulæ. Et idē dicit ipse Feli. in omni simili defectu, quia eodē modo tunc suppleretur, data certa sciētia illius.

REGVLA CXXVIII.

CONIECTVRIS legitimis quod apparet, constare dicitur euidenter, licet nō fuerit expressum. text. est secū, dum Iac. de Are. Bar. & alios in l. licet Imperator. in prin. ff. de leg. j. facit tex. in l. si quis locuples. in §. fi. ff. de manu. testa. & confirmat hanc regulam Ias. septem alijs conclusionibus, in d. l. licet Imperator, j. 2. & col.

Limita dupliciter, vt per eum ibi. d. col. 2. in fi.

REGVLA CXXIX.

COniuncta persona potest agere sine mandato cū cautione rati, vt est tex. in l. sed & hę personæ, ff. de procu. (Vide l. 10. tit. 5. parti. 2.) dicitur tamen improprie procurator, vt in glo. j. ibi posita, per text. qui ad hoc solet allegari in l. 3. §. j. ff. iudi. solui. vbi vide duas notabiles differētias inter coniunctū, & procuratorem per Paul. de Castr. & collige tertiam differentiam ex tex. in l. patri pro filio, cum seq. & quod ibi notat Bar. ff. de mino.

Limita 11. modis, vt per Ale. in l. exigendi, in 2. col. C. de procur. vbi etiam vide Ias. in 2. & 3. col. qui refert dictas limitationes Alex. & ipso addit alias sex, & sic habebis 17. restrictiones in quibus includuntur quinque limitationes; quas huic regulæ tradidi Feli. in ca. coram, in 2. col. de offic. deleg. & vide eundem Ias. in d. 2. col. vbi ampliat quadrupliciter istam regulam.

REGVLA CXXX.

CONIVNCTA persona non admittitur in casibus, requirentibus speciale mandatum, etiam cum cautione, de rato. tex. est in l. patri pro filio. ff. de minor. text. & ibi Bald. in l. nec filius. C. de rebi. cred. not. Abb. in cap. constitutus, de in integ. restit.

Limita septem modis, vt per Felin. in cap. coram dilecto. 2. col. de offic. deleg.

REGVLA CXXXI.

CONIVNCTI verbis dicuntur, plures vocati ad hæreditatem, vel legatum, per nomen collectiuum, & sic omnes simul admittuntur ad vnam duntaxat portionem vt in l. Titius & in l. interdum. & in l. liber homo. §. si Titius. ff. de hæred. instit.

Limita quatuor modis, vt per Io. Crottum in repetit. l. re coniuncti, ff. de leg. 3. in col. 9. & 10. Vide Ias. in l. fi. C. de impuberum & alijs, col. antep. num. 5. vbi vnam ampliationem & sex limitationes ponit.

REGVLA CXXXII.

CONSENTIRE in actibus capitularibus, seu collegiatis, non sufficit canonicos, seu illos de collegio separatim, sed oportet quod sint tanquam collegiū congregati, & collegialiter, cōsentiant, glo. in ca. cū omnes, de constit. quam ibi Cald. Bald. Ant. Card. Abb. Imol. & doct. indistincte intelligunt, licet Ioan. Andr. ibi & in gl. sua verbo tractatus, in cap. j. de reb. ecclesię nō alie. lib. 6. post aliquos dixerit hoc speciale esse in electione, per cap. in Genesi, de electio. Cōfirmat hanc Felin. in d. cap. cum oēs. col. 1. vbi refert plures doctor. vide in proposito doctrinā magistralem in meis doctrinis, in verbo, maior pars.

Limita hanc conclusionem sex pulchris modis, vt per Felin. ibi, col. 14. & seq. num. 26.

REGVLA CXXXIII.

CONSENSVS eius cui fit protestatio, requiritur regulariter in protestatione, not. Bar. in l. non solú. §. mor te. ff. de no. ope. nunt. in col. 5. & Anto. in c. cum M. Ferrar. in 6. & 7. char. de constit. facit quod not. Innoc. in ca. Cumana. de electio. & text. in l. fi. §. item si prædixerit, ff. nau. caup. stab.

Limita duodecim modis, vt per Præpos. in cap. solicitudinem, in col. 19. & seq. de appel.

REGVLA CXXXIIII.

CONSILIO alterius habens expedire actum, si illud omittit, actus est nullus, quasi nō seruata forma mandati, notat Vincentius, relatus per omnes scribentes, ibi sequentes eum in cap. ex parte. de constit. vbi circa hanc conclusionem late insistit Felin. col. 2.

Limita tripliciter, vt per eum ibi, latissime per 4. fere column.

REGVLA CXXXV.

CONSORS eiusdem litis potest agere pro consorte, sine mandato, præstita eius satisdatione. glo. in c. cū. M. de constit. in glo. j. vbi allegat iura ad hoc glo. in cap. cum dilecti, de dolo & contu. facit l. si petitor. ff. de iudi. traditur in clem. si religiosus. de procu.

Limita quadrupliciter, vt per Felin. in d. c. cum M. col. 4. cum duabus sequent.

REGVLA CXXXVI.

CONSTITVTIO futura respicit, non præterita, nisi de præteritis in ea caueatur, probat tex. in c. fi. de constit. vbi glo. alleg. concordantes tradit Hostien. in summa, de constit. §. quando constitutio. in fi.

Amplia quadrupliciter, & limita decem modis, vt per Felin. in d. c. fin. per 14. col. vbi plures ex limitationibus sublimitat.

REGVLA CXXXVII.

COnsuetudo & statuta loci, in quo contractus matrimonij fuit celebratus, attenduntur, quo ad dissolutionem. Text. in c. j. de spons. & in l. si fundus. ff. de euict. Bal. in l. si voluntas. C. de fideicommis.

Limita dupliciter, vt per Fel. in d. cap. j. col. 2. nu. 23.

REGVLA CXXXVIII.

CONSVETVDO vel statutum disponens, quòd libri, puta mercatorum, faciant fidem pro scribente, valet & tenet. notant Bald. Ang. & Alex. in l. quędam. §. nummularios, ff. de eden. per illum tex. & Bald. in le. comparationes. in 5. col. de fide instru. & in l. cunctos populos, in col. 14. de summa trini. & fide cathol. & Inno. in c. 2. in col. 11. de fide instrum.

Amplia adeo hoc procedere, quod stabitur dictis libris etiam si alibi, & extra locum vbi viget talis consuetudo, producantur, tenet Ioan. And. in addit. ad Spec. in titu. de fide instr. in §. nunc dicendum. in additione magna, quæ incipit, priuatorum, quod reputat singulare Ias. in loco, infra allegan.

Limita sex notabilibus modis, vt per Iason, in l. admonendi, in col. 17. in lectura. ff. de iureiur. vbi eorum vltimum sublimitat.

REGVLA CXXXIX.

COnsuetudo, quæ inducit grauamen ecclesijs, non valet. Ita text. in c. j. de consue. vbi Abb. & alij. Facit tex. in c. nouerit & in c. grauem. de sent. excom.

Limita quatuor modis, vt per Dec. in d. c. j. nu. 3.

REGVLA CXL.

COnsuetudo, vel statutum faciens validā probationē, quæ de iure est inualida, si concurrerit euidens necessitas, vel vtilitas, valet tenet An. Abb. & Doct. in c. 2. de proba. per tex. in c. cum dilectus, in 2. respon. de fide instr. tenet Bar. in l. si seruus communis ipse, ff. de stipul. seruor. Bal. in l. j. in 2. char. C. de sum. trini. & fide catho.

Limita quinque modis vt per Felin. in d. c. 2. de proba. in col. 3. & seq. quem vide quia pro ipsa principali regula, plures doctores refert, per eam plura, & pulchra determinantes.

REGVLA CXLI.

CONSVETVDO, ius non scriptum appellatur. Text. in §. constat. & in §. ex non scripto. Instit. de iure natu. gent. & ciuili. Bart. in l. 2. ff. de vulgar. & pupil. & in le. de quibus, ff. de legib.

Amplia vno modo, & limita quatuor modis, vt per Decium in rub. de consuet. col. j.

REGVLA CXLII.

COnsuetudo præscripta, per aliam contrariam, & præscriptam consuetudinem, tollitur, per non præscriptā vero, non tollitur Glo. est sing. in l. nemo. §. temporalis, ff. de regul. iur.

Limita primo procedere in causa petitorij, sed in causa possessorij, consuetudo secunda non præscripta, tollit primam præscriptam, ita Bald. in cap. j. in col. j. de feudi cog. quod dicit mirabile, Iason, in l. de quibus in column. 18. ff. de legibus.

Secundo limita, quando licet secunda non esset præscripta, tamen populus vult statim eam valere, notat Abbas, in capitulo, pro illorum, 2. & 3. column. de præb. refert Iason vbi supra.

REGVLA CXLIII.

COnsuetudo, vel statutum absorbens in totum legitimam filiorum, non valet: tenet Abb. in cap. si. pen. col. de consuetu. & in isto articulo adeo cōtrariæ sunt opiniones, quod sunt Doct. aliqui asserentes hanc esse communem opinionem, & alij contrariam (& sic quod posset in totū tolli, vel absorberi) esse communem, quos referre, nō curo, alieno enim labore sunt iuncti. Describit eos Hieron. Chucalon (quem nostra Hispania produxit,) in additio. ad Philip. Dec. in l. iura sanguinis, in fin. ff. de regul. iur. in litera A. in addit. incip. contrarium, vbi in hac opinione resident, quia est opinio Canonistarum.

Limita primo nisi ille filius haberet vnde viuat, ita no. Abb. in c. Raynutius. in 4. col. ver. ego crederem. de testa. Refert. Io. Lup. in repet. in c. per vestras. fol. 74. col. j. vers. & idem est, & in fol. 79. col. 2. vers. & ex quo infertur, vbi refert Alex. in cap. ius gentiū, j. distinctione, dubitare de ea. Vide Rochum Curtium in tract. de consue. in fol. 22. col. 4. post mediū, vbi dicit, quod cōis opinio est, quod ex causa posset legitima non solum minui, imò in totum tolli per statutum, vel consuetudinem, vnde possemus dicere, quod sit iusta causa statuendi, id quod filius habeat, vnde se alat, vt sic procedat nostra limitatio.

REGVLA CXLIIII.

COnsuetudines & statuta loci, in quo iudicium agitatur, considerantur quātum ad ordinarīa iudicij, & processus solennitatem, not. Bart. in l. cunctos populos. in 6. col. C. de sum. tri. & fide cath. per l. 3. in fi. ff. de testi. Est glo. nota. in cap. quod clericis. de for. compe. quam ibi sequitur Ioan. And. & vide ibi Maria. in col. 2. vers. quo ad primum, per totam colum. & seq.

Limita quadrupliciter, vt per eundem Maria. in d. ca. quod clericis in fine.

Consuetudo, vide infra in verbo, statutum, & in verbo, præscriptione.

REGVLA CXLV.

CONSVLENS alicui, vt aliquem occidat, tenetur, ac si ipse occidisset, vt in l. qui occidit. §. pen ff. ad leg. Aquili. & in cap. de cætero, de homi.

Limita hanc regulam sex modis, vt per Io. Vilemati de Fortia, in rep. l. diuus. ff. ad leg. Cornel. de sicariis. in col. 2. & est illa repetitio in 4. vol. repetitionum iuris ciuilis.

REGVLA CXLVI.

CONTRACTVS ratione non sortitur forum ille, qui tanquam viator contraxit, probat text. in l. hæres, absens.

absens,§.j. ff. de iudi.not.glo. in c.Romana §.nec etiam, de foro com.in 6.in verbo respondere.

Limita quadrupliciter, vt per Maria. in c.a dilecti filij in col. 12. de foro compe.

Primo quando contrahens ignorabat illum viatorem ignorantia probabili,quod in dubio præsumitur, si videt illum habentem per gulam,seu tabernam,aut quid simile,vel si ille,non habebat aliquod signum peregrinationis,vel itinerationis.

Secundo,si res erat talis,quæ verisimiliter à viatore emebatur,aut vendebatur, vt ibi statim solueretur pecunia aut traderetur res.

Tertio in his qui accedunt ad locum ea sola intentione, vt in illo loco contrahant, & ibi forum sortiantur, quamuis statim intendant inde recedere.

Quartò limita,vt viator contrahendo non sortiatur, forum ratione contractus,q si cótra viatoré, alias nó dare tur naturalis habitus fori, & iurisdictionis, secus si forte ex aliquo priuilegio nó posset iste cótrahens sibi côueniri,nã ex côtractu facto cũ ipso,tanquam cũ viatore, tolle tur, ius priuilegij,& ibi poterit côueniri, ex habitu primæ iurisdictionis. Et has duas vltimas limitationes habuit ab Antonio in c.si.eod.tit.vt ipse refert.

REGVLA CXLVII.

Contractibus apponi solita, & si non apponantur, pro expressis habentur. Tex.est quem ibi dicunt melioré, de iure Bal. Ant.& Imo.in cap. cum M.Ferrarien.de cóti. quem etiam cômendat Ias. in l.vt liberis,col.2. C. de colla. vbi,& in col.seq. plura similia cumulat. Et vide in proposito,quæ posui in meis doctrinis magistralib.in doctrina inci. dispositio,vbi alias remissiones descripsi.

Limita dupliciter suprascriptam conclusionem vt per Ias. in d.l.vt liberis col 4.

REGVLA CXLVIII.

Contractibus stricti iuris,nó potest agi per stipulationem,ratione deceptionis,vel doli,re ipsa:quando promissor non habet animum decipiendi, regula est per hæc verba à Iasone descripta,per tex.ibi in le. si id quod aurum.ff.de verb.oblig. in 3.notab.

Limita quadrupliciter, vt ibi per eum.

REGVLA CXLIX.

Contractibus aucto iure dationis, & re debita, ex côtractu aucta,augetur ius acceptionis,ac ipsum debitum,vel obligatio,ita q augmentum superueniens rei obligatæ,vel quæ ex contractu debetur acquiritur ei cui res debetur,vel est obligata iuxta terminos obligationis, vt in l.si fundus in princ.§.si res. & in l.Paulus, §.si domus.ff.de pignor. & in l.grege.in princ.ff.eod.

Descripsit hanc regulam,& ampliat eam tredecim modis & limitat alijs vndecim Alber. Brun.in tract. de augmento, & diminu.monet.fol. 17. col. j. cum alijs quin que sequent.

Contractus, vide supra conditio,& infra nominatis.

REGVLA CL.

Contrahentes non possunt facere, q obligatio vel seruitus realis ipso iure finiatur tempore sed tantum para tur exceptio. Text.est in l.eum qui ita.§. qui ita.ff. de ver bo.oblig. tex.est similis in l. obligationum fere,§.placet. ff.de actio.& obligatio.Rationem huius assignat,& ex ea aliqua subtilia infert Ias.in d.§.qui ita j.& 2.col.

Limita tribus modis,vt per Ias.in d. §. qui ita, d. columna.

REGVLA CLI.

Contrahentibus licitum est adinuicem se decipere,in pretio, aut valore rei, super qua contrahitur, probat tex.in l.in causa §.pen.ff.de min.pro quo facit lex,si hæres ff.de min.

Amplia istam regulam quinque modis,& alijs 18: restringe, vt notabiliter per Panta.de Crema.in repetitio. l.2.C.de resc.vend.in col. 32. cum quinque sequent.

REGVLA CLII.

Contumax vt aliquis reputetur,requiritur trina citatio. Tex.est in l.contumacia.ff.de re iudi.

Limita decem modis,vt per Alexan.ibi,qui de alijs sillentijs remittit.

REGVLA CLIII.

Contumax reus,contra quem fuit facta missio ex secundo decreto,reuertens non auditur aliquo modo, glo.in c.quoniam frequenter,in glo.fin.vt lite non contestat Imol.in l.creditoribus.ff. de re iud.

Limita dupliciter,vt per Feli.in cap. consultationibus, 2.col.de offic. deleg.

REGVLA CLIIII.

Contumacia non est de per se delictum. Ita Abb. in c.j.de iud.col.4.& est communis opinio,prout asserit Felin.in cap.ex literis.de consti.col. pen. num.27. vbi plura allegat pro dicta regula,

Limita quinque modis,vt per Fel.vbi supra post Domi.in summa,4.quæst.j.

REGVLA CLV.

Contumacia domini dicitur,& non procuratoris, quando dominus citatur,& mittit procuratorem,qui non comparet, notat Bart.in l.cum filius, §.in hac quasi in fine, ff. de verbo. obliga.alleg. text. in l.si procurator, §.tutores,ff.de manda.

Limita quatuor modis,vt per Cæpolam,in cautela 57. incip. iste artic.in princ.

REGVLA CLVI.

Conventio inter partes quod debitum non possit probari nisi per instrumentum,& non per testes,non valet. Glo. est sing. in auth. vt fine prohib.mat.credit. in §.quia vero,in verbo,senatusconsulto, post med. col. 7. quã ibi sequitur Ang.& Imo.in c.si diligenti.de foro cõpet.in col.3. Bald.Ang.& Pau.in l.pactum inter hæredé, ff. de pact.& illam dicit notab.Hippo.in repeti. rub.C.de proba.in col.8.prope fin.vbi plures doct. refert illam sequentes,quos referre existimo superuacuum.

Limita dupliciter suprascriptam conclusionem, vt per Ias.in auth.iubemus,col.2. C. de iud.vbi dictam glo. dicit singul.

REGVLA CLVII.

Copula regulariter requirit concursum vtriusq; copulati, vt est tex. in l.si hæredi plures,ff.de condition. insti. & in §. penul. Instit. de hæred.insti.& in le. si quis, ita,ff.de verb.oblig.

Amplia semel,vt per Iason,in l. j.in col.2.ff. de iustiti. & iur. quam ampliationem ornat septem decisionibus, notandis.

Limita octo modis,vt per eum ibi,in duabus columnis seq.vide latius per Fel in c.2.de rescrip.in colum. 11. in §.copula,cum 9.col.seq.quia licet solum principaliter sex fallentias prosequatur,plura tamen notanda interserit in materia. Et vide Ias.in d.l.si quis ita, vbi tantum vnam ampliationem,& tres limitationes scripsit.

REGVLA CLVIII.

Correlatiuorum natura talis est,q dispositio facta de vno solo,extenditur ad aliud, etiam non expressum,vt in l.fi.& ibi Bar.C.de indi.vidu.tol.& in l.fi. & ibi etiam Bart. ff.de acceptil. tex.& Bar.in l.j.C.de cupresiis, lib.11.quem dicit meliorem de iure Ias. in auth. sacramẽta puberum,C.si aduersus vendit.in col. 13.quasi in princi.Pro cuius intellectu vide, Bald.in l.j. C.de commu.ser. manumis.vide plene de materia per Hippo.in l.si quis vi duam,col.5.fere per totum ff.de quæst.

Limita quadrupliciter, vt per Felin. in procem.Grego.in par.Gregorius,à nu.3.vsq; ad 12.& in c.fi.de Iudæis,vbi ponit aliquas doctrinas p exẽplis huius regulæ. Et vide vberrime p Bapt. de S. Blasio in tract. correlatiuorum,vbi per sex folia descripsit centum,& decem ampliationes, & totidem limitationes ad suprascriptam regu-

lam, & est ille tractatus insertus in 2, volu. Tractatuum.

REGVLA CLIX.

CORREVS credendi, quæ à debitore exegit, tenetur alteri correo cõicare, Tex. in l.qui hominem.§.j.ff.de solu.& in l.3.§. j.ff.de duob. reis, glo, celebris in l.frater à fratre, quam ibi scribentes exaltant ff. de condict. indeb.

Limita duobus modis, vt per Iaſ.in d.l.frater à fratre in lectura, col.13.& in repet.col.16.

REGVLA CLX.

CREDITOR quando succedit debitori, actiones confunduntur, probat tex.in l.debitori, C.de pact.& in l.licet, C. ad leg.Falcid.& in l.pen.C.de hæred.actio. & in l. cum secundum C.de fideicom.

Amplia semel, vt per Iaſ.in d.l.debitori.in princ.

Limita tribus modis notabilibus, vt per Alex.ibi circa principium, vbi vide per Iaſ.qui allegat aliã limitationem remissiue, Et vide eundem Iaſ.in l.frater, à fratre, col.2. nu. 4.vbi duas limitationes ponit.

REGVLA CLXI.

CREDITOR habens rem meam pignoratã, eã mihi simpliciter legando, in dubio censetur mihi legare liberationem tantũ pignoris, nõ autem remissionẽ debiti principalis, quare hæres nõ tenebitur aliquid soluere, nec debitũ personale remittere, sed tradere tm̃ rem à pignore liberatam, glo. est nota.in l.si tibi, in glo. 2.ff.de legat. j. facit tex.in l.j.ff.de libera.leg.

Limita tribus modis vt per Bar.in d.l.si tibi homo, qui colliguntur ex eius doctrina, prout ibi refert Iaſ.col.pen. in fine, cum sequenti,

REGVLA CLXII.

CReditor petẽdo in iudicio sortẽ principalẽ, nõ præiudicat in vsuris, interesse, damnis, nec in alijs accessorijs secus videtur in receptiõe solutiõis, quia recipiẽdo sortẽ, simpliciter, sibi præiudicat in istis accessorijs. Istã regulã tradit Iaſ.per tex. ibi in l.j.C.de iudi.in 2.col.

Limita sex modis, vt per eum ibi in 2, & 3.col.

REGVLA CLXIII.

CReditori priori soluens nõ succedit in pignore, nec in hypotheca, vt in l.res obligatas, C.de pigno.& in l.j.C. de his qui in priorum loco creditorum succedunt.

Limita quinque modis, vt per Ripam in l. si ventri.§. eorum rõ col. 2.ff.de priull.credit.

Primo nisi soluẽs esset alia ratione creditor debitoris, quia tunc succedit in pignore cum priuilegio prioritatis: vt in l.j.C.qui potio.in pign.habe.

Secundo, vt non procedat si soluens emeret nomen ipsius prioris creditoris, vt in lege, si à creditore, C.de actio.& oblig.

Tertio, nisi prior creditor soluenti cederet iura sua, l. fi.C, de iure fisci

Quarto, nisi prior creditor traderet pignus soluenti, quia tradendo videtur cedere hypothecam, vt in l. cũ ex ea.& ibi Bald.C.de remiſ.pigno.de quo tamen dubitat Ripa, quia in contrarium videtur casus in l.j.C.quibus mod. pign.vel hypothe.

Quinto, fallit, nisi actum sit, ꝙ soluens succedat in locum prioris, vt in d.l.j.de his qui in priorum cre. loco succe.& in hoc casu tria requiruntur secundum eũdem, post glo.in d.l.j.& post Azonem in summa.

REGVLA CLXIIII.

CREDITORES non possunt agere reuocatoria, contra illos, in quos bona sunt alienata, nisi prius excussio pręcedat in bonis debitoris qui in eorum fraudem alienauit. Conclusio fuit glo. in §.item in fraudem.in verbo, possessio, in vlt.expositione.Instit.de action.quam ibi sequuntur Doct.Pro qua conclusione bene facit tex.in l.j.ibi, bonis eius excessus.& in l.pen.C.quæ in fraud.cred.reprobata glo.in d.l.j.quæ voluit contrarium.

Limita hanc communem sentẽtiam sex modis, vt per Iaſ.in d.§.item si quis, col.17.cum duabus seq.

REGVLÆ D. PETRI DVENAS.

De litera C.

REGVLA LXXVII.

CANONICAM institutionem in beneficialibus vnusquisq; probare tenetur. Hanc regulam probat glo.in c. ex insinuatione, in glo.fi.de procura.Ratio ẽ, quia beneficium non est tenendum sine canonica institutione, vt in c.vni.vt ecclesiastica beneficia, & in regul.beneficium.de regul.iur. lib.6.& licet quis non teneatur docere titulum suæ possessionis, vt in l.cogi.C.de petitio.hęred.tamen in beneficialibus hoc locum non habet, vt in c.ordinarij.de offi.ordin, lib.6.per quem tex.ita tenet Abbas.in c.licet Heli.de simo. num.22. quem sequitur Iacobi.de S.Georg.in l.quidam quasi.nu. 6.ff.de probatio. & quia sola possessio in beneficialibus non sufficit nisi adsit canonica institutio, vt in c. ex frequentibus de institut.& debet habere literas suæ institutionis, vt in c, legũ, 2.q.j.

Et circa istam regulam vide Gome.in regula de triennali possessore.q. 42. Lamberti in tracta.iuris patro. in 5. par.2, libri, articulo 2.q.3.

Hanc regulam limita quinque modis, vt per Io.de Selua in tract.de beneficio.in 3.part.q.25.per totum.

REGVLA LXXVIII.

CANONICVS regularis non potest esse delegatus Papæ.Hanc regulam ponit Archidia.& Io.And.in c.statum.de rescrip. lib. 6.& ibi Domini in j.q. Ratio est, quia talis canonicus de iure antiquo prohibetur esse iudex, vt in cap.ad præsentium, & ibi glo. 16.quæst.j.Facit ratio c. j.de syndico.& c.2.de postulando.quam opinionem dicit esse communem Gome.in d.c.statutum, nu. 32.licet Abb.in c.causam quæ, el j.de iudicijs, teneat contrarium, cum quo ipse Gome ibi tenet.

Hanc regulam amplia vno modo, vt per Gom.in d.c. statutum, nu. 52. & limita 6.modis, vt per eundem ibi, à nu.48.vsque ad num.57.

REGVLA LXXIX.

CANONES abrogati obseruandi non sunt.Hanc regulam ponit glo.in c.j.in verb.statuta, de consti.& ibi gl. allegat iura hanc regulam probantia.

Amplia primo vt etiam procedat in statuto correcto, tenet Bal.in j.constitutione C.in §.quibus, nume.2.Bart. in l.oẽs populi, nu.68.ff.de iust.& iur.quos sequitur Gome. in §.in personam, nu.17.Instit.de actionibus

Amplia secundo, quod tales leges vel canones correcti non debent inseri in corpore Iuris.ita tenet Christopho. Porcus, per illum text. in §.sed neque, num.1.Insti.de testa.Quod tamen intellige & declara vt per Marc.Anton. Bauer.ibi num.5.

Tertio amplia, etiam si quis iurauerit seruare illud statutũ quia si postea abrogetur non tenebitur illud obseruare tenet Bal.in prælu.feud.nu.15.cum statutum correctũ non sit amplius statutum.

Quarto amplia vt non solum non debeat obseruari talis lex correcta, sed nec ẽt reformationes circa eam factæ obseruari debent, vt tenet Barb.in d.c.j.de const.per tex. in l.vni.in princ. C.de Latina liber.tollenda,

Quinto amplia, etiã si Canõ vel lex nõ esset correcta, sed si nõ esset recepta à subditis ita tenet Are.ĩ cõs.54.quẽ sequitur Anto.Baueria, in Rub.Insti.de testam.num.11.

Amplia sexto, vt non solũ procedat in Canone vel in Lege correcta, sed etiã in Canone vel in Lege antiqua per desue-

desuetudinem antiquata, ita per plura fundamenta cōcludit Io. Igne. in Repe. l. necessarius, in §. nō alias, nu. 122. ff. ad Sylla. & intra quātū tempus præscribatur contra legem per contrariū vsum, vide doct. in c. j. de treuga. & pa. cum alijs allegatis per Bal. in tract. præscri. in 5. par. 5. partis principalis, q. 10. Anto. Baueriam in d. Rub. de testa. nu 1. Et qñ lex tollatur per nō vsum, vide vltra loca ordinaria Mattheum de Afflict. in tract. de iure protomiseos, c. j. §. scriptum in j. notabili, ad finem.

Amplia septimo vt nō solum nō debeāt obseruari, verum etiam, q allegari nō debeant, nec ex eis arguendum, fit vt in l. fi. & ibi Bar. ff. de furtis, Archid. in cap. frequēs, de restit. spol. in 6, glo. in c. nouit, in verbo, quicunq; de iudi. & ibi doc. Quā ampliationē limita 7. modis vt per Soci. in reg. a 30. Alias 8. limitationes ponit Marcus Ant. Baueria in alleg. rub. Instit. de testa. nu. 8. Alias ponit Fel. in c. j. de constit. & in c. fraternitatis, de hæret. nu. 1. vbi ponit 4. limitationes ad hāc ampliationē. Ias. etiam, in §. in personam. nu. 18. Inst. de actio. & ibi Gome. nu. 17.

Amplia octauo, vt procedat in tm q ille qui vtitur cōstitutione abrogata vel l. incidat, in pœnā falsi. Probat tex. in l. fi. iuncta glo. j. ibi & ibi Bar. ff. de falsis,

Quam octauam ampliationem limita, primo, quādo ex tali allegatione legis nemini fieret præiudicium. ita declarat Gome. in d. §. in personam. num. 17, Institu. de actio. facit text. in l. damus, C. de falsis, qui probat q falsū, nemini nocēs nō est punibile, Circa quā l. vide eundē Gome. in §. ex maleficiis. nu. 18. Inst. de actio.

Secundo fallit supradicta ampliatio vt nō procedat, q do talis allegatio fieret sine dolo, quia ex ea quis non punitur crimine falsi, tenet Gome. in d. §. ex maleficijs, nu. 19. facit tex. in l. neque exemplum C. de falsis vbi probatur, quod falsum quod committitur sine dolo nō est punibile & ita tenet Bar. in l. quid sit falsum ff. de falsis Io. de Imol. in cons. 31. nu. 2. & in consi. 104. nu. 1.

Porro supradictam principalem Regulam limita primo, quandocunque lex, vel Canon correctus, esset correctus in parte, & non in totum, quia in parte non correcta seruari debet, ita concludit Decius in c. j. in j. lectura. num. 37. de constit.

Regula LXXX.

Canonici ecclesiarum Cathedralium ad Synodum, episcopi nō tenētur venire, quia Canonicatus dicitur simplex beneficium, & Canonicus dicitur simpliciter beneficiatus, vt not. Panor. in c. nouum genus, nu. 8. de decimis. Hanc regulam ponit Henri. Bothæus, in tract. de Synodo episcopi, in 2. par. nu. 22. Pro qua regula facit quod not. gl. & ibi Card. in 3. notab. nu. 2. & Abb. notab. j. Feli. nu. j. in c. quod super his de maio. & obedientia.

Amplia primo, non solum procedere in Canonicis ecclesiarū cathedralium, verum etiam in canonicis ecclesiarum collegialium, cum nō solum ista canonici ecclesiarū collegialium dicantur habere simplicia beneficia, sed etiā dicuntur clerici secundi gradus, secundum Domini. de S. Geminiano & Card. Alex. in c. episcopos, 17. dist. nume. 3. cum valeat argumentum de maiori ad minus negatiue, vt in glo. in verbo fortius, in c. cum in cunctis. & ibi doc. de electione, & in Auth. multo magis, C. de sacrosan. eccle. Facit, quia canonici ecclesiarum collegialium non vocantur ad Concilium prouinciale, vt not. Cardin. in ca. fi. in j. notab. de his quæ fiunt à præla. Canonici vero ecclesiarum cathedralium vocantur, vt ibi.

Hanc regulam limita 7. modis, vt per Henri. Bothæū, in d. tract. de Synodo Episcopi, in 2. parte, à num. 23. vsq; ad num 30.

Regula LXXXI.

Cardinales ex consuetudine habēt priuilegium vt possint liberare damnatum ad mortem, dum ducitur, ad supplicium. Hanc regulam ponit Bald. in l. addictos, in fine, C. de appel. quē sequuntur ibi Pau. & Sali. eandem opinionem Bald. sequitur Ca pol. in cautela j. in princ. Chassanæus in cōsue. Burg. in tit. {Des iustices} Rubri. j. §. 5. num. 10 t. col. 3. fol. 52, Catellia. Cotta in memorali. iuris, in verbo, Card. Corsc. in fin. incip. Card. Hipp. in sing. a 77 Lud. Go. i §. pœnales, nu. 50. Inst. de act. Ias. in l. j. nu. a. C. ne liceat poteītio. Feli. in c. quærenti, nu. 6. de offic. delega.

Hanc regulam limitat 6. modis Andr. Barba. in trac. de præstantijs Cardinalium in j. par. q. 9. nu. j. cum alijs.

Regula LXXXII.

Causa cessante cessat effectus, vt in c. cum cessante, de appell. in c. magnæ, in prin. de voto, in l. generaliter, C. de episc. & cle. in l. adigere, in §. quāuis, ff. de iure patr. Circa quam reg. vide Alciat. in lib. j. ff. de verb. signif. fol. 7. in fi. Deci. in cons. 24. nu. 2. Ias. in l. quod dictum, nu. 2. ff. de pactis, & notabiliter in l. j. nume. 61. ff. de officio eius. Hanc regulam ponit cum quinq; limitationibus Dec. in d. c. cum cessante, nu. j. eandem met regulam ponit Andr. Tiraq. in tract. de causa cessante, vbi in j. part. tractat. notabiliter materiam, & in 2. par. à princ. vsq; ad finem limitat eam 40. modis.

Regula LXXXIII.

Causae à sede Apostolica debent committi personis existentibus indignitate. Hanc regulam probat tex. in c. statutum in princ. de rescrip. lib. 6. & ibi glo. & in Cle. 2. de rescrip. & ita tenet Abb. in c. suspicionis, nu. 9. de offic. deleg. Alex. in consi. 77. nu. 5. volu. 2. idem Alex. in rubri. ff. de officio eius, nu. 3. & ibi Ias. nu. 5. Sebast. Vantius, in tract. de nullitatibus sententiarum, in rub. 10. de nullitate ex defectu iurisdictionis delegatæ. pag. 177. num. 66. cum sequent.

Hanc regulam ponit Ludo. Gome. in d. c. statutum, in nu. 60. in fi. vbi vsq; ad nu. 78. eam ampliat nouem modis & à nu. 78. vsq; ad numerum 85. limitat eā 4. modis postea ponit alias 99. in proposito, vsq; ad numerum. 89.

Regula LXXXIIII.

Causa quæ terminatur per testimonium vnius ē nulla quamuis testimonium sit legitimum. Hanc regulam ponit tex. in c. licet vniuersis. & in c. licet quadam, de testa. & tex. in l. iurisiurandi, C. eod. tit. de iure regio l. 32. titu. 16. part. 3.

Circa hanc reg. vide glo. in c. tanta. in verb. filius, 86. distin. Abb. & doct. in c. propossuisti, nu. 1. de probat. Ant. & Canonistæ in c. veniens el j. de testibus Ias. in l. j. §. si absens, nu. 9. ff. si ex noxali causa agatur. Hippo. in sing. 112. Ludoui. Gome. in § in personam, nu. 23. & 24. Instit. de actionibus, Bartholomæus de Chassanæo in consuetudinibus Burgundiæ, in titu. {Des iustices} Regu. j. §. 6. fol. 69. col. j. nu. j. cum alijs,

Hanc regu. vbi eam dupliciter limitat, ponit Socin. in Reg. 422. & circa primā limitationē per eum ibi positā, vide Bern. de Luco, qui cum ea dicit esse cōem opinionē & sublimitat vno modo in regula 747,

Hāc regulā limita sex modis, vt per Io. de Plat. in l. semel, nu. 3. C. de re militari lib. 12. Viginti duas fallentias, ad hāc regulā ponit Bonifacius de Vitallinis, in tract. maleficiorū, in tit. de probatione, & quot sunt genera probationum, nu. 18. Et trigintā fallentias ad hanc Regulā ponit Speculator in tit. de teste. §. restat, nu. 7. vsque ad nu. 12, & in princ. vsq; ad numerū, 7. ponit viginti casus, in quibus requirunē plures quàm duo testes, Alios q plures casus in quib. vni testi creditur circa hāc reg. vide per Ias. in rep. l. admonēdi, nu. 187. cum alijs, ff. de iureiurando,

Regula LXXXV.

Causae de partibus in quibus extitit appellatū ad Papam, non dicuntur ad Curiam deuolutæ, nec in ea necessario tractandæ, sed in partibus remittendæ sunt. Hæc reg. probat in c. interposita. & in c. cordi. §. post hæc de appel. Hāc eandē regulā per tex. ibi, ponit Francus in c. sæpe nu. 25. de appell. & in c. Nicolao. nu. 5. eod. tit. Prępositus, in d. c. sępe, nu. j. & 15. & Domini, de Rota in decis. j. in

num.2. titu. de electione in nouis, secundum nouam impressionem, & secundum antiquam in decisione 38.

Limita primo hanc regul. vt nó procedat in causis maioribus, de quibus in c. quòd translationem, de offic. legati & in causis beneficialibus ac spiritualibus, quę de sui natura in Romana Curia tractandæ sunt, in quibus siue appelletur in partibus, siue à principio causæ huiusmodi inchoentur, in Curiam dicũtur bene deuolutæ, & ad partes nó sunt vllo modo remittendæ, probatur in c. quamuis & in c.j. & in c. cupientes. de elect. lib. 6. & in Clemétin. causam. eod. tit. & in c. vt debitus, de appell. in fi. gl. in c.j. in verb. deuoluta, de supplenda negligentia prælat. lib. 6. Hanc limitationem ponũt Domini de Rota, in decisione j. in d. tit. de electione. in nu. 2. Philippus Francus in d. c. sæpe. nu. 25. & ibi Præpositus. nu. 16.

Limita secundo in causis clericorum & aliarum personarum ecclesiasticarum, quia tales per viam appellationis ad Papam cum negotio principali & accessorio de facili, & quasi naturaliter deuoluũtur, vt est text. in cap. dilectis filijs, circa finem ibi, ex parte decani cui etiam officialis duxerat deferendum, &c. de appel. & non loquitur in causa beneficiali.

Tertio limita non procedere quãdo appellatum fuit à grauamine, & à causa commissa in Curia constitit legitime appellatum, quia tunc cognitio totius principalis negotij censetur deuoluta, & in Curia est tractanda, vt in c. vt debitus, de appellat. imò etiam quod pronũtiaretur male appellatum, nihilominus causa huiusmodi quo ad principale negotium in Curia remanet, quia propter appositionem manus Papæ & ex antiquo stylo ipsius Curiæ cã semel in ea commissa nó exit, nec vlterius ad partes remittitur, vt inquit Rota in decis. 3. & in decisio. 43. in titu. de appellat. in nouis secundum nouam impressionem, & secundum antiquam in decis. 11. & in decis. 321. & in d. decisione. j. in tit. de elect. Bald. in l. si vt proponis, nu. 16. C. quomodo & quando iudex. Feli. in c. quoniam. Abb. num. fi. in fine, de offic deleg. Abb. in c. Nicolao, nume. 6, de appellat. Decius in consilio 689. nu. 13. & propterea licet appellatio desereretur, nihilominus negotium semel, deuolutum non tollitur nec reuocatur per desertionem, ita Rota in decisione 17. in tit. de appella. in nouis, secundum nouam impressionem, & secundum antiquam in decisio. 114. Aegidius de Bellamera in decisione 620. quamuis ad effectum, vt Auditor appellatione deserta in negotio principali cognoscere possit, foret necessaria specialis commissio secundum Dominos de Rota in dicta decisi. 17. & in decisione 2. & in decisione 61. in tit. de appellat. in antiquis secundum nouam impressionem, & secundũ antiquam in decisio. 5. & decis. 604. Gome. in regula de triẽnali possessore, q. 54. Quod intellige nisi ex aliqua rationabili causa ipsi Papæ aliter visum fuerit, scilicet si causa modici momenti fuerit, seu pauperum vel miserabiliũ personarum quæ expensas, quæ fiunt in Curia pati non possent, Nam is natura mouetur ad miserendũ, vt inquit, Io. Andr. in c. significantibus, de officio deleg. facit tex. in c.j. in fine, de postulan. quæ in proposito notabiliter adducit Ioan. Staphyleus in tract. de gratijs expectatiuarum. in ca. de rescriptis in forma breuium incipienti, Post commissiones, num. 55.

Quarto limita si litigatores fuerint in Romana Curia præsentes, quia tunc altero ex ipsis litem mouente dubitãdum nó est quin causa sit in Romana Curia tractanda. Ratio est, quia Roma est communis patria, vt in l. Roma ff. ad municip. ita tenent Domini de Rota in decisione, 19. & in decisione 21. in decisionibus de Bisigneto sub titu. de appell. facit glo. in c.j. de appell. in 6.

Quinto limita in causis in Romana Curia ex speciali mandato Papæ commissis, cum isto casu de deuolutione minus sit dubitandum. & nunquid causa sit in Curia tractanda postquam de speciali mandato Papæ constat, quia huiusmodi specialis cõmissio satis deuoluit, vt est decis. Dominorũ de Rota 6. in ti. de dolo & contu. in nouis secundũ nouã impressionem, & secundũ antiquã 169. Aegidius de Bellamera in decisione 626. de quo vide Cassiadorum in decisi. 2. in sin. tit. de procurat.

Sexto limita si à sententia definitiua fuerit ad Papam appellatũ, cum isto casu si iudex nó desert, deferant iura. vt in l. qm̃ iudices. C. de appellat. & in l. si cuius. C. de appel. recipi. & in Auth. de iudicib. in §. nostros, collat. 6. nã ob eius reuerentiam deferenda erat; vt in c. veniens de iureiur. etiam si interponerentur à laicis papæ temporaliter nó subiectis, vt in c. si duobus. de appella. in fi. imo iudex nó deferẽs puniri debet, vt in c. de priore, eod. tit. ita tenẽt Domini de Rota in decis. 50. in tit. de appel. in nouis, secũdum nouã impressionẽ, & secundum antiquam in decis. 366. & in decis. 61. in tit. de appel. in antiquis, secundum nouam impressionem, & secundũ antiquam in deci. 605. Cassiadorus in decisione 8. in tit. de appellat.

Septimo fallit si appellatio à grauamine, vel alias quomodocunque ad papam interposita fuisset à iudice acceptata, quia tunc per dilationem seu acceptationem huiusmodi omnis cognitio transfunditur in papam, & iudici taliter deferenti nó est vlterius remittẽda, vt in d. c. cum appellationibus. de appell. in 6. licet Specu. in tit. de appella. in §. qualiter, num. 25. super hoc variauerit. Istam opinionem tenẽt Dñi de Rota in decis. 49. in titu. de appell. in antiquis, secundum nouam impressionem, & secundum antiquam in decis. 637. ijdem de Rota in decis. 16. & 21. in titu. de appell. in decisionibus de Bisigneto. & sufficit quod vnus ex pluribus iudicibus deferat ad effectum illum deuoluendi, vt tenẽt Dñi de Rota in decisione 9. in tit. de appell. in illis de Bisigneto, & in decisione 55. in titu. de appell. in antiquis secundum nouam impressionem, & secũdum antiquam in decis. 569.

Regvla lxxxvi.

Cautio prolata à lege, intelligitur de nuda. Hãc regulam probat tex. & ibi doct. per eum, præcipue Iaso. in princ. in l. sancimus, C. de verb. signif. Paul. & Ale. & idem Ias. in nu. 8, in l. diuortio, in §. interdum, nu. 8. solu. matri. Hiero. Cagnolus in l. plus cautionis, nu. 6. ff. de regu. iur. Anto. Corset. in sing. incipiẽ, cautio.

Amplia primo hac regulam, vt habeat locum etiam si à testatore proscratur, vt in d. l. sancimus. & ibi doct.

Amplia secundo etiam inter cótrahentes habere locũ, secundum Salicet. in d. le. sancimus, notatur in le. j. C. de procurat.

Limita primo vbi persona esset suspecta, vt in l. diuus. & in l. cum idem, ff. de petit. hæred. & in l. fideiussor. & in l. sciẽdum, ff. qui satisd. cogãtur, ita tenet Guliel. Mayner. in d. l. plus cautionis. nu. 1.

Secundo fallit, quãdo lex dicit quòd idoneè caueatur, vel sufficiẽter, nam talia verba importãt quòd cum fideiussore vel pignore caueatur, vt in l. si mãdato Titij in §. fi. ff. mãda. & in l. 4. in §. si sub códitione. in versic. adijci, ff. de fideicommissa. liber. & in l. si debitori, ff. de iudicijs ita notabiliter tenet Ias. in d. l. sancimus, nu. 3. vbi sublimitat hãc limitationem: sex modis, quem refert Bernardus, de Luco in reg. 73.

Tertio limita quãdo lex hoc onus iniungens esset prætoria, quia tũc intelligitur cũ fideiussorib. vel pignoribus vt in lege prima, in §. iubet. ff. de colla. bonorum. & in l. prætorię. & ibi Bar. ff. de prætor. stipulat. & ita tenet Paul. de Cast. in d. §. interdum. Salic. in d. l. sancimus.

Quarto fallit in quadrimestri quod datur condemnatis, miserationis causa, quia intelligitur datis pignoribus, vel fideiuribus. Ratio est, quia talis dilatio, non debet esse nociua creditori, quin debeat cautus, & securus quòd adueniente tempore sibi satisfiat. ita notabiliter tenet Angel. de Perusio in le. debitori. nu. 2. ff. de iud. vbi dicit ita se vidisse practicari. Eandem opinionem,

licet

licet de eo mentionem non faciat, tenet ibi Iacobo. de S. Georg. nu,8. istam opinionem tenet idem Angel. in l.in omnibus,nu.2.eod.tit.de iudi.quem sequitur Gulielm. Mayner. in d.l.plus cautionis nu.2.

Quinto fallit, in principe dante rescriptum, vt in l. vniuersa, C.de precibus Imperat.offer. Nam si princeps dat alicui priuilegiũ ne possit molestari intra annũ à suis creditoribus, debet intelligi dũmodo ille cui est cõcessum satisdet de soluendo post terminum. tenet Bald. in d. §.interdum. Paul. de Cast.in d. l.in omnibus. Abb.in c. quod ad consultationem.nu. 22.de re iud. Hãc opinionẽ tenet Iaco.de S.Georg. vbi dicit se ita in q̃one facti practicari fecisse, in d.l.debitori,nu.11. Quod tñ intelligo verũ quandocunq; talis satisdictio petitur à parte, alias ipse nõ tenetur, ista est gl.notab.quã ibi sequit Pau.de Ca.vbi dicit ita secundũ eã practicasse in ciuitate Padua, in d.l.vniuersa. Eandẽ glo.sequitur ibi Ias. & Aeneas Falco in additionibus ad Abb.in d.c.quod ad consultationem,nu.22.

REGVLA LXXXVII.

CEssio debiti põt à patre in filio scholastico fieri. Hanc regul.ponit Ang. in l.j. nu. 12.in fine.ff. solu.matrim. eandem opinionem sequitur ibi Bal.nu.8.in 5. col. & ibi Raphael Cuma.num. 14. Lud.Roma.in l.donationis. in §.pater, num. 4.ff.de donat. & in l.si donatione, nume.8. C.de collat. Ioannes de Grassis in tracta.de cessione iu.& actione §. 3.num.3. Iacobinus de sancto Georg. in repetitione legis, frater à fratre, nu.33.ff.de condictione indebiti, idem Iacobinus in l.j.num.62.C. ne liceat potentiores. Soci. in regula 113, fallentia 2. Ioannes Crottus in repetitione legis, frater à fratre, col. 24. fallentia 9. ff.de cõdictione indebiti, eandem opinionem dicit esse communem Ias.in l.j.num.52.ff.sol.matrimonio, eandem opinionem dicit etiam esse communem Petrus Rebuffus in tracta.de priuilegijs scholarium, in priuilegio 40, nu.2.& in priuilegio 41.dicit quòd in tantum valet quod à patre reuocari non potest. Eadem opinio approbatur hodie de iure nostro regio in Pragmat.25.in Pragmaticis antiquis, in vol. Pragmaticarum, fol. 18. col. j. licet contrariam opinionem teneat Ioannes de Imola in d.l.j.num.15. ff.soluto matrimo.& ibi Alex, num. 55. Bartolus in l.j.in §.neque castrense, nume. 3.ff.de collatione bonorum. Bartol. Bald. & Salicetus in lege.filiæ cuius, C. famil. erciscund. Aretinus in consil. 17.num.6. Ias.in l.filiæ licet in princi. C.de collationibus, eandem opinionem tenet Guliel. Põta.in l.j.num.83.& ibi Francisc.de Ripa num.140. vbi dicit istam esse magis communem opinionem. ff.solu. matrim. eandem dicit etiam magis communem Alex. in le. in quartam, nu.22.ff.ad leg.Falcid.

Amplia primo procedere siue pater fuerit naturalis & legitimus, siue naturalis tm̃, quia filius & pater sunt simul nomina naturalia, vt in l.tutelas ff.de capitis diminut.in l. parẽtes.ff.de in ius vocando. Bart.in l.pronuntiatio, in §. familiæ.ff.de verbo.signific. nam sicut naturalis filius admittitur ad accusandum & vindicandum mortem patris naturalis occisi, vt tenet Bar.per illum tex. in l.certis nu. 3.& in l.hos accusari, §.omnibus num.8.ff.de accusa. Bal. in cap.de cætero.num.2, de testibus ita cessio naturali filio fieri potest, facit text. in l. Lucius §.si.ff.de leg.2.& ita tenet Alex.in l. ex facto, §.si quis rogatus, num. 16.ff.ad Trebel. quod tamen intelligo verum, dum tamen prædicta cessio non excedat quintam partem bonorum patris si habet alios filios legitimos, vt in l.9.& 10. Tauri.

Amplia secundo procedere in filijs spurijs, iõ sacerdos pater poterit filijs suis cedere, quia naturalia vocabula sunt pater & filius: & in vocabulis naturalibus non debet attẽdi rigor iuris ciuilis: nam hoc etiam ius Canonicum recipit & alere disponit, postquam in lucem emissi sunt, vt in ca. cũ haberet de eo qui duxit in matrimonium quã polluit per adulterium. Et de iure Regio est hodie dispositũ in l. 8. tit. 13. par.3.& in d. l.9. & 10. Tauri. & quia filiorum appellatione veniunt à nobis progeniti etiã sine nuptijs, vt in l.j. in §.ius naturale. ff.de iustitia & iure. & §. j. Institu. de iure natur. licet de iure ciuili aliter sit dispositum, in Authen.ex complexu, C.de incestis & inutilibus nuptijs & in Auth.licet, C.de naturalibus lib. quitã de iure Canonico quã Regio rigor earum nõ seruatur. Et quia fauor studij hoc adiuuat, qui potest etiã esse in naturali & spurio, & publice vtile est vt ipsi studeant, ne vitia parentum sectentur, vt in c.vndecunque, & in c.nasci 57.dist. quod tamen etiam intelligo, vt dixi supra in prima ampliatione.

Tertio amplia non solum in patre & filio in potestate sed etiam in emancipato, quia vterque filius & pater est, & naturalia iura immutari non possunt, vt in §. sed naturalia, Instit. de iure naturali, & donatio facta filio studenti, valet, siue sit in potestate, siue emancipatus: vt tenet Angelus & Ias. in dicta.l.j.ff.soluto matrim. ergo cum donatio valeat, cessio etiam illi facta valebit.

Quarto amplia habere locum in auo, nam patris appellatione auus continetur, vt in l.iuxta, ff.de verb.significa. maximè in fauorabilibus, vt hic secundum Bar. in l. liberorum, nu. 21. ff. de verborum signific.& hoc est fauorabile respectu nepotum, ergo valebit.

Quinto amplia idem habere locum in auia, cum idem sit iudicium, & aui nomine auia continetur, vt in le. j.de verbo.significa. ita tenet Bal.in l. Nesennius, col.j.ff.de negotijs gestis, Bart. in l.2.in §. videndum, ff.ad Tertulianũ, Alex.in consil. 198. nu.4.volu.7. Philippus Decius notabiliter in consil. 656. per totum.

Sexto amplia procedere etiam in matre, vt filio studenti cedere possit, cum sit eadem ratio in matre quæ in patre, & dispositio loquens in matre, eadem in patre procedit, vt in l.j.C.de rescind. vend. & in l.si pater. C. de curato. furio. Et sicut fratris, nomine venit soror, vt in l. tres fratres, ff.de pact. sic & patris nomine mater, de quo vide Bald. post glo.ibi in verbo, minus in l.quisquis, nu. 2. C. ad legem Iuliam maiest. Ang.in §.interdum, nu.15. Instit. de hæred.quæ ab intesta.deferun. Alber.Bru.in tractatu Statutorum, in 5. articulo principali, q.13. nu. 17. Ias. in l. si quis id quod, in nu.j.ff.de iurisd.om.iudic.

Septimo amplia procedere regulam hanc econtrario, scilicet, q̃ filius possit cedere filio scholastico. debitũ. Ratio est quia bonum est argumentum, à correlatiuis, vt in l.fi. C.de indict.vid.toll.& quod est statutum in vno correlatiuorum, etiam in alio locum habet, vt in l.j. & 2. C. de cupressis, lib. 11.

Octauo amplia habere locum in monacho, nam Abb. & Cõuentus possunt cedere debitum religioso si est scholaris illius Conuentus vel Monasterij, & tunc pater dicitur cedere filio, nam monachus in iure nostro æquiparatur filiofamilias, ita tenet Bar.in l.j.ff.de vulg.& pup.& licet Innoc.in c.cum olim, in nu.4.de priuilegijs. dicat æquiparari seruo. dico debere intelligi quod debeat æquiparari filio, vel seruo prout fauorabilius fuerit monasterio. ita notabiliter tenet Bal. in l. j.nu. 42. C.qui admitt. quem sequitur Ias. in l. j. nu.42. ff.de vulgari & pupilla. idem Ias. in l.cum fundus, §.j.nu:17.ff.si cert.pet. Ludouicus Roman.in l.is qui hæres, in §.neque filius, nu.11. ff.de acquirenda hæred. facit quod notat Cardinalis Pari: ĩ c.in præsentia, numero.206.in fine de probationibus.

Primo limita non procede ĩ patre spirituali, quem patrinum vulgus vocat, is n.non cedit filio studenti quem de sacro fonte leuauit, quia verbum hoc pater, intelligitur, de naturali, non autem de spirituali, vt in l. patre furioso, ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris. Doctores in Rub. de cogn.spiritua. facit quod not. Guliel. Bened.in repet. capituli, Rainu.in verbo, & vxorem noĩe Adelasiã, nu.761.

Secundo limita ĩ patre adoptiuo. filij.n.adoptiui nõ sũt sui nec inter suos computantur, vt in §.eum aũt.& in §. alij. & seq. Institu.de hæred. quæ ab intestato deferuntur

& in l.adoptiuũ, vbi Doc.ff.de in ius vocãdo, & iura etiã in parentibus & filijs nõ extẽduntur ad adoptiuos.

Tertio fallit in vitrico, id est, in marito matris, nec in nouerca: tum quia nec vnus est pater, nec altera mater, de quibus loquitur hæc Regula, nec patris nomine venit vitricus, per textum in l.j. in fi.ff.depositi. vbi sub generali parentum nomine non comprehenduntur.

Quarto fallit in patre scientiæ, s. præceptore, quia non potest cedere suo discipulo, licet pater & filius inuicẽ vocentur, vt in l.j. C.de excusatio.artificum.li. 10. quia hæc regula intelligitur in patre naturali, tunc quia est quasi dominus bonorũ paternorum: vt in l.in suis.ff.de lib. & posthu.in l.fi.C.de impuberum & alijs substitu.Marcus Antonius.Bauerius in §.pater, numero.3.& 13. Institut. de testam.

Quinto limita in patre non habere locum qui vult filio suo priuilegiari, non tamen studenti: cum hæc regula loquatur in scholasticho: ergo secus est in alio. argumen. tex. in l.cum prætor, ff.de iudicijs.

REGVLA LXXXVIII.

CEssio regulariter in potentiorem facta est nulla, vt in rub. ff.de alienatione iudic.mut. causa fact.& per totum C.ne licea potentior. & cedens actionem punitur, pœna contenta ibi, s. pœna arbitraria, & iactura causæ, vt in dictis iuribus, Et vide circa hanc regulã Marc.de Man. in lib. 10.obseruationum, obseruatione 98. & Soci. in regula 48. Lud.Gozadinum in con. 3.nu.26.de iure Regio in l.13.cum seq.tit. 7.par. 3.

Amplia primo habere locum hanc regulam tã in actore quàm in reo.ita tenet Albert.& alij in l.j.C.ne liceat potentioribus, Decius, in c.j.nu.25.de officio delegati.Ias.in d.l.j.nu. j.reprobata glo.in l.pen. in fi. ff. de aliena.iudicij & in rub. C.de his qui potentio.nomi. & pro opinione Doct. contra glo.est glo.in l.non solum, in verbo, in eos ff. de alienatione iudicij.

Amplia secundo procedere post sententiã durante appellatione vel exequutione, cũ ibi cessio generaliter prohibeatur: quia integer debet esse status appellationis, vt in l.j.ff.nihil nouari appel. penden.ita tenet Alber. in l.j.nu. 4.C.ne liceat potentioribus.licet contrarium teneat Ludouicus Gomezi. in glo.ad regulas Cancellariæ, in regula de subrogandis collitigantibus.q. j.in versic.& ista quæ dicta sunt.vbi allegat dictum Abbatis post Specul. in c.2. nu.4.de alienatione iudicij, quæ opinio Abbatis magis facit pro opinione Alberici quàm ipsius

Amplia tertio procedere tam ante litem contestatam, quam post: vt in l.ex hoc edicto, in §.ait prætor, & ibi gl. ff.de alien.iudic.mut. causa ita concludit Paulus Parisius, vbi hoc notabiliter declarat in cap. aduersario, num.5. & 6.de exceptio.

Amplia quarto procedere quandocunque cessio facta est in clericum, nam tunc dicitur facta in potẽtiorem, vt est glo. in c.fi.de alienatione iudicij in glo.j.quam sequitur ibi Collectarius.nu.j.Sed illa glo.cõiter reprobatur secundum Doct.ibi præcipuè Abb.nu.2.eandem gl. reprobat Ludo. Gomezius in dicta regula de subrogandis colligitan.q. j.in vers.dicitur etiam eandem glo.dicit communiter reprobari Iacobinus de sancto Georg.in d.l.j.num. 13.quæ glo. potest saluari secundum Abb.& Iacobinum & Gomezium ibi, vt procedat in episcopis, vel in clericis habentibus iurisdictionem super laicos: nam tunc dicitur potentior, quod ante eos tenuit Innoc. ibi num. 5.& vide Xuarez in alleg.19.in principio.

Amplia quinto procedere in minore: nam quis nõ potest facere cessionem minori de re immobili. Ratio est, quia nõ põt minor alienare rem immobilem sine iudicis decreto, vt in toto tit.C.de prædijs minorum. vt est glo. in l. põt ff. de autor.tuto.& ibi Bar. Istam ampliationem ponit Iacobi, de sancto Georg.per supradictam rationẽ, in d.l.j.C.ne liceat potentio.nu.18.Facit vltra eum, nam minori in iure nostro cõpetunt multa priuilegia, & ideo dicitur potentior.Quã ampliationẽ etiã in vidua habere, locũ, in vidua tanquam priuilegiata, concludit Aegid. de Bellamera in d.c.2.de alienatione iudicij.num.19.

Amplia sexto quandocunque cessio est facta in personam tutoris contra personã pupilli, nã tunc hæc talis cessio facta in tutorem dicitur in potentiorem facta: quia ille tutor potest se ostendere minacẽ vel terribilẽ pupillo: vt notabiliter concludit Innoc. in d.c.ex parte, nu.5. de aliena.iudic.mutan. causa fact.pro qua opinione est text. expressus in authen. minoris debitor C.qui dare tutores vel curatores pos.& in authent. vt hi qui obligatas se habere perhibent res minorum.in §. si quis collat. 6.quam opinionem tenet notabiliter Marian. Socin. iunior in cons. 148. nu.13.& 14.volu.j.

Limita primo non habere locum quando quis soluerет quod debet, vt in l.nam & si obligatus soluero quod à me petere velles, huic edicto locus non erit, ff. de alien, iudi.mut.causa fact.

Secundo fallit quando quis rehabuisset rem alienatam vt in l.ex hoc edicto.in fi.cum l. seq.ff.de alienat. iudicij.

Tertio limita quando quis instituendo vel legando rẽ alienauerit, vt in l. ex hoc edicto, §.alienare.ff. de alienat. iudicij. Ratio est, quia alienatio est necessaria, & non prohibetur, & l.fi.titu. 7.par.3.

Quarto fallit quando res aliena periret sine culpa, vt in l.non solum ff.de alienat.iudicij.

Quinto limita quando quis rem suam non possit recuperare, tunc, n. permittitur in potentiorem cedere. ita tenet Barba.in rub.de rescriptis.col. 19. & 20.vers. idem dicendum erit, quia tunc licet rem alienam furari æquiualẽtem, quando rem meam aliter habere, non possum propter opulentiam vel potentiam aduersarij detinentis eandem rem, vt est glo.in c.ius gentium j.distin. ita tenet Innoc.in c.olim el.j. nu.8.de restit.spoliat.facit tex.in c.Dominus noster.23.q.2.ita notabil.tenet Alex.in cons. 135. nu. j.volu. j. Fel. in c.quoniam.nu.13.de Simoni. & in c. 2.num.36, de sponsalibus in fine Bartholomę. de chassanæ.in consuetudi.Burgund. in titu.{des iustices} Rub.j. §. v. fol.48. col.2.num.32.Hippolytus de Marsil. in singul. 177.Matthæus de Afflictis in constitut. Neapol.lib. j. Rub.8.nu.36.Et in tantum hoc est verum & procedit, vt etiam ille qui hmõi rem furatus est sit tutus in foro cõscientiæ, id tenet Archidiaco.in c.non sanè.nu.4. 14. q.5. quam opinionem ante eum tenuit Innoc.vbi supra.& in c.quia plerique de immunita.ecclesiarum. quem sequuntur omnes supradicti Doct.Florianus in l.itaque, nu.6.ff. ad l. Aquiliam.Hippoly.in consil. 53.nu.19.Abb.in ca.j. nu.10.de dolo & contu.Ias.in l.j.nu. 7.C.de testam. Pala. Ruui.in repet.Rub.de donatio. §.65.nu.5.

Sexto fallit quando quis rem quæ à me petere volebat pro derelicto habuit, nã factũ eius nõ improbat prætor. vt in l.item, in §.potest in fi.ff.de alienat.iudicij

Septimo limita quando cessio fuit inutilis, vt in l. non putauit.in §.nõ quæuis, ff.de bonorũ possesio. contra tabulas, & in l.continuus.in §.cum quis ff.de verbo.obliga. tenet Bal.in l. quid ergo, in § cum autẽ, in fi.ff.de his qui notantur infamia.quem sequitur Ias.in l.cum dubitabatur nu. 140.C.de iure emphyteu.

Octauo limita quando alienans paratus, est se defendere ac si possideret, vt in l.quia etiam in §.quid ergo ff. de aliena.iudici. & ita tenet Specul.in tit.de cessione. in §. j. vers.cessat autem num.17.

Nono fallit quando talis cessio fieret bona fide, & non malitiosè ad opprimẽdum aduersarium, tunc enim bene valet.vt in l.qui stipendia.C.de procurato.tenet Specula. in tit. de cessione actionis, in §. j.nume. 4.quem sequitur Iacobi.de sancto Georg. in lege prima, nu.15.C.ne liceat potẽtio.Abb.in c.ex parte. nu.4.de aliena.iudicij vbi declarat quando dicatur cessio bona fide fieri.

Decimò

Decimò & vltimo limita & declara ſupradictã regulã vt prædicta actio competat tantummodo contra alienantem: ſed contra hæredem vel bonorum poſſeſſorem non datur. vt in l.non ſolùm. in §.fin.cum le. ſequenti.ff. de aliena.iudicij.nec poſt annum datur, vt in l.vel poſt annum.ff.eod.tit.

REGVLA LXXXIX.

CHARITATIVVM ſubſidium epiſcopus non poteſt exigere à ſubditis pro expeditione Bullarum ſuæ promotionis. Hanc regulam probat text.in c.vt preteritæ.de electione. ſecundum verum intellectum: nam text.ibi dicit quòd expenſæ factæ pro negotio electionis, de bonis patriarchatus fiant totaliter. & verbum patriarchatus exponitur, id eſt, de bonis ſpectantibus ad cameram Patriarchæ futuri: ſecundum Goffredum ibi. & eſt vera expoſitio ſecundum Cardina.numer.2.q.9.contra Hoſtien. Pro qua opinione facit text.in ca. cupientes.in §.ad hæc & in §.fin.iuncta gloſſ.ibi in verbo, indicauit. de electione.lib. 6. Hanc etiam regulam ponit Nicol.Boer. in deciſione 134.numer.6.

Fallit primò quando fructus prælaturæ non ſufficerẽt pro dictis expenſis & immineret neceſsitas pro eis ſoluendis: quia tunc poſſet epiſcopus petere charitatiuum ſubſidium, iuxta text.in capitu.cùm Apoſtolus.de cenſibus. & ita debet intelligi dictum Chaſſanæi in conſuetudi.Burgund.in titulo {des iuſtices.} rubric.1.§.4.ſolio, 5. col.4.num.36.

Secundò limita quando eſſet conſuetudo ꝙ pro ſumptibus ſeu expenſis prędictis ſit contributio facienda per omnes ſubditos: vt tenet Hoſtie.Anton. de Butr.Ancha. Cardi.& Panor.in d.c.vt præteritæ.Calderi.in conſil.3.in tit.de cenſibus. per text.in ca. conqueſtus.9.q.3.vbi dicit tex.iuncta gl.in verbo, conſuetudo. ꝙ ratione conſuetudinis poteſt aliquid peti. Facit text.in c.fi.18.q.2.vbi text. dicit ꝙ monaſteria debent exhibere epiſcopis conſueta ſeruitia.& ibi gloſſ.2. dicit ꝙ conſuetudo inducit annuas pręſtationes: & ſic omnes Doct. ſupradicti dicunt quod ſi apparet de conſuetudine.illa eſt ſeruanda, quæ eſt optima legum interpres: vt in c.cùm dilectus.de conſu.quam limitationem ſequitur Nicol. Boer.in di. deciſio.134.nu. 7.Remigius de Gonny in tracta. de charitati. ſubſidio.q. 6.pag.39.cum duabus ſequentibus.

REGVLA XC.

CHARITATIVVM ſubſidium exigi non poteſt vltra taxam, nec valet conſuetudo contraria. & hodie eſt taxatum charitatiuum ſubſidium per Extrauagan. Vas electionis.in titu.de cenſibus.in Extrauagan.communibus. in §. pręmiſsis quoque. de qua extrauaganti facit mentionẽ Nico.Boer.in deciſi.134.nu.10. Remigius de Gonny in tract.de Charitati.ſubſidio.q.16. Circa quam regulam vide Mathęum de Afflictis in deciſionib. Neapoli.deci. 136.Thom.Grammati.in deciſi.88.

Hanc regulam ponit Bartholomæus de Belencinis in tracta.de Charitati.ſubſidio.q.62. Facit pro ea glo.in d.§. præmiſsis.in verbo, vel conſuetudine. vbi Papa videtur reijcere & improbare talem conſuetudinem, facit tex.cũ glo.in verbo, conſuetudinis.in cap.dilecti.& ibi Hoſtien. & alij, de maiori. & obedien.

Fallit primò niſi talis conſuetudo eſſet antiqua, & tanti temporis cuius initij memoria nõ ſit in contrarium: quia talis conſuetudo inueterata habet vim priuilegij à principe cõceſsi, vt in c. ſuper quibuſdã. in §.pręterea.de verb. ſigni.& in l.ex hoc iure.in §.ductus aquæ.ff.de aqua quotidiana & æſtiua.& ita tenet Abb.in conſi.71. volu.2. Et hanc limitationem quòd conſuetudo inueterata habeat vim priuilegij intelligo veram in capaci: ſecus tamen in incapaci: vt declarat Hippoly.in ſingu.80.Petrus Rebuffus in tract.de decimis.q.13.nu.68.Feli.in c.accedens.nu. 6.in ſecunda limitatione.& in c.cauſam quæ. nume.2.de præſcriptio.& ibi Abb.idem Abb.in c.quanto.notabili.j. de conſuetu.Hiero.Gratus in conſi.6.nu.20.vol.1. Franciſcus Balbus in repetitione l.Celſus.in 3.parte, num.10. ff.de vſucapio.& ſupradicta conſuetudo non ſolùm habet vim priuilegij, ſed habet vim legis: vt in le.1.in §.fin. ibi, vetuſtatem legis obtinere.& in l.in ſumma.in princi. ibi vetuſtas quæ ſemper pro lege habetur. ff.de aqua pluuia arcend. Circa quam limitationem eſt notãdum quod dicatur ſpatium tanti temporis cuius initij memoria non ſtat in contrarium. Cinus in le.2.C. de ſeruit.& aqua.nu. 9.in 9.q. dicit ꝙ ſpatium tanti temporis cuius initij memoria non extat dicitur ſpatium centum annorum: quã opinionem ſequitur Cæpola in tract. Seruitu. vrbanorũ prædio.c.19.in princ.Rebuffus in tract. de decimis.q.13. nu.94.Bertachinus in ſuo repertorio, in verbo, præſcriptio.el 2.col.4.Chaſſanæus in conſuetu. Burgund. in tit. {des iuſtices.} Rub.1.§.2.num.8.ſol.26.col.1.Curti.Iunior, vbi allegat alios Doct.in conſi.68.nu.1. licet contrarium teneat Feli.& fortè malè, per ſupradictas autoritates in c.ad audientiam.nu.27.de præſcript.

Secundò limita niſi eſſet conſuetudo generalis ꝙ pręlati exigerent ſeu reciperent charitatiuum ſubſidium à ſubditis vltra taxam dictæ extrauagantis. quod intelligo de conſuetudine generali vniuerſalis eccleſię, per text.in c.contra morem.100.diſtin. quam Papa ſcit & tolerat: vt per Oldrad.in conſi.254.nu.8.& 26. ita etiam tenet Bartholomæus de Belencinis in d. q.62. Remigi.de Goony in allegato trac.de charitatiuo ſubſidio, q.16.in fi.& in q. 18.in fine.

REGVLA XCI.

CHARITATIVVM ſubſidium non poſſunt petere inferiores epiſcopi. Hãc regulam originaliter tenuit expreſſe Abb. antiquus in ca. cùm Apoſtolus.de cenſib.per tex.in d.capi.cùm Apoſtolus.in §.prohibemus.in fine.in verſic.archidiaconi ſiue decani nullas exactiones ſiue talias in presbyteros exercere præſumant. reprobata glo.in verbo, exactiones. Hanc opinionem tenet etiam Archidiaco.in c.iuxta ſanctionem.16.q.1.num.1.Hoſt. in d.§. prohibemus.Abb.in d.c.cùm Apoſtolus.num.6.Belencinus in allegato tract.de charitati.ſubſidio.q.4. Hanc opinionem dicit eſſe communem Nico.Boer. in deciſi.133. num.2.eandem dicit etiam communem Chaſſanæus in conſuetud.Burgund.in tit.{des iuſtices.} Rub.1.§.4. ſol. 35.col.2.num.6.eandem opinionem tenet Io. Mauritius in repetio.l.vnicæ.pag.100.C. quo loco mulieres munera ſubire ſoleant.lib.10. quę opinio approbatur hodie de iure regio in l.3.in fi.tit.23.parti.1.

Fallit primò in caſu vbi laicus domino ſuo ſubuenire teuetur: ſecundum Collectarium in capitulo, conquerente.numero 5. de offici. ordina.quem ſequitur Remigius de Gonny in tracta. de charitatiuo ſubſidio.quæſt. 28.pag.91.

Secundò limita niſi in hoc ſit priuilegiatus, vel habeat conſuetudo. ita tenet in d.ca.cùm Apoſtolus.& ibi Henricus Bohic, nume. 5.& Abb.numero 6.Boerius in dicta deciſione 133.nume.2.Ioan.Mauritius in dicta repetitione, pagin.100.

Tertiò fallit niſi iſti eſſent ſuperiores & capita alicuius ordinis, vt Priores generales totius ordinis. tenet id Calderin.in conſil.3. in titul.de cenſibus. quem ſequitur Chaſſanæ.vbi ſuprà.nume.28.Boerius in dict. deciſione 133.num.3.& ſic ſi fecit magnas expenſas in promotione pro communi vtilitate religionis, poterit exigere charitatiuum ſubſidium à tota religione, ſi non poteſt ſoluere de bonis prælaturæ.

Quartò fallit in eccleſijs patronatis: nam debent ſubuenire dominis ſuis: & ſic poſſunt petere charitatiuum ſubſidium. ita tenet Inno.in ca.cùm & plantare.de priuilegijs.num.2. quod eſt verum interueniente epiſcopi cõſenſu: quod etiam ſequitur Ant.de But.ibi nu.19.& ibi ẽt Ancha.num.12.

REGVLA

REGVLA XCII.

CITARI debet qui prætendit interesse, & sic pars quę ex actu potest præiudicari ad validitatem processus & pro ordine substantiali: aliàs actus non valet. Hanc regulã probat text. in l. nam ita diuus. ff. de adoptio. in l. e. de vnoquoque. ff. de re iudi. in l. fi. C. de legiu. hæred. in l. tres denuntiationes. C. quomodo & quando iudex. in l. si quando. C. de testibus. in c. 2. & in c. dilecti. eod. tit. in c. dilecta de sententia excommuni. in c. Romana. de appellatio. lib. 6. in ca. constitutionum. de senten. excommu. eod. libr. in Clemen. sæpe. de verbo. signi. fi. in Clemẽ. pastoralis. de re iudi. in c. porrò. de diuortijs. & ibi glo. in c. ecclesia sanctę Marię. de consti. & ibi glo. in c. 1. de causa possessio. & proprie. in c. quoniam contrà. de probatio. in c. nos in quenquam. & in c. Deus omnipotens. 2. q. 1. & sic ille qui vult litigare contra aliquem, ante omnia debet citare suum aduersarium, alias processus non valet: quia citatio est inuenta de iure naturali, & est species defensionis: & nullo modo potest omitti, etiam per principem, vt est text. in Cle. Pastoralis. in §. cæterum. de re iud. ita tenet Bald. in l. cum fratrem. in fin. C. de his quibus vt indignis. Alex. in consi. 5. vol. 2. nu. 2. Ias. in l. 2. quam legit cum l. 1. C. quando libellus principi datus. & in l. e. rescriptum. in 2. notab. ff. de pactis. pro quo facit quod dixi in Regula 43.

Circa hãc regulam vide Thomam Grammaticum in decisione 65. Fran. Niconitium in repet. c. quoniam contra. in verbo, citationes. nu. 49. Paul. Paris. in consil. 1. nu. 32. vol. 1. & melius quàm alibi Sebastia. Vantium in trac. de nullitate sententiæ, in Rub. 12. de nullit. ex defectu citationis. per totam.

Hanc regulam cum 11. limitationibus ponit Socin. in regu. 2c. in posterioribus. Hanc etiam ponit Zasius cum vna ampliatione & 9. limitatio. in l. de vnoquoque. num. 10. cum alijs. ff. de re iudic. quem refert Bernard. de Luco cum alijs limitationibus in reg. 77. Hanc regulam cũ 12. ampliatio. & 60. limitatio. ponit Hippol. in d. l. e. de vnoquoque. nu. 8. vsq; ad nu. 123. Hanc etiam regulam cum 7. limitation. ponit Castellianus Cotta in Memoralibus iuris, in verbo, citatio. Hanc etiam regulam cum 47. ampliatio. & 35. limitatio. ponit Maria Soci. in tract. de citatione. arti. 7. per totum.

Quam regulam in sententijs etiam habere locũ ponit Bernard. de Luco in regula 673. per tex. in d. c. nos in quẽquam. & in d. c. Deus omnipotẽs. & in d. ca. 1. de causa possessio. & proprie. quam limitat secundum eum ibi Ias. 19. modis, in l. nec quicquam. in §. vbi decretum. num. 23. ff. de offi. procon. & legati. Eãdem regulam limitat alijs 19. modis Franc. Niconitius in repeti. ca. quoniam contra. in gl. in verbo, citationes. nu. 54. vsq; ad nu. 97. Eandemmet regulam limitat 115. modis Ant. Nicellus in concordantijs glossarum cõcordantia 52, nu. 234. vsque ad nu. 371. & in repetitione testium, vt in c. 2. de testib. Ponit regulã cum 6. limitationibus Roma. in singu. 364. Soc. cum 9. in regu. 406.

REGVLA XCIII.

CITATIO regulariter i scriptis fieri nõ debet: quia est in arbitrio iudicis citare viua voce vel in scriptis, debet tamen in actis scribi vt ex eis appareat. Hanc regulam probat tex. in c. cũm dilecti. in vers. spectantibus. in verbo, viua voce. de dolo & contumacia.

Limita primò non procedere iudice delegato qui debet citare inserto tenore suę commissionis: qui tenor nõ potest apparere nisi in scriptis: vt in c. prætereà: & ibi Abbas & Doct. de dilatio. Bart. in Authẽt. qui semel. C. quomodo & quando iudex. idem & Alex. & Ias. in l. ex quacunque. ff. si quis in ius voc. non ierit.

Secundò fallit quando nuntius vellet citare realiter, faciendo capturam in bonis vel in personam: quia debet ostendere commissionem in scriptis, secundum Bartol. in l. Palatinos. C. de collatione fundorum fiscalium, libro, 11. numero 1. & 2. Philippus Franc. in capitu. cũm parati. num. 30. de appellatio. De iure regio est tex. in l. 3. titu. 14. lib. 5. Ordina.

Tertiò fallit quando citatur aliqua persona illustris vel clarissima: quia debet citari in scriptis: alias citatio non valet. ita notabiliter tenet Bart. per tex. ibi iuncta gloss. in l. e. quoties. C. de dignit. libr. x. nu. 7. quem sequitur Ias. in §. quadrupli. num. 24. Instit. de actio.

Quartò fallit quando destinatur nuntius ad capienda bona fisco delata: nam non creditur ei sine literis. vt in l. e. prohibitum. in fi. C. de iure fisci. lib. x. similiter quãdo aliquis mittitur ad exigendas pecunias fiscales: vt in d. l. Palatinos. tenet Doct. in d. c. cùm parati.

Quintò fallit quando citatio fit in domo & non personaliter, nam non valet ad effectum reddendi citatum cõtumacem nisi fiat cum literis, secundum Bald. & Ange. in l. vi perfectius. C. de ann. excep. col. 2. Alex. in addi. ad Barto. in d. l. Palatinos. nu. 3.

Sextò limita in nuntio electo specialiter qui non est nuntius consuetus: nam sibi non creditur nec valet eius citatio sine literis. tenet Bal. in d. l. e. vt perfectius. nu. 18. & Bart. per illum textum in l. e. eum qui. in §. si epistola. ff. de furtis. & in l. e. iustè possidet. ff. de acqui. possessione. & ibi Alex. nu. 30. adem Bart. in Extrauagan. ad reprimendũ. in versi. per literas. facit tex. in c. prudentiam. in prin. ibi, per certum nuntium. de offic. delegati. tenet Francus in d. ca. cùm parati. num. 29.

Septimò fallit quando citatio fieret extra prouinciam: quia non valet nisi fiat in scriptis, secundum Bar. in d. Extrauaganti, ad reprimendum. in glo. in verbo, per nuntiũ. in medio. qui sint rebelles. in Vsibus feudorũ. per tex. in Auth. de collationibus. §. eos. colla. 9. quod etiã tenet Francus in d. c. cũm parati. num. 31.

REGVLA XCIIII.

CITATIO partis acquiritur in exequutione sententiæ, vt in l. 1. ibi, si cœperis ex sententia conueniri. C. de iuris & facti ignorã. & in l. meminerint. C. vnde vi. Pro hac regula allegatur tex. licet parum faciat, in l. descendente. ff. de autoritate tuto. vbi iudex debet interrogare partem an velit satisfacere. Hanc regulam ponit Bar. licet cum distinct. in l. à diuo Pio. §. in venditione. nu. 2. ff. de re iudic. idem Bar. in d. l. meminerint. & Extrauagan. ad reprimendum. in verbo, exequutionem. qui sint rebelles. in vsibus feudorum. quem sequitur Alexand. in d. §. in venditione. num. 35. & ibi Iason nume. 9. & ibi Vincen. de Herculа. numer. 32.

Prima ratio huius regulæ est, quia aliter pars lædi poterit propter multas exceptiones quas opponere potest, scilicet, incompetentiam iudicis qui sententiam protulit, iuxta gl. in Clem. vnica, de sequestratione possessio. & fru. ctu. in glo. fin. & in l. fin. C. si à non compe. iudi. & sic alias exceptiones quas scribit Petrus de Ferraria in practica, in forma exequutionis sententiæ. glo. & Doct. in d. l. 1. C. de iuris & facti ignoran. & Matth. de Afflict. in constitut. Neapolitanis, lib. 2. rub. 17. num. 15.

Amplia primò siue exequutio fiat in actione personali siue in reali, cùm sit eadem ratio secundum Cin. in l. ab exequutione. C. quorum appella. non recipian. quem sequitur Ioa. de Imo. in d. §. in venditione. & ibi Alex. vbi dicit quòd hæc opinio est verior in iure. & ibi Ias. num. 9. licet Bart. teneat contrarium in d. §. in venditione. & in alijs locis, suprà allegatis: quæ opinio est cõmunior secũdum Ias. ubi. Sed opinio Cini approbatur de iure regio in l. 2. tit. 14. lib. 5. Ord.

Secundò Amplia procedere etiã si in illa re in qua fuit condemnatus fieret exequutio, cùm etiam pars in hoc lædi potest, fortè propter hypothecam vel aliud ius quod in illa re habet, & ideo ad hoc debet citari. vt in l. de vnoquoque. ff. de re iudi. & ita tenet Io. de Imol. in d. §. in venditione, numero 13. quem vltra Iasonem vbi suprà, & Alexandrum

Alexandrum sequitur ibi Vincẽ. de Hercula. numero 35.

Amplia tertiò, etiam si iudex qui eam protulit exequeretur, cùm exceptiones possint allegari in exequutione: quod fieri non posset si pars non citaretur, secundùm Alex. in d. §. in venditione Card. in Clem. sicut q. 2. de appellat. Philip. Franc. in c. ex ratione. num. 83. de appellatio. Philip. Dec. in consi. 97. nu. 2.

Amplia quartò, etiam si exequutio fieret cõtra eundẽ condemnatum, & sic in omni exequutione tutius est ꝙ fiat citatio, secundum Soci. in tract. de dilationibus. Artu. 7. q. 19. Alex. & Ias. in d. §. in venditione.

Amplia quintò, etiam post desertionem appellationis scilicet, si pars intra tempus non fuit prosequuta appellationem, & sic remansit deserta, secundum Bartol. in l. 1. in fin. ff. nihil nouari appellat. penden. quem sequitur Deci. in d. consi. 97. num. 2. Matthæus de Afflictis in constitu. Neapol. lib. 2. rub. 17. nume. 20. Alex. in d. §. in venditione. numero 32.

Limita primò nisi constaret notoriè nullam absenti competere defensionem, vt est gl. in c. ad nostram. el 3. & ibi Doctor. de iureiur. & in c. cùm sit. de appellatio. Facit tex. in l. si cùm seruum. in §. si quis seruum. vt si præsens esset. & in §. iusta. ibi, non est necesse vocare. ff. de fideicõ missa. libert. in l. recusare. in prin. ff. ad T rebell. in ca. cùm olim. secundum v nam lecturam gl. de re iudi. Inno. in c. tua. de cohabita. cleri. & muli. quem sequitur Matthæ. de Affl. in constitu. Neapol. in d. rub. 17. nu. 21. Nicol. Belló in consi. 70. nu. 16. Paulus Parisi. in consi. 1. num. 33. vol. 1. Vincen. de Hercula. in d. §. in venditione. nume. 36. & Ioan. de Aima Vaionensis in procemio cõcordantiarum, fol. 49. col. 1.

Limita secundò quando præcessisset cognitio super exequutione, & non restaret nisi exequutio facti: tunc. n. non est necessaria citatio: vnde tunc iudex potest committere ad petitionem partis nuntio vt exequatur, nulla facta partis citatione: & tunc exequutor potest manu militari exequi sententiam, per text. in l. qui restituere. ff. de rei vendi. ita elanganter tenet Matthæ. de Affl. in d. rubr. 17. nu. 17. Bart. in d. §. in vendi. num. 2.

Tertiò fallit quando prius citatio aduersario esset facta exequutio de parte, tunc si in alia parte fiat non requiritur citatio, secundum Philip. Dec. in c. ex ratione. num. 72. de appellat.

Limita quartò non procedere de iure regio: nam absq; citatione sententia mandatur exequutioni. vt in l. 5. titul. 8. lib. 3. Ordin. vbi ponitur tempus x. dierum, intra quem terminum debet reus comparere coram iudice ad opponendam exequutionem. & hanc practicam communiter seruari tenet Roderi. Xuarez in repetit. l. post rem iudicatam. in duodecima limitatione: fol. 148. col. 3. nume. 2. & decem dies enumerantur à die factæ oppositionis, vt in l. 9. in legibus de Madrid. quæ lex transumptiuè habetur in l. 64. in legibus Tauri.

REGVLA XCV.

Citari quis non potest vt personaliter compareat: quoniam liberum esse videtur citato comparere per se vel per procuratorem. vt in ca. querelam. de procur. & in l. 1. ff. eod. titu. & not. in c. 1. de iudi. lib. 6. & in l. fi. C. de procu. circa quam reg. vide Bern. de Luco in pract. c. 113. Matth. de Affl. in constit. Neap. lib. 1. rub. 96. nume. 14. & 30. Pau. Paris. vbi limitat 3. modis, in consi. 120. numer. t. Hanc regulam amplia 4. modis, & limita 8. modis, vt per Maria. Socinum in tractatu de citatio. articulo 20. nume. 25. vsque ad nmerum 39.

REGVLA XCVI.

Citatio ad hoc vt valeat requiritur requisitio partis. Hanc regulam ponit Abb. in c. 1. nu. 4. de iud. & in num. 33. Alex. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infecto. facit text. in l. ad peremptorium. ff. de iud. & in ca. licet. de accusationib. & in l. fi. C. de bonis autoritate iudi. possidẽ dis. & in l. properandum. §. & si quidem. in verb. requirẽ te parte. C. de iudi. gl. in l. sancimus. in verb. per contumaciam. C. ad Trebellianum. melior text. de iure in c. proposuisti. in verb. ad petitionem cuiusdam aduersarij. de foro competen. & ibi Abb. Fel. in d. c. 1. num. 1. de iudi. Dec. in 1. lectu. num. 25. & in 2. lectura, nume. 14. & ibi Franc. de Aretio num. 10. Sebasti. Vantius in tract. de Nullitatibus sententiarum, in Rub. 12. de nullitate ex defectu citationis. num. 44. pag. 256.

Hanc regulam limitat quinque modis Frãciscus de Ripa in d. c. 1. num. 20. de iudicijs.

REGVLA XCVII.

Citatio ad hoc vt valeat requiritur autoritas iudicis & commissio. Hanc regulam probat tex. in l. neminem. C. de exhibendis reis. & in §. si verò quidam iurant. in Auth. de exhibendis reis. colla. 5. tex. in c. ex parte. de rescriptis. Hanc regulam vltra Abb. ponit Feli. vbi ponit rationẽ eius, in c. 1. nu. 1. de iudi. & ibi Dec. in 2. lectura, nu. 92. Aret. in nu. 41. vbi dicit ꝙ opin. Barto. ita qui tenet in d. l. neminem. communiter à Doctor. approbatur. Hanc etiam reg. ponit Francisc. Niconitius in repet. c. quoniam contra. in glo. in verb. citationes. num. 5. eandem opinionem tenet etiam Ias. in §. quadrupli. numer. 12. Instit. de act. Chassa. in consuetud. Burg. in tit. {des iustices} Rubr. 1. §. 6. fol. 66. colla. 3. nu. 61. Sebastianus Vantius in tract. de nullitatibus sententiarum, rub. 12. de nullitate ex defectu citationis. num. 32. pag. 253. Pau. Paris. in ca. quoniam contra. num. 43. de probationibus. Matth. de Affl. in constit. Neapol. lib. 1. rub. 90. nu. 2.

Hanc regulam cum tribus ampliationibus, & duabus limitationibus ponit Franciscus de Ripa in d. ca. 1. nu. 85. de iudicijs.

Amplio hanc regulam vltra eum vt procedat siue causa sit ciuilis siue criminalis: in ciuilibus probat tex. in d. c. proposuisti de foro competenti. & in ca. ex parte el 2, de rescriptis cum alijs iuribus suprà adductis & in criminali probat tex. in c. 1. de iudic. secundum communem intellectum. facit quod notat Bal. in d. l. neminem. nume. 4. facit etiam tex. in l. absentem. ff. de pœnis.

Limita primò vltra Ripam, vt nõ procedat in citatione de nouo reiteratã propter nullitatem primæ: quia vbi prima citatio sit facta autoritate iudicis, licet nulliter ex aliqua causa poterit per nuntium alia de nouo fieri sine alia autoritate. ita tenet Roma. in le. qui per salutem. ff. de iureiur. per text. ibi facit. tex. in ca. ex literis. de offi. deleg. quem sequitur Ias. in d. l. qui per salutem. num. 4.

Secundò limita quando aliqua causæ cognitio requiritur in citatione: alias secus: vnde simplex citatio ad comparendum potest fieri per nuntium absque alia speciali commissione iudicis. ita tenet Philippus Dec. in d. c. 1. de iudicijs. in 2. lect. num. 95. vbi dicit ꝙ ita Florentiæ practicatur & ibi Aretin. nu. 41, Bal. in le. si quando, num. 12. C. de testib. Philip. Francus in c. cùm parati. nume. 14. de appellatio. Ias. in §. quadrupli. nu. 35. Insti. de actio. quod notab. declarat Sebastianus Vantius, vbi tenet hanc opinionem, in tract. de nullitatibus sententiarum, Rubr. 12. de nullitate ex defectu citationis. num. 38. pag. 254.

REGVLA XCVIII.

Clerici non habentes curam animarum, sed benefícia simplicia, non tenentur ire ad Synodum episcopi. Hanc regulam ponit glos. & ibi Card. per eam in 3. notabili. num. 2. & Abb. in 1. notab. Felin. num. 1. in c. quod super his. de maior. & obedien. Hanc opinionem sequitur Henric. Bothæus in tracta. de Synodo episcopi. in 2. parte, nume. 18.

Limita primò quando episcopus aliquid vellet statuere concernens totum clerum, vel procedere ad reformationem morum. ita Abb. post Ioan. Andr. & Hostien. in d. notab. 1. quos sequitur Henri. Bothæus in dict. 2. parte numero 17. & 20.

Secundò

Secundò limita quando episcopus in sua Synodo notificaturus & publicaturus est statuta, & ita in Synodo prouinciali seu archiepiscopali, vt in c.si.ibi, diaconos & clericos.18.dist.& ibi hoc tenet Hugurius & vterque Cardi. pro quo facit, quia tunc etiam laici tenentur venire secundum Archiad.in d.ca.fi.& Abb.in d.1.notab.quos sequitur Henri.Bothæus in d.2.parte,num.33.

REGVLA XCIIX.

CLERICVM percutiens est excommunicatus, & nõ nisi à Romano Pontifice debet absolui. Hanc regulã probat tex.in c.si quis suadente.17.q.4.& in c.1.& in ca. non dubium.& in ca.ex tenore.de sentent.excommu.& in c.religioso.eod.tit.lib.6.De iure regio text.in l.3.tit.9. part.1.Hanc regulam ponit Nicol.Plotius in tract.de excommunicatione, in prin.nu.23.vsq; ad finem: vbi eã limitat 14.modis, eandem regulam etiam cum alijs 14.limitat.ponit Ioa.de Ligniano in tract.de censura ecclesiastica.§.6.nume.1.Alias 14.limita.ad hanc regulam ponit tex.in l.3.tit.9.par.1.& 10.limitatio.ponit glo.in d.cap.si quis suadente.in verbo, violentas & 7.limitationes ponit Bernardus Laurentius in tract.in quibus casibus iudex secularis possit imponere manus in personas ecclesiasticas. nu.7.Hanc regul.cum 20.ampliation.in effectu, licet 8. tantùm videantur, & 22.limitatio.ponit Stepha.Aufred. in tracta. de potestate seculari super ecclesiasticas psonas. in 3.reg.per totam.vbi licet tantummodò ponat 12. limitatio.sunt 22.vt suprà dixi in effectu.

Vltra quas ampliationes & limitationes amplio primò hanc regulam, vt non solùm percutiens sit excõmunicatus, verum etiam ipso iure sine aliqua denuntione, vt est tex.in Extrauagan.Martini Quinti, quæ incipit, insuper ad euitanda. vbi probatur q ad hoc vt quis sit excommunicatus requiritur q denũtietur. Sed extrauag.illa excipit supradictũ casum nisi fuerit excommunicatus pro violenta manuum iniectione in clericum: quia tunc non requiritur denuntiatio. & Extrauagantem illam ponit ad literam Archiepis.Florentinus in tractatu de excommunicatione.nu.16.& in Summa in 3.part.titu.26.c.vlt.vbi ponit etiam approbationem illius extrauagantis: & illam etiam refert Felin.in ca.Rodulphus.nume.39.de rescript. Angel.in Summa, in verbo, excommunicatio.el 8.Philip. Deci.in c.à nobis.num.20.& ibi Paul.Parisi.nume.13.de exceptio.

Amplia secundò habere locum etiã si percussus sit primæ tonsuræ.vt in c.quisquis.17.q.4.in ca.de persona.11. q.1.in c.clericos.11.distin.in ca.cùm non ab homine.ibi, quocunque ordine.de iudicijs.in c.1.de clericis coniuga. lib.6 glos.in Clem.2.in verbo, clericos.de vita & honest. cleri.& in c.2.in verbo, clericos.de præben.& ita expressè tenet Io.Lupus Segouiensis in tract.de censu.ecclesia. q.2.& 5.Tho.Grammaticus in decisione 10.num.1.Matthæ.de Afflict.in constitutio.Neapo.libr.1.Rub.19.nume.21.Ioan.de Imo.in c.ex literis.num.6. de vita & honesta.cleric.Lambertinus in tract.iuris patrona. in 1.part.2. libri, in 2.artic.in 6.q.nu.6.Hanc opinionem tenet etiam Io.Maur.in repe.l.vnicæ, pagin.75.C.quo loco mulieres munera subire soleant.lib.10.eandem opinionem dicit esse communem Albertus Trotius in tract.de vero perfecto clerico, in 1.lib.dubio 2.

Amplia tertiò habere locum in personis quæ regulariter viuunt, licet non faciant professionem: nam isti gaudent priuilegijs clericorum & manus inijcientes in eos violentas incurrunt sententiam excommunicationis. ita Anto.de Butr.quem sequuntur alij Doct.in ca.2.num.6. de foro compet. Quam opinionem dicit esse communẽ Nicol.Boer.in tract.de vita & honesta. Eremitarum.nu. 14. Eandem opinionem tenet Lambertinus in tract.iuris patrona.in 1.par.2.libri: in 7.q.arti.4. num.2.Idem est in mulieribus quæ vt Deo seruiant se recludunt vna domo ad ieiunandum & orandum, quæ tamen habent priuilegium monachorum, ita vt eas percutientes incidant in pœnam huius regulæ, & sub iudice seculari conueniri non possunt. ita probat in c.indemnitatibus.in §.supradicta.de electi.lib.6.ita tenet Ang.in Auth.apud quos oporteat causas dicere monachos.in princ.nu.4.colla.6.Anto. de But.in d.num.6.Cardina.de Turre Crema. in c.qui verè.in vltim.q.16.q.1. Quam opinionem sequitur Nicol. Boer.in tract.de statu & vita Eremitarum.nu.15.licet cõtrarium teneant Domini de Rota in decisione 167. in antiquis, secundum veterem impressionem: & secũdum nouam in titu.de regularibus, in decisio.j. de qua decisione facit mentionem Cæsar Lambertinus in tracta. iuris patronatus in 1, parte 2.libri, in 7.q.principali, articulo 6. numero 4.

Amplia quartò etiam si clericus sit degradatus, non tamen potest percuti, & percutiens eum incidit in c.si quis suadente.tenet Bald.in c.sedes apostolica. de rescript.nu. 4.& allegat Inno.ibi.Ratio est, quia priuilegium dignitatis durat finita dignitate.glo.est expressa in c. accedens. in gl.1.50.dist.& est glo.expressa quæ hoc probat in c.dictum.in glo.fi.81.dist.Pro quibus glo.est tex.in le.vnius. in §.seruum.ff. de quæstionib. & in c.ostenditur.de consecratio.dist.4.text.notabi.in l.fin. in versi.non esset torquendum in memoriam pristinæ dignitatis.ff. de decuri. Facit etiam gl.in c.contingit.el 1.de sent.excommu.& in c.ad abolendam.de hæreti.in verbo, prærogatiua.& hanc opinionem tenet Hippol.in sing. 107. & in l.eiusdem.in prin.nu.7.ff.ad l.Corn.de sica.& in le.etiam si redhibitus. nu.2.ff.de quæst.And. Tiraq.in tracta. de causa cessante. in 2.part.limitatio.15.num.4.

Amplia quintò, etiam si percussus sit coniugatus, dum tamen contraxerit cum virgine semel & non bis, & deferat tonsuram & vestes honestas.vt in c.1. de clericis cõiuga.lib.6. & est l.49.titu.6.par.1.l.13.tit.3.lib.1.Ordi.& est pragmatica 27.in vol.Pragmaticarum, vbi taxatur habitus clericalis.ita tenet Matth.de Afflict.in consti. Neapol.lib.1.Rub.3.nume.21. quod tamen intelligo verum in percutiente ipsum clericum coniugatum, non tamen in persona vxoris eius.ita Io.And.& ibi Dom.in ca.1.de cle.coniu.lib.6.Io.de Imol.in c.2.de fo.compe. Tiraq.in gl.1.post leges connubia.nu.59.

Amplia sextò, etiam si clericus percussus sit mortuus: durat enim priuilegium in cadauere, vt percutiens iniuriosè, incidat in pœnam huius regulæ.ita tenet Feli.in ca. à nobis.el 2.nume.1.de sent.excommu.Alber.Brunus in tract.de augmento.nu.95.Hippo.in l.vnica.nu.53.C.de raptu virg.& in l.fi.nu.56.ff.de quæst. pro qua opiniõe est text.in c.in quod te. de pœniten. & remissio.vbi clericus qui potest tempore interdicti ingredi ecclesiam viuus, potest in ea sepeliri mortuus. facit etiam text. in l.2.ff.de cadaueribus puni.gl.in can.licitè.32.q.7.

Amplia septimò, etiam si percutiens sit clericus.vt in c.cùm pro causa.& in c.porrò.& in c. monachi.de sent. excommunic.

Amplia octauò, etiam si clericus percussus sit excommunicatus. ita Innoc. in num.3. & communis opinio in c.si verè.num.1. de sententia excom. & est text. pro ista opinione in c.1.& in c.de Monialibus. eod.tit. facit.gl.in c.si quis deinceps.17.q.4. & in can. si quis vestrum.23.q. 5.& in c.2.ne clerici vel monachi.lib.6.Fel.in c.1.de sententia excom.Ratio est, quia priuilegium hoc ordini, nõ clerico conceditur: vt in capi.contingit.el 1.de sententia excommunica.

Amplia nonò in percutiente ingressum religionẽ nouitium, & si nullum ordinem habeat.vt in c.religioso.de sent.excom.lib.6. sunt enim de foro ecclesiæ & personæ ecclesiasticæ: vt in can. duo sunt.12.q.j.ita concludit Anchara.in consi.68.And. Tiraquel.in tract. de vtroque retra.in titu. {de retrait lignagier.} in §.j.in gl.8.num.22.& numero 30.

Decimò amplia, etiam ſi non ſit verè clericus ſed deſtinatus clericatui, & ſic gerat ſe pro clerico: vt ſunt pueri deſeruientes in choro, deferentes habitum & tonſuram: quia percutiens eos eſt excõmunicatus. ita concludit Archid. in d.c.ſi quis ſuadente. nu.8. Feli. in c.cùm adeò de reſcrip. faciunt cumulata per Iaſ. in l.diuortio. §. interdum. ff. ſoluto matrimonio. Pala. Ruuios in repet. Rub. de donatio. §.38.

Amplia vndecimò non ſolùm ſi percutiat clericũ, ſed conſanguineum clerici cauſa eiuſdem clerici. vt in c.ſciãt cuncti. de electio. lib.6. gl. in Clem.2. in verbo, quomodo libet. de ſenten. excom. facit etiam text. in ca. quicunq; de ſent. excom. lib.6. tenet Matthæus de Aflictis in tract. de iure protomiſeos, in Rub. num.27. quod intellige ſolùm in caſibus ſpecialibus in illis iuribus: ſecundum Syluestrum in ſua Summa, in verb. excommunicatio. el 9. Caiet. in eod. verb. c.34. Iaſ. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. nu.12. ff. de noui operis nuntiat.

Limita primò non habere locum quando quis inſequitur clericum, ſed non percuſſit. vt eſt gl. in c.felicis. verb. inſequutione. de pœnis. lib.6. quam ſequuntur ibi Io. Andr. & communiter Doct. Inno. Abb. & Doct. in c. nuper de ſent. excommu. licet contrarium teneat gl. in c.ſi quis pulſatus. de pœniten. diſt.1.

Fallit ſecundò in eo qui capit clericum vt obuietur delicto committendo. tenet Abb. in ca.ſi verò. el 1. de ſentẽ. excommu. idem Abb. & Philip. Deci. num.36. in ca.cùm non ab homine. de iud. facit glo. notab. in c.2. de hæreticis vbi probatur quod quilibet tenetur alium corrigere in delicto cõmittendo. & ex hoc patet quod familia poteſtatis poteſt capere clericum incedentem de nocte cum armis, ſine metu excommunicationis. tenet Abb. in c.vt famę. de ſent. excom. in c.1. nu.7. de deposito. Bal. in l.ſi qua per calumniam. C. de epiſcop. & cleri. Dec. in d.ca. cum non ab homine. num.40. Montaluus in l.2. tit.6. parti.2, quæ opinio hodie approbatur per l.15. tit.3. lib.1. Ord. & 20. caſus in quibus iudex ſecularis poteſt imponere manus in eccleſiaſticas perſonas ſine metu excommunicationis, ponit Bernard. Lauren. in tract. quibus caſibus iudex ſecularis poſsit imponere manus in eccleſiaſticas pſonas. in 14. volumi. tractatuum.

Limita tertiò quando clericus primę tonſuræ exercẽs officium carnificũ ſeu macellariorum, aut tabernarij publici, & perſonaliter tertiò monitus proprijs nominibus expreſsis à diœceſano non dimiſerit illud officium: nam iſti tales non gaudent priuilegio clericali, vt eſt tex. & ibi gloſſ. in verb. publicè, & in verb. nominatim. in Clem.1. de vit. & honeſt. cleri. ſed hodie ſufficit ſi in genere moneantur: vt in Extrauagan. Leonis 10. quam refert Boer. vbi eam ad literam ponit, in deciſi.60. num.36. & ideò ſi fuerit tertiò monitus & non deſtiterit à tali officio, ſi eſt coniugatus perdit ſtatim priuilegium, & percutiens non incidit in Canonem: & ſi non eſt coniugatus, tantummodò perdit priuilegium clericale, ſcilicet, in rebus ſuis, vt ibi dicit prædicta Clem. quam declarat Bernar. de Luco in practica, c.67. Cæſar Lambert. in tract. iuris patron. in 1. par.2. libri, in artic.16.9. q. principali. num.3. fol.250. col.1. & circa hanc regulam vide tex. in l.4. titul.9. part.1. quę ponit caſus in quibus percutiens clericum poſsit abſolui ab alio quàm à Romano Pontifice.

REGVLA C.

Clerici & perſonæ eccleſiaſticæ & eccleſię nõ debent ſubire munera perſonalia, ſed ſunt immunes: & ſic non tenẽtur ſoluere collectas, neque aliud tributum. Hęc regula probatur primò de iure diuino, Numerorum c.3. & c.8. Probatur etiam & ſecundò de iure naturali, vt teſtatur Caius Cæſar in libr.6. ſuorum Commentariorũ. Tertiò probatur de iure Canonico, vt in c.non minus. & in c.aduerſus. de immunit. eccleſi. & in c.peruenit. 86. diſt. & in c.quanquam. de cenſibus lib.6. Quartò probatur de iure ciuili, vt eſt text. in l.placet. C. de ſacroſan. eccleſ. canonizata in ca. generaliter. in §. placet. 16. q.1. facit etiam text. in auth. item nulla communitas. C. de epiſc. & cler. Probatur etiam de iure regio, in l.1. titu.3. libr.1. Ordina. & in l.3. in quaterno Gabellarum. & in l.51. titu.6. part.j. Hanc regulam ponit Barto. in l.vnica, numero 32. quo loco mulier munera ſubire debeat. lib.x. idem Bartol. in cõſil.180. & in l.j. in §. fi. ff. de munerib. & honori. Panor. & alij in c.non minus. nu.j. & 17. ſuprà alleg. Iaſ. in l. placet. in 2. lectura nu.x. C. de ſacroſan. eccle. Io. de Plat. in l.fin. C. de exactoribus tributorum. lib.x. Guido Papa, q.572. Franc. Cur. Iunior in conſi. lxj. nume.2. Matth. de Afſl. in c.j. nu.32. quæ ſint regalię. in Vſibus feud. Thom. Grammaticus in deciſi.39. num.14. & in conſi. j. poſito poſt deciſiones. nu.32. & 33. Io. Mauritius in repe. dictæ l. vnicæ. pag.51. cum ſequentibus. C. quo loco mulier munera ſubire debeat. Io. Baſsianus in conſue. Aluerniæ. c.25. art. 8. Petrus Antibolus in tract. de muneribus. §.4. nu.26. cũ ſequentib. Franc. de Platea in tract. de excommunicatione. §.36. Chaſſa. in conſue. Burgun. in tit. {Des iuſtices.} Rubr. j. §.5. nu.4. fol.49. & in §.4. in d. tit. {Des iuſtices.} Rub. j. nu.17. fol.29. Cardin. in repet. c. perpendimus. nu. 9. de ſent. excommu.

Amplia primò, etiam ſi clericus ſi vellet ſponte ſoluere dictam collectam: nam nõ poſſet nec communitas debet recipere. ita tenet Thomas Parpalia, in rep. d. l. placet. ver. & tertium. C. de ſacroſan. eccleſi. Ratio, eſt quia hoc priuilegium eſt inductum in fauorem totius cleri, prout in dubio præſumitur, & ſic illi nõ poteſt renũtiare: vt in c.ſi diligenti. cum alijs, de foro com. facit quod notat Iaſ. in l. ad egregias. nu.2. ff. de iureiur. & in l.j. §. poſt operis. nu.12. ff. de noui ope. nuntia. pro qua limitatione eſt tex. in c.exigit. de cenſib. libr.6. licet contra eam velit tenere Io. Mauritius in repet. dictæ l. vnicæ, pag.82.

Amplia ſecũdò habere locum etiam in colonis, & vxoribus, & filijs clericorum: nam eis non poſſunt imponi collectæ propter bona quæ habent à clericis vel eccleſijs vt in d.c. generaliter. in §. nouarum. 16. q.j. Bald. in l.j. C. de epiſ. & cleri. idem Bal. per illum text. in l.bipennes. C. de agrico. & cenſi. lib.xj. vbi textus dicit quòd domini, non coloni vel cenſiti pro eorum prędijs tributa ſoluere tenentur. Circa quam limitationem vide Mauritium in d. repe. l. vnicæ, pag.46.

Amplia tertiò in emphyteutis vel vaſallis eccleſię ſed eccleſiarum: nam ſunt exempti a muneribus ſordidis. tenet Bart. in l.ſenatoribus. C. de dignitat. lib.12. vbi expreſsè dicit quod vaſallus eccleſiæ eſt exẽptus. & non dicit à quibus, ſed de neceſsitate intelligendum eſt à ſordidis. & de emphyteuta idem tenet Bal. in l.quæro. ff. de vſufructu legato. Bart. per illum tex. in l.priuatæ. de excuſ. muner. C. nu.2. quem ſequitur Thomas Parpalia in repet. le. placet. in prin. quod etiã ſequitur Io. Mauri. vbi alleg. alios Docto. in d. repet. pag.287.

Amplia quartò in oblato qui ſe & ſua obtulit religioni: quia tunc tam perſona ipſius oblati quàm eius bona monaſterio collata ſunt libera & exempta ab omnibus oneribus ſecularibus, ſicut ſunt reliqua bona eccleſiaſtica & perſonæ eccleſiaſticæ, vt in c.1. & ibi gl. de decimis. tenet Abb. in conſi.53. num.2. vol.1.

Amplia quintò in fratribus Hieroſolymitanis, quos Rhodianos vulgus nominat: nam ipſi ſunt immunes & non tenentur ſoluere collectas, cùm pro Chriſtianę fidei incolumitate eos paſsim videamus militantes: nam ſunt de ordine clericali, & ſeparati à lege matrimonij & obligati ad horas dicendas, & habent certum & limitatum ordinem viuendi à Pontificibus inſtitutum, vt in Clemen. 1. de religio. domi. non computantur inter perſonas eccleſiaſticas: vt in c.duo ſunt genera. & ibi gloſſ. 1. 12. q.1. Bar. in l.ſemper. in §. quibuſdam. num.1. ff. de iure immunita. tenet Io. Mauritius in repe. d. l. vnicæ, pag.96. in fine,

cum

cum sequentibus. Quod intelligo in fratribus quos assiduè pro diuini cultus augmento & solute operam dare agnoscimus, vt per Alex. in l. ne quidam. C. de milita. test. Doct. in Clemen. cùm ex eo. de senten. excommun. & in Clem. 2. de foro comp. Quod hodie est derogatum quàtum ad collectas, in omnibus Commentarijs, tam sancti Ioannis quàm sancti Iacobi. & alij in l. 3. in fin. in quaterno Gabellarum.

Fallit primò nisi aliud habeat consuetudo: nam si consuetudo est quòd clerici consueuerunt soluere collectas pro certis bonis ad eos translatis, valeret consuetudo. hoc voluit sentire Barto. in l. ad collationem. C. de auro coronario lib. 10. Alex. in additio. ad Barto. in l. rescriptum. in §. sciendum. ff. de muneribus & honor. Bald. in consil. 552. nu. 4. vol. 2. Specu. in titu. de clericis coniuga. num. 5. Rochus de Curte in tract. de consuetudine. num. 515. vbi tenet quòd in conflictu opinionum illa est tenenda, quam sequitur consuetudo, etiam si sit contra ecclesiam. quod ante eum tenuit Abb. post Ioan. Andr. in c. at si clerici. de iudicijs. Hanc opinionem sequitur Remigius de Gonny in tract. de charitatiuo subsidio. pagi. 238. cù sequentibus. Paul. Paris. consil. 27. num. 27. volu. 1. & in nume. 32. licet contrarium teneat Abb. in c. non minus. num. 17. de immunit. eccle.

Limita secundò quando aliqua possessio æstimata seu adscripta & appretiata & registrata in libro communi seu cõmunitatis, deueniat ad clericum seu ecclesiam ex quocunque titul. nam tunc tenetur clericus in ecclesia penes quam ex dicta possessio ad collectas soluendas per laicos imponẽdas, sicut sui antecessores debebant. ita tenet Spe. in titu. de clericis coniuga. num. 11. versic. alij dicunt. Lucas de Penna in l. fi. C. de exact. tribut. lib. 10. Guido Papa in decisi. 79. Contra quam fallentiam dicit esse communem opinionem Remigius de Gonny in tract. de charitatiuo subsidio, pag. 246. vbi eã notabiliter examinat vsq; ad pag. 253. Sed pro hac limi. est tex. in l. j. tit. 3. lib. 1. Ordi. & videtur etiam l. 56. titu. 6. part. 1.

Fallit tertiò quando ex vetusta consuetudine seu antiqua præscriptione debetur domino per vasallos terrarum suarum annis singulis quædam præstatio vocata collecta pro qua soluẽda omnia bona immobilia ipsius terræ sunt taxata & appretiata in certa summa præstãda pro ipsis collectis, si possessiones illorum bonorum ex aliquo titu. inter viuos vel in vltima voluntate transferantur in ecclesias vel clericos, aut aliàs ipsi clerici in eis legitimo iure succedant, pro bonis eisdem tenentur clerici vel ecclesiæ ad soluendam taxationem pro rata illorũ bonorum, prout prædecessores laici pro illis bonis anteà persoluebant. Hanc fallẽtiam in eisdem proprijs terminis ponit Lucas de Penna in l. fin. in princ. C. de exactoribus tributorum, lib. 10. quem sequitur Remigius de Gonny, vbi beatissimè eam examinat, in tract. de charita. subsidio. pagi. 254. cum sequentibus.

Fallit quartò quando clerici possedissent de facto & nõ de iure: nam tunc non excusantur ab istis muneribus: vt sunt fratres Minores si possiderent immobilia quæ sunt eis prohibita. vt in cle. exiui. de verb. sign. facit tex. in c. recolentes. in fine, de statu monachorum. ita tenet Ancha. in consi. 109. nu. 2. quem sequitur Ias. in l. vbi pactum. nu. 30. C. de transact. Thomas Parpalia in repet. l. placet. C. de sacrosan. eccl. Io. Mauritius in repet. l. vnicæ, pag. 92. C. de mulie. & in quo loco munera subire debeant. lib. 10.

Limita quintò quando fraudulenter fieret trãslatio bonorum per laicum in clericum vel ecclesiam, vt tenet Specula. in tit. de clericis coniugatis. num. 16. quem sequitur Tho. Parpalia in repet. d. l. placet. versi. item limites. Ioan. Mauri. in d. repet. l. vnicæ. C. de mulierib. & in quo loco. pag. 78. De iure regio est tex. in l. 59. tit. 5. part. 5.

Fallit sextò quando alienans vel donans seu legans tẽpore contractus apponit conditionem quòd ecclesia soluat onera seu collectas: tunc si ecclesia vult acceptare debet cum onere suo. ita tenet Ancha. in consi. 217. nu. 1. quem sequitur Feli. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. num. 77. de constitut. quam opinionem sequitur Thom. Parpalia in allegata l. placet. in versic. sextam limitationem. pro qua opinione allegat tex. in l. si ista stipulatio. in fi. ff. de operis liberto. vbi acceptans contractum debet in totum illud ratificare. quem sequitur Bellonius in consil. 40. nu. 4. licet Mauritius contra eam teneat in d. l. vni. pag. 83.

Fallit septimò quando communitas imponeret collectas pro certis annis successiuis, si intereà medio tempore transeat ad ecclesiam, tenebitur ecclesia soluere. tenet Ang. in consi. 206. & in consi. 24. quem sequitur Fel. in ca. ecclesia sanctæ Mar. nu. 77. de consti. Thom. Parpa. in d. l. placet. versi. aliam & septimam limitationem. Nicol. Bellon in d. consi. 40. nu. 4.

Fallit octauò quando princeps indicit collectam vasallis suis: nam si ecclesia tenet feudum ab eo siue mediatè, siue immediatè, ecclesia tenetur ad talem collectam soluendam. tenet Io. Faber nu. 8. in d. l. placet. C. de sacrosanc. eccle. Pro qua opinione facit tex. & ibi Doct. in c. nimis de iureiur. de quo vide Carol. de Grassalio in suo lib. Regalium Franciæ: lib. 2. ius 51. Franc. de Platea in tracta. de excom. §. 36. num. 6.

Fallit nonò quando esset statutum quòd omnia prædia alicuius territorij essent tributaria, scilicet quòd soluant annuatim certum quid communitati. tenet Bart. in l. rescriptum. in §. fi. ff. de muneribus & honor. numer. 5. & ibi Alexand. & in eius additionibus. idem Barto. in l. fi. C. de exactor. tributorum. lib. 10. Ancha. in c. 1. de immunit. ecclesiarum. lib. 6. idem tenet Bal. in l. fi. C. si sine censu vel reliquis. num. 7. & hoc vult dicere glo. in l. munerũ in §. patrimoniorum. in verbo, Possidex. ff. de munerib. & honori. idem tenet idem Bald. in consi. 280. volum. 2. vbi tenet quod opinio Bart. propter publicam vtilitatem & necessitatem est in vsu: aliàs esset damnare totum mundum. & hanc opinionem Barto. sequuntur alij. Doct. relati per Philip. Dec. in ca. ecclesia sanctæ Mariæ. nu. 254. de cõstit. quam opi. latissimè defendit Ioan. Mauri. in repet. l. vnicæ, pag. 57. C. de mulieribus, & in quo loco. libro. 10. Contrariam opinionem tenet Iacobus Butr. in Auth. item nulla communitas. C. de episcop. & cleric. quam opinionem contra Bart. dicit esse communem Iason l. placet. suprà allegata, in 2. lectura, num. 21. Eandem opinionem contra Bart. dicit esse communem Feli. vbi latissimè eam examinat, in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. num. 76. & eam dicit esse falsam Bal. in d. l. placet. & in l. neminem. C. de sacrosanct. eccles. & in dicta Auth. item nulla communitas, & in d. l. fi. C. sine censu vel reliquis. & in d. consi. 280. vbi dicit quòd hæc est tutior opinio. Lud. Roma. in l. si publicanus. §. 1. nume. 7. ff. de publi. & vectigal. Abb. num. 13. & Ioan. de Imo. num. 16. versic. an autem. in c. fi. de vi. & honesta. cleric. pro qua opin. contra Bart. est tex. in le. 2. tit. 3. lib. 2. Ordi.

Decimò fallit in clericis cõiugatis: vt in ca. 1. de clericis cõiug. libr. 6. quod tantùm excepit eos in duobus casibus, de quibus ibi. & ibi glos. in verb. cæteris. Hanc opi. tenuit Abb. antiquus in c. ex parte. in prin. de clericis coniugatis. & ibi Panor. not. 5. Ang. in Auth. de monachis §. penult. col. 1. nu. 15. Bal. in sua Margarita, in verb. clericus. Guido Papa in deci. 73. & 284. Bertachi. in tract. de Gabellis, in 7. par. princ. nu. 19. Io. Mauritius in repet. l. vnicæ. C. de mulierib. & in quo loco, libr. 10. quæ opi. approbatur de iure regio per text. in l. 13. titu. 3. lib. 1. Ord. & l. 23. titu. 4. libr 4. Ordina.

Fallit vndecimò in clericis negotiatoribus. ita tenet Fede. de Senis in consi. 207. facit tex. in ca. quanquam à contrario sensu, de censib. lib. 6. & in Cle. si. eo. tit. & ibi gl. tenet Pan. in consi. 6. vol. 1. Bertachinus in tract. de Gabellis, in 6. q. septimæ partis principalis, nu. 10. idem in 2. q. tertiæ.

tertiæ partis principalis. Specu. in titu. de immunitate ecclesiarum. num. 3. tex. in l. ;. in quaterno Gabellarum. Ratio est, quia est prohibita negotiatio in clericis, cùm distrahat à diuinis: vt in d. c. quanquam. & in c. fi. & ibi Doc. de vita & honestate clericorum. & in summa. 14. q. 4. & 1. 88. dist. Porrò dicitur quis negotiari quãdo rem emit & integram lucrando reuendit, non mutata forma: non qui emit vt sibi sit materia operandi cum ea, etiam si in venditione lucretur. vt in c. eijciens. 83. dist. ita firmat Domini. in d. c. quanquàm. Card. in d. Clem. præsenti. in 3. notab. Bertachi. in d. 7. par. nu. 11. Quod tamen intelligo verum quando clericus portat res proprias causa negotiandi: quia talis tenetur soluere Gabellam: non si ex d. causa portaret res ecclesiæ. ita tenet Ancha. Imo. & Pan. in d. c. fi. de vi. & honest. cleri. Bertachi. vbi suprà:

Limita duodecimò ratione belli imminentis. vt in ca. peruenit. de immunita. ecclesi. in c. non minus. in versi. nisi episcopus. eod. tit. & in l. neminem. C. de sacrosanct. eccleſi. De iure regio est tex. in le. 52. tit. 6. part. 1. facit etiam text. in c. aduersus. eod. tit. de immunitat. ecclesi. Pro quo etiam facit quod habetur 4. libr. Regũ. c. 12. vbi Ioas Rex Israel pro necessitate tulit omne aurum & argentum, & vniuersa vasa quę inuenta sunt in domo Domini. Facit etiam eodẽ libr. 4. c. 18. vbi similiter Ezechias Rex Israel dedit omne aurum & argentum quod repertum fuerat in domo Dñi pro necessitate patriæ, & vt eis subuenire tur. Facit pro hoc: nam bona ecclesię & facultates sunt deputatæ vt oppressos & captiuos redimant: vt in ca. sacrorum. & in c. sicut. & in c. aurũ. & in ca. gloria episcopi. 12. q. 2. Hanc opinionem tenet Nicol. Bellon in consi. 1. nu. 1. Ioa. Mauritius in d. le. vnica, pag. 63. Chassa. in consi. 64. num. 2. Curt. Iunior in consi. 61. nume. 14. vbi dicit hanc esse communem opinionem. Soc. & Doctor. in l. si ex toto. ff. de legat. 1. Matthæ. de Afflict. in ca. 1. in §. similiter. de Capitaneo qui curiam vendidit. in vsibus feudorum. Paul. Parisi. in consi. 78. num. 14. & 17. vol. 1. Ioa. Iacobus de Leonardis in consil. 117. nu. 26. inter consilia Alberti Bru. Pro qua limitatione facit tex. in c. in omni timore. & in c. si nulla necessitas, 23. q. 8. tex. expressus de iure Ciuili in l. nullus penitus. C. de cursu publico. lib. 12. vbi probatur, quòd tempore expeditionis nullus cuiuscunque ordinis vel dignitatis, vel sacrosancta ecclesia, vel Domus regia excusationem angariarum seu parangariarum habeat: & sic nõ solùm tenentur contribuere, verùm etiam custodire muros ciuitatis & eam defendere. Sed cõtra supradictam limitationem est tex. expressus in c. reprehensibile. 23. q. 8. vbi dicit text. quòd clerici non tenentur ad custodiam ciuitatis, etiam contra piratas maris quia cùm sint milites CHRISTI debẽt CHRISTO in diuinis seruire. in quo est distinguẽdum, aut quęritur vtrum clerici debeant ire ad belligerandum, ita vt velint alios impugnare: & dico quòd non, etiam si ageretur pro recuperatione terræ sanctæ: cùm clericalis ordo reddat eos inhabiles ad pugnandum, etiam cõtra Sarracenos. ita probatur in c. ex multa. in §. finali, de voto. aut quæritur vtrum teneantur ad custodiam ciuitatis seu oppidi vbi morantur. vt in casu nostrę limitationis, & tunc si maxima necessitas non subest excusantur: quia nõ debent auocari ab officijs diuinis, vt in d. c. reprehensibile. facit etiã tex. in c. Cyprianus. 23. q. 3. aut imminet magna necessitas, ita vt sine eis non possit commodè ciuitas ab oppressione & inuasione custodiri, & tunc eos puto teneri: vt in d. ca. peruenit. & in d. l. nullus. quę debet intelligi propter necessitatem instãtem, ne alijs iuribus contradicat. Pro quo facit tex. in c. penul. de homicid.

Hanc opinionem tenet Abb. in d. c. peruenit. & in ca. si quis. & in num. ff. de iure iur. Ang. de Clauasio in Summa, in verbo, immunitas. §. 34. Ias. in l. si ex toto. nume. 15. ff. de legat. 1. Carolus Ruinus in consi. 219. volum. 1. nume. 12. & Mauritius in repet. l. vnicæ, pag. 55. C. de mulierib. & in quo loco. lib. 10. Pro quo facit, nam quilibet tenetur defendere patriam suam, pręsertim cùm ex ipsius defensione protegantur orphani & viduæ & miserabiles personæ, pro quibus episcopi & clerici debent summopere laborare: vt in c. 1. 87. dist. facit etiam tex. in cap. 1. & fina. de postulan.

Fallit decimotertiò quandocunque princeps imponit collectam pro redemptione sua: nam omnes etiam ecclesiastici debent contribuere: quia ecclesia est mater captiuorum: vt in præcedente limitatione dixi. & ita notabiliter concludit Nicolaus Boerius in decision. cxxvj. numero 9.

Fallit decimoquartò in tributis seu collectis præteritis: nam si possessor non soluit tributum seu collectam, potest pro preterito anno exigi ab ecclesia, vt tenet Bart. in l. incola. ia 2. nume. 5. ff. ad municip. Iason in d. l. placet. in 2. lectura. nume. 21. & ibi Thomas Parpalia in versicu: aliam limitationem. Anto. de But. Panor. & Io. de Imo. in d. c. fi. de vita & honest. cleric. facit text. in l. Imperatores. ff. de publica.

Fallit decimoquintò quoties ecclesia transferet iteratò ad priuatum. ita tenet Dynus, quem sequitur ibi Bart. nu. 3. in l. Paulus. ff. de acquir. hęred. vbi ponit regulam, quòd licet statim ex quo res est apud ecclesiam sit priuilegiata, statim ex quo recedit ab ecclesia desinit esse priuilegiata: quem sequitur Thom. Parpalia in d. l. placet. in versi. nonam limitationem.

Fallit decimosextò in oneribus in quibus est pietas, vel publica vertatur vtilitas: vt in vijs & itineribus instruendis. vt in l. ad instructiones. C. de sacrosanc. ecclesijs. & in l. ad portus. C. de operibus publi. & in l. absit. C. de priuilegijs domus Augustæ. lib. 11. & in l. fi. C. de quibus muneribus nemini liceat se excusare. lib. 10. glos. in c. nõ minus. in verbo, releuandas. de immu. ecclesi. De iure regio tex. in l. 54. titu. 6. par. 1. & l. 22. titu. 32. part. 3. & in l. 1. tit. 3. lib. 1. Ord. Hãc limitationem ponit Lucas de Pēna in l. fi. in fi. C. de exact. tribut. lib. 10. Fran. de Ripa in lib. 2. responsorum, cap. 20. num. 5. & 6. Hãc etiam opinionem tenet Barto. & Doctor. in d. l. ad instructiones. C. de sacrosan. eccles. de quo latissime & notabiliter per Aegidium de Bellamera in consi. 45. incipiẽte, Cõsulis Ciuitatis Aluimæ. Guido Papa in q. 78. Contrarium tamen consuluit Abb. in consi. 3. in 1. volum. pro qua opinione est glos. in d. l. ad instructiones. & ideò pro concordia est distinguendum: aut mœnia fiunt seu reparantur ad ornatum ciuitatis, & tunc procedit opinio illa quòd ecclesia non tenetur: aut vero propter necessitatem belli, & tunc secus: ita videtur sentire Cinus & Bald. in d. l. ad instructiones. vbi dicunt quod tũc sunt compellẽdi clerici per episcopum: allegant c. 1. de immunit. ecclesi. lib. 6. & ita notab. conclu dit Carol. de Grassalis in suo Regal. Francia, lib. 2. ius 6. pagi. 255. in versi. cogi.

Fallit decimoseptimò in collecta imposita pro liberãda ciuitate à peste: quia talis collecta propter communẽ clericorum & laicorum vtilitatem videtur esse imposita, quia pietatem respicit: nam nulla est maior pietas quàm pauperes & debiles infirmosq; tueri & patriam subleuare: vt in ca. fortitudo. & in c. non inferenda 23. q. 3. Ratio est, quia ibi concurrit pietas & communis vtilitas: ita cõcludit Panor. in d. consi. 3. vol. 1. nu. 1. quem sequitur Ripa in d. 2. lib. responsorum. c. 20. num. 8.

Limita decimooctauò non habere locum in fratribus tertij ordinis sancti Francisci: nam isti non excusantur à collectis. ita notabiliter tenet Petrus de Anchar. in c. 1. de immunit. eccles. lib. 6. vbi tenet q illi non sunt personæ ecclesiasticę, & ideò nõ sunt exempti à datijs seu collectis: quia isti licet dicantur fratres, vt in Clem. cùm ex eo. de sent. excom. tamen non sunt propriè atq; strictè religiosi, sed fratres de pœnitentia: neq; propriè dicuntur habere regulam, sed potius quendam modũ viuendi, vt est gloss.

glo.notabilis in Clem.1.de religio.domi.& in d. Clemē. cùm ex eo.Bart.tamen in l.semper.in §.quibusdam.ff.de iure immunit. dicit se vidisse consilia plurimorum Doctorum Iuris Canonici & Ciuilis, asserentium quòd isti à talibus exactionibus sunt exempti: nam sunt Deo deuoti: vt in cap.duo sunt genera.12.q.1.Pro qua opinione est tex.in c.1.de immunita.eccles.lib.6.dum dicit, personis ecclesiasticis. nam non potest negari q prædicti non sunt personæ ecclesiasticæ: licet nō sint clerici. quam opinionem Bart.vltra alios Docto. sequitur Franc. de Platea in tract.de excommunicatione.§.36.nume.3.& Abb.in c.vnico,num.6.de obligatis ad ratiocinia. Est tamen verum quòd Barto.notab.in d.§.quibusdam.in fine,in versicu.puto tamen.dicit,quòd quandocunque apparet prædictos assumpsisse habitum seu ordinem in fraudem onerum,q eis nō prodesset: & sic procedit nostra limitatio, quem sequitur Corneus in consi.220.num.10.vol.3. idē Corne.in consi.205.nu.1.cùm sequentib.volu.1.Pro qua opinione est tex.& ibi glo.in l.cura.in §. qui obnoxius.ff. de muneri.& honorib.& in Extrauagant.Ioan.22.quę incipit:Sancta Romana & vniuersalis ecclesia. sub tit. de religio.domi.& hanc opinionem tenet Nicol.Boer.in tractatu de vita & statu Eremitarum.num.15.pro qua opinione est tex.in l.19.tit.4.lib.4.Ordi. ex quo confirmatur notabile dictum Federici de Senis consil.97.num.4.in fi. Nam cùm verum sit q quandocunque aliquis laicus cōmisit aliquod delictum, si formata est contra eum inquisitio & sequuta condemnatio efficiturq; clericus vel religiosus, per talem mutationem forinon excusatur à potestate secularis iudicis quin possit eum punire.ita notab. tenet Barto.in l. cùm quędam puella.ff.de iurisdict.omn. iudic.& in l.1.ff.de pœnis.Abb.& Canonistæ in c.vnico, de obligatis ad ratiocin.num.4.pro qua opinione est tex. in l.si quis decurio.C.de falsis. quod tamen intelligo, facta prius degradatione à iudice ecclesiastico, secundum Doct.vbi suprà,quòd indubitanter procedere dicit Iasin d.l.cùm quædam puella.num.10. Quod tamen verum intelligo nisi ille qui commisit delictum antequàm id commiserit fecisset votum clericale vel intrandi religionem: quia tunc non punitur per iudicem secularem,quasi votū trahatur retro.hoc tenet notab.Bald.in se. 1. in fine.C.an seruus ex suo facto post manumissionem teneatur. quē vltra multos Doctores antiquos sequitur Iacobinus in d. l.cùm quædam puella.& in l.si quis postea. num. 10.ff.de iudi. Thomas Ferratius in cautela 23.Gerar.de Petra sancta in singul.51.Ioan.de Neuizanis in Sylua nuptia.lib.3. nu.62.Chassanę.in consue.Burg.in tit.{des iustices.}Rubr.1.§.5.fol.51.num.67. maximè quia in hoc casu statur iuramento suo,an votum emiserit ante commissum delictum,sicut stari debet iuramento in his quę dependēt à voluntate & cōscientia nostra: vt est gl.notab. quam ibi sequitur Ias.num.100.in §.sed istæ quidem. Institu.de act. & in c.significasti.el 2.de homic.sed Feder.de Senis,vt suprà dixi tenet hoc esse verum nisi talis delinquens efficeretur de fratribus tertij ordinis: nam si assumpsit habitū tertij ordinis, nō obstātibus supradictis,puniri poterit à seculari iudice.quam opinionem Federici de Senis in cōsil.97.nu.4.in fine,sequuntur Doct.Canonistæ præcipuè Cardina.in repet.ca.perpendimus.nu.8.de sententia excomm.Iason in dict. l.cùm quædam puella.nu.13.Hipp. in sing.534.

REGVLA CI.

CLERICI propter fornicationem aut concubinatum deponendi nō sunt.Hāc regul.probat text.& ibi gl.in c.Maximianus.81.dist.& in c.lator.2.q.7.in verb.in corporali.est similis glo.secundum Corse.in sing.incipienti: Fornicatio.vbi ponit hanc regul.in ca.presbyter.82.dist. pro quibus gl.est tex.in d.c.presbyter.Hanc etiam regul. ponit Ioa.de Imo.& ibi Doct.in c.vt clericorum mores. de vita & honest.cleric. Hanc regulam ponit etiam, vbi dicit cum ea esse communem opinionem post Doct.ibi, Feli.nume.8.in ca.at si clerici,de iud.eādem opinionem, vbi dicit eam esse communem,& allegat plures Doct.ponit Bernard.de Luco in practica, ca.72.circa quam regulam vide notabiliter Cæsarem Lambertinum in tractatu iuris patronat.in 1.parte.2. libri, in art.26.9.q.principali, numer.14.Bemondum, vbi hanc dicit esse communem opinionem,in tracta.de publicis concubinarijs.pag.251. num. 10.cum alijs.

Hanc regulam ponit, vbi eam limitat tribus modis Ioannes de Selua in tractat. de beneficio, in 3.parte,quæst. 3.numer.16.

Vltra quas limitationes limita primò non habere locū si clericus fornicatus fuerit cum Moniali, vt est glo.in c. virginib.& in c.si episcopus. & in ca.si quis rapuerit.& in c.si qua monacharum.27.q.1. & ita per illas gl.tenet Bernard.de Luco in practica, ca.75.Paul. Grillan. in tract.de pœnis omnifariam coitus.q.1. nu.17

Limita secundò non procedere in virgine & in nupta propter stuprum & adulterium.vt in cap.si quis cleri.81. dist.& in c.lator.2.q.7.& ibi gloss. t. quam ibi sequuntur Archidiac.& Doct.& hanc esse communem opinionem tenet Bernard.de Luco in practica criminali,c.99.vbi latissimé eam examinat,eam etiam dicit communem opinionem Paul.Grillan.in tract.de pœnis omnifariam coitus.q.7.nu.2.

Limita tertiò si cum soluta & virgine de facto contraxerit matrimonium.vt in c.fraternitatis.34.dist.& in c.si quis amodò.81.dist.

Limita quartò quando fornicatio est notoria & scandalosa,& continuata: quæ digna est depositione, vt in ca. quàm sit.de excessibus prælat.in c.ex parte.de testib.glo. 1.in d.c.presbyter.72.dist.Facit etiam tex.in cap.si.& ibi Doct.de cohabitatione cleric. & mulie. & ita expresse tenet Mart.Nauarrus in cap.consideret.num. 121. de pœnit.distin.5.

Limita quintò quandocunque clericus commisit incestum,scilicet cum consanguinea: quia tunc deponitur: arg.tex.in c.tuæ.de pœnis.glo.in d.ca. Maximianus.& in d.c.lator.quas sequitur Io.de Imo.in d.ca.vt clericorū.de vita & honesta.clericor.Abb.& cæteri scribentes in c. at si clerici.in §.de adulterijs.de iudic.& ibi gloss. Ratio est, quia grauior est crimine adulterij: vt in c.adulterij malū. 32.q.7.sed pro adulterio imponitur suspensio: vt in ca.significauit.de adult.& etiam deponitur, vt suprà dixi in 2. limit.ergo pro isto qui est maior à fortiori debet deponi. ita concludit Paul.Grillandus in tract.de pœnis omnifariam coitus.in 3.q.nu.3.& in 10.q.nu.4.

Limita sextò in nouerca, socru,nuru, priuigna: vt in c. qualiter.& in cap.hoc quoque.35.q.3.in c.1.in §.inquisita.de consang.& affinit.ita tenet Paul.Grillan.in d.trac. q.2.numero 2.

Limita septimò quandocunque clericus contra naturam fornicaretur: vt in c.vt clericorum. de vita & honesta.cleric.& ita probat text.in c.clerici.de exces. præl.& à cœtu fidelium omnino debet expelli: vt in d.c. clerici ita tenet Paul.Grillan.in d.tract. de pœnis omnifariam coitus.q.8.num.3.

REGVLA CII.

CLERICVS in causa ciuili potest reconueniri coram iudice seculari.Hanc regulam probat gl.in c.1.in verbo,super suis.de mutuis petitio.& in c.at si clerici.in verbo,non tenet.de iudic.& in c.multi. in verbo, seculari.2. q.1.& in summa, 11 q.1.& in l.cùm Papinianus.C.de senten.& interlo.omn.iudi.de iure Regio concordat tex.in l.57.tit.6.part.1.Circa quam regulam vide Philip.Dec.in c.at si clerici.nume.25.de iudicis. Hanc opinionem dicit esse communem Iacob.de sancto Georg.in l.2. in §.sed si agat.num.4.ff.de iudic.& in l. qui non cogitur.nume.1. eodem titulo.

Hanc

Hanc regulam posuit Maria.Soci. in c.1.de mutuis petitio.num.24.vbi in numer.28.cum sequent.eam limitat decem modis.

REGVLA CIII.

CLERICVS non succedit in feudum. Hanc regulam probat text.in ca.1.in §. qui clericus.si de feudo fuerit controuer. in vsibus feud. vbi dicit text. q eo ipso quòd quis est clericus,vel votum religionis assidat, priuatus sit feudo.Facit etiam tex. in cap.1.de milite vasallo qui arma bellica deposuit. vbi miles assumens habitum religionis priuatur feudo.Facit etiam text.in ca.t.an mutus vel surdus.vbi probatur q vasallus effectus clericus feudum retinere non potest.Facit etiam text.in c.1.de feudo fœminæ.vbi ille qui efficitur clericus vel conuersus, aut aliquo modo habitum religionis assumit, in feudum paternum non succedit:& si illud habeat,perdit ipsum.De iure Regio est text.in l.6.titu.26.part.4.Hanc regulam per multas alias rationes posuit Prep.in c.1.in §. & quia vidimus. col.3.qui feudum dare pos.Barba.in Rub.de feudis.nu.t. cum sequentib.Alex.in consi.10.vol.5.nu.t.Abb.& Canonist. in ca. in præsentia.de probationib.vbi notabiliter Paul.Parisi.num.192.Chassaneus in consuet.Burgund.in titu.{des fiedz.}Rub.3.§.5.fol.114.colu.3. nume.1.cum sequent.Francis.Curtius iunior in tracta. feudorum.in 3. part.in 10.q.num.13. vbi vsque ad numerum 19.notabiliter examinat quæstionem hanc pro vtraq; parte:& finaliter côcludit cum hac opinione,allegans ibi quamplures alios Doct.idem tenêtes.eandem opinionem tenet Matthæ.de Afflict.in c.1.in §.præterà si vasallus.in glo.3.nu. 72.quæ fuit prima causa beneficij amittendi.& in c.1.nu. 9.de milite vasallo qui arma bellica deposuit.& in c.j.nu. 32.an mutus vel alias imperfectus. in vsibus feud. idem Matth.de Afflict.in constitut.Neapol.lib.3.Rub.3.num. 5.Iason in consi.117.volumi.4.numer.t.& in consi.113. nume.2.volum.t.Anton.Capitius in decis. Neapolit.decis.31.num.2.

Limita primò vt procedat in feudo vero & proprio, pro quo debetur seruitium personale: secus autem in eo in quo debetur seruitiû reale. ita colligitur ex dictis Abb. in d.c.in præsentia.col. pen. de probationi.& ibi Feli. nu. 46.Paul.Parisi.ibi nu.193.Hanc opinionem tenet Carol. Ruin.in consi.42.nu.9.volu.1.

Limita secundò quando clericus non esset in sacris cô stitutus,sed esset primæ tonsuræ.ita Bal.quem sequuntur alij Doct.in d.c.qui clericus. si de feudo fuerit controuersia.Prepo. Alexandrinus in d.§.& quia vidimus.Calde.in consil.2.in tit.de feudis.Curt.Senior in consi.62. in 2.col. versi.sexto me mouet.Albertus Bru.in consi. 16.nu.1.& in consi.38.nu.10.Matthæ.de Afflict.in d.c.qui clericus. nu.17.si de feudo fuerit controuersia.

Limita tertiò quando pater vel alij agnati facerent aliquem in fraudem effici clericum,ad hoc vt in feudo succedere non posit.ita expressè tenet Iacob. de Belloviso in c.1.de feudo fœminæ.in 1.q.per illum tex. vbi dicit ita sæpe vidisse in regno Siciliæ:quem sequitur Francis.Curtius iunior in tract.feud.in d.q.x. num.25.

Limita quartò non procedere in fœmina quę intrasset monasteriû: quia in casu in quo feudû transferet in fœminas,transferet etiam ad Moniales.ita concludit Fel. in d.ca. in præsentia.nu.47.post alios Doct.Alex.in d.consi.x.nu. 6.in 5.vol.quos sequitur Frâc.Curt.in di.tract.feu.vbi notabiliter hoc ponit in d.q.x. nu.26.

Contra quam limitationem tenet Chassa. licet sub dubio ibi relinquat cogitandum,in consuet.Burg. titu.{des fiedz.}Rubr.3.§.5.fol.115.col.2.nu.15.

Limita quintò in Monacho qui ex dispêsatione Papæ factus est comes: quia succedit i feudo aperto postquàm est Comes.ita notabiliter tenet Bald.in consil. 275.num. 7.volu.2.quem sequitur Curtius iunior in dict.tract.licet corruptè eum alleget,in d.q.10.numero.28.Circa quam vide Chassanæum vbi suprà, numero 16.

Limita sextò non procedere in istis cruciferis qui militant contra infideles, vt sunt Commendatarij sancti Ioannis.ita Bald.licet sub dubio,in consi.170. num.2.volu. 2.quem sequitur Prepo. in c.1.de milite vasallo qui arma bellica deposuit.in vsibus feudorum.nu.3.in fine.licet de Bal.nullam mentionem faciat. & ibi hoc tenere idem Bal. Contrariam tamen tenet Andr.Barb. in Rubr. de feudis. nu.3.& in tract.de præstantijs Cardinalium.in 1.par.q.5. nu.7.quam opinionem dicit de rigore iuris veriorem esse Albert.Brun.in consi.17.Catellia.Cotta in memoralibus iuris,in verbo,clericus.in fine.Chassanæus in côsuet. Burgund.in d.fol.115.col.3.num.18. Curtius iunior in d. tract.feud.in d.10.q.nu.29.est tamen notandum q Bald. in d.cons.non se bene firmat in hac opinione.

Limita septimò non procedere in feudo franco & libero:quia in eo succedit clericus & etiam monasterium.ita notabiliter tenet Bal.in ca.inter dilectos.nu.5.& 6.de fide instru.& in Auth.nisi rogati.C.ad Trebell.nu.5.vbi allegat tex.in d.c.inter dilectos.idem Bald.in l.si plures.nu.7. C.de condit.in ser.quam opinionem sequitur Alex. in di. consi.x.nu.15.vol.5.Feli. in c.in præsentia. nu.45.de probatio.Barba.in d.Rub.de feudis.nu.2.

Limita octauò nisi clericus de nouo inuestiatur à domino sciente ipsum clericum:quia posit feudum retinere.ita concludit Aluarotus in c.1.in §.1. de benef.fœminę.Aret.in d.c.in pręsentia.num.84. de probatio.Francis. Cur.in d.tract.feudorû.in d.q.10.nu.30.Alex. in d. consi. 10.nu.17.Matthæ.de Afflict.in c.1.in §. ex hoc illud.nu. 8.de benefic.feudi.& in c. qui clericus. num.8.si de feudo fuerit controuersia. Quod tamen intelligo verum quando post monachatum de nouo datur per dominum directum illo monacho sciente: si autem eueniret monacho per legatum vel alia de causa,puta successionis vel similis: tunc distinguendum est quale sit feudum, & quod seruitium præstare tenetur:vt declarat Aret.in d.nu.84.quem sequitur ibi Paul.Paris.nu.193.in fine.

Limita nonò vbi esset consuetudo in contrariû in aliquo loco:quia côsuetudo specialis derogaret generali côsuetudini feudorum: quia generi per speciem derogatur: vt in c.Robertus.cum simil.de feudi cognitione. ita concludit Bal.in consi. 170.nu.2. vol.2.

Limita decimò non procedere in feudo acquisito pro se & suis successoribus quibuscunq;:per ea quę notat Bal. in l.t.nu. 37.q.34.ff.de rer. diuis.vbi dicit q quando fuerût opposita dicta verba, transit feudû ad extraneos,imò ét ad legatarios,quem sequitur Ias.in le.quædâ.in §.nihil interest.nu.3.ff.de edêdo.Albertus Brun.in côs.16.nu.8. Alex.in l.si patroni.in col.pen.ff.ad Trebel.& in l.Gallus in §.etiam.ff.de lib.& posth.idem tenet Bal. in c.inter dilectos.de fide instrum.& in c.quæ in ecclesiarum. nume. 39.de constitutio.Feli.in c.in pręsentia.nu.48. de probat. Contrarium tamen tenet Barba.in rubrica, de feudis.numero.5. quam opinionem sequitur Chassanæ.sub dubio vbi suprà,numero.17.& Curtius I uni.in dicto. tractatu, q.x.st.to.nu.31.vbi remittunt se ad Feli.in d.c.in præsentia.num.48.

Limita vndecimò in Canonicis regularibus: prout côcludit Curtius Senior in consi.61. & 62.

Limita duodecimò nô habere locum in Cardinalibus. ita concludit Ias.per plura fundamenta in consi. 117.nu. 2.volum.4. quam opinionem tenet etiam Matthæus de Afflic.in c.1.nu.10.de mil.vasal.qui arma bel.deposuit.in vsibus feud.vbi dicit idem esse in Archiepiscopis & episcopis, cùm sint personæ illustres, & possunt seruire per substitutum:vt in c.1.de re iudi.lib.6. quod notat Bald.in l.nullus.C.de decurio.lib.10.Hanc opinionem tenet Barba.in d.rub.de feudis.nu.2.in medio:& in tract.de præstâtijs Cardinalium in 1.par.q.5.Pcæpos.in ca.t. & quia.nu. 47.qui feudum dare possunt.

Reg.Iur. G Limita

Limita tertiodecimò non habere locũ in fratribus tertij ordinis sancti Francisci.ita cõsuluit Roma.per ea quæ diximus in Regul.100.in consi.377.nu.4. quem sequitur Barba.in c.ex parte.nu.11.de feudis.Curt. in d. tract. feudorum,in 2.par.q.20.Ant.Capitius Neapolitanus in decisio.10.num.3.& 17. Præpo. Alexandrinus in c.1.in §.& quia.nu.53.qui feudum dare possunt.in Vsib.feud.

REGVLA CIV.

COGNITIO de suspectis tutoribus potest delegari. Hanc regulam ponit text.in l.cognitio.ff.de offic.eius cui mandata est iurisdictio.& in le.3.in §. damus.ff.de suspectis tuto.

Hanc regulam amplia tripliciter, & limita vno modo, vt per Fran.Purpuratum in d.l.cognitio, per totam.

REGVLA CV.

COHAERES tenetur de euictione cohæredi cui res euicta obuenit ex diuisiõe facta ab ipsis cohæredibus, Hanc regulam probat tex. in l.si fratres.C.cõmunia vtriusque iudi.Probatur de iure Regio in l.9.tit.15.par.6.Ratio huius regulæ est: quia diuisio quæ fit à partibus vicẽ obtinet permutationis:vt in l.communi diuidundo.in §. si debitor.ff.commu.diuid.

Hanc regulam amplia vno modo, & limita tribus modis,vt per Francis.de Ripa in le. qui Romæ.in §.duo fratres.nu.97.ff.de verbor.obligat.

REGVLA CVI.

COLLATERALES succedunt in feudum vsq; ad septimum gradum.Hanc regulam probat tex.in ca.1.in §.quia vidimus.qui feudum dare possunt. in vsib.feudorũ.Et ibi Andræ.de Isernia.Bal.in Auth. defuncto.col.5. C.ad Tertul.Curti.Iunior in tract.feudorũ,in 3.parte,q. 17.nu.48.Matth.de Afflict.in c.5.in §.hoc quoq;.nu.41. de succesio.feudi.Hierony.Gratus in cons.9.nu. 46.vol. 1.Quam regulam latißimè examinat Martinus Laudensis in consil.119.nu.8.& inter consilia Alberti. Bruni.

Limita primò vt non procedat in succesionibus regni:quia tũc admittũtur illi qui essent vltra millesimum gradũ.ita singulariter dixit Bal.in c. 1. de feudo Marchiæ, in vsib. feudorum.in pen.col.quem ibi sequitur,Aluar.& Matth.de Affl.in d.§.hoc quoq;.nu.40.Curt.iunior in d. tract.feud.in d.q.57.nu.49.

Limita secundò non procedere in feudo iurisdictionis,& castrorum,& terrarum:nam in ipsis succedunt collaterales vltra septimum gradum: quia feudũ iurisdictionis videtur concedi vnicuiq; in solidum.Hanc limitationem ponit Franc.Aret.in cons.564.num.2.in fi.maximè in feudo Marchiæ & Ducatus, Comitum & Baronum; nam in istis succedunt etiam vsq; ad centesimum gradũ, ita notabiliter concludit Bal.in c.1.in §.capitale. versi.itẽ apponitur.de feudo Marchiæ. Hierony. Gratus in cõsil. 9.num.46.vol.1.Dec.in consi.85.num.3. Curt.iunior in d.q.57.nu.49.

REGVLA CVII.

COMES sub dominio Regis in dubio præsumitur habere Comitatum iure proprio:non autem tanquã feudalem.Hanc regulam ponunt Host.& Io.Andræ.in c.fi. de iudicijs.& in c.nimis.& ibi Ant.de But.de iureiur.Car di.Alex.in preludijs feudorum nu.56. Alex.in consil.15. in princ.volu,1.

Hanc regulam ponit Andr.Alcia.in tracta. præsumpt. in 2.regula, præsumptio,3.num.2. vbi eam limitat quinque modis.

REGVLA CVIII.

COMMISSIO facta iudici q̃ debeat iudicare secundũ consilium alterius,valet.Hane regulam ponit Abb.& Io.de Imo.in c.si pro debilitate.de offi.delega.Bar. in l.1. in §.si plures.nu.18.ff.de exercito. actione.Bald.in Auth. ad hæc.in prin.C.de iudi. & in le. nec quicquam.in §.vbi decretum.nu.5.col.3.versi.item quilibet ordinarius.ff.de offi.procons.& lega.Ioan.de Imola in l.illa institutio.nu. 14. in medio.ff.de heredibus instituend.

Hanc regulam limita tribus modis, secundum Philip. Dec.in c.si pro debilitate. numer.66.de offic.deleg.vsque ad numerum 74.

REGVLA CIX.

CONCESSIO vel obligatio nõ perit mortua persona cui aliquid cõpetit, vel fuit concessum,aut relictũ,vel promissum:sed ius competens transit ad hæredes.Quam regulam probat text.in l.si pactum.ff.de probat. in l.1.C. vt actiones & ab hæredibus & contra hæredes. & in l.veteris.C.de contrahenda vel committenda stipulat. Circa quam regulam vide Alex.in l.si quis filium.in §.1.ff.de acquir.hæred.Philip.Deci.& Doct.in l.heredem.ff. de reg. iur.Iasi.in §.actiones.nu. l.cum alijs. Insti.de actionib. Hanc regulam ponit Albertus Brunus in tract. de interitu & peremptione:in 51.cõclusi.nu.57.vbi eam ampliat 8.modis vsque ad nu.65.& à nu.65.vsq; ad nu.82.limitat eam 58.modis,in 57.vol.Tractatuum.

REGVLA CX.

CONDICTIO ob causam cõpetit ex capite causæ nõ sequutę in contractibus innominatis. Hanc regulam probat tex.in l.si pecuniam. ff. de condict. causa data.

Limita primò si causa non est sequuta propter casum fortuitum cõtingentem in persona aduersarij,vt in d.l.si pecuniam.ibi,condictio temporis, &c. secus est in contractu nominato, per l.qui operas.ff.locati.& in l. itẽ si vno. in §.item cùm quidã.ff.eodem tit.secundũ Paul.de Castr. in d.l.si pecuniam.& hoc procedit si casus fortuitus imminet de præsenti,& sic non cessabit:aliàs secus : vt patet in d.l.si pecuniam.dum dicit, de condictione ob causam ex capite pœnitentiæ,&c.

Limita secundò, nisi esset actum à principio q̃ nõ posset repeti datum ex capite causę non sequutæ , sed tãtum ex capite pœnitẽtiæ , vt probatur ex his quæ notat Raphael Cuma.in l.si aliena.in §.Marcellus.in versi.itẽ colligitur hic notabilis limitatio.ff.de dona. causa mortis.

Limita tertiò in contractu innominato facto cùm ecclesia nam nõ potest agi contra eam condictione ob causam,sed solũ pręscriptis verbis ad implementũ cõtractus vt in c.verum. de conditio. apposi. secundum intellectũ traditum per Nicolaum de Matarellis in le. dictam.C.de condictio.ob causam.prout refert Bald.ibi,nu.5.

Limita quartò si deficit causa quę fuit causa faciẽdi cõtractũ,scilicet si causa fuit remota & non proxima, & amplius non superest:nam tunc cessat condictio ob causam ex quocunque capite:vt in l.1.& ibi Bald.C.de pactis.

Limita quintò in contractu, facio vt des:vt vel in contractu facio vt facias:si factum fit non repetibile. Nã tũc datur actio de dolo si aduersarius non vult implere vel præscriptis verbis seu in factum. de quo habetur in l.naturalis.in §.q̃ si faciam.ff.de præscriptis ver.& in le.cùm proponas.C.de dolo.per gl.in d.l.si pecuniam.per Bartolum & doct.in l.fi.ff.de condictio.ob causam.

Limita sextò si causa vtriusq; est sequuta:vt in d.l.si pecuniam.& ibi Bart. Ratio est, quia iam sumpsit suam perfectam vim & obligationem.

Limita septimo quando expressè fuit dictum à principio q̃ recipiens decem debeat restituere si Capuam non ierit,vel si pœnitebit dantem.per l.si dominus.ff. de presc. ver. Nam tunc datur actio pręsc.verb.sed non condictio ob causam:vt in d.l.si dominus.licet Bart. aliter dicat in l. 2.C.de condictio.ob causam.

Limita octauò si actor nõ plenè impleuit p̃ parte sua: vt quia promisit amplius nõ petere vt reus daret decem. Nã tũc quia aliud nõ amplius petere habet causam successiuam,cessat cõdictio ob causam , & habet locũ actio de dolo:vt in l.actiones.secundũ vnã lecturã.C.de trãsactio. de qua per Raphaelẽ Fulg.in d.l.si pecuniam. in princip.

Limita nonò in cõtractibus nominatis : nã in eis esset cõdictio ob causam, vt in l.fi.ff. de condictio.ob causam.

Limita

Limita decimò si de tali contractu innominato est factum publicum instrumentum, in quo solet apponi stipulatio: nam tunc datur condictio ob causam: vt per Bar. in l. si vt proponis. nume. 11. C. de condict. ob cau. de quo vide Ias. in l. 1. num. 9. ff. de pactis.

Limita vndecimò in illo qui impleuit cōtractum pro parte sua ob causam impossibilē de iure vel de facto scienter: nam tunc cessat repetitio, vt in d. l. dictam. C. de condic. ob causam.

Limita duodecimò si repetens non vult soluere interesse aduersarij quod ipse aduersarius prætendit, vt in d. l. si pecuniam. in princ. sed certè hoc procedit in condic. ob causam ex capite pœnitētiæ: secus si ex capite causæ non sequutæ. secundum Bald. in d. l. si pecuniam. Quod ego intelligo verū nisi aduersarius esset paratus adimplere contractum pro parte sua: seu si non fuisset in mora implendi, argu. tex. in d. l. si pecuniam. quicquid Bald. ibi dicat.

REGVLA CXI.

CONDICTIO ob causam habet locum ex capite pœnitentię in contractibus innominatis: vt in d. l. si pecuniam. ff. de condic. causa data.

Hanc regulam limita 13. modis, vt per Ias. in d. le. si pecuniam. num. 1.

Vltra eum autem limita primò si per stipulationē promisit tibi decem vt vadas pro me Romam: quia iste non est simplex contractus innominatus, sed mixtus: cùm stipulatio sit cōtractus nominatus. vt in l. j. in fi. ff. de pactis. in quo nō habet locū in pœnitētia, vt in l. sicut. C. de act. & obligat. iuncta leg. Aristo. ff. de donat. secundum Paul. de Cast. in d. l. si pecuniam. de quo per Barto. in l. fin. ff. de condic. ob causam.

Limita secundò in contractibus nominatis: nam in eis cessat pœnitentia, vt in d. l. sicut. C. de actio. & oblig. & in le. in commodato. in §. sicut. ff. commo. & notant omnes doct. in d. l. sicut. & in d. l. si pecuniam. in princ.

Limita tertiò si dixi, dono tibi pecuniam hanc, puta decem vt vadas pro me Romam: nam tunc cessat pœnitentia: quia donatio est hodie contractus nominatus, vt in l. Aristo. ff. de donatio. ita tenet Paul. de Castr. in d. l. si pecuniam. num. 8.

Quartò fallit si contractus innominatus incipit à præcedente cōuentione: nam secuto implemento contingit liberatio ab obligatione saltē naturali qua tenebatur: vnde vna & eadem solutio non debet parere deliberationē & obligationē seu repetitionem: vt in le. cùm is. in §. 1. ff. de condictione indebiti. secundum Raphael. Fulgo. in d. l. si pecuniam. sed Paulu. ibi tenet contrarium, de quo ibi per eum: pro quo allegat quod notat Cinus in l. 1. in 2. col. C. de pactis.

Limita quintò in quolibet contractu innominato, excepto contractu illo innominato, do ne facias: prout loquitur illa lex, si pecuniam. secūdum Gulielmum de Cugno ibi. communiter tamen doct. tenēt contrarium: quia est eadem ratio in alijs contractibus innominatis quæ est in illo de quo loquitur Guli. de Cugno, prout tenet Paul. de Cast. in d. l. si pecuniam. nu. 14.

Limita sextò quando in cōtractu innominato ex vtraque parte sequutū est implemētū: vt probat in d. l. si pecuniam. & ibi notabiliter per Paul. de Cast. in sua dist. & hoc nisi interueniat consensus vtriusq; partis, & datur retrò similis: vt in l. ab emptione. ff. de pactis.

Limita septimò nisi in contractu innominato sit apposita illa clausula, quòd valeat omni meliori modo, &c. vt in d. l. si pecuniam. iuncto textu in l. cùm pater. in §. filius matrem. ff. de legatis 2.

Limita octauò si in obligatione & scriptura contractus innominati est apposita illa dictio, omni modo. arg. gl. in verbo, omni modo. in l. fi. & quod ibi notat Ang. C. de fideicommissis.

Limita nonò si fuit actum inter contrahentes q̄ non reuocetur contractus innominatus ex capite pœnitentiæ, sed tantùm ex capite causę non sequutę: secundū Raphaelem Cuma. per illum text. in l. si alienam. in §. Marcellus. ff. de donationib. causa mortis.

Limita decimò in eo quod datur causa conditionis implēdę: vt est glos. magna in l. inter mortis. ff. de dona. causa mortis. ita tenet Paul. de Cast. in d. l. si pecuniam. nu. 5.

Limita vndecimò in pactis liberatorijs, de quo p Bar. & Bald. in d. l. si pecuniam. per eundem Bart. in le. dedi. in princ. ff. de condict. ob caus. per eundem Bald. in l. quamuis. C. de transactio.

Limita duodecimò si talis contractus innominatus sit pars præambulū cōtractus nominati. Nā tūc cessat cōdictio ob causam ex capite pœnitētię: secundū Bald. in d. l. quāuis. per tex. in l. fundi partē. & in le. l. Labeo scribit. ff. de contrah. empt. iuncta l. dedi. ff. de condictio. ob causam.

Limita decimotertiò si semel contra actorem fuit iudicatum, vel super hoc transactum: arg. text. in l. actione. C. de transact. & in l. fratris. eod. tit. & in l. euidenter. ff. de exceptio. rei iudica.

Limita decimoquartò si causa implenda per aduersarium sit causa impulsiua & non finalis: & per glo. in d. l. si pecuniam. per notata in simili per Bart. in le. 2. in §. fi. nu. 2. ff. de donatio.

Limita decimoquintò in diuisione: secundum Bal. in l. si diuisione. nu. 3. C. famil. erciscun. & ibi Sali.

Limita decimosextò in hærede facienti contractum innominatum: secundū Salic. in d. l. si pecuniam. in princ. nam facultas petendi non transit in hæredem allegat nota ta in l. 3. ff. de seruis exportan. & in l. fi. C. de reuocan. don. in l. omni modo. C. de inoffi. testa. quod notatur in l. Pomponius scribit, si frumentum. in §. fi. ff. de rei vendi.

Limita decimoseptimò si aduersarius in præparamentis tantum impendit quantum habuit, vel plus ab actore: vt in d. l. si pecuniam. in fine principij.

REGVLA CXII.

CONDITIO quæ in se infert viduitatem non est seruanda: & ideò si testator dicat, relinquo Seię fundum si nupserit arbitratu Titij: si viuo Titio nupserit Seia sine eius arbitrio, nihilominus debet habere legatum. Hāc regulam probat text. in le. turpia. §. si Titiæ legatum. ff. de lega. 1. & in l. filiæ. ff. de condi. & demonstr. & in l. cùm ta le legatum. in §. rescriptum est. ff. eod. tit.

Hanc regulam ponit Bernar. de Luco in regul. 114. cū duabus limitationibus.

Amplia duodecim modis, vt per Emanuelem Acosta Lusitanū, in di. §. rescriptū est. à pagi. 1. vsq; ad paginā 58. & limita alijs 12. modis à pag. 58. vsq; ad paginam 116.

REGVLA CXIII.

COMBVRI in quibus casibus quis debeat, ponit quindecim Albertus Gandinus in tracta. maleficiorum, in tit. de pœnis reorum. nu. 57. quos casus ponit Salic. in l. 1. C. de Nili aggeribus non rumpen. Et decem & sex casus ponit Chassanæus in consuetud. Burgund. in rub. 1. in tit. {des iustices.}. §. 5. fol. 46. col. 3. nume. 3. & duodecim casus ponit Ioan. Paponis in commento ad consuetudines, Borboniæ. in tit. 1. de iurisdictio. §. 2. pag. 7. & 8.

Adde Aliū casum vltra oēs in crimine Sodomię: nā licet 2. de iure mori debeāt, vt in Auth. vt nō luxuriē. homi. cōtra natu. in §. pręcipimus. colla. 6. & in l. fœdissimā. & in l. cùm vir nubit in fœminā. C. de adul. & in l. eiusdē. 1 §. q hominē libidinis cā castrauerit. ff. de sicarijs. iūcta l. 1. C. de enūchis. & in c. adulterij. 32. q. 7. & Leuitici 20. ca. & in l. 1. & 2. tit. 21. part. 7. & in l. 2. tit. 19. lib. 4. fori. & ita tenet Chassanæ. in consuet. Burgund. rub. 1. in princi. nu. 56. fol. 17. colū. 4. Et de detestatione huius criminis vide Matthæum de Afflic. in constitutio. Neapol. lib. 3. rub. 42. numer. 3. Hippol. in consi. 28. nu. 4. & 5. hodie tamen nō solùm debent mori, verùm etiam comburi: vt in Pragmatica 85. in volumi. Pragmaticarum: de qua pragmatica

facit mentionem Cæsar Lambertinus in tract. iuris pa tronat. in 1. part. 2. libri, in articulo 18. q. principali. nu. 16. & 17. fol. 245. vbi per totum illum articulum tractat ma teriam illius Pragmaticæ.

REGVLA CXIIII.

Conditio quæ solet dici perplexitas vitiat institu tionem. Hanc regulam probat tex. in le. si Titius. ff. de conditio. institutio. vbi ponitur exemplum.

Limita primò quando perplexitas immediatè non insurgit ex verbis testatoris, sed habito respectu ad aliud sci licet ad patrimonium eius. Nam tunc non vitiat, sed dissoluitur talis perplexitas, prout melius fieri poterit, considerata voluntate testatoris; vt patet exemplum in l. quadraginta. ff. ad l. Falcid.

Limita secundò quando perplexitas prouenit ex verbis testantis, sed contingit inter res quarum vna est digna maiori fauore, & in illa valet dispositio seruum communem habemus. in §. Titius hæres esto. cum ibi notatis. ff. de vulg. & pup.

Limita tertiò quando versatur inter res dignas pari fauore, si talis perplexitas potest dissolui per implemētū facti tendens ad commodum implentis, tunc non vitiat: sed potius per tale implementum dissoluitur, vt in leg. si quis ita. ff. de condit. instit. facit quod notat glo. & Bartol. in d. l. si Titius.

REGVLA CXV.

Conditio impossibilis affirmatiua in cōtractu adiecta vitiat omnem contractum, vt in le. impossibilis. ff. de verborum obligationibus.

Hanc regulam amplia tripliciter, & limita 9. modis, vt per Vldari. Zasium in d. l. impossibilis, à num. 4. vsque ad numerum 16.

REGVLA CXVI.

Condemnatus ad soluendum non euitat executionem, dato quòd velit fideiubere vel pignora dare: vt probat text. in l. si se non obtulit. in §. ait prætor. ff. de re iudic.

Hanc regulā amplia duobus modis, & limita alijs duobus modis, vt per Franciscum de Ripa in dicto, §. ait prætor, numer. 4.

REGVLA CXVII.

Confessio facta in iudicio præiudicat, vt in c. finali. & in c. vestra. vbi gloss. de cohabita. cleri. & mulier. & in c. cùm olim. in fi. de verborum significat. & in ca. fi. de restitu. spolia. & in c. 1. de accusatio. lib. 6. cum alijs. De iure regio text. in l. 4. tit. 13. part. 3.

Hanc regulam amplia vno modo, & limita decem modis, vt per Philippum Decium, in c. at si clerici. num. 17. vsque ad numerum 44. de iudicijs.

REGVLA CXVIII.

Confessio facta sine causa, scilicet si aliquis confiteatur se debere decem, & non exprimit ex causa mutui, vel depositi, vel ex alia causa, talis confessio nō valet neque præiudicat. Hanc regulam probat text. in c. si cautio. & ibi omnes doct. de fide instrum. & in le. cùm de indebito. in §. fin. ff. de probationibus. gloss. in le. 1. in verb. apud. ff. de interroga. actio. & in l. instrumenta. C. de probat. in l. generaliter, in verbo, eam. C. de non numerata pecunia. De iure regio est text. in l. 7. tit. 13, parte 3. & in l. 2. tit. 7. lib. 2. fori.

Hanc regulam limitat quatuor modis Hippoly. in l. 1. in §. præterea. nu. 59. ff. de questi. vbi ēt latissimè tractat materiam huius regulæ: & sedecim fallentias ponit Fel. in d. c. si cautio. nu. 4. de fide instrumentorum.

Limita primò vltra eos quando in protocolo notarij instrumenta præcedentia continerent causam: nam licet sit vnum instrumentum, sequens non habēs causam plenè probat: eò quia causa præcedeus censetur in sequenti repetita. ita tenet Ioannes Andr. in Additio. ad Specul. in tit. de deposito. in additione super rubr. quem sequitur Iacob. de sancto Georg. in d. l. j. nu. 27. ff. de interrogatorijs actionibus.

Secundò limita quando apponerentur hæc verba, spōte & quia sibi sic fieri placuit, confitetur dare vel debere decem: nam ista confessio etiam sine causa plenè præiudicat propter illa verba, ita consuluit notabiliter Alexand. in consil. 83. propter. numero 6. cùm sequentibus, in primo volumi. argumen. text. in leg. Campanus. ff. de operis libertorum.

Tertiò fallit in actione reali, puta si quis confiteatur talem rem meam esse: quo casu mihi acquiritur rei vendicatio ex tali confessione, etiam sine causa. Hanc limitationem ponit Angel. Aretin. in §. 1. Institu. de literarum obligat. nume. 5. Quæ regu. hodie de iure regio locum non habere videtur. vt in l. 3. titu. 8. lib. 3. ordinamenti. & dixi suprà in regu. 11.

REGVLA CXIX.

Confessio extraiudicialis parte præsente plenè probat. Hanc regulam probat text. in l. Publia Mæuia in fi. ff. deposi. & in l. cùm de indebito. in §. fi. ff. de probatio. & in l. generaliter. in fi. & ibi doct. C. de non numerata pecu. Et de iure regio probatur in l. 7. in medio, tit. 13 part. 3. Hanc regulam ponit Bald. in l. 1. num. 4. C. ne ex delict. def. & in l. quoniam. num. 7. in fi. in 1. lectura. ff. de insamibus. Io. And. in rub. de probatio. Soc. in consi. 228. nume. 3. volu. 2.

Limita primò non procedere si à patre non fuerit acceptata. quam opinionem tenet Cynus in l. vnica. in 6. q. C. de confessis. & ibi Salicet. in oppositione 15. Nam ad hoc vt prædicta confessio plenè probet non solum requiritur quòd fiat parte præsente, sed quòd pars acceptet talē confessionem. idem tenet Sali. in l. iubemus. C. de liberali caus. & in l. generaliter, in 6. q. C. de non num. pecu. vbi refert se ita consuluisse, quem sequitur Alex. in consi. 20. nu. 1. vol. 4. idem Alex. in consi. 111. num. 7. vol. 3. & in consi. 174. num. 2. volu. 6. Curt. Senior in consi. 77. nu. 1. Hippoly. in repet. rub. C. de probatio. nu. 96. & in le. de vnoquoque. nu. 124. ff. de re iudi. & in sing. 329. & in l. si quis ne q. nu. 128. ff. de quest. Io. de Imo, quē sequitur ibi Fel. num. 23. in dicto capi. si cautio. de fide instrum. Felin. in cap. capitulum sanctæ crucis. num. 12. de rescriptis. Iacobinus de sancto Georg. in l. procuratore. nume. 2. ff. de interrogatorijs actionibus. Petrus Rebuffus in gloss. concordatarum, in rubric. de regia acceptatione, pagina 405. Chassanæus in consuetud. Burgund. in tit. des retraitz. rubr. 10. §. 12. fol. 345. col. 2. num. 3. Iason in le. postquam liti. num. 2. C. de pact. Franc. de Ripa in rub. num. 22. ff. de verb. oblig. Paul. Paris. in consi. 34. num. 29. vol. 1. & Pala. Ru. in rep. c. per vestras. 4. notab. num. 39. & Cure. Iunior in l. 1. nu. 41. C. de pact. Hanc opinionē dicit esse communem Ias. in le. error. nu. 3. C. de iur. & fact. ignor. Eandem opinionem dicit esse communem Andr. Alcia. in rubr. ff. de verbor. obliga. num. 3.

Contrariam opinionem tenet Anto. de Butr. in cap. vltimo. nume. 12. de confessis. & ibi Abb. nu. 15. idem Abb. in c. cùm dilectus. num. 5. de success. ab intest. & ibi Andr. Barba. nu. 4. Soci. in d. consi. 228. nu. 6. Philip. Dec. in c. at si clerici. nu. 137. de iudi. post Abb. & Barbatiam. & in le. postquā liti. nu. 8. C. de pactis. Aret. in cons. 60. Alcia. sibi met contrarius in tracta. de præsumptioni. in 3. regu. præsumptione. 21. numero. 6. vbi in numero. 10. dicit hanc opinionem esse veriorem, & habet longè plures autoritates pro se. Eandem opinionem tenet Ioan. Baptista de S. Seuerino in repe. l. admonendi. colū. 67. ff. de iureiur. vbi dicit ꝙ hoc est de mente omnium Canonistarum in d. c. cùm dilectus. Eandem opinionem dicit esse veriorem in iure Catel. Cotta in Memor. iuris, in verbo cōfessio. el 2. in medio. Eandē opinionē sibimet cōtrarius tenet Alex. in l. 3. nu. 3. C. de repudian. hæred. Ratio, est, quia cùm cōfessio fit i fauorē pręsētis, ꝓsumit acceptatio ex parte ei⁹

vsi

vt in l. qui patitur.ff.manda.& per ea quæ notant Bart.& doct.præcipuè.Ial.num.70.in l.quæ dotis.ff.solut. matri. pro qua opinione videtur tex.in d.le.7. in medio.titu.13. par.3.& l.3.fol.8.lib.3.ord.quam opi. etiam tenet And.ab Exea in lib.pactorum,nu.4. vbi dicit ꝙ contraria opinio est rigida.& Io.Gualdensis in tract.de art. testan.tit.6.cautela 6.num.2.

Limita secundò quando confeßio fit per verba enuntiatiua:quia tunc non probat.ita probat tex.in c.fin.& ibi Abb.num.19.& doct.de succeßio.ab intesta.Quam opinionem tenet etiam Matth.de Affl.in decisi.Neap.decisi. 105.num.3. Quod tamen intelligo verum nisi esset confeßio iurata.tenet Ant.de But.in d.c.fi.de succeßio.ab intesta.Feli.in d.c.si cautio. nume.24.Matthæ.de Afflict.in decisio.Neapol.decisio.164.num.4.Panorm.in d.cap.fin. numero 19.

Limita tertiò nisi confeßio esset facta calore iracundiæ:quia nõ nocet nisi detur perseuerantia: vt est gl.in c. ex literis.in verbo,admonita.& ibi Abb.de diuortijs.quã glo.sequitur Philip.Deci.in l.quicquid calore.nume.5.& Hierony.Cagnolus.ff.de reg.iur.Pala.Ru.in repet. rubricę,de donatio.§.17.nu.14. Hipp.in l.j.in §.quæstionũ.ff. de quęsti.idẽ Hipp. in rep.rub.C.de probat.nu.102.& ita per illam gl.tenet Fel.in c.sicut.el 1.de iureiu. & ibi Abb. idem Abb.in c.fi.nu.11.de confeßis.idem Abb.& Philip. Dec.in c.at si clerici.de iudi.idem Abb.in c. cùm venerabilis.col.3.post gloss.2.de exceptio.& in c.cùm olim.el 2. de priuileg.Anton.de Butr.in c.olim.de rescrip.Roma.in singul.508.

Limita quartò non procedere in dispositione testis dicẽtis extra iudicium se falsum deposuisse in iudicio : quia per hoc non tollitur eius depositio. idem etiam est in iudice dicente se vęnalem sentẽtiam tulisse & subductum. ita tenet Angel.in consil.309.numero 5. pro quo est tex. in capitu.sicut de testibus.notat Inno. in c.cùm dilectus. de election.

Limita quintò in confeßione ex causa mutui:quia nõ probat intra biẽnium , nisi aliter probetur vera numeratio,vt per totum titulum.C.de numerata pecu.& per totum.Instit.de literarum obligationibus.

Fallit sextò quando testes producerentur ad probandam confeßionem contra instrumentum celebratum in scriptis cõtinens debitum : quia tunc non omnis probatio cõfeßionis parte pręsente facit plenam probationem: sed est necesse quòd probetur per quinque testes rogatos,juxta formam tex.in l.testium.C. de testib.cum auth. ibi posita.gl.in c.testes.in gl.magna in fi.3.q.9.& ita tenet Matthæ.de Affl.in d.decisi.105.num.4.

Limita septimò quando confeßio fuit facta cum causa:vt si confiteor me debere ex causa mutui: aliàs nõ nocet,licet probetur.glo.in d.ca.testes.in gloss.magna.& est tex.& ibi doc.in l.cùm de indebito.in §.fi.ff.de proba. & dixi in reg.118.

Limita octauò in confeßione prælati:quia non præiudicat ecclesiæ nisi aliter veritas probetur.ita tenet Abb.in c.fi.de præscript.Ioan.Andr.in additio. ad Spec.in rub.de rebus ecclesiæ non alienan.Matth. de Afflic.in decisioni. Neapo.decisio.168.num.4.de quo plene per Felin. in ca. edoceri. de rescript.

Limita nonò quando talis confeßio fieret inter personas prohibitas & suspectas.quia non probat. vnde nõ creditur prelato dicenti se donare seruitoribus propter merita & seruitia quæ ab eis recepit , nisi aliter probetur , vt notat Ioan.Andr. in additio.ad Specu.in tit.de rebus ecclesiæ non alienan.super rub.Bald.in le. iubemus.la 2.nu. 4.versic.si ergo.in 3.colũ.C.de sacrosan.eccle.& similiter quando maritus donaret vxori , vel pater filiæ propter merita.& idem in similibus casibus qui sunt in iure innumerabiles,de quibus per Bart.& docto.in le.post contractum.ff.de donatio.& in le. per diuersas.C.mandati.& in l.si donatione.C.de collationi.in l.1.in §.nec cast. rense.ff de collatio.bonorum. Angel.in consilio ¢.numero 5.pro qua opinione est text.in leg. qui testamentum. & ibi domi.de sancto Georg.numero primo cum sequentibus.ff. de probatio.

Regvla cxx.

Confessio extra iudicium facta parte absente facit semiplenam probationẽ . Hanc regulã ponunt doct. in l.certum.per tex.ibi , in §.si quis absente.ff.de cõfeßis. gl.& ibi Pan.in c.fi.de succeßio.ab intesta. Matth. de Afflict.in decis.Neap.decis.12.nu.2.& in decis.337.nume.6. Bart.& docto. in l.admonendi.ff.de iureiur.Paul.Parisi.in consi.120.nu.4.vol. 1.Hippoly.latißimè in repet.rub.C. de proba.nu.89.& in sing.329.& Aymon in tracta.de antiquitate temporis, parte 1. in parte incip. viso de verbis. fol.34.col.3.nume.45.cum alijs. De iure regio est text.in l.7.titu.13.parti.3.

Hanc regulam amplia quatuor modis, & limita tredecim modis,vt per Felin.in c.si cautio.nu.22. cum alijs,de fide instrum.Octo limitationes ponit Robertus Maranta in tract.de ordine iudiciorum.6.par.rub.de confeßione.num.12.cum alijs,fol.23.

Regvla cxxi.

Confitens se mutuo recepisse pecuniam , nihilominus potest intra biennium opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ,vt in l.in contractibus.C. de nõ numer.pecunia.& in §.1.Institu. de literarum obligat.& de iure regio est text. in l.9.titul.1.part.5.text.in leg.184. Styli . & circa hanc regulam vide Petrum de Vnzola in practica Artis notariatus,in rubr.de exceptione non numeratæ pecuniæ.

Hanc regulam cum 7. limitatio. ponit Bernard.de Luco in reg.249.eam ponit Feli.in ca. si cautio. cum sex ampliationibus,& 7.limitatio.à nume.45.vsque ad num.57. de fide instrumentorum.

Regvla cxxii.

Confessoria & negatoria actio cõpetit pro seruitutibus rusticis & vrbanis . Hanc regulã probat tex. in §.æquè si agat.Instit.de actionibus.

Hanc regulam , vbi eam examinat & limitat quinque modis,ponit Ludou.Gome.in d.§.æquè si agat.à nu.12. vsque ad num.15.

Regvla cxxiii.

Coniunctus admittitur pro coniuncto sine mãdato,dummodò caueat de rato , ꝙ is pro quo agit habebit hoc ratum.Hãc regulam probat text.in l.sed & hęc ff.de procurato.& in l.Pomponius.in fi.eod.tit.& in l.exigendi.C.de procu.in ca. nõnulli.de rescript.De iure regio est tex.in l.10.tit.5.part.3. Circa quam regulam vide Romanum in sing.613.& 650.Io. Baßianum in commento ad consuetu.Aluerniæ,c.4.arti. 1. Marcum Anton.Bauerium in §.pater.nu.37.Instit.de testamento.Nicol.Bellon in consi.26.num.14.Chassanæ. in consuet.Burgund.in titu.{Des droitz.}rub.4.§.5.fol.141.col.2.num.1.cum sequentibus,& notabi.Augustinum Beroum in q.132.per totam.Matthæum de Afflict.in tracta.de iure protomiseos,in rub.num.13.cum sequentib , Catellianum Cottã in Memoralibus iuris:in verbo,coniuncta persona. Sebastianum Vantium in tract.de nullitatibus sententiarum , Rubr.14. Qualiter & quibus modis sententia & processus.pag.360.nu.99.cum alijs.Ripam in ca.cùm M.Ferrariensis.num.60.de constitutio.

Hanc regulam cum 11.limitation. ponit Alex.in l.exigendi.numer.4. C.de procur.Eandemmet regulam cum quinque limitatio.ponit Feli.in ca.coram.nu.3.de officio deleg.eam etiam cum 4.ampliatio.& 17. limitatio. ponit Iaso.in d.leg.exigendi. num.3.quos refert Bernard. de Luco in regula 129.

Amplia primò procedere etiam vt coniunctus poßit agere pro cõiuncto quãdo agitur de libertate , etiam sine

cautione de rato vel iudicato soluendo.vt in l.amplius.cũ duabus sequentibus.ff.de liberali causa.gloss.in l.Pomponius.in §.fi.in verbo,offeram.ff.de procurat.

Vltra quas limitationes limito primò quando coniunctus est præsens: nam tũc non potest comparere sine mãdato.ita concludit Ioã.de Imo.in ca.cùm M.Ferrariensis, nu.40.de const.quem sequitur Alex.de Imo.in l.non solùm.ff.solu.matri.

Limita secundò non habere locum in petitione interpositionis decreti iudicis: Nam coniunctus pro coniuncto non potest petere tale decretum iudicis interponi su per contractu coniunctæ personæ. facit tex.in l.minorũ. C.de prædijs minorum.

Limita tertiò in protestatione: nam coniunctus pro coniuncto protestari non potest sine mandato, ita concludit Felin.in c.cùm M.Ferrariensis. nume.48.de const. facit text.quem ibi ad hoc expressè notat Bald.in leg.tutor.ff.de minorib. quod est verum nisi esset protestatio quæ fieri posiit à quocunque: vt in leg.prohibere.ff.quod vi aut clam.

Limita quartò in causis spiritualibus & beneficialibus, vt est gl.in c.cùm pridem.in glos.1.de pactis.& in d.c.coram.de officio deleg.Hanc limitationem ponunt Feli. & Ias.vbi supra:contra quam tenet expressè domini de Rota in decisione 68,nume.2.in tit.de rescriptis.in antiquis, secundum nouam impressionem: & secùdum antiquam in decisione 324.Spec.in titu.de coniuncta persona,in §.1.num.7.Collectarius in c.nonnulli.de rescrip.nu.15.Lapus in allegatio.60.Cardi.in Clemẽ.q.6.de rescriptis.Roma.in sing.613.Abb.in c.cùm pridem.nume.7.de pactis. & in c.coram.nu.7.de officio deleg.in cap. nonnulli.in §.sunt & alij.de rescriptis. Eandem opinionem Rotæ sequitur Sebastianus Vantius in tracta. de nullitatibus sententiarum.in rub.11.de nullitate ex defectu mandati.pagin.223.nu.130.Ripa in c.cùm M.Ferrariensis. num.60, in fine, de constit.

Et ratio est propter grauitatem præiudicij:& in his in quibus requiritur speciale mandatum non admittitur cõiunctus,pro coniuncto sine mandato:vt est tex.in l.patri pro filio.ff.de minori.notatur in cap.nonnulli. & in ca.ex parte Decani.de rescript. & in alijs spiritualibus non potest sufficienter prouideri per cautionem, vt notat glo.in d.c.coram.Sed de rigore iuris hæc limitatio est verior secundum Iasonem in dicta l.exigendi.num.9. & Felinum in d.capit.coram, numero 6. pro qua opinione est text.in cap. accedens.de procuratori.per quem text. ita tenet Augustinus Berous in dicta decisi.132. Iacobinus de sancto Georg.in d.l.exigendi.nume.21,vbi dicit quòd in practica durum esset tenere cõtra supradictam decisionem Dominorum de Rota. Porro coniunctorum appellatione qui veniant ponit Paul.Parisi.consi.23.num,19. & consi, 49.num.11.vol.2.

Et circa hanc regulam vide 47.casus in quibus de iure requiritur speciale mandatum per Petrum Rebuffum in gloss. concordatarum, in titulo de electionis derogatione. in gloss. in verbo,speciale.pagin.59.column.1.cum 7, sequentibus.

REGVLA CXXIIII.

Coniuncta persona nõ potest recipere solutionẽ pro coniuncta sine mandato:vt probat text.in leg.nõ solum.ff.solut.mat.& in l.2.cum alijs.ff, vt in possessio. legatorum.& in le. qui hominem.§.gener.ff.de solutionib. tenet Alex.in l.exigẽdi.num.12.C.de procur. & Roma. in sing.224.Ripa in capi.cùm M.Ferrariensis.num.60.de constitutionibus.

Hãc regulam amplia duobus modis,& limita quatuor modis,vt per Ias.in d.l.nõ solù.à nu.1. vsq; ad numerũ 8.

REGVLA CXXV.

Coniunctus, consanguineus, vel vicinus, præsumitur scire facta coniuncti, consanguinei, vel vicini. Hanc regulam probat text.in l. octaui.ff. vnde cognati.& in l.de tutela.ff.de in integr.restitutio.mino.in leg.si vicinis.C.de nuptijs.in le. si ita.in fine.ff.de fundo instructo. & in capit.quanto.& in cap. quosdam.de præsumpt.& in cap.nulli.54.dist.& in capitu.qui & humani.12.q.2.Circa quam regulam vide gloss.in cap.paratus.in verbo,nescire. 23.q.1.Docto.Legistas in l.1.ff.si cert.petatur.& in l.2.c. qui admitti.Canonistas,præcipuè Abb.in cap.1. nume.2. de restit.spoliato.Alex.in consilio 113.numero 12.volu.2.Soci.in consilio 187.numero 22.volumi.2. Philip.Decium in consilio 29.nume.8.volumine primo.& in consilio 206. volumine 2. Hierony. Gratum in consilio 25. numero 7.& in consilio 51.numer.4.volum.2.Felin capitu.literis.numero 2.de præsumptio.Ias. in leg.is potest. numero 63.ff.de acquirenda hæred. & Purpura. in leg.1. numero 9.cum alijs.ff.si certum petatur. ibi Marcum de Mantua in secunda lectura,numero 70. Quis autem propriè dicatur vicinus probat text. in lege.1. in §.eo autem loco.ff.ad Syllania. vbi dicitur quòd ille dicitur vicinus, cuius vox audiri potest. Hanc regulam ponit Soci.cum duabus limitationibus in reg.71.& Feli. limitat eam quinque modis,& in d.ca.literis.numero 5. vsque ad finem,de præsumptio.

Vltra quos amplia primò: nam vbi est maior consanguinitas,vel vicinitas,ibi maior scientiæ præsumptio fit. ita loquitur tex.in d.l.octaui.ff.vnde cognati.& in d. capi. quosdam.de præsumptio.

Amplia secundo, etiam si materia sit pœnalis:secundũ Bart.in l.dominus horreorum.in fine principij. ff.locati. Specu.in tit.de emptio. & venditio.in §.nunc dicendum est.de rescindenda venditione.nu.30.in fi.facit tex.in l.si filium.C.de libera.causa.

Limita primò procedere tantummodò in his quæ concernunt iura sanguinis & processum naturę.ita Angel.de Perusio in l.quoniam.C.de iure delibe.quem sequitur ibi Iacob.de sancto Geor.nu.2.

Limita secundo dummodò vicinus seu consanguineus absens diu non fuisset:quoniam tunc non præsumitur scire facta vicinorum.ita tenet Bartol. in leg. is potest.in 5.colum.ff.de acquirenda hæredit. quem sequitur ibi Ias. num.63. Alexãd.in leg. Lucius.in §. Titius.ff.de liber.& posthum.Marcus de Mantua in l.1.in 1.lect.nume.61.ff. si certum petatur. & ibi Purpuratus nume.122.facit text. in capit. cum in tua.& ibi Abb.in 2.notabi.qui matrimo. accusa.possunt.

Limita tertiò in affine vel vicino nouo.argu.text.in l. qui cum vno.in §.fin.ff.de re milita. & de vicino videtur tex.in d.c.paratus.in versi.nec Paul.23.q.1.ita tenet Purpura.in d.l.1.num. 126.

Limita quartò procedere duntaxat vsque ad gradus iuris ciuilis.per tex.in l.octaui gradus.ff.vnde cognati.Bald. Nouellus in tract.de dote,in 11.part.1.partis principalis, in tract.priuilegij dotis putatiuæ:in priuilegio 1. num.8. ver.sed circa ignorantiã iuris.col.14. quem sequitur Marcus de Mant.in d.l.1,in 1.lect.nu.63.

Limita quintò non habere locum in filijs qui sunt sui hæredes,& in quos dominium rerum paternarum continuatur,ita vt quodam modo domini etiam viuo patre cẽseantur:vt in l.in suis.ff.de liberis & posth.tamen nõ præsumuntur scire contenta in testamento patris.vt in l.eius qui in prouincia.in fi.ff.si certum petatur.& ita vult sentire Bar.in l.sed si plures.in §.ad substitutos.ff.de vulg. quẽ sequitur Iacobinus de sancto Georg.in d.l.quoniam.in fine.C.de iure del b.

REGVLA CXXVI.

Comparere per procuratorẽ potest qui tenetur venire ad Synodũ. Pro qua regula facit tex.in c.fi. de his quæ fiunt à præla.& ita tenet ibi Imo.Facit etiam text.in c.episcopus ad Synodum.18.distinct. & licet illa iura loquantur in debentibus venire ad Synodũ prouincialem, tamen

tamen idem videtur dicendum in Synodo episcopi: quia de vno ad aliud sæpe arguunt doctor. Pro qua opinione est pulcher tex. in l. diui. circa medium. ff. de iure patrona. quam opinionem tenet Franc. Curt. in repet. l. admonendi. colū. 22. ff. de iureiur. Panor. in c. bonæ. el 2. de postula. prælato. col. 2. Barba. in repe. c. Raynutius. co. 54. de testa. Præposi. in cap. si vir. col. 1. de cognitio. spiritua. Corset. in singu. in verbo, opinio. Henricus Bothæus in tract. de Synodo episcopali. in 2. part. numero 43. Pro qua opinione facit: nam citatus simpliciter non tenetur comparere personaliter, sed potest per procuratorem comparere: vt in capitu. penulti. & ibi Panorm. in 2. notabili, de iuramento calumniæ. notatur in capitu. 1. de iudic. lib. 6. sed nullibi reperitur quòd supradicti teneantur comparere personaliter: ergo, &c.

Primò fallit quando essent citati vt personaliter veniat ad Synodum. probat gl. 2. in d. c. fi. & ibi Abb. in 1. col. de his quæ fiunt à præla.

Fallit secundò in curatis qui rationem reddituri sunt in his quæ faciunt, vt habeant curam animarum: vt in ca. quod super his. de maiori. & obedient. & ibi Io. Andræ. & Cardin. in 3. oppositio. Imol. & Panorm. in 1. notabili. probatur in capitu. quando. & ibi docto. 38. distinct. nam isti non possunt comparere per procuratorem: argumento text. in cap. pastoralis. de iudicijs. gloss. in c. 1. de confessis. libr. 6.

REGVLA CXXVII.

COMPOSITIO inter personas ecclesiasticas, vt decimæ vni curato debitæ alteri soluantur, valet, vt in c. 2. de transact. & in c. de decimis. in fine, eod. tit. vbi Papa dicit, soluatis vel cum ipsis amicabiliter componatis. & sic compositio approbatur ibi à Papa, & hoc tenet ibi Abb. Ratio est, quia cùm decimæ Clericis sint reseruatæ, nō refert quis ipsorum habeat vel quæ ecclesia. tradunt doct. in c. ex multiplici. de decimis. & ita tenet Carol. Ruynus in consi. 142. nu. 13. vol. 3. Circa quam regu. vide Barb. in c. fi. nu. 4. de rerum permutatione.

Limita primò nō procedere in decimis personalibus. Ratio est, ne detur accusatio vacationi & audiendi diuina extra ecclesiam parochialem: contra text. in capitu. 2. de parochijs. ita tenet Collectarius in cap. Apostolicæ. de decimis.

Limita secundò, etiā si ageretur vt monachi haberent totam prædialem decimam vnius parochię, vel alius curatus: nam tunc si curatus victum sufficientem non habet, eò ҫ ei desint decimæ, aget ad congruam portionem: vt in c. de monachis. de preben.

Limita tertiò non procedere nisi causæ cognitio interueniat: debet enim superior examinare an talis compositio expediat ecclesiæ: aliàs cōpositio nō valebit: quia est alienatio in qua hæc inquisitio fieri debet, vt in c. fine exceptione. 12. q. 2. gl. in c. 5. de rebus ecclesi. non alienand. facit text. in c. 2. de transact.

Limita quartò nō procedere nisi interueniat consensus episcopi vel superioris, vt suprà dixi: & sic non valet cū cōsensu inferioris, videlicet Abbatis, Prioris, seu alterius: vt in c. placuit. 12. q. 2. & in d. c. fine exceptione. & in c. Abbatibus. eadem causa & q. & in ca. cum apostolica. de his quę fiunt à prælato. vbi dicit non requiri capituli consensum, sed episcopi tantùm: licet in vera alienatione cōtrarium sit: vt in ca. fine exceptione. 12. q. 2. & cùm decimæ sint cibus clericorum, proinde sicut de alimentis futuris non potest transigi fine iudice, vt in leg. cùm 2. ff. de transact. ita nec decimis: vt tenet Ancha. in c. cùm homines. col. 2. eod. titul. & episcopi præsentia loco iudicis habetur. quod est verum nisi inferior haberet iurisdictionē quasi episcopalem: glo. in Clem. 1. in verbo, proprij. de rebus eccle. non alienā. in c. significasti. de foro competent. quia tunc cum autoritate illius valeret compositio. & si fuerit facta sine episcopi vel superioris cōsensu, mortuo eo qui eam fecit, successori non præiudicat: vt in c. de cętero. & in c. veniens. de transactio. in ca. ad hæc de officio vicarij & hoc super futuris decimis: secus de preteritis: gl. & doct. in ca. vt super. de rebus ecclesiæ non alienand. Dec. in ca. venerabilis. in 4. notabili, de confirmatio. vtili vel inutili.

REGVLA CXXVIII.

COMPROMISSVM annullatur per mortem alterius compromittentiū: vnde non transit ad hęredes. Hanc regulam probat text. in c. fi. de arbitris. & in l. diem profer re. in §. 1. & in l. si interpellatur. ff. de arbit. Circa quam regulam vide Spec. in tit. de arbitris. in §. finitur. versic. item morte. numero 2. Barto. in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulga. & in l. si quis arbitratu. ff. de verb. oblig. Baptista de sancto Blasio in tractatu, de arbitris. q. 1. Lanfrancus in tractat. de arbitris. in 3. q. 4. quæstionis principalis. Anto. de But. in c. Quintauallis. nu. 23. de iureiu. Maria. Soc. Iunior in consi. 66. nu. 9. vol. 1.

Amplia primò procedere etiam si in causa conclusum sit: nam in instantia compromissi ad hæredem non transit. ita tenent Barto. Bald. & Alberi. in dicta l. diem proferre. post Innoc. in capi. ex parte. de Arbitris. Abb. in d. ca. fi. de arbitris. vbi post Anton. ponit rationem huius regulæ, quare compromissum extinguatur & non transeat ad hęredes: dicens quòd est, quia arbitrium est stricti iuris, & non extendibile nisi exprimatur: quod secus est in iudicio, vt in capit. cùm dilectus. de arbitris. & ibi Abb. ponit alias rationes.

Amplia secundò, etiam si compromittens per stipulationem promiserint facere compromissum in vnum vel in plures vsquequò causa expediatur: nā si alter mortuus fuerit, hæredes non possunt compelli ad compromittendum. nam si expirauit compromissum iam factum, ergo & promissio de compromittendo: quia nō debet esse maioris efficaciæ quo ad transmittendum in hæredem spes compromissi faciēdi resultās ex dicta promissione, ҫ̄ sit ipsum compromissum iam factum, ita per plura fundamenta consuluit Paul. de Castro in consil. 31. numero 4. volum. 2.

Amplia tertiò, etiam si alter ex compromittētibus ingrediatur monasterium: quia tunc etiam annullatur compromissum: argu. text. in l. Deo nobis. C. de episcop. & cleric. & in Authen. ingressi. & in Auth. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccles. ita concludit Baptista de sancto Blasio in tract. de arbitris. q. 53.

Amplia quartò, etiam si alter ex compromittentibus esset mortuus ciuiliter: nam tunc annullatur compromissum, & nō trāsit ad heredes. ita concludit Baptista de sancto Blasio in d. trac. de arbitris. in d. q. 53. Aegidius de Bellamera in d. c. fin. nu. 1. de arbitris. Quod tamen intelligo verum si bona morientis ciuiliter sint publicata, seu confiscata, ita vt fiscus habeatur loco hæredis: per tex. & glo. in l. inter eos in §. fi. ff. de fideiussori. & in le. quoties. ff. de nouatio. quod habetur in §. relegati. Instit. quibus modis ius patriæ potesta. solui. ita tenet Io. de Imo. in d. ca. fi. nu. 7. in fin. de arbitris. Facit pro hoc quod notat Bart. nu. 14. in d. l. si quis arbitratu. in fin. ff. de verb. oblig. vbi tenet & determinat in compromisso facto in arbitratorem, vt stāte banno, publicatione bonorum annulletur compromissum. quem sequuntur ibi Alex. Romanus, Iason, & Soci. asserentes hāc esse communem opinionem. Quòd si hoc procedit in arbitratore, quanto magis dicendum est in arbitro cuius cōpromissum faciliùs annullatur: vt notāt doctor. in d. l. si quis arbitratu.

Amplia quintò procedere quandocunque pro vna parte compromiserunt, si vnus ex illis moriatur & res erat indiuidua, tunc finitur compromissum. ita concludit Albertus Galeotus in tract. de arbitris. versi. antepen. quem sequitur Io. And. in addit. ad Specu. in tit. de arbitris. in §. finitur. nu. 2. eādem opinionem sequitur Ang. de Perusio

in consi.248.num.1.in fine. pro qua opinione est gl. in l. diem proferre.in §.1.in verbo, morte.in fine.ff.de arbitr. quam sequuntur ibi Bar.Bald.& doct.& hanc esse comunem opinionem tenet expressè Maria.Soci. Iunior in d. consi.64.num.12.vol.1.

Limita primò nõ procedere si in compromisso dictũ sit per partes quòd compromittunt pro se & hæredibus suis.quia tunc non finitur morte, sed transit ad hæredes, vt probat tex.in d.l.si.de diem proferre.in principio ita tenet Spec.in ti.de arbitris. in §.finitur, num. 2.Abb.& alij.doct.in d.c.fi. Bald.in consil.102.volum.3. Bar.& alij.in d.§.1.Hyppolytus in singu.54. Maria.Soc. Iunior in d.consi.66.num.7.volum.1.Quod tamen intelligo verum quando ab vtraque parte ex compromittentibus compromissum sit pro hæredibus:secus tamen quãdo vna pars tantum de hærede mentionem fecit:nam tũc nõ comprehenduntur hæredes.text.est in l.sed interpellatur.in §.si ab altero. ff.de arbitris. & ibi Bartol.& Bald. Henricus Bohic in dicto ca.fin. numero 1.de arbi.Ratio est,quia non debet compromissum claudicare, secũdum Bald.in capit.vno delegatorum.& ibi Barba.nume.24.de offic.delega.

Limita secundò quando post compromissum est lata sententia:nam et si moriatur compromittens, hæres eius succedit in emolumenta vel damna:quod ex sentẽtia cõtingit.argu.text.in d.l.e.diem proferre.in principio.ita tenet Spec.in tit.de arbi.in d.§.finitur.num.3. Henric.Bohic & Abb.in d.c.fi.de arb.idem Abb.in ca.ex parte.de arbitris.

Limita tertiò quando per capitulum vel vniuersitatẽ esset factum compromissum: nam tunc si aliqui de capitulo vel de vniuersitate deficiant, & alij subrogentur:attamen compromissum tenet. ita probat tex. & ibi hoc tenet Ang.& Paul.Iacobi.de sancto Geor.in l. proponebatur.ff.de iudicijs. & ita determinat Dinus per illum textum in l.si grege.ff.de leg. 1.allegat etiam tex.in §.si grex. Institu.de legat.& ita etiam tenent Bal.Paul. & Imola in d.leg.si grege.

Limita quartò quandocunque prælatus sub nomine dignitatis compromisit:quia tunc trãsit ad successorem eo mortuo.tenet Aretinus per tex.ibi post Anto. & Abb.in c.præsentata.nume.6.de testib.in 1.not.Quod tamen est verum quandocunque compromissum est factum de rebus ecclesiæ: nam tunc præsumitur factum nomine ecclesiæ, & durat:secus si respiceret vtilitatem canonicorũ vel alicuius de vniuersitate:nam tunc mortuo aliquo ex ipsis expirat compromissum.ita tenet Aret.in d.c.præsentata,Ang.& Bald.in d.l.si grege.ff. de lega.1.& notatur in c.querelam.ne præla.vices suas.

REGVLA CXXIX.

CONSTITVTIO vel dispositio ignorantes nõ ligat. Hanc regulam probat tex.in c.in lectum.34.q.2.in c. si verò.el 2.de sent.excommu.bonus text.in l.si ignorãs, iuncta gl.ff.loca.Hanc regulam ponit Panor.in consil.35. num.2.vol.1.Roma.in consi.473.num.1.Signorolus de Homedeis in consi.134.nu.2.Ioan.de Anania,& ibi Ludouic.Bologninus in addi tio. in consi.72.Hierony.Gratus in consi.151.nu.9.vol.1.Albertus Brunus in consi.20. nu.2.Philippus Dec.in consi.63.nu.5.Philip.Corn.in cõsil.centesimosextò, nu.10.vol.3. Paul.Parisi.in consi.49. numer,2.vol.4.

Ampla primò vt procedat si lapsum fuerit tẽpus duorum mensium à tempore promulgationis : quia nihilominus probata ignorantia excusatur, vt probat text. in c. proposuisti.in fine.82.distinct.glossa.in c.2.in verbo,ante prohibitionem.in fine. de constitutio. Facit quod notat Anchara.in Clem.1.nu.13.de rebus eccles.non alienand. vbi concludit quòd quando statutum est antiquum & insifitatum,licet sit inclusum in volumine statutorum, quia tamen iustè ignorari potest non ligat ignorantes, & valet actus contra tale statutum factus : quem sequitur Hippolyt.in consilio 49. numero quadragesimonono.

Ampla secundò vt procedat etiam in sententia generali quæ non ligat ignorantes, vt concludit Philip. Francus in c.2.nu.5.de constit.lib.6.per gl.in c.à nobis.el 1.de sen ten.excommunic.

Ampla tertiò,etiamsi ignorans fuerit in leui vel leuissima culpa.ita concludit Philip. Dec.in c.3.in 2.lectu. nu. 34.de constit.facit quod ante eum notat Cinus in l.edata opera.C.qui accusare non possunt.

Limita primò hanc regulam vt non procedat in l. habente clausulam decreti : quia illa ligat etiam ignorantes, vt in c. 1.in §.adijciebat.de confessio.præben.libr.6.& in c.si postquam.de præ ben. eodem libr glo.in c.si eo tempore.in verbo ignorãter.de elect.lib.6.Contrarium tamẽ tenet Cardi.in Clem.1.q.18.de elect.Io. Crottus in repe. l.omnes populi.col.26.in prin.ff.de iusti.& iur.& in ca.2. in 1.limitat.ad 3.notabile,de constitutio. libr.6. Mouentur, quia sicut de natura legis est vt non liget ignorantes, & hæc conditio tacitè inest in lege:ergo etiam tacitè inerit in clausula Decreti.facit gl.in verbo, Fauiar.a.in l.si patronus.in §.patroni.ff.si quid in fraudem patro. & quod per eam not.Cur.Iun.in consi.74.nu.18. & tenendo hãc opinionem ad iura suprà allegata responde vt per Cardinalem,& Ioannem Crottum vbi suprà.

Limita secundò vt procedat quando agitur de damno vitando:secus si statutum auferat lucrum alicui,quia tale statutum comprehendit etiam ignorantes. ita tenet Ioa. Crotius in repet.l. omnes populi. col.27.versi.2.conclusio.ff.de iusti.& iure.Quę limitatio videtur directò contra doct rinam Bart.in l.auunculo.in fine,num.4.ff.de cõdictio.sine cau.vbi tenet quòd habẽs iustam ignorãtiam excusatur à pœna quę cõsistit in amissione lucri:& ideò credo quòd Ioa. Crotius voluerit aliter loqui,scilicet in casu in quo statutum affert lucrũ: quia tale statutum comprehẽdit etiam ignorãtes in eorum commodum: vt est glo.in pen.C.de decurio.lib.x.quem ad hoc notat Ancha.in ca. cognoscẽtes.nu.7.de cõstit.allegat notata per Inn.& doc. in c.cùm in cũctis.de concessio.præbend.

Limita tertiò vt nõ procedat quando ignorantia esset iusta:secus si esset crassa, supina, & affectata,vt plenè declarat Ioan.Crottus in d.ca.2.in 4.& vltimo notabili,de constitu.lib.6.

Limita quartò vt nõ procedat quando lex imponeret nouam pœnam super actu à lege veteri prohibito : quia talis lex etiam comprehẽderet ignorãtes.vt tenet Dec.in d.c.2.in 1.lectu.nu.35.de cõstit.in contrarium tamen facit tex.in le.item apud Labeonem.in §.si quis virgines. ff.de iniurijs.& in c. si verò.el 2.de sent.excommu.de cuius veritate vide Io.Crottum.in d.c.2.super glo.in verbo ignorantes.de constit.lib.6.Hierony. Gratum in consil. 49.num.39.vol.2.

Limita quintò vt procedat quando sumus in casu dubio:secus si vbi certum esset quòd lex volu:t comprehendere ignorantes.vt est gloss.in Clem.2.de hæreticis.ita tenet Dec.in d.c.3.in 2.lectura.nu.34.

Limita sextò vt licet ignorans excusetur à pœna ordinaria,tamen ignoranti ad cautelam imponitur pœna. vt probat tex.iuncta glo.ibi in c.in lectum.34.q.2. & ita per illum tex.tenet Deci.in d.c.cognoscentes. in 2.lectu.nu. 33.de constit.

Limita septimò vt procedat vbi lex procedit imponẽdo pœnam pro culpa:secus si lex procedat inferendo dãnum ex causa sine culpa : quia talis lex etiam ignorantes ligat, vt tenet Ange. in l.1.in princ.ff.si quis omissa causa testamenti.quem sequitur Dec.in d.c.2.in 2.lectura, nu. 33.de constit.

Limita octauò vt nõ procedat in sentẽtia speciali quæ ligat etiam ignorantes.vt tenet Philip.Fran.in c. in animarum.nu.5.de constit.lib.6.allegat tex.in c.ad Apostolicæ, de cleri.excommu.

Regula

Regula CXXX.

CAPITVLVM, quamuis pactum, de pactis, lib. 6. limitatur per Soci. in reg. 150. 36. modis. quem tex. limitat, vbi notabiliter tractat materiam Matthæus de Afflictis in c. si quis inuestierit. de feudo dato in vicem leg. cōmissoriæ, in vsibus feud à nu. 20. vsque ad numerum. 43. vbi limitat eum 16. modis, & ibi per totum tractat materiam, & istum tex. limitat Paul. de Cast. in l. Paulus. §. j. ff. de acqui. hæred. idem Paul. in l. j. in §. inde Neranus, & ibi Ripa. ff. ad Treb. Octo limitationes ponit Rom. in l. qui superstitis, nu. j. vsque ad septimum. ff. de acquiren. hæred. Et circa materiam huius tex. & eius intellectum, & alias limitationes quæ in varijs locis ponuntur, vide vltra loca ordinaria, scilicet doct. in l. pactum quod dotale, & in l. fi. C. de pactis, & in l. pactum quod dotale, C. de collatio. vbi Romanus notab. nu. 10. cum alijs Bartol. & doct. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obli. in Auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vend. & c. cum contingat. de iureiur. vbi Alciat. nu. 66. & vltra alia loca & remissiones quæ ponit ipse Matthæ. de Afflictis. vbi supra, nu. 42. vide Doct. in l. 22. Tauri. notabiliter Cor. in cons. 291. num. j. cum alijs, in 4. volu. Fortu. Garsia, in tract. de vltimo fine iuris cano. & ciuil. nu. 304. cum sequen. Ioan. Crottus. in repetit. l. frater, à fratre, col. 16. fallen. j. ff. de condict. indeb. Philip. Dec. in cons. 180. num. 3. & in consi. 181. num. j. cum alijs, & in consil. 184. & cōsil. 396. num. 3. & in consilio 475. num. 5. sequent. & in l. fraudis interpretatio. num. 2. & 3. ff. de reg. iuris. & in c. causam matrimonij, num. 23. de offic. deleg. Feli. in c. j. nume. 6. de iureiur. Francisc. de Ripa in l. j. nu. 69. ff. de vulg. & notabiliter in lege, si vnquam. in princ. num. 9. cum sequen. C. de reuoc. donat, vbi latissime Tiraquel. in princ. num. 150. cum sequentibus, Pala. Rubi. in repetit. Rubri. de dona. §. 64. & latissimè Rode. Xuarez in repeti. l. quoniam in prioribus. in 4. limitatione, nu. j. cum alijs. fol. 70 col. 4. C. de inoffic. testam. Montaluus in l. fi. tit. 11. libr. j. fori. in glo. fi. & in l. 9. tit. 6 lib. 3. fori. Matth. de Afflict. in decis. Neapolit. decis. 322. num. 11. Gomez, in §. item si quis in fraudem, num. 2. Instit. de actio. Chassanæus, in consuet. Burgund. in titu. {des droiz.} rub. 4. §. 7. fol. 165. colum. 3. num. 8. in titu {des succesions. rub. 7. & 11. fol. 273. col. a. num. 34. Guliel. Benedict. in repet. cap. Rainutius. in verbo, duas habens filias, num. 190. cum alijs. Paulus Parisius in consil. 26. nume. 77, volumine 3. Zasius, in consil. j. volumine. 2.

Regula CXXXI.

COnfirmata ea quæ sunt iuri contraria, non intelliguntur per simplicem confirmationem. Hanc regulam, per illum textum ponit Bald. in c. j. in principio. num. 2. per quos fiat inuestitura in vsibus feudorum. allegat notata in l. j. ff. de his qui sunt sui vel alieni, iur. vbi notatur, quod illa regula quæ dicit quod quicquid acquirit filius, acquirit patri, intelligitur de acquisitione iusta, & nō iniusta, idē tenet idem Bald. in d. l. j. allegans text. in l. diuus. in §. sed nec. ff. de falsis, facit text. in l. quod seruus. ff. de acquirenda possessio. notat idem Bald. in l. j. ff. de constitu. princip. vbi allegat notata in l. 2. C. de diuersis prædijs. lib. 11. idē Bal. in l. cum oporteat, col. 3. C. de bonis quæ liberis. vbi dicit ita tenere Cinum. Pro quo facit, nam in confirmatione ea iura intelliguntur confirmari quæ valida erant tēpore confirmationis, vt in l. Aurelius. §. testamēto. ff. de libera. lega. & in l. si quis priore. ff. ad Trebel. quæ iura allegat Alberi. in tract. statuto. q. 21. & hæc regula probatur in l. 2. C. de fundis & salibus rei domini. lib. 11. De iure canonico probatur in c. ad nostram, de confirmat. vtili. vel inutili.

Fallit primo nisi princeps ex certa scientia confirmasset actum nullum, vel infirmum, nam tunc confirmatio supplet omnem defectum. ita tenet Innoc. in c. j. de confirmat. vtili vel inutili. & ibi glo. Bal in dicto capitu. j. per quos fiat inuestit. num. 2. allegat in argumento tex. in dicta. l. Aurelius, in §. testamento, idem tenet Imola. in l. quidam consulebant. ff. de re iudica. notatur in cap. si motu proprio. de præbendis. in 6. facit quod notat Iason, in l. j. num. 3. ff de constitut. princip. in l. fin. num. 12. ff. de pactis. tenet Curtius Iuni. in l. hæres absens. in princ. nume. 16. ff. de iudic. Quam limitationē intelligo veram si prædicta confirmatio facta super re inualida ex certa scientia sit facta cum causæ cognitione & citatione partis: alias secus. tenet Innoc. in d. c. j. num. j. de confirmatio. vtili, vel inutili. Spec. in titul. de legato. in §. nunc ostendendum. num. 14. Archidiac. in c. Cenomanensem. num. j. 56. distinct. Ludouicus Romanus in singula. 419. pro quo facit quod posui in regul. 43.

Fallit, secundo nisi papa confirmaret factum proprium secundum Bald. in d. c. j. num. 2. per text. in l. legata inutiliter ff. de legat. 3.

Limita tertio nisi in confirmatione esset clausula, confirmamus, & de nouo concedimus, de quo per Andr. de Isernia in c. j. de Vasallo decrepitæ ætatis. in vsi. feudorū, doct. in c. inter dilectos, de fide instrumen. sed an & quando ille qui confirmat videatur de nouo dare, vide singularem distinctionem Cini in l. & quia. quem refert & sequitur Bal. ibi ff de iurisd. omn. iudic.

Limita quarto, quando peteretur confirmatio à domino qui teneret & possideret feudum quod petitur confirmari, quo fuit spoliatus pater petentis confirmationem, tunc talis confirmatio per quam restituitur possessio videtur noua traditio feudi. & hoc per tex. in l. 3. in §. Nerua filius. verbo, nancisci, ff. de acqui. posses. secus quando possessio esset vacans tunc dicitur continuari, secundum Abb. in c. cum venissent. de resti. in integ.

Fallit quinto quando confirmatio fieret à successore, qui non tenebatur confirmare feudum quod ipse dominus possidet, nam tunc confirmando dicitur noua concessio argum. l. si ante. ff. ad legem Falci. & in l. stipulatio ista, in §. si quis ita ff. de verbor. obligat. & in l. si cum vno, ff de except. rei iudic. ita tenet Oldra. in consil. 178. num. j. Io. de Imol. in c. inter dilectos de fide instrumen. nu. 24. vbi tenet quod quando successor potest primam inuestituram reuocare, tunc confirmando dicitur de nouo concedere, quem sequuntur ibi alij Doctores.

Sexto fallit, nisi priuilegium confirmationis, quædam confirmaret, & quædam infirmaret, argumen. tex. in l. tribunus, in §. vlti. ff. de testam. milit. ita tenet Bal. in d. c. j. nume. 2. per quos fiat inuestit.

Sed supra dictę limitationes in minore nō vēdicant sibi locum, quia tunc talis cōfirmatio dicitur potius noua cōcessio, quā minor facere non pōt vt in d. c. j. maior aūt qui habet legitimam administrationem bonorum suorū bene posset ex certa scientia facere confirmationem iurium inualidorum, vt in iuribus, supra alleg.

Regula CXXXXII.

CONSORS sine mandato potest agere & excipere pro consorte. Hanc regulam probat tex. in l. 2. C. de cōsortibus eiusdem litis, & circa hanc regulam vide Nicolaū Bellon in consi. 26. nu. 5. & 6.

Hanc regulam cum quattuor limit. ponit Bernar. de Luco in regu. 135. referendo se ad Felin. in c. cum M. Fer. nu. 8. de constit.

Eandem regulam cum quinq; limit. ponit Fran. de Ripa in d. c. cum M. Ferrariensis. nu. 53. de constit.

Regula CXXXIII.

COnstitutiones, leges, vel canones facti per verba generalia dicuntur generales. Hanc regulam ponit Philip. Decius in c. j. in j. lect. num. 28. de constitut. Ratio huius regulæ est quia vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, vt in l. de pretio, ff. de publicia. & in l. 3. in §. si liber homo. iuncta glo. in verbo, accepisset. ff. de condictio. ob causam & lex ædictalis, appellatur generalis, vt in

l. hac

l.hac edictali, C.de secund.nup.secundum Matth.de Af flict.in consti.Neapolit.lib.j.Rub. 82.nu. j.

Amplia primo vt procedat etiam si esset aliqualis ratio dubitandi an lex sit generalis, vel non, quia solemus dicere q lex simpliciter facta comprehendit omnem casum, dato, q in vno sit maior ratio quàm in alio, vt in l. j. in §. quod autem.ff.de aleato. in l.in fraudem in §.fi.de testam. militis. & in l.j.in §.generaliter.ff. de leg.præstan.bonus. text.quem ad hoc ponderat ibi Galiaula in prin.in l.j. in §.fi.ff.de verbor.obligationibus.

Amplia secundo vt procedat etiam si talis lex ita generaliter intellecta contineret rigorem & esset dura, vt est tex.in l.prospexit.ff. qui & a quibus.

Amplia tertio, etiam si lex sit solum generalis in fine, & specialis in principio; vt est glo.in Rub.C.etiam ob chirographariam pecuniam pignus retineri posse, & ibi Albericus.

Amplia quarto vt procedat etiam si lex sit solum generalis in sui præfatione & initio, quia licet loquatur, postea per verba specialia, tamen tota lex erit generalis, vt probat text.quem ad hoc ibi ponderat Bar. in l. regula. in §. fi.ibi nam initium constitutionis. & de iuris & facti ignorantia.ita tenet Philipp. Dec.in c.j. in j.lectura, nu. 35. de constit. Curt. iun. in cons.185.nu. j.facit quod notat Signorolus de Homodeis in consil.6.nu.6.

REGVLA CXXXIII.

Consuetudo ecclesiæ.vt Canonici si nō resideant percipiant fructus beneficiorum suorum, valet. Hanc regulam probat tex. & ibi Abb. in j. notabili, in c. cum omnes.de constit. & per illum tex. tenet glo. in c.dudum, el 2.in verbo, retinere.de elect. Eandem opinionem tenet, glo.in c.gratia in verbo, de iure de rescriptis.lib. 6.glos. in c.conquerente, in verbo, deseruiat.de clericis non residi. & sic per supra dicta tenet Panor.in ca. extirpandæ.in §, quia vero, nu. 19.& 31. de præbend.& in consil.96.num. 2.volu.2.in medio.Federic.de Senis, in consi. 246.nume. j.Io.de Imo.in c.quia nonnulli num.6.de cleric.nō resid. & ita concludit Rochus de Curte in c.fi.nu. 500.de consuetu.Io.Selua in tractatu de beneficio.in 4.parte, nume, j.quæst. 2.& circa hanc regulam vide Paulum Parisium, in consil. 32.volumine.4,

Amplia primo habere locum in statuto de non residendo, quia valet statutum permittens licentiam non residēdi, vt est glo.in d.c. gratia.in verbo, retineri,

Amplia secūdo etiā si in fundatiōe sit expressum quod fundator dotabat Capellam & donabat presbytero eligendo pro Missis ibidē celebrandis.ita tenet Lapus in allegatione 37. num.2. in titu.de præbend.quem sequitur Io. Selua in dicta 2.q.nu. 5,& sic procedit etiam si ex ordinatione testatoris ecclesia deberet conferri vni vt ibi quotidie celebraret, quia valet cōsuetudo vt per aliū celebret.

Limita primo non habere locum in beneficio curato, vt tenent Archidiac.Geminia,& Præpositus in c.sacerdotibus.31,distin.idem Dominicus in c.fi.nu. 8.de rescript. lib.6.Abb.in d.c.quia vero nu.32,Feli. in c.cum olim.nu. 33.de constitut. & ibi Philippus Dec.in 2.lectura,num. 6.Io.Selua in d.2 quæst.nu.Francisc.de Ripa in libr. j. responsorum cap. 14.numer.33.facit tex. in c.licet Canon, de electio.libr.6.sed iusta ex causa episcopus potest dispēsare cum curatis vt deseruiant per substitutum, vt d.c.licet Canon. in fine,& in cap. cum ex eo.de electio,lib.6. de quo vide Franciscde Ripa in cap.cum M.Ferrariensis, num. 39.de constit.

Porro centum septuaginta & vnum casum, in quibus, episcopus potest dispensare cum clerico de non residendo in suo beneficio, ponit Io.Selua in tract.de benefi.in 4 parte, quæst.7.per totam.

Limita secundo in ecclesiis cathedralibus seu canonicalibus, quando ecclesia pateretur defectum in ministris.ita concludit Feli. in d.c.cum omnes, nu.33.per not. in d.§. quia vero & in cap. peruenit, el 2.de appell. quem sequitur Io. Selua in d.2.quæst.num.8.

Limita tertio quando talis consuetudo præberet occasionem vagandi, vt quia permitteret quem sine causa se absentare à beneficio. ita Innoc.in c.ex tuæ.nu.3.de cleric.non resid.& ibi Anch.& Doct. Io.de Imol.& Philip. Deci. & Feli.nu.33.in d.c.cum omnes.de constitu. Ioan. Selua in d.nu. 8. Abb.in d.§.quia vero num.32. & sic talis clericus, potest reuocari ad residentiam, & si nō redierit, priuari beneficio.facit text. in c. finali de regular.

Limita quarto qn̄ consuetudo esset sine aliqua iusta & rationabili causa, ita Deci.in dicto cap.cum omnes, num. 5.in 2.lectu.Sylvester in verbo, residentia, 2.q. facit quod not. Bald.in d.c.cum omnes, nu.9.quod consuetudo hæc debet intelligi de absentia ignominiosa vel dissoluta.

Limita quinto in beneficijs regularium etiam manualibus & sine cura, vt est tex.in Clemen.ne in agro. in §.si ne el 2.de statu monachorum.nisi dispensetur causa studij, vt ibi dicitur.

Limita sexto non procedere in distributionibus quotidianis, quia non valet consuetudo q clericus non residens illas percipiat: vt est tex.& ibi glo.in c.j. de clericis, non resid.lib.6.facit etiam tex.in c.de cetero, & ibi Doc. de cleric.non resid. vbi dicitur, q illi, qui finguntur residere, si non residēt nō percipiunt distributiones quotidianas, & ita notabiliter tenet Paul:Paris.in cōs.33.nu.j.cum seq. volu.4.& in cōsi, 32.nu.6.eod.volu. ponit quæ proprie dicātur distributiōes, quotidienæ.Et sic licet aliquis sit priuilegiatus, vt percipiat fructus sui beneficij nō residēdo, tamen nō percipiet quotidianas distributiones, & ita tenet Feli.in c.Iacobus, nu.j.de simonia.

REGVLA CXXXV.

Consvetvdo laicorum nō ligat clericos.Hāc regulam ponit Cinus in l.2.ad fi.C.quæ sit longa cōsuetu. Abb.& Cano.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.de cōstitu. Dominic.in c.j.de iureiur.lib.6. Baptista de Sancto Seuer. in repet.l.cūctos, populos, 85.versi.tertia conclusio Bartoli est.C.de summa trini. & fide cathol. Anto. de Butr. in Rubr.de cōsue.nu.3.& 12.Ratio huius regulæ est, quia iurisdictio spiritualis,& temporalis distinctę sunt & diuisæ, vt in c. celebritatem.de consecr. dist. 3.& in Auth.de instru. cautela & fide. in §. quis igitur.collatio 6.vbi dicit text.quod Imperator habet potestatē à Deo, facit pro hac opin.tex.in c.fi.de vita & honest.cleric.in fi. vbi dicitur quod clerici non subiacent, statutis nec consuetudinib.patriæ.facit tex.in c.fi.de reb.eccle.non alie.tex.& ibi Abb. in c.peruenit, de arbitris.& ita tenet Remigius, de Gonny in tract. de charitatiuo subsidio.pag.266.

Hanc regulam cum decem ampliationibus & duodecim limitationibus ponit Rochus de Curte in trac. de cōsuet.in 11.q.à nu. 653.vsque ad num.697.

REGVLA CXXXVI.

Consvetvdo contra ius nō extēditur, vt in l. quod nō ratione ff.de legibus.in c.quod trāslationem.de offic. lega.& ita communiter tenet Doct. excepto Fulg. in l.de quibus, ff.de legi.ad quem ibi respondēt Doct. præmissam tn̄ regulam tenet Fulg.sibimet contrarius in consil. 66. incipiente, Serguanerius, vbi dicit quod consuetudo de qua in l.dos à patre, C.solut.matri.non extenditur,

Hanc regulam cum decem limitationibus ponit Rochus de Curte in c.fi.de consuetu.num.321. vsque ad nume.351.Hanc etiam regulam ponit Aymon Crauetus in tract.de antiquitate temporis, in 4. parte, in prin.fol.110. & ibi in num.48.vsque ad num.151.limitat eam vno & viginti modis.Est tamē notandum q decimamquartam limitationem, quæ est ibi in num. 98. sublimitat decem modis,& eam declarat vsque ad nu.136.

REGVLA CXXXVII.

Consuetudo contra ius naturale non valet, ita probatur in c.fi.& ibi Abb. & Doct.de consuetu. & intelligitur

gitur ius naturale ibi cuius trãſgreſsio inducit peccatum, & illud ius naturale appellatur ius diuinum, ſecũdum Io. Andr. Anto. & alios Doct. in d.c.ſi.facit tex.in c. j.j.diſt. glo. in princip. Inſtit.de iure naturali.& ita cõcludit Rochus de Curte in tractatu de cõſuetud.nu.78. & hãc eſſe communem opinionem tenet Laurẽtius Syluanus in cõſil. 10.num.39.& circa hãc regulam vide Albertum Brunum in cõſil.43. nu. 20.Guliel. Mayne.in Lquoties. nu. 86.ff.de reg.iur.Paul.Pariſium,in cõſil.68.nu.193.. volu. 4.Alex.in cõſil. 196.nu.13. volu.2.Sigiſmundum Loffredum in cõſil.50.num,52.

Hãc regulam ponit Rochus de Curte,in d.tract.de cõſuetu.num.78.vbi vſque ad num. 98. eam declarat, & à num. 98.vſque ad num. 241. ampliat eam 8. modis, & limitat.5,modis.

Regvla cxxxviii.

Consvetvdo inducitur de iure ciuili ſpacio decem annorum. Hãc regulam ponit Panor.quem ſequũtur, ibi alij Doct.in ca,ſi.de cõſuetudine,nu.31.Bart.in le. de quibus, num. 14. & ibi Iaſ. nu.41.ff.de legibus.& prædicta cõclnſio eſt communis,ſiue cõſuetudo ſit cõtra ius,ſiue præter ius, ſecundum prædictos Doct.facit id quod habetur in l.diuturna.ff.de legibus.& in Rubr. C.quæ ſit longa conſuetu.& opinionem huius regulæ dicit eſſe cõmunem Syluelter Aldobrãdinus in §. ex nõ ſcripto, nu. 19.Inſtitut.de iure naturali.eãdem opinionem dicit etiã communem ibi Chriſtophorus num.4.Et circa hãc regulam vide Thomam Grammaticum in deciſio.44.&notabiliter Aymonẽ Crauetum in tract.de antiquitate temporis,in 4.par.in prin.nu.9.fol.105.col.4.

Limita primo vt procedat in cõſuetudine propria, & vera ſecus in cõſuetudine ficta & iutitulata,quæ momẽto induci poteſt.Exemplum,vt ſi populus vno momẽto dicat velle obſeruari pro cõſuetudine ꝙ maior natus ſuccedat,vel ſi id ex populi cõſenſu eligatur,& ſic de ſimilibus ita cõcludit Anto.de Butr.poſt Petrum de Bellaper. & Guliel.de Cugno in repet.c.ſi.nu. 17.de cõſuetu.Bart. in l.de quibus,nu. 14.ff.de legibus.quem ſequitur ibi Iaſ. numero. 14.

Limita ſecũdo niſi cõſuetudo tẽdat cõtra ea quæ ſunt reſeruata Principi,quia tũc requiritur tempus cuius initij memoria nõ extat.vt in c. ſuper quibuſdam, in §. præter ea.cum ſimilibus,de verb.ſignifi. ita tenet Alex. in cõſil. 6.volu.j.Iacobinus in l.de quibus,num.31.ff.de legi. Porro quæ ſint ea quæ princpi reſeruata ſunt, traditur per Bal.in l.reſcripta C.de precibus Imperat.offerẽd. per glo. & Doct.in c.quod trãſlationem,de offic. legati.tex.in ca. vnico, quæ ſint regaliæ,in vlib.feud.Paul.de Caſt. & ibi Iaſ. nu.24.in l.j.ff.de offic.eius circa quam ſallentiam vide quę dixi in Reg.90.ſallentia j.

Limita tertio quãdo cõſuetudo detrahit iura alicuius eccleſiæ,quia tunc requirẽtur 40. anni.ita tenet Innoc. in c.cum dilecti,de cõſuetud.quem ſequitur Abb.in di. nu. 11.Iacobi.in d. l.de quibus.& licet ſecundum Abb. Innocẽtius intelligat hoc quando conſuetudo venit ad detrahẽdum iura alicuius eccleſiæ particularis,ſecus ſi veniret cõtra eccleſiam vniuerſalem,ſed Panor. dicit hãc rationem diuerſitatis inter iſtos caſus nõ eſſe bonam, quia nõ minus fauorabile debet eſſe totum corpus eccleſie,quàm aliquod membrum ipſius eccleſiæ, & illud dictũ Abb.dicit eſſe notãdum Iacobi. vbi ſupra,nu,30.

Limita quarto vt nõ procedat quando conſuetudo cõtra ius eſt irrationabilis, & ſumus in ſoro ciuili,quia eo caſu requiritur tempus 30.annorum.tenet Bald.in c.j.qualiter feudum olim poterat alienari.idem Bald.in c.cleri.de iudic.num.3.per glo.in l.domini prædiorum, in verbo cõſuetudo.C.de agric.& cenſit. lib. 11.quem ſequitur Aret. in conſi. 44.nu.j.in fine.

Limita quinto quando cõſuetudo eſt contra legem, quæ nunquam fuit recepta in obſeruantia ignorante ſuperiore,quia tunc requiritur præſcriptio 40.annorum.ita tenet Abb.in c. j.nu.4.in medio,de treuga & pace.quam opinionem conatur defendere Rochus de Curte in tract. de conſuetu.num. 303. ſed in contrarium eſt communis opinio ſecundum eundem ibi,à qua opinione in practica durum eſſet recedere, vt ibi dicit.

Regvla cxxxix.

Consvetvdo quæ eſt præter ius de iure Canonico, inducitur ſpacio decem annorum. Hãc regulam ponit Panor.in c.ſi.nu. 11.de conſuetu.per glo. in cap.ſi. eod.ti. lib.6.in verbo,conſuetudo, quæ loquitur in conſuetudine optandi, quæ ſolum decem annos requirit, & ita tenet Oldra.in conſil. 285.num.3.facit etiam glo.in c.conſuetudo.12.diſtinct.& in c.litigantes, in verbo, ſtatuimus de officio ordi.lib. 6. & ita tenẽt communiter Doctores in dicto capitulo finali Abb. & Felin. in capi.ſtatuimus de maiorit. & obedient. tenet etiam Aret.in conſil. 23.num.15.

Limita primo quando conſuetudo tẽdit ad detrahẽdũ iuri alicuius eccleſiæ,quia tunc requiritur tempus 40.annorũ,vt in c.de quarta præſcrip.tenet Abb poſt Inno. in c. dilectus de cõſue.Feli.in d.c.ſtatuimus in j.limitat.facit pro hoc quod dixi,ſupra in præcedenti regula.

Secundo limita vt nõ procedat quãdo diſpoſitio requirit cõſuetudinem legitime præſcriptam,quia tũc licet nõ eſſet contra ius requireret ſpatium 40.annorũ.facit tex.in d.c.ſi.de conſuetu.& in c.Cuma.& ibi Abb.de electionibus & in c.nõ eſt putanda,de cõſuet.lib.6.& in c.cum de benefi.de prębend.eod.lib.ita concludit Roch.de Cur.in tract.de conſuetu.num.245.

Regvla cxl.

Consvetvdo contra ius de iure canonico requirit, ſpatium 40.annorum.Quam regulam ponunt Abb. Io.Andr. & Doct.in c.ſi.de cõſue.nu.11. vbi aſsignãt rationem,quia clerici inducẽdo conſuetudinem contra ius quaſi præſcribunt cõtra legem ſuperioris, ideo requiritur tempus quod in pręſcriptione cõtra clericos vel eccleſiã, requiritur.& quare talis cõſuetudo requirat maius tempus quàm cõſuetudo de iure ciuili,colligitur ex doctrina Innoc.in c.cum dilectus. de cõſuet. & ex Hoſt.ibi vbi referunt Rotam in deciſio.6.in tit. de cõſuet.in nouis ſecũdum nouam impreſsionem, & ſecundum antiquã in deciſ. 460. & præmiſſam cõcluſionem firmant Bar. & Docto.in l.de quibus.ff. de legi. Alex.in cõſil.68.volu. 2.nu. 6.licet Barb.teneat contrarium in d.c.ſi.de cõnſuetud.ſed pro opinione huius reg.facit tex.in d:c.ſi.de cõſuetud.ibi nõ ſufficit conſuetudo longæua quo ad præiudicandum iuri poſitiuo, ergo probat ꝙ non ſufficit tempus decem annorum,vt præſupponit ibi Barba.& probatur ſupradicta concluſio ex ijs quæ tradit Iaco.de Bellouiſo in capi. j.in principio,qui feudum dare poſſunt, vbi dicit quòd ad hoc vt res eccleſiæ dicatur conſueta concedi in emphyteuſim,requiritur tempus quadraginta annorum. quem ſequitur Alexander in cõſil.9. numero 6.volumi.3.probatur etiam ex tex.in argu.cum ibi notatis in cap.cum de beneficio. de prębend.lib.6.circa quam regulam vide Aymonem Crauetum in tracta. de antiquitate temporis, in 4.parte principali, numero 7.& 8.ſolio.105.vbi ponit. 2. limitationes.

Hanc regulam cum vnica ampliatione,& ſeptem limitat.ponit Soci.in regul.29.in poſterioribus. Hanc etiam regulam cum vna ampliatione,& 8.limitatio.ponit Rochus de Curte,in tracta.de conſuetudi. à nume. 293.vſq; ad numerum 308.

Regvla cxli.

Consvetvdo poteſt induci & valet etiam ſi non inducatur ſciente principe,vel illo qui poteſt ius condere.Hanc regulam ponit Abb: in dicto cap.ſi.num. 13. de conſuetud.quem ſequuntur ibi Doct.& ibi Barba. num. 81.dicit quòd hæc eſt communis opinio.Hanc opinionẽ tenet

tenet Alexan.in consil.6.num.4.volumin. j. tenet etiam Cor.in cõsi. 155. numero, 7.volum.4.& hæc fuit opinio glo. in c. in istis.in §.leges,in glo. fi.4.dist. & ibi Docto. quam opinionem tenet Gemi. in cap. frustra, 8. distinct. vbi dicit quòd glo.& similes cõtrarium tenẽtes communiter reprobãtur,eãdem opinionem, vbi adducit alias auctoritates tenet ibi Præposi.nume.9.hãc opinionem tenet Abb.in cõsil.7.volu. 2.licet cõtrarium teneat glo.in capi. fi.de cõsuetud. & in d.c. frustra. 8.distin. & Old. in cõsi. 237. num. 3.in consi. 244. num. 7.Sed opi. glossarum approbatur hodie,per l.5.tit.2.parti.pri.In quo est notandũ quòd licet nõ requiratur sciẽtia principis, vt supra dixi,requiritur tamẽ sciẽtia populi vel maioris partis, sciẽtia.n. requiritur in cõsuetudine inducẽda eorum qui possunt statuta cõdere,quia sicut requiritur eorum sciẽtia, & expressus cõsensus in cõdendis statutis,eadem ratione requiritur eorum sciẽtia,ex quã causatur tacitus cõsensus ad cõsuetudinem inducendam, & istud est quod voluit dicere glo.in dicto capitu.fi.de cõsuetud.requirens scientiam illius qui potest ius condere,& quod talis scientia requiratur,probatur in l.de quibus. ff.de legibus & clarius in cap. cum cõsuetudinis, de cõsuet.ita tenet Io.Andr. Anto. & Card.in d.c.fi.Cinus, in l. 2,C.quæ sit lõga consuet. Corne.in cõsil. 293.num.4.& 18. volu.3. ita tenent Doct. in d.l.de quibus. ff. de legi.& hoc est tenẽdum quicquid teneat Geminia.in c.fi.per illum tex.de cõsuet.lib,6.qui nõ probat.sentiũt tamẽ præfati Doct.q nõ requiritur sciẽtia populi cõgregati, seu quod actus deueniat ad notitiã populi cõgregati,quos refert & sequitur Corne.in consil. 296. numero, 5. volumi. 4.licet ibi referat alios tenere contrarium.

Limita primo quãdo cõsuetudo induceretur cõtra ius publicum vtilitate & austeritate,quia tunc requiritur sciẽtia principis secũdum Io.And. in c.fi.de censi. libro. 6. & ibi Gemi.Specul.in Rub.de feudis vbi dicit nõ valere cõsuetudinem fine scientia Imperatoris,quòd feuda imperialia diuidãtur,quod sequitur Feli.vbi refert alios Doct. idem tenẽtes in c.cum ex officij,num.8. de præscrip.licet Abb.ibi cõtrarium teneat.quam opinionem Abbatis conatur defendere Præposi.Alexandri.in c.frustra, numer. 9. 8.distinctione.

Secundo limita quãdo lex reprobat consuetudinem, quia tunc consuetudo cõtraria nõ valet nisi Principe sciente,ita tenet Io. And. in additio.ad Specul.in titu.de instru. editione,in §.compẽdiosè,nu.13.Gemi.in glo. Summæ, 11.dist.nu.4.Felin.in d.c.cũ ex officij,nu.8. Abb.vbi Feli. nu.6.in c.accedentes,de præscrip.Anto.de Butr. in repet. c.fi.nu.51.cum alijs.de consuetu.

Tertio limita nisi cõsuetudo inducatur in sacramentalibus, puta in cõsuetudine benedicẽdi corruptas:quia tũc requiritur scientia Principis ad hoc vt talis consuetudo, valeat,ista est glo. quam ibi extollit Abb.in c. vir autem, de secundis nup. quem sequitur Præpo.Alex.in c.frustra. nu.9.8.dist.de qua limitatione dicit dubitare Rochus de Curt. in tract. de cõsuet.nu.353.propter restrictionẽ generalitatis illius tex.in d.c.fi.de consuetu.

Quarto limita vt nõ procedat in cõsuetudine quæ fit cõtra reseruata Principi,vt dixi supra in reg. 138. in 2. limita.quia tũc ad consuetudinem inducendam requiritur Principis, scientia ita gloss.in capitulo.penultimo. de filijs presbytero.ita tenet Geminian.vbi allegat aliam glo, in Summa 11.distinctio.Bartol.in l.si Publicanus, in §.in omnibus,num. j.ff.de public.& vectigal. sed contra hanc limitationẽ tenet ibi Io. de Imola.in d.§.in omnibus,per tex. in c.super qu ibusdam. de verb.signifi.vbi nõ requiritur sciẽtia Principis quo ad hoc vt valeat acquisitio reseruatorum Principi per tempus de quo ibi. Quam opinionem Io.de Imo.contra supradictam limitationem tenẽt, Doct.in varijs locis,prout refert Felin.qui idem tenet in c.cum nobis, nume.2.de præscrip. Iaf.in l.Imperium, nu. 21. ff.de iurisdictio.omn.iudic.Alex. vbi dicit hanc esse communem opinionem,in consi.6.no.6.volu.j.eandem opi. tenet Alex. in consil. 125.nu.j.volu.2. & in cõsiliu. 24.nu.16. volu. 5. Balb.in tract. præscript.in 2. parte. 3. part.princ.q.6.nu. 22.Curt.Iun. cõsil. 158.nu. 12. Iacobi. de sancto Georg.in tract. feu.in parte, cum mero, & mixto imperio,nu. 20. Ant.Rub. Alexandrinus in consil. 21.numero.6.Andræ.Alciat.in l.munus.ff.de verborum significatione

Regvla CXLII.

Consvetvdo tollitur si est præscripta per aliam cõtrariam consuetudinẽ præscriptam.Hãc regulam probat glo. in l.nemo,in §.temporalis.ff.de regulis iuris,quã regulam per illum tex.ponit Abb.in c.fi;de cõsuetud.nu. 10.& ibi Anto. de Butr.in repeti. nu.63.Barb.in d.c.fi.nume.76.de cõsue.extollẽs glo.illam,vbi allegat pro ea causum singularẽ in l.fi.C.de seruit. & aqua.Aret.in cõsil.23. nu.11.& 12.Rom. in sing.42.Iaf.in l.beneficiũ,nu.58.ff. de constit. Princip.& Aret. vbi supra dicit q tantũ tempus requiritur ad consuetudinem tollẽdam, quãtum ad inducẽdam,facit tex.in c.j.de reg.iur.in antiquis, & hanc opinionem tenet Feli.in c.cum accessissent, nume.30.de constit.in versic.7.limita.& ibi Dec.num.93. Iaf. in l. de quibus,nu.79.& 80.ff.de legi.Card.in cons. 131. num. 6, Paul.Paris.in consi.21.num.14.volumi. j.Hiero.Cagnol. in l.nemo,in §. temporalis,ff.de regul.iur.Alciat.in l.moribus,nu.3. ff.de vulga.& circa hanc regulam vide Pyrrhum Englebermæum in d.§.temporalis,

Hanc regulam cum duabus limitationibus ponit Bernar.de Luco in reg.142.eandem regulam ponit Rochus de Curte in tractatu de consuetudin. numero. 405. vbi in numer.410.vsq; ad numerum 429.limitat eam quinq; modis.

Regvla CXLIII.

Consvetvdo quę est contra ecclesiasticam libertatem vel onerosa,nõ valet.Hãc regulam probat tex. in c,j. & ibi Abb.de cõsue. in c. nouerit,& in c.grauem, de sentẽtia excommunica.in c.cum causam, de re iudic, De iure regio est tex.in l.2, tit.9,parte j.& in l. 2.titu.3, libro j. Ord.& quæ dicãtur esse contra libertatem ecclesiæ ponit tex.in c.fi.de immunitate ecclesiæ,libro 6, text.in lege 19.tit.9. parte j.& l.8.& 10, tit. 3.libro j.Ord:Bar. & Doctores,in lege j.C.de summa Trinit. & circa hãc regulam vide Paulum Parisium in consil. 27, per totum, volumine j. Carolum Ruinum in consil. 41.nu.45.volu.j. & in cõsil.156.nu.8.volumine 4,

Hanc regulam ponit Bernardus,de Luco in reg. 139, cum tribus limitat.eãdem regulam ponit Rochus deCurte in tract.de consuetu.nu.453.vbi in nu.460, ampliat eã vno modo,ex qua ampliatione vsq; ad numerũ 489,ponit 20.illationes,& à nu.489,vsque ad numer. 515.limitat eam octo modis, ex qua prima limitatione,ex supra dictis & octo facit quindecim illationes à numero. 489, vsque ad nu. 506,

Regvla CXLIIII.

Consvetvdo nõ valet contra legem derogãtem cõsuetudini.Hãc regulam ponit Abb.in c.fi.de consuetudi.num.22.& ibi Anto.de Butr.in repet.nume. 53.idem Abb.& moder.in c.2.de probat.Bar.cum quo transeunt, alij Doct.in l.de quibus,num.4.in fi.ff.de legi.idem Bar. in l.si mihi & tibi,§.fi.ff.de lega.j.& ibi Doct. Alex. vbi adducit alias authoritates,in l.si non speciali,num.4.C.de testam.facit tex.in c.fi.de consuetu.lib.6,& circa hanc regulam vide Petrum Rebuffum in glos. ad constitutiones Regias Galliæ, in prima parte,in procemio,in gloss. 5.nu. 144. & notabili Loazes in tractatu. de matrimonio. Regis Angliæ, in primo fundamento pro parte affirmatiua numero 32.

Ampli a primo vt procedat etiam in lege prohibitiua, quæ licet exprese non deroget consuetudini,tamen consuetudo

suetudo in contrarium nõ valet, quando in ipsa lege prohibitiua est inserta clausula Decreti, vt tenet Geminia. & Philippus Francus in c. cum de beneficio, de præben. lib. 6. per adducta per eos. facit decisio Abb. antiqui in dicto c. fi. in fine, de consuetud. dicentis quod nõ valet consuetudo contra legem habentem perpetuam causam prohibitionis allegat text. in cap. sponsam. de sponsa.

Amplia secundo vt procedat si lex non faciat mẽtionẽ de consuetudine, sed solum improbet aliquid tãquam irrationabile, quia non valet consuetudo quæ induceretur vel esset inducta in contrarium, quia irrationabilis esset, ita Paulus de Loazes in Clemẽti. j. de elect. & patet exemplum ibi. idem Gemin. in c. j. in fi. nu. 30. de constitu. & in Summa. 11. distinct. & in consi. 132. nu. 7.

Tertio amplia vt procedat etiam si esset consuetudo, tãti temporis cuius initij memoria in contrarium nõ existit: quia non valet quãdo lex improbat consuetudinem, ita tenet Anto. de Butrio per illum tex. & ibi Abb. in 3. notab. in c. cum ex officij, de præscript. Card, in Clem. 2. in princ. in 8. quæstione, & in §. j. in fi. de rebus ecclesiæ nõ alie. Feli. in cap. cum causa. num. 12. de re iudic. idem Feli. plene, licet aliquos contrarium tenẽtes adducat, in c. accedẽtes, de præscript. Imol. in c. fi. de consuetu. idem Feli. in c. cum ex officij. eo dem titu. de præscript. num. 13. pro qua opin. facit ratio text. in l. Arriani, C. de hæreticis, vbi probatur, quod lex semper loquitur, ergo lex reprobans consuetudinem cẽsetur perpetuo illam reprobare, facit & tex. in l. seruus, C. de pœnis, vbi dicitur quod simpliciter cõdemnatus ad vincula perpetuo in vinculis stare debet: aliqui tamẽ, vt dixi, tenẽt contrarium, maxime Abb. sibi contrarius in conf. 26. volu. 2. Card. Alexãdri. in cap. frustra, num. 9. volu. 2. Anchara. in cõsi. 51. per glo. in Clem. statutum. in verbo, consuetudine, de electio. & alij Doc. quos refert Fel. in d. c. accedentes.

Quarto amplia vt procedat maximè in l. edita in concilio generali, quia cẽsetur habere clausulam derogatoriã ad dispositiones contrarias, quæ in futurum etiam fierẽt, & sic tacite derogat consuetudini. ita tenet Baldus, in titulo de pace Constantiæ, in §. Imperiales, numero. 14. facit quod not. Ias. in l. de quibus, nu. 55. ff. de legi. Feli. in c. nonnulli. de rescrip.

Limita primo nisi consuetudo inducatur ex noua causa, vel ratione, quæ non fuerat tempore legis damnãtis cõsuetudinem, quia tũc vacabit: ita tenet Abb. in d. c. a. fi. de consuetu. num. 24. argu. tex. in l. si hominem. ff. mãda. & ita in effectu declarat ipse Abb. glo. in Clem. statutum, de electio. quæ prædictæ conclusioni repugnat.

idem concludũt Abbas & Doct. alias autoritates, referẽtes, in d. c. 2. de proba. & idem firmãt Gemi. & vterque Card. in d. cap. frustra, 8. dist.

Secundo limita quãdo lex non est recepta in obseruãtias quia licet deroget consuetudini, tamẽ contraria consuetudo valet, cum talis lex non attẽdatur, iuxta glos. in c. j. cũ ibi per Abbatem & Feli. traditis de treuga & pace. & sic non debet attẽdi clausula ipsius legis per quam derogatur consuetudini, quia corruẽte aliqua dispositione, corruũt clausulæ in ea insertæ, vt inqnit glo. notabilis, in l. si patronus. in §. patronum. in verbo, Fauiania, ff. si quid in fraudem patr. quam glo. sequitur Ias. in l. certi conditio. nu. 36. ff. si certum petatur, & in l. testamẽto col. j. C. de fideicommiss. Soci. in l. 4. in §. fi. ff. de verborum obligatio. pro quo est bonus tex. in l. fi. ff. de constitut. pecunia, cum similibus. quem ad hoc allegat Ias. in l. non dubium. num. 56. C. de legib. & quando lex dicatur, non recepta in obseruantia, declarant Doctores in d. capit. j. de treuga & pace.

Tertio limita vt non procedat quando lex tolleret simpliciter consuetudinem præteritam vel introductã, quia consuetudo inducta post legem ipsam eidem legi derogaret, ita tenet Geminianus in dicto c. j. num. 30. de consti. in 6. alia adducens. idem videtur sentire Anto. de Butrio, in c. fi. num. 53. de consuetud. aliter tamen tenet Bald. in l. dudum, C. de contrahẽ. empt. & in alijs locis relatis per Ias. in d. l. de quibus, nu. 80. ff. de legi. circa quod distingue vt per Abb. in d. c. fi. numero. 24.

Quarto limita nisi publica vtilitas suadeat reuocationem legis quæ derogabat consuedini, quia tunc consuetudo valet. ita Anto. de Butrio, in d. c. fi. num. 53. Gemi. in c. j. num. 30. de constit. lib. 6.

Quinto limita quando expressus consensus Principis interueniret in inducẽda consuetudine, quia tunc valeret contra legẽ derogãtem etiam consuetudini. ita tenet Gemin. in summa, 11. distinct. Anto. de Butr. in d. num. 53. Ioan. Andr. in additio. ad Spec. in tit. de instrum. editione, numer. 14.

REGVLA CXLV.

CONSVETVDO non ligat forenses. Hãc regulam ponit glo. quam sequuntur, ibi Doct. in c. qui contra, in verbo, aut peregrini. 8. distin. pro qua facit tex. in c. certificari, de sepult. dicẽs quod quælibet patria abundat in sensu suo, facit in simili de statuto tex. in c. vt animarum. de constitutio. lib. 6. in l. fi. ff. de iurisdictio. om. iudic. consuetudo enim localis est ideo non ligat subditos, vt inquit, Oldra. in consil. 268. num. 1. facit tex. in l. 2. C. quæ sit longa consuetu. in l. venditor, in §. si constat, ff. communia prædi. ita tenet Roma. in conf. 163. quam opinionẽ, tenet Bar. in l. de quibus, num. 26. quem ibi sequũtur Ias. & Doct. ff. de legi. idem Bar. in l. cunctos populos. num. 20. & ibi etiam Ias. & Doct. C. de summa Trinit. & circa hãc regulam vide Corn. in conf. 83. num. 15 volu. 4. Paulum Parisium in consil. 25. num. 24. volum. j. Alber. Bru. in conf. 20. nu. 9. Nicolaum Boerium in consuetudinibus Bituricẽsibus, in tit. de iurisdictione omnium iudicium, in §. 4. in glo. 2. Abb. in cap. postulasti, de foro compe. eũdem Abb. Barba. & Feli. in c. fi. eodem tit. & Io. Igne. in l. cum fisco, num. 34. ff. ad Syllania.

Hãc regulam ponit Rochus de Curte in tracta. de cõsuetudi. num. 699. vbi Ampliat eam duobus modis, & limitat septem modis, cum aliquibus illationibus & declarationibus, vsq; ad num. 729.

REGVLA CXLVI.

CONSVETVDO non ligat subditos extra territorium. Hãc regulam probat tex. in cap. vt animarum. in §. j. de constit. lib. 6. vbi probatur, quod si episcopus excommunicat omnes furtum faciẽtes, tale statutum non comprehẽdit subditos extra diœcesim præfati episcopi furta committẽtes, & ita ibi hoc tenẽt Gemi. & Doct. per illum tex. probatur etiam in l. fi ff. de iurisdictione omniũ iud. tenet Bar. in l. j. nu. 50. C. de sum. Trinit. vbi dicit, ꝙ statuta quæ respiciunt litis decisionem non comprehendũt ea quæ extra territorium sunt commissa, & subijcit, hoc procedere tam in contractibus quam in delictis, allegãs tex. in d. c. vt animarum, in §. j. de constitu. libr. 6. pro qua opinione est tex. in l. 7. titu. 2. parte. 3. Hãc opinionem dicit esse communem Feli. in caplt. à nobis el j. nume. 6. de sentẽtia excommunicat. Alex. in consi. 111. nu me j. volum. j.

Hãc regulam amplia vno modo, & limita 8. modis, vt per Rochum de Curte in tractatu de consuetud. nu. 729. vsque ad num. 746. & circa hãc regulam vide posita, in præcedenti regula.

REGVLA CXLVII.

CONSVETVDO loci seruãda est in concernẽtibus processum in quo proceditur, & illius tribunalis, vel iudicis, coram quo proceditur. Hãc regulam probat glo. & ibi communiter Doctores, in capitul. quod clericis. de foro compet. cuius materiam tractat Nicolaus Euerardus in Locis legalibus in loco 19.

Hanc regulam ponit Bernard. de Luco cum quatuor, limitationibus in reg. 44. eandem regulam, cum 8. Amplia-

pliationibus & 4. limitationibus ponit Rochus de Curte in tracta.de consuetud.num. 759. vsq; ad numerū septingētesimum sexagesimum octauum.

REGVLA CLXVIII.

CON rahētibus licitum est se inuicem decipere intra dimidiam, seu in valore rei super qua cōtrahitur. Quā regulam probat tex. in l. in causæ, la. 2. in §. idem Pomponius, ff. de minoribus, & in l. si hæres, la. j. ff. ad legem Falcidiam, & in l. item si pretio in §. fi. ff. locati. & in l. voluntatem, C. de rescind. vēd. in c. cum dilecti. & in capi. ad nostram de emptio. & vēdit. glo. in cap. cum causa in verbo, deceptionis, de testibus & in c. in ciuitate. de vsuris. in verbo, compareāt. Circa quam regulam vtra Feli. in d. c. cum caus. num. 2. vide Iaf. in §. sed iste quidem, nu. 104. Instit. de actio. & in l. si quis cum aliter, num. 17. ff. de verborum obligat. Andr. Tiraquel. in Legibus connubia. in 9. l. numero, 8.

Hāc regulam ponit cum 5. ampliationibus, & 18. limita. Pātaleon Cremensis in repet. l. 2. col. 31. in fi. versic. ex prædicta solutione, vsque ad col. 37. C. de rescindenda venditio.

Hāc etiam regulam limitat, 4. modis, vbi notabiliter, tractat materiam Hispanus noster Anto. Burgēsis in d. c. cum dilecti, num. 15. cum alijs, eādem regulam cum 6. limitationibus, vbi notabiliter tractat materiam, ponit Matth. de Afflict. in c. j. num. 88. de feudo dato in vicem legis commissoriæ. in Vsib. feud.

REGVLA CLXIX.

CONSVLENS & persuadēs punitur sicut faciēs, sed si erratalias facturus, mitius, debet puniri, Quæ regula probatur in cap. sicut dignum in §. qui vero & in cap. de cætero, de homicidio, & in l. non solum, in §. si mādato, vers. Attilicinius autem. ff. de iniurijs, in l. qui occidit, in §. pen. ff. ad legem Aquil. gloss. in §. ope. in verbo, certe. Instit. de oblig. quæ ex delicto nascūtur in l. j. in §. persuadere, in verbo, facturus, ff. de seruo corrupto, glo. & Bar. in l. sæpe, in verbo cōdici potest ff. de verbo. signifi. & licet, Bar. in d. §. si mādato, num. 16. teneat indistinctè teneri absq; supradicta distinctione, tamē communis est opinio debere distingui, secundum gloss. in d. §. ope. Fel. in d. c. sicut dignum, in §. qui vero, nu. 7. & in c. j. nu. 11. de offic. deleg. Bald. in l. j. num. 7. C. de seruis fugit. & in l. data opera, numer. 79. C. qui accusare nō possunt. Angel. Aret. in tract. maleficiorum: in verbo, & Sempronium, mandatorum. num. 43. Mathesillanum in notabili 97. hāc etiam dicit communem Io. de Imol. in cap. j. de offic. deleg. Cæpola in cōsil. 66. in cōsilijs criminalibus. Hippol. in sing. 655. & circa hāc regulam vide Stephanum Aufredum in tract. de potestate seculari in ecclesiasticas personas, in regula 3. Hāc regulam ponit Io. Bernar. cum 6. limitationi, in reg. 145.

Limita primo hāc regulam duobus modis, vt per Feli. in d. cap. sicut dignum, num. 7. Eādem regulam limitat, 5. modis idem Feli. in cap. j. nume. 9. de offic. deleg. eādem regulam cum 7. limitationibus, vbi latissime tractat eius materiam, ponit Ludouicus Carrerius in practica criminali, in tit. de homicid. in §. circa, el 2. num. 163. cum sequētibus, fol. 106. col. 2. eādem regulam cum duodecim limitationibus ponit Philipp. Dec. in cap. j. num. 43. vsq; ad num. 60. de offic. deleg.

REGVLA CL.

COntrahētes matrimonium in gradu prohibito, ipso iure bona ipsorum debēt publicari. Hāc regulam probat tex. in Auth. incestus. C. de incestis, & inutilibus nup. & in auth. de incestis nuptijs, in §. j. colla. 2. in cap. cum secundum, de hæreti. lib. 6. De iure regio, est text. in le. 3. tit. 18. part. 7. circa quam regulam vide Didacum de Couarruuias in 4. lib. Decreta. in 2. par. c. 6. §. 7. num. 5. Nicola. Boer. in decisio. 264. num. 13.

Amplia primo vt procedat etiam nō solum si nuptias, cōtrahat, verum etiam si accessum habuerint ad cōsanguneas vel ad Moniales, vt in Clem. j. de cōsangui. & affinita. & vltra amissionem bonorum sunt ipso iure excommunicati, vt ibi dicit, & ita notabiliter tenet egregius Doctor Iacobus de Simancas in libro suo Institutionum catholicarum c. 40. maxime in nu. 5.

Limita prima nisi isti habuerint, liberos ex alio matrimonio, nam tunc licet pater vel mater amittāt bona, non acquiruntur fisco, sed alijs liberis, vt in d. Authē. de incestis nupt. & in dicta Auth. incestas, C. de incestis, & inuti. nupt.

Secūdo limita quādo mulier vel maritus ignoranter cōtraxerunt, vel commiserūt incestum, ita notabiliter tenet glo. in d. clem. j. in verbo scienter. de cōsanguinita. & affinit. vbi probat quod ille qui in gradu prohibito matrimonium ignorāter cōtraxit, nō incidit in pœnam illius Clementinæ. licet postea sciuerit, & cohabitauerit. cum ab initio nuptiarum illud sit referēdum quam glo. approbat Feli. in c. examinata, num. 7. de iudi. Couarruuias. in d. §. 8. num. 19. similis est glo. in cap. decreuit, in glo. fi. de hæreticis, lib. 6. quas glo. vltra Philip. Franc. ibi sequitur, Io. Corasius, in l. naturaliter in §. nihil commune. in reg. 25. num. 58. ff. de acquirenda possessio. pro qua opinione est tex. in l. 3. tit. 18. par. 7. & vltra Doct. in d. Clem. idē tenet Didacus de Castillo in l. 86. Tauri, col. 2. Xuarez in l. j. tit. {de las ganancias,} libro. 3. Fori, pro qua opinione allego, text. in c. si virgo. 33. q. 2. & in l. qui contra. C. de incestis, & inutili. nupt. vbi probatur, quod quando matrimonium illicitum est cōsummatum tunc mulier, quæ sciuit ius vel factum vel alterum tantum, prohibetur dotem datam repetere, & applicatur fisco, sed si mulier ignorauit ius vel factum, sine dubio potest repetere dotem, vt in l. si cum dotem, in §. fi. ff. soluto matrimo. Hāc opinionem tenet Bar. in l. fi. nume. 4. ff. de cōdictio. sine causa. & in l. si adulterium cum incestu, num. 11. ff. de adul. Iaf. in additionibus ad Christophorum in §. fi. numero, 16. Instit. de nupt.

Circa quam limitationem est notandum, an filij nati, ex tali matrimonio sint legitimi glo. in d. l. qui cōtra. mouet hāc quæstionem, & determinat quod si vtriq; ignorauerunt impedimētum, tunc essent legitimi; vt in l. qui in prouinciam, in §. diuus, ff. de ritu nuptiarum. sed vbi alter eorum sciuit impedimētum, filij non sunt legitimi, sed quo ad ignorātem sic, quam glo. sequitur ibi Bal. in 2. lectura, num. 2. Cinus num. 8. Salicet. num. 5. Bar. in l. fi. num. 4. ff. de condi. sine causa, & ibi Iaf. in columna. final. in fine, Alexand. in Additio. ad Bartol. in d. l. si adulteriū in additione super num. 11. ff. de adulter. Odofredus in d. l. qui contra. num. 5.

Contrariam opionionem, imò quòd si vnus eorum tantum ignorauit impedimentum, filij isti sint legitimi quo ad vtrunque parentem, tenet gloss. in capitulo, cum inhibitio. in §. j. in verbo, si ambo, de clandest. despon. & in c. referente, in verbo, ignorantiam, qui filij sint legi. gl. j. in c. cū in ciuitate, 34. q. j. per tex. qui hoc probat, i c. 2. & in c. ex tenore, qui filij sint legi. ad idē est tex. in l. duob. ff. de liberali cau. quia monstrū esset si aliquis esset partim legitimus & partim illegitimus, sicut q aliquis esset partim seruus, & partim liber, vt in d. l. si duobus. & dictum illarum glo. sequitur, Iacobus de Arenis in d. l. qui contra num. 3. & ibi Bald. sibimet contrarius, in j. lectura, num. 4. vbi dicit hoc esse notatu dignum vt procederet de iure Canonico, & hoc etiam tenet ibi Alberi. num. 2. Anchar. in c. j. col. 2. de consti. & in consil. 183. Bar. titubanter & sibimet contrarius in authen. de incest. nup. in princ. collatio. 2. Abb. in d. c. 2. num. 2. Præpositus in d. c. cum inhibitio, nu. 7. vbi dicit non obstare, l. qui contra, quia illa lex loquitur quo ad pœnam irrogandam in personas ipsorum qui contraxerunt incestas nuptias, non autem irrogādam in personas filiorum, vt sint legitimi. In qua quæstione

ftione fic diftinguendum puto q aut matrimonium eſt contractum in facie eccleſiæ, aut clandeſtinæ, ſi in facie eccleſiæ, & alter eorum habuit bonam fidem, tunc proles eſt legitima, & procedunt glo. iuris Canonici. ita tenet Ancha. in d. ca. 2. nu. 6. & in d. cap. ex tenore, nume. 2. & ibi Abb. num. ſi. idem Anchara. in d. c. cum inhibitio. nu. 17. Anton. de Roſellis in tract. de legitimatione, in libr. j. in §. de matrimonio putatiuo, nu. 3. Ludouicus de Senis in tract. de naturalibus liberis, in 2. par. in §. de legitimatione per putatiuum matrimonium. numero. j. Et hæc diſtinctio approbatur de iure Regio per text. in l. j. titu. 13. part. 4.

Tertio limita non procedere in ſponſalibus, ſed requiritur, quod matrimonium ſit carnali copula cõſummatũ, vt in cap. & ſi neceſſe. de donationibus inter virum, & vxo. quem tex. ita intelligunt ibi Anto. Abb. & Præpoſ. Bald. Nouel. in tract. de dote, in 1. parte, nu. 3. verſ. 2. caſus, & in nu. 7. verſ. 6. caſus, in fi. Couarr. in d. §. 8. nu. 20.

Limita quarto non procedere de iure Regio, nam de iure Regio medietatem bonorũ tantummodo amittũt, vt l. 5. tit. 16. & in l. 7. tit. 18. Ordin.

Et circa hãc regulã vltra ſupradictum caſum in quo cõfiſcatio bonorum fit ipſo iure, vide decem caſus per Matthæ. de Afflict. in conſtitutio. Neapol. lib. j. Rub. 2. num. 25. & 49. caſus ponit Franc. Lucas de Parma in tracta. de fiſco & eius priuilegio, in 2. parte, principali, per totam, & 62. caſus ponit Chaſſanæ. in conſuetud. Burgund. in tit. {Des confiſcations,} §. j. Rub. 2. num. 20. cum ſequentibus, fol. 89. col. j. Nouiſſime & melius quàm alibi in iure ponit 250. caſus Ludouicus de Creſolles in tract. in quibus caſibus iure ciuili omnium bonorum vel partis publicatio fit indicta, à pagina 3. vſq; ad paginam finalem, vbi per paginas 90. ponit ſupradictos caſus.

Regula CLI.

Contractus factus ab vxore ſine licentia mariti, non valet. Hãc regulam probat tex. in l. 13. titu. 20. li. 3. Fori & in l. fi. in fi. tit. 15. lib. j. Fori. quæ leges declarantur, & intelliguntur per l. 244. Styli. idem etiam diſponitur in l. 55. Tauri. Circa quam regulam vltra caſtil. & Doct. in d. l. 55. & Montal. in gloſſ. ad dictas leg. Fori. vide Io. Bern. in reg. 455. Pala. Ruui. in repet. Rub. de donatio. §. 68. num. 6, Couarruuias in Epitome 4. libri, in ſecunda parte, cap. 7. §. j. num. j.

Hanc regulam limitat decem modis Rodericus Xuarez, in l. 13. tit. {de las duedas.} per totam, ſol. 44. cum alijs. eandem regulam ampliat quinque modis, & limitat 18. Chaſſanæ. in conſuetud. Burgun. in tit. {des Droiz.} Rubr. 4. §. j. num. j. cum alijs ſol. 127. col. 4. vſque ad ſoliũ, 130. & ibi notabiliter tractat materiam. Et circa hanc regulam vide Andr. Tiraq. in legibus connubia. in gloſſ. 2. num. 2. vbi per totam glo. tractat materiam, & in gloſſ. 3. nu. 28. vſque ad finem ponit duas & viginti quæſtiones, circa hanc regulam; & in glo. 4. ponit an maritus per aliũ conſenſum præſtare poſsit? & in glo. 5. ponit, an autoritas mariti debeat eſſe expreſſa vel tacita? & in glo. 6. ponit quinque & triginta quæſtiones circa hanc regulã, per totã, & ſic in effectu ex his omnibus poſſunt ſumi quinquaginta limitationes ad hanc regulam.

Regula CLII.

Contumax regulariter non amittit cauſam principalem, ſed condemnatur in expenſis. Hanc regulam probat tex. in l. properandum. in §. ſin autem. C. de iudi. vbi ſæpenumero contumax, vincit in cauſa etiam abſens, ſi actor de iure ſuo non probauit. facit etiam text. in leg. & poſt edictum, ff. de iudic. eſt elegans tex. in l. diui fratres, in §. j. ad ſi. ff. de libera. cauſa. vbi ſæpenumero ſecundum ſeruum abſentem qui patitur cauſam ſtatus fertur ſententia. Hanc regulam probat gloſſ. in l. contumacia. verbo, litis. ff. de re iudic.

Primo fallit quando contumax excluditur à facultate appellandi. vt in l. poſt edictum. in §. ſi. ff. de iudic. & in l. ex cõſenſu, in §. ſi. ff. de appell. & in l. j. C. quorũ appella. recipian. De iure regiò eſt tex in l. 9. tit. 23. par. 3. & in l. 5. tit. 16. li. 3. Ordin. cum iſte proprie verus contumax dicatur, notat Dec. in conſi. 34. num. j.

Secundo limita quando propter contumaciam parti contumaci, actio & audientia denegatur, ita glo. in l. con tumacia, ff. de re iudic. allegat tex. in l. ſed & ſi prætorem in §. ſed & ſi dum. ff. ex quibus cauſ. maio. vbi quãdo prætor vel iudex præſtituit certa tempora agere volenti, ſi intra iſta tempora non agat, cauſam perdidit, & denegabitur amodo ei actio. & ibi glo. in verbo, decreto. quam gl. vltra Bal. ibi ſequitur idem Bald. in Rub. de mutuis petitio. nume. 9. facit pro hoc tex. in l. diffamari. C. de ingenuis & manu. De iure Regio eſt l. 46. tit. 2. part. 3. & circa hanc limitationem vide Iaſo. in l. iuſiurandum, & ad pecunias. in §. ait prætor, in ſecundo notab. ff. de iureiurando.

Tertio fallit in præparatorijs, nam ſi reus interrogatus à iudice ex quota parte hæres ſit vel hæreditatem defendere pergat, is vero contumaciter tacet: perdit hoc commodum q poſsit partẽ defendere. nã cogitur ſolidã hęreditatem defendere, ẽt ſi ex parte hęres ſit, quia contumaciter tacuit, vt in l. de ætate. in §. qui tacuit, ff. de interro. actio. itaq; hic nõ perditur cauſa principalis, ſed commodum principale quod hæres habere poterat.

Quarto fallit in iuramento calumniæ, quia qui contumaciter non vult iurare de calumnia requiſitus ab altera parte, facit iacturam totius cauſæ, vt in l. 2. in §. hoc etiam C. de iureiur. propter calumniam glo. in cap. j. in §. j. de iuram. calum. & ibi Doct. probatur etiam de iure Regio, in l. 23. tit. 1. part. 3.

Quinto limita in caſu cap. 2. de confeſſ. li. 6. & ibi gloſ. vbi probatur quod ſi terminus poſitionibus actoris reſpõdendi ſtatuitur, & reus ſine rationabili cauſa. nolit reſpõdere, vel contumaciter ſe abſentat, habetur pro confeſſo, & perdit cauſam, & idem eſt in actore, vt ibi inquit gloſ. in verbo reus, idem diſponitur in l. 11. & 12. de Madrid. Circa quam limitationem vide Bart. in l. j. nu. 4. ff. de vulga. & ibi Ripam nume. 23. Cur. Seniorem in l. 2, in §. ſed quia C. de iureiur. quæ repetitio eſt poſita per modum tractatus in 2. vol. tract. diuerſorum Doct. in fine, Alciat. in lib. j. paradoxorum cap. 7. Ioan. de Neuizanis in Sylua nuptia. lib. 3. num. 54. Iaſ. in l. nec quicquam. in §. vbi decretum, num. 16. ff. de offic. proconſul. & lega. eundem in l. iuſiurandum. in §. ait prætor num. 4. ff. de iureiur. Quam limitationem ſublimitat 7. modis Bernard. de Luco in regul. 365. & circa eius ampliationẽ vltra ſupradictos Doctõ. vide Alex. in Additio. ad Bar. in l. ſi poſtulauerit. in §. queſtionis. ff. de adulter. & in l. j. num. 4. ff. de vulga. & in l. ſi finita, in §. Iulianus. ff. de damno infecto eandem limitationem ſublimitat Francus quinque modis in d. c. 2. de confeſsis lib. 6.

Sexto fallit in caſu. l. j. in §. ſi. C. de aſſertione tollenda, vbi ſi dominus vocat in ius Stichum quem dicit ſuũ ſeruum, & pendente iudicio liberali, dominus fatigat, ſeruum coram alio iudice ſuſpenſa priori lite, iam dominus dominio ſuo priuabitur.

Septimo fallit in caſu l. locorum, C. de omni agro deſerto, lib. 11. vbi ſi coloni deſerant prædia dominica, id eſt, tributaria, præſtituitur eis certum tempus, intra quod veniãt, & prędia colãt, & tributa ſoluãt, nam ſi nõ venerint intra illud tempus, amittunt dominia prædiorũ.

Octauo fallit in delatore contumace qui ſuam delationem non proſequitur, vt in l. ſenatus. in §. quod ſi tribus. ff. de iure fiſci.

Nono limita in Vaſallo, quia Vaſallus contumax verus, qui citatus dixit, nolo venire, perdit ſtatim feudum, ita tenet Andr. de Iſer. in c. j. col. 2. in ſi. de milite, vaſallo, qui contu. eſt in vſibus feudo, & ibi Doct.

Decimo

Decimo limita nõ habere locum quo ad acquisitioné fructuum, quia propter nimiam contumaciam missus ex primo decreto lucratur fructus, ita probat text. in l. Fulcinius, in §. diuus quoque Pius. ff. ex quibus, causis in possessionem eatur, & hanc opinionem per illum text. tenet, idem Bar. in l. si finita. in §. Iulianus. ff. de damno infecto Abb. in c. contingit. de dolo & contumacia, Feli. in c. consultationibus, nu. 8. ff. de officio deleg. Soci. in regula 265. in 3. fallen. & in regula 266. in prima fallen. quod tamen intelligo quando iudex hoc expressit, licet glo. in d. §. Iulianus, & in d. l. Fulcinius, in §. fi. aliter sentiant, scilicet quod vbi constat de aperta contumacia missus ex primo decreto lucratur fructus ex dispositione legis absque eo quod iudex, aliquid dicat. Sed opinionem primam quę fuit Bartoli. d. §. fi. dicit contra supradictas glo. veriorem Alex. in d. §. Iulianus, num. 107. & dicit aperte probari ex d. §. fin. ibi, in quo rescripto & fructum percipere iussit. eandem opinionem ante Bart. tenuit Iacob. de Arenis, in d. §. fin. quem sequitur ibi Ang. eandem tenuit Ioan. And. in Additio. ad Speculato. in titul. de primo & secundo decreto, in §. restat, versic. hoc autem Innoc. in ca. dilecto, nu. 3. ad fi. de verborum significatione, Bald. in l. 2. num. 7. ff. si ex noxa. cau. aga. & in l consentaneum, num. 23. C. quom. & quando iudex. Abb. in c. quoniam frequenter. in §. in alijs, nu. 5. & 17. vt lite non contesta. Feli. in d. c. consultationibus, nu. 9. & ibi Deci. num. 11. & istam esse communem testatur expresse Michael Vlcurrus in d. §. Iulianus, col. 138. licet ipse contra eam conatur tenere, leuibus tamen fundamentis.

Vndecimo fallit in casu l. ad curatoris. in §. domum. ff. de damno infecto. vbi probatur quod quando domus est diruta, ita quòd deformitas causatur in ciuitate, si dominus ad refectionem est potés, potest compelli vt reficiat. sed si dominus nõ est potés, curator ciuitatis potest sumptu publico eam reficere, & si intra tempus a iudice assignatum sumptus cum vsuris non soluat, poterit eam respublica detrahere pro iure dicti sumptus, & vsurarum, & sic iste propter contumaciam, amittit rem principalé. illum tex. vltra Angel. ibi exaltat Barthol. Cæpola. in tracta. setui. vrba. præd. cap. 59. num. 4. Hippolyt. in singul. 470. facit etiam similis tex. in l. si vt proponis, C. de ædificijs priua. vbi probatur, quod si socius nomine communi domum re fecerit, ad sumptus pro rata agere poterit: vel per quatuor menses expectare, intra quos si sumptus, pro rata non fuerint redditi, dominium totius sibi vendicare poterit, & est similis text. in l. si fratres, §. idem respondit, el 2. ff. pro socio. De iure regio est text. in l. fin. ti. 31. parte. 3. & ita per supra allegata tenet Angelus Aretin. in §. sequens. num. 13. Instit. de Actionibus vbi Ias. nu. 48. idem Iason in l. creditor, nu. 7. ff. si certum petatur, & in repet. l. quo minus, nu. 109. ff. de flumini. Cæpol. in cautela 123. Hippoly. in sing. 369.

REGVLA CLIII.

CONTVMAX in non comparendo, vel respondendo, vel recedens ante tempus, sine iudicis licentia, excõmunicari potest.

Hanc regulam probat tex. in c. j. de iudic. & ibi Abbas. num. 10. per illum tex. Tex. in c. certum, 11. quæst. 3. glo. in cap. duo in verbo, videbatur, 96. distin. probatur ét in c. cõstitutus. de procur. in c. cõmissa, de elect. li. 6. De iure Regio est tex. in l. 10. 11. & 12. tit. 9. part. j.

Amplia primo, vt procedat supra dicta conclusio in actore. ita tenet Innoc. in c. calumniam. de pœnis, quem sequuntur Philipp. Dec. & Doct. in d. c. j. de iud. quam opinionem sequitur etiam Alex. in consi. 137. nu. 10. volu. 2 & in consi. 72. num. 8. volu. 3.

Secundo amplia, etiam si recedens licentiatus dimiserit procuratoré cum mandato, sed non sufficienti, vt est tex, in d. cap. constitutus de procurato.

Tertio amplia procedere etiam in minima contumacia cum sit inobedientia, quæ est digna excommunicatione, vt probat glo. in d. cap. duo sunt, quam sequitur, Abb. in cap. j. num. 10. de iudic. & in c. ex parte, el. j. num. 3. de verb. significa. Ludouic. Gom. in §. ex maleficijs, num. 4. Instit. de actio. Ludou. Montaltus, in tracta. de reprobatione sententiæ Pilati, articul. 3. nu. 25. And. Barb. in trac. de testibus, in 3. parte, num. 9.

Quarto amplia vt possit priuari, beneficio si extiterit in excommunicatione per annum. probat tex. in cap. rursus. & in cap. quicunq; 11. q. 3. Bernar. de Luco, in practica, cap. 142. Quod tamen intelligo verum quandocunq; esset excommunicatus, pro crimine, secus si pro causa ciuili, ita tenet Panor. in d. c. j. nu. 24. de iud. & in c. contingit, nu. 7. de dolo. & contu. Rom. in sing. 303. glo. est in c. cum contumacia. in glo. fi. de dolo & contuma. lib. 6. glo. in c. contingit, in verbo, non potest. & ibi Anto. de Butr. de dolo & contu. Aegidius de Bellamera in c. cum bonæ de ætate, & qualit. Chassanæ. in consuetu. Burgund. titu. {des iustices,} Rubr. j. §. 6. fol. 64. col. j. numero. 21. Pala. Ruui. in repet. c. per vestras. §. 28. num. 22. Stepha. Aufredus, in glo. ad decisiones Curiæ Tholosanæ, decisi. 265. Ripa in d. cap. j. de iudic. nu. 77.

Limita primo vt non procedat in citato ad vnum actũ qui illo expedito licentiatus recesserit, quia etsi non expresse, tacite tamen dicitur licentiatus à iudice, ita tenet Abb. in c. prout in primo notab. de dolo & contuma. Anto. de Butr. in c. j. nu. 28. de iudi. facit tex. in c. certũ 11. q. 3. ibi aut si ante finitam causæ examinationem.

Secundo limita quando citatus comparuit, in termino & vsque ad extremum spatium citationis, donec iudex discesserit de tribunali extiterit, quia actore non comparente, potest eius contumacia accusata illicentiatus recedere. ita tenet Io. de Imol. in cap. j. de iudi. nu. 18. per tex. iuncta glo. 2. in cap. j. de dolo & contuma. lib. 6. quem sequitur Feli, in d. c. j. nu. 21. idem videtur tenere Abb. in c. cõsuluit, numero 7. de officio deleg. Alexand. in l. si finita, in §. Iulianus, ff. de damno infecto, num. 25. pro qua limitatione facit quod notat Alexand. in consil. 92. num. 11. volumi. j. & quod notat Aret. in consilio, 161. numero, 3. Quam limitationem intelligo, vt per Imola, & Alexã. vbi supra.

Tertio limita vt procedat aduersario accusante contumaciam recedentis ante terminum, vel non comparentis, alias secus, vt in l. properandum in §. & si quidem, C. de iudi. ibi, actoris absentiam incusante, quem ibi ad hoc notát Raphael, Paul. de Cast. & Ias. & ante eos Bar. in l. cõsentaneum. C. quomodo & quando iudex, & in l. si finita & §. Iulianus, & ibi late Alex. ff. de damno infect. & in l. 2. in fi. ff. si quis in ius voca. non ierit, & in l. arbitro certo die. vbi assignat rationem. ff. de arbit.

Quarto limita vt nõ procedat, quãdo citatio fuisset inualida, secũdũ Barb. in c. j. de iud. nu. 40, quę limitatio ante eum fuit Baldi in l. nam ita diuus, ff. de adoptio.

Quinto limita nõ procedere qñ propter aliquod repẽtinum periculum illicẽtiatus recederet, secundum Anto. de Butr. in d. cap. j. nume. 28. de iudic. quem sequitur Felin. ibi numero 21, Pro qua opinione vltra l. quæsitum, ff. de re iudic. addo tex. in cap. tenor, de re iudic. iuncta, gl. j. quam ponderat Abb. ibi.

Et circa hanc regulam, qua pœna cõtumax puniatur, vide Barthol. Chassanæ. in consue. Burgund. in titu. {Des iustices,} Rubr. j. §. 7. fol. 73. col. 4. num. j. cum alijs, & quinque casus, in quibus contumacia non punitur, & 24 in quibus punitur, ponit Robertus Maranta in tractat. de ordine iudiciorum, in 6. parte, in rubr. de contumacia, per totam, fol. 176. cum alijs. Viginti etiam casus in quib. contumax punitur, ac totidem in quibus non punitur, ponit Io. Bassianus in cõsuet. Aluerniæ, cap. 9. in arti. 12. De iure regio, casus in quibus contumax nõ puniatur, ponit l. 5. tit. 3. lib. 2. fori, & l. 11. tit. 7. par. 3.

Regula cliiii.

Conveniri coram alio po est quis licet elegerit coram vno ager. Hanc regulam ponit Mar. a Soc. vbi eã notabiliter declarat in c. prudentiam. nu. 21. de mutuis, petitio. & in nu. 22. vsque ad numerum 35. limitat eam 12. modis, & fallentiam ibi positam sublimitat 11. modis à nu. 36. vsque ad num. 47.

Regula clv.

Conuentus simpliciter ad factum, non potest præcisè cõpelli. sed liberatur præstando interesse. Hanc regulã probat tex. in l. stipulationes nõ diuiduntur ff. de verb. oblig. cum alijs allegatis per Bar. ibi nu. 38. circa quam regulam vide Anto. de Burgos in rub. de emptio. & vend. nu. 3. Ludouicum Romanum in sing. 629.

Hanc regulam ponit, vbi notabiliter eã declarat Vinc. de Herculanis in l. in exequutione, nu. 150. ff. de verbor. obligationibus. vbi in nu. 161. cum seq. vsque ad nume. 176. limitat eam 7. modis.

Regula clvi.

Conuictus legitimis probationibus, ac sponte proprio ore confessus condemnatus, non auditur appellans. Hanc regulam probat tex. & ibi Doct. in l. obseruare curabis, C. quorum appellatio. non recipian. & in l. abstinendum, C. eod. tit. & in cap. ei qui appellat. in §. sunt etiam quorum. 2. quæst. 6. glo. in cap. quicunq;. 2. q. 6. in cap. cum speciali, in §. porro. in glo. j. de appellat. vbi hoc tenet Abb. num. 5. Præposi. nu. 7. Philip. Franc. nu. 5. Anto. de Butr. in tracta. de notorio. art. 4. num. 56. notatur, in l. constitutiones. & ibi glo. fi. & in l. creditor, in §. iussus, & ibi Bar. nu. 2. ff. de appellat. Roma. in sing. 619. notatur in l. qui sententiam. C. de pœnis. & quis dicatur cõuictos, vide notab. Fulg. in cons. 123, nu. 3.

Limita primo non habere locum qñ est conuictus per probationes non legitimas & indubitatas, sed dubias, nã tunc nõ dicetur conuictus & admittitur appellatio, licet fuerit confessus. ita Bal. in d. l. obseruare curabis, & in l. fi. C. de probat. & in l. addictos. C. de episcopa. audient. per gl. in d. §. iussus. ita tenet Philip. Fran. in d. §. porro. nu. 5.

Secundo limita habere locum in vera confessione, nõ autem quando fuisset facta per procuratorem etiã habentem speciale mandatum ad confitendum, nam confessio facta proprio ore plus operatur, cum iudex possit perpendere qua constantia & qua titubatione confiteatur, vt ex ijs perpendat an confessio fuerit vera, an nõ ita tenet Bal. in d. l. obseruare. nu. 14. per illum tex. ibi, voce propria. quem sequitur ibi Paul. Cast. Rom. in l. j. in §. si procurator, ff. si quis ius dicenti non obtempe. facit tex. in clem. 2 de procur. vbi procurator non potest confiteri delictum. facit etiam tex. in l. certè. ff. de preca. Ant. de Butr. Panor. & Canonistæ in c. j. vt lite non contesta. Bar. & Doct. in l. certum, in §. sed anno. ff. de confessio. & in l. j. in §. fi. ff. quando appellan. sit Alex. in additioni. ad Bartol. in di. §. iussus. in additione j.

Tertio limita quando est conuictus & sponte confessus. secus tamen si in tortura, vt in d. l. obseruare curabis, in vers. aut formidine tormentorum. & ita per illum tex. tenet Bald. ibi nu. 15. Abb. in d. §. porro nu. 5. & Philipp. Franc. ibi nu. 5. Bal. tamen in l. j. in fi. C. de iuramen. calũ. sentit contrarium, & in l. fi. nu. 8, C. de probatio. imo, ꝙ etiam si in tortura confiteatur, non appellat. Quod intelligo quando reus perseuerat in confessione, secundum Curti. Senio. d. l. j. nu. 17. C. de iura. calum.

Quarto limita quando confessio fuisset facta post sententiam, nam condemnatus ante confessionem posset appelare. ita tenet Bart. & ibi Alex. in additio. in d. l. obseruare. & ibi Paul. de Cast. & Bal. nam quandocunq; ante sententiam erat conuictus tantum, si post sententiam confiteatur, delictum, bene auditur appellans. Hanc opinionẽ probat glo. in l. non tm̃, in verbo, acquiescit. ff. de appellat. & ibi est text. pro hac opinione secundum vnum intellectum, & secundum Bart. & Doct. ibi glo. in d. l. obseruare, in verbo, propria. & ibi Bald. C. quorum appella. nõ reci. Hanc opinionem tenet Bart. in l. constitutiones. nume. 3. ff. de appell. Bald. & doct. in l addictos, C. de episco. audien. & in l. addictos, C. de appellationib. & in l. vi debitum. in fi. C. de hæred. actio. Lud. Rom. in d. sing. 619. Philip. Franc. in d. §. porro. nu. 6.

Quinto limita in casibus in quibus propter inhumanitatẽ sceleris nõ admittitur appellatio, de quibus in l. constitutiones ff. de appel. Porro casus in quibus non admittitur appellatio ponit Alex. ibi, in additio. ad Bart. in d. l. cõstitutiones & vltra dicta supra in reg. 45. vide Soci. in Regu. 24. Specu. in titu. de appella. §. in quibus Hippo. in repe. l. vnicæ, nu. 138. C. de raptu virgin. Lanfrã. de Oriano in tract. de interloquutionib. & appellationib. nu. 96. Fredericũ Schẽ, in trac. de app. nu. 37. Mõtal. ĩ l. j. ti. 15. li. 2. fori & l. Regia 15. ti. 23. par, 3. & in l. 11. tit. 16. li. 3. ordina.

Sexto limita quando vere esset confessus & conuictus non autem ficte per contumaciã, quia requiritur ꝙ ore, proprio cõfiteatur, contumax autem ficte dicitur confessus, & non fit extensio de casu vero ad casum fictum, vt in l. 3. in §. hæc verba. ff. de nego. gest. ita tenet Ang. Aret. in tract. maleficio. in verbo præsente d. Caio. & appellante nu. 21. Nellus in tract. bannitorum, in 4. par. j. temporis, q. 2. Philip. Franc. in d. §. porro. nu. 8. vbi tenet ꝙ quãdocunq; contumax ex forma statuti habetur pro conuicto & cõfesso, nõ auditur appellans, quod tamen declara, vt per Philip. Franc. vbi supra, quia contrariũ tenent Bar. & Alex. ibi in d. l. obseruare curabis.

Septimo limita nisi allegaretur probabilis cã in appellatione quæ offuscaret probationem aut confessionem: tunc appellatio admittitur. ita notatur in c. Rom. in §. sin autem. de appella. lib. 6. & tenet Io. de Imol. in d. §. iussus. ff. de appella. Philip. Dec. in c. consuluit. nu. 5. de appella. & in d. §. porro, num. 16.

Octauo limita procedere tantummodo in criminibus enumeratis in d. l. obseruare. Hanc opinionem contra gl. ibi tenet Petrus de Bellaper. quam opinionem tanqnã æquiorem sequitur ibi Cin. in 2. col. quam dicit magis sibi placere Alberic. nu. 2. in d. l. obseruare. & ante eos tenuit, Azo in Summa illius tit. quam opinionẽ dicit esse veram de rigore iuris Io. de Imo. in d. §. iussus. nu. 8.

Contrariam tamen opinionem tenet glo. in d. l. 2. quã sequitur ibi Bar. & Bald. eandem opinionem tenet glo. in d. §. iussus. & in d. l. non tantum. ff. de appella. quam opinionem dicit cõmuniter teneri Io. de Imo. in d. §. iussus, eandem opinionem tenet Ant. in d. §. porro, de appellat. eandem dicit esse communem opinionem idem Ant. de Butr. in tracta. de notorio, art. 4. nu. 56.

Regula clvii.

Chronicorum & Historiarum exemplũ probat. Hanc regulam ponit Bar. in l. j. & ibi Alex. ff. si cer. peta. per tex. in c. cum in causam. de probatio. probatur in l. j. ibi à quibusdam scriptoribus traditum est, ff. de officio, præfect. præto. & in l. j. ibi, Iunius, & Trebatius & Fenestella scribunt. ff. de offic. quæsto. glo. in Clem. j. in verb. vrbano, de reliquiis & venera, sanct. & in Clem. j. in verbo Bononia. de magistris, & in c. quamuis 21. distin. De Historiis est tex. in l. 2. in §. eodẽ tempore, ff. de orig. iur. & in l. in quæstionibus. ff. ad leg. Iul. maiesta. vbi Salustij Historia referri videtur, & in §. j. in fi. Instit. de donat. Et de Historijs Ecclesiasticis est tex. in c. fi. 9. dist. in glo. in c. vt veterũ, in verbo, Græci. eadem dist. Et de Legendis sanctorũ est glo. in §. hæc aũt tria. in procemio, Digest. in vers. Regis & generaliter de libris antiquorũ tex. in l. j. ff. de offi. præfec. præt. & in l. j. ff. de offi. quæs. & in l. 7. mẽse, ff. de statu homi. Circa quã regulã vide philip. Dec. in cõs. 135. Abb. ĩ c. 2. nu. 11. de feud. & in c. cũ cã. nu. j. de prob. Cepol. in Auth. sed nouo iure. nu. 22. C. de ser. fugi. & not. Pau. Paris. ĩ cõ. j. nu. 50. vo. j. Plateã ĩ §. pẽ. nota. j. ď te. Inst.

Hanc regulam amplia quatuor modis, & limita vno modo, vt per Franc. Purpu. in l. j. nu. 156. ff. si cer. pet.

Regula CLVIII.

Creditor partem debiti regulariter accipere nõ cogitur. Hanc regulam probat tex. in l. quidam existimauerunt. ff. si certum pet. & in l. tutor, in §. Lucius, ff. de vsuris. & in l. acceptam. C. de vsuris, glo. & Doct. in l. qui Romæ. in princ. ff. de verbo. oblig. & in l. si ita quis in §. Seia cauit, ff. eod. tit. De iure Regio, est text. in l. 9. tit. 20. lib. 3. Fori, & in l. 8. tit. 14. parte. 5. & in l. 119. Styli. Ratio est, quia particularis solutio, non minima incommoda solet afferre, vt in l. plane, ff. familiæ ercisc. Circa quam regulam vide Antonium de Tremo. in Additionibus ad practicam Huberti de Bonaccur. Rubrica 2. incipiente, Quibus modis suo nomine, &c. fol. 35. col. j. in glo. in verbo, nõ cogitur. Castil. in l. 20. Tauri, in glo. fin. Bellon in cons. 44. nu. 2. Io. de Amicis in cons. 55. nu. 18.

Hanc regulam cum duabus limitationibus ponit Soci. in regul. 75.

Hanc etiam regulã ponit Ias. post Ale. vbi eam ampliat duobus modis, & limitat 9. modis, in l. quidam existimauerunt nu. 5. cũ alijs, quas duas ampliatiõ. Ias. & 3. limitationes ex eis ponit Mart. Sancius Vascoletus in tract. indiuiduorum, in 7. cerula. nu. 79. Hanc etiam regulã cum quinq; ampliatio. & 12. limitatio. ponit Anto. Negusant. de Fano in tract. de pignoribus, in 2. part. 3. membri quintæ partis principalis, nu. 17. cum alijs.

Regula CLIX.

Creditor inuitus non compellitur recipere vnum pro alio. Hanc reg. probat tex. in l. si se nõ obtulit. §. ait prætor, ff. de re iud. & in l. promissor. in §. si. ff. de constit. pecu. & in l. item liberatur, in §. qui paratus. ff. quibus modis pignus vel hypo. solui. tex. & ibi Doct. in l. 2. in §. mutui datio. ff. si certum petatur. & in Authen. & hoc si debitum. & in l. manifesta. C. de solutio.

Circa quam regulã vide notaq; Carol. Ruinum in cõsil. 65. nu. 10. vol. 2. Andr. Tiraq. in tract. de vtroq; retractu, in ti. de retractu {Lignagier} in §. j. in glo. 20. nu. 13. Marcum de Mantua in lib. 6. obseruationũ, obseruatione 59. Maria. Soci. Iun. in cons. 75. nu. 7. vol. 2. & in cons. 147 nu, 8. volu. j. Marc. de Mantua in cons. 18. nu. 10. Hanc regulam cum duabus limitationibus ponit Soci. in regul. 382.

Hanc etiam regulam cum 3. ampliatio. & 5. limitationi. ponit Castillo in l. 20. Tauri in gloss. fi. Eandem regulam cum decem limitationibus ponit Ioan. de Platea, in §. j. nu. 3. Instit. quib. mod. tollitur oblig. eandem regulã cum quindecim limitationibus ponit Martinus Sancius, Vascoletus in d. trac. indiuiduorum, in 7. cerula, nu. 38. eãdem regulam cum duab. ampliationib. & viginti limitationib. ponit Ias in d. §. mutui datio à nu. 8. vsq; finem.

Regula CLX.

Creditor secundus potest offerre primo creditori suũ creditum, & liberare pignus à primo creditore, & suã hypothecam confirmare. Hanc regulam probat tex. in l. j. C. qui potior. in pign. habean. De iure Regio est tex. in l. 36. tit. 13. parte. 5.

Circa quam regulam vide And. Tiraq. in tract, de vtroque retractu, in titu. de retractu {Lignagier,} §. 8. glo. 7. numero, 11.

Hanc regulam, vbi eam notabiliter examinat cum tribus ampliationibus & tribus limitationibus posuit Ant. Negusan. de Fano in tract. de pignori. in tertio membro; quintæ partis princip. nu. j. vsque ad finem. quam primã limitationem quæ ponitur per eum ibi, nu. 4. restringit, septem modis & vide eundem ibi in nume. 10. vbi ponit alias nouem ampliationes.

Regula CLXI.

Creditor tenetur mittere ad domum debitoris quando debitor non expresso loco aliquid dare tenetur, & sic non tenetur portare debitum ad domum creditoris, Hanc regulam ponit Alb. de Rosate in l. 2. num. 22, C. de iure emphyt. per tex. in l. cum 2. in §. causæ huiusmodi, ff. de transact. vbi obligatus ad alimenta non tenetur ea deferre ad domum personæ cui alimenta debentur, & in le. item illa verba. in princ. & ibi glo. quæ incipit, non venit ff. de constit. pecu. quam glo. sequitur Abb. in c. significante, num. 9. de pignor. & ibi expresse hoc tenet, Bart. num. 8. eandem opinionem tenet Ang. in l. spatium, nu. 3. ff. de edendo, Bald. in l. acceptum. num. 22. C. de vsuris Innoc. in d. c. significante, nu. j. & ibi Doct. & Abb. in c. licet, el. j. nu. 13. de simonia. Bart. in l. cum filius, in §. si promissor, nu. 2. & ibi Ang. nu. 2. Ias. nu. 3. & Alex. & Doct. ff. de verborũ oblig. Ang. Aret. in §. præterea quasdam nu. 35. Instit. de actio. Roma. in l. de die. in §. qui mulierem. ff. qui satisda. cogan. numeru, 14. Ias. in d. l. 2. num. 92. C. de iure emphyteutico.

Limita primo hanc regulam non procedere nisi ambo videlicet creditor & debitor, sint eiusdem fori secundum Bart. in d. l. item illa. per glo. ibi, Bald. in dicta l. acceptam, & in l. si. nu. 7. C. de condit. inser. Petr. de Vbaldis in tract. de duobus fratribus. quæst. 14. nu. 15. Ias. in d. l. 2. num. 92 C. de iure emphyteu. & quando dicantur eiusdem fori, vltra Bartol. in dicta l. item illa. ponit Ias. in d. l. 2. nu. 93.

Secundo limita nisi debitũ esset ita modicum, vt plus incommodi quam vtilitatis afferret dño. ita tenet Bal. in d. l. acceptam, nu. 23. allegat Innoc. in d. c. significante, de pignori. sed certe Innoc. ibi hoc non tenet: sed illam opinionem Bal. sequitur Ias. in d. l. 2. num. 92.

Tertio fallit quando testator legatum, vel fideicommissum expresse vel tacite solui destinasset in loco creditoris vel alibi, vt in l. si fideicõmissum. in princ. ff. de iudi. & ibi Doct. de iure Regio est tex. in l. fi. titu. 9. par. 6.

Quarto limita quando debitor cœpisset, soluere in loco creditoris, vt in d. l. fideicommissum. in §. si cum l. seq. per quem tex. Ang. in l. j. nu. 5. C. de fideicommiss. tenet quod quandocunque aliquis habet exceptionem ne teneretur soluere legata in certo loco; si vnum legatum in illo loco soluerit, sibi præiudicat quo ad alios, vt etiam possit cogi. alia legata in illo loco soluere, contra quam opinionem Angel. tenet expresse Ias. in l. 2. nu. 9. C. de fideicommissis. & Guliel. Benedic. in repe. c. Raynutius. in verbo, si absque liberis moreretur, el. 2. nu. 176. de testam. sed pro opinione Ang. contra Ias. & Guliel. Benedic. est tex. in d. l. fi. circa fi. titulo 9. par. 6.

Quinto limita quando debetur certa species, quia est tradenda vbi res est, vt in l. sed & si susceperit, in §. si ea, res, ff. de iudicijs.

Sexto limita quando petitur non res, sed cautio rei præstandæ. ita tenet Paul. de Castro in lege, si fideicommissũ in §. j. ff. de iudic. facit tex. in l. quod legatur. ff. eod. tit.

Septimo limita, si aliquis promisit facere cessionẽ vel renuntiationem sub pena, quia tunc tenetur ire ad domũ creditoris. ita tenet Innoc. in d. c. significante, nu. j. de pigno. quem sequuntur ibi Doct. præcipue Barb. nu. 11. allegans text. in c. pastoralis, in §. fin. de offic. ordin.

Octauo limita secundum Innoc. quem sequitur ibi Ant. de Butr. nu. 12. in d. c. significante. de pignori. quãdo est dies apposita tacite vel expresse, quia vt impeditur, mora committi debet debitor ire ad domum creditoris, sed vt dicit Bar. in d. l. item illa hoc non est necesse cũ possit in domo sua si creditor est absens protestari.

Nono limita nisi consuetudo loci aliter se haberet, secundũ glo. quam ibi sequitur Bar. in d. l. item illa. eandem glo. sequitur Petrus de Vbaldis in d. tract. de duobus fratribus, in d. 6. q. nu. 15. eandem opinionem tenet Bar. in l. suo victu nu. j. ff. de operis libert.

Decimo fallit si debita velit soluere in loco creditoris, nã tunc etiã eo inuito potest. ita tenet Bald. in dicta, l. acceptam, nu. 23. C. de vsuris, quod dicit esse verum, nisi locus

locus iste esset destinatus fauore creditoris, vel vtriusque allegat notata in l.vsuras.C.de solutio.& in rône sui tex. in l.j. C.de seruis exportā.quam opinionem sequitur Ias. in d.l.2.nu.96.C.de iure emphyteu.

Vndecimo fallit nisi gratia moræ purgaudę,quia attenditur locus creditoris, vt in d.l.item illa in §. proinde. ff. de constit. pecunia notatur per Doct. in d.c.significante. de pignori.quid autē si sit dies apposita tacite vel expresse,dixi supra in 8. limitatione,

Duodecimo fallit nisi esset debitū obsequiū vel reuerentia personæ: vt in l.quod nisi.§.ex prouincia.ff.de operis libert.vel causa propter quam debetur aliud suaderet: vt in l.sed & si susceperit.in §.si libertis.ff.de iudicijs. & & ibi Bar. vbi dicit q̃ si relinquitur scbolari certa quantitas pecuniæ in auxilium studij, tale legatum seu fideicōmissum debet præstari in studio. quem sequitur ibi Iacobi de sancto Geor.nu. 2.& ibi Lancelotus Dec. vbi declarat illud dictum Bartoli,in j.col.idem etiam est in vasallis cum renouatur fidelitas,secundum supradictos Doct. idem in censuarijs ac affectuarijs quando petunt renouationem,quia sunt quodammodo subditi, vt in l.pro locis C.de annonis & tribu.lib.10.

Decimotertio limita nisi detur gratia conditionis implendę quia tunc debet. fieri oblatio in domum creditoris, vt in l. fin. C.de cond. insert. Bartol.in l.tales,in §, Priscus respōdit.ff.de cōd.& demo.Bal.in l.suus quoq; in fi. verbis,§. recte puto.in versic.potest.ff.de hæred.insti.

Decimoquarto limita non procedere in primitijs soluendis sacerdotibus,quia illas tenentur rustici in horrea clericorum deferre, vt inquit glo. notab. in c. reuertimini. in glo.in verbo,in horrea.16.q.j.& in c.decimas quas in vsū in verb.in horreū. 16. q.7.& est tex.notabilis secundū gl. & Imol.& Rom.ibi in l.stipulatio ista,in §.inter certā.ff. de verb.obli.ita tenet Ias. in l. 2.nu.92. C.de iure emphy.

Limita decimoquinto nisi subsistente impossibilitate creditoris; vt quia pater propter aliquod delictum missus esset in exilium, & filius illi ad alimenta teneretur,quia teneretur mittere alimenta ad locum patris, vt est tex. solēnis in Auth. de incestis nuptijs,in §. si vero contigerit, collat.2.& ibi glo. in verbo,alia necessaria. vbi Nicol. de Neapoli refert dominum suum habuisse hanc quæstionē de facto in ciuitate Foroliuij.& idem est in patre qui tenetur alere liberos, vt in l.si quis à liberis,in §.si vel parēs ff.de liberis agnosc.nam si filij nolint aut non possint stare cum patre debent eis alimenta extra domū patris præstari,ponunt Rom. & Imol. in l. si cum dotem.in §. trāsgrediamur.ff.soluto matri.pro quo facit quod supra dixi, in regu.68.in decima limitatione.

Limita decimosexto quando aliquid est præstandū in quo deferendo ad domum creditoris non cadit expensa, vt est deferre pecuniam,quia tenetur deferre, puta pecunias pro alimentis.ita tenet Angel.in l.cum 2. in §. vult igitur.nu.5.ff.de transact.& ita tenet Bart.in l.j.nume.24. ff.de alimen.& cibar. leg.quem sequitur Imol.in c.indicāte,nu.19.de testā.Ias.in d.l.2.nu.92.in fi.C.de iure emph.

Decimoseptimo fallit si creditor velit sua impensa deferre legatū ad domū suā per debitorē,ita vt hæres solum poneret laborem suæ personæ, & licet glo.in l.quo legatur.in glo. in verbo, vbi est,teneat contrariū,tñ glo. magna ibi,in verbo,à legatario, in versic.vel nisi forte. ff.de iudi.probat hāc limitationē,quā glo.reprobata glo. 3. supra dicta sequitur ibi Bar.& Ang.& hāc opinionē esse cōmunē & tenendam firmat ibi Iacob.de S.Georg.num.4. idem Bar.& Doct.in l.cum res.ff.de leg.j.pro qua opinione est text.in l.prætor,in §.quod si in alio loco.ff.de edēdo.& in l.si in Asia.in §.depositū.ff.depositi.& illā glo. sequitur Ias. in l.cū 2.§.dū igitur,nu.9.ff.de edendo.

Decimooctauo limita nisi esset determinatus locus in quo debeat offerri,quia tunc ad illum locum debet accedere tam debitor, quā creditor, vt in leg.j.ff.de eo, quod certo loco,

Decimonono limita non habere locū in bānito,nā si debitor promisit soluere Salmanticæ, & postea ego sum bānitus, de illa vrbe, tenebitur debitor soluere mihi alibi & sic est speciale, in bānito vt possit cōuenire debitores suos in quocunq; loco eos reperiat,etiā si ibi nullo mō sortiatur forum tex. est & ibi glo. quæ hoc expresse tenet in l.vsuras.C.de solutionib.& ita per illū tex. & gl.tenet Rom. in sing. 71. Bal. in d.l. vsuras.Feli. in c.cū sit ī prin. de so.compet.Fran.Cremē. in sing. 123.Curt.iun.in l.heres absēs.in §.si quis tutelam,num.3.ff.de iudicijs. ꝑ qua limitatione vide posita supra in 15.limitat.

Regvla clxii.

Creditores priuilegiati eiusdē tituli in personalib. actionibus cōcurrunt,nulla habita ratione prioritatis, nec posterioritatis. Hanc regulam probat tex.in lege priuilegia. ff. de priuileg.cred. & in l.si hominem,in §. quoties.ff.depositi.

Hanc regulam ponit Frāc.de Ripa, vbi eam limitat sex modis,in d.l.priuilegia,nu.51.vsq; ad nu.58. ff. de priuilegijs, creditorum.

Regvla clxiii.

Creditor tenetur fideiussori soluēti cedere actionē personalē & hypothecariā. Quā regulam probat text. secundū Sali.ibi in l.cum eorum, C.de sentent. & in l. 2. & ibi glo.in verbo transferendi.ff.de distract. pign.tex.in l.creditori, C.de fideius.circa quam regulā vide nota. Carol.Moli.in tract. de vsuris,nu.680.

Hanc regulā cum trib.ampliationib.& duabus limitationib. ponit Anto.de Fano in tract.de pignoribus, in 3. membro quintæ partis principalis.nu.33.

Regvla clxiiii.

Creditor qui non potest cedere actionem fideiussori, exceptionē cedēdarū actionū repellitur. Hec regulam probat tex. in l.Stichum.in §. si creditori, el 2.ff. de solutio.& in l.si pupillus alterum,& vtrobique Bartol. ff. de administratio. tuto.

Hanc regulam cum quinq; limitationibus ponit Ant. Negusantius in tract.de pign. in 3. membro 3.partis principalis num.33.

Regvla clxv.

Creditor si vendit pignus, & nondum recipit pretium ab emptore,nō tenetur soluere debitori residuū sed solū cedere ei actionem cuntra emptorē, periculo tamen ipsius creditoris, qui vendidit. Hanc regulam probat tex.in l. eleganter, in §. si vendiderit.ff. de pignotatitia actione.

Hanc regulam limitat quinque modis glo.in l. pen. in verbo,delegare,ff.de pignor.actione, quæ lex contrariatur nostræ regulæ,& glo,ibi ponit quinq; solutiones,per quas limitatur hæc regula.

Et sic limita primo secundum glos. quandocunq; ipse creditor totum pretium recipit,tunc enim tenetur soluere illud residuum debitori.& hæc est prima solutio glo. facit de iure regio tex.in l.41.tit.13.part.5.

Secundo limita quando creditor nō curat recipere cessionē ab ipso creditore,sed vult expectare dilationē per eum datam emptori,& tunc accipere pretium per manus creditoris,nam isto casu, nō cogitur inuitus recipere cessionem;& hęc est 2.solutio glo.

Tertio limita quando creditor velit cedere actionem contra emptorem per modum delegationis, debitor autē non vult illam hoc modo,sed per viam simplicis cessionis tantum,quia non vult quòd creditor delegando penitus liberetur,iuxta tex.in l.j.C.de nouatio.nā ī hoc creditor debet satisfacere ipsi debitori.& hęc est 3.solutio glo.

Quarto limita quando debitor fuisset in culpa dando dilationem emptori, & in habendo fidem de pretio, quia tunc debitor cogitur, recipere cessionem, quæ est solutio quartæ glossæ.

Quinto limita quando creditor vellet cedere actionē periculo debitoris, & non periculo suo: quia debitor nō cogitur illam recipere & ista est quinta solutio gl. Quam regulam & limitatio, intelligo veram quādo creditor potuit vendere præsenti pecunia absque dilatione, nam isto casu ipse creditor non debuit facere gratiam de alieno, & & ideo tenebitur cedere suo periculo. ita tenet Paul. de Castr. in d. §. si vendiderit, per text. in l. qui Romæ, in §. Callimachus ff. de verb. oblig. inducendo vt ibi per eum, sed si creditor non fuit in culpa, quia forte non potuit alittter vendere, vel quia erat talis consuetudo, tunc non tenetur cedere suo periculò, ita tenet Paul. de Castr. in dicto §. si vendiderit. argumen. tex. in l. si pignore. in §. si. ff. de pignoratitia actione.

REGVLA CLXVI.

CREDITOR potest vendere pignus, seruatis tamē seruandis, & primo ad hoc vt creditor possit vandere pignus, requiritur quòd debitor sit in mora soluendi debitum, vt est tex. secundum Bar. & Sali. in l. cum soluendæ ff. de distract. pigno. & ideo vbi est apposita certa dies ad soluendum, illius lapsus sufficit ad constituendum debitorem in mora, vt est text. in l. magnam. C. de contrahen. vel commiten. stipu. & ita proprie loquitur tex. in d. l. cū soluendæ, vbi autem dies non esset apposita, requiritur interpellatio ad constituendum debitorem in mora, iuxta text. in l. si ex legati causā. cum ibi notatis. ff. de verb obliga. De iure regio est tex. in l. 41. & 42. titu. 13. part. 5. vbi ponuntur ea quæ seruari debent in venditione pignorū. Hanc regulam probat etiam text. in l. si conuenerit. la prima ff. de pignori. & l. fin. C. de iure dominij impetrando, tex. & ibi glo. in l. creditor, hypothecas. C. de distract. pignorum. De iure regio est textus in dicta. l. 41. & 42. supra allegatis.

Hanc regulam ponit notabiliter Ato. de Fano in tract. de pignori. in j. membro 6. partis: num j. vbi vsque ad numerum 15. eam declarat. & à nu. 15. vsque ad nu. 33. ampliat 10. modis, & limitat totidem modis.

REGVLA CLXVII.

CREDITORI datur retentio pignoris, si non est satisfa ctum à debitore pro vtroq; debito, s. hypothecario & chirographario. Hanc regulā probat tex. in l. vnica. C. ob chirographariam pecuniam pignus retinere posse. & ibi Doct. & regia lex. 22. titu. 13. parte 5.

Hāc regulā amplia nouem modis, & limita 4. modis, vt per Antoniū Negusantium in tract. de pig. in 3. membro quintæ partis, nu. 46. vsq; ad numerum 51.

REGVLA CLXVIII.

CREDITOR prior præfertur posteriori. Hanc regulā probat tex. in l. qui balneum. & in l. potior. ff. qui potio. in pign. habean. in l. quoties vtriusq; ff. de regul. iuris. & in regula, qui prior de reg. iur. li. 6. & ibi Dinus. Regia l. 5. & l. 17. titu. 20. lib. fori. & l. 27. & 29. tit 13. par. 5. Circa quam regulam vide Catellia. Cottam in Memor. iuris in verbo creditor el 7. Cæpolam in cautela 124. vbi eam limitat aliquibus modis,

Hanc regulam amplia tredecim modis, & limita viginti quinque modis vt per Franc. de Ripa in l. priuilegia. à nu. 3. vsq; ad nu. 50. ff. de priuil. credit. Eandem regulam vbi eam ampliat 20. modis, atq; ēt limitat totidem modis ponit Ant. Negusantius in tracta. de pigno. in 2. membro 5. partis, à nu. j. vsq; ad num. 31. Eandem regulam, ubi eā ampliat 21. modis, & limitat 25. modis, & notabiliter, tractat materiā. & 13. effectus quos operatur prioritas temporis ponit Chassanæ. in Catalogo gloriæ mundi, in 12. parte consideratio 99. per totam.

REGVLA CLXIX.

CReditor vendens pignus non tenetur de euictione. Hāc regulam probat tex. & ibi glo. & Bar. in l. periculum, ff. de pignor. & in le. j. & 3. C. creditorem euict. pigno. non debe.

Amplia primo non solum habere locum in creditore priuato, verum etiam in fisco, quia in hoc fiscus vtitur iure priuati, vt in lege j. C. creditorem euiction. pignor. non debere.

Amplia secundò, non solum si creditor vēdat pignus consistens in corpore, sed etiam si vendat nomen creditoris hypothecatum, vt text. in d. l. periculum.

Limita primo quando creditor vendidit pignus non iure creditoris, sed iure dominij & vt dominus & idem si simpliciter uendidit, quia intelligitur uendidisse, in dubio ut dñs, & nō ut creditor, nam isto casu creditor tenetur de euictione, ita tenet Salice. in d. l. j. in fi. uersic. nunc quia casus. ubi dicit ita tenere alios doc. mouetur per tex. in l. j. §. j. ff. si uectig. uel emphy. peta. idem tenet Sali. in l. rescriptum. in §. j. ff. de distract. pigno.

Limita secundo quando creditor uendidit & promisit de euictione, quia tunc tenebitur creditor uti promisit, ut est tex. d. l. j. ibi, nisi nominatim hoc repromissum à priuato fuerit dñs, & ibi gl. in uerbo, creditorem. quam sequūtur ibi doct. præcipue Saly in 3. notabili. idem probatur, in l. 2. eodem titulo.

Limita tertio qñ ille qui uendidit tanquā creditor non doceret se esse creditorem, & rem uenditam esse sibi obligatam: tunc, n. non obstante ꝙ uendiderit, tanquam creditor teneretur de euictione quæ postea sequeretur, ita probat tex. in d. l. j. in princip. ibi, prædium obligatum. & ibi glo. fi. uult ꝙ creditor, qui uendit pignus debeat quatuor præstare, & primum est illud quod continetur, in hac limitatione. & cum glo. transeunt ibi Bar. Bal. Sali. & alij doct. idem Sali. in l. rescriptum. in §. j. ff. de distractio ne pigno.

Fallit quarto qñ creditor qui uendidit docere se creditorem & illam rē esse sibi obligatam, tamen nō doceret, se in dicto pignore seu hypotheca esse potiorem omnib. alijs creditoribus, tunc. n. si alius creditor potior euinceret ab emptore, ille creditor qui uendidit teneretur de euictione. et est in d. l. j. in fi. ibi potiorem se ceteris esse creditorib. & ita notabiliter tenet glo. fi. ibi quā sequuntur, ibi doct. quod tamen declara ut per Sali. in d. l. j.

Limita quinto qñ creditor habens rē obligatam & illā uendens sciret illam non esse debitoris qui obligauit, sed esse alienam: tunc. n. illam vēdens cum sciat ea esse alienā est in dolo, & ideo dño euincente tenebitur de euictione ut in d. l. 2. C. credit. euict. pign. non debere. & not. glo. fi. in fi. in d. l. j. quam sequuntur ibi Bal. & Sali.

Limita sexto, qñ creditor sciebat sibi nō licere uendere, neq; ex pacto, nec ex dispositione legis, & tñ uendidit quia tunc creditor tanquam dolosus tenebitur de euictione, ita tenet glo. fi. in d. l. j. & ibi Salic. post Bal.

REGVLA CLXX.

CREDITOR consentiendo pignus uendi per debitorē censetur remittere ius sui pignoris. Quam regulā probat text. in l. si debitor, in §. j. ff. quibus modis pignus vel hypot. solui. & in l. sicut in §. si uoluntate. & in l. si proba ueris, C. de remissio. pign. & in l. cum te. eod. tit. & in l. cretor. & ibi doct. ff. de reg. iur.

Hanc regulam amplia 11. modis, & limita 12. modis, ut per Ant. de Fano in tract. de pign. in 2. membro 6. partis, à nu. 12. usque ad numerum. 33.

REGVLA CLXXI.

COMPELLI non debet quis ad conficiendum quod alteri prodest & sibi non nocet, quando contractus, nō præcedit de cuius natura est ut faciat, & ille qui uult aliquē compellere, ex illo lucrum uel commodum sentit. Hāc regulam probat text. in l. nec creditoris. C. de nouat, in l. fi. ff. de usu & habita. in §. præterea. el 2. Instit. de act. Hanc regulā per supradicta iura ponit Bar. cū 3. limitationib. in l. soluto matrimo. nu. 13. ff. solut. matrimo. quem sequitur Guliel. Pontanus nu. 4. & cū Bar. dicit esse communem ibi Ias. num. 32. & 33.

Hanc

Hanc regulam per supradictam doctrinam Bart. cum 58. limitationibus ponit notabiliter Ludouicus Roma. in d. l. solu. matrimo. à nu. 5. vsque ad numerum 21.

REGVLA CLXXII.

CONVENTIO facta, inter maritũ, & vxorẽ vt sibi inuicem succedant, valet, Hanc regulã ponit Cin. in l. si pater puellæ, nu. 2. C. de inoffi. testamento. quẽ sequũtur, ibi Paulus, Bald. Salice. & Ias. nu. 2. vbi confirmat eã quatuor fundamentis. Quam opinionẽ Cini sequitur Barba. in l. si diuortio. ff. de verb. oblig. Hippol. in singul. 50. Ias. in l. ex hoc iure num. 55. ff. de iustitia & iure. Nicol. Boeri. in consuet. Bituricen. in rub. de consuetudine, matrimonij & doerij. §. j. col. 7. & 8. fol. 58. col. j. & notabiliter Pala. Ruui. in repet. rub. de Donatione. §. 50. nu. 12. Hanc regulam probat tex. in c. j. in §. filij nati, & ibi Bal. & doctores, si de feudo defuncti contentio sit inter dominium & agna. Vasalli. in Vsibus feudo. tex. in Auth. sed hodie. in fine, ibi, pactis dotalium instrumentorũ in omni casu viro seruandis. C. de adult. & regia l. 9. tit. 6. li. 3. fori. & in l. 23. & 24. tit. 11. par. 4.

Hanc regulam ampliat vno modo, & limitat ibidem vno Ias. in d. l. pater puellæ, nu. 6. eandem regulam cum 6. limitatio. ponit Chassanæus, in Consuet. Burgun. in titu. {des droitz.} rub. 4. §. 7. versic. {autrement.} fol. 169 col. 2. nu. 1. cum alijs.

REGVLA CLXXIII.

CRIMINA morte extinguuntur. Hanc regulam probat tex. in l. j. cum alijs, C. si reus vel accusator mortuus fuerit. in c. quorundam. 23. dist. in c. peruenit. & in c. cãm, quç el. 2. qui filij. sint legitimi. De iure regio tex. in l. 27. tit. 23. parti. 3. & in l. 9. tit. 20. lib. 4. fori. & in l. 7. & 8. tit. j part. 9. Circa quã regulã, vltra Ang. in §. publica autẽ nu. 3. & ibi doct. inst. de publi. iudi. vide eundem Ang. in tract. maleficiorũ, in verbo, qui dñs iudex videns nu. 41. Gome. in §. superest, nu. 19. Instit. de actio. Io. Igneum. in l. j. in §. sibi manus. nu. 9. ff. ad Syllan. Rom. in sing. 431. Hip. in consi. j. nu. 36. volu. j. & in l. fi. nu. 28. ff. de quæst.

Hanc regulam limitat quinque modis glo. in §. interdum. Instit. de hæredit. quæ ab intestat. deferuntur, & 9. modis limitat eam glo. in verbo maiestatis, in l. ex iudiciorum ff. de accusat. Quas 9. limitationes ponit Speculator in tit. de accusatore, in §. j. nu. 33. Hanc etiam regulã limitat 11. modis, Hippoly. in l. qui falsam in §. accusatio. nu. 8. & 9. ff. de falsis. aliæ limitationes ponuntur dictis legibus regni supra allegatis. Porro intra quantum, tempus duret istud ius accusandi. dico quod in crimine, hæresis, intra quinquennium, iuxta l. 2. & ibi doctores. C. de apostatis quod extenditur etiam habere locum in criminæ læsæ maiestatis, glo. in l. Manichæos, in verbo, subire, C. de hæreti. quam glo. sequitur Rom. in sing. 431 in quo est notandum quod de iure canonico est glos. de hoc in summa 24. q. 2. vbi tenet quod de iure Canonico, non permittitur aliquem accusari post mortẽ, nisi in tribus casibus. scilicet in crimine hæresis, per cap. finale, de hæreticis, secundo quando quis hereticum instituit hæredem, vt in capitulo, si quis episcopus, eodem titulo. tertio si quis in notorio crimine decesserit, vt in c. neque. 88. distinct. & dicit ibi glo. quòd de iure ciuili nõ permittitur, aliquem accusari post mortem nisi propter bona tantũ. non vt alia illi pœna imponatur, atque addit ibi gloss. ꝙ hoc etiam statutũ est in crimine læsæ maiestatis, per tex. in l. fina. C. ad leg. Iuliam maiestatis. Quod de iure regio, non habet locũ, per supra dictas leges, imò in crimine læsæ maiestatis non solum propter bona, verũ etiã in omnibus aliis pœnis. quasi esset viuus deberet pati, poterit cõdemnari: & ibi glo. enumerat multos casus in quibus de iure ciuili permittitur accusatio. & est similis glo. iuncto, text. in c. accusatus, in §. in eo. in verbo, post mortem. de hæreticis, lib. sexto, quæ glo. dicit quoddam verbum notandum, quod licet accusatio post mortem non duret vltra quinquennium, vt supra dixi, tamen ad hoc vt bona, ipsorum post condemnationem confiscentur, & applicẽtur fisco, debent peti intra quadraginta annos, alias non. & sic in effectu vult gloss. quod in crimine læsæ maiestatis confiscatio bonorum præscribatur quadraginta annorum spatio, quam glo. vltra doct. ibi sequitur Augustinus Ariminensis in additionibus ad Ang. in tracta. maleficiorum, in verbo. & hai tradito. nume. 17. qui sic eam intelligit, contra quem vltra glo. in d. l. Manichæos. tenet Abbas in c. cum nobis, num. 8. de præscriptionibus, & ibi expresse Feli. num. 12. quos vide, quia not. hoc declarant Et circa hanc regulam notabiliter vide Mattheum de Afflict. vbi ponit 31. specialia in hoc crimine læsæ maiestatis, in c. j. in vers. & bona committentium crimen læsç maiestatis, à numero primo, vsque ad numerum, 53. & à nume. 53. vsque ad numerum 111. ponit 45. modos, quibus committitur hoc crimẽ læsæ maiestatis, quæ sint regalia, in vsibus feudorum.

REGVLÆ D. ANDREÆ TIRAQVELLI.

Cessante causa cessat effectus.

1 NVLLA omnino est iuris regula, nulla legum sententia, nullum axioma, quod latius pateat, nec ex quo plus vtilitatis, & emolumenti capi possit in explicandis, diffiniendisque, ac iudicandis forensibus negotijs. Vix enim ex cunctis millibus vnum reperias, quod hac regula, aut ijs quæ ad eam pertinent, non magnopere indigeat. præsertim quòd ea generalis sit in legibus, contractibus, & cæteris dispositionibus, vt atestatur Pet. Anch. consil. 47. pro clariori decisione, col. j. versic. hæc est enim regula generalis. Quo magis miror nostros regularum consarcinatores hanc prætermisisse, cum alias multas non adeo vtiles & necessarias posuerint.

2 Illud autem tibi in primis præfandum duximus, causam à ratione in hoc differre, vt plerisque placet, quod cã est id ex quo, vel per quod, vel à quo, vel propter quod aliquid fit, ex quo illud siequens apud bonos autores. Quid causæ est? Et vt scribit Cicero, in li. de fato, ex Carneade. Causa ea est, quæ id efficit, cuius est causa, vt vulnus, mortis, cruditas, morbi, ignis, ardoris. Itaque nõ sic causa intelligi debet, vt quod cuique antecedat, id & causa sit, sed quod cuiq; efficienter antecedat. Et paulo post Interesse autem, vtrum eiusmodi, quid sit, sine quo aliud effici non possit, aut eiusmodi cum quo aliquid effici necesse sit. Nulla igitur, earum causa est, quoniam nullam rẽ sua vi efficit, cuius dicitur. nec id sine quo quippiam non fit causa est, sed id quod, cum accessit, id cuius causa est, efficit necessario. Hæc ille. Donatus autem enarrans illud Virgilij. lib. 2. Aeneid,

Tum uero ardemus scitari, & querere causas.

Causa est (inquit) propter quam fit aliquid nihil. n. fit nisi præcedat causa faciendi.

3 E nostris autem Io. Mona. in c. ultimo, de iura. calum. li. 6. dicit cãm multipliciter accipi; & cãm esse animi impulsum ad aliquid agendũ, vt accipitur in l. j. §. sexũ ff. de postu. Rationẽ aũt esse gerendorũ ordinẽ ex cã uenietiũ. Vnde (inquit) cã põt esse sine rõne, at ratio nõ põt esse sine cã. Cui adde id quod scribit Cicero, in li. 2. ad Herẽniũ si is sit, Rationẽ esse cã, quæ demõstrat verũ esse id quod intẽdimus subiectione. Ex quo id certe apparet, nullã rõnẽ esse sine cã. Sed & Puu. Elca. in clem. dudũ. §. nos autẽ vers. in studiis, & ibi post eum Car. Flo. in uersic. ab olim col. j. in oppo. Imo. col. eiusdem c. 12. uers. tertio Pau. hic de sepultu. hinc occasione sumpta, quod ille text. utitur his verbis, ex aliqua ratione vel causa, idem dicunt quod

Io. Mona. vbi supra. vti etiam facit Io. And. in c. cum dilecti, col. 2. vers. in glo. causa, ibi, de accusatio.

4 Et subdunt ipso Io. And. & Car. Flo. quibus alijs modis causa dicatur, quæ nos prætermittimus, veluti ad hūc nostrum tractatum nihil pertinentia. Siquis tamen id scire cupiat, præter ipsum Monach. videat Host. in di. c. cū dilecti, in verbo, ex causa, & ibi quoque Io. And. col. vlt. ver. in glo. causa, extra de accus. Bar. in l. demonstratio. §. quod autem, col. j. per totum. ff. de condi. & demonst. & Luc. Pen. in l. j. col. 2. versi. item not. quod causa, C. de his qui non imple. stipend. lib. 10. & Henric. Boh. in c. forus §. causa, de verborum signifi.

5 Ratio igitur, vt illis, & alijs plurimis placuit, est ordo gerendorum ex causa venientium, vel, vt scribit Bald. in l. omnes populi, col. 7. versic. tertio quæro. ff. de iustit. & iure, est vrgens disputatio, vel euidens demonstratio, vt dicit notari in l. j. §. veteres. ff. de acquit. poss. & in l. non omnium. ff. de legib. vel, vt subdit ipse Bal. ratio est quidam motus animi, visum acuens, veraque à falsis distinguens. vel, est mentis motus, in his quæ dicuntur, decernere vel conuertere valens, per l. vlt. C. de indic. vidui. tollen. & l. his solis. C. de reuoc. dona.

6 Ex quibus vides causam de præterito esse aut præsenti, Rationem, de futuro, vt etiam scribit, Bar. in d. l. demonstratio. §. quod autem, col. vlt. vers. in 8. quæst. ff. de condit. & demonstratio. & in l. 2. §. vlti. col. 2. vers. tertio sumitur, ff. de donat. & Saly. in l. generaliter, in fi. C. de episcop. & cleric. Aegi. Bellame. in c. post translationem, col. 4. versic. de ratione vero, de renunt.

7 Veruntamen hæc sæpius confunduntur, alterumque pro altero ponitur, vel optimis autoribus, Cicero li. epist. famil. 15. ad Catonem. Cum autem ad Cybistra propter, rationem belli quinque dies essem moratus. Cæsar lib. 8. belli Gallici, quantum hybernorū opportunitas belliq; ratio postulabat. Et apud nos in l. eas obligationes. ff. de cap. dimin. quam in hoc expendit Alber. in suo lexico, in verbo, ratio aliquando. & Paul. Paris. consi. 12. transactio. nu. 189. lib. 2. Nonnunquam autem simul hæc coniunguntur, vt apud Terentium in Eunucho, Num parua causa, aut parua ratio est. Ciceronem lib. j. offic. Causa autem & ratio efficiens magnos viros in priore est. Arnobium in lib. aduersus gentes, vbi in infinitis prope locis, hæc verba comperies, Quæ causa? quæ ratio est.

8 Et hanc quoque confusionem videbis apud nostros iuris interpretes, vt apud Bar. in l. 3. §. vlti. ante fi. ff. de donat. & in extrauag. ad reprimendum, in verbo, absentia. Bald. in l. j. col. j. vers. in ea glo. ibi, sed impulsiua. ff. de seri. & in l. data, col. 9. vers. item not. quod non dicitur, C. qui accus. non pos. & in c. & si Christus, col. vlt. vers. adde quod cessante vna. de iureiur. Card. Flor. in c. si quando, ad fi. de rescript. & alios plurimos quos infra in hoc tractatu citabimus, nunc causam, nunc rationem, rem vnam appellantes.

9 Cæterum Philip. Dec. in c. cum cessante, col. j. statim, post princ. de appellat. dicit causam pro ratione tunc accipi, cum dicimus cessante causa cessare effectum. Ante cū Imo. in c. post translationem, col. 6. nu. 40. de renunt. dicit, quod causa finalis legis proprie dicenda est ratio, & allegat Bartol. in le. 2. §. vltim. ff. de donat. vbi id non adeo expresse dicit.

10 Et facit ad superiora quod scribit Bald. in cap. monasteria de vita & honestate clericorum. quòd illa dicitur causa, cui ratio inest. Nam si ratio nō inest, nō dicitur proprie causa, sed abusiue, lege si ita stipulatus fuero te sitti. §. possum in fine ibi nec raro probabilis cā est. ff. de verb. oblig. & sequitur Philipp. Dec. in d. c. cum cessante, haud multo post princ. de appel. & Paul. Paris. cons. 32. potissima dubitatio, col. 5. nu. 33. lib. j. Quod nos ideo dicere voluimus, quod in hoc ipso tractatu. qui de causa cessante est, aliquando etiam confusim & promiscue post alios tractabimus de cessante ratione.

11 Cessante igitur causa seu ratione (vt vtrunque copulemus, & ad nostrum principale institutum redeamus) cessat effectus vulgatissima, apud nostros, sententia & vice prouerbij celebrata, quam nescio quis in versum redegit non admodum elegantem,

Causatum perimit causa perempta suum.

vt videre licet ex gloss. in capit. ita quorundam, in verbo, ferrum, de Iudæ. Ego autem maluissem ita dicere,

Effectum perimit causa perempta suum.

Estq; ex lib. 2. Phisic. Aristot. (ni fallor) deprompta, tandemq; etiam pontificijs sanctionib. sepe veluti, cōceptis quibusdā verbis vsurpata, vt videre licet ex c. & si Christus, paulo ante fi. de iureiur. & c. cū cessante, & in princ. de appell. & in cap. cum infirmitas, de pœnit. & remissio.

12 In idque allegantur l. in omni, vbi Bar. ff. de adopt. & l. licet. §. ea obligatio, ff. de procura. & l. actione. §. item si alicuius. ff. pro soci. & l. vlti. & ibi glo. & Bar. ff. de testam. tut. & l. si duas. §. penul. ff. de excusat. tut. & l. ex facto in princ & ibi doctores, id trahentes ad quasdam quęstiones, & inter alios Alex. col. 2. versic. item nota quod cessante. ff. de vulg. & pupil. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. & l. qui cum hærede. ff. de actio. & oblig. & l. adulter. §. vlt. & ibi glo. & doct. ff. de adulte. & plane, ff. de ope. liber. & l. nec magistratibus. ff. de iniu. & l. generaliter, vbi glo. & omnes, C. de episcop. & cleric. ex quibus Paul. Cast. eam legem semper ad hoc dicit allegari, & authen. sed neque curialem, & authen. si seruus, C. eod. titu. & l. j. C. de hæret. & l. vltima. C. de restit. milit. & l. j. in principio & ibi glo. in verbo, imaginem. C. de Lat. libertate tollend. & l. vltima, C. de testam. milit. & §. illos autem & ibi glo. Instit. eodem tit. & §. vltimo, Instit. de authoritate, tutorum, & §. hi qui reipublicę. Institutio. de excusationibus tutorum.

13 Et alij text. iuris canonici, præter eos, quos supra citauimus, videlicet cap. post translationem, versiculo, cæterum, extra de renunt. & ibi omnes doct. ex quibus Card. Flor. in 4. notabili. dicit eum quoque textum semper ad hoc solere allegari. & cap. magna, in fine, de voto, & capi. non debet, & ibi Antonius in sexto notab. de consanguinit. & affini. & capit. 2. de tornea. ex quo notat Antonius in primo notabili, quod cessante fine facti, cessat, facti effectus. & cap. suggestum, de decim. & cap. vltimum, de vita & honestate clericorum. & cap. cum ex iniuncto, de operis noui nuntiatione. & Clemen. j. de regula. ex qua notat Imo. in 3. notabili, ad remotionem causæ sequi, remissionem effectus. & cap. quia statuimus, §. his omnib. 51. distin. & c. quia sancta. §. verum 63. distinc.

14 Et ex hoc fit, vt dicamus paria esse, nullā ab initio, fuisse cām, vel fuisse aliquam, sed eam finitam, per textum, in l. j ff. de condict. sine cau. & lege nihil interest. ff. de naut. fœno. Et ita voluit per eos textus glo. in constitutionib. Siciliæ, incip. si quem nostrum fidelium, & ibi quoq; Matthæ. Afflict. col. 2. vers. 3. not. ex tex.

15 Sed & ex eo illud procedit quod nostrates sæpe solent dicere, quod, quicquid est causa causæ, id quoque esse causam causati, idest, effectus, per legem dotem dedit. ff. de collat. bonorum, & lege manumissiones, & ibi Iac. Butr. & Raph. Fulg. col. j. versic. nota. quod quicquid. ff. de iustitia & iure. Bal. in l. ex placito, col. 2. versic. decimotertio, quia actiones. C. de rerum permuta. Raph. Fulg. in lege, cum hic status. §. si inter virum in fi. ff. de donatio. inter uirum & uxorem. Corn. consil. 144. uiso themate, col. ulti. in litera p. ubi & ad hoc citat Proclū philosophū in lib. de causis. Soc. cons. 156. pro fundamento, col. 6. uers. præterea respondetur alio modo li. 2. & omnes ubique.

16 Et illud quoque, quod falsa causa (intelligo de finali, propter ea quæ dicemus infra in prima limitatione) erranter emissa uitiat, & legatum, lege prima, & ibi not. C. de fals. cau. adie. leg. Et contractum l. si diuor

tio

tio,cum glo. & ibi Raph.Co.Pau. Cast.& Alex.ff.de verbo.oblig. & l.2.§.circa.ff.de doli exceptione, Alc.conf. 89.viso puncto,& instrumentis,vers. & benefacit, lib.2. Caro. Rui.consil.236.verbis vtriusq; testamenti, col.pe. num.11.lib.3.

17 Et illud item quod est veluti nostræ regulæ oppositũ, vt durante causa durare,& perseuerare debeat effectus vt dicit Signo.consil. 135.paterfamilias, colum.j. nume. 6.per legem semper. §.negotiatores.ff.de iure immunitatis.& l.si cui, §.primo,ff.ex qui.cau. maio.& l.2.§.omnes ff.de iudic.& l.Titia,§.vsuras,ff.de leg.2.& l.qui nominibus,ff.de administ.tut. Nã vt hoc ei addas,quod operatur propositum in proposito,idem oppositum in opposito, vt tradit Aristoteles in libro primo Ethicorum,& probatur, in lege si vt proponis,C.de nupt.cum simil.à me collectis in nostro tractatu Retractuum tit. j. §.12. in glos. j.num. 16.incip.posset item.

18 Et hæc procedunt, vt scilicet cessante causa, vel ratione cesset dispositio etiam in foro quod conscientiæ appellatur. Ita enim expressè voluit Franc. Cur.iunior. consil. 12.videtur, prima cõsideratione,col.3.vers.sed quòd fortius, per text.bonum (vt ipse dicit) text.in c.quoniam cõtra falsam,de probat. & ibi Pan.col.quarta,versiculo,vltimo hic nota,qui ex eo text.nota. quòd quando constitutio continet aliquid non propter se principaliter, sed ad aliquem finem, non illaqueat transgressores ad pœnam si finis ad quem principaliter tendit constitutio, non violatur,etiam respectu peccati mortalis, dummodo id non fiat in contemptum constitutionis, & alios allegat,quos ibi videre poteris.

19 Sed vt ad species rerum descendamus,& quidem ordine alphabeti, vt facilius, & promptius quod quisque volet, reperiat.

A

20 Ablationis causa cessante,cessare debet & ipsa ablatio.verbi gratia princeps potest ex causa auferre rẽ alterius l. itẽ si verberatum, §. j.ff. de rei vend. & l.Lucius.ff. de euict. glo.& doct. in l.vlt. C. si contra ius vel vtilit.publ. cum alijs multis concord. à me traditis, in repet. le. si vnquam,in verbo, donatione largitus,numer. 42.incip. 22. ex l.item..C.de reuocand.donat. Certe si ea causa aliquando cesset, debet ea restitui, vt nuncupatim voluit Innoc.in c.quia plerique,ad fi. de immu.eccles.Ant. & Imola,in c.quæ in ecclesiarum,ille col.3. versic. venio ad secundum,hic col.5. versic.quid autem si statutum, & ibi late, Fely. col.2. vers.secunda declaratio,de constit. & Iason in l.j.col.14. versi,quarto adde text. ff.de offi.eius cui mand. est iurisd. & consil. 92. illustrissimus col.antepen. vers.dictum istrumentum,lib. 3.

21 Absolutionis causa cessante, cessat absolutio, l. si à te,& ibi Soci. qui id not.in j.nota.ff.de except.rei iudic. Et id quoque satis aperte probatur ex l.2. & l. si mater §.eandẽ,eod.tit.&est ẽt optim.tex.in c.eos,in prin.de sent.excõ.in 6.Et facit quod ex Paul. Paris. dicemus infra in cessante rõne legis,ver.inci. hocq; illud est,&quod item dicemus in sententiæ causa cessante.

22 Actionis causa cessante, cessat ipsa actio, aut certè illius persecutio,siue exercitium.verbi gratia,Fideiussori ante solutionem competit actio contra reum dilapidantẽ bona sua.l.si pro ea.C.manda. Si igitur reus ad frugalitatẽ redierit,desieritq; bona sua dilapidare.cessabit ea actio,vt dicit Bald.ibi,in 8.quæst.

23 Nam & alias cessante eo quod interest, ob quod competebat actio,desinit eadem actio competere,l. si procuratorem. §.mandati.ff.mand.voluit glo. in l.ad comparãdas.C.eod.tit. Sed quoniam id recipit, multas ac varias distinctiones limitationes,restrictiões, vide amplius super hoc glo. in l.qui autem. §.illud tenendum, & ibi Bar.Bal. Saly.Raph. Fulg. Rom.& Iason.ff.si quis cautio,Cyn. late, post alios, antiquiores, Bald. Salyc.& Pau.Cast.in d.l. ad comparandas, Ias.in d.l.non solum.§.morte, col. 2.ff. de oper. no. nunt. Et vide etiam quod dicemus, infra in Redhibitionis causa cessante.

24 Ademptionis causa cessante,cessat ademptio, vt voluit Bald. in l.cum seruus,ff.de adim.leg. per text. in l. quod si iterum redierunt,quæ est 4.eod.tit. vbi ademptio legati quæ interuenit ob inimicitias, quæ interuenerunt, inter testatorem & legatarium,cessat,si iterum in amicitiam redierint.respondetq; Bar.ad d.l.cum seruus, quæ videbatur probare contrarium,scilicet quod si seruus alienatus à testatore,ita vt legatum ademptum sit, postea sit redemptus manet tamen ademptio,nec debetur legatario nisi noua voluntas testatoris accesserit, Nam vt dicit ipse Bar.inimicitię,de quibus in d.l.4.fuerunt causa ademptionis,vnde illis cessantibus præsumitur cessare voluntas adimendi. At in d.l.cum seruus,ea alienatio non est causa voluntatis ademptionis,sed præcessit voluntas adimendi quæ ostenditur per actum ipsius alienationis, vnde secuta ademptione non sequitur ꝙ remaneat voluntas legandi,quia non erat eius causa.

25 Aetate cessante,cessat effectus illius. verbi gratia, filius minor,qui non redemit partem excusatur, ne priuetur illius hæreditate,authen. si captiui.C.de episco. & cleri.Quid ergo? si factus est maior patre semper captiuo, nec postea eum redemit,certe priuatur, cessante scilicet, ætate minore,quæ illum excusabat, vt voluit Bald. in d. authen.si captiui,post medium,in vers. secunda quæstio, est. Nam priuilegium datum ætati, non durat post eam ætatem,per l.Titia.§.vsuras.ff. de leg.secundo. & l.doli. §.diuersum.ff.de nouationibus. & quia obsequium filij, erga partem, habet in se actum successiuum,& non instãtaneum. Licet secus sit in matre minore, quæ non petijt tutorem filio impuberi, nam cum sit minor, lex statim prouidet de alio tutore, ideo mater liberatur ab onere, petendi,quia prouidentia legis sufficit, mater enim à iure præuenta est, argum. legis causam. §.puellam.ff. de manumission.de quo & nos dicemus in quarta limitatione, vers. incip. nec hinc longe distat

26 Et facit etiam ad hoc nostrum propositum,quod scribit Cyn.post Pet.in l.j.C.in quibus caus. in integr. restit. non est necess.& in l. minoribus, & ibi quoque Ang. C. de his quib.vt indig.& Ang. in §.illud,in auth. constitut. quæ de dignita.Ale.in l.si cum dotem. §.si maritus,col.2. vers.& illud in terminis.ff.solut.matr. Et vide quæ dicã infra, in illa 4. limit. vers. incip.& quod in simili ,& seq.

27 Affinitatis causa cessante,cessat & ipsa affinitas, & proinde effectus,qui inde sequebatur, vt bene probat tex. in l.cui eorum.§.affinitates. ff.de postuland.& can.infames.§.affinitates,3.quæst. 7. quibus accedit Cicero in oratione pro P.Sestio, Ademit,inquit altum soceri nomen mors filiæ,& glo. not.in l. sed hoc in princip.in verbo.succurrendũ.ff.de re iudic. quæ dicit (vt omnes sentiunt) quod soluto affinitatis, vinculo, sicut amor,qui ex affinitate processerat, soluitur:ita & priuilegij,quod inde oriebatur,beneficium, quod scilicet ibi datur ratione affinitatis,quam glo.dicit valde no.Alex.qui eam l.legit cum l.non tantum,col. vlt. versi.capio.glo.& eam quoque expendit & sequitur Bald. in l.affinitatis.C.com. de success. & in d.l.cui eorum.§.affinitatis,ff. de postul. vbi & eam dicit not.& ĩ l.vlt.& ibi quoq; Paul.Ca.& Ias.qui eã dicit solẽnẽ.C.de verb.sign.& ipse Bal.in c.accedẽs,vt lite non cõtest. vbi eã dicit sing. & rursum in c.in literis,in fi.de testib. Alex. qui eam quoq; dicit not. consi.207. ponderatis verbis statuti,col.3.vers.4.per id lib.6.

28 Ex quo ipse Bald.& Ang.post Gul.Cu.in d.l. cui eorum. §. affinitates,dicunt,quod licet quis pro vxore fratris, viuentis, non possit ferre testimonium, saltem non faciat fidem integram, intelligitur, tamen quandiu durat affinitas:nam si frater est mortuus, & ita ea affinitas sit soluta,poterit pro eo testificari, quod & sequitur Alexan.

xand,d.conf. 207.ponderatis verbis ſtatuti,col.3.verſi.3. quia hoc expreſsè lib. 6.Lanfran. Oria. in repet.cap. quoniam contra falſam,in materia teſtamenti,de probat. vbi & ipſe id trahit generaliter ad omnes affinitates. Hippol. Marſil.qui & illam glo.in d.l.ſed hoc. ad hoc dicit ſing.in l.j.§. idem Nummio,col.j.ff.de quæſt.

29 Sed hic pauliſper aduerte lector amantiſsime, quoniã ea glo.in d.l.ſed hoc, non dicit omnino diſſolui amoris, vinculũ ſoluta affinitate,ſed decreſcere, quaſi diceret non tantum eſſe amorem affinitate ſic ſoluta quantus erat ea durante,ſed diminui per ſolutionem affinitatis, nõ quòd omnino perierit,tanquam ſcilicet adhuc maneant quędẽ veſtigia, & reliquiæ ipſius,quod facit vt non omnino ceſſet cauſa,ſecundum ea quæ dicemus infra in 17. limit.Pręſertim ſi ex ea affinitate ſiue matrimonio,ex quo contracta ea erat,manſerint liberi. vt in ſimili cõſuluit Pau. Ca. in con.inci. vertitur quæſtio, an ſtatutum, de compromiſsis,quem refert Alex. in d.conſi. 207.ponderatis verbis,col. 2. verſ. quarto per tex.lib.6.quod tamen conſiliũ reperire non potui. Ideo relinquendum eſſe arbitrio boni viri cenſeo,quanta fides ſit his adhibenda, Nam vt id quoque addas, amicitia ex affinitate cõtracta plerunq; ea durat etiam ſoluta Affinitate. Nã Cicero ad id quod s.ex eo diximus in oratione pro P.Seſtio ſubdit confeſtim,ſed charitatem illius, neceſsitudinem & beneuolentiam non ademit.

Et hinc quoque (vt redeamus) fit quod ſcribit idem, Bald. in l.j.col.10.verſ. ſuper tertio artic.de affinibus. C. de his qui accuſ.nõ poſſunt. quòd licet affinis poſsit accuſare propter ſui affinis iniuriam,per l. j.§. j. ff. de poſtulan. hoc tamen procedit durante affinitate,ea enim ſoluta non poteſt,per d.glo.in d.l.ſed hoc,de re iudic.& d. le. cui eorum.§.affinitates,& l. quod ait, ibi,finita eſt. ff. de diuor. Et id ſequitur Ale. d.conſ.207.col. 4.ver.& quòd non ſit omnino eadem ratio,lib.6.

Sed & hinc quoque illud fit,vt ſtatutum iubens quæſtiones affinium inter ſe compromitti, cuiuſmodi eſt Bononiæ, & in alijs multis locis intelligatur durante affinitate,non etiam ea ſoluta, vt voluerunt Bar. Bald.& Ang. in d.l.cui eorum.§.affinitates, per eum text. ff. de poſt. Bald.in d.l.vlt. col.j.in j.not. C. de verb.ſignifi. vbi dicit, hoc quoq; tenuiſſe antiquos aduocatos Peruſinos , & in d.l.affinitatis,colũ. j.verſ.itẽ nota ꝙ aduocati, C.comm. de ſucceſſ.& in d.c.accedens,vt lite nõ cõte.& in ſua margarita, in verbo,affinitas.Pet.Anch.in rep.c.j.in 14.quæſti.in princ.ver.quęro vlterius de verbo conſanguinei,de conſtit.Paul.Caſt.in l.ex diuerſo,quam legit cum l. rei iudicatæ,§.vlt.& ibi etiam Franc.Aret.& Alex,ff.de re iud. idem Paul.conſi.80.ſuper primo dubio ſeu quæſito reſpondetur,in 3.dubio,lib.2.& Io.Ana.in c.ſalubriter, col. j.verſic.nunquid autem dicatur,de vſur. Alex.in d. l. ſed hoc,col.vlt.ff.de re iudic.vbi dicit ita communiter teneri, & late d.conſi. 207. per totum,lib.6.vbi multa allegat ad hanc rem pertinentia.

33 Verum Saly. ſub dubius tamen in d.l. vlt. C. de verb. ſigni.hoc intelligit.niſi maritus,aut vxor ſuperſtes,manerent in viduitate,nã tunc tantiſper cenſerentur manere in eodem matrimonio,quod affinitatem produxit, per l. vlt.C.de bon.mater.& glo.in l.j.§ exactio.C.de rei vxor. actio.cum alijs multis cõcor. à me adductis in tracta. Nobilitatis,ca.18.nu.9.incip. nam interim dũ eſt vidua . Et hoc dictum Sa.ſequitur & extollit Barba.in rep.l. cũ acutiſsimi,col.59.ver.Do.Saly,in d.l.fi.C.de fideic.

34 Sed id non recipit Alex. in d.l.ſed hoc vbi ſupra,dicens ſe contrariũ conſuluiſſe,vti latiſsime conſuluit, d. conſil. 207.libro, 1. verba enim ſtatuti debere intelligi, proprie , nec extendi debere, ad caſum fictum, cap. ſuſceptum de reſcrip. lib.6.& l.3.§.hæc verba, & ibi Bar.ff.de neg.geſt. & Idẽ Bar.plene ĩ l.omnes populi, 6.q.ff.de iuſt. & iu.& in l.apud Iulianũ.§.vlti.ff.quib.ex cau.in poſ.eat.

Sed ꝙ videatur eſſe in eodẽ matrimonio, quæ durat in viduitate,id ex fictione eſt,cum nõ ſit vere matrimoniũ,vnde ea nõ vocatur vxor,l.j.cum glo.j.C.vnde vir,& vxor, & not. Bar.in l.Titia, Seio, §. viuas.ff.de legat. 2 & eãm quoq; Saly.ſententiã,nulla Alexandri, mentione facta,reprobat Iaſ.in dicta.l. vltima.columna.3.in 3.notab. C. de verb.ſign.

35 Tamen vt verum fatear,iſtud nõ eſt ſine ſcrupulo , nã hmõi ſtatutũ eſt fauorabile,vt per ſe ſatis patet,& voluit, Bald.in d. l.affinitatis, circa mediũ , ibi, pnõe ſtatutũ dictat.C.com.de ſucceſsi. & in l.qui ſe patris,col. vlt. C. vnde libe. vbi ex hoc infert,ꝙ extẽditur ad caſum impropriũ,quẽ ſequitur Paul. Caſt.& ipſe Rom.ibi ex quib.idẽ Paul. dicit tale ſtatutũ cõprehẽdere ẽt eos qui ſunt in ea affinitate,quã ius,nõ cõſiderat.quod ſequitur & extollit Iaſ.ibi,col.22.verſ.ſecũdo infert,& multis ſeq.& in l. quique litigãdi, cauſa,quæ eſt l.4.quam legit,cum l.2.§. prætor ait,col.2.in 4.not.ff. de in ius vocan.

36 Sed & tale ſtatutũ eſſe fauorabile, præter illos voluerũt Hoſt.& Io.And.in c.j.de tranſactio.Bar. in j.cõſtit.C.Anto in c.j. de mut.petit.Pet.Anch.cõſi.187.apud me q.iſta ad fi.vbi & hoc dicit,in hoc ſtatuto comprehẽdi affines, & cõſanguineos naturales Raph.Ful.cõſil.109.itẽ ſi qua quæſtio,col.pe.ver.& in propoſita quæſtione.Alex.in l. j.§.lex Falcidia,col.j.ff.ad leg.Falcid.& in rub.ff.ſolut.matrimo.col. 6.verſ. ſed mihi plus placet.Mari.Soci.Senior, cõſi.4.incip.viſis actis & actitatis,in fi.& con.27.pro deciſione præſentis, conſultationis,in fi. Philip.Dec. conſ. 13. cuius ſuperſcriptio incipit,an appellatione agnatorũ, poſt princip.verſ. ſecundo ad iſtud. Sed de hoc vide omnino Alex.in d.l.qui ſe patris, col.pen.verſ. & ideo dicunt,C.vnde liberi.

37 Quid quod & leges noſtræ etiam ſoluto matrimonio vxorem vocant,l.diuortio,iuncta glo.in verbo vxoris. ff. de nego.geſt. & l.ſi quis reum,§.idem Iulianus,l.j.cum glo.parua,ff.de libe.leg.quam ad hoc expendit ipſe Alex. conſi.20,viſo proceſſu cauſæ inter Katharinam, col. j.li. 2.Quibus concinens Ouidius lib.j.faſtorum.

Per totidem menſes à funere coniugis vxor.
Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo.

38 Et alibi leges vocant generũ & ſocerũ etiã ſoluto matrimonio,d.l.vlt.C.de verb.ſignifi.quibus concinens Lucanus lib. 3. Pharſalicæ, paulo poſt princi. vmbra Iuliæ, defunctæ Pompeio viro, in ſomnis apparens,renuntiat, illum Iulij Cæſaris patris ſui generum vel inuitum eſſe, tametſi illa defuncta ſit.

-Nunquam tibi Magne per vmbras.
Perq; meos manes generum non eſſe licebit

Et Cæſar, ipſe apud eundem Lucanum, tum in multis locis tum libro nono.eiuſdem operis Pompeium poſt mortem eiuſdem Iuliæ,generum, vocat.

Exilium generiq; minas, Romamq; timebam.
Et paulò poſt ſe illius ſocerum appellat.
Sentiat aduentum ſoceri.

39 Porrò Oldr.quem refert & ſequi videtur Bald.in d.l.vlti.C.de verb.ſignif. pro horum concordia dicit, quod in illa l.volebat quis ad actũ fauorabilem ſine alterius iniuria in ſubſidium admitti,tanquam gener ſiue ſocer,quod ei permittitur,quia latiſsime in fauorabilibus fit interpretatio.At in d.l.cui eorum.§.affinitates, ff.de poſtu. volebat ſub affinitatis velamine contra ius commune admitti Cui concinens Pau. Caſt. d.con. 80.lib. 2. Aut quis, ait, tanquam affinis vult admitti ad aliquid quod ſit de iure cõi,& admittitur etiã ſoluta affinitate,per d.l. vlt.Aut ad aliquid de iure ſpeciali, & contra ius cõe,& non admittitur,Certũ eſt autem quod de iure cõi quis ad cõpromittendum nõ cogitur,l.ſi dictum.§.ſi compromiſerit,ff.de euic.Bart. in l.furti.§. qui iuſſu,ff.de his,qui not.inf.Bald. l.ex ſtipulatione C.de ſerui.Et eandem ferme diſtinctionem tradidit idem Paul. in d.l.ex diuerſo.ff.ſolut.matri.

Amoris

40 AMORIS causa cessante, cessat amor, vt videre licet ex ijs quæ diximus suprà nu. 27. inci. affinitatis. & 2. seq. vt ostendit Plutarchus in lib. cui titulum fecit γαμικὰ παραγγέλματα, id est, connubialia præcepta, quòd quemadmodũ ignis in paleis leporinisq; pilis accenditur, ociusq; restinguitur: ita breuem amorem nouorum cõiugum corporis forma inflammatum, nec durare posse, nec firmum esse existimandum. tanquam id dicat: vt forma, cuius gratia amor conciliatur, citò abit, ita amor ipse: nam cum propter formam ames, idem amoris & formę finis est. vnde etiam est illud Terentij in Heautontumorumen.

Quippe forma impulsi nostra nos amatores colunt:
Hęc vbi immutata est, illi suum animum alio cõferũt.

Et illud quoque Iuuenalis Satyra 6.

Cur desiderio Bibulæ Sertorius ardet?
Si verum excutias, facies non vxor amatur.
Tres rugæ subeant, & se cutis arida laxet,
Fiant obscuri dentes, oculique minores,
Collige sarcinulas dicet libertus, & exi,
Iam grauis es nobis.

Quod & plurimis declarat Aristot. lib. Ethi. 8. amicitiam quæ ex forma, & pulchritudine proficiscitur, deficiente ipsa pulchretudine, eam quoque desinere. De quo & nos quoque diximus in nostris legibus connubialibus in l. 2. nu. 25. vers. nec soli sunt.

41 APPELLATIONIS causa cessante, id est grauamine propter quod appellatio est emissa, cessat ipsa appellatio, cuius rei est tex. expressus in ca. cùm cessante, & ibi Pa. in 5. no. de appe. Est enim (vt dicit ipse Pan.) grauamẽ appellationis causa, c. vt debitus, eo. tit. Igitur eodem grauamine cessante cessat appellatio, vt in d. c. cùm cessante.

42 ARBITRIORVM extraordinariorum concessorum ob causam timoris aut periculi, ea causa cessante, cessant & eadem, vt nuncupatim voluit Bald. & post eum Saly. qui dicit not. in l. 1. per eum tex. C. de nautic. fœno. Ideo, inquit, arbitrium concessum, quod illi bailiam vocant, tẽpore discordiæ, exerceri non poterit tempore pacis. & sequitur Ias. in l. 5. col. 13. versic. & circa hoc. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdict.

B

43 BANNI causa cessante, cessat bannum ipsum, Bart. & Bal. in l. 1. §. vlt. ff. de requirend. reis, Bald. in l. 1. ad mediũ, ver. extra opponitur. C. de postulan. de quo vide quæ dicam infrà versi. incip. alibi autem, & iterum in 12. limitat versi. incip. propterea dicit glo.

44 BELLO cessante, cessat omnis effectus ex ipso bello secutus, vt post Odof. voluit Bald. in §. priuilegia omnia. in verbo, cassentur. tit. de pace Constan. per text. ibi, & in §. sententiæ, vbi & hoc not. idem Bal. Et facit etiam text. in l. 5. in princ. C. de cadu. tol. ex quo & ipse Bald. col. 1. in 2. not. dicit, ꝙ tempore pacis debent tolli statuta facta tempore belli ad locupletandũ fiscum. & sequitur Barba. consil. 1. magnus scripsit Psalmista, col. 3. versic. & ideò colligit, & iterum col. pen. versi. 26. adduco ꝙ tempore pacis. lib. 3. vbi plus videtur tenere, huiusmodi statuta hoc casu ipso iure esse reuocata, arg. eius quod habet in le. ex facto. ff. de vulg. & pupil. & c. pen. de cleric. non residen. Quamuis Bald. in d. l. 1. de cadu. tol. sentiat contrarium, per text. ibi, ex quo not. legem etiam ratione eius abolita manere illæsam, donec tollatur noua constitutione. Ideòque fuisse necessarium legem Papiam illic corrigi.

45 Sed vtcunq; sit, de quo tamẽ posteà dicemus in cessante ratione legis, ad hoc certè caput pertinet, quod tradit Hostien. in c. dilecti, col. 2. in verbo, & si. de for. comp. ꝙ priuilegium à sede apostolica concessum Anglis, ne citra mare conueniri possint, de quo in eo text. quia scilicet nõ poterant citra mare securè morari, vel venire propter inimicitias capitales & bella, quæ illis cum Gallis erant: ea enim causa posita erat in priuilegio, vt ipse Hosti. vidisse se dicit, quia tamen ea causa cessabat, cùm pax esset inter reges cessabat quoq; effectus illius priuilegij ob bella concessi. & sequitur Aegi. Belle. in c. post trãslationem, col. 2. versi. secus de priuilegio, de renuntia. vbi plus dicit, quod si etiam hodie eadem causa reuiuisceret, non haberet locum illud priuilegium semel extinctum ob causæ cessationem, quòd & dicit voluisse Hostiensis. vbi suprà qui tamen id postremum non dicit, sed vide quod dicam in simili, infrà in priuilegij causa cessante, versic. incip. nã gloss. in cap.

46 Sed & huc quoq; spectat quod apud Liuium libro belli Macedonici 4. elegantissimè disseruit aduersus Catonẽ Censorium L. Valerius Trib. Ple. ad legis Oppiæ derogationem, quæ lata fuerat in medio ardore belli Punici: qua cautum erat, ne qua mulier plus semiuncia auri haberet, nec vestimento versicolori vteretur. Nam inter nõ parum multa quæ in eam legis abrogationẽ proposuit, hoc quoque carptim pronunciauit, legem latam per bellum temporibus duris, in pace, & florente ac beata republica abrogandam esse. Eam enim scripsisse latores tandiu mãsuram, quandiu causa scribendæ legis mansisset. Nam vt quæ in pace latę sunt, plerunque bellum abrogat: ita quæ in bello, pax.

47 BENEFICII à iure concessi cessante causa, cessat beneficium. verbi gratia, parentes & patroni etiam adoptiui in ius sine venia vocari non possunt, sed tandiu tamen quandiu durat adoptio. l. sed si hac l. §. liberos, ver. parentes. ff. de in ius vocan. Ex qua Ange. & Iac. à S. Geor. illud notant, quod diximus, videlicet beneficium concessum ob certã causam, finiri causa finita. & sequitur Mari. Soci. iunior, dum eos allegat consi. 160. circa pręsentem consultationem. col. pen. nu. 78. lib. 2. & bene facit leg. filio. §. mater. ff. de adimẽd. lega. ex qua l. not. Alex. cõsi. 19. circa primum dubiũ, col. 1. versi. secundò probatur, nam quando vnum. lib. 6. quòd quando vnum beneficium datur cõtemplatione alterius, hoc sublato tollitur & illud. Et vide infrà in Priuilegij causa cessante, neque enim longè distat priuilegium à beneficio, vt videre licet ex not. in le. vlt. ff. de constit. princip.

48 BENEFICII alterius, id est sacerdotij (quod & ipsum vulgus beneficiũ appellat) cessante causa, scilicet officio, propter quod datur, cessare debet & ipsum beneficium, si credim⁹ Pet. Anch. id ipsum dicenti in d. c. & si CHRISTVS, in 13. not. de iureiur. hinc occasione sumpta, ꝙ ibi dicitur, cessante causa cessare effectũ. Nam hinc assumit quod diximus, scilicet ꝙ clericus, qui non dicit officium non debet habere beneficium, quod propter illud datur, per c. vlt. de rescrip. lib. 6. Et ad hoc quoq; benefacit quòd scribit gl. in §. illis, in verbo, adiuuantur, Instit. de milit. testa. ꝙ cessante clerico ab ecclesia, cessat prębenda, de quo & tu vide Doct. ibi.

49 Sed & super eo, an scilicet cessante officio esset beneficium, ita vt qui priuatur, vel suspenditur ab officio, consequenter priuetur, vel suspendatur à beneficio, vide tex. in c. si quis sacerdotum. & ibi glo. 1. & iterum in c. eos. 81. dist. & glo. in ca. latores, in verbo, ab officio, & ibi Hosti. Io. Andr. Car. Flo. Pet. Anch. Ant. & Pan. de cleri. excommuni. gl. in d. c. vlt. in verbo, datur, & ibi quoque alios, de rescri. lib. 6. & gl in c. 1. in verbo, officij. & ibi Io. Mona. & Archi. in eodem verbo, de re iudi. lib. 6. & gl. in cle. cupientes, verbo, suspensi, col. 2. ver. & quia suprà posui, & ibi Car. Flo. in ver. ꝙ si. in 3. q. de pœnis. gl. in c. pręter hoc in verbo, ab ecclesia. & ibi Archid. super glo. 1. & Domi. latè, in princ. col. 3. versi. ad secundum, 32. dist. Bald. in c. j. col. pen. versi. & si remouetur officium, tit. an mut. vel impedi. Ant. in c. iter sollicitudines. col. 1. in 3. not. de purg. cano. Cardi. Flo. post Lauren. in clem. 1. §. si quis. in 9. q. de reb. eccle. non alie. Et vide etiam quod scribit Pan. in c. 1. col. pen. versi. sed hic cadit, de celebrat. missar.

50 COMMISSIONIS causa cessante, cessat commissio, Bald.

Bald.in l.vnic.§.consules,paulò ante fin.ibi,item nota ex prædictis.ff.de offi. Consul.& sic inquit est argu. q̃ si iudex propter absentiam notarij deputati in causa à lege, vel à se commitat alieri scripturam actorum,eo reuertẽte cessat commissio:& primus ipso iure reassumit officiũ ad quod dicit facere l.quæsitum.ff.de tutel. Vide quę dicam infrà de Officij causa cessante.

51 COMMODI causa cessante, cessat & commodum,vt probat text.in l.eum qui iurauit,in prin.& ibi Bart.Alex. vterq; in summar.& Ias.in 1.not.& plerique omnes.ff.de iureiur.ibi enim grauamen, scilicet onus probandi quod actori incumbebat,erat causa eius commodi, vt duplum pro simplo deberetur,ratione inficiationis. Ideo si reus deferit iuramentum actori,qui iurat sibi deberi,condemnabitur tãtùm in simplo,cum liberauerit actorẽ eo onere probandi. Cessante igitur grauamine, quod erat causa illius commodi,cessabit & ipsum commodum.

52 CONCESSIONIS causa cessante, cessat & ipsa concessio.c.relinqui,& ibi Panor.qui id expresſè no.in 3.no. extrà de custod.euchari. Matth. Affl.in cap.1.§.moribus. col.1.nu.3.tit.si de feud.fuer.cõtrouers.inter do.& agna. in vsib.feudor.

53 CONFESSIONIS causa cessante,cessat eiusdem effectus, verbi gratia, statuto stante q̃ accusatus de crimine, si passus sit se poni in bãno, habeatur pro cõfesso:quispiã accusatus de crimine famoso,passus est se poni in banno, deinde ex nouo statuto cãcellatus est de bãno,quæsitum fuit an hic tanquam infamis repellatur à testimonio. quę quò disputata fuit à Iac.Butr.& relata à Baldo in le.cũ mulier,col.2.ver.quæro igitur circa præmissa.ff.sol. matr.Et ex ea tres qõnes collegerunt:primam,an bannum ex causa famosa transiens in vim sententiæ, infamet. Secũdam, an ficta confessio infamet. Tertiam, an per cancellationẽ banni tollatur infamia.Et de hac tertia tãtum loquor, vt quæ sola ad hunc nostrum tractatum pertineat.

54 Et quod huiusmodi infamia sit sublata,his rationibus probauerunt, sicut se habet causa ad effectum in productione,sic & destructio causę ,ad destructionem effectus, quia est par potentia contrariorum.leg.ab emptione.ff.de pact.& in l.vl.ff.de leg.3. sed bannum se habet ad infamiã in producẽdo, ergo abolitio banni se habet ad infamiam in tollẽdo eã. nam origine sublata non debent sequentia remanere l.1.in prin.C.de Lat. liber tollẽ.Item bannũ est causa finalis confessionis & infamiæ, ergo sublato, & sic sublata causa finali tollitur effectus. Hæc illi.

55 CONSTITVTIONIS cessante causa, vel rõne,nam vtranque hic nostri copulant, siue verius cõfundunt,cessat & ipsa constitutio c.neophytus,& ibi gl.in verbo,causa,61.dist.& c.quod pro remedio,& ibi glo.in verbo,cessante,1.q.6. Sed tamen contrarium videtur, vt scilicet ea non cesset,nisi aliter reuocetur per ca.licet ex quadam,de testib.& ca. detestanda, & ibi Domi.in 2.not.de concess. præb.lib.6.& no.in l.1.in prin.C.de cad.tol. Phili.autem Franc.in d.c.detestanda,in 1.no.dicit, q̃ si causa omnino cesset, non cessat constitutio, nisi vt diximus reuocetur. Si partim cesset, certè pro ea parte cessabit & constitutio, per l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patr.& no. in cap.cùm cessante,de appel.Sed tu hic omnino vide quæ dicam infrà,de cessante ratione legis.nam id eodem recidit.

56 CONSTITVTI causa cessante (de eo loquor, quo quis se constituit possidere nomine alterius)cessat ipsum cõstitutum ,vt probatur ex le.1.de debitore,& ibi Bart.& alij. ff. de precar. & latissimè diximus in nostro tractatu de iure Constit.poss.par.3.limitat.29. vbi videre poteris,an & quò id verũ sit,neq;enim hic repetere alter ducimus.

57 CONSVETVDINIS causa cessante, cessat & ipsa cõsuetudo,vt expressè voluit Bald.in rub. extrà de consuet. col.vlt.per iura loquentia de constitutione , vt intelligas id depẽdere ex eo, an cessante causa cõstitutionis vel legis,cesset cõstitutio vel lex, de quo diximus in pen. artic. & dicemus latiùs infrà in cessatione causæ legis. Quamuis sit quædã ratio,vt faciliùs cesset cõsuetudo, quę tacita est constitutio vel lex:quàm lex ipsa aut cõstitutio expressa,cùm tacitum facilius reuocetur q̃ expressum.

58 CONTRACTVS causa cessante,cessat idẽ contractus. l.1.& ibi gl.vlt.Cy.in 1.not. Bald.in princ.C.de cond.ob caus.Idq; etiam in contractu nominato,per text.not.in l. cũ te.C.de pact.inter empto.& vendit. quẽad id expẽdit & dicit sing.Alex.id intelligens de causa finali,in le.dedi, q.vlt.col.7.versi.aliam etiam assignat.ff.de condictio.ob caus.vide tamen infrà in trigesimasexta limit.

59 CONTVMACIA cessante,cessat effectus illius,scilicet pœna quę ob eã irrogatur.le.1.§.si fratrer,ver.& si quidẽ per contumaciã.ff.de collat.bon.in fi.& c. ex literis,de cõn stit.vbi est tex.expressus,q̃ is qui propter contumaciam cõmunione priuatur, eiusdem restitutionem obtinet,cõgrua satisfactione exhibita. quem text. valde notab.dicit Bal.in c.vlt.col.1.tit.per quos fiat inuestit. vbi & illud di-

60 cit.Quod contumacia abstulit,restituit obedientia.

Et autoritate illorũ duorum text.scribit idem Bal.in l. puto.§.si quis aduocationem,& iterum in l.quos prohibet.ff.de postulan.rursum q̃; in le.1.in addit. paulò ante fi. ff.de offi.eius cui mand.est iurisd. q̃ cessante contumacia cessat eius pœna,quod & ipsum per tex.in d.ca.ex literis.

61 tradit Bart.in l.si quis adulterium.§.1.ff.de adult.

Alibi asit ipse Bal.per duos illos tex.in l.1.circa mediũ, ibi,extrà opponitur.C.de posthu.q̃ sententia lata ex cõtumacia est eius naturæ , vt tandiu solùm duret, quandiu durat contumacia.Et ideo, inquit, bannum , quod fertur ex cõtumacia, bannito cõparente legitimo tempore, reducitur ad simplicẽ citationẽ, nec hic amplius dicitur esse bannitus, quod est, vt ipse dicit, notabile.Et idẽ fermè voluit ipse Bal.& ante eũ Bar.in l.1.§.vl.ff.de requir.reis. & Pau.Cast.consi.31.super 1.quęsito,vt eum allegãt Fel. & Philip.Dec.qui id sequuntur in d.c.a.ex literis.ille,col. 9.versi.2.declaratio.hic,col.4.versi.4.declaratio,sed illud

62 consilium reperire non potui.

Sed & per illum tex.in d.c.ex literis.scribit Inno.in ca. sicut,in verbo, satisfactionem congruam, ibi, & idem si pro contumacia,de cohab.cleric.& mulierum,q̃ clericus suspensus pro contumacia,cùm primùm obedierit,primum statum recuperat.Et Domi. in c.contumaces.co lũ.2.versi.conclude q̃ aut clericus.50.disti.q̃ clerici depositio pro cõtumacia, videtur esse imposita,vt duret ad limitationẽ ipsius causę,propter quã imponitur,cessante ergo cõtumacia debet cessare,per d.ca.ex literis.Quod & ipsum bene probat ca.1.extrà de supplen.negli.prælat.ex quo no.Ant.Pano. & vtriq; in vlt.not.q̃ cessante contumacia, cessat dispositum ob contumaciam, & sic, inquiunt,ad limites contumaciæ mensuratur pœna illius,& al legant etiã d.c.ex literis.Et idem propemodum dicit ipse Ant.in c.excõmunicato,col.5.versi.venio ad secundũ mẽbrũ,de rescri.per d.c.ex literis.& Ias.in l.1.col.13. nu.61. versi.vlt.not.ff.de offi.eius cui mand.est iurisdic.per illos duos tex.suprà in princ.allegatos.

63 Et hęc quidem procedũt etiã si in impositione pœnæ ob contumaciam poneretur dictio, perpetuò, quia id intelligeretur quandiu contumax maneret in contumacia, per gl.in c.clericos.in verbo, perpetuam, de cohabit.cler. & mulier.quæ interpretatur,perpetuam,id est,donec resipiscant.& glo.in c.actus legitimi,post prin.de regu.iur. lib.6.per d.c.ex literis,& alia gl.in c.reperiuntur , in glos. vlt.1.q.1.quæ & ipsa exponit id verbum, perpetuò,scilicet,quousq; emendet,per d.c.ex literis, & in ca.de viduis & puellis,in glo. quoq; vlt.quæ similẽ expositionem dat dictæ dictioni,per illum eundem text.& Archi.in c.quia sacerdotes, in fi.2.q.1. vbi similiter interpretatur ea verba,in excõmunicauonẽ perpetuã. Domi. post Io.Fan.in ca.quãuis,in fi.de pœn.lib.6.Feli.& Philip.Dec.in d.c.ex literis.ille,col.10. ver.amplia primò:hic,col.4.vbi suprà.

Procedunt

64 Procedunt item quæ diximus, etiã si pœna fuerit simpliciter apposita sine declaratione, an esset propter cõtumaciam quæ interuenit, an propter delictum, super quo contumacia facta est. tamen in dubio censetur fuisse irrogata ob contumaciam, & non ob delictum, ita vt ea cessante cesset & pœna, vt voluisse videtur Imo. post Gofr. in d.cap.ex literis, col.pen.ver.vbi autem sit dubium, per no.in c.in pœnis, de reg.iur.lib.6.& in l.si præses.ff.de pœnis.& idem voluit Pan.in eo ipso c.ex literis, col.vlt.

65 Quæ sententia ex eo confirmatur, quod in simili dicitur absentem condemnatum, magis videri condemnatũ ob contumaciam, quàm propter malam causam, per le.si ideo.ff.de euict.ex qua Bart.not.ꝙ bannitus & condemnatus de falso, videtur condemnatus magis ob contumaciam, q̃ ꝙ falsum commiserit: ideo potest instrumenta conficere.& idem Barto.in leg.Papinianus.§.meminisse, in 3.not.per eum tex.ff.de inoffi.testa.& in l.si superatus, circa medium.ff.de pignorib.Bal.in l.2.col.2.versi.quæro secundum, ibi, secundum est necessarium, & ibi etiam Saly.in 11.oppositio.C.quib.res iudic.non noc. Pan.in c.in causis.col.vlt.versi.sed ego vltra alios, de sent. & re iudica.Roma.consi.329.præsens consultatio. col.3.versic.est enim iuris regula, per multa ibi allegata.Feli. qui & alios quoq; allegat, in d.c.ex literis, colũ.x. versi.pro quo facit optimè.& ibi quoq; Dec.col.5.ver.,saluando dicta.

66 Et bene facit quod traditur in l.hæ enim.ff.de susp.tut. ꝙ si quis remotus sit tutela, nec apparet an sit ob dolũ, & sic ex causa famosa: an ob culpam, & sic non famosa, cẽsetur ob hanc potius esse remotus, vt sit integræ famæ, & sic intelligunt eũ tex.gl.ibi in verbo, & verum est, in fi.& Bart.& cęteri.& voluit etiam Franc.Crem. sing.37.pone ꝙ sententia, vbi in hoc dicit singularem illam glo.

67 Nam & semper aliàs si non apparet ex qua causa iudicatũ sit, in dubio præsumitur ex ea quæ minus lędit cõdẽnatũ, vt voluit Imo.in l.si is ad quem, in fi.ff.de acquir. hæred.per textum & gl.in d.le.hæ enim.ff.de suspect.tutor.& in le.si quis ad exhibẽdum.ff.de excep.rei iudica.& c.si fortè, de electi.lib.6.quod & id ipsum voluit Rom.in eadem l.si is ad quem, col.3.versi.ex qua causa.

68 Sed hoc tamen intellige, quod dictum est de contumacia, Nisi (vt subdit ipse Feli.) de delicto constaret ex actis causę, quia tunc non procederet, d.le. si ideo, de euict.Ita enim voluit gl.not.in l.2, in verbo, absens, & ibi Bald.qui eam gl.admodum commendat.C.de contrar.iud.tutel.& ipse Bal.in d.l.2.C.quib.res iudi.nõ noc.& in l. ingenuũ, col.1.versi.sed quęro quis dicatur.ff.de de stat.hom.cum alijs concord.citatis à Felin.in d.c.ex literis, vbi suprà, vbi & de hoc dicit esse casum in c.cũ olim, ibi, ci licet absenti cùm de subreptione liquidò constet, de re iudic.

69 Quod autem diximus in princip.cessante contumacia cessare & pœnam illius, tempera vt procedat, nisi contumacia transiret in specificum, & peculiare delictum: quia tunc pœna pro eo semel imposita non cessaret, etiam si posteà contumax ille vellet obedire, vt voluerunt Anto. Imo.Pan.& Fely.in d.c.ex literis: ille col.2.versi.quando que pœna imponitur: alter col.vlt.versic.itẽ aduerte, quia contra, Pan.col.pen.versi.2. casu principali, Feli.d.col.10. versi.fallit tamen ista declaratio, ita intelligentes nonnulli ex illis.c.ex his, de cleric.non resid. vbi si clericus est cõtumax in residẽdo in suo beneficio, pœna priuationis est perpetua, quia illa contumacia transit in delictum non residentię, quamuis ipse Imo.dicat posse etiam dici, ꝙ ibi constabat de mente proferentis, quòd scilicet intelligebat de priuatione perpetua, dum mandat prouideri alteri de beneficio.

70 Secundò tempera vt procedat, nisi pœna irrogata propter contumaciam fuisset momentanea, vt etiam voluit Pan.in d.c.ex literis, col. penul. versi. & intelligo quando pœna, & ibi quoque Felin.vbi suprà: versi. fallit secundò vbi pœna, per c.ad audientiam, extrà de cri.fals.& no.per Archi.& Domi.in c.1.50.distin.& facit quod dicemus infrà in vigesimatertia limitat.qua tractamus de effectu momentaneo, & quod scribit Archid.in ca. cupientes, col.4. versic. rursus si clericus, ibi & est ratio, quia cùm lex certum de electio.lib.6.

71 Tertiò intellige, vt cessante contumacia cesset pœna pro tempore futuro, vt dicit Bald.in d.le.1.in addit.paulò ante fin.& ibi quoq; Ias.col.13.ver.vltimò not.ff.de officio eius cui mandata est iurisd. tanquam.s. sentiant nõ cessare pro tempore prętertito. Quod intelligo respectu impensarum iam factarum per aduersarium ob illius contumaciam: neque enim purgare poterit cõtumaciam, quin refundat eas impensas, per l.sancimus.C. de iudic.at respectu pœnæ ob eam contumaciã irrogatæ, non video quin cessare debeat, per ea quæ dicta sunt.

72 Cvrationis causa cessante, cessat curatio. quod hinc videmus, ꝙ curatio data impuberi, ob suspicionem tutoris finitur tutela cessante.l. potuit.C.in quib.casib.tutor.hab. Et idem si ob absentiam alterius.l.1.eod.titu.vel ob aliam causam, leg.curatorem.ff.de tuto.& curat.dat.ab his. Et data ob minorem ætatem, cessat ea minori ætate cessante, iuribus vulgaribus, vt etiam tutela ob impubertatem, ea cessante, l.nisi, in princ.ff.de tute.& ratio.distrahen.& §.t.Institu.quibus modis tute.finit. Et quod posteà dicemus infrà in furore cessante, quòd curatio ob furorem data cessat furore cessante. Et quòd item dicemus in prodigalitate cessante, vt scilicet curatio ob eam data, ea cessante cesset.

D

73 Delegationis causa cessante, cessat & delegatio, verbi causa, si delegatio facta fuerit ob absentiam delegantis, eo reuerso cessat delegatio, l.j.versi.nõ aliter itaque, & ibi Bar.col.vlt.versi.quæro, præsens vel ordinarius, Bal.in addit.eius l.Alex.col.19.versi. quærit etiã hic Ias.col.13.ver.vltimò not.in verbo, non aliter, & Philip. Deci.hoc tamen intelligens re integra, col.antepen.versi. successiuè Bart.concludit, & Fran.Curt.iunior col.quoq; antep.versic. circa septimam quæstionem.ff.de offic.eius cui mand.est iurisd.

74 Et hoc verum est, licet Ro.ibi, col.2.ver.dubitatur, et præses, per c.cum plures, iuncta gl.in verbo, nequiuerint, & in verbo, recusarit.de offi.deleg.lib.6.vbi si fuerint delegati duo iudices cum clausula de qua ibi, & vnus incœpit, & occupauit cognitionem alterius, poterit alius prosequi. At si vnus ægrotet, eo sanato non expirat cognitio illius alterius, per tex.loquentem de duobus procuratoribus in c.si duo.versi.cęterùm, de procurat.lib.6.Et sic ex illis patet quod cessante impedimento vnius, non extinguitur officium translatum in alium ratione illius impedimenti.Sed huic obiectioni respondet Alexãd.vbi s, vti apud eum videre poteris.

75 Depositionis causa cessante, cessat depositio, verbi gratia, quis depositus ob contumaciam, cessante ea contumacia cessat depositio, vt expressè voluit Domi.à S.Geminiano in c.contumaces, col.2.ver.conclude quòd aut clericus, 50.dist.& diximus etiam suprà num.62. incipien.sed & per illum.

76 Dilationis causa cessante, cessat dilatio.l.liberto. §.vlti.vbi Dy.ita eum text. summat, & ibi quoq; Alb.in prin.Bar.in fi.& alij. ff.de annu.l.& l.3.§.Stichus.ff.de statulib.& l.si quis hæres ita scriptus, & ibi Bart.Ang.Imol. Paul.Cast.Roma.& Fran.Aret.ff.de acqui.hæred.& l.j.§. si intra.ff.de successo.edict. & le.continuus.§.cùm ita, in fi.ff.de verb.oblig.& l.à filia.§.alumno.ff.ad S.C.Trebel. & l.vlt.ff.ad l.Falci.Et facit & l.hoc iure.ff.de verb. oblig. & l.si maritus.§.si negauerit.ff.de adulte.& l.vlt.secundũ unum intellectum, & ibi Bald.C.qui admit.& c.ab eo, & ibi not.de appel.lib.6.& §.penul.Inst.de bonor.possess.& quod not.gloss.& doct.in l.in illa stipulatione, si calendis. ff.de uerb.oblig.& glos.in ca. vlt.in uerbo, duntaxat, in fi.

& ibi

& ibi doct.de consuetud.lib.6.& Io. Andr.in addit. Spec.in rubr.de conceß. præbend. Bald. in l. 1. §. 1.in vtraque.lect.ff.de offic.eius cui manda. est iurisdict.& consi. 379.thema super quo petitur consilium. col.vlt. versicu. item respondeo.lib.4.& Alex.consi.34. viso instrumento.in fi.lib.2.

77 Ex quo inferunt Dy.Bar.in d.§.alumno, non impedi ri iudicem procedere in causa, durante tempore dilationis, si causa ipsius cessat. puta si iudex præscripsit tibi tempus ad comparendum, vel respondendum positionibus in tres dies, & in continenti compareas, & respondeas, iudex non expectato illo tempore trium dierum, non impeditur quo minus posit procedere ad vlteriora, cùm sit finita causa dilationis.

177 Pan. autem in illo ipso c. quia pleriq;. col. antepenu. in 13. q. versi. ego latiùs, relatis huiusmodi opinionibus hãc rem (vt ipse dicit) latiùs & clariùs tractat. Nam aut lex ait, siue statutũ præsumit causam, & super ea inducit prȩsumptionem iuris & de iure, & tunc non admittitur probatio super cessatione causę, per c. is qui fidem, de sponsalib. nisi ius induceret illam præsumptionem in fauorẽ alicuius: tunc enim admittitur probatio in contrarium, per confessionẽ partis, per not. in auth. sed iam necesse. C. de dona. ante nupt. & per Inn. in d. c. quia pleriq;. Tamẽ in foro animę non esset ea constitutio seruanda, si constaret de defectu causæ, vt idem ipse Pan. tradit in d. c. is qui fidem, & ca. 1. de constitut. Aut lex siue alia consuetudo non inducit præsumptionem iuris & de iure, sed simpliciter statuit: & tunc si causa est expressa in le. & probatur causam illam deficere in casu occurrente, & nõ debet seruari constitutio, nec in foro animę, nec iudiciali: quia ratio legis est lex, & non è contrario: ideo vbi cessat ratio, & lex. l. nõ dubium. C. de legib. & c. vlti. de reg. iur. lib. 6. & l. cùm pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. & l. ex facto, in 1. respon. ff. de vulg. & pup. vbi hoc idem probatur habere locũ in priuilegijs, & alijs iuribus ab eo allegatis, & quod vt subdit, not. Bart. in l. item quæro. §. qui impleto. ff. locati. Aut rõ legis non est expressa, & tunc si potest naturaliter & indubitanter vnica præsumi, debet lex restringi ad limites illius rõnis, vt dicit Cyn. in d. l. non dubium est. & Bald. in l. maximum vitium. C. de lib. prȩter. Quod procedit ẽt in pœnalibus, vt voluerunt Doct. in dictis locis, & optimè facit l. 2. §. si quid curatoris, ver. quid ergo. ff. ad Tertulli. Hæc Pan. Cui, quantũ ad postremũ casum pertinet adde quæ dicam infrà in vigesimaprima limitat. præsertim versi. incip. intelligendum est tertiò, & seq.

178 Omnium autẽ latissimè Aegid. Bellam. in c. post trãslationem, col. 5. de renuntiat. recensitis aliorum opi. sic distinguit. Aut cessatio rõnis tanta est, vt per eam remaneat constitutio irrationabilis, & tũc, vel est ob id, quia remanet alia rõ sufficiens, & tũc non cessat lex, nisi hoc diceretur ea lege, vel alia. §. affinitatis, Instit. de nupt. cum simil. Aut non remanet alia rõ sufficiẽs, sed lex non manet propter hoc irrationabilis, quod qualiter procedat, declarauit idem autor in c. quanto, in 4. q. consuet. Et tunc aut ratio cessans est impulsiua solùm, & tunc non facit cessare legem. l. j. §. sexum. ff. de postul. Aut est finalis, & tunc aut non est lex merè positiua, sed facta ex certo & sufficiẽti iudicio rationis, sicut sunt responsa prudentum, & quasi omnia alia iura. ff. tũc prȩsumitur rõ cohærere legi, & con-

& consequenter cessatio eius facit cessare legē, & ita procedit quod not. in d. le. cum tale. §. legato. ff. de condit. & demonstr. Aut est lex positiua nullam certam & sufficiētem rationem habens, sed solùm autoritatem statuentis, licet quadā persuasione rationis minimè sufficiētis adiutam: & tunc aut apparet de mente statuentis volentis cessare legem ex cessatione rationis, & cessabit lex: quia in constitutionum interpretatione principaliter recurritur ad mentē cōditoris. c. in his, de verb. signific. cum similib. Aut non apparet, & tūc standū est eorū opinioni, qui negant cessare legem ex cessatione rōnis: quia hoc casu sola autoritas statuentis est causa principalis: constat aūt (inquit) de mente, si id exprimatur, vel ēt tacite ex præfationibus. l. vlt. ff. de hæred. insti. vel alijs sequentib. l. si seruus pluriū. §. vlt. ff. de leg. j. & quia hoc nō est lege certa cōstitutum, locus est arbitrio iudicis. c. de causis, de of. deleg.

179 LIBERATIONIS causa cessante, cessat liberatio, quod ex eo patet, quod ex facto respōdit Ang. consi. 189. visa quictatione reuocatur in dubium, ɋ quantuncunq; verba liberationis sint plena & prægnantia, si tamen causa ipsius liberationis non potest ex proprietate sermonis adaptari ad aliquam speciem debiti, illam non comprehēdit. Et id sequitur & dicit no. Franc. Aret. consi. 160. verū est quod Comicus, col. 3. versi. moueor primò, vbi ex hoc dicit ɋ oratio quantumlibet vniuersalis restringitur, vt non comprehendat ius, cui causa liberationis nō est adaptabilis, de quo dicit esse casum clarissimum, & ibi hoc not. Bart. in l. cùm pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. & bene facere tex. in l. si is qui animo, ff. de acquir. poss. & in l. cancellauerat, & ibi Barto. ff. de his quæ in testa. delen. Quod & ex eo reassumit. Chasse. consili. 69. quæro ad primum, col. 2. nu. 9. & seq. Et bene etiam facit quod proditum est à Soci. consil. 159. in præsenti consultatione præmittens aliqua, col. 5. versi. 4. & vlti. lib. 2. & Paul. Paris. dum allegat Ang. & Franc. Aret. vbi suprà, consi. 48. Galassino, co. 7. nu. 43. lib. 3. Et diximus etiam suprà vers. incip. & ideo ex facto. num. 146.

M

180 MANDATI causa cessante, cessat mandatum, in id. n. est tex. expressus in c. si pauper, in fi. in illis verbis, cū cesset causa mandati, & ibi gl. in verbo, cesset, & Domi. qui id not. in 3. notabili. de præben. lib. 6.

181 METV cessante cessat quod ob eundem factum est, vt ex eo satis liquet, quod scribitur in le. 1. C. de naut. fœnor. tandiu venire vsuras cētesimas pro pecunia traiectitia, quandiu durat metus maris apud creditorem: cessante autem metu, communes tantum deberi, quod Bald. & Saly. ibi, trahūt ad bailam siue arbitrium extra ordinem concessum metu bellorū, vt cesset cessante metu, de quo nos diximus suprà in arbitriorum causa cessante. Et bene etiam facit quod scribit gl. in l. 3. ff. de donat. caus. mortis. argu. l. si mortis caus. eod. tit.

182 MORBI causa cessante cessat morbus, quod hinc videre licet, quòd medici in primis obseruandum esse dicūt, vt medicus obseruet morbi causam: an frigus, fames, an satietas, & quæ similia sunt: occursurum enim vitio eum qui originē non ignoraret, vt scribit Cornelius Celsus in procemio rei medicæ: proindeq; etiam medici ipsi circa id pręcipuè laborant, vt declarent morborum causas, inter quos is qui facilè primas obtinet Galenus, librū vnum de morborū causis priuatim scripsit, vt scilicet illis cognitis, ac deinde sublatis, morbi quoq; vitia tollantur. Ex quo ille ipse lib. 1. de arte curādi ad Glauconē, Causæ (inquit) infestanti perpetuò contraria opponēda sunt remedia: labori quidem quies: vigilijs somnus: iræ, tristitię, excandescentiæ, sermones, actiones spectandæ, & rerum narrationes, quæ animo voluptatem afferunt. Sic & qui cogitatione laborant, ab hac omnino cessent. Sed & hinc est illud ipsius Celsi, in illo eodem procemio, ɋ si morbos eæ causæ facerent, quæ vbiq; eædem essent, remedia quoq; vbiq; eadem esse debuissent. idq; præcipuè, vt dicit Galenus lib. 8. Therapeuticę, prospicit morbis, qui in generatione sunt, tollendis, scilicet ijs quæ illas excitant causas.

183 Nullusq; est propemodum medicorum, in quo non inuenias sexcentas huiusmodi sententias: sed quod ad nostrates pertinet, huc respicit quod ab illis disserit de medico qui certa mercede promisit curare ægrotum, qui curatus (vt statim prima fronte videbatur) in eandem ægritudinem recidit, vt si statim reciderit, censeatur eadem morbi causa permansisse: ideoq; ab eo morbo curatus cēseri non debeat, vt per Bart. Brix. q. 73. medicus quidam omnes propè in l. Martius, ff. loca. Alberi. in l. contractus, nu. 7. ff. de reg. iur. Bal. cons. 255. quidam fœnerator, co. 2. lib. 3. & alios quos tibi congessi in le. si vnquam, in verbo. susceperit liberos, nu. 180. incip. & quod à nostris. C. de reuoc. donat.

N

184 NECESSITATIS causa cessante, cessat quod ob necessitatem statutum est, aut introductum, c. 2. & ibi Cardi. Flo. in 3. not. Pet. Anch. in 1. not. Ant. in j. not. de cust. eucharist. & c. de Siracusanæ vrbis. 28. dist. & c. quoniam multa, 48. dist. & c. quia sancta. §. verū. 63. dist. & ca. quod pro remedio, & ibi Card. Alex. in princ. 1. q. 7. & c. ordinationes. §. quamuis autem, 9. q. 1. gl. in l. solet, in verbo, quam curator, & ibi quoq; Bart. ff. de tutel. & in ca. in argumentum, de reg. iur. lib. 6. Hostien. in c. cùm in cūctis. versi. ea propter, in verbo, necessitate, de elect. Bar. in l. j. §. nuntiatio, col. 3. versic. quandoque fit iuris nostri. ff. de oper. noui nuntiatio. vbi dicit, quod quando aliquid statuitur pro necessitate contra regulas iuris communis, intelligitur habere locum, quatenus durat necessitas, per l. senatus, ff. de offi. Præsid. & l. 1. in fi. ff. de feri. & Pet. Ancha. in capit. 1. colū. 2. in sexto not. de statu monacho. Et externis scriptoribus Dionysius Halicarna. lib. 8. Quicquid, ait, necessitate pro tempore, vel priuatis, vel ciuitatibus affert, tantisper duret, donec cesset ea necessitas.

185 Sed hoc primò intellige, nisi vtilitas succederet in locum illius necessitatis cessantis, vt est de monachis ordinandis, in c. sunt nonnulli, in fi. & c. cum pro vtilitate, 16. q. 1. & arg. c. priscis, l. 55. dist. Et voluit glo. in d. c. in argumentum, in fi. de reg. iur. lib. 6. Archid. post Hugo. in ca. statuimus, circa medium, & iterum in ca. neophytus. in fi. 66. dist. Henr. Bohic in c. & si CHRISTVS, col. vlt. de iureiur. Card. Alex. in c. quod pro remedio. 1. q. 7.

186 Secundò intellige, nisi ex necessitate ius commune introductum fuerit, tunc enim id non cessat cessante ipsa necessitate, sed perpetuum manet, c. duo, 12. q. 2. & c. dixit dominus, 32. q. 7. Nisi in constitutione exprimatur quod id cessare debeat cessante necessitate, c. quod scripsi. 35. q. 3. & ita voluit ipse Archid. post Laur. in d. ca. statuimus. 61. dist.

187 Cui adde quantum ad primum, ɋ id, per quod redimus ad ius commune, multò firmius est, & potentius, vt videre licet ex gl. illa sing. in c. statutum. in verbo, numerandum, ibi, item per hanc, de præbend. lib. 6. Ant. & Panor. in c. olim tibi, per illum tex. illum quidem, in fi. alterum in 3. not. de verb. significa. cum alijs multis similib. à me collectis, in tracta. Primigeniorum, q. 24. nu. 6. incip. quam rationem. Quantum autem ad exceptionem, adde etiam quæ diximus suprà in cessatione causæ legis, versi. incipien. sed vt redeamus.

188 Tertiò intellige vt cesset effectus in eo casu circa faciēda, non etiam iam facta, vt etiam dicit gl. in d. c. in argumētum, per no. in d. c. quod pro remedio, & in c. & si Christus, in fi. de iureiur. & facit (inquit) cap. factum legitimè, eo. tit. de reg. iur. lib. 6. Ad quod etiam optimè facit quod diximus suprà in cessatione causę dispensationis, ver. incipien. quod tamen ita, & seq. & quod etiam dicemus inferiùs in 12. limit. & iterum in 40.

O

189 OBLIGATIONIS causa cessante cessat obligatio, vt ex facto interrogatus respondit Soci. consi.li.3 1.prosequendo ordinem,col.pen.versi. quartò etiam probatur, lib.1.motus hac nostra generali regula,quòd cessante causa cessat effectus.

190 ODII causa cessante cessat & effectus illius.l.2. & ibi Bal.C.qui ad libert.non pol.peruenire. & idem Bal.in l.j. col.2.vers.nota q cessante,C.si rector prouinciæ. Aegid. Bellam.in c.cùm ecclesia Sutrina,col.3.nu.8. de caus.pos. & propriet.Caro.Rui.cons.122.de duobus principaliter, col.5.nu.7.lib.5.& Philip.Dec.cons.456.consului alias q Iac.col.pen.nu.12.& omnes propemodum, quos citabimus,in seq.versi.

191 Ex quo ipse Bald.in illo primo loco illud assumit,vt si filius vel vxor priuatur patria, in odium patris vel mariti banniti,illis mortuis,& sic odio illo cessante, poterit liberè & impunè in patriam reuerti. Quod etiam voluerunt Iacob.Aret.Iacob.Ra.Bart.ipse Bald.Alberi.1.mo. in l.Titia Seio.§.vsuras,ff.de leg.2. idem Bal.post Dy. in le.1.§. qui in perpetuum, ff.si ager vectig. & in l.omnes populi, col.7.versi.sed nunquid statutum, ff.de iustit.& iur.& in l.si seruus,ff.de publicia.in rem actio.& in l.in omni.ff.de adop.& in l.cùm acutissimi,col.2.versi. & nota illud statutum,C.de fideicom.& in l. voluntas,circa princ.eod.titu.& in l.vlt.per illum tex.C.de iniur.Alberi. in tract.statut.par.4.q.62.quæro si statuto, vbi plus dicit id procedere, etiam si statutum dicat, vt vxor banniti sit perpetuò bannita,Ang.vt à nonnullis citatur,in repeti.l.incola,col. 10.ff.ad municip. Flori.in l.pen.§.si quis pro seruo,ff.de noxa.Alex.consil.20. viso processu causæ inter Catharinam.col.2.versi.istud etiam fuit de mente,lib.2.& consi. 107.ponderatis verbis statuti, col.3.versi.ad idem allego. lib.6.Franc.Aret.in l.Pantonius,§.vlt.ff.de acquir.hæred. Corn.consi.50.in hac consultatione placet, in fi.lib.4.& consi.97.licèt in hac,col.3.versi. sic & aliàs,lib.4. Soci.in tractatu fallen.reg.229.incipien. lex generaliter loquens, vers.fallit si finiatur causa.& consi.262.in causa magnifici,col.3.versi.nam finita causa odij,libr,2.quod repetitur consi.90.lib.3.Feli.post modernos,vt ipse dicit,in cap.ex parte B.col.1.versi.limita tertiò, & iterum col.2.versi.ista limitantur,de foro comp.& in c.quæ in ecclesiarum,col. 10.in 2.declaratione,de constitu.Ias.in l.1.col.13.versic. tertiò adde text. ff. de offic.eius cui manda. est iurisdict. Caro.Ruin.d.consi.122.vbi supra,lib.5.Hippol. Marsil. in l.vlt.colum.6. vers.item adde quòd stante statuto,ff.de quæstionibus.

192 Et huc pertinet tex.in c.cùm tu, iuncta glo.in verbo, donec, de vsur. vbi odiosæ constitutiones editæ contra vsurarios odio vsurarũ cessant,postquam vsuras exercere desierunt, & ita per eum text.voluit Bald. in rub.C. de vsu.col.2. versi. secundò quæro.& Lauren.Rodulph. in repetit.ca.consuluit,capite 4.versic. est etiam quæstio, extra eod.titu.Ioan.Ana.in c. quia in omnibus, quod est tertium,colũ.16.versi.adde etiam prædictis, eo. quoque titu.Roma.consi.404.in casu propositæ consultationis, col.2.versi.similiter cessat odiosa.Alex.id intelligens, dũ modo vsuras præteritas restituerit, in l.1.col.1.C.de edē. & in le.Prætor ait,§.is etiam,col.1.in t.nota.ff.eod.Ias.in l.1.col.13.versi.secundò adde text.ff. de offi.eius cui mãd. est iurisdict.

193 OFFICII causa cessante, id est qualitate,quæ est causa officij,cessat officium, per textum in l. Lucius,ff.de fideicommiss.liberta.quem in id expendit Bal.id tamen intelligens,quando ea qualitas officij certa est, in l.generalit ter,col.4.versi.& adde circa primum.C. de episc.& cleri. & aliũ tex. in le.tutelas,ff.de cap.diminu.quem & ad hoc quoq; allegat Bal.in c.1.in vtraque lectu. & ibi post eum Ias.col.13,versi.vltimò not.in verbo, non aliter,ff.de offic.eius cui mandata est iurisdictio.

194 Ex quo illud fit, vt officium coadiutoris dati ob malũ officialis,vel magistratus,vel beneficiarij, siue prælati,siue tutoris aut curatoris valetudinẽ,aut aliud impedimẽtũ cesset cessante valetudine,aut alio impedimẽto,gl.in l. solet,in verbo,quàm curator,& ibi Alber.& Bart. qui distinguit,ff.de tut.idem Alberi.qui & in hoc distinguit, in l.si quos,col.1.versi. sed nunquid remoti, & seq.C.de offic.Præfect.Prętor.Ori.cum his quę diximus suprà in curationis causa cessante.

195 Et idem quoque mortuo prælato,cui coadiutor datus erat,nam etiam finitur officium coadiutoris cessante scilicet causa,vt probatur ex capi.grandi,de supplen. neglig. prælat.lib.6.& voluit Bald. in l.ex facto, in princip.paulò post medium, & ibi quoque Alex.colum.2.versicu.item no.quòd cessante,& Fran.Ripa. col.item 2.num.11.ff.de vulg.& pupil.

196 Sed hoc intellige vt non procedat,quando sufficit qualitatem adesse certo & determinato tempore: nam si ea qualitas ad fuerit illo tempore,& posteà cesset, non proptereà cessat officium, vt latè per Io.And.in c.statutum, col.5.super verbo, habẽtibus, de rescrip.lib.6. & dicemus infrà in 4.limi.per totum,maximè verò versi.incip.& ex hoc quoque fit.

197 Onere cessante cessat & quod illius causa indnctũ est, l.alũne fne.§.bera liberta.ff.de adim.lega. & arg.l.Caio,in prin.ff.de ali.leg.Atque ita nuncupatim voluit, ex hocq; in pulchro casu consuluit Oldr.consi.202.casus talis est, quidam clericus.col.6.versi.1.clausula.

P

198 PACE cessante, cessat quod ob eam concessum est, vt in pulchra facti specie consuluit Rom. consi.459.in proposita cõsultatione,in 1.dubio,ibi enim loquitur de priuilegio ciuilitatis à Senensibus concesso Pisanis propter pacem,& concordiam inter eos contam. quod quidem priuilegium dicit cessare,cessante ac rupta ea pace & concordia,per multa iura & rationes illic adductas. & sequitur Fely.in c.quę in ecclesiarum, co.10.in 2.declaratione,de rescrip.& Ias.in l.1.col.13.versi.vltimò no.in verbo,non aliter,ff.de offi.eius cui mand.est iurisdict.& in l.sciendũ §.vlt.col.2.versi.sed vt articulus.ff. qui satisd.cogan.Et facit quod è diuerso suprà diximus,vers.bello cessante,cessare omnem ipsius effectum.

199 PAVPERTATE cessante, cessat & quæ propter eam statuta,aut introducta sunt, aut concessa, vt probatur ex l.non tantum,§.eos qui, ibi,nisi si facultates eorum adauctæ fuerint,ff.de excus. tuto. vbi immunitas concessa ob paupertatem,cessat adauctis facultatibus, & ibi Iac.Aret. Nic.Matt.in lect.Bart.ipse Bar.& Alber.no. ex eo tex.q priuilegium concessum ratione paupertatis perditur auctis facultatibus. Et probatur item ex le.cura.§.deficientium,ff.de muneribus.& honorib. vbi deficientium facultatibus ad munera vel honores qui indicuntur, excusatio non perpetua est,sed temporalis.nam si ex voto patrimonium auctum fuerit,cessabit excusatio,& l.his omnibus. §.auctis, ff.de vacat. muner.cuius hæc verba sunt,auctis post appellationem medio tempore facultatibus, pauperatis obtentu non excusantur.& l.semper,§.hęc idcirco, versi.sed ne eos quidem,qui augeant facultates, ff.de iure immunitat.

200 Et ea quidem sunt iura,quæ à nostris in id quod diximus allegari solent.sed quibus addere potes le. nec maritus.C.sol.matri. vbi exceptio, ne quis vltra quàm facere potest,non amplius ei prodest,qui locupletior factus est. & §.vlt.Instit.de actio.vbi bonorum cessio facta ob paupertatem,ei non prodest,qui fortunis auctus est.& cap.si pauper,de preb.lib.6.vbi si papa mandauerit episcopo,vt clerico pauperi nullum habẽti beneficium, prouideat de beneficio,& interim ille clericus adeptus fuerit beneficiũ cessat illa prouisio.

201 Sed & huc spectat quod plerique voluerunt, quòd si dos

dos fuerit restituta vxori, ob viri inopiã, & vir ipse postea diues factus fuerit, cessabit illa restitutio, ita vt dos ipsi viro reddenda sit, vt voluerunt Dyn. Bal. Ang. & Rom. in l. si constante, ff. solu. matr. ea ratione moti, ꝙ cessante causa cesset effectus, & alij nonnulli quos tibi citabo infra in 14. limitat. vbi hanc rem late tractamus. & ibi videbis quid hic dicendum sit, nam sunt alij, qui sunt contrariæ opinionis, vt etiam ibi videbis.

202 Vt tamen interim non omittam, & alios doctores, qui hoc voluerũt, quod in principio diximus, paupertate cessante cessare & priuilegium propter illam datum, videlicet glo. in §. vlt. in verbo, cessauerint, 25. q. 2. & Ro. qui ex hoc in pulchro casu ex facto consuluit, cons. 404. in casu propositæ consultationis, vbi loquitur de statuto quodam Perusino, vt ibi videre poteris.

203 Permissionis cã cessãte cessat permisio. ita enim expresse voluit Bal. in l. j. per eum tex. in vers. non aliter, ff. de offic. eius cui manda. est iurisdict. & Signo. cons. 39. quæritur nunquid ex consuetudine, col. 2. vers. 2. probat, per tex. in l. si vero non remunerandi, §. si mandauero, ff. manda. & l. 2. & l. cum precario, ff. de prec. & l. iudicium, soluitur, ff. de iudi. & l. peto. §. prædium, ff. de leg. 2. & l. in omnibus, ff. de reg. iur. & Card. Alex. in c. quod pro remedio, in princ. per eum tex. j. q. 7.

204 Periculi causa cessante, cessat, quod eius causa statutum est, aut permissum, vt nuncupatim voluerunt Bal. & Salyc. in l. j. per eum tex. C. de nauti. fœno. Rom. consil. 404. in casu propositæ consultationis, col. 2. Philipp. Dec. in c. cum cessante, post princ. de appell. Ad quod ẽt facit quod supra diximus, in metu cessante, nam & hoc illuc quoque pertinere videtur.

205 Pignoris causa cessante cessat & ipsum pignus. l. 2. & ibi Saly. in summario quod vocant, C. de pactis pig. vide ibi glo. & doct.

206 Præscriptionis causa cessante (id est, possessiones quæ causa est præscriptionis) cessat & ipsa præscriptio, vt probatur ex l. denique, & l. nec vtilem. ff. ex quibus caus. maior. & in l. j. §. j. C. de vsuca. transforman. & tradidit Bald. in l. generaliter, col. 3. versi. item exemplum, C. de episc. & cleric. vbi tamen intelligit de præscriptione nondum, completa, si enim esset completa, & consequenter ius iã quæsitum, non cessaret id ius cessante causa, vt dicemus, latè postea in 11. & iterum 12. limitatione.

207 Præsumptionis causa cessante, cessat præsumptio, vt testis est Bald. in l. si certis annis, col. 3. vers. concludo igitur C. de pact. per l. si qui adulterij, C. de adult. & l. diuus, ff. de restit. in inte. & l. omnes, §. Lucius, ff. quæ in fraud. credi. & l. non solum, §. de viro, ff. de ritu nupt. & l. non omnes, §. à Barbaris, ff. de re milit. Et idem voluit Corn. cõsil. 308. licet dicta allegata, col. pen. versic. & non recedẽdo à præmissis. lib. j.

208 Ex illis autem textibus, primus ille d. l. si qui adulterij, est admodum notandus, quo cauetur, ꝙ si accusati adulterij, accusationẽ refellant, ex eo quod proxime coniuncti sint sanguine, ob quod non præsumitur, eos se inuicẽ cõcubitu polluisse, si postea nuptias contraxerint, ob idq́; cessauerit ea causa præsumptionis, cessat, & ea præsumptio, adeo vt tanquam confessi prius illud adulterium, puniri possint, & illum tex. facit sing. Bar. ibi & Rom. in repet. l. admonendi, col. 3. ver. secunda ratio est, & ibi quoque Ias. in repet. col. 86. nu. 265. vers. & ex hoc potes colligere rationem, ff. de iureiur. & Fel. in c. insinuatum, post medium, de simo. Sed non est dissimilis tex. generalis loquens de accusatione adulterij qui quocunq; pœnæ modo se subduxerit, & postea cum muliere propter quam accusatus fuerit matrimonium contraxit, in §. si quis, vero accusat. in auth. vt nulli iudic.

209 Cui admodum adstipulatur lepidũ illud epigramma, à Martiali, libr. 6. in Proculinam scriptum, epigram. 22.

Quod nubis Proculina concubino,
Et mœchum modo, non facis maritum,
Ne lex Iulia te notare possit:
Non nubis proculina, sed fateris.

Et aliud quoque eiusdem lib. j. in Paulam, epigramm. 42.

Mœchus erat, poteras tamen hoc tu Paula negare.
Ecce vir est, nunquid Paula negare potes?

210 Priuilegii causa cessante cessat priuilegium, l. athletæ, §. j. ibi, quoad in præsidatu, sunt, & l. geometræ, ibi donec curam gerunt, & l. idem Vlpianus, ff. de excusa. tuto. & l. Titia Seio, §. vsuras, & ibi glo. & Bar. ff. de lega. 2. & l. filius à patre. §. j. ibi, cum militare desijsset, & ibi, Imo. Alex. Francisc. Aret. & Ias. ff. de liber. & posthu. & l. ex facto, in princ. ibi quia iã posset sibi testamentum facere. & ibi Dy. dum tractat an legitimatio reuocetur per filiorum legitimorum natiuitatem. Franc. Aret. in 7. notab. qui dicit id fieri ipso iure, & Ias. in 6. not, ff. de vulg. & pup. & l. 2. §. omnes; & ibi Franc. Cur. Iun. col. j. versic. tertio ex tex. habes, ff. de iudici. & l. doli. §. diuersum. ff. de nouation. & l. in omnibus causis, la. 2. ff. de reg. iur. & l. generaliter, & ibi Bald. & oẽs, C. de episcop. & cleric. & §. j. & ibi glo. & doct. Instit. de milit. testam. & c. suggestum de deci. & c. magnæ, in fi. & ibi glo. vlti. Host. in fi. & alij, de voto, & c. cum lõge, 63. distin. & c. quisquis 84. distin. & c. vlt. 24. quæst. 2.

211 Et voluerunt vltra iam citatos glo. in l. si ventri, §. in bonis, in verbo, credere. ff. de priuileg. credit. & in c. in synodo, in glo. vlt. 63. distinct. & in c. generaliter, in verbo, non diuagantes, la. 2. 16. q. j. Dyn. & Philip. Franc. in c. decet, de reg. iur. lib. 6. Spec. tit. de instrum. editio. §. nũc autẽ, qui est 11. vers. item quod fiat Bald. in l. j. §. & ideo, vers. item cessente causa priuilegij, ff. de offic. eius cui mãda. est iurisd. Ang. in l. minoribus, C. de his quibus, vt in dig. Panor. in c. cum accessissent, col. pen. vers. aut quæritur de priuilegio, de constitu. & in c. quia pleriq;, col. pe. vers. ego latius, de immunita. eccles. & cons. 61. videtur, quod dictus Perusinus, col. j. versic. moueor in hanc sententiam, lib. 2. Ro. in repet. l. si vero, §. de viro, in 27. fallẽtia, versi. septimo, ff. solu. matri. & consil. 180. si admittimus totum, col. 2, vers. hac igitur pro finali supposita, & cons. 404. in casu propositæ consultationis, col. j. versic. quod vltra vulgare, Franc. Aret. in l. diuortio §. vlti. col. vlt. ff. solu. matrimo. & consil. 83. quia multa fuerunt, col. 2. vers. nec obstat præmissis, in fin, eius vers. & Maria. Socin. Iun. cons. 160. circa præsentem, col. pen. & vlt. lib. 2. & alij, quos postea citabimus.

212 Nam glo. in c. abbate, in glo. vlt. de verb. significat. dicit quòd priuilegium datum monasterio, cessat destructo ipso monasterio, vt pote quod erat causa priuilegij, arg. illius text. & c. & hoc diximus, 16. quæst. 7, vbi idem dicit glo. in verbo, destructa, & §. vlt. in fine. 25 quæst. 2: Et illam primam glo. referunt, & sequuntur omnes ibi, cum eo tamen temperamento ab Innoc. Io. And. Cardi. Floren. Panor. tradito, vt si monasterium reædificetur, recuperet suum priuilegium, per c. quia diligentia, de electio, Sed hoc rursum intelligit, Panor. nisi monasterium fuisset destructum autoritate superioris, neque enim tũc etiam reædificatum recuperat priuilegium, per c. 2. & ibi not. de ope. no. nunciatio. & c. quæris, de consec. distinct. 4, quod & ante ipsum dixerat, glo. in d. capit. & hoc diximus, 16, quęst. 7. Ant. autem in d. illo capit. abbate, ita de hoc loquitur, vt nolit priuilegium reuiuiscere loco semel extincto.

213 Et huc quoq: spectat quod scriptum reliquerũt Cyn. Bart. Saly. Raph. Fulg. & Paul. Castr. in l. qui sub prætextu, per illum tex. C. de sacrosan. eccles. loquentes de scholaribus (ita enim vocant scholasticos,) non studentibus, vt non debeant gaudere priuilegijs concessis, ipsis scholaribus, vt quæ dantur causa studii, ideo ea causa cessante, cessare debent & priuilegia, & idem tradidit ipse Bartol. in l. j. etiam per illum tex. C. de collegia, lib. 11. Bald. in

auth.

auth. col. 4. versic. sequitur, in tex. scholaribus, C. ne fil. pro patre, Anto. in procemio decretal. col. 3. versi. quid de scholaribus, vbi tamen declarat. Io. Lig.a. in procem. clem. Panor. in c. j. ad fi. de iudi. & clanculum ante hos, Io. Monach. in procem. lib. 6. col. 2. versi. ex quibus colligo, & ibi quoq. eius autoritate, Io. And. & clarius, Petr. Anch. col. quoque 2, versi. 4. not. quod dicit & Imol. in clem. 2. col. 3. versi. si vero constat qualitatem, de rescrip. Et facit tex. in c. cum ex eo, ibi, literarum studio insistentes, de electio. lib. 6. & quod scribit glo. vltim. in l. j. C. de stud. liberal. vrb. Rom. lib. 11. loquens de ijs qui male intenti castra ædificant, & tegulas domus numerant, nam & ea glo. solet à nostris in hunc casum allegari.

214 Et id credo verissimum, quamuis contrarium subobscure tenere videatur glo. loquens de scholaribus parum, studentibus, in d. procemio lib. 6. in verbo, commorantibus, & ibi apertissime Domi. qui ita dicit communiter teneri, & Philip. Franc. vterq; col. vlti. super ea gloss. & Hosti. etiam subobscure in d. procemio decretal. in verb; commorantibus, & ibi clarius Car. Flo. & Imol. vterque col. 3. in 8. oppositio. ibi, dicit autem hic, nam vtriusque est eadem omnino lectur. & ijsdem verbis, vbi Imol. à Cardinale eo vetustiore assumpsisse videatur, idem Car, non tamen adeo aperte, in d. procemio Clem. col. 2. salutationis summi pontificis, versic. quæro in eo quod dicit, ibi item quia dicit hic. & Alberic. in l. generaliter, col. vlt, C. de episcop. & cleri. & nouissime Ias. in l. j. col. vlt. ver. confirmo istam limitationem, ff. solu. matr.

215 Verum hæc posterior opi. (quod iam dixi) mihi non placet, quando & id generale sit in omnibus actibus, siue artificijs & operis, vel negotijs, aut muneribus, & officijs, vt priuilegia illis concessa tandiu solum durent, quandiu quis in illis se exercet, per tex. in d. l. semper, §. negotiatores, in illis verbis, quandiu in huiusmodi actu sunt, & rursum in §. vlt. eius l. & ibi Bar. in 2. not. ff. de iure immunita. & in l. athletæ, in princ. ibi, quoad in præsidatu sunt, & ibi glo. in verbo gentium, ff. de excusatio. tuto. & l. geometræ, & l. exactores, C. eod. tit. & l. milites, & ibi, glo. & doct. & iterum l. ne quidem, quæ est pen. ibi ijs solis, qui in expeditionibus occupati sunt, C. de testam. milit. & l. vlt. ibi, si in hostili loco, ff. eo. tit. & d. §. j. & ibi, glo. in verbo, introduxit, & iterum in §. illis autem, & ibi Ang. Aret. in j. not. Instit. eod. tit. & l. qui sub prætextu, ibi cum id munus non impleant, & iterum ibi muneris quod minime exequitur, rursumq; ibi sub nudæ appellationis velamine, & ibi Bar. & omnes, C. de sacrosan. eccles. & l. si quis iuncta glo. in verbo, spoliandus, C. de domest. & protector. lib. 12. Et voluerunt præterea ipse Bar. Bal. Paul. Cast. & alij recentiores in l. scriniarios, C. de testam. milit. Bal. in l. in testamento, eod. tit. & in le. j. C. de iur. & fac. ignorant. & in l. militem, C. de procura. Saly. in l. non prohibentur, C. qui accus. non poss. Panor. qui id dicit not. in d. c. j. de iudic. Rom. latè in repet. l. si vero, §. de viro, in 34. fallent, ff. solu. matrimo. Bar. consil. 57. preclare scribitur, col. 2, ver. & si quispiam opponat, li. j. Feli. in c. clerici, col. j. de iudic. Io. Fran. Ozer. in §. supra dicta, col. 2. nu. 5. Inst. de milit. testam.

216 Et hanc quoque opi. confirmat, quod post Gul. Cu. scripsit Bald. in l. seruis, arg. illius text. C. de episcop. & cleri. quòd priuilegium concessum studentibus vel habitantibus in certo loco, puta in Clusio Perusino non durat, nisi perseuerante studio, vel habitatione, nam causa, inquit, commensurata tempori, commensurat sibi effectum secundum tempus. Ex eo not. ipse Bal. quod consensus per aliquem præstitus contemplatione certæ causæ, finalis, tandiu intelligitur, durare, quandiu durat causa in esse, vt ipse loquitur,

217 Ad hæc mutatione personæ quæ est immediata causa priuilegij, mutatur, & proinde extinguitur priuilegium, l. Paulus. & ibi Bar. ff. de acquir. hæred. & l. licitatio, §. vlt. ff. de public. & vectig. & l. j. C. de impo. lucra. descriptio libr. 10. Et ita per illos tex. voluit Bal. in rub. C. de vsuris, in 4. q. vbi ex hoc dicit, quod si res ecclesiæ perueniat ad priuatum, cessat priuilegium. quod & dixerat Bar. in d. l. Paulus, & sequitur Io. Ana. in c. salubriter, col. antepen. ver. quæritur etiam iuxta prædicta, ibi, pro quo etiã facit eod. tit. de vsur. Et hoc quoque alibi voluit idem Baldus in repet. l. 2. col. 5. in 7. questio. C. de seruit. & aqua, vbi & ad hoc allegat tex, in l. sed & si restituatur, ff. de iudic. & ex hoc dicit, quòd licet papa mihi concesserit castrum de plenitudine potestatis poterit nihilominus contra me præscribi, quia mea possessio non est papalis, & mutata persona, mutatur priuilegium, quod dictum pro singul. sequitur, & commendat Barb. in tract. de præstan. Cardi. in ij. part. j. partis col. j. vbi dicit se super hoc consuluisse contra dominos de Corrigio. Et id quoque voluit Soci. consl. 93. circa primum, col. 6. vers. ad quintam rationem, vbi & ad hoc allegat l. si fundum per fideicommissum, §. vlt. cum ibi not. ff. de lega. j. & l. cum patronus, ff. de leg. 2 late Phil. Dec. qui alios allegat, & id declarat, in l. in omnibus causis, ff. de reg. iur. & cons. 48. cuius superscriptio incipit, priuilegium immunitatis,

218 Et ad hoc quoque faciunt quæ tractata sunt ab Archidiaco. & Io. And. in c. j. de immunita. eccles. lib. 6. & eod. Io. And. in c. priuilegium, de reg. iur. eod. lib. 6. & in additio. Spec. tit. de censi. §. nunc dicendum, in addit. magna, incip. per hanc l. ibi tractauit Vber. & ipso Spec. tit. de cleric. coniug. §. j. vers. ad huius autem articuli euidentiã, & post eos Ale. cons. 35. viso processu inter communitatẽ, col. 4. ver. quantum vero ad illud, li. 4.

219 Sed & ad hoc quod hic principaliter tractamus, videlicet, cessante causa priuilegij cessare priuilegium, pertinẽt quæ supra diximus, de fauore cessante, & quę de pace cessante, quæ item de paupertate cessante, & quæ præterea dicemus de cessante causa religionis, & quæ denique de cessante causa reuocandi, domum, quę hic aliter scribenda non diximus.

220 Illud autem non prætermittendum in hac tractatione duximus, quòd tunc cum cessat priuilegium cessante, causa priuilegij, requiritur sententia rescissoria, vt sentire videtur, Bald. in d. c. decet, in addit. Io. And. & ibi expresse Phili. Franc. qui & ad id dicit facere glo. ibi, in illis verbis, propria autoritate, & quod not. in l. quęro, §. inter locatorem. ff. loca. & in c. cum secundum, de hæret. lib. 6. Id quod ex eo pendet quod late tractauimus, in repet. l. si vnquam, in verbo reuertatur, nu. 398. incip. quinquagesimũ cum pœna & multis sequentibus.

221 Prodigalitate cessante cessat & id quod ob eam decretum est, verbi gratia, prodigo datus est curator, si is desinat esse prodigus, cessat ipsa curatio, de quo nos late diximus supra in interdictionis causa cessante, vt videre ibi poteris, nam id tantum hic apponere volui, quo te eius, loci admonerem.

222 PROHIBITIONIS causa cessante cessat prohibitio. l. j. & ibi Bald. col. 2. versic. nota quod cessat, C. si rector prouinc. & c. & si Christus, & ibi Bal. col. 2. ver. dicit glo. quo cessante, & Ant. in j. nota. de iureiur. & c. non debet, ver. cum ergo prohibitionis, de consanguinit. & affinit. & ca. statuimus, §. his omnibus, & c. neophytus, quod confestim sequitur, & ibi glo. in verb causa, Archid. Domi. & Card. Alex. 61. distinct. c. ex literis, 7. q. ij. Andr. Iser. in rub. quæ sunt regal. col. 3. ver. hæc pedagia, & ibi post eũ, Matth. Afflict. col. vlt. paulo ante fin. vbi dicunt, quod cessante causa prohibitionis, finitur autoritas statuti, per l. quod ait. §. ait lex ff. de repud. & l. vbi lex. §. interdum, ff. de vsucap. & l. ij. C. qui ad liber. perue. non poss. & alia tura, & per nostram regulam, quod cessante causa cessat effectus, & quia etiam vt subdit And. cum causa reducitur ad non causam, perinde est ac si à principio causa non fuisset. l. j. in fi. ff. de condi. sine cau.

223 Et illud idem cessante causa prohibitionis voluit Archid. in c. non potest, co. 2. in ver. prius, præb. & dig. pertes. in l. si donatæ, §. j. & l. si prædia. ff. de donat. inter vir. & vxor. Bald. consi. 54. statuto cauetur, in si. lib. 2. vbi dicit id vsque adeo procedere, vt propter cessationem causæ prohibitionis, videatur induci dispensatio per tex. quē dicit not. in d. §. his omnibus, & c. seq. Et bene etiam facit quod scribit glo. in c. quia sancta, §. verum, in verbo, destruxit, 63. distinct.

224 Promissionis causa cessante, cessare debet promissio, c. 2. & ibi Anto. in j. not. per eum tex. de cust. eucharist. & Rom. cons. 417. in proposito casu, col. j. post princi. & rursus col. 2. vers. quarto considerandum, per l. j. §. vlt. cum l. seq. ff. de excusat. tuto. & l. qui tutelam, in prin. ff. de testa. tute. & l. etiam si partis, ff. de leg. j. & l. si legatarius, C. de leg. & l. forma, §. illam, ff. de censi. & l. 2. C. de alluuio. & ex hoc dicit ꝙ deficiente castro propter quod census erat promissus, deficiat & promissio.

225 Ad quod proxime accedit quod diximus supra in priuilegij causa deficiente, uersic. incip. nam glo. in c. Et ꝙ etiam solemus dicere promissiones, obligationis, iuramēta & reliquos actus nostros intelligit rebus sic stantibus, atque in eodem statu manentibus, vt late diximus & probauimus tam nostrorum autoritate, quam philosophorū alias suorum promissorum vel ad superstitionem tenacissimorum, in rep. l. si vnquam, in præfa. nu. 166. incip. præterea iuramentum, & tribus seq. C. de reuoc. dona.

226 Recessionis (siue malis) recessus causa finali cessante, cessat & effectus ipsius, ita vt recessisse minime noceat, vt voluit Bal. in l. Aemilius. col. 7. vers. ista est falsa expositio. ff. de mino. & l. quæro, §. inter locatorem. ff. loc. & l. si instituta, & l. si sub hac, ff. de inoffi. testam.

R

227 Recusationis causa cessante, cessat recusatio, vt ex eo patet quod scribit Spec. tit. de iud. deleg. §. superest videre, versic. quid si sit socius, ꝙ licet socius durante societate non possit dari iudex socio, & si detur, possit recusari, tamen ea societate finita potest esse iudex, nec vt suspectus recusari: cessante scilicet recusationis causa, Et sequitur Albe. in lege. cui eorum §. affinitates, in fine. ff. de postulan. & in lege affinitatis, C. comm. de successio. & Hippol. Marsil. in l. etiam si redhibitus, col. 2. vers. vlterius hæc lex potest induci, ff. de quæstio.

228 Atque etiam ex eo quod ab Alex. traditum est in l. ex facto, in prin. col. 2. vers. itē potest induci, ff. de vul. & pupil. quod si iudex delegatus nomine dignitatis, recusatus, moriatur, cessat causa recusationis, ita vt non sit necesse, amplius eligere arbitros, qui de recusatione cognoscant iuxta c. cum speciali, de appellat. sed successor, cognoscet de causa. Nisi tamen ille prior fuisset recusatus nomine dignitatis, nam tunc causa recusationis etiam in successore, durante, Io. And. & Do. in c. si iudex ab apostolica, de offic. deleg. lib. 6. Et facit ad hoc caput, quod dicam infra de suspicionis causa cessante.

229 Redhibitionis causa cessante, cessat redhibitio, verbi gratia, quispiam emit rem vitiosam, ob idq́; egit redhibitoria, sed pendente iudicio vitium illud omnino cessauit, certe cessare, debet actio redhibitoria, vt probatur, ex l. vlt. §. quoties, secundum primum intellectum glo. in verbo, finiatur, & ibi Cæpol. num. 2. ff. de ædilit. edict. & idem Cæpola late in l. actioni, num. 5. & seq. ff. eo. titul. vbi inter cætera hac ratione innititur, quod cessante causa cessat effectus.

230 Verum idem postea nu. 11. credit quod venditor debet in expensis eius condemnari, donec cessauerit vitiū, At si emptor postea persiterit sciens vitium cessasse, debet in alijs expensis condemnari, quod probat ex continuatione duarum legum, s. l. properandum, §. sin autem ex gestis, C. de iudi. & l. si quis inficiatus, & ibi Bart. ff. de posi. Quod & ipsum in simili casu, voluit Bar. ijsdem legibus, in l. si rem, §. vlt. ff. de pigno. actio. Sed tu interim vide quæ dixi supra in actionis causa cessante.

231 Religionis causa cessante, cessat quod ob eam cōcessum est, per tex. in l. qui sub prætextu, & ibi omnes docto. C. de sacros. eccles. & c. abbate, in fi. de verb. signifi. & §. vlt. & ibi glo. in verbo, cessauerit 25. q. 2. & voluit, etiam glo. in c. generaliter, in verbo, nō denegātes, in fin. 16. quæst. j. Et vide quod diximus supra in priuilegij cā cessante, versic. incipien. nam glo. in c.

232 Renuntiationis causa cessante cessat renuntiatio. vt nūcupatim voluit Bald. consi. 437, quædam puella, colū. 2. vers. in contrarium videtur veritas, lib. j. ar. l. his honoribus, §. auctis, ff. de vacat. mun. & Philip. Deci. qui ex hoc in pulchra specie consuluit, consil. 86. viso puncto & diligenter, col. 5. vers. quantum vero ad portionem hæreditatis, & Paul. Paris. cons. 49. Galassino, col. 7. nu. 41. & duobus seq. lib. 3. Et hunc quoque spectat, quod nos alibi diximus de filia renuntiante hæreditati patris propter, masculos, vt si illi moriantur, & ita cesset causa renuntiationis, non impedietur succedere patri, peræquè ac si nō renuntiasset. de quo & tu vide quæ scripsimus, supra in exclusionis causa cessante.

233 Repetitionis causa cessante cessat repetitio, vt liquido constat ex l. si ob turpem, vbi id verbis conceptis expendit ex eo tex. Bald. in priore lectu. paulo ante fi. ff. de condictio. ob turp. cau.

234 Rescripti causa cessante, cessat & rescriptum, vt ex facto interrogatus respondit Paul. Paris. cons. 169. & si considerata dispositione, col. 3. vers. postremo, non obstabit lib. 4. innixus, hac nostra generali regula, cessante causa, cessare effectum, ibi autem loquitur de rescripto quopiā Iulij secundi, quo iubebat inquiri, in quosdam delinquētes non obstante cursu quinquennij ob causam illic declaratam, quæ non suberat in casu de quo loquitur. Et ante eum voluit idem Alexan. post alios in l. ex facto, in princip. columna. 3. vers. extra glo. oppo. ff. de vulgar. & pupilla. substi.

235 Restitutionis causa cessante, cessare debet restitutio, vt videre licet ex Dy. Bal. Ang. & Rom. in l. si constante, ff. sol. mat. loquentibus de restitutione dotis ob inopiam mariti, de quo tamen videas quæ late de hoc scribā infra in 14. limitat.

236 Reuocandi domum ius cessat, cessante illius causa, legatione finita, l. si cui, §. j. ff. ex quib. caus. maior. & l. 2. §. plane si perfecta, ff. de iudic. & voluit Imo. in cap. licet, quod est vltimum, in verbo, per alia, de for. compe. & Soci. in tract. Fall. in reg. 162. incip. domum reuocandi priuilegium, in 4. fall. Et facit quod in simili scribitur, in l. miles, & l. qui mittuntur, §. vlt. ff. ex quib. cau. maio.

237 Reuocationis causa cessante, cessat reuocatio. Bald. loquens de reuocatione donationis inofficiosæ, vt ea, s. cessset pater post donationes tantum quæsiuit, quantū sufficit ad legitimam, in l. j. col. 2. vers. tertio sic, post glos. ibi in 8. quęst. C. de inoffi. donat. arg. l. j. §. siquis in fraudem, ff. si quid in fraud. patro. Et idem quoque voluit Ang. in Auth. de immens. donat. col. vlt. & Albe. loquens de reuocatione, quæ fit, ex l. si vnquam, col. 2. vbi ad hoc allegat l. post diuortium. ff. de iure dot. vbi dos diuortio reuocata redintegratur redintegrato matrimonio, Et facit, l. 3. §. vlt. iuncta l. seq. ff. de adim. lega. vbi legatum reuocatum ob inimicitias redintegratur solutis inimicitijs, de quo & nos diximus supra in legati causa cessante.

S

238 Saluiconductus causa cessante, cessat saluusconductus, vt ex facto consuluit Imo. consil. 33. in casu præmisso videretur, prima facie, statim post prin. motus hac nostra regula, cessante causa, &c. quod postea declarat procedere in cā finali, sed nō impulsiua, de quo nos dicemus in j. limi. Et huc pertinet quod statim dicemus in seq. vers.

239 Securitatis concessæ causa cessante, cessat ipsa securitatis

tis concesśio, vt in pulchro casu etiam respondit Corn. consi. 122. cuius exordium est, viso d. puncto, & præsupposito, haud multo ante finem. libro. 4. hac tantum, nostra regula fretus, q; cessante cã cessat effectus. Quod & spectat ad casum præcedentem.

240 Sententiæ causa cessante, cessat & ipsius sententiæ effectus, l. si à te, ff. de exceptio. vbi & id no. Soci. in j. not. nã vt dicit, videmus ex eo tex. quod cessante causa absolutionis cessat absolutio, vt etiam probatur ex le. 2. & le. si mater, §. eandem, eod. tit. de quo & nos diximus, supra in absolutionis causa cessante.

241 SOCIETATE cessante, cessat & omnis effectus societatis, vt ex eo patet, quod supra diximus in recusationis causa cessante, in princ. quod recusatio quæ poterat poponi contra socium aduersarij, cessat desinente ea societate, vt ibi videre poteris.

242 SPECIALITATIS causa cessante, cessat specialitas, & ad ius commune redeundum est, ita nuncupatim voluerunt Ioan. Mona. in c. j. in verbo, è vestigio, & ibi Archid. col. 2. in verbo, reuersura. Io. And. col. j. in eo. verbo & Pet. Anch. col. 2. in 6. no. de statu monac. lib. 6. per l. ex facto ff. de vulgar. & pup. & l. generaliter, C. de episcop. & cleric. Et dicit præterea Petr. Ancha. ad hoc optime, facere glo. in cap. cupientes, §. insuper, vers. & nihilominus, de electio.

243 STATVTI cessante causa vel ratione cessat statutum, vt expresśim voluit Paul. Paris. cons. 98. circa præsentem consultationem, col. 6. versic. & etiam quia inter, sub nu. 30. lib. j. in qua re non opus, est hic diutius immorari, cũ eam latisśime tractauerimus supra in legis rõne cessante: & aliquid ẽt diximus in cõstitutionis atq; consuetudinis causa cessante, in quibus locis videre poteris.

244 SVBSTITVTIONIS causa cessante, cessat & ipsa substitutio, vt probat tex. in l. si ita quis, ff. de vulg. & pup. subsstit. & l. vlt C. de instit. & substitutio. & l. pen. C. de impu. & alijs substitutio. Atque ita voluit illis iuribus innixus, Signo. consil. 254. ex visione scripturarum, col. j. Et bene facit quod supra diximus in institutionis cã cessante.

245 SVSPENSIONIS causa cessante, & ea quoq; & effectus illius cessare debet, ex sententia glo. in c. quia dilegentia, in fi. de electio. quæ ex eo tex. no. quod suspensi suspẽsione cessante, omnia pristina iura recuperant, per eum text. & in c. beatus, 3. q. 5. & c. j. 4 q. j. & c. illi, qui, 6. q. j. & c. nos sanctorum 15. q. 6. & c. præceptum, in fi. 32. q. 5. Et scribit famam quoque restitui, si infamia tantum canonica fuerit irrogata, arg. cap. illi qui 6. q. j. Et facit quod diximus supra, vers. incip. sed & per illum, & rursum vers. incip. excommunicatione cessante.

246 SVSPICIONIS causa cessante cessat suspicio, tex. est, in vulgari illo c. cum cessante, & ibi Bald. in j. not. de appelatio. Ex quo illud fit vt cum caueatur in le. j. C. de salgam. hospit. non præbend. lib. 12. ne milites salgami nomine culcitras, lignum oleum, à suis hospitibus extorqueant, sed nec à volentibus quidem accipiant: semper enim, vt ibi dicit glo. quæ & alia similia iura allegat, præsumitur quædam concusśio, siue occasio cõcutiendi sub velamine donationis. Quid igitur si miles hospitatur in domo proximi cuiusdam consanguinei aut amici nõ vulgaris, an ei prohibeatur aliquid accipere ab huiusmodi, hospite sponte ei offerente, quod videri posset, cum lex generaliter loquatur. Tamen Io. Platea ibi cõtrarium definiuit, quia cessat ratio illius suspicionis, & præsumptæ concusśionis, ideo debet cessare eius effectus, & dispositio illius l. adigere §. quamuis. ff. de iure patro. Et de hoc dicit esse tex. in l. j. in fi. §. ad leg. Iul. repet. vbi scribitur, eã legẽ repetendarũ nõ pertinere ad ea quæ à sobrinis, & cognatis dantur, nã vt dicit glo. ibi, rõ sanguinis tollit eã suspicionẽ, & illũ tex. dicit pulchrum Marin. Soc. Iun. cõ. 38. in casu præmisso, col. 2. nu. 9. lib. 2. Et facit etiam quod diximus supra in recusationis causa cessante.

T

247 TESTIMONII refutandi (ita enim Cicero pro Fonteio vocat, quod nos vulgo dicimus, reproche) huius igitur refutationis testium cessante causa, cessat & hęc refutatio, vt satis patet, ex his, quæ diximus supra in affinitatis, causa cessante, versic. incip. ex quo ipse Bald. & iterũ, in simultio cessante, & quæ in simili diximus de recusatione iudicum, supra in recusationis causa cessante, hęc, n. à pari procedunt, nisi quod facilius recusamus iudices, quàm testes, vt nota. in c. insinuante, de offic. & potest iud. deleg. cum similib.

248 Sed his quæ in illis locis diximus, poteris addere quod huc quoque pertinet, quod licet iudex non posśit esse testis in causa in qua iudex est, vt not. in c. statutum, 2. q. 6. & in c. cum à nobis, de testib. deposito tamen officio iudicis testificari poterit, c. cũ dilectus electio. & c. 2. de arb. & c. dilecto, de test. & c. cum dilecti, & ibi Hostiẽ. col. 3. in verbo, responsionem, Io. And. col. 2. in gl. simile, Car. Flo. col. quoque 2. in 2. oppositio. Pet. Anch. in 7. not. Panor. col. 2. ver. not. quod inquisitores, de accusat. & omnes in d. c. cum à nobis, de testibus.

V

249 Voluntatis testatoris causa cessante, cessat & voluntas, & eius dispositio, vt voluit Carol. Ruin. consi. 160. circa primum quæsitum. col. 4. versic. quantum autem ad legatum. lib. 4. & ante eum Bald. in le. j. in additio. ff. de offici. eius cui manda. est iurisdi. per l. quod ait lex. ff. de diuort. Quod & optimè ex eo probatur quod diximus supra, in institutionis causa cessante, item in legati causa cessante. Atque item ex text. in l. j. §. vltim. ff. de adimend. legat. vbi legata & fideicommissa censentur adempta ob graues inimicitias, quæ inter testatorem, & legatarium intercesserunt, ob. s. præsumptam ipsius, testatoris mutatam voluntatem, vt ibi dicit glo. & doctores, & est similis text. in l. inimicitiæ, ff. de his quib. vt indig. vbi etiam scribitur idem esse, si legatarius vel fideicommissarius testatoris palam maledixerit, & infaustas voces aduersus eum iactauerit. Nam & sic (vt ibi dicit glo.) verisimile est testatorem nolle ei legatum vel fideicommissum præstari. Cessante igitur (vt id quoque addam) causa voluntatis testatoris, qui verisimiliter non sine causa, sed ob meritum & beneuolentiam legauit. l. nec adiecit, ff. pro socio, consequens est ut legatum quoq; ex cessante illa causa cesset, de quo & nos alibi supra diximus.

250 Voti causa cessante cessat uotum, vt satis aperte colligitur ex scriptis à Pan. in c. magnæ, col. 2. in vlt. not. extra de uoto, dum postquam ex eod. tex. notauit cessante causa uoti, non cessare uotum, subiunxit id ideo ibi esse, quoniam illa esset causa impulsiua, qua cessante, non cessat effectus, ut late statim dicemus, in j. limitatione. citatq; etiã tex. quem dicit menti tenendum, in cap. ex parte tua, ibi, quamuis falsa sit causa, de conuer. coniugat. vbi etiam gl. Card. Flor. in 20. opposit. Anton. & ipse Pan. intelligunt de causa impulsiua. Et ex illis intelligis quomodo & qñ procedat. Vide tamen quæ dicam infra in 39. limit.

LIMITATIONES,
QVAS VOCANT.

MVLTA igitur diximus, ut probaremus confirmaremusq; nostram hanc regulam, Cessante causa cessat effectus. Verum quia non est semper perpetua, sed recipit multas limitationes quas nostri interpretes appellant.

LIMITATIO PRIMA

1 LIMITA igitur primo hãc regulam procedere in causa finali siue ratiocinatiua, quam Græci [illegible] appellant, non etiam in impulsiua, quam & ipsi Græci uocant,

ἐφεκτικὸν αἴτιον,per text.in l.2.§.vlt.& ibi not.glo.Bartol. & alij.ff. de donatio. & l.j. §. sexum, & ibi etiam gloss. Bart. & cæteri,ff.de postuland.& l.sed & si mors §.vlt.ff. de donationibus inter virum & vxorem,& l.generali,§. diuus.ff.de vsufruct. legat.& l. cum tale ff.de condi,& demonstr.§.j. in auth.de non eligen.secund.nubent.& c.ex parte,el.2. & ibi glo. in verbo,causa,& Panormi.col.vlti. de conuer. coniug.& c.magnæ & ibi Panor.col.2.versic. vltimo not.de voto,& cap.neophytus,& ibi in gloss. in verbo,causa,ad fi.& Card. Flor. 61.distinct. & c.si propter & ibi idem Cardi.7.quæst.j.& c.duæ sunt, & ibi gl. &'Archi.19.quæst.2.& c.tantum.32.quęst.7.

2 Et voluerunt præterea glo. in l.j. in verbo, occupati, & ibi Bald.in vtraque lectura.ff.de feri. & glo.in l.si pecuniam in princ.in glo.magna.ff.de cond. ob caus. & in l.si repetendi, C.eod.tit.& in l.si mulier,& ibi Cyn.Bald. & alij. C.de iure dot. & in l.generaliter,in glo.vlt.& ibi omnes C.de episcop.& cler. & in l.j.in verbo, absentium. ff. de nego.gest.in l.j.in glo. magna,in 5.opposit.C.de pact. & in §.illis autem,in verbo.adiuuantur,Instit. de milita. testa.& in c.& si CHRISTVS in verbo, cessat effectus, ibi omnes, de iureiurand. & in c.si post translationem,in verbo,cessante,& ibi Hostien. in verbo, impedimento. Io.And.col.4.super ea glo.Collect.Bald.Car.Flor.Anto. Panor. & quotquot super eo c.scripserunt, de renuntiat. & glo.in c.ex parte,tua in verbo, falsa sit causa,& ibi Hostien.Car.Flo. Petr.Anch. & Panor. de conuers. coniug. & in c.cupientes,in princ.in verbo,periculosis. & ibi Io. Monach. col.2.nume.4.Archid.in d. verbo, periculosis, Io. And.& Domi. de electio.lib.6. & glo.in cap.decet cõcessum,in glo.j.& ibi Dyn.col.j.ver.& in proposito, & Philip.Fran.col.item j.de reg.iur. lib.6.& glo.in ca. quod pro necessitate,j.q.j.& in ca.duæ sunt, in verbo, propter criminosos.19.quæst.2.

3 Et vltra eas glo. & qui ea secuti sunt Ioan.Monac.in c. vlt.col.vlt. in verbo,cessante,& ibi quoque Io. Andr. in eod. verbo, de hæret lib.6. Spec.tit.de disputatione & allegatione aduoca.§.post hoc hoc autem.versicu.vel illud statutum fuit ex causa, & tit.de instru.editio.§.nunc autem videndum,versi.item fuit ob causam.Collecta. in d. cap.cum cessante,in princ.& ibi Pau.etiam in princ. de appell.Guliel.de monte Laud.in clem.prima in verbo, quia forte,de appellatio.Feder.Senen.consi.4.incip.testator in vltima voluntate,Bart.in l.in omni.ff.de adoptio. & in l. demonstratio.§.quod autem.colum. vlti.in 8.quæstio.ff. de condi.& demonstratio. & idem Bart. in extrauagant. ad reprimendum,in verbo,absentia,in princ. Bal. in l. 1. col.4.versic.item an cessatio.ff.soluto matr.& in l. vlti.in j.oppositio.ff.de hæred.instit.& in repetit.l.2.col.17.versic.de tertio igitur,ibi,si consideretur tertio modo. ff. de iureiur.Nam causa(ait)impulsiua non est substantialis iõ non dependet ab ea effectus,nec aliquid operatur, nisi ad bene esse,& in c.quemadmodum,col.2.versi.nota tacitas conditiones.extra eod.tit.Albe.in l.si unquam,col.2.versic.in contrarium.C.de reuocand.donat. Angel.in l.sciendum,la 2.ff.de ædilit.edict.& consil. 124. visis prædictis, col.2.versic.& pro hac parte. Imo. in l.si vero.§.de viro, col.2.vers.circa secundum articulum,ff.solu.matr.& in l. vlt.col.2.uer. & nota diligenter.ff.de hęred.instituen. & in cle.2.col.3.uers.nam stante declaratione,de rescript. & in clem.j.col.3.super glo.in uerbo,forte de appella.& cõsil.33.in.casu præmisso.col.2.uer.nec habet obstare. Pan. in superscriptione procemij decretal.col.pen.versi.deinde primo quæritur.& in c.ex parte tua.col.vlt.de conuer coniugat.& in c.cum infirmitas,col. j.de pœn. & remiss. Pau.Cast.con.314.super eo quod quæritur, facit dubiũ, col.2.vers.nec obstat.lib.j.Alex.& Iaco.à S.Georg. vterque col. j.C.de edic.diui.Adria.toll.Feli.in c.cum nuntius col.j.de testi.Ias.consi.63.circa primum,col.5. ver. tertio principaliter,in fin.lib.3. Matth.Afflict.in constitutione

Sicil.incipien. in locis demanij col.4. vers.sed super d.l.& Philip.Dec.in c.quoniam abbas, col.6.vers.sed responderi potest, de offici. delegat.Franc.Rip. in l.ex facto, col 3.sub nu. 14.ff.de vulg.& pup.& nostri Doct.sepe.

4 Nec nostri tantum in hac fuere sententia, sed & theologi,ex quibus est Adrianus Florentinus theologus certe præstantissimus, & qui nostra memoria, virtute & doctrina ascitus est in summum pontificem,in ijs quæstionibus,quas docte & sancte scripsit in 4.lib. sententiarum in materia restitutionis,in ea quæst.cuius initium est, cõsequenter quæro, vtrum indistincte, in solutione eius quęstionis,ex quo intelliges, & hoc procedere in foro, quod conscientiæ vocamus.

5 Huius autem limitationis causam afferunt nostri, quoniam causa ea proprie dicitur,quæ finalis est, impulsiua autem causa,abusiua & impropria est,Cy.in l.generaliter in j.oppositio.C.de episcop.& cleri.& ibi quoque Bald. col.2.in 2.opposi.vbi & pręterea dicit autoritate Aristotelis,ꝙ causa finalis est causa aliarum causarum, cuius locum non designat,sed est ex lib.2.Philicorum,& idẽ Bal. in rub.C.de instit.& substit.col.j. ver. causa vero est, per l.Titio centum,in princ.ff.de condi.& demonst. & l. demonstratio,eod.tit.& l.2.§.vlt.ff.de donatio.& rursus ipse Bald.in d.c.post translationem,col. 2.versicul. quæro, vtrum cessante,ibi,dicit Io.Andr.in nouella,de renuntia. & Soci.in d.l.demonstratio,§.quod autem col.1.in 2. nota.vbi tamen dicit autoritate illius tex.appellatione causæ vtranque venire,& finalem,& impulsiuam.

6 Alibi idem Bal.in l.eam quam col. j.ver. venio ad not. C.de fideicommis.dicit ꝙ causa finalis est fons causarum quod ex eo erassumit Barba.cons.30. sacro scriptum est, col.pen. ver.præterea facit ad prædicta lib.2. & idem Bal. & post eum Matth. Afflict.in c.j.ad fi.tit: an mu.vel alias imperfect.dicit, ꝙ causa finalis substantia appellatur, per glo.in l.iuris gentium,§.quod fere.ff.de pact.Et alibi forma,vt dicit not.in §.item si quis postulante. Instit. de actio.Sed & idem Bald.in l.auia.col.vlt.C.de iure dot. dicit,quòd causa finalis est primum principium intentionis,licet sit vltimum executionis,& con.340.& præmitto,quod istud ius.col.j.lib.3. dicit quod supra diximus, causam impulsiuam non proprie causam esse,sed quoddã motiuum ad disponendum vel contrahendum.

7 Ex alijs autem philosophis,Timæus Locrẽsis Pythagoricus causam finalem,apud sapientes optimam arbitratur, habendam.Proclus quoq; in commentarijs in Alcibiadem Platonis,hanc primam pręcipuamq; cãm atq; potentissimam esse dicit,huius.n.gratia & efficientes faciũt & quæ fiunt efficiuntur.Ideoq; ignorantiam causæ finalis circa rem quamlibet efficere, vt cæteræ causæ ad eandem pertinentes similiter ignorentur.

8 Quę cum ita sint,ideo subtilis ille doctor(ita enim plerique appellant,)Matth.Matthesilla.in suo tractatu Extensionum. col: 2.dicit, quòd ex ratione finali tantum potest argumentum elici,vel extensio,non etiam ex impulsiua,per tex.in auth.hęc const.inoo.circa medium,& per not.per Io.And.in oouella,& alios post glo. in cap.j. in verbo,Italiæ,de tempo.ordinatio.lib.6.Et id ex eo reassumit & sequitur Ias.in Auth.quas actiones,col.4.ver. puto tñ disputationis gratia,& iterum col, 7.vers.3.limita. C.de sacrosanctis ecclesijs.

9 Et id nuncupatim de argumento à contrario sensu, vt scilicet sumi non possit ex causa impulsiua, sed finali tantum voluerunt Pet.Cy.Iac.Butr.Bald.& Saly.in l.conuẽticulam.C.de episco.& cleri.& Anto.iu publicato. col.vlti.de electio.& in c.cum apostolica,col.vlt. versicu.item nec à verbis modalibus,de his quæ fiunt à præla.sine consen.cap.Domi. in c.imperatores,vers. quicunq; 9. distin. Paul.Cast. in l.qui testamento.§.mulier.ff.de testa. Ale.& Ias.in l.j.ille col.11.vers. 3.fallit.& iterũ versi. 5.fallit,hic col.10.in 6.fall.ff.de offi.eius mand.est iurisdict.Feli.in c. signifi-

significasti. col. pen. ver. item fallit in verbis causæ impulsiuæ, de foco comp. Nicol. Euerar. in locis legalib. in lo cu à cōtrariō sensu, col. 2. & rursus, col. 10. ver. d. regula.

10 Et huc quoq; proximè accedit, q̃ id quod supra diximus in cessante ratione legis. versic. incip. ex quo & illud consequens, correcta ratione legis, legem quoque ipsam correctam censeri, procedit in ratione siue causa finali, non etiam in impulsiua, vt videre poteris ex Euerardo in illo eodem opere, in loco à ratione legis ampla siue generali, ad extensionem ipsius legis. col. eiusdem loci, 2. versi. primo casu.

11 Hæc tamen prima limitatiō intelligēda est & declaranda, nō procedere in rescriptis ad beneficia, in quibus subreptio vitiat. non solum quando fuit causa inductiua, & finalis rescripti, sed etiam si fuit tantum causa impulsiua, vt quia Papa alias, & sine causa concessisset, sed non tam faciliter, siue leuiter, text. habet egregium in c. postulasti, in illis verbis, de leui non scribimus de rescript. vbi & hoc not. Imol. qui dicit diligenter notandum, in 4. notat. & Panor: col. 3. in vlt. not. vbi item illum dicit singularem & semper menti tenendum, & Feli. col. 3. versi. per illum text. & Philip. Dec. in c. cum cessante, col. j. de appellatio. vbi & in hanc sententiam allegat Oldr. consil. 256. Clemens episcopus, in primo dubio, qui tamen non admodum huc pertinere videtur. & nouissime Nicolaus Euerardus, vbi supra, col. 10. versic. hoc tamen limito, vbi & eum textum dicit singul. Qui quidem omnes propemodum id esse dicunt in odium materiæ beneficialis, ad refrænandam scilicet ambitionem, argum. cap. quamuis, de præben. lib. 6.

12 Sunt tamen qui eum tex. generaliter intelligunt, non solum in beneficialibus, sed & in cæteris omnibus gratiosis & priuilegijs. Et ita eum tex. intelligit Pan. in c. constitutus, col. 2. versi. item nota. q̃ non omnia, de religios. domibus. Barb. loquens in materia legitimationis, consi. 49. clementissimum Deum & patrem. col. 3. versic. rursus, opportune lib. 4, vbi & ad hoc illum tex. dicit singularem & meliorem de iure & cursum consi. 55. clementissimum & omnipotentem, col. j. eod. lib. 4. vbi & illum dicit singul. & expressionem quam qui sit alibi. & Corne. qui item loquitur in legitimatione, con. 245. licet alias cōsuluerim, col. j. in fi. lib. j. vbi etiam dicit singul. & consil. 227. videtur pima facie col. 3. ver. non. n. attenditur, lib. 2 vbi etiam dicit illum text. procedere in gratiosis rescriptis ad lites, & ita allegari per doctor. in ca. super literis, de rescr. & idem quoque Cor. conf. 98. quanquam videatur, col. 2. ver. solum autem videndum, lib. 3. vbi item dicit singul. & Alex. loquens in remissione banni consil. 114. ponderatis his quæ narrantur, col. 2. versi. plus probat, tex. lib. j. vbi & illum tex. dicit reputari sing. & Fran. Ripa, in l. ex facto, col. 3. nume. 15. ff. de vulg. & pupill. substitutio.

13 Nec id quidem abs re, quando alias in materia subreptionis æquiparantur literæ beneficiales, & priuilegia, & aliæ literæ gratiosæ. Imo. vt à multis citatur, in c. cum dilecta, de rescrip. Pan. qui id dicit notandum, in e. ad audientiam, leg. 2. col. pen. versi. mihi tamen non placet. & ibi late Feli. qui multos alios concordan. adducit. col. pe. vec. amplia secundo hanc regulam, eod. tit. de rescript. & idē Felin. in c. super literis, col. 3. versi. sed caue quia intentio, eod. quoque tit.

14 Et si id verum est (vt certe verum est) nescio quid nobis emolumenti afferet id quod scripsit Bald. in addit. Io. And. in c. decet, de regul. iur. lib. 6. & ibi etiam Phil. Frāc. qui id dicit not. col. j. ver. & dicit hic, q̃ in gratijs & priuilegis in dubio omnis causa præsumitur impulsiua, vt dicunt nostri in l. 2. §. vlt. ff. de don. Nam si in hisce gratijs, & priuilegijs cessante cā impulsiua cessat effectus æque, ac cessante cā finali, nihil est quod inquirendū, sitan causa sit, siue p. æsumitur, finalis an impulsiua.

15 Sunt & deniq; qui eū tex. in d. c. postulasti, trahūt simpliciter ad rescripta, & inter cæteros Card. Hor. in d. ipso c. col. j. in 8. not. ad hoc dicit eum tex. sin. & mirabilem, & ibi quoq; Barb. col. 3. versi. nota. ibi, de leui: & ipse Pan. in c. cæterum, col. j. ver. ex quo infertur, de rescri. Alexā. aut quisquis is est, in addit. Bar. in l. demonstrat. §. quod ait, in verbo, lōga differētia. ff. de cōd, & demōstr. & Ias. in l. j. col. j. versi. sed pro limitatione. C. si contra ius, vel vtilita. publ. & ad hoc allegat Panor. in ca. ex quæstione, col. j. ver. ego puto quod de qualibet, de cessi. spoliat. vbi ipse hoc idem tenet, non tamen per tex. in c. proposuisti, sed per cap. ex literis, de dol. & contumac. & ca. in nostra, de rescript. & tamen postea dicit hoc relinqui arbitrio iudicis, vt dicitur de qualibet subreptione in c. super literis, cum ibi nota. eod. tit. de rescrip. Subdit etiā Ias. vbi supra, ad id facere tex. in c. si motu propio. in verbo, modicū de præb. li. 6. & in c. si proponente. extra de rescript.

16 Sed philipp. Dec. subtilis atq; ingenij, in d. c. postulasti in 4. not. dicit illud considerandum, quod si sublata cā impulsiua trahatur gratia ad aliū casum nō expressum id certe verū est q̃ cessante ea cā impulsiua, quæ limitat gratiā in vno casu, nō haberet locū in alio, per c. suscepti, de rescriptis li. 6. sed si cessante cā impulsiua remaneret gratia in eodē statu non videretur (inquit) q̃ gratia vitietur propter defectū causæ impulsiuæ, quia sufficit q̃ papa quouismodo fuisset cōcessurus, vt dicit probari in c. dudū, ibi nihilominus gratiosè donaremus, eod. tit. de præb. libr. 6. Iō satis est, q̃ gratia nō retraxisset papā à cōcessione. Hęc ille, quę sequitur Pa. Paris. cōs. 4. deduxi, alias optimū ius, col. pe. nu. 35. & quamuis lib. 4.

17 Nec obstat, ait, Dec. (vt ad eū cedeamus) tex. in d. c. postulasti, quia ibi erat defectus in cā finali, nec ibi papa vilomō verisimiliter cōcessisset literas pro secūdo beneficio, cū primū erat sufficiēs, vt patet ex illis verbis ibi positis, pro habente beneficij cōpetentis subsidiū, de leui nō scribimus, non solemus scribere quin faciamus mentionem de primo. & sic infert Dec. illud ibi, nō probari, ad quod solet à nostris Doctoribus allegari.

18 Tamen si hæc prima declaratio vera sit, vt veram esse existimo, cū eo tēperamēto, vt semper sit locus arbitrio iudicis, vt supra diximus. Tñ eā intellige, vt procedat, si cā impulsiua iā à principio nō fuit reperta esse vera, ita. n. loquitur tex. in d. c. postulasti, secus aūt si à principio suberat, sed postea cessauit, tunc. n. nō vitiabitur gratia vt expressim voluit Fran. Ripa. in d. l. ex facto, col. 3. nu, 15. ff. de vulg. & pup. vbi tñ nihil allegat. Sed vide quæ dicā inferius in 4. limita. atq; etiā in 12. limitatione.

19 Secundo declara hanc primā limitationē, quæ dicit nostrā regulam non habere locū in cā impulsiua, vt nō procedat, qñ statuēs aut aliter dispōnēs nō alias statuisset, quā si cā illa impulsiua locū habuisset, vt voluit Bal. in l. & si post tres, ff. si quis cautio. vti illū refert & sequitur Alex. aut quisquis is fuit, in additio. Bar. in l. 2. §. vlt. super verbo, cā legis. ff. de donatio. & Io. Fran. Ozer. in §. supradicta. col. pe. nu. 19. Instit. de excusat. tuto. qui hoc casu dicit eā cā censeri, non impulsiuā, sed finalem. Quomodo autem id cognoscatur, an alias, scilicet fuisset, necne facturus, non video, nisi ex verbis legis statuti & concessionis id deprehendi posit.

20 Tertio declara hanc limitationem, vt licet cessatio causæ impulsiuæ non faciat cessare effectum, facit tñ vt facilius concedatur dispensatio, vt singulariter not. Pan. in c. magnæ, col. 2. in vlt. not. de voto per illū tex. vbi Papa inductus fuit ad cōcedendū dispensationē & vt tex. ille loquitur, indulgentiā propter cessationē causæ impulsiuæ, ipsius voti, & id dicit Pan. esse not. & menti tenendū. Et hoc idem voluit ipse Pan. per illum tex. in cap. ex parte tua, col. vlt. de conuers. coniugator. & hoc certe à paucis annotatum est.

21 Cæterū in hac prima limitatione, hæc nobis sunt præcipuè

cipue obferuanda, quæ f. dicatur cã finalis, quæ impulsiua & si id non appareat, qualis in eo dubio iudicanda sit, finalis ne, an impulsiua. De quibus sunt multę de hac re sententiæ, quas hic sigillatim subijciemus. Accurs. in l. cùm tale, §. falsam causam. ff. de condi. & demonst. non obscure voluit omnem cãm appositam in lege præsumi finalẽ, veluti ipsi legi cohærẽtem, & ita illam intelligit, & sequitur Bal. ibi aliud dicens esse ex eadem glo. cum apponitur ab homine & Cy. in l. j. ff. solut. matr. & ibi quoque Bald. col. 5. ver. item an cessatio Ang. qui eam glo. dicit sing. in l. sciendum la. 2. & ibi Cæpola, col. j. ff. de ædilit. edict. & Cardi. Floren. & Imol. in c. ex parte, quod est pen. vterq; ad fin. de cler. coniug. Alex. & Iaco. à S. Georg. qui dicunt illam glo. sing. in l. vlt. vterq; col. j. C. de edic. diui Adria. tollen. Philip. Franc. qui & illam dicit sing. in c. quoniam ver. in glo. in verbo, ecclesiasticum, de immunita. ecclesi. Card. Alex. in c. verum col. 2. vers. item vbicunq; lex exprimat cãm, de condi. apposi. vbi illam gloss. dicit notab. Sed tu super intellectu illius, glo. vide quod dicit Bartol. in loco à nobis citato, infra versicul. incipien. sed audiamus quod de ea re.

22 At Specul. tit. de disput. & allegatio. §. post hoc autem, ver. vel illud statutum fuit, dicit ꝙ cã finalis est, cum constitutio ob fauorem inducta est, in fauorem condemnati statutum est, posit à grauamine appellare, & hac cessante cã grauaminis cessat lex c. cum cessante, de appellatio. & c. magnæ, de voto. Causa vero impulsiua est cũ in odium alicuius aliquid statuitur, vt propter garrulitatẽ Calphurnię statutum est, ne mulieres postulent, l. sexum, ff. de postuland. & propter fugitiuos & criminosos statutum est ne clerici sine literis dimissorijs recipiantur. §. j. & ca. Afros, 98. distinctio. qua causa cessante non tamen cessat dispositio. Hæc ille, quem sequitur Feli. in c. postulasti, col. 3. vers. per illum text. de rescrip. Sed hæc mihi videntur esse satis obscura, nec mihi satisfaciunt ad plenam huius materiæ notitiam.

23 Bald. autem in multis locis de ea re diuersimode loquitur, ita tñ vt in plerisq; conueniat. nam in l. j. §. parendi. ff. de condict. caus. dat. refert (inquit) an causa ponatur conditionaliter, an causaliter. Si primum, habetur, pro causa, finali. l. à Titio, ff. de verb. obli. & l. demonstratio, § ꝙ autem. ff. de condi. & demon. Si secundũ, & refert an per modum causæ de præterito, an de futuro, si primum, iterum refert, an apponatur causa à sciente eam non esse verã, & præsumitur impulsiua. l. diuortio. ff. de verb. oblig. & l. cãpanus, de ope. libertor. An ab errante, & tunc ant est error causæ obligationis, & pręsumitur finalis. Aut cãæ nõ obligationis, quia & si causa esset vera, non resultaret verum debitum, & tunc præsumitur impulsiua, vt not. in d. l. damus, ff. de condict. indeb. Et id quidem verum est in contractibus. At si in vltima voluntate causa apponitur, non præsumitur finalis etiam si existens vera induceret, verum debitum, quia vltima voluntas tendit ad lucrum, l. Aurelius, §. vlt. ff. de liber. lega. & arg. l. hæredem, ff. mãda. Et istud quoque postremũ voluit idem Bal. in l. iurisgentium, §. sed cum nulla, post medium. ff. de pact.

24 Sed vt ad eundem reuertamur, in d. §. si parendi, post ea quę supra ex eo diximus, continuo hęc subiungit. Vel dic ꝙ in d. l. Aurelius §. vlt. nõ constabat de errore testatoris, Si. n. constaret, non valeret legatum. l. si. pater, C. de hæred. insti. & l. eam quam. C. de fideicommiss. Et subdit cõfestim, sed in illis ll. error remouebat affectionem legãtis, arg. l. tale pactum. §. vlt. ff. de pact. Sed ꝙ error obstet, probatur in l. nõ idcirco, C. de iur. & fact. ignor. & l. ex his verbis. C. de testam. milit. & quod not. in l. si domus. ff. de leg. j. Et ista est rõ quare nõ valet legatũ cũ effectu, si testator legat ius suum, quod morte ipsius testatoris finitur quia videtur errãter putasse se posse legare. l. Sticho. ff. de vsufruct. leg. & l. vxor patrui, C. de leg. Et põt ibi esse alia rõ, quia finito iure datoris, finitur ius acceptoris. l. peto. § prædiũ. ff. de leg. 2. & l. minor. §. vlt. ff. de peric. & comm. rei vend. & l. si quis domũ. ff. loca. & c. vlt. extra ne præla. vices suas. Si aũt causa apponatur per modũ cãæ de futuro, refert, an insit vni partiũ tñ, & præsumitur impulsiua. l. repetendi. C. de cond. ob caus. An vtriq; & rursum refert, an tradẽs sciat cãm impossibilẽ, & præsumitur impulsiua l. 2. ff. eo. tit. de condi. ob caus. & arg. l. ab administratione, C. de leg. An vero credat possibilẽ, & tunc aut cã continet incertũ re, & genere, puta species remunerationis & pręsumitur impulsiua, nec ex ea vestitur obligatio, l. quãquã ff. de condi. ob caus. & arg. l. salariũ C. manda. & est tunc quædam informis obligatio ad antidora, nec est proprie obligatio, quia nascitur ex cã impulsiua. l. sed & si l. §. cõsuluit, ff. de peti. hęred. Nec obstat l. si nõ sortẽ. §. libertus ff. de condi. indeb. quia ibi obligatio ad antidora est firmata ex dispositione legali ad operas reuerentiales. Iõ secus, in alijs operis videlicet fabrilibus, in quibus non est formata obligatio. Aut causa continet quippiam certũ, & tunc aut concernit vtilitatem tradentis & præsumitur finalis, vt in d. §, si parendi, aut ipsius pietatem, & idẽ, quia ipsa pietas habetur pro cã immediata & finali, l. si ego. ff. de iure dot. & l. cum is. §. in ea. ff. de condi. indeb. Aut solius recipientis, & præsumitur impulsiua. l. Titio. ff. de cõdi. & demonst. nã tunc videtur potius consiliũ q̃ mandatum arg. l. j. ff. manda. & l. generali, in prin. ff. de vsufr. leg. Aut tertij cõmodũ, & præsumitur finalis, l. Nesennius. ff. de excu. tuto. & l. si tibi homo. ff. de leg. j. & l. si hæres. ff. de condi. ob caus. Sed & vbicunq; modus vel forma traditur nudo executori præsumitur finalis. In conditionib. vero etiã si nullus commodum sentiat, tñ habet vim cãæ finalis. Mæuius. ff. de condit. & demonstr. Et paulò infra subiungit, hæc esse vera, qñ cã apponitur ab homine. Si vero cã à lege apponitur pręsumitur causa, rõ, & ipsa mẽs legis iudicatur, vt not. in l. cũ tale, §. pe. ff. de condit. & demon. Nisi appareat quod sit impulsiua, vt quia causa sit specialis, & constitutio generalis, vt in Sent. Macedonia. & similibus.

25 Hæc ille latius quidẽ & copiosius q̃ in vllo alio loco, nec tñ cætera eius loca de ea relinquemus. Nã & in le. senatorem. ff. de senator. illud simpliciter dicit, ꝙ causa sententiæ semper intelligitur esse diffinitiua, siue finalis, licet in contractibus & vltimis voluntatibus præsumatur, impulsiua, per l. cum enim. ff. de suspec. tutor. & l. qui cũ vno §. j. ff. de re milit. & d. l. Aurelius. §. vlti. ff. de liber. leg. & nihil præterea dicit.

26 Idem in l. damus. ff. de condi. indeb. scribit cãm conceptam de præterito esse impulsiuam, de futuro, finalẽ. verbi gratia, do tibi quia gessisti negotia mea, impulsiua est, & cessat repetitio. Si autẽ do tibi quia hæres finalis est, & repetitur causa non secuta. Fallit primum qñ quis nõ erat alias daturus, quia tunc dicitur causa finalis, l. vlt. ff. de hæred. instit. Item fallit, si qñ cã esset vera, importaret verũ, debitum, tunc. n. est finalis, vt in toto illo tit. de cond. indebi. secundũ Plac. & Iac. Aren. subiungitq; id quod dixerat de futuro, intelligendũ esse quãdo eius impletio respicit commodum tradentis vel tertij, secus si solius recipientis nam tunc præsumitur impulsiua. l. Titio centum. ff. de cõdi. & demonst. secundnm Pet.

27 Idem Bal. in l. & si post tres, in j. lectura, col. 2. versicu. causa aũt ff. si quis cautio. tradit Iaco. Rauenn. fuisse in ea opinione, vt vera causa sit ea, quæ est fundamentũ & principiũ sui effectus. l. 2. §. circa. ff. de exceptio. dol. & d. l. damus. ff. de condi. indebi. in qua quidẽ cã datur talis regula, ꝙ aut si vera esset importaret uerũ debitũ, & tunc præsumitur, finalis, alias impulsiua. Subdit tñ ipse Bal. hãc esse suã opi. ꝙ aut cã profertur à sciente, & nõ præsumitur, finalis, l. sed & si quis §. vlt. eod. illo tit, si quis cautio, & d. l. si diuortio de verb. oblig, Aut ab errante, & tunc aut est de substantia obligationis, & præsumitur finalis, vt nota. in d. §. circa. Aut non est de substantia obligationis, sed

facit

facit ad bene esse, vt ipse loquitur, & tunc regulariter præsumitur, impulsiua. l. 2. §. vlt. ff. de donatio.

28 Idem in l. j. col. pen. ver. adde q illa causa. ff. solut. mat. dicit eam causam præsumi esse finalem, quæ per se infert, in quemlibet, effectum inclusum, sub dispositione illius, alias aũt si id nõ faciat præsumi impulsiuã, per not. in c. statutũ, de hæret. li. 6. & illũ refert & sequitur, Corn. cõs. 35. semper mihi visa fuit dubia, col. 2. sub litera A. li. 3. & iterũ cons. 253. ardua est. col. 3. sub litera B. li. 4. Sed id quidẽ obscurum est, nisi intelligas secundum ea quæ dicam postea nu. 6a. incip. tertium quòd cùm lex.

29 Idem in l. cum tale, §. falsam causam. ff. de condi. & demonstr. sumens occasionem ex glo. ibi, & rursum in l. generaliter, col. 2. vers. sed in dubio, C. de episcop. & cleric. dicit, q causa quæ inseritur in lege, præsumitur esse finalis, per tex. ibi, quæ aũt ab homine, impulsiua, per l. j. §. sexum. ff. de postulan. Quod & idem dicit ipse Bal. in d. l. 2. §. vlt. ff. de donatio. in id allegãs gl. quam dicit singul. in d. §. falsam & ipse Bald. in addit. Spec. tit. de disputat: & allegat. aduoc. §. post hoc autem, ver. vel illud statutum. vbi prætereà allegat d. l. a. §. vlt. ff. de don. & l. si is qui animo ff. de acq. poss. sed in illo priore loco, s. in d. §. falsam, subdit eam solam causam cohærere dispositioni, quæ est finalis, per l. Titio centũ. §. ante nuptias. eo. ti. de con. & demõst. & d. l. vlt. ff. de hæred. institu. dicit aũt cohęrere, qñ non possunt ab inuicẽ separari, nec vnũ, esse sine altero.

30 Ab hac aũt Bal. sententia nõ longe abest quod tradit, Old. cons. 224. istæ sunt allegationes, col. 5. ver. præterea qñ causa, q causa apposita à cõtrahentib. vel à testatore censetur, impulsiua, per d. §. falsam causam, & d. l. 2. §. vlt. de don. Sed à lege, vel principe positam, censeri finalem, per tex. quantum ad primũ, in l. adigere, §. quamuis. ff. de iure patro. & quantum ad secundum, in l. pe. C. de don. inter vir. & vxor. quod & post eum reassumit Alb. in d. l. generaliter, col. a. C. de episco. & cleri.

31 Idem Bald. in l. si repetendi, vers. quæro nunquid causa. C. de condi. ob caus. Aut loqueris, inquit, in causa de præterito, & tunc si ea sit hmói, quæ si vera esset, induceret, verum debitum, & præsumitur, finalis, Aut nõ id faceret & præsumitur impulsiua, per l. damus, de condict. indeb. Aut vero loqueris in causa de futuro, & tunc aut in contractibus qui habent in se causę relationem, vt in quatuor contractibus innominatis positis in l. naturalis. ff. de præscrip. verb. & tunc causa præsumitur finalis, l. j. in fi. ff. de rer. diuis. Aut in contractibus, qui non habent in se relationem, vt in contractu donationis, legato, libertate, & tunc in dubio causa præsumitur impulsiua, nisi contineat interesse illius, qui causam apponit. l. 2. §. vlt. ff. de donati. vel nisi sit de essentia actus, i. vt ea circũscripta, actus non subsisteret. l. sed si maritus, §. vltimo. ff. de don. inter vir. & vxor. vel nisi ex ea augeretur effectus. l. si quis pro redemptione. C. de donat.

32 Idẽ in l. j. col. j. ver. itẽ poni possunt in vim. C. qñ non petent. par. scribit breuiter causam finalẽ illã intelligendã esse, qua posita in esse ponitur quoq; in esse voluntas disponentis, & ea cessante cessat consensus per l. vlti. ff. de hæret. inst. subditq́, confestim causam siue rationem esse duplicem, nam quandã influere effectum, quandam remouere ipsum effectum, i. obicem siue obstaculũ, & alia quædam subiungit quę huc non admodum pertinẽt. Sed & quæ prius dixerat, multum obscura sunt.

33 Idem in l. eam quam, col. 2. vers. venio ad not. C. de fideicom. dicit q cã finalis ea præsumitur, quæ secundum iuris rationem debet esse finalis, per text. ibi, & in l. si pater, C. de hæred. instit. vel vt ipse ibi subdit, quæ assignatur à disponente loco finalis causæ per l. cum pater, §. dulcissimis. ff. de leg. 2. & not. in d. l. si is qui animo, ff. de acquiren. possess. Et ita eum sequitur Barb. consi. 19. sacro scriptum est euangelio, col. pen. ver. pręterea facit ad prædicta. li. 2. Sed id nõ minus obscurũ, neq;. n. declarat quæ cã debet esse finalis, secundũ iuris rationẽ, nec quæ pro tali assignari censeatur, nisi id expresse diceretur.

34 Idem in l. j. ver. quæro quomodo cognoscimus, C. de fal. cau. adiec. legar. scribit eam cãm finalẽ existimari in cõtractibus. ex cuius radice, oritur obligatio, per d. l. damus ff. de condi. indeb. In legato aũt cã dici finalẽ, qñ cessante cã cessat titulus legati, vt in legato pro dote, vel sepultura. l. filio, §. matri suæ. ff. de adimend. lega. & §. hoc si præsenti, in authenti. de sanctiss. episcop. Et hoc quidem est multo obscurius.

35 Idem in l. j. col. j. vers. & tu quæris, C. de confes. dicit, q. si sit aliquid quod implet vel vestit contractũ, tunc rõ pręsumitur finalis, per l. cum. n. ff. de nouat. At si nihil sit quod illũ impleat. aut vestiat, presumitur impulsiua. Et hoc quidẽ, inquit, vbi est error, sed qñ fit ex certa scientia semper pręsumitũ impulsiua, per d. l. si diuortio. ff. de verb. obl. Nisi tñ in mutuo, & cætera, quæ sequuntur, quę de industria omittimus, veluti nihil ad hũc locũ pertinẽtia.

36 Idem in c. quemadmodum col. 2. ver. porro causa finalis, de iureiur. dicit eã causam esse finalem, quæ cum vera est, imponit ex necessitate impulsiuam liberalitatem, per l. Titio centum, in prin. ff. de cond. & demonstra. Sed & idem cons. 440. & præmitto q illud ius, col. a. vers. pone omnis causa, lib. 3. dicit omnẽ causam esse finalẽ, & è diuerso impulsiuã, ẽt si alias finalis esset, si id disponẽtes, voluerint, vt semper alias pactũ regit cõtractus, l. j. §. si cõuenit. ff. depos. Quod & idem propemodum dicit in l. falsã, statim post prin, ibi not. q etiam, C. si ex. fal. instru.

37 In qua ẽt opinione sunt quæ sunt simpliciter causam, dici finalẽ, cùm disponẽs nõ erat alias, facturus, impulsiuã cum erat alias facturus. inter quos est Io. Mona. in c. cupiẽtes, col. a. nu. 4. de rescrip. li. 6. Colle. in c. post translationẽ, col. j. vers. sed quã cãm, de renuntia. Imo. in c. post trãslationem, col. 6. nu. 42. de renũtia. & alij plurimi, Sed id nobis inutile est, nisi & illud sciamus, qñ disponẽs nõ erat vel erat alias facturus. Et certe minimè id dubiũ, cũ disponens id exprese declarat, vt dicit Alb. in d. l. generaliter, col. 2. ver. est ẽt quarta C. de episc. & cleric. Alias aũt si id scire velis, adi Bar. in l. demonstratio, §. quod aũt. col. 3. ff. de condi. & demonst.

38 Sed vt redeamus, Cy. & Saly. in d. l. generaliter, C. de episc. & cler. aliter de hac re loquuntur. Ille, n. post Petr. in 2. q. dicit breuiter cãm finalẽ esse propter quam immediate aliquid conceditur, impulsiuã, quę occasionẽ remotã præstat, quod admodũ obscurum est, nisi referas ad id quod dicemus inferius in 13. limita. vers. sunt & qui dicũt & in 20. limit. post prin. Sali. aũt ibi, ante fi. dicit q si ad actus validitatẽ est necessaria causæ expressio præsumitur cã finalis per d. l. sed & si mors. §. vlt. cũ l. seq. ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. quod adipiscendæ, eo. tit. Alias impulsiua per. d. l. Titio, in princ. ff. de condit. & demonstra. Sed & id Oedipo indiget.

39 Idem Cy. in l. si quis pro redemptione, C. de don. aut cã inquit, continet aliquid fauorabile, vel pium, & præsumitur finalis, l. si ego, in prin. ff. de iure dot. aut nihil tale, & tunc aut interest alterius quã donatarij, & præsumitur finalis, l. si tibi legatum. ff. de leg. 3. Aut nõ interest nisi eiusdem donatarij & pręsumitur impulsiua, l. 2. §. vlt. & l. seq. ff. de donat. Ipse quoq; Sali. in l. conuẽticulã, col. j. ver. sed tunc quæro, C. de episc. & cler. dicit q ea causa censetur, finalis cuius sensus non est contrarius iuri cõi. Alias impulsiua, & dubitationis causa tantum adiecta l. si quis patrem. C. de condi. insert.

40 Verũ idem Saly. latius prosecutus est in l. si pecuniam in princ. col. vlt. ver. nunc ad declarationem. ff. de condic. ob cau. Si inquit, cã apposita cõcernit pręteritum, & tũc dicendũ est, vt not. doct. in l. si damus, ff. de cõdi. indeb. Si futurũ, tũc aut exprimitur per modũ cõditionis, & dicitur finalis, l. a, §. vlt. ff. de donat. & not. glo. vlt. in l. si militẽ. C. de condi. ob cau. nisi in certis quibusdã casib. not. in

l. j.

in l. j. C.de instit.'& substit. Aut exprimitur in vim modi,& tunc aut causa respicit commodum dantis, & dicitur finalis,l.Titio,in prin.& l.quibus diebus,§. vlt. ff.de condi,& demon.Et iò in quatuor contractib. innominatis mutuā correlatiuorum habētibus, cā finalis iudicatur l. j. ad fi. ff.de rer. permu.& l.naturalis,§. j.ff.de præscri. ver. Et idem si commodum tertij cōcernit.l.proxime allegata,& l.liberto.§. Lucius, ff. de annuis leg.& l. si tibi, pure,ff.de leg.3.Aut commodū recipientis tantū, & tūc aut expresio illius causæ requiritur necessario ad substātiam actus qui geritur, & iudicatur finalis,l. sed si mors, in fi.& l.seq.& l.quod adipiscēdæ,ff.de don.inter vir. & vxo. Aut nō est necessaria & tūc iudicatur impulsiua,l.3. §. si quis quasi,ver.quāquā.ff.de cōd.ob cau.& d.l.Titio j.respō.ff.de cōd.& demō.nisi si cā ob quā datē fauorabilis & pia tunc,n.præsumitur finalis l.si quis pro redēptione.C.de don.& l.si ego.ff.de iure dotium.Hæc ille.

41 Sed audiamus quid de ea re dicunt Bar.Imo.& Roma. in d.l.2.§.vlt.ff.de donat.Ille primum dicit, ꝙ vbicunq; datur ob cām fauorabilē vel piā,cā finalis,præsumitur,ut si quis tibi donat vt nubas. vel vt redimas captinos, per l. si ego,in prin.ff.de iure dot.& l.si quis pro redēptione C. de don.Postea aūt dicit ꝙ est conditio modus,& cā,& ꝙ hæc tria assumuntur, vt causa in hac materia. Aut igitur, causa apponitur per modū conditionis, & tunc haud dubie illa conditio est causa finalis,& illa cessante, cessat dispositio,l.cedere diem.de verb.signi.& l. qui hæredi, in fi, ff.de cond.& demon.fallit in casibus not.in l.j. C.de insti.& substi.& per gl.& Cyn.atq; etiam Dy.in c. imputari,de reg.iur.lib.6.& in l.testamento.ff.de cond. & demōstr.Quandoq; causa sumitur pro modo, vt in toto tit.de condic.ob cau.& in omnibus contractibus, innominatis,do vt facias,& cæteris.Et ant modus iste siue causa respicit, vtilitatem alterius,quam eius cui datur, vt do tibi centum,vt emas fundum Titio,tunc præsumitur finalis, d.l. Titio,in fi.de condi. & demonst.& l. qnibus diebus, in fi.eo.tit.& l.si tibi purè,ff.de leg.3.Quandoq; respicit, commodum eius cui datur, & tunc aut ad substantiam actus requiritur cansa de necesitate,& tunc præsumitur finalis, d.l.sed si.mors §.vlt. cum l.seq.ff.de donati. inter vir.& vxor. Quandoque necessario non requiritur, & tunc impulsiua præsumitur, per l.Titio centum,in 2.respon.de cond. & demonst. nisi ille modus respiciat causam fauorabilem, per iura supra in princ.allegata.Et subiungit ꝙ cum quæritur,an cessante illa causa finali cesset effectus.Et in vltimis voluntatibus, inquit, si illa cā per modum modi adiecta cessat casu fortuito,reperi non potest.l.si fundum per fideicommissum, §.j.de lega.j. In cōtractibus aūt cessante causa datur repetitio,per d.§.vlt.& in toto tit.de cond.ob causam.Tertio,inquit,sumitur cā, proprie de prætorio, vt d.l, damus,de cond.indeb.& le. si ita legatū,in fi.ff.de condi.& demonst.& tunc est quædam causa legis,& præsumitur finalis,l.cum tale,§.falsam ff.eod.tit.nisi aliud expressa reperiatur,vt in l.j.§.sexum, ff.de postulando.Et ita,inquit, dicitur communiter, sed verum est ꝙ gl.in d.§.falsam,non loquitur de causa, sed de ratione legis,quæ si habet locum, habet etiam locum obseruantia ipsius legis,& de futuro est l.cum mulier,ff. solu.mat. Causa autem proprie est de præterito,quæ etiā si vera non sit,non vitiatur dispositio, per d. §. sexum, quia illa impulsiua est.Hæc ille.

42 Imola aūt & Ro. in d.l.2.§.vlt.se omnino referunt ad Bald. sed illud addūt ad id quod dixerat causam præsumi finalem in his quæ conditionaliter proferuntur, vt procedat siue loquamur in contractu, l.j. ff.de donat. Siue in legato,§. longe magis, Instit.de leg.& l.qui hæredi, ff. de cond.demon.Siue in legib.& statutis,per no.à Cy. in l.conuenticulā C.de episcop.& cler.& ab omnibus in le. generaliter,eod.tit.Nisi vt subdit Imol.aliud appareat expresse vel ex coniecturis, quia sic intelligendo resultaret prauus,vel obscurus vel rei contrarius intellectus,l. 2.cū ibi not.C.de condit.insert.

43 Idem Bar.in extrauag.ad reprimendum, in verbo, ne ex eorum absentia,ad fi.dicit ꝙ cum lex est declaratiua, eius finalis ratio colligi potest ex lege antiqua,quam hæc declarat,vt patet ex omnibus fere legibus Iurisconsultorum,& maxime, ex l.sed & si lege,§.item si rem,ff, de pe tit.hæred.& l.stipulatio ista.§.alteri, ff,de verb.obli. & illa,inquit,proprie dicitur, ratio.Si vero est lex noui iuris, inductiua,tunc ratio illius ex eadem colligitur, si sit expressa,vel ex præfatione eiusdem,vt in d. extrauag. & in l.vlt.ff.de hæret. inst.& in l.j. ff.ad Sen.Maced.Et ista magis proprie appellatur causa finalis,quam ratio.l. cum pater,§.dulcissimis,ff.de leg.j.& illis libertis. ff.de condi. & demonst. & l. adigere,§. quamuis de iure patr. Et hac cessante cessat lex,vt dd.ll. vbi vero ratio non apparet, debemus stare propriæ significationi verborum. l.j.§.si is qui nauem.ff.de exercit.actio.

44 Hæc Bartol. cui Imo.in d.l.2.§.vlt.col.j.ver.item adde circa id, & ibi quoque post eum Rom.col.j.vers.& potest dubitari,ff.de donat.addunt quod hoc vltimo casu, cum scilicet non apparet,de ratione, recurrendum est ad rationem naturalem,argu.c.quia ratio,de præben.& c.cōsuetudo,distinct. j.& §.sed naturalia, Insti.de iure nat.gē. & ciuil.Et idem voluit ipse Imo.in c.post translationem col. 8. nu.50.de renuntia. Panor. in c.suggestum, col. j. in 2.not.de appellat.Iac.à S.Georg. in l.vlt.col.j. C. de edict.diui Adria. tollen. vbi expresse, dicit quod hæ ratiò naturalis præsumitur esse finalis,& vide quæ dicam infra in hac eadē limitatio.ver.incip.quintum quòd ratio.

45 Nec omittemus,quid de ea re scripsit Pau.Cast. consi. 314.super eo ꝙ quæritur facit dubiū.in j.dubio, ibi, nec obstat,lib.j.quòd causa quæ mouet legislatorem ex parte ante,idest quæ illum impulit ad sic statuendum,vt fuit improbitas illius Calphurniæ,aut vt alij legunt, Afraniæ & illa quidē,nisi sit in lege expressa,non dicitur finalis sed impulsiua,l.prima,§. sexum,ff.de postulando. Causa autem propter quam mouetur legislator ex parte, post, idest,propter cuius finem & effectum fit,vt fuit in illo casu verecundia sexus muliebris in edicto . Prætoris, & illa censetur finalis, qualitercunque posit apparere de ea etiam si non fuerit expressa.Sed hæc manca sunt & mutila,nec omnino satisfaciunt.

46 Alij autem dicunt eam causam esse finalem,quæ cohæret dispositioni.alias impulsiuam,per glo. in l.demonstratio,§. quod autem. & Bar.in 3.q. & alibi sæpe in eo. §.ff. de condi.& demonst.Et id quoque expresse voluit Saly. in l. j.ad fin. C. de fal.cau, adiec.leg. & Soc. consilio.159. hoc exordio,in pręsenti consultationis.col. 6.vers. confirmantur etiam prædicta, lib 2.Quando autem causa dicatur cohærere dispositioni,vel non declarat, Saly. in d. l.j.& ibi quoque ante eum Bartol. & idem Bart. in d. §. quod autem,col. 3.ver. tertio modo,& Imo.in l.vlt. col. 2.versic.aduerte tamen,ff.de hæred insti.Ang.Aret.in §. si quis Instit. quibus.mod.testam.infir.vti apud illos videre poteris.

47 Io.Monach.ante illos in c.vlt.col.vlt.in verbo, cessante,& ibi post eum Io. And. in eodem verbo,de hæret.li. 6.dicunt, ꝙ in dubio præsumitur causa impulsiua per le. sed si mors,ff.de don.inter vir.& vxo.nisi factum esset indifferens ad impresionem huius,vel illius causæ,vt tunc in dubio donās videatur potius dirigere in quē vsum cōuertat donatarius rem donatā,quā vt necessitatem ei imponat,alias non daturus,vt in l.2.§.vlti. ff. de donat. Sed vbi factū non est indifferens,sed limitatum ad vnum extremum per ius scriptum,vt in d.c.vlt. de hære.causa. cessante quæ fuit cā iuris cōis mutandi,cessat ius speciale,& reditur ad ius commune,cum speciale tollens ius commune sit sublatum. Et idem voluit Collecta.in c.cū cessante,in princ.de appellatio.

præsumi,& non finalem,in quibus eſt Accurſius noſter in d.l.2.§. vlt.in glo. vlt. per d.l.ſed ſi mors,§.vlt. ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. ſi Titio,in j. reſpõ.& §.ſed cum ante nuptias,circa fi.ff.de condi.& demonſtr. & d.l. ſi mulier,C. de iu. dot. Niſi aliter fuerit expreſſum, per d.l.ſi quis pro redemptione,§.vlt. ibi, nulla eis licentia dã da C.de don. & glo.Dyn. & Philip.Franc.in c. decet, de reg.iur. lib. 6.vbi ad hoc præterea allegant d.l. cum tale, §.falſam cauſam.ff. de cond. & demonſt. Iac. Aret. prout illum refert Cyn. in l. j.col.j.in 3.oppo.C. quæ ſit lon. conſuet.& Collect. in c.poſt translationem, col.j. verſ. ſed quid ſi dubitatur, & ibi Car.Flo. in §.cæterum, col. 3.verſ.quæro in eo quod ſupra de renunt.vbi hãc dicit eſſe cõem opinionẽ. Pau.Ca.in l.vl.ff.de cõdi.ob cau. Ang. Are.in §.illis aũt,Inſti.de teſt.mili.vbi dicit illã gl. ſupra allegatam ad hoc eſſe ſing.infertq; ex ea, ꝙ in dubio ceſſante causa non ceſſat effectus, & ꝙ qui vult dicere eam ceſſare ceſſatione cauſæ,debet probare eam fuiſſe finalẽ, & ibi quoque Io. Franc. Ozerius,col.2. & Soc. qui idem dicit conſ. 84.pro certo, ad fi. li. 3.

49 Sunt qui contra conſtanter affirmãt,in dubio cãm eſſe, & dici finalẽ,& inter eos Io.And.in c.poſt translationem,col.ult. de renun,hac ratione motus,quia propia ſignificatio huius verbi,cãm denotat cãm finalẽ. Impulſiua aũt cauſa nõ eſt,ſed occaſio,per not.in c.ſolitæ,de maior & obed.& ita dicit vidiſſe ſe id in iudicijs defendi,Sed hæc rõ nõ placuit, Imo. Ro.in d.l.2.§. vlti.illi quidem, col.2.verſ.,item adde ei quia dicit,huic,col. j.verſ.quo ad ſecundum,ff.de donat.vti apud eos videre poteris.

50 Sunt item qui in ea ſententia ſunt, vt ſi cauſa ſit expreſſa in diſpoſitione,ea ſemper præſumitur eſſe finalis, ita,n. voluit Soc.doctor quidẽ celeberrimus,d.cõſ.83.cuius initiũ eſt,pro certo tex.eſt col.2.ver. ſed alia ſit difficultas,li. 3.per l.3.& ibi no.ff.de hæred.inſtit. Sed tu hic omnino vide quæ dicam inferius in 2 t.limitatio.

51 Nec deſunt qui in hoc dicũt inſpiciendã eſſe qualitatẽ perſonarũ,vt ſecundũ eam iudicemus cãm eſſe finalẽ,aut impulſiuã,i.vt præſumatur, quis fuiſſe aut nõ fuiſſe facturus,ſecundũ Bal.qui id dicit menti tenẽdum,in l. cum veterani,in j.no.per eũ tex.C.de dona.ante nupt. & deinde in vlt.not. ex eo quoq; not.ex qualitate perſonarum aliquid prǣſumi.& ſequitur,Matth.Affli.in c.col.4.nu.103. tit.ex quib.cau.feud.amit.Id quod certe prope perpetuũ eſt in omni materia,vt ſ.ex qualitate perſonarum diſpoſitiones quaslibet metiamur,vt videre licet ex le. plenum, §.equitij,ff.de vſu & habita. & ibi concor.

52 Ex illis autẽ,quæ ſupra diximus,multa colligi poſſunt. Primum, ꝙ cũ cauſa tendit ad commodũ ſolius accipientis,ea cauſa præſumitur impulſiua.Si ad commodũ concedẽtis vel alterius tertij finalis,quod & præter eos quos in id ſparſim citauimus,voluerunt gl.Bart.Bald. qui eam glo.dicit not.Ang.& Saly.in d.l.ſi muler,per eũ tex.C.de iu.dot.& glo.in l.3.§.ſi quis quaſi,ff.de cond.ob cau.Cy. poſt Pet.in d. l.generaliter,in fi.& ibi quoq; Alb. col. 2. verſ.in contrarium videtur.& Saly.C.de epiſc. & cleric. Collect.in d.c.poſt translationem,col.j.verſ. ſed quid ſi dubitatur,& ibi Anto.col. j. ver.an autẽ in dubio, de renunt.Bar.in l.ſi fundũ per fideicommiſſum, §. Iulianus, ff.de leg. j.Albe.in l.vlti.C.de rer.permu.& in d. l. ſi quis pro redemptione,C.de don.Bal.in l.2.§.vlt.ff.eo.ti.Ang. Raph.Cuma.& Pau.Caſt.in l. 2.§.vlt. ff.de don. Idẽ Ange.in l.ſciendũ la 2. & ibi Cæp.ff.de ædil.edic. & ipſe An conſ.124.Iolus,col.3.ver.& pro hac parte, & iterũ col. ſeq.verſ.an ergo defectus,Imo.conſ.33.in caſu præmiſſo col.j.ver.in contrarium videtur.Pau.Ca.cõſ.214.ego Paulus,poſt medium, lib.j.Alex.in l.vlt. colum.2.verſ.aliam etiam aſsignat,ff.de cõdict.ob cau.Soc.conſ. 51.quoniam in præſenti,col.7.verſ.cõprobatur,nã principalis intẽtio, lib.2.& cõſ.83.pro certo,col.3.nu.7.li.4.Car.Alex.in ca. verũ,col.2.ver.cauſa autẽ duplex eſt cõdi.appoſ.Iaſ.in l.ſi pecuniã.col.6.ver.regula eſt,ff. de cond.ob cauſ.& Hier Grat.c conſ.77.in præſenti cauſa,col.j.lib.j.

53 Et neminem vnũ hactenus repeti,qui contrarium diceret,præter Bal.quantum ad id quod de commodo alterius tertij pertinet diximus. Nanq; is con.440.præmitto ꝙ iſtud ius,poſt princ.li. 3.concordat,cum alijs,in cauſis quę pertinẽt ad cõmodũ accipiẽtis,& cõcedẽtis.Sed in ijs quæ pertinẽt ad cõmodũ tertij dicit eas ſibi, videri ĩpulſiuas,niſi is tertius eſſet hmõi,cui ſtipulari poſſemus,aut paciſci,cũ ex ijs nõ ſurgat obligatio,ac ne exceptio quidem Et ſic nõ ſurgit ius,neq; neceſsitas implẽdi.l.donationes in cõcubinã.§.ſpẽs ff.de dona.Et ego vt facile abirẽ in ſententiã Bal,ita ſ.vt illi tertio non cõpeteret actio aduerſus illũ,qui accepit, vt ei traderet.Sic ẽt fateri oportet cõpetere actionẽ concedẽti in eã cãm vt illi alteri, traderet ad repetitionem eius rei,cauſa nõ completa , vt optimè probatur legibus in id à cæteris doct. ſupra allegatis.

54 Sed quæri poteſt, quid ſi cauſa ad nullius vtilitatem reſpicit veluti ſi nauis venerit ex Aſia,an tunc præſumatur finalis,an impulſiua:& id quidẽ à nemine tactũ comperi prǣterquam à Bald. in d.l.2.§,vlt. in fi.ff. de donat.vbi dicit præſumi impulſiuam,autoritate glo. quã dicit not. in l.j.in princ.in verbo,ſecutum,eod.tit.& ſubiungit facere l. ſi ego,ff. de iure dot. Ex illa autem glo. Imo. ibi not. ꝙ condictio adiecta donationi quę non reſpicit commodũ,vel affectionem donantis,ſed quandam facti contingentiã,nõ facit quo minus donatio dicaſ eſſe propria.

55 Quod autem dictum eſt de cauſa reſpiciente commodum accipientis,vt pro impulſiua habeatur, quibuſdam modis intelligendum eſt,vt etiam ex ſupradictis videre licet. Primo,niſi ea cauſa reſpiciens commodũ ipſius accipientis neceſſario requiratur, tunc enim ſemper cauſa, finalis præſumitur,ad cuiuſcunque commodũ reſpiciat, per d.l.ſed ſi mors,§. vlt. cum l.ſeq.ff.de donat.inter vir, vxor & nemo in hoc contradicit.

56 Secundo modo intellige etiam ex iam dictis,niſi ſit,fauor dotis aut alterius pię cauſę, & fauorabilis,tunc enim ſemper pro finali erit accipienda,vt etiam omnes,qui de hac locuti ſunt, voluerunt,ex quibus multos ſupra retulimus, & præter illos Cyn. in.d.l. generaliter, & ibi Alber. col.2.& Saly.paulo ante fi.& omnes qui de ea locuti ſunt C.de epiſcop.& cleri.Collecta.in d.c.poſt translationem col.j.verſ.ſed quid ſi dubitatur,& ibi Anto.col.4. ver.an autẽ in dubio,de renuntia.Raph.Cuma.in d.l.2.§. vlt.& ibi quoque Pau. Ca.in 4.caſu,ff.de don.

56 Nãm & alias ſemper in omni materiæ fauore piæ cauſæ,præſumitur finalis cauſa,l.cum is,§.mulier,ff.de condict.indeb.& voluit Bald.in l.dictã legem,col.2.ver.ego dixi,C.de condict. ob cau.Alex.in addit.Bar.in d.l.2. §.vlti.de donat.& Carol.Rui.conſ. 137.uerbis utriuſq; teſtamenti,col.pen,nu.10.lib.2.

58 Hęc autem intelligo,ut ſ. præſumamus cauſam finalẽ ſi ſit fauor & commodum piæ cauſæ , vt talis præſumatur.Quod ſi è diuerſo id tenderet ad odium & incomodũ ipſius pię cauſę,tunc contra præſumeremus non eſſe finalem,ut ſi agatur,de reuocatione donationis factę eccleſię ob defectum cãę,nã tunc nõ prǣſumeremus eã cãm fuiſſe finalem,cum id tenderet ad præiudicium pię cauſę, per text.in c.verum,& ibi Pan.qui illum in id ſing. dicit,col.j.verſ.ſi aũt modus,de condit.Ad quod facit, illa regula,quod fauore alicuius introductum eſt, nõ debet in eius odiũ retorqueri,l.quod fauore C.de legib. cum ſimil.& alia,quod introducta ad vnum effectum, non debent contrarium operari.

59 Tertio intellige vt procedat,niſi commodum reipublicæ ſit coniunctum cum commodo accipientis, vt ſi donẽ mulieri vt nubat,intereſt enim reipub.ne ea indotata ſit, l. j.ff.ſolu.matr. vel ſi alcui donem, vt reficiat domum ſuam, nam reipu.intereſt domos reparari ,ne vrbs, ruinis deformetur, l.ſingulari, C. de ędific. priua. tunc

enim

n.cã præsumitur finalis, & repeti, potest, quod in eã cãmdatum est, nisi cã impleatur, Albe.in d.l.generaliter, col. 2. vet.circa hoc tñ, C.de episcop.cler.ad hoc referens d. l. si quis pro redemptione, circa fi. C.de donat. & d. le. si ego de iure dot. quamuis alij vbique, & ipsemet, vt alibi diximus, id tribuant fauori piæ causæ, Sed vtrunq;, s.cãm piæ causæ, & reipublicæ in hoc æquiparat Aegid.Bellam. in d.c.& si CHRISTVS co.3.uer.si dubitat, de iureiu. & Imo.in d.l.2.§.vlt.statim post princ.ff.de do. & alij multi. Quanquã & hoc spectat ad id quod supra diximus de cã respiciente commodum alterius, quàm recipientis.

60 Secundũ quod ex supradictis colligi põt, quod cã finalis præsumitur ex dispositione cõditionali, quod & vltra alios multos quos supra etiam sparsim citauimus, voluerunt Bartol. in l.demonstratio. §.quod autem, col.3. vers.3.modo, per eum tex.ff.de condi.& demonstr.Aegi. Bella.in c.post translationẽ, col.4. ver.de conditione. de renun.Saly.& Ludou.Bolog.in d.l.damus.ff. de cond. indeb.Raph.Co.in d.l.2.§.vlt.circa mediũ, & ibi Pau.Cast. ver.secundus casus, ff.de condi.Iac.S.Georg.in l.vlti.col. j.C.de edic.diui Adri.toll.& Io.Fran.Ozer.in §. supradicta, col. 2.nu. 7.Instit.de milit.testam.

61 Et nemo repugnat idq́; optima rõne, ẽt si deessent tex. id expresſim probãtes, quos supra ex alijs adduximus. Nã cõditio formã inducit, & solẽnitatẽ, nõ leuẽ, Bal.in auth. matri & auiæ, col. j.ver.quidã tñ dicunt, C.qñ mul. tute. offi. Ale.in l.2.§.vlt.col.2.vers.passus nõ est, & ibi quoq; Frã.Are.col.vlt. ver.2.principaliter, & Ias.col.2.ver. limita.istã regulã, ff.de vulg.& pup. substit. vbi ex eo dicunt, nõ leue esse quod per cõditionẽ profertur, cũ alijs cõcor. ibi ab illis adductis, & à me numerosus in trac.Retrac, ti. 2.§.2.gl.j.nu.3.incip.& eo quidẽ magis.Idcirco ea est de substantia probationis, vt dicit ipse Bal.cons.122.vtrũ dictus processus, col.j.vers.allegatur 3.li.3.& debet seruari, in forma specifica.l.Mæuius, & ibi Bart.in princ. & l.qui hæredi ff.de condi.& demonstr. Doct.vbique.

62 Tertium, q cum lex vel dispõ est generalior rõne siue cã, ea causa censetur esse impulsiua, & non finalis, quod & præter eos, quos etiã supra citauimus, voluit Io. And. in c.qñ, in verbo, dominorũ, & ibi Domi. vers. q si aliquis, & iterũ ver.2.nota vnum modũ, & Phil.Fran.paulo post medium, de immunit.eccles.li.6.Bal.in d.l. generaliter, col.2. vers.sed in dubio.& ibi quoq; Alber. col. 2. vers.si aũt cessat, C.de episc.& cle. & idem Bal. in d. l. de quibus, col.10. vers.quoad sextũ, ff.de legib. Ant. in cle. j.de elect.Cor. cons.305.semper mihi visa fuit, col.2.uer. & illæ subductiones. li. 3.& cons.88.licet in primo, col. 3.ver.& quando rõ, lib j. & cons.527.circa quod est primo videndũ, col.4.ver.nec obstat quod in contrariũ, lib. 4.Feli.in c.cũ nuntius, col.j.de testib.Ias. in auth. quas actiones, col.4.ver.puto tñ gratia, C.de sacros. eccles. Nicol.Euerar. in locis legalib.in loco à cessatione rationis, in fi.Chasse.cons.55.stante consuetudine, col.9.nu. 3. & seq.& ad hoc ipse Cor.vbique allegat glo.in l vlt.ff. de offi.procur. Cæsaris. & in l.j.ff.de excep.quæ mihi non admodum huc pertinere videntur.

33. Sed aduerte lector amantissime, nam id ex diametro, pugnare videtur aduersus id, quod diximus supra in cessante rõne legis, vers.incipiente, proptereáq; dispõ, & sequentib. videlicet, q dispõ quantũlibet generalis restringitur per rationẽ specialẽ. Nisi dicas ad tollendã hmõi cõtrarietatẽ, q illud intelligitur de ratione legis, vel dispositionis proprie sumpta, quæ restringit ac limitat dispositionem generalem. Hic aũt loquimur de cã differente à rõne proprie sumpta, vt etiã diximus supra, post prin. huius operis, & secundum ea quę scribit Bar.loquens de hac materia in l. 2.§.vlt. col.2.vers.tertio sumitur, ff. de donat.& in l.demonstratio. §.quod autẽ, col. vl.in 8.quæst. ff. de condit.& demonstr.

64 Quartum, quòd causa quæ ex procemio, siue pręfatione sumitur, præsumitur finalis, & id præter eos, quos supra id adduximus, voluerunt Bar.Bald.Ang.& Imo.non semel, in l.vlt. per.text.ibi iuncta glo. in verbo, modus, in fi.de hære.inst.& id dicit ipse Bal. in 2.not. notatu dignum, nec aliã esse legem, quæ id ita bene probat, & iterum ipse Bal. ibi, in j.opposi.& idem Bal.in procemio, C. §.quibus, qui est vlt.in j.not.& in l.vt liberis, in j.no.per illũ tex.C.de collat. & in l.nostram, col.j.ver.tu dic, C.de test.& in l. j.ff.de ori.iur.& cons.250.in quæstione dñi, Milani, col.vlt.ver, item in procemiũ, lib.j.Card. Flor. & Imo.in c.ex parte, quod est pen.vterq; ad fi.de cleri.coniug. Rom.cons. 580.si admittimus, col.2. ver. præmissis, tñ nõ refragantibus.Alex.cons.119.viso processu causæ, col.vlt. ver.circa secundum, lib, 5.Ang.Aret.in §.sed & si quis, col.2. vers.in glo.expressum.Inst.quib.mod.testa.infir.Phil.Franc.in c.quoniã, post mediũ, de immunit. eccl. li.6.Soci.cons.67.incip.consilijs, & ca. visis inuestituris, col.3. ver.secundo probatur, & iterum ver.tertio si dicta conclusio, lib. j.quod consilium repetitur consi. 165.li. 2.& idem Soc.cons.159.in præsenti consultatione præmittens aliqua, col. 5.vers.quarto & vltimo, lib.2. & consi. 273.in præsenti consultatione considerata, col.vlt.uer. præterea dico, q ex quo d.lib.2.Iacob.à S.Georg. in l.vlti.col.j.C.de edict.diui Adria.tollen.Fran.Cur.Senior, cõsil.39.visis & diligenter, col.j. Philip.Dec. cons. 379. requisitus pro consil.col. 3. ver. & vlterius ista conclusio. Io.Franc. Ozer, in §.præterea col.3.nu.50.Instit.de mili.test.Maria.Soci.Iunior, cons.21.circa propositam quæstionem, col.1.lib.1.

65 Et huc quoq, spectant alij tex.probantes mentẽ & voluntatem disponentiũ ex procemio maxime colligi, s.le. item quia, §. vlt.ff.de pac.& l.cum hi, in princ.& ibi Bar. col.j.vers.item not.ex isto verbo, & iterum in §.eam trãsactionẽ.& ibi quoq; Ray.ff.de transact.& l. regula, §. si quis, & ibi quoque Bar.& Bal.ff.de reg.iur.& l. Titia, §. idem respondit, ff.de verb.obli.& l.j.& ibi Bar.ff. ad Sen. Mace.& l.cum pater.§.dulcissimis, ff.de leg.2.& in ca. ex multa, §.secundo quæsiuisti, ibi verum si ad superiora, & ibi Pan.col.2.in 4.not.de voto.& c.vbi periculum, & ibi Io.And.ne cler. vel monach.lib.6.Bar.in l. eum qui certarum, ff.de uerb.oblig.& in procemio C.col.ult.uers. oppono & videtur, & ibi Bald.in §.vlt.in j.no.& idem Bar. in l.ambitiosa, col.antep.vers.visis & examinatis, ff. de decre.ab ord.facien.Imo.in d.l.ulti.col.j.ff.de hęre.inst.Ro. cons. 56.uiso themate, col.j.ubi ex hoc dicit, & probat singillatim ex statuti præfatione, dispositionem constringi, extendi, & declarari, & cons. 90. uiso themate quæstionis col.j.uers.his tamen non refragantibus.Pan. cons.93. statuto ciuitatis Grorettanæ, col.2.uers.secundo uidetur, lib.j. Alex.consi. 7.uisis & diligenter animaduersis, col. 2. uer. uerba enim apposita. lib. 2. & consi.55.quoniam causa, post princ.lib.5.

66 Sed illud tamen quod diximus, ex præfatione præsumi causam finalem, intelligit Barb.aut quisquis is fuit, qui eam additionem fecit ad Pan.in c.post translationem, de renuntiat.ut id quidem non sit ex natura præfationis, ut eam uim obtineat, sed ex natura causæ expressæ.in ipsa, præfatione, .Si enim in ea exprimeretur causa quæ haud dubie sua ipsius natura esset impulsiua, nõ fieret, nec præsumeretur, esse finalis, ut dicit uoluisse Bar. in extrauag. ad reprimendum, in uerbo, nec ex eorum absentia, ubi tamen id non dicit, sed simpliciter, causam sumptam, ex præfatione præsumi, finalem, quod certe uerum est nisi natura ipsius causæ repugnaret.

67 Quintum quod ratio naturalis etiam non expressa in lege, uel alia dispositione, facit præsumi eam esse finalem vt ex Bar.& alijs diximus supra hac limita.uersi.hęc Bar. cui Imol.Quibus adde text. in l.cũ rõ in principio. ff.de bon. damnat.qui dicit naturalẽ rationẽ esse legẽ quandã tacitã & in l.j.§.in primo, ibi naturali rõne subnixũ, C.de

cad.toll.Ex quo Bal.ibi,in princ. not.ea quæ sunt natura li ratione subnixa, debent,intacta & illibata perpetuo custodiri.& ideo, inquit,ad naturalem rationem est recurrendum,quæ optimus est legis clypeus quod dicit tenendum menti,& sequitur Fely. in c.tua nos col.2. versi. & ad ista, de iureiurand. Matth.Aflict.in c.j.col.5.nu. 25. tit.qui succes.teneant.

68 Et videmus etiã aliàs Iurisconsultos, suis legib. inniti, ratione naturali,l. j.§.si id quod,ff.de act.& obli.ibi palã est naturali ratione inutilẽ esse,& in l.itaq; in prin.ff ad le Aquil.& in l.si à patre,§.vlt.ff.de petit.hæred.& in l. 2.§. j.ff.de vsufruct.earũ rer.quæ vsu consumun.& l. si quis à liberis,§.si vel parens,ff.de liber.agnoscend.& §.j.Instit. de nupt. & §. constituitur,Instit.de vsufruct.

60 Vti & naturali quoq; æquitate,vt patet ex l.ij. in prin. ff.de pact.vbi glo.declarat,& l.j.in princ.ff.de mino. & l. j.in prin.ff.de leg.præst.quod & sæpe faciunt nostri doc. præsertim Bal.vt videre poteris, apud eum,in l. rescripta, paulo ante fi.C.de preci.imp.offeren.& in l.j.quã vnã legit.C.si aduers.delic.& in auth, nisi rogati,col. 3. ver. hac rõne determinat,C.ad Sen.Tre.& in c.j.§.hoc quod nos col.j.in verbo, pro bono pacis,tit.de pace Cõstan.Quod nõ longe distat à rõne ipsa naturali,vt dicemus postea.nã rationẽ simpliciter pro æquitate naturali intelligit gl.in c. j.§.deniq; tit.quæ fuit prima caus.benefi.amittend.

70 Suntq; & aliæ multæ leges,quę naturã pro vnico ac solido, testimonio,& rõne adserunt,vt l.si non sortem, §. libertus,post prin.& iterũ in fi.& vtrobiq; gl.in verbo natura,ff.de cond.inde.& l.nã & hoc natura,eo.tit.& l.naturalis in prin.ibi naturalis est,eod.quoq; tit.neq;.n.ibi naturalis, dicitur condictio,ea ratione,quã dicit glo. ibi sed quia natura id æquũ erat,vt dicitur in d.l.nã & hoc natura,& præterea adduci potest,l.adoptio.ff.de adopt. vbi adoptio in his tm̃ personis locũ habet,in quib.etiã natura potest habere. Cuius legis autoritate atq; etiam §. minorẽ,Insti.eo.Doct.sæpe illud assumunt,legem atq; artem imitari naturam.&inter cęteros Bar.in l.si is,qui pro emptore,co .12.ver.eius quod est impossibile, ff. de vsucap. Sed & eius quoq;l.testimonio Ang.cõs.10.sanctissi. col. 5.ver.fatetur fiscus, dicit naturã legis esse pædagogam.

71 Et per eum quoq; §,minorẽ tradit Bal. in le. quoties, quæ est vlt.vlt. post princ.C.de suis & legit.virtutẽ legis, in naturali rõne consistere. Legem enim sese speculari in natura,& illum refert & sequitur Fel.in c.tua nos, vbi supra,de iureiu.Cicero autẽ lib.3.Officiorũ scribit naturã esse legis fontem, Et cum nos ederemus commentarios, in l.si vnquam,C.de reuocand.dona.quæ, vt illic docuimus,ex meris naturæ pręcordijs.& visceribus est deprõpta,hoc disticho lusimus,

Est legis natura parens eademq; magistra.
Si nescis,legito hæc,continuoq́; scies.

72 Sed in eandem sententiã faciunt aliæ leges,videlicet,l. 3.§.ex contrario,ibi,contra naturã,ff.de acq.pos.vbi Frã. Aret.in j,not.illud quoq; ex ea not.ꝙ lex imitatur naturã quantũ potest,& l.j. §.furiosum,ibi, natura manifestũ est, & iterũ in §.mutum,vtente ijsdem verbis,ff.de acti. & oblig.& l.vbi autem,§.illud,ibi,ipsa natura manifestissimũ est,ff.de verb.oblig.Cuius etiam autoritate tradit, Bald.in c.j.col.5.vers.item quæritur,ibi dicit Io.de Bronesco,tit.an agnat.vel fil.quod id quod apparet per rerũ, naturam non indiget probatione.

83 Nec omittendus est tex.loquens, de naturali iustitia, sed quem oẽs vbiq; trahunt ad rationẽ naturalẽ, in l.scire etiam oportet,ff.de excus.tut.Ex quo Ia.Ray.Cyn.& ab eis Bal.circa mediũ not.sufficere naturalem rationẽ sine lege,quod ipse Bal.dicit not.dignum. & sequitur Ias. in l. illam,col. 3.ver.limita tamen, C.de colla. vbi ex hoc limitat id, quod per eũ tex.dici solet,ꝙ erubescimus sine lege loqui.Ex eo quoq; tex.idẽ Cyn.in le.non dubium, col.vlti.ver.primo quęro,C.de legib.dicit,quod propter rationẽ naturalem etiam non scriptam possumus recedere à verbis legis,& sequitur Bald.ibi,col. 3.versic. sed hic vnum quæro. & Panor.in c,j.col.3.versic.nota ibi, intentione,de iura.calum.

74 A quibus non longe distat,quod scribit And. Iser. vti nonnullis allegatur in procœm.Feu.col.vlt.vers.nam rationabile, ꝙ naturale,& rationabile aliquod dictũ sine l. ita debet mouere iudicẽ vt ipsa lex.& ita illũ citat & sequitur Maria.Soci. Iunior,cons.61.inspectis, col. 12.nu. nu. 43.hinc dixit egregie,lib.2.licet And.ipse(nisi sit mẽdum in meo codice)nõ loquatur de dicto naturali, sed tm̃ de rationabili,sed & in id allegat ipse Mari.Ang.cõs.275. thema super quo,col.vlt.dicentẽ,vt ipse refert autoritatẽ Aristotelis,quærere legẽ vel rationẽ,vbi naturaliter sentimus,nihil aliud esse,quã infirmitatẽ intellectus, quãuis Ang.simpliciter loquatur de his quæ sensui patẽt. At illud primum,s.de his quę naturaliter in nobis sentimus dicit idem Ang.in alio loco,videlicet cons.267. in quæsti. vertente,col.2.vers.primo quia capta. quẽ in hoc sequitur Ias.qui & ipse priorẽ locũ in id citat,in auth.si qua mulier.col.2.ver.contrariam opinionem,C.de sacros. eccle. & in d.l.illam,vbi supra,de collatio.

75 Quid ꝙ lex nunquã inducit fictionẽ aut pręsumptionem contra naturę potentiã,siue impotentiam,id est lex non fingit id quod natura impossibile,glo.in l.Gallus.§. si eius, in glo.magna.& ibi Bart. & alij,ff.de lib.& posth. glo.in l.3.ff.pro soc.& ibi Bald.qui ex hoc dicit ꝙ fictio imitatur naturã,Bar.in l.si is qui pro emptore.vbi supra, & ibi Ias. col,42.vers.ex prædictis habes,qui est in num. 109.ff.de vsuc.idẽ Bar.in l.eandẽ,col.j.& ibi quoq; Ang. Imo.& Franc.Are.ff.de duob.reis.Pet.Anc.cons.32.subtiliter,& copiose col.2.vers.2. probo. & doct.vbiq;. Ad quod citari solet l.si paterfamil.§.vlt.cum l.sequ. quæ est d.l.adoptio.ff,de adopt.& d.§.minorẽ,Instit.eo. tit. & l. qui ad certũ ad fi.ff.loc.& l.certe,in princ,ff.de prec. & l. si tibi, electio,§.vnius,ff.de optio.lega.& d.lege.3. §.ex contrario,in prin.& iterũ in fi.de acq.posses. & l. si pupilli,§.quid ergo,in verbo,nec possit.ff.de neg.gest. & d. l.2.ff.de vsufru.earum rerũ quę vsu cõsu.scribitur naturalem rationem autoritate legis immutari non posse.

76 Adde superiorib. quod scribit Bal.in c.j.col.14. In verbo,aliquid tit.de pace Constantiæ composita. prout illũ citat Ias. in d.l.si is qui pro emptore,col.69.nu.262 ꝙ ratio naturalis est potentissima in statutorũ interpretatione.Et quod tradit Ang.cons.345.primo matris,co.2.versi.ego in hac disputatione, quod ratio naturalis certa est rõ, & in dubio habetur pro l.scripta, per d.§.sufficit. loquentẽ(vt iam supra diximus)de iustitia naturali. Nã vt Ang. subdit,naturalis ratio idem est quod iustitia naturalis,præualens rationibus coniecturalibus.

77 Finem huic rei fecero, modo recensuerim nonnulla, in hanc sententiam dicta Pan.Nam in repe.c.per tuas col. 11.uers.nec obstat si dicatur,de arbit.ꝙ papa non potest, dispensare contra legem canonicam fundatam in dictamine rationis mere naturalis, vt nec contra legem fundatã in rõne iuris diuini & sequitur Feli.in c.ad audientiam el.2.col.5.ver. bene fateor ꝙ ubi lex.de rescrip. & Aug. Bero.in rub.de rescript.nu.134.& iterũ nu.151.idẽ Pan. in c.ult. co.4.uer.& licet rõ,de re.iud.quod licet rõ,non exprimatur in l.tamen illa debet coniecturari, quæ potuit naturaliter mouere legislatorem,quod & idem uoluit,ipse Pan.in c.secundo requiris,col.j.in j.not.de appella.& rursũ ibi col.2.uer.ult.not.ibi ipse nanq; ꝙ licite in decisionibus causarum allegatur ratio naturalis,

78 Sed & ipse Pan.in c.cum sint,colum.j.in ult.not.de deci.quòd cum ius scriptũ deficit,debemus recurrere ad rationem naturalẽ,per d.§.sufficit,& sequitur Franc. Curt. senior,cons.57.super eo quod ab ordine,col.2. num. 17. Deniq; idem Pan.in c. nulla,in j.not. de præbe. ꝙ possumus argumentari à ratione naturali absq; allegatione iu-

rium

rium, per cū tex. qui tñ simpliciter de rōne loquitur. Et cum tñ sequitur Fel. in d. c. tua nos, col. 2. vers. in tex. ibi, res, de iureiuran. Id quod proxime accedit ad id quod ex Bald. diximus, supra ver. nec omittendus est. Et huc quoque spectat quod dicemus infra in tertia limitatio.

79 Sextum, quod superioribus annectandum duximus, quod gerundiuum facit semper præsumi causam finalem Bar. in d. extrauag. ad reprimendum, in verbo, ne ex eorum absentia, col. j. dicēs id probari in l. j. §. j. ff. de dolo. in diffinitione, doli, & in l. j. ff. de tute. in diffinitio. tutelæ. Bal. in l. id quod pauperibus, col. j. ver. iuxta hoc est sciendum vbi id declarat, C. de episc. & cler. Alex. in addit. Bar. in l. 2. §. vlt. ff. de de donat. Io. Plat. in §. j. vers. & sic habes, Instit. de actio Ang. Aret. in rub. eiusdem titu. col. 2. vers. ex qua etiā not. & ibi quoq; Ias. col. 14. in paruis, vers. aduertendum tamen est, & Hier. Grat. cons. 124 cum hæc causa, col. 2. nu. 18. lib. j.

80 Et hoc confirmatur, q̄ gerundiuum importat necessitatem glo. & Bal. in rub. ff. de eden. Odofr. in rub. C. eo. tit. Bal. in rub. ff. de lib. & posthu. vbi Bal. dicit q̄ importat formam, & Ang. in l. j. in princ. eod. tit. vbi dicit q̄ importat necessitatem causatiuā, Mari. Soci. Senior, in c. j. in fi. de mutu. pet. de quo tñ, quia id ppetuū nō ē, vide Ale. & Ias. post alios antiquiores, quos citāt, in d. rub. C. de eden. & Sal. in l. j. vers. quæro ab extra, C. de his qui latron. occul. vbi & alia multa dicit de vi & natura gerundiui.

81 Sed vtcunq; sit de ea re, tñ eam sententiam principalē fulcit, quod gerundiuum conditionē facit ex multorum sententia, quæ si vera est, huc admodū pertinet, quia conditio denotat causam finalē, vt diximus supra ver. secundum q̄ ex supradictis, sed nec hoc quoq; perpetuū est, vt s. gerundiuum faciat conditionē, sed tum demū, cum iungitur verbo futuri temporis, vt videre licet ex Bar. in l. si tu, ex parte, ante fi. & ibi Fran. Aret. in 2. not. ff. de acq. hered. & eodem Bar. in l. j. col. vlt. vers. octauo quæro, ff. de cond. & demonst. Bal. in l. falsus, col. 3. vers. & not. hic in dictione, C. de fur. Corne. cons. 90. in causa vertente, col. 2. vers. quia gerundiū, lib. 4. & cons. 143. licet in hac consultatione, col. 3. ver. illud. n. gerundiuum, eo. li. 4. & Feli. in c. exceptionē, col. 4. ver. noto q̄ illud, de except. Io. Pla. & Ang. Aret. vbi supra, Philip. Dec. cons. 433. visa copia, col. 2. vers. non obstat quod secundo.

82 Septimum, dictio, quia, denotat causam finalem, Bald. in l. j. col. j. per glo. ibi, in verbo, occupati, ff. de feri. in j. lect. & in l. j. col. 2. vers. & nota. q̄ cā, C. de fal. cau. adiec. Verum Imo. in l. 2. §. vlt. col. j. vers. item adde ei, ff. de donat. nulla Bald. mentione facta contrarium tenuit, videlicet, q̄ causa expressa per hanc dictionem, quia tam in cōtractibus quàm in legatis non præsumitur finalis, nisi fuerit obligatoria, vel accessoria causæ obligationis, vel nisi ex illa speretur, lucrum, vel euitatio dāni per ea quæ nota. Bar. in l. damus, ff. de cond. indeb. & in l. cum tale, §. falsam causam, ff. de cond. & demonstr. & in l. j. C. de fal. cau. adiec. Sed tu hic oīno, vide ipsum Bart. in l. demonstratio §. quod autē. col. 2. in 2. quæst. penē per totam cā quæsti. ff. de cond. & demonstr.

83 Ego vero cū Bal. sum huius opinionis, vt hæc dictio, proprie significet causam propriam, & sic finalem, cum nulla dictio sit magis finalis, quàm hæc, vt etiam patet ex no. à Car. Flor. in c. quia propter, in j. not. de elect. & in c. verum, post princ. de cond. apposit. Nisi tñ aut natura, siue subiecta materia, aut aliud quinnam ex his quæ diximus, aliud suaderent, vt bene inter ... ipse Car. Flor. in c. quia circa, in fi. de consang. & af nit. nam semper & vbiq; naturam negocij siue subiectam materiam inspicere debemus, vt late diximus, & probauimus, in reper. l. si vnquam, in verbo, reuertatur, nu. 37. & alias etiam videmus & seq. & alibi sæpe in eadem glo.

84 Nec tamen omiserim quod ipse Bal. scriptum reliquit in c. quia propter, col. 4. vers. in text. ibi quia, de elect. q̄ huiusmodi, dictio quia, est redditio causæ vt not. in l c. si is qui animo, ff. de acquir. pos. Et qñ, ait, ponitur, à l. præsumitur finalis, vt not. in d. l. cū tale, §. vlt. ff. de cōd. & demōst. li vero profertur ab hoīe, & tunc aut est necessaria vt rō quæ redditur, à teste, & tunc præsumitur finalis, c. cum causam, de testib. aut est voluntaria, & præsumitur, impulsiua, vt in l. 2. §. vlt. ff. de donationibus.

85 Octauum quod in gratijs & priuilegijs in dubio, oīs cā præsumitur impulsiua, potius q̄ finalis. id enim voluit Bal. in c. decet, & ibi eius autoritate Philip. Fran. ante medium, vers. & dicit hic Bal. de reg. iur. lib. 6. per not. in l. 2 §. vlt. ff. de donat. Circa quod & tu vide, quæ nos late scripsimus supra in hac eadem limita. vers. incip. hęc tamen prima, cum multis sequentib,

86 Nonum, quod & ex præcedentibus, depromitur, q̄ causæ, quæ cohærent dispositioni, & quæ inspecta iuris dispositione inducunt, & arctant, ad ita disponendum, dicuntur finales, hanc enim veluti regulam ponit Soc. cons. 159. in præsenti consultatione, col. 6. vers. confirmantur, etiam prædict. lib. 2. & allegat d. l. j. & ibi Bart. C. de fal. caus. adiec. leg. & ipsum Bar. in l. demonstratio, falsa, §. 1. versic. tertio, quæro de effectu causæ, & de condi. & demonstr. & in l. damus, ff. de condit. indebit. & expressius Imo. in l. 2. §. vlt. ff. de donat. & in c. post translationem, de renunciat. Supra autem diximus, quando causa dicatur cohærere dispositioni.

87 Illud denique dixerim in hac tractatione causæ impulsiuæ, eam non omnino, esse superuacuam, inutilem, & inefficacem, vt quæ sufficiat ad id, vt promissio non dicatur esse nuda & sine causa, si sit causa quædam impulsiua, vt voluit Bal. in l. generaliter, col. 3. ver. quarto quæro, C. de non nume. pecu. per l. creditor, §. j. ff. mand. & le. à Titio. ff. de verb. oblig. quod dicit notandum. & Alex. cons. 76. viso libello producto, col. j. vers. ex his patet, lib. 6. & facit quod scribit ipse in l. pactum quod dotali, col. 3. in 17. quæst. C. de collatio.

88 Sed & aliud quoque non contemnendum operatur, vt scilicet præstet faciliorem causam dispensandi, vt videre licet ex c. magnæ, & ibi Panor. qui id ex eo expādit, & ad vertendū dicit, col. 2. vers. vltimo no. quod cessante, ibi, aduerte tamen quòd licet, extra de voto. Et idem voluerunt Anto. & Pan. in c. ex parte tua, col. vlt. de conuersio. coniug. per illum eundem tex. in d. c. magnę. Et id certè, maxime tibi notandum ducimus, quia multi statim prima fronte, ei sententię minime assentirentur, propter ea quæ not. in c. quia circa de consanguin. & affinit.

Secunda limitatio.

1 Secundo limita hanc nostrā regulā, quòd cessante causa cessat effectus, vt non procedat, qñ is qui ex cessatione, siue defectu causæ, cōtendit effectum cessare siue deficere, eo ipso versaretur in turpitudine, text. est nota. à paucis tñ in id priuatim annotatus, in le. cum profitearis. C. de reuo. do. vbi allegans defectū finalis causæ non auditur, si id allegando propriam quoque turpitudinem allegat, & ad hoc illum text. expressim expendit Bald. ibi.

2 Et id quidem generale est, vt non audiatur, turpitudinem suam allegans, l. transactione finita C. de transactio. l. filios, C. de reuoc. his quę in frau. cre. & l. si creditoribus C. de ser. pi. dat. man. & l. si seruus plurium, §. j. ff. de leg. j. & l. 2. ff. de condi. ob tur. can. & c. sicut, de testi. & & cap. cum super quest. de conc. præb. & c. inter dilectos, de dona. & c. nemini. 1 5. q. 3. & c. non sane, 15. q. 5. Super quo tamen, quia recipit multas distinctiones, & limitationes, vide glo. in c. inter dilectos, in ver. turpitudinem allegabat, & ibi doct. de reuo. don. & Bal. in rep. l. 2. col. 29. versi. ad solutionem istius quæst. ff. de iureiur. Panor. in d. capi. cū super, de concess. præb. Soci. cons. 154. visis instrumento donationis. colum. 3. ver. circa primum, & multis, sequ. per. 3. vel 4. colum. lib. 2. & quæ nos diximus in tractatu Retractuū, tit. 1. §. j. glo. 2. in ver. sa vendu, nu. 15. at unū

est, & gl. 18. in verbo, {Le prix que la chose,} &c. nu. 20 quantum autem, & nu. 24. sed & aliud est, & seq. & iterũ nu. 72. aut etiam nisi dicas.

TERTIA LIMITATIO.

1 TERTIO limita, vt non procedat nostra regula, quando ratio naturalis repugnaret vt cessaret effectus ob cessationem causæ, neque.n. tunc posset assumi argumentum à cessante causa, vti nec à contrario sensu, nec quoduis aliud, vt pulchrè dicitur voluisse Anto. in c. ad monasterium, col. 2. vers. venio ad ver. in refectorio, extra de stat. monach. vti refert & sing. dicit Vinc. Pallio nominatim, loquens in casu nostræ regulæ, inter cons Fran. Curt. seniotis. cons. 17. in sanctæ nomine & indiuiduæ trinitatis col. 4. ver. præterea in quantum, quamuis in meo, codice Anto. id non ita scriptũ sit. Tamen id admodũ iustũ est, & rationabile, & id expresse tenuit ipse Anto. ab illis non citatus in c. cum apostolica, col. vlt. & ibi quoq; Imo. col. 5. ver. si autem causa sit final. de his, quæ fi. à præla. sine cõsen. c. Et id confirmatur ex his quæ scripsimus supra in 1. limi. vers. incip. hæc Bar. & iterum vers. incip. quintũ ꝙ rõ, & multis seq. vsq; ad vers. finem huic rei fecero.

QVARTA LIMITATIO.

1 QVARTO limita, vt nõ procedat, quãdo sufficit, vt cã adsit certo aliquo tempore, nam si eo tempore ad fuerit, non cessabit effectus, si postea ea causa cesset, l. si quis hæredem, C. de instit. & substit. vbi sufficit conditionẽ momento temporis, quo adesse debuit, adfuisse, l. quæcunque, §. vlt. ff. de publicia. in rẽ actio, vbi sufficit possessio, momenti, quo adesse debuit, quas leges ad hoc allegat, & inducit Bal. declarando dicta Petri & Cyni, in l. generaliter, col. 3. ver. sed ego dico, C. de episc. & cler. Imo, in cle. 2. col. 2. ver. conclusionem autem. de rescrip. & Fely. in cap. cum cessante, post princ. & ibi Phil. Deci. col. 1. versi. tertio fallit, de appell. idẽ Dec. in auth. præterea, in fin. C. vnde vir, & vxor. & cons. 24. cujus factum incipit, mulier cui propter inopiam, col. 1. Ias. in l. sciendum, §. vlti. ver. ad idem facit, ff. qui satisd. cogan. & Franc. Ripa in l. ex facto, col. 4. nu. 17. ff. de vulg. & pup. & Et ad hoc quoq; allegat Imo, vbi supra, l. 3. ff. de auro & arg. leg.

2 Et ex eo dicit ipse Philip. Dec. in d. auth. præterea, & d. cons. 24. ꝙ si mulier, cui ob paupertatẽ delata erat quarta pars de qua loquitur d. auth. præterea. efficiatur postea diues, non præterea eam quartam amittit, quia qualitas, paupertatis ipsius mulieris requirebatur tempore mortis mariti: quæ cum eo tempore semel adfuerit, sufficit vt perpetuo id beneficium duret.

3 Sed & huc quoque pertinet, ꝙ si qualitas quæpiam certo tempore requiratur, satisfactum erit, si eo tempore adfuisse reperiatur, l. in delictis. §. si extraneus, ff. de nox. & & l. ex facto, & ibi Bar. in princ. ff. de vulg. & pup. & l. Titius, & ibi Bar. ff. de testam. mil. & d. l. sciendum. §. vlt. ff. qui satisd. cog. vbi ille qui quòd tempore judicij possidet immobilia, releuatur à satisdatione, & si postea desinat possidere ea bona, non tamen tenetur præstare satisdationem, quasi causa cessauerit quoniam tempus iudicij inspitur. Ex quo not. Pau. Cast. ibi quod excusatio semel concessa propter aliquam causam, quæ adest congruo tẽpore durat, quamuis causa non duret. Et quod fortius est ẽt si cesset facto ipsiusmet excusati, vt probat ille tex. vti põderat Ias. ibi, col. 2. vers. not. ex isto tex.

4 Et ex hoc quoque fit, quòd cum rescriptum Papæ nõ nisi canonico ecclesiæ cathedralis, vel similibus personis enumeratis in c. statutum, de rescrip. lib. 6. & alijs juribus dirigi non possit, Si causa per rescriptum fuit commissa canonico, qui postea desinit esse canonicus, nũ ob id cessat commissio, ẽt cessante ea qualitate, secundum pet. in l. generaliter, & ibi Bal. qui tamen declarat, col. 4. ver. ex prædictis determinatur, C. de episc. & cleri. nã vt dicit, ipse Bal. decretalis non requirit istam qualitatem adesse, nisi tempore impetrationis, vt in d. c. statutum, post princip. & ibi Io. And. in nouella, col. 5. super glo. habentib. vbi id late tractat post alios multos antiquiores ab eo citatos, & certe idem ibi ante eum tenuere Io. Mona. col. 2. vers. sed quæro aliquis tempore. & Archi. col. 3. ver. quid si causa fuit commissa, & ibi item ipsemet Io. And. in gl. ordina. in verbo, canonicis, ante fi. ibi, & si tempore datæ, & ibi quoque Pet. Anch. col. 2. vers. quarto quæro, dicitur. Domi. col. 3. super ea gl. & Phil. Franc. col. 2. super eadem glo. & præterea glo. in cle. 2. in verbo, principalis, ibi, sed quid si desijt, & ibi Paul. Eleaz. Card. Flo. col. 2. in 6, q. & Imo. qui late tractat, vers. conclusionem antẽ. Pan. in princ. & Barb. col. 7. in paruis vers. quærit vlterius glo. eod. tit. Spec. qui distinguit, tit. de iudice delega. §. vlt. quid si causa. Domi. à rota decis. 27. nota quòd vbi aliquis, de rescrip. in antiq. & Fede. Senen. cons. 32. quæstio talis est, quidã de populo, col. 2. vers. facit etiã quod not. Bal. in l. prædia, post mediũ, vers. extra quæro quid si erat, C. de fideic. Pau. Cast. cons. 288. ad primum respõdetur ꝙ à dicta, col. 3. ver. super tertio dico libro 1. Domi. in c. licet canon, in princ. col. 2. ver. primo casu de electio lib. 6. Fel. late in c. quoniam abbas, col. 3. vers. sed nunquid desinens, & ibi quoque Phil. Dec. qui hanc dicit esse cõmunem opi. & id tamen duobus modis declarat. Tu tamen vide hic Panor. qui contrarium tenere videtur, in d. c. quoniam abbas, col. 4. vers. ex prædictis videtur, mihi difficile, de offi. dele. & ante illum licet nõ alleget, Cy. in l. tutelas, ff. de cap. diminut.

5 Quin & huc quoq; nonnulli referunt quod alibi diximus, sufficere vt tẽpore delatæ hereditatis quis sit agnatus vt hereditatem ipsam nanciscatur, etiam si postea desinat esse, quia id amplius non dependet ex ea causa, l. vlti. de succes. edic. & l. vlt. ff. vnde lib. & l. cognatis, ff. de rebus dub. neque enim agnatio in acquirenda hæreditate, respicit successiuum effectum, quia vno momento, acquiritur, l. placet. de acq. hære. Hæc enim propemodum, Bald. in d. l. generaliter, col. 2. ver. in contrarium quia tex. dicit, & iterum, col. 3. ver. quandoque autem, causa finalis, C. de episcop. & cleric. & ibi quoque ante eum Cyn. post Petr. col. 1. vers. vnde quæro nunquid. & Imo. in d. cle. 2. col. 3. ver. hæc ratio concludit, de rescrip. & omnes vbique. Et hoc quoque potest pertinere ad id quod dicemus de actu consummato in 12. limitatione.

6 Nec hinc longe distat quod voluit glo. no. in l. 1. in verbo, non vlciscantur, & ibi post eum Alb. Balb. Ang. Saly. Pau. Cast. & omnes præter Pet. & Old. qui contrarium dicunt, & Cy. qui dubitat, C. in quibus causis in integ. restit. non est necess. quod cum is qui minor est tempore, delatæ, & aditæ hæreditatis non priuetur hæreditate, ob id quod mortem patris non vltus est, quia scilicet minor est per tex. ibi Certe si paulo post, & vt verbis eius glossvtar, post triduum maior efficiatur nec mortem patris. vlciscatur, non priuatur hæreditate. Sufficit enim vt sit minor eo tempore. Quod & ipsum voluit alia glo. in le. minoribus in verbo, respondere, & ibi quoque Alber. Bald. qui dicit not. col. vlt. vers. quærit glo. hic Ang. Saly. late Floria. qui ita dicit se consuluisse, Corneus etiam late Alex. Ias. & omnes etiam præter Pet. Cyn. & Pau. Ca. C. de his quib. indig. & Raph. Fulgo. consil. 52. quidam Antonius, col. 2. in 2. dubio.

7 Et quod in simili dicitur, de matre, quæ tenetur, intra annum petere tutorem suo filio impuberi, alias priuatur, eius hereditate, l. sciãt. C. de legit. hæredib. & l. oẽs. C. ad Sen. Tertullia. excusatur, tamen, si ea minor sit, cum eius maritus moritur, l. 2. C. si aduersus delic. & hæc quidem excusatio durat etiam si mater postea maior facta fuerit, sufficit, n. eam fuisse minorẽ in illo priori tempore, vt voluit Spec. tit. de in integ. rest. in prima parte (est, n. & idẽ titulus in 3. part.) §. quis autẽ, ver. sed quid si ipsa mulier & ibi Bal. in addit. illius, per glo. in d. l. 1. C. in quib. cas. restit. in inte. nõ est necessa. & idem Bal. in d. l. 2. C. si aduers. delict.

delict. & per not. in d.l.2.& in d.l.minoribus, dicitq́; se pluriēs hanc opinio. fuisse secutum ex naturali, æquitate & ibi quoq; Saly. Ang. Paul.Cast. Raph. Fulg. & alij s.al legati.& ipse Bal. in auth.si captiui, post medium,ver. secunda quęstio est C. de episcop. & cleric. dicens aliud esse in filio minore,qui non redemit patrem captiuum, & interim factus est maior,nec tamen redemit, de quo nō diximus supra in ętate cessante,vbi videbis rationem differentiæ, & idem Bald.in l.qui contra,col.j.ver.ibi quos omnes,C.de incest.nup.& in l.precibus,col.3. ver. quid ergo si tempore primo,C.de impub. & alijs, substit, vbi hanc dicicit esse communem,& secundum eam se consuluisse. Ang.in d.l.j.C.in quibus cau. restit. in integ.non est necess. Raph. Fulg. d.consi.52.in 2.dubio Pau.Castr. Alex. & Ias.in l.sciendum,§.vlt.ille in j.not.alier col. j. post princ.tertius,col. 3.nu.11.ff.qui satisd.cog.& Rom. sing. 221.tu habes,vbi & in id allegat le. qui eum maior, post prin.ff.de bonis lib. & in l.3. §.scio,ff.de min.

8 Ex quibus tamen ipse Paul. in d.l.sciendum. §. vlti.id declarat nisi efficeretur maior intra illum annum, restaretq́; tantum temporis ex eo anno,vt posset ipsa tutelam assumere, vel aliū tutorem petere.quia non fuit omnino, excusata cum toto tempore anni minor non fuerit quod & ipsum voluit Ale.in l.si cum dotem.§.si maritus,col.2 versi.& istud in terminis.ff.solut.matr.& ita intelligendus est Ang. qui contrarium prima faciem videbatur tenere eius quod supra dimus,vt scilicet mater non excusatur,& ita illum intelligit Alex.in d.§.si maritus. de quo tamen vide ipsum Alex. in d.l.minoribus.

9 Eiusdem monetæ est quod Bar.tradidit in l. si cum dotem §. si maritus,per eum tex. ver. si autem tantus, ibi, vt sanitatis nulla spes superfit,& ibi etiam Paul.Cast. circa medium,ibi,& per hoc determinat,& Alex.col.2.ver. in tex.ibi,nulla spes,ff.solut. mat.quòd si quis est excusatus à muneribus propter morbum, de cuius sanitate nulla spes erat illi semper procedit ea excusatio, licet postea præter spem conualescat,& allegat etiam Bart.ad hoc le. gen. in princip. ff.de vacat. muneri. & Paul.etiam allegat quod not.per glo.in d.l. j. C.in quibus caus. in in integ. restitu.non est necess.

10 Et id quoque quod à plerisq; scriptum est,quod si quispiam ob numerum liberorum à tutela fuerit excusatus, & postea is numerus decrescat morte liberorum, nō propterea extinguitur ea excusatio & immunitas, quam habuit, per tex.in d.l.sciendum.§.vltim.ff. qui satisd.cog.& in §.illud,in auth.const.quæ de dignita. Ita enim voluit, Ioan.And. qui dicit ita fuisse in publica disputatione determinatum,& per præstantissimos doctores consultū, in c.decet,de reg.iur. lib.6.& ibi quoque Bal. in quibusdam addition.quas fecit ad ipsum Ioan. And. & Alberic. qui id c.legit sub tit.ff.eo.tit. de reg.iur. Bar.nutans tamē in l.2.§.non solum, & ibi ipse Alb.qui eum §.legit cum princ.l.2.ff.de excus.tut.per tex.in d. §. non solum.ipse Albe.in l.si vnquam,col.2. ver.item in excusatione. C. de rei vend.per tex.in d.l.2.§.oportet.ff.excus.tut.Fulgo. d.cons.52.quidam Anton.col.2.ante fin.1mo.consil.77. visis ac ponderatis in 3.dub.Martin.Laud. in tractatu de fisco,conclu. 198.habens priuilegium.vbi ita dicit se consuluisse. Io.Ana.cons. 105.eodemque vlt.circa dubium oblatum. Socin. & Iason late in d.l.sciendum. §. vlti.ille col.j. vers. secundo inducitur,hic col.2. verlic. not. ex isto text.ff.qui satisd. cog. ex quibus Soci. dicit hanc esse communem opinio.nec ab ea in iudicando & consulendo esse discedendum. Philp.Dec.in d. auth. præterea, ad fin.C. vnde vir. & vxor. & in l. vlt. in princip. ff.si cert. pet. & l. in omnibus,column.vlt. ff.de reg.iur. & in cap. cum cessante,colum. j de appella.vbi id dicit not.&. dic. cons. 24.col.2.vers.quinto accedat.Hippo. Marsil. in l.si redhibitus,col.j.ff.quod de quæst.Franc. Ripa.in l.ex facto, col. tertia, ver. præmissa faciunt.ff. de vulga. & pup.

11 Verum ipse Alex.in addittio.Nic.Neap.in d.l.2. §.nō solum ff.de excus. tut.dicit,ꝙ licet id sequeretur & consulendo & iudicando,tamen contrariam opinio. esse veriorem,& in eam sententiam factum fuisse statutum Bononiæ,vt scilicet decrescente numero liberorum cesset priuilegium immunitatis,nisi unus tantum fuerit mortuus.Sed & in additio.Bar. in d.§.non solum, & etiam in d.l.si cum dotem.§.si maritus col.ij.ver.secundo adde,& alijs multis seq.ff.solu.mat.palam illam opinio.reprobat, & vbique multas rationes adducit,quas tu videre poteris Sed quibus respondet Ias.in d. l. sciendū. §. vltim. vti etiam illic videre in promptu est,ne hic ea omnia repetendo,diutius te detineam.

12 Vt tamen,non omiserim pro priori illa opinione vltra ea quæ allegari solent,benefacere tex.in l.2. §. qui ad munera.ff. de vacat.muner. vbi qui vocantur ad munera,viuorum se liberorum numerū habere, tempore quo propter eos excusari desiderant, probare debent, numerus enim liberorum postea impletus, susceptis antea muneribus non liberat,& ibi glo.allegat alios text. concordan.Ex quo sequitur, vt nec numerus postea deficiens, tollat immunitatem iam acquisitam ex eo tempore quo requirebatur hunc numerum adesse, vt idem operetur propositum in proposito,quod oppositum in opposito, l.vlt.§.si filius.ff. de leg.3. & c.vlt.de consuet. & ad hoc illum text. expendit Franc.Ripa,in d.l.ex facto, vbi supra,de vulg. & pupil.

13 Sed eam tamē priorem opi.& alia similia intellige procedere in tutela,aut alijs muneribus iam ordinatis, & cōsummatis,verbi gratia,si quis habens 12.liberos est statuto sit exemptum à datijs,certè si cum datię erant ordinatæ,cumq́; dies partim cesserit partim non cesserit, & ita nondum erat prorsus, consummatæ, ex duodecim liberis vnus aut duo moriantur,nihilominus pater erit prorsus, ab illis exemptus, inspecto initio,quo immunitas incipit habere vim suam,l.incola.ff.ad municip.nō autem à futuris nondum ordinatis,si res peruenerit ad casum à quo non potest incipere.l.Titia Scio.§.vsuras.ff.de leg.2. Et ita in specie consuluit Bald.consi.117. verba domini. ita dicunt,lib.j.& eum nuncupatim refert, & sequitur, Franc. Rip.in d.l.ex facto,col,3.nu.17.in fin.ff.de vulgár. & pupillar. substit.

14 Quinetiam in illa ipsa specie excusationis à tutela ob numerum liberorum, vt scilicet semel excusatus, à certa tutela,quæ iam cesserat,ob eum numerum liberorum, perpetuo maneat, excusatus (etiam mortuis postea liberis) ab eadem tutela, non etiam alijs quæ post mortem liberorum superuenerunt,vti uoluerunt nonuulli, quos, citat Ioan. And.In d.cap.decet,quos tamen ipse non sequitur. sicuti nec facit Soci. in d. l. si cum dotem.§. si maritus.ff. solut. matr. Sed id tamen placuit Philip. Franc.in d.c.decet & non obscurè Bart.in d. l. 2. §.non solum. ff. de excusat. tutor. & plerisque omnibus, qui hanc rem, tractarunt.Et hoc mihi verius videtur,ad quod & tu vide quæ dicā infra in 12. limi.versic.incip. intellige secundo.

QVINTA LIMITATIO.

1 QVINTO limita nostram regulam, vt non procedat, quando tractatur de lucro captando,siue quærendo,quia tunc per cessationem causæ,siue rationis non disceditur, à verbis legis,aut alterius dispositionis,ex sententia Bart. in l.omnes populi,col. 18. vers.secundo quæro an statuta.ff.de iust. & iure,per tex.in l.si prospexit.ff.qui & à quibus,vbi idem sentit ipse Bar.& similiter in l. adigere, §. quamuis ff. de iur. patr.& eum ex primo loco refert, & sequitur Maria.Soci. Senior,consil.omnium.j.in casu supra narrato,col.vlt.

2 Sed tu hic omnino vide Feli.in c.si quando,col.8. ver. sed videtur mirabilis, extra de rescript. & quæ nos late, scripsimus supra in cessante ratione legis versicul. incip. intellige secundo & multis sequ. ex quibus facile intel-

liges, quid hic dicendum sit, neq; enim repetēda visa sunt quæ alibi diximus præsertim in hoc ipso opere.

SEXTA LIMITATIO.

1 Sexto limita, vt etiam non procedat nostra regula, quando causa est duntaxat probabilis, non necessaria, tunc, n. ea causa cessante, licet etiam sit finalis, nō cessat effectus si ue dispositio, vt eleganter scribit Bal. in l. j. col. 5. ver. itē an cessatio. ff. solu. matr. per d. l. prospexit. ff. qui & à quib. loquitur tū ipse Bal. cum ratio. vel cā non est expressa, sed venit interpretatiuè ex alia dispositione licet eum simpliciter, sine ea declaratione sequitur, Maria. Soc. Senior, d. consi. j. vbi supra in præceden. limit. Et ad hoc bene facit quod Iaco. Bell. in l. secunda. §. vltim. ff. de dona. affert Alb. in l. generaliter, colum. 2. ibi si autem cessat culpa, C. de episcop. & cleric.

2 Et quod alias in vniuersum causa siue ratio aut etiam argumentum probabile, & non necessarium non concludit necessario, vt videre licet ex no. à glo. & alijs, in l. si de interpretatione, ff. de legib. & in l. j. C. eod. tit. Bartol. & alijs in l. j. ff. si cert. pet. Bald. in auth. conuenticula, col. 2. vers. item est argumentum, C. de episc. & cleric.

3 Glossa aūt in l. non omnium, ff. de legibus, dicit q͂ rō debet esse talis, quæ sit necessaria. Sed & alia glo. in le. si cū exceptione. §. post annū, in verbo, & rei habet. ff. quod met. caus. specialius dicit, q͂ rō debet esse necessaria, nedū probabilis. Et deinde dicit, tū demū necessariā rationem, cum lex deficit ipsa deficiente, & cum eadē locum habet tum ipsa rō locum quoq; habet quæ res proxime spectat ad hanc nostram limitationem.

SEPTIMA LIMITATIO.

1 Septimo limita, vt non procedat quando ratio, siue causa cessat in singulis quibusdam personis tantum, verū tamen verificatur, vt in pluribus, nam eo casu non cessat, effectus ex cessatione causæ siue rationis in illis singularibus, vt pulchre voluit Bald. qui quoquo te vertas, illum vbiq; reperies, in l. j. col. j. ver. in ea glo. ibi sed impulsiua, ff. de ser. in j. lect. per tex. in l. iura. ff. de legibus.

OCTAVA LIMITATIO.

1 Quin generaliter, & hæc erit pro OCTAVA LIMITATIONE, cessante causa in vna persona, non cessat effectus in alijs personis, per tex. in l. Lucius. §. quisquis. ff. de lega. 2. & in l. vnum ex fratribus. ff. de condi. instit. & not. glo. in c. & si Christus in verbo cessante, & ibi quoq; Bal. colum. vltim. vers. dicit glo. quod cessante, de iureiur. & idem Bald. in d. l. generaliter col. 3. vers. sed in dubio, C. de episcop. & cleric.

2 Et huc pertinet q͂ generaliter dispositionis loquentes de quibusdam personis ad alias non trahuntur, l. si vero, §. de viro. ff. solut. matr. Et ita quidē, vt si alias extēsio fieri possit ad aliū casum, ex certa quadā rōne, videlicet, ex præsumpta mēte disponētis, secundū not. in l. tale pactū, §. vlt. ff. de pactis, & in l. Titius, §. Lucius. ff. de libe. & posthu. Id tū non fit de vna persona ad aliā ēt in fauorabilibus, per l. si quis ità §. si quis cū ignoraret, ff. de test. tu. & id voluit, Raph. Cu. in l. cōmodissime. ff. de lib. & post. Frā. Aret. & Ias. in l. Gallus, §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. cum alijs multis concord. adductis à me in repe. l. si vnquam. in verbo, literis, nu. 28. incip. idq; maxime, & duobus seq. C. de reuoc. donatio.

NONA LIMITATIO.

1 Nono limita, & idem propemodum est cum duabus præcedentibus limitationibus, vt hæc nostra regula procedat in ratione generali, quæ, s. consideratur in sua generalitate, i. in generibus singulorum, nō in singulis generum. licet enim in aliquo casu singularissimo cesset ratio, legis, non tamen cessabit lex, Bal. in l. non dubium, colū. 2. vers. sequitur videre de interpretatione. C. de legibus, ita intelligens d. l. prospexit, ff. qui & à quibus. & sequitur Pet. Anch. in c. j. char. 9. vers. circa secundum articulum, de constit. & Alex. cons. 32. clarissime domine, col. 2. ver ad idem benefacit lib. 7.

2 Sed id non placet Feli. doct. certe celeberrimo, in d. c. si quando, col. 8. vers. considera secundo verba, extra de rescr. neq; enim, inquit, Iustum est, vt in illo casu quāuis, singulare cessante rōne legis lex ipsa affligat, ita, n. loquitur. Sed tu tamē hic vide, quæ diximus s. in j. limita. vers. incip. tertium, quòd cum lex & se.

DECIMA LIMITATIO.

1 Decimo limita, vt hæc nostra regula non procedat, quando in causa, siue ratione ponitur dictio forte, aut similis, ex sententia glo. in cle. j. in verbo, forte, aut vt alij, collocant eam glo. in verbo, appellandū, de appellat. quæ quoniam text. dixerat, quia forte de facili eorum præsentia simul haberi non possit, dato ergo, inquit, q͂ haberi, posset eorum copia locus esset ei quod hic dicitur. Et eā glo. sequuntur doct. ibi, magna ex parte, ex hoc dicentes, eam dictionem, forte, denotare causam impulsiuam, non finalem: vti videre poteris apud Card. Flor. post antiquiores ibi, col. 2. in 22. quæst. & Imo. col. 3. ver. gl. forte quærar. atq; etiam Anto. in c. quoniam. §. nisi forte, col. vltivers. quæro qualiter probabitur, & ibi Pan. co. 6. qui cum §. nisi forte legit cum prin. vers. quæro quid si non facta extra vt lite non contesta. per eum text. in verbo, ne forte hoc procuret. Imo. in l. gerit col. 2. ver. nec obstat prædictis. ff. de acquir. hæred. Alex. qui illam glo. dicit not. in l. ratione, la, j. §. quod vulgo, col. 8. vers. in ea ibi: §. si vero non fecerit, ff. ad leg. Falcid. vbi ex hoc reprobat deci. Bal. in l. filium quē col. pen. ver. & quia de inuentario, C. famil. ercisc. & eūdem Alex. in l. j. §. si is qui me. col. j. ver. ratio autem qua mouetur, & ibi Ias. qui tamē id declarat, & eam glo. dicit sing. col. 2. ver. & si tu subtiliter diceres, ff. ad Sen. Trebel. Barb. in repet. c. Raynaldus, col. 44. ver. ponderandum est, rursumq; col. 52. ver. vnde pondero illum text. de testa. vbi per eam glo. dicit q͂ causa in qua apponitur hæc dictio, forte respicit factū, hue facti accidentia, & non iuris dispositionem, Feli. in c. a, col. vlt. versi. primo q͂ vbi lex, vt lite non contesta. Ias. in l. si pecuniā, col. 6. ver. item nota, quod vbicunq; ff. de cond. ob cau. & in l. in substitutione, col. 2. ver. vlti. circa distinctionem. ff. de vulg. & pupil. & in l. si ex falsis, col. 2. 5. not. C. de trāsact. & in §. æquē, si agat, col. 7. in paruis, nu. 27. Instit. de actio. Et hæc certe limitatio pertinet ad primam illam limitationem, qua tractauimus de causa impulsiua.

2 Quod si alia quædam scire cupis de vi & natura huius dictionis, forte, forsan, fortasse, fortassis, quæ sunt eiusdē significationis, vt id obiter dicam, vide glo. in l. mutus, in verbo, forsitan, ff. de procurat. & in l. si duo, in verbo, fortasse. ff. de recept. arbit. & in l. j. §. j. in verbo, nisi forte, & in gl. seq. ff. de rei uen. & in l. in cōmodato. §. sicut, in verbo, peritura. ff. cōmo. & in d. l. in substitutione, in verbo, nisi forte ibi Bal. in fi. Ang. etiā in fi. Raph. Co. Imo. co. j. Alex. late co. itē j. & la. latius, col. quoq; j. ff. de uul. & pup. substi. & glo. in c. super literis, in uerbo, nisi forsan, & ibi Barb. char. antep. uers. uenio, ad gl. in uerbo, forsā, & Aug. Bero. nu, 74. de rescri. & glo. in c. tuæ, in uerbo, si forsan de procurat. & in c. nisi cum pridem, in princ. in uerbo, forsan, de renuntia. & in c. 2. in uerbo, propter cōtumaciam, & ibi Host. & Io. And. utrunque in uerbo, forte Car. Flo. in 3. not. Ant. paulo ante fi. & Pan. in fi. & Felin. col. pen. uers. ultimo dum dicitur, usque ad fi. illius ca. ut lite non contesta. & glo. in c. 2. in uerbo, forte, & ibi Hostiens. in eodem uerbo, Ioann. Andr. ad fin. Cardin. Flor. in. 4. not. Imola. columm. j. in ulti. not. & Barba. colum. 5. uer. & not. etiam ex ista extra de testament. & glo. in cap. ex parte, in uerbo, ne si forte, post princip. & ibi Anto. uer. oppono quod omnino, & Panorm. circa medium, de celebra. missar. & glo. in cap. tua nos in uerbo, forte, & ibi, Inno. in princ. de sponsali. & glo. in cle. 2. uers. denique, in uerbo, forsan, & ibi Card. Flo. in princ. de senten. & re-

iudic.

iudic. & in c. admonere, in verbo, si forte, 33. q. 2. & in ca. quoniam, in verbo, si forte, de pœniten. distin. 1. & Spec. tit. de alleg. & disputa. aduocat. §. post hoc autem, ver. vel in principio, ibi, item dictio, forte. Alb. in suo Lexico, in verbo, forsan, forsitan, fortasis & fortasse. Cardin. Flor. in cap. 1. col. 1. in 5. not. de postulan. Barb. in rep. ca. Raynaldus, col. 2. versi. & si quispiam dixerit, de testa. Steph. Maleret. in tract. de elect. char. 13. col. 2. versic. & quia de verbo, forte.

3 Vt interim non omittas illud D. Io. ca. 8. si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis, quam eandem sententiam c. 14. sine dictione dubitatiua posuit. Si cognouissetis me, & patrem meum vtiq; cognouissetis. In quo, illud notandum, interpretem in priore loco coniunctionem, &, vertisse in forsitan: in posteriore, in vtiq;. Augustinus autem in priore loco monet illud forsitan, non esse dubitantis, sed increpātis, quod nos lectores admonere voluimus, quia omnes ferè nostrates supra citati hunc locum adduxerunt, nec tamen id dixerunt.

VNDECIMA LIMITATIO.

1 VNDECIMO limita nostram regulam, vt nō procedat vbi ius iam esset alicui quęsitum ex causæ existentia, vt ita loquar, nam licèt causa ipsa posteà deficiat siue desinat, ius tamen illud quæsitum retinetur, vt per l. si post mortem. §. j. & l. non putauit. §. sed si post mortem. ff. de bon. posses. contra tab. & l. cum vxori. C. quando dies leg. ced. & c. ab eo, de electio. lib. 6. & clem. constitutionem. col. pe. 1 si eo. tit. voluit Ioa. And. in c. decet, col. 3. versi. & idem in simili b. de reg. iur. libr. 6. & Bald. in l. si filiam. ff. de Senat. in 1. lectur.

2 Ad quod etiam facit, quod scribit Bal. in l. generaliter. col. 3. ver. ecce aliud exemplum. C. de epis. & cler. ꝙ cum restitutio in integrū acquiratur in primo instanti & momento læsionis consummatæ ob absentiam, licèt postea cesset ea absentia, ob quam cōpetebat eadem restitutio, non tamen cessat ea restitutio, iam quæsita, per l. quod tēpore. C. de restit. milit. & l. vlti. §. sed quod simpliciter. ff. eo. tit. & idem, propemodum dicit Cy. post Pet. in d. l. generaliter. faciuntq; alia multa quę dicam in seq. limita.

3 Sed hoc tamen intelligendum est, qn̄ illud quæsitum fuit de iure cōi, secus si quodam iure irregulari siue extra ordinario & speciali fuerit quęsitum, nam tunc illud ius cessat cessante causa ipsius, vt pulchrè voluit Bald. in l. si pro ea, col. 3. in 8. quęst. C. mand. quod dictum pro non teneret & sequitur Philip. Fran. in c. cùm cessante, col. 1. vers. secundò conclusio limitatur, extrà de appel.

4 Nam vt dicit Bal. vbi suprà, facilius tollitur priuilegiū siue ius extraordinarium, & speciale, quàm ius commune. Leius militis. §. 1. & ibi gl. quæ id not. in verbo, quocunque modo, & l. antiquæ. C. ad senatus. Vell. & l. si quā do. in princ. C. de inoffi. testa. & ibi Bar. Bal. & Ang. ff. de milit. testa. & §. quia verò verisimile, in fi. in auth. de non alien. reb. eccles. & id quoq; voluit gl. in l. 2. in verbo, interpretari, & ibi Bart. col. 1. ff. de consti. princ. & gl. vlt. in l. 1. ad fi. C. si aduers. venditio. & in l. j. in gl. vlt. versi. item quartò, quia faciliùs. C. si de momen. poss. & in l. assiduis, in verbo, licèt anteriores sint, paulò antè medium. C. qui potior. in pign. hab. & in l. si quis extraneus. in prin. & ibi Roma. in fi. ff. de acquirend. hæred. Alber. in l. qui per salutem. in fi. ff. de iureiuran. Bald. in c. post translationem, col. 2. ver. quæro vtrum cessante, de renuncia. Rom. in l. sciendum, colū. 2. ver. restat respondere. ff. qui satisd. cog. Et addit ipse Bal. in d. l. si pro ea, facere no. in l. ad compa-randas, in fi. C. mand.

DVODECIMA LIMITATIO.

1 DVODECIMO limita & generaliùs, vt procedat hæc regula, cùm effectus causæ cesset iam consummatus & perfectus, & vt nostri loquuntur in esse productus, per l. vlt. in princ. ff. vnde lib. & l. inter stipulantem, §. sacram, in illis verbis, nec reuocantur in obligatione & ibi Iasōn 4. not. ff. de verb. oblig. & l. patre furioso. ff. de his qui sūt sui vel alie. iur. & l. qui res. §. aream. ff. de solu. & l. tutelas, in prin. ff. de cap. dimin. & c. quæris, & ibi gl. in verbo, cō trahatur, de consecra. dist. 4. vbi obligatio semel extincta propter aliquam causam extinguentem, non conualescit cessante ea causa, & c. de bigamis, extrà de big. ex quo notat Anto. in 2. locis ꝙ cessante causa efficiente non cessat effectus iam impressus. c. sanè, de renun. ex quo etiā not. idem Anto. post princ. perempta causa non perimi effectum iam in esse productum. & ca. vlt. de offi. leg. ex quo not. Imol. in 2. not. ꝙ extincta causa non perit iuris effectus in esse deductus, secus si sit in fieri, vt ipse loquitur & res sit integra.

2 Et ita quoque, vt scilicet non cesset effectus consummatus per cessationem causę voluit Cy. in l. generaliter. col. 2. ver. in contrarium quia lex dicit, & ibi Bald. col. 3. ver. item exemplum de causa, & iterum ver. quandoque autem causa finalis. C. de episc. & cler. Bart. in l. 2. §. vlt. ad fi. ff. de don. & in l. pluribus. §. & si placeat, ad fi. ff. de verbo. oblig. bona pars Canonistarum in c. post translationē de renuntia. Bald. in l. vbi, col. pen. vers. formatur etiā alia quęstio. C. de iure dot. & in l. 1. col. 2. ver. priuilegia autē. ff. solu. matr. vbi & alia iura allegat, & in c. & si CHRISTVS. col. vlt. de iureiur. Alex. in addit. Nicol. Neap. in l. 2. §. non solùm. ff. de excus. tut. Cor. consi. 24. omisso primo dubio, col. 5. ver. nec obstat ꝙ in secunda. lib. 3. Soc. consi. 81. non est dubium, col. 4. vers. nec obstat nunc, lib. 3. Philip. Dec. in l. 1. col. antep. nu. 79. ff. de offi. eius cui manda. est iurisdi. & in c. quæ in ecclesiarum. col. 7. ver. sed aduertendum est, de constit. & in c. cum cessante. col. 1. vers. secundò conclusio limitatur, de appellatio. & consi. 24. cuius factum incipit, mulier cui propter inopiam. col. j. ver sic. tertiò suadetur ex eo. & consi. 31. cuius superscriptio est, quando valeat renuntiatio. col. vlt. ver. tertiò non obstat, vbi ex hoc consuluit in pulchro casu. Franc. Balb. in tract. præscriptio. in 3. parte princ. in 9. quæst. in fin. Franc. Ozer. in §. 1. nume. 5. per eum text. Instit. de exhæred. libero. Franc. Curt. Iunior, in le. 2. col. 9. num. 78. C. de edē. & Hierony. Grat. consil. 63. visis elegantissimis. col. pen. num. 37. lib. 2. 2

3 Propterea dicit gl. not. in c. in argumentum. de reg. iur. lib. 6. ꝙ ista regula procedit circa facta non facienda. Bal. autem in d. le. 1. §. 1. in fin. ff. de offi. eius cui mand. est iuris. scribit cessante causa priuilegij non cessare priuilegiū, quod retro fortitum est effectum. & sequitur Ias. in d. l. si filius à patre. §. 1. colū. 2. vers. limita istam regulam. ff. de liber. & posth. quo etiam loco ipse Bald. Ang. & alij, tradiderunt, ꝙ si aliqua terra exiuit de obedientia domini, & ob id fuerit bannita, licèt posteà ad obedientiam redierit, non tamen per hoc remittūtur banna, nisi id expressum fuerit, quod tamen pugnare videtur cum eo quod diximus suprà banni causa cessante.

4 Et huc quoq; spectat quod ab ipso Bald. proditum est (nam is vbiq; in omnibus quæstionibus & dubijs reperitur, adeo fœcundus est) in l. Titius, quæ est pen. per illū tex. ff. de excusat. tutor. ꝙ si testator reliquit vxorem suā vsufructuariam bonorum suorum, donec castè vixerit, ea autem primo anno pudicè vixerit secundo autem impudicè, ob quod legatum illud suum amiserit: deinde verò ad castitatem redierit, nō per hoc recuperat legatum, quo iam per impudicitiam decidit, quod nō ob aliud est, quàm ꝙ effectus impudicitiæ consummatus est.

5 Ante hūc & cæteros illos Spec. ille quem omnes vbiq; miris laudibus extollunt, in tit. de prob. §. j. vers. circa nouale, illud tradit, ꝙ nouale tandiu durat, quādiu à primis religiosis detinetur: ꝙ si ad alios peruenerit, desinit esse nouale, per c. vlt. de priuil. nec si ad primos illos redierit, recuperat illam nouałitatis vt ita dixerim, qualitatē, per tex. in d. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig. suprà in prin. huius limit. allegatum.

6 Ex hoc quoq; albo illud est, ꝙ id quod dicitur. perempta instãtia perimi omnes effectus eiusdẽ, intelligitur in effectibus iam consummatis per litis contestationem, v. g. quis fit malæ fidei possessor ob litem contestatam, l. certum. C. de rei vendi. & l. nemo. C. de acq. posses. item perpetuatur actio, l. vlt. C. de præscrip. 30. vel 40. anno. item res efficitur litigiosa, auth. litigiosa. C. de litigios. Certè hi effectus, & si qui alij sint similes, non perimuntur perẽpta instantia, cùm sint (vt diximus) consummati, ita voluit Pan. in c. causam quæ, col. vlt. ver. sed circa hæc secundum recentium, extrà de testib. sed tu de hoc vide glo. & doct. in le. 2. C. de fruct. & lit. expens. & in c. significauerunt, de testib. & in l. properandum. §. 1. C. de iudic.

7 Sed & eo spectat, ꝙ cùm per superuenientiam liberorum ipso iure reuocetur donatio, per l. si vnquã. C. de reuocan. dona. certè si liberi nati ob quos ea reuocatio facta fuerit, postea moriantur, non tamen cessat reuocatio, cũ per eorum natiuitatem continuò ipsius effectus, id est, ea reuocatio fuerit consummata. Ita enim voluit, illam ipsam rationem ad hoc adserens Alb. in di. le. si vnquam. & Bart. in l. Titia. §. imperator, col. vlt. ver. pone quòd filij. ff. de leg. 2. & alij multi, quos tibi longo ordine enumerauimus in repe. l. si vnquam, in verbo, susceperit liberos, nu. 203. inci. & ne post tot tantasque.

8 Et illud quoq;, ꝙ si mater, quæ tutrix erat filiorum, transiuit ad secũdas nuptias, ob quod priuata fuerit ea tutela, & postea soluatur secundum illud matrimoniũ morte mariti, non reassumit eandem mater tutelã, sed manet perpetuò priuata: cùm effectus priuationis fuerit statim consummatus, quàm ad secundas nuptias conuolauit, vt satis declarat tex. in §. quia verò, in illis verbis, mox vt secundas nuptias contraxerit, in authẽ. sit siue prohibitio. matr. & aui. Ea enim dictio, mox, ostendit priuationẽ esse factam ipso iure, ex sententia gl. in §. 1. in verbo, imminere, & ibi Bart. & Ang. in authẽ. de incest. nup. cum alijs multis similibus à me collectis in illa repet. l. si vnquam, in verbo, reuertatur, nu. 209. incip. 27.

9 Et ita, vt scilicet mater illo casu nõ recuperet tutelam filiorum, voluerunt Cy. qui tamen id declarat, in authen. mat. & auiæ. col. vlt. ver. octauò quæro, & ibi etiam Alb. col. 3. ver. item quæro, & Ang. qui & ipse declarat, col. vl. ver. vltimò scias. C. quando mul. tutel. offic. & Hippoly. Marsil. qui id dicit not. in l. etiam si redhibitus, col. 2. ver. patet etiam hoc. ff. de quæstio.

10 Nã & quod plus est, si mater declarauit, se velle nubere, ideoq́; priuetur tutela, & alius tutor sit datus: nõ eam reassumit, ẽt si postea nolit nubere, Bal. in d. l. cũ ancillis, col. 2. ver. item collige argumẽtũ. arg. illius text. C. de incest. nup. & in l. imperialis, in fi. prin. ẽt per eum tex. C. de nup. & in l. omnẽ, col. j. C. ad Sen. Tert. & con. 423. datalis Abrami, in fi. lib. 2. & alibi diximus pleniùs in nostris cõsuetudinibus Pictonũ, nam & hoc quoq; casu ipso iure amittit tutelam, vt etiam probatur in d. §. si verò.

11 Adde & illud quod huc proximè accedit, ꝙ nonnulli assumũt ex tex. in c. cõstituit, iuncta glo. in verbo, qui ex Iudæis, 17. q. 4. ꝙ infamia remanet apud infamẽ, etiam extincta infamiæ causa. inter quos est Hippol. Marsil. sing. 107. versi. & quia vt nostri. Quanquam nec ille text. nec gl. illius illud adeo specialiter dicunt, sed id tantum, vt sicut Iudæus non potest ad publica officia admitti, ita nec qui ex Iudæo Christianus nouiter factus est. & ita cũ gl. intellexit Archid. ibi. & Rom. qui sing. dicit sing. 72. nũc veniamus ad lucrum, versi. sed quid de eo. Io. Ana. in c. cùm sit, col. vlt. versi. vltimò quia tex. & ibi Fely. col. j. d. Iudæis: & idem Fely. in c. etiam te, col. 8. versi. limita secũdò, de rescript. & ipse Hippol. sing. 179. viget communiter statutum, col. 2. versi. item & facit gl.

12 Verũ facilè crediderim infamiã iã contractã nõ aboleri sublata causa ob quã cõtracta est, cu iam effectus consummatus sit, nec quod factum est infectũ fieri non pòt, vt non sine ratione Claudius Cæsar apud Suetoniũ, cùm orantibus familiaribus cuipiam dempsisset notam, litura tamen (inquit) maneat, de quo & nos diximus in tractatu Constituti, par. 3. limit. 7. nu. 10. & illius quoq;. & vide etiam suprà versi. incip. infamiæ causa.

13 Sed quod dictũ est de Iudæis de nouo factis Christianis, id fit, quoniã verendũ est, ne adhuc restẽt quędã reliquiæ Iudaismi, donec diutissimè probati fuerint: qua rõne hi promoueri in episcopos nõ possunt, vt scribitur in prin. 48. dist. quanquam & aliæ eius rei causæ ponũtur. Et hoc quidẽ pertinet ad 16. limitationẽ, versi. incip. sed ita tñ, vbi etiam loquemur de inimico recens cõciliato.

14 Et huc itẽ referri potest, quod diximus suprà in cessatione causę exclusionis, versi. incip. quod tamen intellige, fœminam semel exclusam ob masculos, perpetuò manere exclusam, etiã si masculi posteà deficiant, cùm iam effectus exclusionis sit consummatus. Et quod pręterea diximus in 4. limit. versi. incip. quin & huc quoq;, de eo cui acquisita est hæreditas, quoniã esset agnatus tempore delatę hęreditatis, licet posteà desinat esse agnatus. Quodq́; etiam ibi diximus, versi. inc. & id quoq;, & multis seq. de eo qui excusatus est à tutela ob numerũ liberorũ, qui posteà deficit. Et quod denique dicemus infrà in 14. limitatio. de dote restituta ob viri inopiam, qui posteà diues efficitur, nam & id tribuit consummationi effectus, Bal. in l. vbi adhuc. col. 6. versi. formatur etiam. C. de iure dot. vide omnino in d. 4. limitatio.

15 Nec hinc longius abest, ꝙ generaliùs dicimus, ꝙ vbi actus est iã cõsummatus, casus superueniẽs nõ vitiat, sed tũc habet locũ ea regula, vt quę semel vtiliter constituta sũt, durẽt: licet casus extiterit, à quo initiũ habere nõ potuerint, de qua in l. in ambiguis. §. non est nouũ. ff. de reg. iur. & in c. factũ legitimè, eo. tit. lib. 6. id. n. apertè colligitur ex l. pluribus, quæ est pen. §. & si placeat, vbi Bart. & alij. ff. de verb. oblig. & pręterea voluerũt Petr. à Bel. Per. & Bald. in 2. lect. in l. patre furioso, per eum text. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Bartol. in l. ex facto, in prin. col. 2. ver. vltimò hęc lex. ff. de vulg. & pupi. de quo latè ꝑ Dyn. in d. c. factum legitimè, & Dec. in d. §. non est nouum.

16 Id quod ꝓcedit ẽt in foro conscientię. v. g. quis præscripsit rem alienã cum bona fide, pręscriptione aũt cõpleta superuenit scientia rei alienę, certè cũ effectus præscriptionis sit iã ꝑfectus, & cõsummatus, pòt hic qui ita præscripsit, iustè rẽ retinere, gl. in c. vlt. & ibi Inn. in verbo temporis, & Host. col. 2. in verbo, in nulla tẽporis parte, & late Imol. qui hanc dicit esse cõem opi. legistarum, & canonistarum. col. 15. ver. venio ad glo. vltimã, & Pan. col. 7. ver. idem sentit, de præsc. gl. in c. 1. in verbo, pellendi, de concessio. præb. Inno. in c. cura. in fi. & ibi Host. in verbo, legitimam, de iur. pat. & idem In. in c. quia plerisq; col. 1. ver. quia tutius est, & ibi etiam Pan. col. 8. ver. septima quæstio, de immu. eccl. Host. in summa tit. de præsc. rei immob. §. verùm, versi. sed quid si iam completa, vbi id probat autoritate veteris testamenti Io. Ligna. in c. vigilanti, & ibi Bal. col. 1. Car. Flo. Imo. Pan. & Fel. col. vlti. de præsc. Io. And. in c. possessor. in vlt. arti. & ibi ẽt Petr. Anch. col. 5. ver. quęro cũ debitũ naturale, & Philip. Frã. col. pen. versi. in ea gl. ibi, qui cõpleta, de reg. iu. lib. 6. Bar. non obscure in extrauag. ad reprimendum, in verbo, videbitur, in fi. Bal. in le. cum quis, col. 7. ver. post hoc scias. C. de iur. & fact. ignoran. & in c. de causis, col. 3. ver. verũ possit renuntiari, de offi. deleg. & in c. 1. col. vlt. ver. & an ius naturale, titu. de contro. inter dom. & fidel. de inuest. feud. & in c. 1. ante fi. tit. de contr. inter dom. & vas. & in c. 1. §. si quis per 30. col. 1. ver. dicit Inno. ꝙ, & ibi Iac. Alua. col. 6. versi. quæro an quando quis, & Card. Alex. in fi. tit. si de feud. fuer. controuer. inter do. & agn. & con. 195. fama viciniæ est, in fi. lib. 1. & consi. 315. ponitur ꝙ antiquitus, colũ. 2. ver. & facit ad prædicta. Rayner. in superscript. consil. Feder. Senen. 130. casus talis est, quidam testator

statur. Ioa. Fab. in §. j. col. 2. ver. quid si ea completa, Inst. de vsucap. Ang. qui id latè tractat per 5. col. postremas, in repe. l. 1. C. de iudi. Petr. Anch. consi. 170. principale contra istos, col. 2. prætereà contra Bart. est Imo. in repet. ca. vlt. col. 16. ver. venio ad gl. vlti. & mul. seq. de præsc. Pan. con. 89. in quæstione quę ad pręsens, col. 3. versi. ad idem quod not. Roma. in repe. rub. de arbit. col. 1. & in l. filiusfamiliàs. ff. de dona. & consi. 149. conclusionem primam. col. 2. versic. quintum autem, Corn. consil. 177. in hac re aliàs consului. col. 2. versi. cùm & videamus. lib. 2. Franc. Aret. consi. 92. viso legato. col. 2. ver. nec potes intelligere. Ias. in l. post diuisionē, colū. 2. ver. hinc videmus. C. de iur. & fac. igno. Philip. Dec. in auth. prætereà. col. 6. versi. vel illud dictum. C. vnde vir & vxor. & in c. j. col. 7. vers. secunda est, de const. in 1. lect. & in c. iurauit, paulò ante fi. de probati. & nouissimè Franc. Balb. in tract. pręscri. in 9. q. 3. partis principalis, vbi in hoc vtitur ea quam diximus ratione, quòd actus iam consummatus est.

17 Et è Theologis D. Thomas quolibet. 12. argu. 25. & quolib. seq. cor. 6. Scot. in 4. sent. dist. 15. Anto. Floren. in 2. parte princ. suę summæ. libr. 1. c. 7. versi. qui autem ex beneuolentia. Angel. Claua. in summa, in verbo, præscriptio. §. 46. incip. verùm tutus præscriptione. Diuus Bernard. in suis sententijs alioqui seuerior, in lib. de euangelio æterno, sermo. 32. argum. 2. c. 1. & iterum c. 3. q. 1. vbi & alios aduocat idem tenentes, vt ibi videre poteris, & Adr. Flo. qui nostra ętate Romanus Pontifex fuit, in suis quæst. in 4. senten.

18 Quanquā scio nonnullos simpliciter contrarium tenuisse, alios diuersimodè id distinxisse, vt videre licet ex gl. in c. 1. & ibi Archid. 14. q. 6. & glo. in c. si virgo. 34. q. 2. & gl. in c. vigilanti, in verbo, nouerit, de præs. Bal. in auth. ad hęc col. 3. vers. reuertor igitur ad qōnem. C. de vsur. & alijs multis quos tu citatos videbis ab Angelo in repet. d. l. 1. C. de iudi. & nouissimè And. Alcia. in multis locis, nā is semper constantissimè hanc opinionem tenuit.

19 Amplia autem hanc nostram limitationem, vt non solùm habeat locū in effectu omnino consummato, sed & inchoato, qui habetur pro perfecto, secundum l. & si nō sint. §. infecti, ff. de aur. & arg. leg. nā nec is effectus ita inchoatus cessat, etiā cessante illius causa, vt expresè per eū tex. voluit Fran. Curt. Iunior, in l. more, col. 2. nu. 12. ff. de iurisd. om. iud. Cui adde quod per illum text. in d. §. infecti, voluit Bart. in l. cętera. §. sed si parauit. ff. de leg. j. illud haberi pro completo, quod cœptum est, vt etiam voluit in l. quo minus, in 5. q. princip. non multò post princi. ff. de fluminibus.

20 Adde inquam alium tex. in l. vestimentum. ff. eod. tit. de aur. & arg. leg. cuius hęc verba sunt: vestimentum id est, quod detextum est, & si defectum non est, si sit consummatum. quod in tela est, nondum tamen prætextum vel detextum, contextū appellatur. Quem text. Nicol. Neapol. referens Iac. Aret. ibi dicit notandum ad statutum loquens de vestimento, vt habeat locum in eo quod in tela est. & illum tex. dicit sing. Barb. in clem. causam, chart. 13. in paruis, versi. sed dubium esset, de electio. & in trac. de pręstan. Cardi. in 5. q. 1. partis. col. 3. vers. & si dicatur, ad hoc vt ea quę sunt in fieri (ita enim loquitur) censētur esse in facto, & valde sing. idem Barb. consil. 57. præclarè scribitur. col. 5. vers. itē faciat quod dictum, lib. 1. & cons. 14. clementissimi, col. 2. versi. & quispiam diceret. libr. 2. de quo & nos diximus in nostris ll. Connubialibus. gl. a. nu. 7. incip. ad idem etiam.

21 Et ego certè dicam quod sentio, si aliquis sit casus, in quo id quod cœptum est, habeatur pro completo, crederem tunc sufficere esse cœptum, vt effectus non cesset cessante causa postquam cœptum esset, vt fortè in illis casibus. Aliàs verò huic sententiæ non accederē, pręsertim cū initiū ꝓ fine & cōsummatione nō habeatur, nisi certis casibus aut respectibus, vt videri pōt ex his quæ scripsimus in dd. nostris legibus cōnubialibus in gl. 2. in verbo, {en pouuoir de son mary,} vbi latè tractauimus an & quando, & quomodo sponsa habeatur pro vxore.

22 Amplia secundò vt procedat hęc nostra limitatio etiā in effectu nondum consummato, sed qui tamen consequentiam habet ab ipso actu perfecto. quod patet ex l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. dum loquitur de ijs qui nascuntur post furorem ex matrimonio contracto tempore sanæ mentis. & ad hoc illum tex. expendit Imo. in l. pluribus, quæ est pe. §. & si placeat. versi. circa tertium membrum. ff. de verb. oblig.

23 Sed hanc principalem nostram limitationem intellige tribus modis non contemnendis, primo vt procedat in causa fiendi, (sic enim mihi permitto loqui post nostrates) hac enim cessante cessat illud fiendum, non tamē idē factum tollitur: secus autem in causa essendi, qua quidē cessante non solùm impeditur fiendum, sed & factum quoq; tollitur, vt voluit Bald. in c. & si CHRISTVS, co. vlt. versi. adde quod cessante, ibi, cessante causa, de iureiu. autoritate Io. Monac. in proœm. lib. 6.

24 Intellige secundò ita procedere, vt non cesset effectus iam consummatus pro tempore præterito, sed bene pro tēpore futuro: si effectus est successiuus, per le. tutelas. ff. de cap. diminut. aut etiam si momentaneus, nisi superueniat causa infirmans, quo casu etiam cessaret effectus, per l. si quis hæred. C. de inst. & subst. per quos tex. ita voluit Bal. in c. quemadmodum. col. 2. versi. circa tacitas cōditiones, de iureiur. & Fran. Ozer. in §. supra d. col. 4. nu. 18. Instit. de milit. testa. Et hic vide quæ dixi suprà in 4. limitat. nu. 13. & 14. & quæ dicam infrà, in 23. limitatio.

25 Intellige tertiò, vt procedat hæc nostra limitatio, nisi superueniat causa retro contraria, remouens illud iā consummatum, & in esse productum: tunc enim cessat effectus etiam perfectus & consummatus: v. g. grauamen est causa appellationis, & ea quidem in esse producta confestim, ꝗ interposita est, & tamen reuocato, & ita cessante grauamine cessat appellatio, per tex. in c. cùm cessante, de appellat. vbi id expresè not. Bal. in 4. notab.

26 Intellige quartò, nisi is ad cuius commodum effectus fuit consummatus, fuerit in mora: nam tunc poterit effectus ipse cessare, cessante causa, vt patet ex l. quod tempore. C. de restit. milit. vbi si intra annum vtilem restitutio intentata fuerit, ea amittitur & cessat, & ita eum text. ad hoc expendit Fran. Ozer. in d. §. supra di. col. 4. num. 17. Instit. de militar. testa.

27 Intellige quintò, vt non cesset effectus consummatus cessante causa generali, per ca. suggestum, de decim. secus si cessaret causa specifica, nam tūc cessaret effectus etiam consummatus, vt voluisse videtur Ant. in c. post translationem. col. 4. vers. tu dic latiùs, de renuntiat. vti eum refert Imo. ibi, col. 6. nu. 41. vbi tamen hoc 2. membro non ei accedit, per tex. in l. vlt. ff. vnde liber.

28 Denique quantum ad hanc limitationem pertinet, si quis scire cupiat, quando actus, vel effectus sit consummatus vel perfectus, vt sit vel non sit locus huic limitationi, legat Franc. Aret. post alios in d. le. pluribus. §. & si placeat, colum. 2. versic. attende quia quo ad solam mentem. ff. de verb. oblig.

DECIMATERTIA LIMITATIO.

1 DECIMOTERTIO limita principaliter hanc nostrā regulam, vt procedat in causa cessante, prout ea ipsa regula loquitur, non etiam in occasione, qua quidem cessante minimè cessat effectus, per tex. in l. vlt. ff. de rescind. venditio. quam ad hoc pro not. allegat. Bal. in c. solitę, in fi. de maiorit. & obedient.

2 Neque id quidem mirum est, quoniā occasio est causa iniusta, insufficiens, minimè vera ac propria, vt videre licet ex Host. Io. And. Pet. Anch. Anto. Imo. & cæteris, in d. c. solitæ, per eum text. & id quod scribitur Prouerb. 18. in prin. occasionem quærit, qui vult discedere ab amico.

Collect.in c.cúm cessante.de appella. Archid.in c.statutum,col.pen.in verbo,occasionem,de rescrip. lib.6.& in c.1.§.porrò.in prin.de sta. regul.eod.lib.6. & in c.consequens,post princ.& ibi quoq; Domi.distinct.Andr.Iser. in c.1.§.conuenticulas.col.1.per eum tex.,tit.de pace iuram.firmand.Lucas Pen.in le.quicunq;,per eum text.C. de fundis patrimonial.libr.11.& in l.1.in verbo,occasio.C.de frum.Alex.eo.lib.& in l.1.col.4.in verbo, occasionem.C.de castren.pecul.lib.12.Cardi.Flor.in cle.causam.col.1.in 1.opposi.de electio.& in cle.dudum,in versi.ab olim.col.1.in 3.opposit.in fi.de sepult.Panor.in c.2.col.1. versi.in gl.1.in fi.de constit.Corn.consil.153.in præsenti consultatione.col.1. in litera E, lib.2.& consil.266.constat dicta credita.col.1.lib.4.

3 Ad quod optimè facit tex.à nullo illorum allegatus in l.Labeo,ibi,magis occasione, quam tunc contigerit.ff.de riuis.& tex.in l.famosi.§.1. ff.ad l.Iul. læsæ maiestatis,cũ dicitur non in occasione,sed in veritate rei.& in l.omnimodo,in princ.ibi,occasionẽ subuertendi,&c.C.de inoff.testa.& in l.vlt.ibi,incolatus occasióe.C. de municip.& origin.lib.x.& l.vlt.ibi, occasionis huiusmodi calumniam.C.de conueniend.fisc.debit.lib.10.& in capi.1. post princ.ibi,sumentes occasionẽ,de confirma. vtil.vel inutil.vbi Dec.in princ. eum text.,ad hoc annotauit,vt occasio in malam partem accipiatur.& in c. qualiter & quando,l.1.post prin.ibi,qualiter occasióe, de accusat.& tex. in d.c.statutum,§.insuper,vers.prouisurus, ibi, occasionem non assumit,de rescrip.lib.6.vbi Domi.col.1.nota, inquit,tex.declarantem, quid sit occasio, nempe quæ in veritate facti est falsa,sed exteriùs apparet colorate iusta. & tex.in c.1.ver.quia verò,ibi, peccãdi occasio.& ibi Archi.in verb.quia verè occasio prębetur.de iureiur.eo.lib.6.& in c.2.vers.si autẽ causa,ibi, occasionem cessioni dederat,de offi.ordin. eod.lib.6.

4 Ideoq; Io.And.in c.post translationem,col.vlt.de renuntiat.ꝙ in dubio causa impulsiua videtur esse occasio, & ibi quoq; Car.Flor.quid singul.dicit, col.3.vers.quęro in eo q̃ suprà.Domi.in d.c.consequens, 11.dist.cum dicit causam sumi pro ratione finali, & occasionẽ pro causa captata,& Pan.in c.1.col.3.in 9.not.vt ecclesiast.benef. & Imo.in l.2.§.vlt.colũ.2.versi.item adde,& quia dixit, ff.de don.& Corn.consi.153.col.1.in litera d,lib.2.Fely. in d.c.solitæ,col.1.vers.inquantum dicunt hic, de maior. & obed.& Barb.in c.super quæstionum, col.1.vers.nota ibi occasione,de offic.& potest.iudic.dele.Et secundum hoc id pertinet ad primam limitationem in qua plenissimè locuti sumus de causa impulsiua.

5 Scio astit aliud esse causam,& occasionem,vt videri potest ex d.c.solitę,post prin.ibi non causam,sed occasionẽ præbuit,vbi oẽs pręter id quod ex illis suprà diximus,dicunt causam in iure cõsistere, occasionem in facto.& di. c.1.§.porrò,vers.& ideo nos,ibi, causam & occasionem præstant,vt ecclesiast.benef.vbi id not.Card.Flor.in 8.eodemq; vlt.not.& Panor.in vlt. not.& d.c.1.§.porro,ibi, causam seu occasionem,& ibi Domi.de sta.regul.libr.6. & cle.dudum.§.in studijs autẽ liberalibus, ibi, ex aliqua ratione,vel causa,de sepult.& gl.in le.si ego,§.interdum, in verbo,partum me vsucapere, in fi.ff.de public.in rem actio.& Bal.in l.certum,ad fi.C.famil.ercisc.un.& ex Cicerone in oratione pro Milone,Quę tum non modo occasio,sed etiam causa illius opprimendi fuit.

6 Quid autem inter eas intersit, iam vides ex his quę iã diximus, vt tamen nõ omittam quod in eam rem a Bal. scriptum est con.119.statuto cauetur ꝙ turbans, col.vlt. vers.quæstio denique expensarum, lib.2.inter eas id differre.ꝙ occasio dicitur,omne id quod ordinatur ad aliud per se vel ꝑ accidẽs. Causa verò propriè dicitur id, quod ad aliquid per se ordinatur, per l.verum est.ff. de fur.& l. si mulieres, ff. rer.amot.

7 Alij dicunt occasionem illam dici quæ non est ordinata ad effectum de quo agitur, sed accidentaliter,& fortuitò contingit.ita enim voluit Philip.Dec.in rub.C.qui admitti,col.3.versi.sed consideranda,& iterum in di.c.vlti. post princ.de confir.vtil.vel inutil.per tex.in le.vlt.§.sed cùm in secundam, ibi ex rei suæ occasione ortam, C.de furt.& l.rescriptum,§.1.ibi,ex occasione eius redacturum. ff.de distract.pignor.& l.generaliter,§.proinde,vers.planè si minus, ibi, per testamenti occasionem,ff.de fideicom.libertat.& l.fori,ibi,ex huiusmodi professione, vel ipsius occasione quæsierit,C.de aduoc.diuersor.iudicio. Ex quo Barto.not.aliud esse,aliquid esse ex aliquo,aliud eius occasione.

8 Sunt & qui dicunt occasionẽ denotare causam remotam,& inter hos Io.Andr.post Roffred.in addit.Spec.ti. de iniurijs,§.sequitur, vers.sed pone inimicus tuus.Bart. in l.vxori,ff.de auro & arg.leg.vbi id dicit probari,in l.cũ de lanionis,§.asinam,ff.de fund.instruct. & Bald.consil. 136.proponitur ꝙ Titius,ad fi.lib.2.Sal.in l.omnimodo §.imputari,col.2.vers.2.modo probat.C.de inoffi. testa. & in l.fori,per eum tex.C.de aduoca.diuers. iudi. Angel. consil.63.nobilis miles. col.3.ver.nec obstat si dicatur.& consi.288.viso themate supradicto,col.2.ver.illud enim verbum,& vtrobique per d.l.vlti.§.sed cùm in secundũ C.de furi.Imo.in le.2.§. vlt.col.3.versi.item adde et quia dixit,ff.de donatio.Barba.& Ias. in rubrica. C.qui admitt. ad bonor.possess.ille,col.5.Ias.col.3.versi.in prima parte, per not.in d.c.solitæ.de maior.& obed.& in d.c.post trãslationem,de renuntiat.& in d.c.cũm cessante,de appellatio.& idẽ voluit Frãc.Aret.consi.161.verũ est quod Comicus,col.4.vers.patet igitur ex præmissis,ibi,nam causa mediata, dum dicit causam mediatã & remotam potius dici occasionem,q̃ causam,& Corn.dic.consil.263.post prin.lib.4.Alex.in l.si patroni,col.2.vers.2. modo probatur.ff.ad Senat.Trebellia.vbi in id citat glo. in d.l. si ego §.interdum.ff.de public.in rem actio. & in le. prætor.§. quod de fructibus.ff.de bon.author.iud.possid.& Socin. con.136.pro fundamento, col.vlt.vers. confirmatur,nã 5 licèt.& Ias.consi.63.circa primum,col.5.ver. tertiò principaliter,lib.3.

9 Et eò respicit,quod post Pet.tradit Cyn.in d.l.generaliter,in 2.q.& ibi quoque Salyc. C.de episc.& cler.quòd causa finalis est, propter quam aliquid immediatè conceditur.causa impulsiua, quæ occasionem remotam præstat.quod & nos alibi ex illis diximus. Id quod satis probat,etiam si nihil aliud esset,cessante occasione non cessare effectum.quoniam cessante causa remota, nõ cessat effectus,vt late dicemus infrà in vicesima limitatione.

10 Nec tamen illud interim prętermittendum, ꝙ aliquãdo causa pro occasióe ponitur etiam à probatissimis scriptoribus,è quibus Terentius qui inter primos in Eunucho ita scribit:nam iamdiu aliquam causam quęrebat senex,quamobrem aliquid faceret.is nunc repperit:quo in loco Donatus interpres doctissimus,nota,iquit, causam pro occasione.

DECIMAQVARTA LIMITATIO.

1 DECIMOQVARTO limita hanc regulam nõ procedere vbi cessatio causæ superueniens, & effectus eiusdem secutus tendunt ad eundem finem , tunc enim non cessat ipse effectus.Exempli causa,vxor dotem exegit à marito propter ipsius mariti inopiam,secundũ text. in l.si constante,in prin.ff.solu.matr.& in l.vbi adhuc,C. de iure dot.postea vir è paupertate emersit, & diues factus est,& ita cessat causa illa restitutionis dotis, non tamẽ cessat effectus illius , id est, restitutio semel facta,vt vo- 2 luit gl.in d.l.vbi,in verbo,abutatur,& ibi Cyn.col.vlt.in quæst.Odof.Iac.Butrig.vt illum allegat & sequitur Bal. col.6.vers.formatur etiã alia quęstio,& Io.Fab.col.2.versic.itẽ quid si venit,& Sali.in §.1.eius l.ver. quæro septimò,de iure dot.Ioan.Andr.in c.per vestras,col.2.vers.in gl.& bona,& ibi quoque Car.Flo.col.pen.vers.sed quęro

post

post hanc glos.& Ant.col.2.in 2.oppositio. panlò ante finem illius, de donat. inter virum & vxorem.& idem Io. And.in ad.lit.Spe.titu.de dote post diuor. resti.§.vlt.vers. quid sit vir vocatus.Barto.in d.le. si constante, in 9.q.vlti. partis, quę est in col.vlt.& ibi quoq; Alber. circa mediũ, verlic.item quærit si dote exacta, Imo.col.vltima, versi. item adde ei quod tãgat, in 9.q.& Alex.col.vlt.idem Bar. in l.pluribus, quæ est in pen.§.& si placeat, col.2.vers.induco ad quæstionem, & ibi Imo.col.2.vers. in eadem gl. in fi.& iterum vers.tu autem dictis, rursumq; co.vlt.paulò ante fi.& ibi quoq; Paul.col.1. vers.sed oppo.contra regulam, ff.de uerb.obli. Ang.in §.illud, in auth.de ęqua. dot.Imo.dum allegat Bar.in d.§.& si placeat, in l.2.§.vl. col.2.vers.sed in casu, ff.de don.Paul.Cast. in l.sciendum, §.vl.in fi.ff.qui satisd.cog.Campez.in tract.doti. in 5.parte, q.47.Soc.con.60.in præsenti consultatione oĩbus col. 3.vers.præterea ad quid, lib.1.Hipp. Marsil.in l.si redhibitus, col.2.vers.& licit not.verbum, ff.de quæstionib.

2 Mouenturq; præterea Bar.& Paul.Cast.alijs rõnibus, & ea potissimum, ꝙ quandocunq; casus superueniens, qui ab initio impediuisset actum geri, tendit ad eundem effectum cum actu gesto, tunc nõ tollitur quod gestum est ex superuenienti illo casu, l.verbis legati, in fi. ff.ad le. Falcid.& §.ex contrario, versi.quod si vno, Insti.de lega. vti etiam voluit Dy.in c.factum legitimè, de reg.iur.lib. 6.& idem Bar.in le.si in metallum, ff.de his, quæ pro non scrip.Imo.in d.l.pluribus, col.2.vers.in eadem glo.in fi.& iterum vers.tu autem dictis, ff.de verb. oblig. & Philipp. Dec.in l.non est nouum, col.1.sub nu.2.in fi.ff.de reg.iu. Igitur cùm hæc restitutio facta mulieri, propter inopiã viri, tendat ad securitatem mulieris, vti etiam tendit cessatio illius causę scilicet diuitię superuenientes, certè tolli non debet effectus, id est, ipsa restitutio. Super hac tamẽ ratione, vide quod dicam infrà nu.9.

3 Et dicit ẽt Bar.ad id videri casum in d.l. sciendũ, §.vl. qui satisd.cog. vbi cautio interposita pro securitate à paupere non tollitur per superuenientes diuitias, quia id quod superuenit tẽdit ad eundẽ effectũ securitatis. Et ibi Paul. Cast.qui hanc opinionem tenet, vt suprà diximus, dicit eum textum esse ad hoc meliorem, q̃ nullũ alium.& ita inquit Bart.potest responderi ad quædam iura, quę dicũt paupertatis causa cessante, cessare & illius effectum, vt in l.cura, §.deficientium, ff.de mune.& honor.& alijs, quæ nos adduximus suprà in paupertate cessante: ea enim ꝓcedũt, quando diuitiæ tendunt ad contrarium effectum.

4 Nec tamẽ hęc opinio in casu, de quo loquimur, caruit contradictoribus, nempe Oldr.& Richar.Malum. vt citantur à Bald.in d.l.vbi adhuc.& ibi quoq; Albe. colũ.5. ver.item quęrit idem, C.de iure dot.& Dyn.in d.l.si cõstante, & ibi quoq; Bal.& Ang.sibi contrarij, & vterq; in fi.prin.& Rom.col.pen.versi.item inquantum, in 9.q.ff. sol.matr.idem Dyn.in l.post finitam, ff.de suspect.tutorib.Collecta.in d.c.per vestras, col.2.vers.sed quid si in casu, de don.inter vir.& vxor.Bald. in l.ad comparandas, in fi.C.mand.Ang.in l.si cum dotem.§.si verò, ff.solu.mat. Petr.Ferra.titu.de for. libelli, quo vxor agit ad dotem, in verbo, vxor quondam domini, col.5.in paruis, versi.sed quid dices. Et omnes quidem hac nostra regula innixi, ꝙ cessante causa cessat effectus, cui tamen responsum est ex eo quod diximus.

5 Verùm & ad tutãdam hanc posteriorem opinionem afferunt d.c.per vestras, de don.inter vir. & vxor. vbi ꝓbatur, ꝙ marito exigenti dotem à tertio, qui eam promiserat, non obstat exceptio, ꝙ vergat ad inopiam, si offerat cautionem de restituẽdo, vel petit eam deponi apud mercatorẽ, ita vt per depositum res sit secura. Sed Imol. in d.l.si constante, in prin.col.vlt.vers.item adde ei, dicit eum text.si bene inspiciatur, id non probare, vt patet ex his quę antè dixerat circa intellectũ illius. Sed & dici potest ꝙ inopia non allegabatur à muliere, sed à tertio, qui promiserat dotem, cui tantus fauor non debebatur. imò qui non videbatur posse allegare hanc exceptionẽ, & iõ in d.c.disponitur, vt suprà diximus, & hoc patet manifeste, quia ibi dicitur, ꝙ statur soli iuratoriæ cautioni mariti, si aliam reperire non potest, & tamen certum est, ꝙ si maritus est inops, non per hoc cõsulitur mulieri, nec euitatur restitutio ex capite inopiæ. imò tenent communiter doct.in d.l.si constante, ꝙ restitutio dotis illo casu nõ euitatur per præstationem cautionis.

6 In qua re Henr.Bohic in d.c.per vostras, in fi.de don. inter vir.& vxo. hanc controuersiam concordans tradit ꝙ si maritus non solùm factus est diues, sed & sapiens & discretus, procedat posterior opinio. Si autem diues tã tum factus est, fortè ex successione parentum, vel aliàs citra industriam, tãquam.s.dormientis illius rete ceperit vt est in veteri prouerbio, & tũc procedat prior opinio. Et pro hoc (inquit) facit le. si creditores, ff.de priuilegijs creditorum, & §.suspectus, & §.vlt.Instit.de suspect.tutor. Et id nuncupatim sequitur Io.Lup.in rep.d.c. per vestras, §.25.inci.ampliabis quartò, in fin. dicens hanc concordiam menti esse tenendam, quia de iure & æquitate procedit, nec alibi eam repetit.

7 Alij autem in hac re aliter distinxerũt. nam aut dos ita fuit vxori restituta, vt dominium ad eam trãsieret, vt cõtingit cùm actum est actione personali ad restitutionem dotis, vel declaratum est à iudice dominium esse apud eã quod item contingit, quando actum est rei vendicatione: & tunc vera sit prior opinio, cũ sit perfectissima executio, secuta traditione, iuxta ea quæ scribuntur in l.1.C. de pericul.& comm.rei uẽd.licèt res deueniat ad casum, à quo non potuisset incipere, vt in d.§.& si placeat, & in l.vt pomum, ff.de seruit. Aut mulier egit hypothecaria, & res illi adiudicata est iure pignoris, vel prętorij vel cõuentionalis: & tunc cessante causa ob quam datum est id pignus, ipso iure pignus resoluitur, per l.si pecuniæ, §.1. ff.vt in possess.legat.& ex regula tradita à Bar.in l.si finita, §.Iulianus, ff.de dam.infect. Et ita nuncupatim voluit Fran.Aret.in d.l.pluribus, §.& si placeat, col.1.vers.& ex hac conclusione, ff.de verb.oblig. vbi id dicit esse de mente Bald.in d.l.vbi adhuc.

8 Alij deniq; ita hanc controuersiam componunt, vt si pendente iudicio: quo vxor maritum cõuenit, vt illi fiat dotis restitutio secundum d.l.ubi adhuc, ipse maritus desinat esse pauper, debeat cessare id iudicium, cessante scilicet causa illius: sed si iudicium finitum fuerit, ita ut iam facta sit executio, & dos mulieri assignata, nõ debeat cessare ea restitutio, siue assignatio: & ita uoluit Cępola in l. actioni, nu.9.ff.de ædilitio edicto.

9 Sed quicquid sit de illo casu, illud tñ scire debes, non semper obtinere quod diximus casum superuenientem, qui tendit ad eundem effectum cum actu gesto, non tollere quod gestum est: sed tũ demũ tantùm, cùm nihil interest debitoris, vt per secundam causam superueniẽtem irriretur prima, ut in iuribus suprà in id allegatis. At si illius interest, secus dicẽdum est, per textum, in l.si fideiussor.§.1.ff.qui satisd.cogan.& leg.j.§.a.ff.de curat.furios. quas in id expendit Franc.Aret.in d.§.& si placeat, col.2. versi.vel si vis dicere.

DECIMAQVINTA LIMITATIO.

1 DECIMOQVINTO limita nostram regulam, vt nõ procedat in priuilegijs dignitatum, quæ durant etiam finita dignitate, vt videre licet ex l.eos qui, & ibi Io.Plate. C.de excus.muner.libr.x.& l.maximarum, ad fi.& ibi gl. vlt.Bart.Ang.& Io.Plat.eod.tit.& l.eam legem, eod.quoque tit.ex qua not.gl. ꝙ immunitas non cum dignitate, sed cum persona extinguitur, & ibi etiã Io.Plat. & le.eos qui, & ibi item Io.Plat.C.de fabricens.lib.11.& l.vlt.in fi. & ibi quoq; Plat.in fi.C.de silentiar.lib.12.& l.iubemus, & ibi idem Plat.C.de prox.sacro.scrinior. eod.libr.12.& l.1.& ibi glo.& Plat.C.de magistrat.scrinior.eo.lib.12.& l.1.& 2.

l.1.& 2.& vtrobiq; gl.& Plat.de pręfect.prætor.eod.lib. 12.& l.1.& ibi Plat.de præpo.sac.cubi. eod.lib.12.& l.1. de Primice.vbi etiam notat idem Plat. ꝙ dignitate deposita retinentur vestigia dignitatis. & le.1.C.de Comi.qui prouinc.regunt,eo.lib.cuius argu.scribit Spe.tit.de legato,§.finitur,qui est vlt.versi. item not,ꝙ ei,ꝙ qui semel fuit legatus, semper ei debetur reuerētia in memoria pristinæ dignitatis. & sequitur Fely.in c.quę in ecclesiarum, col.32.in 5.fallen.vers.& hinc est quòd ei,de constit.

2 Atq; ita,vt.s. priuilegia dignitatum non cessent cessante dignitate,voluerunt præter eos quos suprà citauimus Dy.Io.And.Alber.& Philip.Fran. in c.decet cōcessum, de reg.iur.lib.6.Nam Alb. vti alibi,ni fallor,diximus,id c. legit sub tit.eiusdē tit.ff. & voluerunt item Inno.Bald.& Barb.in c.sedes apostolica,extrà de rescr.Hipp.Marsil.late sing.107.priuilegium dignitatis.& sing.179. viget cōmuniter statutum,col.2.ver.& vltra prædicta.

3 Et facit præter text. suprà allegatos alius text. in l.nihil.C.de quęst.& in le.vlt.ff.de decurio.vbi qui fuit olim decurio,torqueri non potest, in memoriam pristinæ dignitatis.Ex quo dicit ibi Fran.Tig. quod Marti.Fanen.liberauit quendam à morte,qui cùm à iudice fuisset morti adiudicatus,appellauit,& inter cætera allegauit, quòd & si olim fuisset decurio suę ciuitatis, tamen potestas illum quæstioni supposuerat: & in quęstione confessus fuerat: ideoq; cùm quęstio non valuisset, neq; etiam confessio facta in ea,quod dicit notandum Barb.in c.sedes apostolica,col.4.vers.& etiam allego,& Hippol.Marsil.d.singul. 107.& d.sing.179.

4 Sed per illū tex.scribit gl.in c.ad abolendam,in verbo prærogatiua,de hęretic.ꝙ percutiens clericum degradatum incidit in canonē,si quis suadēte, propter memoriā pristinæ dignitatis.quod & ipsum voluit gl.id tñ declarās in c.degradatio,in fi.& ibi quoq; Doct.eod. titu.lib.6.& gl.in c.accedens, 50.dist.& in c.2.in gl.vlt.54.dist.& in c. dictum,81.dist.& in c.eos,in verbo,clerico,20.q.3.Feli. in c.contingit,le 1.in fi.de senten.excomm.Hipp.Marsi. d.sing.179.col.2.& è theologis Ant.Flor.in 2.part.3.partis summæ, tit.25.c.1.

5 Quinetiam eiusdem illius tex.autoritate, scribit alia gl. in c.si qui episcopi,in gl.magna, paulò post medium,92. dist.ꝙ si quispiam clericus fuerit electus ad episcopatum nec tñ eum potuerit assequi ob plebis seditionem, eique renuntiauerit, manet clericus sui episcopi, vt prius erat, & ab eo iudicabitur vt simplex clericus, secundum c.a.ad supplicationē, extrà de renunt.non tñ poterit eum deponere,ob memoriam pristinę dignitatis,& sequitur Fely. qui eam gl.dicit not.in c.quæ in ecclesiarum,col.32.in 5. fallent.versi.vnde dicit, de constitutionibus.

6 Denique per illum textum in d.l.vlt.ff. de decurio.dicit Paul.Put.in tractatu syndicatus in euidenti,nu.6.non minorem honorem deberi magistratui post depositum officium,q̃ in ipso officio:ideo,inquit,in signum honoris & commendationis præteriti magistratus ei solent dari à principibus & ciuitatibus vexilla cum insignibus & armis.arg.l.1.C.de statu.& imag.

7 Hucq; etiam vergit,quod dicit gl.not.in §.generaliter in verbo,præstet,in auth.consti.quę de dignitat.ꝙ filius qui propter dignitatem liberatus est à patria potestate, nō redit in eam dignitate finita. & sequitur Alb.in auth. sed episcopalis,versi. sed an liberatus.C.de epis.& cler.& Io.Plat.in l.vlt.C.de Cōsulib.libr.12.& idem voluit Dy. in d.c.decet concessum,de reg.iur.lib.6. & nos quoq; diximus in nostris legibus connubialibus, in glo.3.in ver. {& n'est plus en pouuoir de son pere,} in prin.

8 Et quod egregiè scribit Bart. in l.1.per illum tex.C.de aduoca.diuers.iudicū, quòd qui deposuit officium aduocationis,est tamē vt prius erat, & appellatur Clarissimus nec debet torqueri: & ad eum mitti debet, vt ad egregiā personam.& sequitur Fel.in d.c.quæ in ecclesiarum, vbi suprà,versi.& hinc est ꝙ qui deposuit, de constitutio & Ias.dum illum simpliciter allegat, in l.si ita stipulatus sit, col.6.nu.27.ff.de verb.obl.& d.consi.179.colū.2.vers.& faciunt dicta.

9 Et quod idem tradit Io.Ligna.in cle. ne in agro, de sta. monach.ꝙ qui semel fuit abbas deposito officio sine culpa, obtinet primum locum in choro & conuentu post abbatem, in memoriam pristinæ dignitatis, & sequitur Imo.ibi,col.14.ver.in vltima qōne dicit, & Fely.vbi suprà,vers.& hinc est ꝙ qui semel.& Ias.in d.§.Chrysogonus,col.6.vers.hinc est ꝙ qui semel,ff.de verb. obliga.A quo non longè abest quod tradit Guid. Pap.decisio. Delphin.377. quid ergo si quis ex dominis, ꝙ domini parlamēti ijsdem gaudent priuilegijs dignitate priuati, sola volūtate principis & sine crimine, quibus & in ea cōstituti.

10 Adde quod pulchrè scribit Bal. id tamen declarans in l.obseruare, §.proficisci, col.4.vers. septimò quæritur ff. de offi.Proconsul. ꝙ offendens eius potestatē, vel eius familiam tēpore syndicatus ita debet puniri,ac si eum offendisset tempore officij,propter reliquias pristinę dignitatis,arg.leg.1.C.vt caut.post puber.adsit tut.& sequitur Pau.Putea.in tract.syndicat.tit. de offic. syndicatorum. col.1.nu.3.& in §.an si potestas. vers. eiusdem initij, qui est sub.nu.8.& iterum versi. an offendi potestatem, qui est sub nu.16.& §.officialis finito officio, vers.1.& §.dicitur,autem,colum.1.August.Ari.in addit.Angel. Areti. in tract.malefi.in verbo,Caium Sempronij.char.vlt.ver. & diligenter pondera.& Ias.in l.sciendum, §.vlt.vers.facit quod sing.ff.qui satisd.cog.vbi id dicit sing. & in d.l.si ita stipulatus,§.Chrysogonus,vbi suprà, ff.de verb. obli. & in l.principalibus,col.vlt.vers.secūdò quęro, ff.si cert. pet.vbi ex eo infert ꝙ sicut dās alapā potestati debet capite puniri ex sñia Bal.in c.1.§.iniuria,in prin.tit de pace iura.firmā. ita & is qui dat alapā ei in syndicatu existēti.

11 Cui & illud germanum est, quod not.traditum est ab Alberico in 2. parte statutor.q.20.incip. ꝙ si statuto, ꝙ percutiens eum qui fuit prior vel Antianus, punitur eadem pœna,qua percutiens Priorē vel Antianū, per l.ordo,ff.de public.iudic.& l.ordine,ff.ad municip. quam decisionem longe lateq; approbat & confirmat reprobatis alijs,qui contrarium tenuerant,Hippo.Marsil.sing.179. viget communiter statutum.& faciunt alia quę dicam in seq.limitat.

12 Sed hæc intelligenda sunt in dignitate tantùm, de qua etiam tantùm locuti sumus, non etiam in mero officio, cui nulla est annexa dignitas:quia eo officio finito finitur oē priuilegium,quod ex eo proficiscitur, per tex.iuncta gl.vt à multis citatur in l.j.& ibi ēt doctr.C.de excusat.muner.lib.x.& voluit etiā Barto. in l.1.col.3.vers.sed quæro an talis dignitas, C.de mulieri. & in quo loco,eo lib.10.& in l.vniuersi, & ibi etiam Io.Plat. C.de legatio, eod.lib.& in d.l.maximarum,ad fi.& ibi quoq; Ange.& Io.Plat.in 6.not.eod.titu.vbi ipse Plat.allegat alia iura,& idem Plat.in l.eam legem, eo quoq; titu.

13 Ex quo redditur dubium quod not.voluit Bal. in l.data,co.xj.vers.de eo qui se asserebat,C.de his qui accus.nō poss.quod mitius punitur is qui aliquando fuit notarius, sed posteà priuatus officio conficit instrumentum,propter primordium veritatis,siue(vt nonnulli qui eum citant,dicunt)in memoriam pristini officij, arg.§.quia verò verisimile,in authē.de non alienan.reb.eccle.quod & ipsum voluit idē Bal.in l.si quis.C.de aquæduc.lib.11.Et illum tamen sequitur Io.Ana.in c.accedens, ad fi.de crimine fals.Ale.consi.50. ponderatis verbis statutorū, col. 2.vers.& idem dicit,lib.3.& Fely.in c.quæ in ecclesiarū, col.32.in 5.fallen.ver.& hinc est ꝙ mitius, de consti.qui & hoc tribuit memorię pristini officij.& in c.super literis,col.20.vers.pro quo facit, de rescript.Ias.qui id singu. dicit in l.sciendū.§.vlt.num.x.ff.qui satisd.cog.& in d.§. Chrysogonus.col.6.vers.ad idem vltimò facit.Hippoly. Marsi.

Marsil.singul.35.ille qui nunquam fuit. & d. singul.179. col.2.vers.& faciunt etiam quę dixi.

14 Et ego certè vix illorum opinioni accederem quamuis neminem reperi qui ei contradixerit, hic enim plus delinquere videtur qui depositus ab officio ob crimẽ, illud nihilominus exercet, cùm præterquam ꝙ crimẽ falsi committit, vt alius qui nunquam fuit notarius, contẽnit iustitiã, estq́; magis incapax huius muneris, q̃ qui nũquam illud est adeptus: & est illud primordiũ, quo Bald. nititur omnino sublatum per priuationẽ factum ob crimen: nec quicquam operari potest ad cõmodũ illius qui ita priuatus est, arg.l.nec infames, C.de decurio.lib.x.& l.1.& ibi Bart.C.de infam. lib.12. cum alijs multis similib. à me adductis in tracta. Nobilit.c.24.nu.7.incip.intellige tertiò, & multis seq. Et bene facit quod diximus supra nu.8.de abbate deposito sine culpa qui potitur pręrogatiua loci, vt prius: sed si ob crimen depositus esset, minimè, vt voluere Io. Ligna. & alij ibi allegati.

DECIMASEXTA LIMITATIO.

1 DECIMOSEXTO limita generaliùs q̃ in præceden. limit. vt nostra regula non procedat, quoties remanẽt reliquiæ pristinę causæ, nam licet ea maxima ex parte cessauerit, non tamen omnino extinguitur effectus, propter illas reliquias. vt præter alios tex. quos citauimus in d.pręced.limit. satis ẽt probat tex.in l.2.& 3.& ibi Dyn. qui id not.ff.rer.amot. vbi contra illam quæ desijt esse vxor, nõ instituitur turpis actio, in honorem præteriti matrimonij.& tex.in l.ex duob.ff.de vulg.& pup. & l.sed si vnus, §.seruus, ibi, in memoriã pristini dominij.ff. de quęst.& l.seruos nõ solùm, C.eod.tit.vbi glo. allegat concordan.

2 Et ita nuncupatim nostram regulam limitant gl. Dy. Io.And.Alber.& Philip.Franc. in c.decet concessum, de reg.iur.lib.6.Io.And.in c. post translationẽm, col.vlt.& ibi Anto.col.3.vers. tu dic latius, Imo.col.5.nu.26.& col. seq.nu.40.& iterũ col.8.nu.51.de renunt.Bar. in l.2.§.vl. in fi.ff.de dona.Bal.in l. patre furioso, in prima lect.post princ.& in 2.ad fi.ff.de his qui sunt sui vel alieni iur.& in l.vlt.col.4.vers.quartò quęro, ff.de feri.& in c.cùm cessante, in 4.not. de appel. Ang.in l. minorib.C.de his quib.vt indig.Hẽric.Bohic in c.& si CHRISTVS, col.j.de iurei. Alex.in l.si cũ dotẽ, §.si maritus, co.3.vers. vel põt respõderi, ff.sol.matr.& in additio. Nico. Neap.in l.2.§.non solũ, ff.de excus.tutor. Ias.in l.sciendum.§.vlt. col.3.versic. quartò pro ista parte, ff.qui satisd. cogan.Franc. Rip.in le. ex facto, col.3.nu.16.ff.de vulga.& pupil.substitut.

3 Et per tex.in d.l.si vnus, §.seruus.ff.de quęst.voluerũt Hostien.Card.Flor.Ant.Imo.& Fely.in d.c.quę in ecclesiarum: ille col.j.in verbo, alienandi, vers. sed nũquid vasallus, alter in fi.Anto.col.2.vers. an vasallus possit, Imo. col.3.versi.& intelligit etiam, Felyn.col.32.in 5.fallen.in princ.de constit. ꝙ licèt vasallus possit renuntiare feudo inuito domino, per tex.in c.1.titu.de vasal.qui contra cõstit.Lotha. non tamen post eam renuntiationem potest, nec debet offendere dominum ob memoriã pristini dominij.quod & ipsum voluit ipse Card.Flo.in clem. pastoralis, versi.deniq;, in 7.q.de iud., vbi & ad hoc allegat tex. in d. illo c.1.

4 Quibus adde duo dicta Bal. Primũ, in l.genero, col.1. vers.vlteriùs oppo.C. de iure dot. ꝙ ex patris stipulatione de reddẽda dote quæritur filio emãcipato actio vtilis, propter reliquias præcedẽtis potestatis, argu.le. cum talẽ, §.vlt.ff.de hæred.instit. Alterum est in l.in rebus, col.3. vers.tertiò noto, ibi, tu dic ꝙ aut consideramus, C.eod.titu.de iur.dot. ꝙ vxor cõstante matrimonio cẽsetur quodammodo domina rerum dotalium, propter vestigia & reliquias præcedentis dominij, & his vir imaginem vxoris repræsentat, argum.l.cùm notissimi, §.1.de præscript. 30.annor.

5 Adde & tu alia similia, in quibus ob reliquias, vestigia, & memoriam pristinæ causæ effectus non cessat, etiam si causa ipsa cesset, quæ & tu videre poteris apud Io.And.in c.consulti, col.2.vers.in glo.1.dissolutæ, & ibi Ant.col.2. vers.gl.super verbo, seculariter, & Pan.col.item 2.versi. ex quo inferunt, extrà de regu. qui omnes loquuntur de memoria pristinę religionis. & eundem Io.And.in c.vlt. ad fi.eod. tit.Fely.latè in c. quæ in ecclesiarum, col.32.in in 5.fallent.de constit.& Hippol.Marsil. singul. 179.viget communiter statutum. & quæ etiam nos diximus in præced.limitat. ĩ qua specialiter locuti sumus de reliquijs & vestigijs dignitatis.

6 Adde inquam & alia in quibus reliquię sunt tanti roboris, vt perinde excludant sequentes ordine, ac si totum ipsum remaneret. quod ex eo videre licet, quòd reliquiæ prioris tutelæ excludunt sequẽtem tutelam, vt plenè nota.in l.1.C.de testa. tute.& dic.le. si quis sub conditione, & ibi Bart.ff.eod.& voluit etiam Bal.in l. cùm antiquioribus, col.6.vers.quinto sic sicut reliquiæ, C.de iure delibe.& Card.Alex.in c.j.vers.quartodecimò sicut reliquię de feud.March.& diximus in tract.primigen.q.40.num. 71.incip.31.vbi rei quæ deficit.

Decennio si quis habitauit, videtur habere animū perpetuo standi, & præsumitur ibi constituisse domicilium. Text.iuncta gl.in l.2.C.de incolis.lib.x.& ita intelligitur quod not. Ioa.And.in proœm.Decret.per l.cū de in rem verso.ff.de vsur.Bart.& Ang.in l.lex Cornelia. §.domum.ff.de iniurijs.

Limita dupliciter, vt per Maria.in c.fin.col.16.de foro comp.refert eum Fel.in c.dilectus. el 2.de rescript.col.7.

REGVLA CLXXIII.

Defendere alium non tenetur quis regulariter de iure ciuili.tex.est in le.metū etiā.§.licet.ff.quod met. cau.& ibi Bar.gl.in l.culpa caret.ff.de reg.iur.Bar.in l.2.§. si eo.ff.ad Syl.& vide rationes ad hanc regulam, & alias remissiones per Io. Vilemati, in loco infrà allegando.

Limita tripliciter, vt per Feli.in c. quam te.de sentent. excommuni.2. col.& limita latius vt nouissimè per Io. Vilemati, in repet.l.diuus.ff.ad l.Corn.de sicar. colū.5.& seq.& habetur illa repetitio in 4.vol.repetitionum diuersorum doctorum in iure ciuili.

REGVLA CLXXIIII.

Delectationis instrumenti registratio facta in actis, probat originale, adeò q non est amplius opus ipsum producere. Ita concludit Inno.in c.cūm in iure.de offi.deleg.cuius sententiam referunt Dom.de Rota, decisio.93.& est prima sub tit.de fide instru. hoc attestante Feli.in loco infrà allegan. quæ decisio est in antiquis: illa tamen non refert Inno.in loco vbi Feli. dicit, nec loquitur in instrumēto delegatiōis, sed procurationis, & alios etiam citat idem Feli.in fauorem huius reg.in d. ca.cūm in iure.4.col.in princ.

Amplia dupliciter secūdum eum primò etiā si postea appareat originale abolitū, vel abrasum, vel cassum, quia non nocet.

Secundò etiam si originale nō fuit registratum, sed data copia parti, quæ nihil oppoluit, quia perdito originali, cogetur pars copiam exhibere, quæ registrata faciet fidē: pro quo solū refert Pau.de Cast.in l.publicati.C. de testa.

Limita tripliciter secundum eundem Feli. primò dūmodo iudex autorizauerit exemplationi, quia generaliter

ter non sufficit productio facta coram solo notario: & hanc restrictionem præcipit mente teneri.

Secundò limita, dummodo registratio sit facta de toto tenore instrumenti, vel de principio & fine, cum clausulis substantialib. secus si simpliciter de principio & fin.

Tertiò limita, dúmodo pręsente aduersario vel citato.

REGVLA CLXXV.

DELEGATVS inferioris, non potest subdelegare. Hác regulam probat tex. in c. super quęstionum. §. si verò de offi. deleg. & ibi gl. elicit ex text.

Amplia vno modo, & limita septem modis, vt per Felin. in d. §. si verò. col. pen. & fin. vbi aliquas ex limitationibus sublimitat.

REGVLA CLXXVI.

DELEGATVS Papæ cognoscit etiam an sua sit iurisdictio. est tex. in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit. & in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtili. public. tex. in c. super literis. de rescrip.

Amplia tripliciter, & limita quatuordecim modis collectis per Felin. in d. c. super literis. col. 10. cum 10. sequēt. vbi etiam aliquas ex limitationibus sublimitat multipliciter.

REGVLA CLXXVII.

DELEGATVS inferioris à principe nō pōt mulctam indicere. Ita consuluit Ange. cons. 8. & sequitur Feli. in c. de causis. col. 4. de offi. deleg.

Limita quadrupliciter hanc conclusionem, vt per eum ibid.

REGVLA CLXXVIII.

DELEGATVS post sententiá latam, & executioni mādatá, ita functus est officio suo, vt nō possit se vlteri' impedire: ante executionē verò functus est quo ad cognitionē. le. si vt proponis. la 1. C. quomod. & quand. iud. Dñi de Rota, decis. 341. incip. dubitatur vtrum in nouis.

Limita octo modis: vt p Fel. in c. in literis. 3. col. & seq. de offi. deleg.

REGVLA CLXIX.

DELEGATVS inferioris non potest facere citari reū, & sic capi personam inuitam: probat gl. in l. consentaneum. C. quomod. & quand. iud. & in §. si verò etiam. in auth. de exhib. reis. colla. 5. notant Doct. in l. plerisq;. ff. de in ius voc. & ita est communis conclusio.

Limita istam conclusionem, nisi talis captura personę fieret de suspecto de fuga. Ita limitat Ias. post Rom. ibi in l. 2. col. 4. ff. de iurisd. omn. iud.

REGVLA CLXXX.

DELEGATI potestas prorogari non potest. Hác regulam probat text. in c. P. & G. de offic. deleg. per quē ita notant Doct. ibi.

Limita sex modis, vt per Felin. ibi, col. 2.

REGVLA CLXXXI.

DELEGATVS Papæ, vel principis, potest subdelegare, vt in c. cùm causam. de appel. & in c. super qōnum. §. si verò. de offic. deleg. & nos in ca. cùm Bertholdus. de re iudic. & est Cæsareus casus in l. à iudice. C. de iudic.

Habes Hispane tex. ad idem, in l. 19. tit. 4. parte 3.

Amplia quinq; modis, & limita quatuordecim, vt per Ias. in d. l. à iudice. col. antepen. cum duabus seq.

Delegare, vide infra, in regula ordinarius, la 2.

REGVLA CLXXXII.

DELICTVM quando quis cogitat, agit, & perficit, regulariter punitur, nec pœnitentia sibi prodest, vt in l. qui ea mente. ff. de furtis.

Istam regulam tradit Philip. & limitat quinque modis in c. 1. de homic. in 6. col. fin.

Primò, in foro conscientiæ, & pœnitentiali.

Secundò, quando ex pœnitentia, declaratur in præteritum non fuisse delictū, vt in l. 1. C. de crimi. stellion.

Tertiò, quando quis deliquit incitatus, à te super qua deliquit, vt in le. 1. §. 1. ff. de ser. fugit.

Quartò, quando ex tali delicto, oriebatur actio ad interesse, quod desinit per pœnitentiam. vt in l. ex hoc edicto. §. pen. ff. de alien. iud.

Quintò, quando actio ab initio non erat pœnalis, vt l. 1. §. quod si fecerit. ff. de public. quia aliàs si ab initio esset pœnalis, non admitteretur in pœnitentia, nisi in casu per eum ibi.

REGVLA CLXXXIII.

DELICTUM factum à famulis, amicis, vel consanguineis alicuius, ei non imputatur, nec sciuisse præsumitur. Probatur ista regula per tex. & gl. in c. quia præsulatus. 1. q. 3. & in c. Petrus. de homicid. à contrario sensu, & in c. sicut tuis. de simon. & in c. cùm ad sedem. de resti. spol. per quem tex. ita not. Bal. in l. ad inuidiam, C. quod met. caus. fi. col. vbi dicit menti tenendum: & in alijs locis per Feli. relatis in d. ca. Petrus. col. 1. vbi hanc regulam descripsit.

Limita septem modis notandis, vt per eum ibi, in dic. col. 1. ad fi. & ferè per totam seq.

REGVLA CLXXXIIII.

DELICTO non tenetur quis obuiare secundū legem, Glos. est in c. quantæ. versi. interpretari. de sent. ex cō. tex. in l. metum. §. sed licet. ff. quod. met. cau.

Limita tripliciter, vt per Fel. in c. 1. col. 2. de offi. deleg.

REGVLA CLXXXV.

DENVNTIATIO extraiudicialis, non causat malam fidem, vt in §. potest. 16. q. 3. versic. his. & in l. penu. ff. pro emptore.

Limita sex modis, vt per Feli. in c. nihil. col. pen. & fin. de præscript.

REGVLA CLXXXVI.

DEPONENS apud hospitē valisiam vel fardellū clausum & sigillatum, probat suo iuramento res ibi existētes: si sibi per hospitē dissigillatū, & apertum tradatur. Doctrina est Bar. qui refert Inn. in l. in actionib. fi. col. ff. de in litem iur. vbi vide Ias. pen. col. qui hanc dicit esse cōmunem sententiam, pro qua refert Bal. Rom. Fulgo. Spe. Nicol. Imol. Sali. & Io. Petrum de Ferraria: & vide eundē Ias. in l. si quando. col. antepen. C. vnde vi.

Limita tribus modis, vt Ias. in d. le. in actionibus. in d. col. antepenul.

REGVLA CLXXXVII.

DEPORTATVS est incapax hæreditatis, vel legati: & sic non habet testamenti factionem passiuam. Text. est vbi doct. in l. 1. C. de hæred. instit. faciunt not. per Bar. in l. si deportati. ff. de leg. 3.

Limita octo modis descriptis per Iasonem in d. l. 1. in 2. columna.

REGVLA CLXXXVIII.

DETERMINATIO aliqua respiciens plura determinabilia, debet ea æqualiter determinare. Text. est in l. iam hoc iure. ver. sed si aliter. & in l. Lucius. ff. de vulg. & pup. & in l. in testamento. la 1. C. de test. milit. & in l. quā tus. & in l. hæreditatem. C. de impub. & alijs.

Amplia hoc procedere, ēt in statutis. Angel. in consil. 143. incip. tria videntur. ad fi. quem refert Ias. in d. l. in testam. col. 3. vbi regulam prædictam limitat dupliciter.

Primò videlicet quādo in vna re ex determinabilibus, subesset maior fauor.

Secundò, qñ inesset maior ratio: quē vide de veritate.

REGVLA CLXXXIX.

DICTIO, seu, est ampliatiua, seu augmentatiua, & facit vtrunq; deberi. Tex. habes cū exemplis in l. si quis ita. ff. de auro & argento leg. voluit gl. in c. ego Ludouic. in verbo, seu. 63. dist. probat gl. in ca. bonæ. el 1. in gl. fi. de postul. præl. not. Card. in cle. 1. §. porrò. de sum. tri. & fide catho. & Abb. in c. inter cæteras. col. 1. in fi. de rescrip. vbi per eius additionem: vnde dicebant Bal. & Paul. in l. cùm quidam. C. de lega. quòd si testator legat libros quos habebat Bononiæ, seu Paduæ, omnes debentur.

Limita primò, quando caderet inter dictiones singulares

laris numeri: vt si legat testator, equum album, seu nigrū quia tunc legatarius, nō habebit nisi vnum. ita tenet Bal. in c. inter cæteras. fin. col. de rescript. quod dicit mirabile Ias. in d. l. cùm quidā. col. 2. post med. nec alibi legisse: reputat tamen eam periculosam limitationem quantum ad se.

Secundò limita, quia licet dicta dictio augeat, tamen non debet augere immoderatè. Ita restringit Ias. in d. col. 2. referendo ad hoc Archid. in d. c. si ego. & in ca. statutū. §. cum verò. de rescrip. lib. 6. col. 1. quod dicit esse magnū dictum, tamen dubium quo ad se, & relinquit cogitādū.

Tertiò vltra Ias. restringe, in contractibus, in quibus non fit ita plenior interpretatio sicut in legatis, & ideo regula nostra non procedit in eis. Ita tenet Ioan. de Imol. in d. cap. inter cæteras. quod ibi refert & sequitur Felin. pen. col. in fi.

REGVLA CXC.

DIES termini, computatur in termino. Ita Io. And. in c. super eo. in 2. de appel. vbi Abb. & idem Abb. in ca. quærenti. de offic. delegat.

Fallit sex modis, vt per Doct. del Castillo in commento legum tauri, super l. 64. in parte desde el dia.

REGVLA CXCI.

DIES celebratæ stipulationis expressus in ea, non facit censeri stipulationem esse factam in diem, & ideo eadem die potest debitor conueniri, Text. est in l. liber homo. §. decem hodie. ff. de verb. oblig. & ibi Ias. 1. & 2. col. declarat bene hanc regulam.

Limita quatuor notandis modis, vt per eundem Ias. in d. §. liber homo. 2. & 3. col. & aliquas ex dictis limitationibus ornat.

REGVLA CXCII.

DIGITVS non est membrum. Ita tenet Abb. in ca. 1. qui clerici vel vouen. in fin. post Bar. in l. 2. ff. de pub. iud. & Pau. in l. vxoris abortu. C. de posth. here. instit. Vide Bald. in l. eos. 3. col. versic. quæro quid est membrum. C. de accus.

Limita sex modis, vt per Feli. in c. cùm illorum. 2. col. in fi. de sentent. excom.

REGVLA CXCIII.

DIGNITATI defertur in pœnis. Tex. cum gl. in ca. fi. de pœn. & in cle. multorū. eo. tit. in verbo inferiorū. & gl. in c. qui contra pacem. 24. q. 1. facit bona gl. in l. desertorem. §. 1. ff. de re milit. Vide tex. & ibi bonam distinctionem Bal. in l. nemo. C. de sacrosan. eccles.

Limita in 9. casibus, quos accumulauit Feli. in c. pastoralis in prin. col. 1. de offic. delegat. & vide Iac. Boullene in repet. §. famosos. l. capitalium. ff. de pœn. fol. 23. vbi ponit 3. limitationes.

REGVLA CXCIIII.

DISIVNCTIVA posita inter personas, resoluitur in coniunctam. Text. in l. cùm quidam. C. de legatis.

Limita octo modis, vt per Ias. ibi, col. 3. & seq.

REGVLA CXCV.

DISPENSATIO non extenditur. Text. est in ca. fi. de fil. presbyt. in 6. etiam ad casum maiorem, & habentem in se maiorem rationem, quàm habeat casus cōcessus: vt voluit singulariter Host. in c. postulasti. de rescript. quem sequitur Abb. in ca. ad aures. de rescri. & Nic. Mil. in suo repertorio, in verbo, dispensatio. quos refert Feli. in d. c. postulasti. col. 13. de rescrip. & vide Ias. in l. fin. ff. de constit. prin. col. 8. in prin. vbi idem sequitur, & plures decisiones allegat in proposito: & licet Philip. Dec. in c. at si clerici. de iud. §. de adulterijs. colū. 6. & in l. non debet. ff. de reg. iur. in vers. quartò regulariter. teneat contrarium, & dicat, q̄ ista conclusio non probatur iure, eam tamen firmat nouissimè Lancilo. Galiaula in l. 2. col. 3. ff. de verbor. oblig. vbi respondet ad motiua Phil. Dec.

Limita dupliciter, vt per Felin. in d. ca. at si clerici. §. de adulterijs. de iud. col. 9. quem vide, quia bene loquitur p totam col. & seq. quas etiam limitationes rescripsit idem Feli. in c. mandato. de simo. col. 2. & vide latius eundem Fel. in d. ca. postulasti. col. 13. vbi supradictam conclusionem Host. firmat pro regula: & in septem col. sequen. eam limitat octo modis, vbi interserit plura singularia in materia dispensationis.

REGVLA CXCVI.

DISPOSITIO, seu statutum, quod sine cōsensu & autoritate principis poterat per disponentes, seu statuentes fieri, si à principe cōfirmetur, potest sine eo liberè reuocari. Probatur ista regula per text. & ibi Abb. in c. cum accessissent. de consti. quam probat latius Ias. in l. omniū. col. 3. C. de testam.

Limita singulariter, nisi princeps in confirmatione apponeret clausulam decreti annullatiuam, videlicet, si secus actum fuerit, sit irritum & inane. Tex. est in d. c. dilecto. vers. nisi fortè. cum gl. ibi, in verbo, clausula. de præb. quem tex. ibi pro singulari notant Anto. Imol. & alij, & Io. de Imo. in l. ex facto. in prin. ff. de vulg. & pupil. & Ias. in d. col. 3.

REGVLA CXCVII.

DOCTOR potest compelli inuitus ad consulendum. gl. in l. 2. C. de proxim. sacro. scrin. lib. 12. vbi Bar. etiā tenet.

Limita tripliciter, vt per Feli. in c. si pro debilitate. col. 4. de offi. deleg.

REGVLA CXCVIII.

DOCTOR qui fecit consilium, non potest regulariter illud reuocare. Bal. in c. si pro debilitate. de offi. deleg. vide Bar. in l. de tutela. C. de in integ. restit. mino.

Limita tripliciter, vt per Felin. in d. c. si pro debilitate. colum. fin.

REGVLA CXCIX.

DOCTOR præcedit militem. Ita Bald. in proœ. ff. in fi. & in l. quod cōstituitur. ff. de testa. mil. & Ant. in rub. de maio. & obe. Feli. in c. clerici. col. fi. de iudic.

Limita tripliciter, vt per Feli. in d. c. clerici.

REGVLA CC.

DOLVS dans causam contractui in bo. fid. contractibus, facit contractū ipso iure nullū secundum magis communem opinionem, vt per gl. & Doct. in c. cum dilecti. in gl. fi. de empt. & vend. per Bart. in l. sub prætextu. la 1. C. de transact. Vide Hispane l. 57. tit. 5. part. 5.

Ampla tripliciter & limita 18. modis, vt per Ant. Nicellum in tract. concordiarum gl. iuris ciuilis & canonici, in concordia 13. quæ incip. gl. vna.

Dolus, vide suprà, in regula contractibus. la 1. & infrà in regula, pœna. la 2. & in regula, tutori.

REGVLA CCI.

DOMINVS qui post receptam ab aliquo iniuriam, dixit famulo suo, nunquam redeas domū meam, si ego non sentiam aliquid de illo negotio: si ille famulus posteà interficiat iniuriantem, videtur illud mandasse, & punitur pœna mortis. Doctrina est sing. Bart. in l. si quis mihi bona. §. pater Seio. ff. de acquir. hæred. quam ibi sequuntur Bal. & Ang. & Moder. pro qua doctrina ponderant Ancha. & Abb. text. ibi in c. ex literis. de excess. prælat. eā dicit ab omnibus approbari Ias. in l. 1. col. 6. ante mediū. C. de ser. fugit.

Limita sex singularibus modis, vt per Ias. vbi suprà in d. col. 6. & seq. qui prius aliqua contra dictam conclusionem adducit.

REGVLA CCII.

DOMINVS qui litigauit per procuratorem, si sit citatus ad audiendam sententiam, vel ad alium actum iudiciarium & fuit contumax: non valet sententia lata, vel ille actus iudiciarius gestus, sola præmissa citatione, & cōtumacia domini. Ita not. Barto. in l. furioso. ff. de re iudic. Anto. & Abb. in c. 2. de testib. & notāt alij, quos referre non curo, relati per Iasonem, in loco infrà allegando.

Limita

Limita dupliciter, vt per Iaſ. in d.l.furioſo.in col.fin. Primò, quando dominus citatus ſponte compareret, quia tunc valeret ſententia propter ſui vtile inſtātię, quod habet dominus ſine ceſſione: pro quo refert Barto. ibi, & alibi, & Abb. ſed iſta fallentia reſpectu regulæ eſt impertinens, quia loquitur data contumacia domini.

Secundò limita, quādo eſſemus in cauſis, in quibus procedit ſummariè, & ſine figura iudicij: quia tunc valet ſententia, licet dñs & non procurator fuerat citatus. Pro quo allegat Bar. in extrauag. ad reprimendum, in verb. ſine figura. & ſequitur etiam Cuman. in d.l. furioſo. in fin. Rom. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. ff. de verb. oblig. vbi hoc dicit perpetuò menti tenendum.

REGVLA CCIII.

DOMINVS feudi cognoſcit inter vaſallos, nec poteſt fieri prorogatio. Regula eſt, quam firmat Feli. in c. cæterùm, de iudic. in col. 4. in princ.

Limita tredecim modis, vt per eum ibi, & in col. ſeq. & vide Maria. Soc. in c. ex tranſmiſſa. de for. comp. col. 7. & 8. vbi tradit ſex tantum limitationes, quarum aliquæ differunt à deſcriptis per Felinum vbi ſuprà.

REGVLA CCIIII.

DOMINIS imputātur exceſſus officialium vel famulorum ab eis deputatorum ad aliquid exequendum. Tex. eſt in l. 1. in prin. §. famuli. ff. de public. & in l. 1. §. ait prætor. ff. de vi & vi ar. ponit hanc concluſionem Fel. in c. Petrus. de homi. verſi. fallit ſeptimò. 2. col. vbi pro ea aliquas doctrinas doctorum adducit.

Limita & declara hanc concluſionem 9. modis notabilibus, vt per eundem Felinum in d. col. 2. & per totam ſequentem.

REGVLA CCV.

DOMINIVM rei in ſpecie, ſed alternatiuè legatę, non tranſit niſi facta electione. Tex. eſt in l. huiuſmodi. §. Stichum. ff. de leg. 1.

Amplia quatuor modis, & limita decem & quatuor modis, vt per Iacobum de Nigris in repet. l. 1. ff. de leg. 1.

REGVLA CCVI.

DOMINIVM non transfertur, ſi trado rem meam vt alienam. not. gl. in l. 1. glo. magna. ff. de officio procur. Cæſar. & ibi Barto. per l. ſi procuratorem. ff. de acquir. rerum domi.

Limita tripliciter, vt per Iaſ. ibi col. 4. in princ.

REGVLA CCVII.

DOMINIVM in eccleſiam, ſolo titulo ſine traditione transfertur. Tex. eſt in l. fi. C. de ſacroſan. eccleſ. glo. & doct. in c. ex literis. de conſue.

Limita, & intellige, quando venditio immediatè celebratur cum eccleſia, ſecus ſi cum ſuo procuratore, quia tunc ſine traditione non transfertur: tenet Ang. ſingulariter in l. j. §. per procuratorem. ff. de acq. poſſ. quod refert dubitando Iaſ. in d. l. fi. col. 2.

REGVLA CCVIII.

DOMINII tranſlationem nō impedit pactum de nō alienādo, appoſitum in contractu: not. Bart. & Bal. in l. ea lege. C. de condict. ob cauſam. & in l. qui abſenti. §. 1. vbi doct. ff. de acqu. poſſ. & Pau. in l. fin. C. de pactis inter empt. & vendit. & ab iſta concluſione nemo diſſentit, vt firmat Crotus in loco infrà allegando.

Limita ſeptem modis per Io. Crotum in repet. §. diui. l. filiusfamil. ff. de leg. 1. in colū. 25. & 26. quem prius lege in duabus col. præcedentibus, pro ipſa regula, vbi dicit, q. licet oēs teneant hanc opinionem, tamen in puncto iuris credit contrariam opinionem veriorem, & diſputando facilè poſſe ſuſtineri, & aliqua fundamenta ſubiungit.

REGVLA CCIX.

DOMINIVM rei meæ, non poteſt Princeps auferre per reſcriptū. Gloſ. eſt not. quā ad hoc probādū citat paſſim in l. fi. C. ſi cōtra ius vel vtil. pub. de qua materia vide ſingulariter per Fely. in c. quę in eccleſiarum. de cōſti. in col. 9. cū pluribus ſeq. Et vide l. 2. tit. 1. partita ſecunda.

Amplia nedū hoc procedere in dominio directo, ſed etiam in vtili, quod habet emphyteuta, feudatarius, vel ſuperficiarius. Ita ſingulariter not. Bart. in le. quicunq;. C. de fundis patri. lib. 11.

Limita tribus modis, vt p Iaſ. in d. l. fin. col. j. vltra alios quatuor, quibus ibi gl. reſtringit ſeipſam.

REGVLA CCX.

DONANS, ſeu liberalitatem exercens, habet priuilegium vt non exigatur, vltrà quàm facere poteſt. Tex. eſt in §. ſed & ſi quis. Inſti. de actio. & in l. inter eos. ff. de re iud. verſ. is quoq;. & in l. ne liberalitate. ff. eod. titul.

Limita hanc concluſionem vnico modo, vt per Iaſ. d. l. inter eos. verſi. is quoq;. 1. col. videlicet, vt procedat in promiſſione de donando pura & ſimplici, ſecùs ſi in ob cauſam donatio eſt. Hanc limitationem probat, confirmat, impugnat, & demum defendit Ialon, vbi ſuprà.

Sublimita hāc limitationem vt per Iaſ. in di. §. ſed & ſi quis duphciter. poſt Fabr. ibi.

Primò niſi donatio ob cauſam reſpiciat ſolum fauorē recipientis, & nō dātis, ita q. in nihilo eſſet vtilitas dātis: vt caſu quo dono tibi centum, vt emas tibi domum, vel in dotem: & ita intelligit le. ſi extraneus. ff. de iure dotiū.

Sublimita ſecundò hanc limitationem non procedere, quando datio facta ob cauſam etiam concernentem fauorem dantis, excederet ipſam cauſam, & ſic eſſet maior datio cauſa ipſa: quia in eo quòd excedit, eſt mera donatio. & habet locum dictum priuilegium, de quo in regula diximus. Iaſ. in d. §. ſed & ſi quis. pen. col. vbi dicit ſe credere iſtam meram veritatem, & eam non inueniri alibi incluſam.

REGVLA CCXI.

DONANS poteſt pactum reuocare, ſeu remittere donatario, in præiudicium eccleſiæ, cui poſt mortem ipſius donatarij acquiri voluit. Eſt ſingularis deciſio Bar. in l. qui Romæ. in §. Flauius. ff. de verb. obliga. & eſt vera & communis concluſio ſecundum Iaſ. ibi: colū. 6. qui eam confirmat nu. 15. & 16.

Limita hanc regulam tribus notabilibus modis, vt per eundem Iaſ. in d. §. Flauius. col. 7. 8. & 9. vbi prędictas tres limitationes latè examinat.

REGVLA CCXII.

DONATIO facta inter viuos, per patrē filio, non imputatur ei in legitima, niſi expreſsè dictū ſit: probat tex. & ibi not. hoc Bar. in l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inoffi. teſta. vbi dicit Iaſ. q. iſta regula probatur in illo tex. melius quàm alibi. Idem tenet ipſe Iaſ. in auth. ex teſtam. in col. 4. in fi. C. de collat. vbi vltra dictum §. allegat tex. in l. ſi cum mortis. in 2. reſpon. ff. de inoffi. teſta. & in l. etiam. §. ſi debita. ff. de oper. liber.

Limita primò, quando donatio non valuit à principio ſed fuit morte confirmata: quia tunc habet vim relicti, & computatur in legitimam. Ita Bar. & communiter alij in l. in quartam. ff. ad leg. Falcid. & ſequitur Iaſ. in d. §. & generaliter. qui alios refert pro hac ſententia.

Secundò limita, quādo nō fuit donatum expreſsè, ſed datum ſimpliciter, quia tunc imputatur, etiam ſi non ſit dictum. Ita Bar. ſingulariter in l. j. §. ſi vel parens. ff. ſi quis à parē. fue. manum. ſequitur Iaſ. vbi ſuprà, qui refert Imo. Pau. & Alex. idem in varijs locis firmantes. Et ſecundum iſtam limitationem poteris tu Hiſpane ad concordiam reducere duas leges partitarum, quę inuicem aduerſari videntur quarum vna eſt in 5. parti. tit. 4. le. 3. verſ. {mas en otra.} & altera eſt in 6. parti. tit. 1 5. l. 4. in prin. quia prima vtitur verbo, {dieſſe:} alia verbis, {faziendo donation.} Vnde prima procedit, quādo ſimpliciter fuit datum, alia, quando expreſsè donatum.

Tertiò limita, qn quātitas donata aſcēderet vſq; ad legitimā, quia tūc & ſi non eſſet dictū, imputaretur, ſecundū Iaſ. vbi ſuprà, poſt Imo. & Alex. in locis per eū relatis.

Regula

REGVLA CCXIII.

DONATIO facta alicui reuocatur, si donator postea liberos suscipiat. Apertus est casus, & pia cõsideratione fundatus in l.si vnquam.C. de reuoc.don.(cui consonat lex nostri regni.5.parti.tit.4.l.8.)quæ reuocatio fit in totum, secũdum cõmunem sententiam, vt testatur Soci. in consi.93.testamentum præmissum.4.volu.col.5.& ita etiam disponit lex regia.suprà alleg.

Amplia primò, etiam si sit donata res particularis. Ita Bart.in l.Titia Seio.§.Imperator.ff.de leg.2.col.3.versic. quæro lex, si vnquam. idem sentit Bal.ponderãdo dictionem aliquam, illius tex.in eadem l.si vnquam. Contrariũ tenet idem Bal.in le.1.C.de inoffi.don.col.pen.in fi.& in le.si cum vel in vtero.C.de testam.mil.in fin. idem in authenti.ex causa.C.de lib.præter.col.3.in fin.& idem voluit Alb. in l.cum acutissimi.C. de fideicomm.

Prædictam tamen opin.Bar. tenet Ias.in l. generaliter. §.cum autem.col.4.C.de inst. & subst. vbi refert Imo.in c.fi.de don.idem tenere, & Alex.in consi.71.vol.4.& idẽ tenet ipse Ias.in l.j.col.3.C.de pact.vbi alios refert ad idẽ: & dictæ opin.Bar. videtur assentire Sociu.in l.cum auus. col.19.ff.de cond.& demon.cum quadam modificatione nisi illa res particularis esset talis, ꝙ quantitate eius, & donantis inspecta, & modo liberorum attento, adhuc verisimiliter, donans illam concederet, etiam: si de liberis cogitaret: quod dicit fuisse consultum per quosdam solennes doctores. Et istam etiam sentẽtiam tenet idem Soc. in consi.20.incip.in facto presupponitur.col. fi.in 1.vol. & in cõs.147.in 2.vol.in col.pen. ante med.& refert hoc tenuisse Aret.in l.Titius.in prin.ff.de lib.& posth.& circa hanc ampliationem, vide optimè per eundem Soci.in cons.53.incip.viso instrumento donationis.in 4.vol.col. 4.& melius.in colũ.5.vbi quasi ad finẽ tenet suprascriptã modificationem, qui refert ad hoc Io.Bapt.de sancto Seuerino, & etiam Franc.de Aret.vbi suprà. Sequitur & idẽ Socin.in consi.94.incip.testamentum premissum.4. vol. colum.8.

Amplia secundò, ẽt si filij nati statim moriãtur: voluit Bart.in d.§.Imperator.circa fin.vers.quæro pone.vbi arguit pro & contra, quod sequitur Ias.in l.si quis hæredẽ, col.3.C.de instit.& substit.vbi refert Imo.Bal.Pau.distinctis locis idem firmare, quod notant: intellige nisi post mortem filiorum pater tanto tempore superuixerit, ꝙ potuisset voluntatem mutare, nam ex quo non mutauit, præsumitur voluisse, vt donatio esset tacitè reconualidata. Ita tenet Bal.in l.1.col.fi.circa mediũ.C.de inoffi.don. quod refert Pau.in l.2.col.fi.C.de posth. hære.insti.quos refert Ias.in auth.ex causa. col.fi.C.de lib.præt.

Amplia tertiò, etiã si talis donatio sit iurata: tenet Bar. in d.§.Imperator.in fi.& voluit Bal.in l.1.C.de inoffi.dona.col.fi.in fi.idem tenet Soci. in alleg.consil.20.col.fi.& in j.vol.& in d.cons.53.in prin.4.vol.vbi hoc dicit cõiter teneri, & refert Io.de Imo.idem tenentẽ in ca.fi.de don. voluit etiam Fran. de Aretio in consil.24.incip.quatuor dubia. quem refert & sequitur Marcus Antonius in tractatu de virtute iuramenti: col.3. & habetur iste tractatus in 3.vol. Tractatuum.

Amplia tertiò, etiam si donator renuntiauerit d.l.si vnquam, tenet Oldr.in consi.173.incip.quidam habens filium, & Alberi.in d.l.si vnquã.& vide Soci. in cons.126. incip.visum fuit primo aspectu. col.pen.voln.1. vbi pro illa parte refert Io.Andream & Sali.& Pet. de Ferraria.& Ludou.Rom.& Nicol.Mili.& Vitalem in suo tract.clausularum: qui omnes secundum eum tenent in varijs locis ab eo relatis, ꝙ dictę legi non possit renuntiari, & pro parte contraria adducit Bar.Imo.Cuma.& Baldum, & dicit quod prima opinio, scilicet ꝙ dictæ legi non possit renuntiari, est probabilis, pro qua ipse aliqua adducit. Vide tamen eundem Soc.in consi. 147.col.fi.vol.incip.visa facti cõtingẽtia.vbi dicit ꝙ cõis snĩa est ꝙ possit renũtiari,

Amplia quintò hoc adeò procedere, ꝙ talis donatio reuocatur ipso iure, vt notat Bar.in d.§.Imperator. & dicit hanc esse communem opin.Soc.alleg.consi.93.testamentum præmissum.volu.4.col.5.

Amplia sextò dictam regulam habere locũ, etiã in donationibus causa mortis, vel in actibus morientium. Ita tenet Paul.de Cast.consi.434.vol.1.respondeo per ordinem, in fi.vers. circa quintum.

Amplia septimò hoc adeò procedere, ꝙ ipsemet pater donans, potest venire contra donationem, superueniẽtibus liberis. Ita Bald.in d.l.1.C.de inoffi. dona.in fin.

Limita primò, si donator post donationem factam filios adoptauerit, quia tunc non reuocatur donatio, vt est Alex.sentẽtia in consi.40. super eo dubio quo quæritur. in col.pen.4.vol.referente illum Ias.qui nõ minus in scribendo pulchrum dicendi ordinem, q̃ allegationum copiam amauit: ex quo ad eius perlegenda scripta non parũ flectit iurisperitorum animos in d.§.cùm autem.l.generaliter.col.6. ante medium.C.de instit. & substit.& ita ẽt tenet Paul.de Cast.in d.consi.434.col.fi.vers. præterea si aliud.vol.1.per l.si ita quis.§.fin.ff.de leg.2.& per l.fideicommissa.ff.de cond.& demõst. licet ista non sit propriè limitatio ad regulam, sed cuiusdam dubij occurrentis circa d.l.decisionem.

Secundò limita, si donator post donationẽ filiũ legitimauerit. Ita tenet Bald.in l.fin.in fi.C.si quid in frau.patr. cui assentitur Ias.in l.cũ acutissimi.col.fi.C. de fideic.vbi refert eundẽ Bald. & Sali. idem asserentes in alijs diuersis locis. Vide Alex.in rub.ff.de lib.& posth.co.j.& ita tenet Martinus de Laude in tract.de legitimatiõe.col.20. vers. nunquid.& Ias.in rub.C.de posth. hæred.in l.tit.& subtilis doctor Didacus de Segura in repet.l.1.§.si vir.ff. de acquir.poss.fol.7.col.3.ex quo ibi infert, ꝙ eodẽ modo, nec talis donatio reuocabitur per filiũ, qui religionis ingressu legitimus efficitur: quã tamen limitationẽ sublimitandam cẽseo, saluo saniori indicio, nisi talis filius efficeretur legitimus per cõtractum matrimonij, ad quod moueor ex his quæ scripsi infrà, in regula emphyteusi, in prima limitatione, & post hæc sic scripta, reperi hoc idem firmare commentatorem legum Tauri, Didacum{del Castillo}in l.12.in glos.magna, quæ incipit, {siguiente,} in col.4.illius gl. in fi. Allegat Baldum & Paulũ in locis quibus hoc in his terminis non rescripsere, quem referre, libuit, quia præter id ꝙ Hispanus est, & meritò ab Hispanis doctoribus nõ contemnendus, iuuat semper in meis dictis habere contestem.

Tertiò fallit, quando donatio esset facta ecclesiæ, quia tunc non reuocatur in totum, sed respectu legitimę filiorum. Glo.est singularis in c.quicunq;. in gl.1.17.q.4.quã allegat ad hoc Bal.in l.j.colũ.3.quasi ad finem.C.de reuocand.donationib.& tenet Abb.in ca.fi.col.a.de donationib.vbi hoc dicit probari per glossam ibi, & tenuit Bart. in d.§.Imperator.d. versi.quæro lex, si vnquam.& dictã glossam dixit ad hoc singularem Soci.in regula 310.incipiente, priuilegia pię causæ.in septimò priuilegio, vbi eã, & alia quæ allegat in proposito satis corruptè refert: & scripsit hoc apertius idem Soci.in l.cùm auus.col.23.finalibus verbis.ff.de condit.& demonst.& prædictam glossam ad hoc allegat, & si corruptè Ias.in di.§. cùm autem. columna 2.

Quartò fallit, quando donatio fuit facta proprio filio, quia tunc nõ reuocatur in totum, sed vsq; ad legitimam supernascentium liberorum. Ita notant Bar. Bal.& Abb. in locis vbi suprà, in proxima limitatione alleg. & vide Soci.in d.consi.53.vol.4.col.2.quasi ad fi.& Feli. in ca.in præsentia, de proba.col.21. versi. quartò quæro.& ponit gl.doctoris de Montaluo in le. partitarum, suprà alleg.in regula, Segura.in repet.§.si vers.l.1. ff.de acquir.poss.col. 26.Et aduerte ꝙ prędictus doctor{del Castillo}in alleg. l.12.Tauri, & in d.gl. in verbo, {siguiente.}in col.5.tenendo

nendo eandem conclusionem dicit viterius, quòd tunc talis donatio remanet valida in tertia & quinta bonorū: cuius contrarium, eius autoritate & iudicio meliori saluis (quando pater donauit filio vnico quem habebat, & alius supernascitur, non studio contradicendi, sed vt alijs materiam præbeam cogitandi) credo de iure verius: quia certum est quòd illud communi iure non fulcitur, cum doctores suprà relati, solum firment, quòd reuocatur donatio vsque ad legitimā supernascentium: quomodò ergo potest dici, q datur supernascentibus sua legitima, si illa diminuitur per deductionē dicti tertij, cum iure nostri regni, omnia bona parentum (sola concessa eis libertate disponendi de quinta parte) sunt filijs debita pro legitima, & cum dicta bona sint eis debita æqualiter, æquali sunt diuisione partienda. Nec huic meæ sententiæ refragari opinor legem 26. Tauri, quam posset aliquis in dicti domini doctoris suffragium adducere, dum disponit, q si parens donat filio, videtur meliorare, & si non dicat, & sic q ille vnicus filius, cui fuit facta donatio, videatur melioratus respectu supernascentium, & si non fuerit dictū quia ad hoc respōdetur, q illa lex procedit, vt verba eius aperte innuunt, ibi, {a alguno de sus hijos.} quando donatio fit à parente alicui ex filijs, quos habet tēpore quo donat, & tunc nimirum si præsumat lex, q pater donando simpliciter vni ex eis, prædiligit eum, & vult illum in dicta donatione præferri alijs, quatenus iure meliorationis licebit: quando verò pater vnico filio donat, non debet præsumi illa prædilectio, nec melioratio respectu nasciturorum filiorum, quorū merita nondum nouit, quin potius præsumendum est velle vti dispositione iuris cōmunis, vt si superuenirent filij, legitimam æqualem sibi vendicent, nec illa minuatur propter meliorandi facultatem sibi datam à lege, qua dum vnicum habet filium, vti non potest, cum non sit alius, respectu cuius possit meliorare, & ipse filius respectu sui ipsius nō potest dici melioratus, nec respectu nasciturorum expresse ea velle vti, declarat, nec tacite vsum fuisse videtur, cum cesset præsumptionis rō, d.l. Tauri. quando verò pater donaret vni ex filijs, tunc facilius crederem q ille nō solum videatur melioratus respectu præsentium filiorum, quinimo & supernascentium, quia sicut præsumitur prædilectus respectu filiorum qui aderant, ita & eorum qui sperantur: & adeò existimo istud veritati inniti, q (sine præiudicio veri) posset vnum affirmari, videlicet q hoc procederet, quando pater vnicæ filiæ donationem magnam pro dote fecisset, & sic q supernascentes filij nō relicto sibi tertio, donationem vsq; ad suam legitimam reuocarēt. Nec in hoc videtur gener deceptus, & si prætēdat onerosam causam, cum fuit in culpa, non prouidendo sibi in euentum natiuitatis aliorum filiorum, nec ignorare debebat dispositionem d.l. si vnquam. Nec huic vltimæ conclusioni aduersatur lex 29. Tauri, quę videtur generaliter dicere, quòd vt dos dicatur inofficiosa, debet cōsiderari, id quod excedit legitimam, & tertium, & quintum: quia illa lex videtur loqui, quando dos venit moderanda remedio, seu querela inofficiosæ dotis, non autem est quando reuocatur vigore legis nostræ, si vnquam. quæ fortius & ipso iure reuocat, vt dictum est suprà, quæ quidem sunt remedia diuersa: vt de remedio inofficiosę donationis, & d.l. si vnquam. dicit Bald. in l. 1. C. de inoffic. donat. in col. 4. & fauorabilius est remedium d.l. si vnquam. vt placuit Bal. in d. col. 4. in versi. opinio mea. quod etiam apparet, quia filij nati per querelam inofficiosæ donationis, non reuocant ab extraneo, nisi vsq; ad legitimam, per remedium autem d.l. filij supernascentes reuocant in totum. Nec inconuenit etiam q intelligatur, quando pater dotauit, habēdo alios filios, & sic in casu quo filia videtur prędilecta datione magnę dotis, & sic meliorata: quæ quidē sic breuiter tangere libuit, quia in impressionis limine occurrerunt, & altiorem examinationem, huius libelli si nis non patitur. Et hanc sententiam fouere credo natura li consonum rationi, & æquitati. Cui enim iniquæ nō vi dentur, parentum quorundam affectiones indiscretę, qui sæpius vt aliquam filiam, quam cæco quodam amore prę alijs diligunt, ditissimo cuidam, aut nobiliori, siue potentiori marito nuptui tradant, alias, quas habent nō minus sibi natura & meritis) filias, nudas relinquunt, & aut parietibus, reluctantes includunt, aut longè dispari s condi tionis genero tradunt, aut domesticè cuidam religioni astringunt: ex quo venit, vt ex eis quædam desperatam, aliæ inuidiæ plenam, solēt semper agere vitam. Vnde, vt hæc & similia dāna cessent, semper mihi pia visa est, qua distributio inter filias, & neq; meliorationes similes: nisi ex rationabili aut honesta causa facere, nec iam factas, ni si vbi iure prohibente aliter fieri non valet, aliquo modo sustinere, visum est æquum.

Quintò fallit (tibi Hispano) si coniunx donauit coniugi, post annum contractus matrimonij: quia tūc filius supernascens, non reuocat in totum, sed remanet quintum penes donatarium. Ita disponit lex 3. titul. 12. foro. ll. libro 3. quod dicit menti tenendum Ioan. Lup. in repe. rub. de donatio. inter virum & vxo. fol. 32. col. 4. in §. limita sextò.

Sextò fallit in donatione remuneratoria: quia talis nō reuocatur, supernascētibus liberis: voluit Ang. in eadem l. si vnquam. quod asserit sing. Iaf. in l. ex hoc iure. ff. de iu sti. & iure. col. 14. Huius etiam sententię fuit Soc. in cōsi. 59. incip. in quæstione quæ vertitur inter magnificos. 1. vol. in fi. qui refert Bal. in d.l. si vnquam. in aliquibus lecturis ita tenere, & Rom. in l. si verò. §. de viro. 48. fallentia. ff. solu. mat. & consi. 27. incip. pro decisione. & Decius in l. si donatione. in col. 4. C. de collat. Sequitur ēt hāc restrictionem Petr. de Rauen. in suo alphabeto, in litera R, in verbo, remuneratio. & Didacus {del Castillo,} legum Tauri commentator, in l. 29. in glo. incip. {las otras.} pro qua solum refert Ang. & Rom. & poteris eam corroborare pluribus specialibus, inductis fauore donationis remuneratoriæ, quæ adiungit Hispanię nostre decus Doctor de {Palacios rubios} cuius anima anno Dñi MDXXIIII. in mense Martij, ad cœlestes piè creditur euolasse mansiones, quem à librorum assidua lectione, & compositione, nec officij regij cura, nec fastidiosæ senectutis aduentus, & si grauibus morbis (vt solet) onustus, vnquam valuit separare, tantò ob hoc maiori laude dignus, quantò in hac nostra infelicissima (in hoc vno) Hispaniæ plaga, studiosorum præclara ingenia, ob possessorum segnitiē vt plurimum inculta manent, & saltem posteris sterilissima redduntur, obmutescuntq; peritorum calami, cū imperitorum linguæ, in alienis taxandis scriptis loquacitate quadam incauta facilē prorumpant) in sua eleganti repet. rub. de donat. inter vir. & vxor. fol. 24. col. 3. & seq. in §. l. qui incipit: limita secundò. & vide Rauennatem, vbi suprà, qui ponit nouē specialia, fauore donationis remuneratoriæ: & ponit etiam septem specialia, dictus doct. del Castillo vbi suprà.

Vnum tamen aduerte, quòd Barba. in d. c. fina. de don. in col. fi. facit bonam considerationem, iudicio meo, circa istam limitationem, videlicet q aut illa donatio respectu remunerationis fuit immensa, quia seruitiū nō promeruit tantam remunerationem, siue donationē, & tūc quo ad illud superfluum, haberet locum dispositio dictę legis, si vnquam. & hoc tenet pro indubitato: si verò seruitia fuerunt conformia donationi, adhuc dicit ipse q dubitat, quia si possumus præsumere q si donator cogitaret de filijs, non remuneraret illum seruitorem, ex quo iure actionis compelli non poterat, stabimus dictæ legi, si vnquam.

Septimò fallit, in donatione facta de re nondum quæsita: vt si filia renuntiet, vel donet hereditatem paternam quam sperat, iuxta text. in cap. quamuis pactum. de pact. lib. 6.

lib.6. Hanc limitationem scripsit Soc.in d.consi.39.suprà allegato,col.fi.in proxima limitatione,& dicit sic vidisse consultum, quæ est notanda restrictio,& poterit ad mul ta seruire:tenet etiam idem Soci.vbi bene comprobat in d.consi.53.4.vol.col.pen.

Octauò fallit,quia si potest ostendi, q donans de filijs cogitauerit,non sit reuocatio vigore d.l.si vnquam.Ita di cit esse communem opinio.Soc.consi.148.col.5. in medio,in 2.volum.visa facti contingentia & statutis,&c.ad quod refert Bar.in d.§.Imperator.& Bal.in l.j.C.de inof fic.dona.& Cano.in c.fi.de donat. & hanc dicit esse com munem sententiam idem Soci. in alleg.consil.53.vol.4. col.3.vide etiã eum in col.j.vbi bene loquitur, & refert Bar.in d.§.Imperator.tenentem q in dubio, si non probatur q de filijs cogitauerit,habet locum d.l.si vnquam. quod declara vt per eum in d.3.co.& seq. Et tu Hispane, si bene consideras illam legem,parti.suprà alleg.in regula apertè videtur hanc fallentiam comprobare, dum dicit. {por que non han hijos,ni esperança de los hauer.} Con siderat ergo illa lex,vt donatio non valeat, q filij desint, & etiam deficiat spes habendi eos, & sic secundum conclusionem hanc,cum doctores dicant, q quando donãs de filijs cogitauit,non reuocatur donatio, non distinguẽdo, noceat vel non legitimæ filiorum supernascentium, venit vnũ q filios non habẽs,põt præiudicare nasci turis in legitima,etiam titulo lucratiuo, dummodo de illis co gitet,licet aliàs his,quos iam habet, per talem titulũ non possit præiudicare.

Nonò limita, q licet monasterium aliàs habeatur loco filij,tamen secus est in ista materia: quia per ingressum monasterij non reuocatur donatio. Ita not.Felin.in ca.in præsentia.col.20.de proba.

Decimò limita, quia talis donatio non reuocatur,nisi respectu rei,non autem fructuum perceptorum à donatario.Ita tenet Didacus de Segura in repet. d.§.si vir.de.j. ff.de acq.poss.in col.26. motus per glo.in l.generaliter.§. planè.ff.de fideic.liber. ex qua gl. alias cõclusiones infert in proposito.

Vndecimò limita dictam regulam, vt habeat tantum locum,quando donatio fuit facta liberto, prout ipsa lex loquitur,quia tunc reuocatur: secus in donatione facta al teri,quia illa non reuocatur,tenet Guliel.in l.1.C.de inof fic.dona.quem refert & sequitur Cinus ibi.Et hanc opinionem aliqualiter defendit Soc.in alleg. consi. 53.4.vol. col.2.prope fi.& dicit in col.seq. in prio.q ista limitatio procedit per puncta rationis tamen quod magis commu nis opinio est in contrarium,& sic quòd dicta lex procedat in donatione facta alij quàm liberto:& ita tenet Pau. in alleg.consi.434.incip. respondeo per ordinem,in fine in 1.volumine.

Duodecimò limita, non procedere in pacto facto à muliere cum viro,vt ipse lucretur dotem, ipsa prædecedente, quia tale pactum donationis non reuocatur propter superuenientiam liberorum:probat tex. in §.dotes. in auth.de nupt. quem ad hoc allegat Soci. in d.consi.53. 4.col.in princ.

REGVLA CCXIIII.

DONATIO facta inter patrem & filiũ ob benemerita filij, valet & tenet:quia tunc nõ fit vt filio, sed vt extraneo.Glo.est quæ hoc voluit in authẽ. vnde si parẽs.C. de inoffic.test.in gl.fi.not.Bar.in l.frater à fratre.in princ. vltimæ quæst.ff.de condictione indebit.

Limita & declara duobus modis, vt per Ias.in d.auth. vnde si parens. col.fi.

REGVLA CCXV.

DOS filiæ concessa,excedens legitimãm filiorum dotantis,quandiu durat matrimonium,nõ potest à marito reuocari, respectu eius quod excedit:quia illam habet titulo oneroso. Hanc regulam cum sex ampliationibus,& quatuor restrictionibus, descripsit Didacus de Segura in repetitione §.cùm filiæ.l.cohæred.ff.de vulgar.& pup.sol.14.col.1.cum quinq; sequentibus:& sic fortè dictis limitationibus poterit declarari opinio Ioan.Lupi in repetit.c.per vestras.fol.31.colum.3.versic.mortuo.& in col.seq.in prin.vbi tenet quòd in cancellaria regia fuit cõtrarium iudicatum.

REGVLA CCXVI.

DOTEM sicut perdit mulier propter adulteriũ, ita per luxuriosum osculum,vel tactum mamillarum. Ita tenet Bal.in c.tuæ.de procur.motus per tex.in c.1.§.j.quibus modis feud.amitt.quem sequitur Feli.in c. præterea. fi.col.de testib.& vide Io.de Neui.in sua sylua nuptiali,in impressione parua, fol.83.col.1.

Limita quatuor modis, vt nouissimè per Ioan. Franc. de Ripa in repetitione rubr.de iud.in colũ.4. quem vide in præcedenti, quia pulchrè corroborat ipsam principalem regulam, & sic prædictam conclusionem Bald. & quia lectura sua non erit tibi fortè facilis, in summa refer re eos libuit.

Primò fallit,quãdo charitatiuè amicitiæ causa deoscularetur extraneum virum: sed hęc restrictio est impertinens,cum non comprehendebatur sub regula, quę loqui tur in luxurioso osculo.

Secundò fallit in locis, vbi est contraria consuetudo.

Tertiò fallit in clericis deosculantibus aliorum vxores,quod tamen reprobat:& rectè: quia fundamentũ suũ erat gl.in c.absit.11.q.1.quod non sufficit, maximè quia postquam columbina illa simplicitas à pijssimo redemptore nostro,in suo Euangelio suasa in pluribus desuit sacerdotibus, vulgus(sui natura præceps ac temerarius iudex)de similibus actibus non nisi sinistrè iudicat.

Quartò limita, quando maritus pari modo deoscularetur alienas vxores, quia tunc compensantur delicta.

REGVLA CCXVII.

DOTALIS res,maximè immobilis,non potest aliena ri.Instit.quib.alien.licet.in prin.& in l.si prædiũ.C.de iure dot.& per totum.ff.de fundo dotali.

Limita istam regulam viginti modis, vt per Bal.nouè in tract.de dote.fol.32.col.2.cum sex col.seq.vbi satis latè per eum.

REGVLA CCXVIII.

DVBITANS & ignorans æquiparantur, vt est text.in le. manifestissimè.§.sin autẽ nescius.C.de furtis.& in l.fi.C.de condict.indeb.vbi Bar. & Bal.facit text.in l.2.in prin.ff.quis ordo in bon.poss.seruet.& in l.3.§. is qui nescit.ff.de lib.ho. exhib.

Limita dupliciter vt per Ias. in leg.quandiu.C.qui admitti.column.2.quem vide, qui aliqua cumulat in proposito regulæ.

REGVLÆ D. PETRI DVENAS.

De litera D.

REGVLA CLXXIIII.

DANS fundum, construens seu dotãs ecclesiam cũ consensu diœcesani,quilibet ipsorum erit patronus insolidum. Hanc regulã probat tex.in c.piæ mẽtis. & in c.Frigentius.& in ca.quicunq;.& in c.filijs.16.q.7.in ca. Abbatẽ.el 2.18. q.2.in c.nobis. de iure patr. hoc voluit gl.in d.c.piæ mentis.ita tenet Archid.in c.j.de iure patro. libr.6. & ita concludit Lambertinus in tractatu iuris patro.

tro.in 1.parte 1.libri in 3.q.principa.nu.1.iunctis his quę ponit Abb.& ibi Io.de Imo.in c. nos quidem. de testam. Rochus de Cur.in tractatu de iure patro.in verbo, construxit.q.13.nu.21. idem Lamberti. in eodem tractatu, in 1.part.1. libri, arti.25.3.q.principal.

Hanc regulam, vbi eam ampliat 21.modis, & limitat decem modis, ponit Cæsar Lamberti.in dic.25.articulo, per totum.

Regvla clxxv.

DEbitor fugitiuus potest propria autoritate capi à creditore. Hanc regulam probat text. in l. ait prætor. in §.si debitorem.ff. quæ in fraudem credit.& in l.generali.C.de decurionib.lib.x.gl.in l.extat.in verbo, sine vllo iudice.ff.quod metus causa.& in le. quæsitũ.in verbo, quia interest.ff. de pignori.glo.in verbo,iudicio.in princ. Institu.de actio. & in auth. vt iudices sine quoquo suffragio.in §.necessitatem.in verbo,detinere.coll.2.& in c.1. in verbo.potestatem. de pace iuramento firman.in vsib. feud. De iure regio probatur in l.12.titu.20.lib.3.Fori.& in l.10.tit.15.parte 5.& in l.2.legibus {de la hermãdad.} Circa quam regulam vide Hippoly.in sing.43.& in singu.243.& in l.si vt allegas.nume.9.C.de sicarijs.Ias.in le. cùm te proponas.nu.3. C.de transact. & in l.1.nume.71. ff.de officio eius.& in l.vinum.nu.3.ff.si cert.pet.& in le. pecuniam.nu.9.ff.eod.tit.& in prin.Insti.de actio.nu.72. cum alijs.& ibi Gome.nu.59.Marc. de Mantua in consi. 41.nu.9.Seguram in l.ab exhæredato substituto.{nu.5.ff. de lega.1.Paul.Paris.in consil. 106.nu.52.& in consil.99. nu.3.vol.3.Castillo & Pala.Ruui.in 66.Tauri.Et quę requirantur ad hoc vt debitor possit capi,ponit Io.Baptista Caccialupus in tract.de debitore suspecto & fugitiuo.q. 3.& 4.Ias.in l.qui ab arbitro. nu.3.cum alijs.ff. qui satisd. cog.Paul.Paris.in consi.101.nu.6.vol.3. & Ant.Rubeus Alexandrinus in repet.le.non solùm.§.morte.nu.241.ff. de noui oper.nuntiat.

Hanc regulam cum duabus limitationibus ponit Soc. in regu.78.Hanc regulam ampliat 5. modis Gome.in d. §.superest.nu.59.eandem regulam cum alijs 5.ampliationibus ponit Petrus Rebuffus in gl. ad constitutiones regias Galliæ,in 1.part.in tract.de literis obligato.arti.6.in gl.3.nu.70.pag.149.& alias 4.ampliatio. & 41.limitatio. ad hanc Regulam ponit Rodericus Xuarez in l.2.tit.{de los emplazamientos,}libr.2.fori.fol.190.nu.20.Hanc ẽt regulã amplia 11.modis,& limita 8.{modis,vt per Franc. de Ripa in c.1.nu.88.de iudic.

Vltra quos amplia primò, etiam si tempore cõtractus debitor dilapidasset bona: non tamen intantum quin adhuc esset idoneus si posteà illud fortius dilapidasset & cõditionem suam deteriorem fecisset, procedit nostra regula & potest capi à creditore.ita Bal.in l. si pro ea.in princ. C.mand.nu.1.quem sequitur Ias.in §.superest.nu.87.Instit.de actionib.idem Ias.in l.si ab arbitro. nu.5.ff. qui satisd.cogan.

Amplia secundò nõ solùm in debitore principali, sed etiam in eius hærede. ita tenet Bart. in lege,postulante.in princ.ff.ad Trebellia. quem sequitur Ias.in le.diuortio.in §.interdum.nu.6.ff.solu.matr.Petrus Rebuffus in 1.parte glo.ad constitu.Regias Gallię:vbi allegat aliot doctores in gloss.2.3.articuli, in tractatu de literis obligatorijs. pag.105.num.10.& in eod.tract.arti.6.glo.3.pagin.149. nu.septuagesimoquarto,Io.Crotius in repet.l. nemo potest.col.4.ff.de leg.1.quod tamen intellige vt per Rebuffum in d.num.3.

Amplia tertiò procedere vt creditor per solum sacramẽtum probare possit suspicionem fugæ.ita Io.de Imol. in l.2.in fine principij.ff.sol. matr. vbi tenet ꝙ ad probandum debitorem suspectum de fuga,ad hoc vt capi possit sufficit sacramentum creditoris.idem tenet Angel.in repet.l.nemo carcerem.C.de exact.tribut.lib.10.hanc opinionem ante eum tenuit notabil.Benedictus de Plumbino in d.l.nemo carcerem.in penul.col.in prin.Ratio huius ampliationis est: quia in hoc casu vertitur periculum in mora:& vbicunq; periculum est in mora ad probationem suspicionis sufficit iuramentum, vt est gl.& ibi Inn. in c. quoniam frequenter.vt lite non contesta.& in le. 2. vbi docto.C.vbi in rem actio.Pro qua opinione est casus in l.eorum.ff.de dam.infect. vbi dicitur ꝙ timenti damnum,debet de damno infecto caueri. & talis timor probatur per iuramentum calumnię: vt in l.qui bona.in §.si quis stipulaturus.ff.eod.tit.ita ergo in casu nostræ ampliationis,quia mora est periculũ allatura, & res est talis quæ celeritatem desiderat: ideò talis suspicio per iuramẽtum probatur:ne si alię probationes exigerẽtur,debitor interim aufugeret.Hanc opinionem tenuit Roma. in le.si fideiussor.in §.fin.ff.qui satisd.cogan.facit quod voluit Salic.in l.vnica.C.de prohibita sequestra.pecuniæ.vbi tenet ꝙ reum esse suspectum vel non possidere immobilia,statur iuramento actoris:quia tractatur de modico præiudicio:argumento text.in l.thesaurus.ff.ad exhibend. Hanc opinionem dicit communiter practicari Ioann. Baptista Caccialupus in tractatu de debitore suspecto & fugitiuo,in sexta quęst.nu.18.Eandem obseruare totum mũdum testatur expresse Paul.Castrens.in consi.474.nu.1. in 2.colum.volum.1.Eandem tenet Ias. in le.2.num.29. ff.soluto matrimoni.& secundum hanc opinionem consuluit Alexand.in consilio 19. numero 2. volumine tertio,& ita tenet Paulus Parisius in consi.108.num.54.volumine. 3.

Amplia primò procedere etiã si iudex esset ribaldus, adhuc pro tali decreto præsumitur.ita tenet Bald. in l.sicut.per illum tex.num.3.in fi.de re iudic.& illud dictum Bald.sequitur Iasõ in ca.1.nu.8.qui feudum dare possunt. & in l.pacta nouissima. num.7.C. de pact.Franc.Nico.in repet.in c.quoniam contrà.in quæst.fi.post gl.nu.29.fol. 155.col.4.

Amplia secundò: nam licet sit verum quòd spoliatus ante omnia restituẽdus sit,iuxta text.in l.si quis ad se fundum.C.ad legem Iuliam de vi publica. tamen in tantum præsumitur pro iudice & pro eius decreto quòd spoliatus à iudice non potest petere restitutionem: & tunc nõ habet locum suprà dicta regula.ita probat gl. in c.præsentiã.in glo.fi.7.q.1.& in c.in nomine Domini.in verbo,audientia.23.distinct.quas glo.approbat Abb.in c.cùm dilectus.num.11.quod metus causa. & in c. dilectus filius. de rescriptis.& in c.conquerente.in vlt.notab. de restitu. spoliat. Ias.in d.l.iustè possidet.num.3.ff.de acquir.possess. & in l.iusiurandum.in §.ait prætor.num.2. ff.de iureiur. Philip.Decius,in l.qui autore.num.3. & ibi Guliel.Maine.nu.10.ff.de reg.iur.Hierony.Cagno.in l.non videtur in §.si iussu.eodem titu.Ioan.Gualdensis in tract de arte testandi.titu.11.cautela 20.nume.8. Matth.de Afflict.in constitut. Neap.libr.1.rubri.septima, nu.59.Stepha. Aufre.in additionibus ad decisiones Capellæ Tolosanæ, in decisione 490.

Limita primò procedere in maioribus iudicibus, veluti in præside, pretore, & similibus:quia lex præsumit q̃ maioris iudicis factum sit ritè factum:secus tamen in minoribus, puta in magistratibus pedaneis,vel municipalibus.ita tenet Bal.in l.tutores.ff.de confirmã.tutore.& dicit ita velle Azonem in Summa.C.de tut.& curat.qui nõ satisdant.& quòd ita intelligitur.§.nos autem.Institu.de autor.tuto.Quod dictum sequitur Ias.in l.pacta nouissima.nu.9.C.de pact.& in d.c.1.num. 10. qui feudum dare possunt.& in Rubr.C.qui admitti.num.7.Franc.Niconi. in d.repet.ca.quoniam contrà.in d.q.fi.num.32.Hippol. in singul.438.

Secundò limita quãdocunq; decretum interpositum fuit præcipitanter, de quo dixi suprà in regul. 186.prima ampliat.

Limita tertiò quãdo iudex esset idiota:quia nõ est verisimile quod ipse fecerit seruari solennitates iuris quas ignorat:vel adhibuerit legitimam causæ cognitionem. ita concludit Aretin.in consilio 89. numero 2. quem sequitur Andr.Alciat.in tractat.præsumptionum.in d.reg. 10.nume.10.

Quartò fallit quãdo pars plenè non edocuit iudicem de negotio.ita concludit Bal.in consi.375.nu.4. vol.3.allegat tex.in l.1.C.de prædijs decurio.libr.10.quem sequitur Alci.vbi suprà, nu.9.

Quintò fallit q̃n in tali decreto esset terror manifestus seu vitium visibile, & sic per euidentiam facti contrariũ apparet.ita tenet Bal.in l.2.in §.sed alio.in 1.le&tu.nu.13. in fi.q.ff.si ex noxali causa agatur.per notata in l. Imperatores.ff.de priuil.cred.quem sequitur Alcia.vbi suprà.nu. 11.Hippol.in d.singulari 438.in fin.

REGVLA CXC.

Decvriones & cõstituti in dignitate non debent torqueri.Hãc regulam probat tex.in l.milites. & in l. decuriones.C.de q.De iure regio est tex.in l.2.tit.30.parte 7.& in leg.4.titu.2.libr.4.ordin. Circa quam regul.vide Andr.Tiraquellum in tracta. de nobilitate.capitu.20. numero 133.

Hanc regulam cum sex limitationibus ponit Cifuentes in l.79.Tauri.in 2.col.vers.sextò dubitatur.

Amplia primò vltra eũ habere locũ in eorũ filijs,vsq; ad pronepotẽ.ita probatur in le.diuo Marco.C.de quæst.

& in le. si matrem. C. de pœnis. & in d. le. 2. titu. 30. part. 7.

Amplia secūdo procedere etiam finito officio in memoriam pristinæ dignitatis: vt in l. fi. ff. de decurion. & in l. nihil. C. de quæst. gl. in l. omnes. C. de decurioni. lib. 10. & in c. concessum. de reg. iur. lib. 6. ita tenet Hippolyt. de Marsil. in practica criminali, in §. expedita, nu. 27. Et hāc quæstionem dicit Bar. se habuisse de facto in d. l. milites, sequitur idem Hippol. in sing. 179. in 3. col. idem in l. edictum. nu. 16. ff. de quæstio. Thomas Grammaticus in voto. 1. num. 17. & 18. & in voto. 32. num. 19. & 22. idē Hippolyt. in sing. 107.

Amplia tertio habere locum in doctoribus & aduocatis, nam sicut milites torqueri nō possunt: ita eodem modo neq; Doctores, tōne dignitatis: quia doctor dicitur in dignitate constitutus: vt in c. quanto. de magistris. Hāc opinionem tenet Io. Andr. in c. cùm in contemplatione. de reg. iur. in antiquis. eandem opinionem tenuit Alex. de Imol. in l. centurio, ff. de vulg. vbi per decem æquiparationes tenet quòd priuilegium concessum militi, & Doctoribus concessum videatur. & ibi Lancel. Galiaula nu. 25. Hippolyt. in d. l. edictum. num. 4. & in singul. 456. & in d. §. expedita, numero 30. Iason leg. 1. in 2. colum. C. de iuris & facti ignor. Thomas Grammaticus in voto 1. nume. 4. & in voto 25. nu. 4. & Cinus expresse in d. l. milites. Matthæs. not. 59. facit quod dixi suprà in reg. 55. in 5. & 7. limitatione.

Amplia quartò adeo procedere ꝙ consuetudo in contrarium non valet. ita probat text. in le. omnes iudices. & ibi expresse Bar. per illum tex. nu. 2. C. de decurio. libr. x. quod dictum Bar. sequitur Ludouicus Rom. in sing. 488. Additionator Bart. in l. 1. in additione ad num. 2. C. de dignitatibus lib. 12. Ias. in l. de quibus. nume. 66. ff. de iust. & iure. Chassan. in consue. Burgun. in tit. {Des iustices.} Rubr. 1. §. 4. fol. 34. col. 1. num. 8. Lancelo. Galiaula in repet. l. Centurio. num. 35. ff. de vulg. Hippoly. in d. l. edictum, nu. 5. Thomas Grammat. in d. voto. 1. nu. 12. Ang. in tractat. maleficiorum, in verbo, fama publica. nu. 102. eandē opinionem tenet idem Grammat. licet corruptus sit, in d. voto. 25. nu. 4. & licet aliqui ex Doct. quos ipse allegat contrarium teneant, ita commu. teneri vltra alios Doct. tenet Ludouic. Carrerius in pract. criminali, in princ. nu. 180. Paul. Grillandus in tract. de tortura. q. 6. nu. 3. & Hippol. in sing. 556.

Amplia quintò in tantum procedere ꝙ nec pro debito carcerari possunt. ita tenet Bal. in l. 1. C. qui bonis cedere possunt. per tex. in l. miles. ff. de re iudi. facit etiam gl. in l. medicos. C. de professo. & medi. lib. 10. ita tenet Hippo. in d. l. edictum. nu. 5. ff. de quæst. Andr. Tiraquel. in tract. de nobilit. c. 20. nu. 136. Pro qua opinione est hodie text. de iure Regio in l. 4. & 5. tit. 2. lib. 4. Ordi.

Amplia sextò adeo procedere ꝙ etiam furcæ subijci non debent: & sic pro delicto non debent suspendi. ita probat text. in l. moris. in §. sed enim sciendum. in versicu. nec furcæ subijci. ff. de pœnis. quod etiam probat text. de iure Regio in l. 8. titul. 31. parte 7. & ꝙ de consuetudine hæc opinio seruetur, tenet gl. in l. desertorē. in §. pœna. in gl. in verbo, torquentur. ff. de re militari. quam gl. sequitur Bald. in c. cùm quidam. nu. 3. de iureiur. Hippol. in repet. leg. vnicæ. num. 107. C. de raptu virg. Claudius Cottaræus in tractat. de iure militum, libro 3. capitu. de pœnis. Andreas Tiraquel. in tracta. de nobilitate. capitu. 20. numero 107.

Amplia septimò adeo ꝙ si tales torqueantur de facto, talis cōfessio nō valeret: ita probat gl. in l. pen. ff. de quæst. & ita per illam gl. tenet Hippoly. in d. le. edictum. nu. 17. & in d. §. expedita. nu. 46. & in d. sing. 189. Bal. in l. Imperator. la 2. loquendo de muliere prægnante. ff. de statu homi. & idem Hippol. in sing. 107. & Ang. Aretin. in tract. maleficiorum, in verbo, fama publica. nu. 99.

Amplia octauò procedere ꝙ si officialis aliter facere velit, possit ei de iure resisti: vt habetur in d. le. omnes. C. de decurionibus. libr. 10. & in Auth. quomodo oporteat episcopos. in §. fi. col. 2. Hanc opinionem tenet Hippol. in d. l. edictum. nu. 3. quem sequitur Tho. Gramma. in d. voto. 1. nu. 15. & in voto. 32. num. 24. Pro qua opinione est glo. in c. ex literis. in verb. denuntietis. de offic. delega. vbi dicit ꝙ iudici male exequenti, violēter resisti potest, etiam per tertium cuius nihil interest. vnde dicitur Prouerbiorum 24. & 81. Psal. 80. ca. quòd quis potest eripere condemnatum ad mortem, etiam propria autoritate: & per vim quando est iniustè condemnatus. facit gl. notabilis in ca. non inferenda. in gl. finali, 23. q. 3. text. in l. contra præcepta nostra. C. de exequuto. & exact. lib. 12. Pro qua opinione etiam facit quod notat Bald. in l. addictos. C. de episcopali audient. Specu. in titu. de citationibus. in §. sed nunquid. & hanc opinionem illarum glo. vbi notabiliter prosequitur hanc materiam, tenet vltra Feli. in d. c. ex literis. qui expresse illam gl. sequitur, Chassan. in consuetud. Burgun. in tit. {des iustices.} Rubr. 1. §. 7. fol. 75. col. 3. nu. 5. eandem opinionem tenet Thomas Grammat. in cons. 56. num. 26. in consilijs criminalibus. Dec. in consil. 469. numer. 3. Ioan. Bernard. in practica, capitu. 95. Matthæus de Afflictis not. in constitu. Neapolitanis, lib. 1. Rubrica 8. num. 78.

Amplia nonò, cū hodie non sint decuriones, id quod suprà de decurionibus dictum est habere locum & extēdi ad consiliarios ciuitatis, vt si ciuitas habeat consiliarios idem erit: nam consiliarij ciuitatem decurionum instar obtinent: vt est glos. in Rubr. C. de decurionibus. lib. 10. & ibi expresse Docto. præcipue Pyrrus Englebermæus in d. Rub. illam gl. sequitur etiam Bar. in l. non ambigitur num. 4. in fin. ff. de legib. Lucas de Penna in l. nominationum, in 2. col. C. de decurioni. lib. 10. & expresse Iacobus Rebuffus in d. rubr. subdit, ꝙ cùm consules ciuitatis sint loco ipsorum substituti, habent idem priuilegium quod ipsi decuriones: argu. l. filię. in §. fin. ff. de conditio. & demonstr. & in l. si donatę. in §. sponsus. ff. de donat. inter virum & vxor. quod maxime intelligit ibi Iacob. Rebuffus de consulibus ciuitatum & magnorum locorum, & nobilium non autem de consulibus oppidorum: arg. tex. in l. athletæ. in §. gentium iuncta l. propter magistratum. ff. de admin. tutorum. & ꝙ consules ciuitatum nostri tēporis habeant idem priuilegium quod decuriones vt nō quęstionentur, tenet vltra Io. de Platea & Doct. in d. Rubr. Salic. vbi dicit ita tenere Docto. in d. l. diuo Marco. C. de quæst. eandem opi. tenet glo. in l. nulli. in verbo, ordo. ff. quod cuiusq; vniuer. nomi. & Thom. Grammat. in d. voto. 1. nu. 21. & in voto. 32. nu. 20.

Amplia decimò procedere etiam in nobilibus: nā nobiles torqueri non possunt. iste est casus notabilis & non alibi, in l. nullus. in vers. vel generis. C. ad l. Iul. maiest. Probatur de iure Regio in d. l. 4. & 5. tit. 2. lib. 4. Ordi. & quis dicatur nobilis ponit l. 2. & 3. tit. 21. par. 2. & l. 86. styli & de forma probandi nobilitatem vide in Pragmaticis antiquis, fol. 173. & vide suprà posita in regul. 69.

Vltra suprà dictas limitationes limita primò nō habere locum consulto Principe: Nam si princeps super hoc consulatur, bene potest torqueri. ita probat tex. in d. l. nullus. & ibi Bald. C. ad l. Iul. Maiest.

Limita secūdò quādocunq; ante dignitatem gessit aliquod officium. s. si erat tabellio, & dubitatur de fide alicuius scripturę: quia ī tali casu torqueri potest vt aperiat veritatem. text. est notabilis qui hoc probat in l. si quis decurio. C. ad leg. Cornel. de falsis. & de iure Regio in le. 2. tit. 30. part. 7. & ibi hoc expresse tenet Montal. Pro qua limitatiōe facit quod notāter tenet Ias. in l. ex facto. nu. 30. ff. de vulg. & pupil. & in l. si seruum. nu. 6. ff. si ex noxali cau. aga. vbi hoc expresse firmat.

Tertiò fallit: nam licet clerici in sacris constituti priuilegia militum ad eos extendantur, vt prosequitur Ale-

xander

xander in l. Centurio, ff. de vulgari, cum miles dicatur cælestis militiæ, nam talis clericus hoc nõ obstãte bene potest torqueri, si contra eum sint indicia. ita notabiliter tenet Abbas in capitulo grauis. deposito. numero 6. & hanc opinionem sequitur Felinus in cap. olim. numero 2. versiculo, tertius casus, de rescriptis, & in capitulo, at si clerici. num. 6. versic. 3. restringe. de iudicijs. Hanc opin. vbi latissime eam examinat, tenet Alciatus in capitulo. j. nu. 43. de offic. ordinarij.

Contrariam tamẽ opinionem tenet expresse Abb. antiquus in d. capitulo grauis. de deposito. imo quòd ad hoc, vt clericus posit torqueri non sufficit quod adsint indicia contra eum nisi sit infamatus. Quam opinionem sequitur Io. And. in c. cum in contemplatione, & ibi Abb. sibi contrarius, de regul. in antiquis & illud dictum Abb. antiqui communiter approbari tenet Card. in dicto capi. j. numero. 4. de deposito, & in dicto cap. cum in contemplatione. q. 11. sequitur etiam Io. de Anania, in ca. j. nu. 7. de clerico percussore. Alex. in additio. ad Bartol. in l. j. in additione ad num. 5. ff. de pœnis. idem in eiusdem additionibus in l. milites. C. de quæst. Ant. de Butrio in dicto capitulo grauis, num. 14. in fine. de deposi. Feli. in c. veniens, el. j. numero 4. de testibus. quam opinionem dicit omnes tenere idem Felinus, in capitulo vniuersitati, numero 2. de sententia excommunic. & in capit. de hoc, de simonia. numero 2. hanc etiam tenet Angelus Aretinus in tractatu maleficiorum, in verbo fama publica. num. 102. And. Barb. in cap. si constiterit. in 3. columna de accusat. Hippoly. in practica criminali, in §. nunc videndum. numer. 32. & in §. expedita numero 40. & in singul. 55. & in l. edictum. num. 9. ff. de quæst. & in l. quæstionis habendæ. numero 76. ff. de quæst. & in repetit. rub. ff. de fideiussor. numero, 126. & in consil, 41. numero 6. quam etiam sequitur Felin. in cap. cum oporteat. versiculo, vnum tamẽ singulariter nota. numero 7. de accusatio. eandem opinionem sequitur expresse vbi eam nimis exaltat. Ioann. Constantinus in gl. ad constitutiones Regias Galliæ, articulo, 163. folio 294. colum. j. Phil. Decius in capit. at si clerici. numero 126. de iudic. eandem opinionem tenet expresse Ioan. Bernard. in practica. cap. 117. col. 1. & 2. & in regula 125. in 3. sublimitatione. Stephanus Aufredus in tractatu de potestate seculari super ecclesiasticas personas, in regula 3. num. 17. Bonus de Curtili in tractatu, de nobilitate, in 5. parte, num. 7. Iason in l. magistratibus. numero. 7. ff. de iurisdict. omnium iudicum. Thom. Grammaticus, in voto 11. nu. 15. & in consil. 65. nu. 3. in consilijs criminalibus, & hæc opinio videtur magis vera & communis, vt ex supra dictis apparet.

Quarto limita nisi iste talis renuntiauerit iuri suo, & priuilegio, nam in hoc casu bene poterit torqueri, cum in causa criminali valeat renuntiatio, vt est glos. notabil quam ibi sequitur Angel. in l. j. in verbo, audiendi sunt. ff. de furi. & Balnea. idem Ang. Fulg. & Paulus de Castr. in l. pactum inter hæredem. C. de pact. vbi dicunt quod iudices maleficiorum quotidie faciunt inquisitos renuntiare defensionibus suis. Hanc quæstionem mouit Decius vbi relinquit cogitandum, in l. nemo. fraudare. numero 9. ff. de reg. iur.

Contra quam limitationem, imo quòd supra dicta renuntiatio non valeat cum causa criminalis sit, & ex eo veniat imponenda pœna corporalis, est glo. notabilis, quæ hoc tenet in l. pactum inter hæredem. in verbo, liceat. ff. de pactis, quæ glo. communiter approbatur à doct. & eã sequitur expresse Ioan. de Imo. in l. custodias. numero 3. ff. de public. iudi. Bald. in cap. cum non ab homine, numero 8. de iud. & in cap. cum venisset, numero 7. de testibus idem Bal. in l. vnica, nu. 24. C. de confessis vbi dicit quod in tantum procedit quòd etiam si in tali renuntiatione iuramentum interuenerit, non valet. & illam glo. sequitur, Ias. in l. si quis in conscribendo. nu. 18. C. de pactis & in l.

4. in §. quæsitum. ff. si quis cautioni. Pro qua opinione gl. est tex. in l. non tantum, ff. de appella. & in l. liber homo. ff. ad leg. Aquiliam. quod not. Hippol. in singul. 651. circa quam glo. vbi notanter eam declarat, vide Ias. in d. l. pactum inter hæredem. num. 12.

Et circa hanc regulam vide Cifuentes in d. l. 79. Tauri Paul. Grillandum in tract. de quæstionibus & tortura, in 6. q. Hippol. in practica, in d. §. expedita. nu. 26. & in d. l. edictum. nu. 3. & Ang. Aret. in tract. maleficiorum, in verbo, fama publica nu. 102. vbi not. ponuntur personæ quæ de iure torqueri non possunt.

Regula CXCI.

DEFENSIO licita est pro tuitione rerum, vt occidendo quis non teneatur. Hanc regulam probat gloss. & ibi Bart. nu. 6. in l. vt vim. ff. de iustitia & iure. idem Bart. in l. j. num. 2. & 7. C. vnde vi. & in l. furem. num. 2. ff. ad l. Corn. de sicarijs. eandem regulam ponit glo. in l. itaque. in verbo, latronem. ff. ad legem Aquil. Hanc etiam ponunt doctores in capitulo, 2. & in cap. significasti, el 2. de homicidio. pro quo est tex. in d. cap. 2. ibi te tuaq; liberando. De iure regio probatur. in l. 4. tit. 13. lib. 8. ordin. & in l. j. titulo 17. libro 4. fori. & l. 3. tit. 8. parte 7. Hanc regulã probat text. iuncta gloss. ibi in verbo, vitam quam ibi ad hoc expresse notat Bal. in l. aduocati. C. de aduoc. diuer. iudic. idẽ Bald. in l. si suis nũmis. C. de operis libert. & in l. 2. C. de constitu. pecunia. Io. ab Ana. in c. 2. & in cap. perfodiens. de homicidio. Car. in Clementina j. de homici. Aret. in consil. 80. numero 8. Hippol. in consil. 4. num. 8. & 22. & in l. furem. numero 3. ff. de sicarijs. Matthe. de Afflictis in constitu. Neap. lib. j. rub. 13. numer. 20. & 52 tenet Ias. in princ. Instit. de actio. nu. 69. Dec. in d. l. vt vim nu. 31. Chass. in cõsu. Burg. vbi notabiliter examinat hãc regulam & allegat iura pro ea, & fundamenta in titulo, {Des iustices.} Rubrica prima §. quinto. folio 42. columna. 2. numero 11.

Hanc regulam cum tribus ampliationibus & quatuor limitationib. ponit Ias. in d. l. vt vim nu. 23. quem refert, Bernar. de Luco in regu. 507.

Amplia primo vltra Iasonem si inferatur vis ædificando nam licet resistere, vt in l. si vitem. in §. ad ianuam, ff. quod vi aut clam. & in l. de pupillo in §. meminisse. ff. de nouis operis nuntiatione.

Amplia secundo si inferatur vis turbatiua, vt in l. 4. in §. cum generaliter, & in l. cum fundum. & in l. j. in §. vim. ff. de vi & vi arma. Bar. in l. j. in §. hoc interdicto. nu. 3. ff. de itinere actuq; priuato.

Amplia tertio quod liceat pro defensione rerum congregare amicos, & amici & vicini mei possunt eum qui vult expellere me de possessione mea impune percutere ita notabiliter firmat Bar. in d. l. de voto. C. de metatis, &. epidemeticis libro 12. & in l. prohibitum. C. de iure fisci. lib. 10. quem sequitur Corse. in singularibus sui, in verbo, defensio. el 2. Alex. in consil. 119. col. 2. volumin. 7. Hippoly. in sing. 456. Ias. in l. vt vim, num. 30. ff. de iustitia & iure.

Amplia quarto habere locũ pro defensione dignitatis, & officij, etiam ex interuallo. ita tenet Bal. in repet. l. j. nu. 6. C. vnde vi. per tex. in l. item apud Labeon. in §. adijcitur. ff. de iniur.

Regula CXCII.

DEFENSIO cuilibet permissa est. Hanc regulam probat tex. in l. j. in §. cum arietes. ff. si quadru. paup. fecisse dic. & in l. vt vim. ff. de iustitia & iure, & in §. quod vero. Instit. de iure natur. gent. & ciui. & in Clem. j. de homici. circa quam regu. vide posita supra in præcedenti regula, & Hippolytus in sing. 100. & in l. si qui aggressorẽ, vbi est tex. pro hac reg. C. de sicarijs, Abb. in c. olim, el. 1. nu. 15. cum alijs, de restit. spoliat. & ibi Doct. Ang. in tracta. maleficiorum in verb. & Titius sed defendendo, nu. 7. Hippolytus in l. 2. num. 34. ff. de sicarijs & in consil. 4. nu.

nu. 7. & Matthæus de Afflict. in constitu. Neap. libro. j. Rub. 8. nu. 72. Catellia. Cotta in Memoralibus iuris: in verbo defensio

Primo amplia habere locum in Cardinalibus. nam pro defensione corporis licitum est offendere etiam Cardinales, ista est glo. notabilis in c. si. in verbo percusserit. de pœnis lib. 6. & ibi Io. And. quā glo. sequitur Ang. in l. vt vim ff. de iustitia & iure. & ibi Ias. nu. 1. & Philipp. Dec. nu. 7. Franc. Curt. Senior in consil. 20. nu. 39.

Amplia secundo habere locum etiam in clericis, vt est glo. in summa 23. quæst. j. habetur in c. cum voluntate. de sententia excommunic. ita tenet Hippol. in consil. 4. nu. 5. pro qua opinione facit notabile dictum Io. de Lignano in tract. de iusto bello. vbi dicit quod si clericus ad altare celebrans inuaditur ab aliquo, licite potest dimittere celebrationem & se defendere, & si in illa rixa se defendẽdo occidit aggressorem, potest incontinenti redire ad altare & Missam perficere. quod dictum refert & sequitur Abb. in c. clerici cl j. nu. 2. de vita & honesta. clerici, Maria. Soci. in repet. c. ad audientiam. nu. 40. de homici. Hippoly. in l. his qui aggressorem. num. 2. C. de sicar. Dec. in l. vt vim. num. 6. ff. de iustitia & iure.

Amplia tertio non solum habere locum quandocunque imminet periculum mortis, sed quandocunque imminet periculum alicuius iniuriæ personalis. ita tenet Bar. in l. j. colú. 2. C. vnde vi. quem sequitur Anton. de Butrio in c. olim el. j. de restit. spol. & Alex. in consil. 109. colú. 5. vol. j. & hoc esse verum firmat Iason in d. l. vt vim. num. 10. & 36. & not. Ang. in d. l. is qui aggressorẽ. nu. 2. in fi. vbi dicit quòd istud dictum debet esse semper mente tenendum, quia ex eo datur lucrari multas pecunias, & ita dicit se consuluisse in ciuitate Venetiarum, vbi liberauit quendam captum à pœna mortis. quod intelligit no. Pau. Paris. in capitul. dilecte fili. nu. 36. de excep.

Amplia quarto habere locum etiam in minatore; nam minator potest occidi à minato, pro qua opinione est gl. in c. cum dilectus. in verbo, violentia, quod metus causa, quod tenet Bald. in l. metum. in fin. C. quod metus causa, & in l. finali. num. 4. ff. de hæred. instit. & ibi expresse Io. de Imo. & hanc opinionem tenet Abb. in c. j. de offic. de leg. & ibi per Feli. nu. 2. idem Felin. in c. afferte, nu. 12. de præsumpt. & in c. sicut dignum. nume. 12. de homicidio. Maria. Soci. in c. ad audientiam nu. 58. eod. tit. Io. de Platea in §. ius autem gentium. nu. 43. Instit. de iure naturali. Panor. in c. scribam. de præsumpt. & in c. quod dicitur, de verb. sign. Montal, in l. 3. tit. 13. parte. 2.

Quam ampliationem veram intelligo quandocunque ille qui minatur, solitus est minas exequutioni mandare, ita concludit Ange. de peru. vltra supra dictos Docto. in consil. 215 Petrus de Anch. in cons. 299. Chassa. in consuet. Burg. in tit. {des fiedz.} Rub. 3. §. j. fol. 102. col. 4. nu. 14. pro qua opinione est glo. in d. c. cum dilectus.

Secundo intellige hanc Ampliationem secũdum Bal. qui melius loqnutus fuit quam alibi, in l. j. C. quãdo liceat vnicuique sine iudi. se vind. quandocunque minãs est in actu percutiẽdi, alias nõ licet minatorem occidere, quod tenet etiam idem Bal. in tract. statutorum, in verbo, pax, versicu. j. quod dictum sequitur Ias. in l. vt vim. nu. 13. ff. de iustitia & iur. & in l. j. num. 46. ff. de offic. eius cui man. est iurisdictio. Ang. de Perusio in le. quemadmodum. C. de inofficioso testam. Anto. Corset. in singul. incipienti, metus. Hippoly. in singul. 640. & in practica criminali, in §. diligenter. num. 87. & in l. j. in §. præterea. nu. 22. ff. de quæst. Matth. de Afflict. in constit. Neap. lib. j. Rubr. 8. nu. 52. in quo notandum est quòd quandocunque minator solitus est minas exequutioni mandare, & est vir, potens, est præsumptio contra ipsum ad torquendum eũ ita tenet Specul. in tit. de præsump. in §. species. vers. sed pone. Alberic. in l. metum. C. quod metus cã. Bal. & Io. de Imo. in d. l. fi. ff. de hæred. Instit. Ias. in l. j. C. de seruis fugi. Feli. in c. cum oporteat. num. 9. de accusat. & in d. c. afferte, nu. 12. de præsumpt. Panor. in d. c. scribam, nu. 4. Albertus Brun. in tract. de iudicijs col. 13. vers. quæro vlterius. Angel. & ibi Augustinus Ariminẽsis in tract. maleficiorum. in verbo fama publica, nu. 39. Hippol. in d. §. diligenter nu. 85. & in consil. 3. nu. 13. Stepha. Bertrand. in cõsil. j. nu. 7, volu. j. in cõsil. 127. num. 12. volu. 2. & in cõsil. 293. num. 17. volum. 3. in tribus libris, secundæ impressionis. Et hãc opinionem dicit esse communem Marcus Anto, Blãcius in repetit. l. finalis nume. 183. ff. de quæsti. & hæc opin. probatur in l. 60. in ll. Styli, Pro quo facit, nã ex solis nimis inducitur capitalis inimicitia, vt in l. licet, in verbo, capitales, ff. de arbit. quam glo. sequitur Chassa. vbi supra numero 11. & nõ solum ex minis oritur capitalis inimicitia, vt supra dixi, sed etiam ex iniurijs verbalib. ita tenet Bal. in cap. veniens. in fi. per illum text. ff. de iure iur. quem sequitur Ias. in l. procuratoribus, C. de procurato. quod dictum dicit esse notãdum Chassanæ. vbi supra, & illud dictum sequitur Hippolytus in cõsilio. 3. nu. 12. & in d. §. præterea numero 23.

Amplia quinto in tantum procedere, quòd si aliquis est percussus ab aliquo, & ille percussus insequitur vulnerantem qui fugiebat, & eum occidit, licet non sit se defendẽdo, nõ debet puniri pœna mortis, sed alia mitiori pœna, hoc fuit notabile verbum Iacob, de Arenis in lege prima C. vnde vi. numero 8. eandem opinionem tenet Anto. de Butrio in c. olim. el j. numero 37. de restit. spolia. & ibi Abb. num. 15. quos sequitur Franc. Aret. in cons. 80. num. 9. Ang. in tract. maleficio. in verb. & Titius se defendẽdo, nu. 36. & ibi August. Ariminẽsis, vbi dicũt ꝙ secundum hoc dictum consuluit Baldus, in ciuitate papiæ, sequitur etiam Hippoly. in singul. 100. & in l. is qui aggressorem, numero 18. C. de sicarijs, & l. 58. Styli. & quæ in contrariam videtur l. 59. Styli, vide Couar. in 4. 2. parte cap. 7. §. 7. num. 11.

Amplia sexto habere locum ꝙ si aliquis se defendẽdo occidat suum inuasorem, nõ incidat in irregularitatem, & licet in hoc olim essent diuersæ opiniones, de quibus, per gloss. in cap. sicut dignum in §. clericus, in glo. magna in fine, & in capitul. de his el. 3. 5. distinct. & in Clemen. si furiosus. de homic. tamen hodie hoc est expressè determinatum, per text. in d. Clemen. si furiosus, de homicid. & sic dico quòd occidens aliquem nõ voluntarie, neque ex proposito, sed solum ad suam defensionem, quia aliter non poterat à morte euadere nõ incidit in irregularitatẽ, per illum tex. & ibi omnes Doctor. idem voluit gloss. in summa 23. quæst. j. glo. & ibi Abb. in cap. sicut dignum. num. 14. de homicidio. Quod tamen est verum quandocunque mortem propriam aliter euadere nõ poterat. ita probat tex. in d. Clemen. si furiosus. & ita per illum text. tenet idem Abbas in cap. olim, el. j. de restit. spolia. nume. 17. & in c. cleri. el j. de vita & honesta. cle. nu. 2. Fel. in c. dilecti filij, num. 14. de exceptio.

Limita primo quando inuasus est constitutus in periculo vitæ, sed quando nõ esset ita angustatus vel in periculo vitæ constitutus, tunc nõ licet ipsi inuaso occidere, aggressorem. ita probat tex. in d. Clem. si furiosus, & in l. is qui aggressorem. in vers. in discrimine vitæ constitutus C. de sicarijs, & in l. j. in vers. cum moderamine. C. vnde vi. & ibi glo. magistra. & in l. scientiam. in §. qui cum aliter, ff. ad leg. Aquil. & in l. j. in §. vim vi. ff. de vi & vi arma. & dicitur, quis constitutus in discrimine vitæ, & licet illi occidere aggressorem eo ipso quòd error armorũ, sibi infertur, vt habetur in l. licet in §. armatæ, ff. de vi & vi arma. & in l. sed & si quemcunque in princip. ff. ad leg. Aquil. vbi hoc voluit glo. & Doct. Hor. de sancto Petro, in d. §. qui cum aliter nu. 4. Cæpola. in cõs. 29. nu. 13. in cõsilijs criminalibus. Ang. in tract. maleficiorum, in verbo, & Titius se defendendo, nu. 11. facit quod not. Bar. per illũ tex. in l. sed & si quemcunq; nu. 2. ff. ad l. Aquil. vbi fir

mat

mat quod eo ipso q probo aliquem venire cõtra me gladio euaginato, & ego eũ occidi, quòd tũc probata est defensio mea. quem sequitur Io. de Ana. in cap. si perfodiẽs, nu. 5. in fi. & in num. 6. de homicid. vbi dicit quòd visus, armorum affert iustum metum mortis. quod etiam tenet Bal. in d. l. sed & si quemcũque. vbi dicit hoc esse notãdum illud dictum sequitur etiam Ias. in d. l. vt vim. num. 9. Cæpola in dicto cõs. 29. nu. 14. facit quod notat glo. in l. j. C. vnde vi. vbi dicit q sufficit terror armorum vel iactatio persecutionis.

Limita secũdo nõ procedere in bãnito, quia is nõ potest se defendere, & si quem occidat se defendẽdo, punitur; ex quo vbi licita est offensio, reprobata est desẽsio. ita cõcludit Bar. in l. vt vim. nu. 4. ff. de iusti. & iure quem sequitur Nellus de S. Geminiano vbi arguit ad vtrãq; partem, in tract. bãnitorum. in 2. parte 2. temporis. q. 49. nu. 49. quem ẽt sequitur Phillp. Dec. in d. l. vt vim. nu. 3. Hippoly. in practic. crimin. in §. aggredior. num. 75. & Nellus vbi supra cõcludit quòd bãnitus occidens ad defensionem, punitur directa legis Corneliæ, & de dolo, cũ sciebat se nõ posse defendere.

Cõtrariam tamẽ opinionẽ tenet Bal. in l. j. num. 51. C. vnde vi. & in d. l. vt vim. num. 3. Card. in Clem. j. nu. 32. de homicidio. Ratio in qua se fundãt est in supradicta regul. scilicet quòd defensio est de iure naturali, vt in d. l. vt vim. & in Clem. pastoralis, de re iudi. & nõ potest à Principe tolli, vt in §. sed naturalia quidem iura. Institut. de iure natura. facit quod notat Bald. in c. à nobis, num. 6. de excep. vbi dicit quod statutum tollẽs defensionem debet intelligi de ciuili, nõ autem de naturali, quem sequitur Feli. in c. dilecti. nu. 6. eod. tit. in qua quæstione Paul. Cast. in d. l. vt vim. naturabiliter distinguit autoritate Ioã. de Lignano, in tracta. de iusto bello, c. 88. quòd aut statutum dicit bãnitum posse offendi, & tunc nõ est licita defensio, bãnito; ex quo vbi offensio permittitur, reprobatur defensio. aut dicit quòd occidẽs bãnitum nõ puniatur, & tunc licet se defendere, ex quo nõ est permissa offensio, sed est impunita. quem sequitur Hippol. in d. §. agredior. nume. 78. quod tamẽ intelligo verum ac habere locum quãdocũque maxima subsistente causa tollitur hæc defensio naturalis, cum subsistente maxima causa tolli posait, vt not. Ang. in l. si sic. ff. de leg. j. & ibi Alex. idem Alex. in l. cum mulier oum. 12. ff. solu. mat. Alberic. in l. omnes qui. C. de episco. & cle. vbi plura adducit in quibus defensio tollitur facit text. in l. addictos. C. de episcop. & audient. & ita tenet expresse Philip. Dec. in d. l. vt vim. nu. 3. & 4. quod ante eum tenuit Florianus in l. j. in §. cum arietes numer. 9. versic. quod tamen dixi. ff. si quadrup. paupe. fecis. dica. per tex. in l. milites argum. in §. irruens ff. de re militar. & in l. si seruus C. de his qui ad eccle. confu. & in le. itaq; ff. ad l. Aquiliam, de quo etiam vide not. per Feli. in d. c. dilecti filij, nu. 7. de exceptionibus.

Limita tertio in filio cõtra patrem, & in seruo contra dominum: ita tenet Bar. in d. l. vt vim secundum Hipp. in practica, in d. §. aggredior, num. 79. vbi tenet, quod si pater aut dominus verberet filium, aut seruum, si filius aut seruus insiltat, licet patri vel domino occidere filium vel seruum impune, per supradictam rationem glo. in d. l. vt vim, nam ex quo licita est offensio patri in personam filij, & domino in personam serui, vt late concludit Alci. in tract. præsumptio. in j. regula, præsumptio 3. per totã, facit, tex. in l. j. 2, 3. & 4. C. de patria potesta. & per totum C. de emendatione seruorum & propinquorum. Nõ est licita defensio cõtra eõs, ideo pater & dominus occidere possunt, ita cõcludit Hippoly. vbi supra, sed Bart. in d. le. vt vim. hoc non dicit: sed ibi, num. 4. dicit quòd nõ licet, filio se defendere aduersus patrem verberantem, nõ tamen dicit quòd si pater occidat, nõ teneatur, imò expresse Felin. tenet contrarium in d. c. dilecti filij. de exceptio. nu. 7. in casu quo pater ad dominus non verberaret animo corrigendi, sed potius occidendi: nam filio licet, ei resistere, vt ibi.

Limita quarto in officiali: nam non licet aduersus officialem exequentem resistere, & se defendere, vt in l. si seruus, & ibi notat Bar. C. de his qui ad ecclesi. confu. & in l. fi. C. quando liceat vnicuique sine iud. se vind. Cataldus, in tracta. Syndica. nume. 171. Io. de Imol. in l. ex consensu. in §. fi. ff. de appellat. num. 9. facit glo. in dicta l. vt vim. ff. de iustit. & iure, quæ dicit quòd officiali iniuriam faciẽti non licet resistere, nec se defendere contra eum, facit quod notat Aristotel. lib. 5. Ethicorum, c. 5. vbi dicit q si principatum habẽs percutiat. nõ debet repercuti, ex quo violentia à superiore iuste infertur. facit etiam text. in ca. noli. in fi. 23. q. j. item etiam facit c. bonæ. de ætate & qualitate. vbi imponitur pœna ei qui manus intulit suo duci, & facit c. pater, 9. q. 3. facit etiam Ecclesiast. c. 4. vbi dicitur noli resistere contra faciem potentis. Et sic non sine causa princeps secularis portat gladium ante se, ad denotandum quòd subditi eorum superioribus non debet resistere, vt dicit Apostolus ad Roma. c. 14. Ideo Lucas in Euãgelio 10. cap. dicit, qui vos scilicet, iudices mundi spernit, me spernit. facit pro hoc tex. in l. adductos. C. de appellat. vbi nullo modo via facti licet resistere iudici quando aliquid facit vt iudex. Pro quo facit quod notat. in c. si quando. de officio deleg. & hanc opinionem tenet Hippol. in l. j. num. 78. ff. de sicarijs, quod tantum intellige vt dixi supra in reg. 190. ampliat. 8.

Regula CXCIII.

Deiiciens aliquid in via vel effundẽs, tenetur ad pœnam dupli. Hanc regulam probat tex. in le. j. ff. de his qui deiecerunt vel effuderunt.

Limita primo si effundens aut deijciens ter proclamauerit ea quidẽ voce vt audiri & casus euitari possit, tunc n. nõ tenetur ita probat tex. in l. si putator. ff. ad l. Aquil. & in l. inter. §. qui susceperit. ff. man. & in l. qui foueas vrsorum. ibi, neq; denuntiatum est, ff. ad le. Aquil. De iure regio est tex. in l. 4. tit. 8. parte septima.

Limita secundo si via sit qua vulgo nõ commeatur & eiectum vel effusum sit, nam cum locus remotus sit, etiã si modo cœperit commeari, regula non habet locum, vt in l. j. in §. j. ff. de his qui deiecerunt vel effude. diuinare. n. non potuit an aliquis per eum locum transiturus esset, vt in l. si fideiussor. in §. si cum debitor. ff. mand. & in di. l. si putator in fine.

Limita tertio quando interdiu deiectum est, nõ autẽ cum noctu, vt in l. hoc edicto. in §. Labeo. ait. ff. de his qui deiec. vel effuderunt. tamẽ in vrbe & noctu iter fieri solet, ideoq; siue diu siue noctu quid effusum est teneri puto, vt videtur sentire glo. in d. §. Labeo ait. in verbo, non nocte.

Limita quarto non habere locum in hærede. Rõ, quia pœnalis est, vt in l. si vero plures, in §. hæc autem actio. & in §. fin. ff. eod. tit. & pro hoc facit quod supra dixi in regula 13.

Limita quinto non habere locum in hospite qui diuertit, sed in eo qui hospitium dedit, vt in l. j. in §. hospes ff. eodem titulo.

Regula CXCIIII.

Delictum nõ præsumitur. Hãc regul. probat tex. in l. merito. ff. pro socio. vbi habens rem communem cũ aliquo, & ea vtens nõ præsumitur velle inteuertere ius alterius sed simpliciter vti iure suo, & propterea cõtra talẽ non posset agi furti actione, vt ibi dicitur. Circa quã regulã vltra Doct. ibi vide Ias. in l. qui iurasse, in §. j. nu. 8. ff. de iurein. & in l. ex hoc iure. nu. 11. ff. de iust. & iur. & in l. rogasti. in §. si tibi. ff. si cert. petat. Paul. Paris. notabiliter in cap. in præsentia nu. 33. de probatio.

Hanc regulã cum quatuor limitationibus, vbi notabiliter eam declarat, ponit And. Alcia. in tracta. præsumptio. in 3. regula, præsumptione. j. per totam.

REGVLA CXCV.

DETERIORATIO seu diminutio superueniēs in re de qua fuit dispositū, nō extinguit dispositionē, actionē, vel obligationem: vt patet in vltimis volūtatibus, vt in l. si ex toto. in princip. & in l. si grege. cum sequēti. & in l. quod in rerum. ff. de leg. j. vbi minuto grege, vel fundo, legato, casu vel facto testatoris, durat legatum. facit l. peculium, in princ. ff. de leg. 2. vbi diminuto peculio vel familia legata, in reliquo durat relictum. facit l. tabernam. ff. de fundo instructo. & in l. periculis. in §. pen. & fin. ff. de auro & argen. leg. & in l. 4. in §. si reddita, ff. commoda. vbi durat obligatio & actio ex commodato, licet diminuta sit res, vel deterior facta. & ibi late per Albe. & Sal. post gl. idem patet in re deposita, vt in l. j. §. si res. ff. deposi.

Amplia habere locum siue diminutio causata sit à testatore, vel disponēte, vt in d. l. peculium, in princip. & in d. l. tabernam, siue à casu, vt in d. l. si grege & in le. Seio. in princ. secundum vnum sensum, iuncta l. Mæuia. ff. de annuis legat. vbi probatur q si testator mihi legauerit duodecim, vt curam habeam trium filiorum suorum, & cōtingat mori duos, quo ad vnum pro tertia par. durabit legatum. faciunt posita supra in regul. 177.

Amplia secundo procedere in actione ad exhibēdum, quia esto q res exhibeatur diminuta, seu deteriorata, nihilominus res dicitur exhibita, vt in le. exhibitionis. & ibi Bar. C. ad exibēdum. ita vt actio ad exhibēdum cesset, vt ibi dicitur: dummodo in diuersa forma nō exhibeatur, vt in l. Iulianus, in §. si quis. ff. eod. tit.

Amplia tertio procedere in tributo quod habet certā taxam: quia si prædium fiat sterile, aliud fertile magis grauatur, vt notatur in l. omne territorium. C. de censibus li. 11. & in l. j. C. de omni agro deser. eod. lib.

Amplia quarto procedere quandocūque debitum est, in genere, quia nisi soluatur res integra & sine deterioratione, vel quę perfectę fiat accipiētis, debitor nō liberatur ab obligatione, vt in l. si seruum. §. sed & si sic. ff. de verb. oblig. & in l. cum quis. in §. qui hominem. ff. de solutio. & ibi Bar. & idem Bar. in l. si rem eod. titu.

Fallit primo si talis diminutio vel deterioratio extinguat formam rei. ita tenet Sali. in l. 3. in §. si reddita. ff. cōmoda. nu. 2. & ibi Alberi. idem Alberi. in l. Iulianus in §. si quis deteriorem. ff. ad exhiben.

Limita secundo quando diminutio superueniēs fit cōtra substantialia dispositionis, quia tunc vitiat dispositionem; in l. per seruum, in §. j. & ibi Bar. & alij. ff. de vsu & habita.

Limita tertio in actione stricti inris, quando quis non prosequitur rem suam, sed sibi debitam, quia non durat prior actio ad rem qua liberatur debitor, sed actio de dolo datur, vt in l. elegāter, in §. nō solum. cum ibi notatis, ff. de dolo. & in l. qui sibi, aut Titio, in §. Stichum. & ibi Bar, & alij. ff. solutio. notant Cyn. & Bald. in d. l. exhibitionis. C. ad exhibendum.

Quarto fallit nisi diminutio sit causata ex cā quæ præcedit obligationem, vel alias sine culpa vel mora debitoris, vel vbicunque periculum deteriorationis vel diminutionis non spectat ad debitorem iuxta not. per Bart. in l. Neratius. ff. de cond. indeb. & in l. si rem ff. de solutio. per Paul. Castr. in l. etiam. ff. eod. titu.

Quinto fallit si creditor simpliciter rem recipiat sine petitione vel protestatione interesse, diminutionis. vel deteriorationis, secundum Bart. post Cyn. in l. exhibitionis nu. 7. C. ad exhiben. Alber. in d. §. si reddita numero. 4. & ibi Doctor. idem Alberic. in §. si quis deteriorem. nume. 6. Bar. in l. qui sibi aut Titio. in §. j. & ibi Paul. de Castr. & in l. etiam ff. de solut.

REGVLA CXCVI.

DIES termini nō cōputatur in termino. Quam regul. probat tex, in l. j. ff. si quis cautio, glo. in l. vbi tex. ff. de reg. iur. & in c. quisquis in verbo, ex ea, 4. quæst. 5. glo. Inno. & Host. in c. super eo el 2. de appell. Bar. Alberi. & Saly. Ang. Pau. Cast. & Roma. in d. l. j. post glos. ibi, ff. si quis cautio Spec. in tit. de citationib. in §. viso, nu. 17. Io. And. post Hosti. in c. solet de sent. excō, li. 6. Philip. Franc. in ca. quam sit de electio. eo. li. Bal. & Ang. in l. 2. C. de annali exceptio. idem Bal. in l. si ea, num. 16. C. qui accusa. non pos. Io. de Imol. in l. Gallus, in princ. ff. de liber. & posthu. Anchar. & Domini in cap. frequēs. de restit. spol. Io. de Imo. in Clem. sicut. nu. 11. de appell. idem Imol. in consi. 61. nu. 2. Paul. de Cast. in consi. 598. num. j. Chassanæ. in consue. Burgund. in tit. {Des iustices,} Rubr. j. §. 8. num. 10. fol. 72. col. 3. Feli. in c. j. nu. 4. de præscript. & in cap. quod ad consultationem. num. 26. de re iudi. & hanc opinionē communiter obseruari de cōsuetudine tenet Bal. in l. eos in §. si autem num. 6. C. de appell. eandem opinionem tenet Guido papa in decisione 270. & hanc opinionem tenet expresse Carol. Molinæus in consuetud. Parisien. tit. j. §. 44. num. 2. & Arnoldus Ferronius in appendice quā fecit ad consuetu. Burdegalen. in tit. de retractu. §. 8. & in princ. & Petrus Rat. in glo. ad cōsue. Pictauien. fol. 220. pag. 2. & expresse Alexan. in l. j. col. j. ff. si quis cautio. & ibi Iacob. de sancto Georg. numero, 6. & ibi etiam Ias. nu. 20, vbi dicit hanc esse communem opinionem, & facit pro hac regula tex. in d. c. frequens, & in c. pia vers. si quis igitur de exceptioni. lib. 6.

Hanc regulam cum duabus limitationibus ponit Soc. in reg. 91. & Ias. in d. l. j. ff. si quis cautio. nu. 20. vbi ponit alias duas limitationes.

Hanc etiam regulam cum quindecim limitationibus, vbi notabiliter eam examinat, ponit Andr. Tiraq. in trac. de vtroq; retractu, in tit. de retractu {Linagier.} in §. j. in glo. 11. nu. 17. & 21. vsq; ad numerum 42.

REGVLA CXCVII.

DIES termini computatur in termino. Hanc regulam probat glo. in l. Gallus, in princip. in verbo proximis, & ibi Iacobus de Arenis Bal. sibi contrarius. Alberi. Ang. sibi quoque contrarius, & Alex. ff. de lib. & posth. glo. in c. anteriorum, in verbo, dierum & ibi Archid. 2. quæst. 6. Hanc opinionem dicit de iure veriorem Alex. in d. l. j. ff. si quis cautio. Iacobus de Aret. in le. j. in §. sed si maritus, ff. de libe. agnos. Specul. sibi contrarius in tit. de appella. in §. restat, numer. 3. Bald. Imol. Panor. & ibi Philip. Dec. in d. c. super eo, el 2. & ibi Philip. Franc. numero 20. per illū tex. Ioannes And. in dicto cap. pia, & in d. c. frequens, & & ibi Paul. de Leazar. & Frācus, ad finem, idem Ioan. Andr. in c. quam sit, de electio. lib. 6. & ibi Domini. sibi contrarius, idem Ioan. And. in c. cupientes, col. j. eod. tit. & libro Rota in decisione 208. in nouis, secundum impresionem antiquam, & secundum nouam in tit. de senten. excommunic. decisio. 4. Bald. in l. eos, in §. si autem numero 5. C. de appella. & in l. si quando, numero 7. C. de testibus, & in le. si duobus, in §. sed & si quis numero 27. C. commu. de leg. & in c. cum vicesimum, numero 3. versi. illud commune est, de offic. deleg. & in consilio 246. numero j. volu. 5. & in l. si ante nuptias, ff. solu. mat. Ancha. in cap. si propter, col. 3. vers. sed quæro, post glo. de rescript. lib. 6. Geminianus in c. solet numero 14. & ibi Philip. Franc. in 2. col. post medium, de senten. excommunicat. idem Geminia. in cons. 91. numero 6. Angel. de Perusio in consil. 404. numero 2. Matth. de. Afflictis in constitu. Neapolit. lib. j. Rubr. 90. numero 5. Carolus Molinæus, in consuetu. Parisiensibus, §. 4. num. 4. hanc opinionem dicit esse magis communem Philipp. Corn. in cons. 279. numero 4. libro. 4

Hanc regulam ponit Bernar. de Luco cum sex limitationibus in reg. 190. referendo se ad Castil. in l. 64. Tau. in glo. in verbo, {desde el dia.} quas 6. limitationes ante eum posuit Præpo. Alexand. in c. super eo, el 2. numer. 21. de appellatio.

Hanc etiam regulam ponit Andr. Tiraquel. in tract. de

vtroque

vtroque retractu, in titu. de retractu {linagier} in glo. 11. numero 19. & ibi in numero 42. vsque ad num. 61. limitat eam decem modis. De iure Regio dies termini cóputatur in termino, in casu l. j. tit. 16. lib. 3. ordi. ibi, {sista cinco dias desde el dia que fuere dada la sententia.} & in casu l. 70. Tauri, ibi, {se cuenten en este caso desde el diadel remate.} & ibi Pala. Ruu. num. 34. & Doct. & etiam in casu l. 64. Tauri, ibi, {desde el dia quæ se opusiere a la tal execution.} quod etiam erat antea dispositum in l. 9. de Madrid. & sic cum supra dicti casus videantur excepti, firmant de iure communi regulam in contrarium, maximè per dictam l. 70. ibi, {en este caso.}

REGVLA CXCVIII.

DICTIO, fructus, prolata ab homine refertur ad fructus existentes in fundo seu præcedentes: & intelligitur de fructibus integris deductione nó facta. Hanc regu. ponit Bar. in l. fructus, numero 7. ff. solut. mat. per tex. in l. pendentes, in princ. & in l. quoties. in §. si sic colono. ff. de vsu fruct. & in l. qui pendentem. ff. de act. empt. & in l. fi. in §. penult. ff. de ijs, qui in fraud. credito. licet aliter velit sentire glo. in l. Iulianus. in §. si fructibus. ff. de actio. emp. & in l. fi. §. fi. in glo. in verbo, fructibus, ff. de iure fisci. hác opin. Bart. tenet Rom. in d. l. fructus, numero 4. vers. secundo quod ff. soluto matrimo. Circa quam regulam vide Vincen. de Herculanis, vbi notabiliter eam declarat, in dicta l. fructus, numero 10. in fin. in vers. quantum ad primam conclusionem. & in nu. 11.

Hanc regulam limitat tribus modis Io. Campezius in tracta. de exactione dotis, posito in tractatu de dote & eius priuilegijs. q. 10. nu. 3. cum sequentibus.

REGVLA CXCIX.

DIFFICVLTAS non excusat debitorem quantitatis à mora, Hanc regulam ponit Bart. in l. quod te mihi. nume. 14. ff. si cert. pet. idem Bar. in l. continuus. in §. illud num. 5. & 6. ff. de verb. oblig. per text. in d. §. illud. Et licet contra Bar. in hoc vsque ad tempora Alexandri esset, communis opinio secundum Aret. in d. l. quod te mihi. cum contrariam opinionem teneant ibi Salyc. Raphael, Cum. & Ludou. Rom. eandem opinionem teneat Hier. Gigas, in tract. de pensionibus. quæst. 75. num. 3. & Philip. Dec. in d. l. quod te mihi, numero 17. tamen post Alexan. qui hanc opinionem Bar. notabiliter defendit in d. l. quod te mihi. numero 9 magis communis opinio est cú Bar. secundum Ripam ibi, numero 52. & Franc. Purpura. nu. 63. in fi. vbi dicit illam Bartoli opinionem esse magis communé eandem opinonem notabiliter tenet Vdalri. Zasius ibi numero 38. & ibi etiam hoc sequitur Franc. Cur. Iunior, numero 37. licet se bene firmare nó audeat. & illam opinionem Bart. sequitur ibi Iacobinus nume. 3. & eam dicit esse communem Lancel. Decius ibi, in colú. 5. ver. in debitore autem quantitatis. eandem dicit communem Ias. ibi, numero 32. & ibi etiam Bartholomæ. Socin. numero 32. Pan. in c. breui numero 4. de iureiurand. & ibi Anto. de Butr. & hanc opinionem Bartoli dicit esse communem Carol. Ruin. in cons. 150. nu. 3. volu. j.

Hanc regulam limitat quatuor modis Carolus Ruin. vbi supra nu. 9. eádem regulam limitat alijs quatuor modis Iacubin. de S. Georg. in d. l. quod te mihi nu. 3. Hanc etiá regulam notabiliter ponit cum duodecim limitationibus Franc. Purpur. in d. l. quod te mihi. nu. 64.

REGVLA CC.

DILATIO peremptoria seu dilatoria non potest dari nisi se el. Hanc regulam probat tex. & ibi Bart. in l. j. C. de dilation. Text. in l. fi. & ibi Alexan. in j. notab. & Doct. communiter, ff. de ferijs. Eandem regulam ponit idé Bar. in l. mancipiorum. num. 5. de optione legata. idem Bar. in l. cessante. num. 6. C. quomodo & quando iudex. Pan. in c. licet num. 4. de probation.

Hanc regulam ponit notabiliter Ias. cum decem limitationibus in d. l. fi. nu. 35. ff. de ferijs. vsq; ad num. 48. eádem regulam cum octo limitationibus ponit Robertus Marranta in tract. de ordine iudiciorum. in 6. par. in rubr. de dilatione pag. 198. à nu. 5. vsque ad nu. 15.

REGVLA CCI.

DILATIO quæ datur ad probandum, dicitur esse peremptoria. Hanc regulam ponit Bar. per textum ibi in l. j. C. de dilatio. idem Bar. in l. fi. etiam per illum tex. ff. de ferijs. & in l. oratione. ff. eod. titu. idem Bart. in l. mancipiorum. per illum text. ff. de optione legat. nu. 5. & in le. cessante, per tex. ibi, C. quomodo & quando iudex. numero 6. & in l. si finita. in §. Iulianus, & ibi Alex. numero 12. ff. de dam. infecto idem Bar. in l. 3. in §. vsuras, numero 3. ff. de leg. 2. & in Extrauag. ad reprimendú. in glo. in verbo, super dicto crimine. in fine. qui sint rebelles, in vsibus feudorum. Spec. in tit. de dilationi. in §. j. nu. 3. & in §. videndú. nu. 7. Bar. in l. 2. ff. de re iud. & ibi Ias. nu. 36. idé Ias. in l. qui Romæ in §. duo fratres. nu. 52. ff. de verb. oblig. & in l. Gallus, nu. 17. in j. lect. & in 2. lectura, nu. 16. ff. de libe. & posthu. Abb. in c. consuluit. nu. 11. ff. de offic. deleg. Felin. in c. pastoralis, num. 2. de exceptio. Abb. in c licet causam, numero 4. de probatio. Iacobinus in d. l. fi. num. 1. & 2. ff. de ferijs.

Hanc regulam ampliat octo modis & limitat septem, modis Iason in l. fi. numero 6. vsque ad nu. 23. Eandem regulam cum 7. ampliatio. ex supra dictis Iasonis & 8. limitat. ponit Franc. Niconicius in repet. c. quoniam contra in glo. in verbo, dilationes. a numero 15. vsque ad nu. 72. de probationibus folio. 101. col. 2.

REGVLA CCII.

DIOECESANI & nó alienigenæ in beneficijs per patronos sunt præsentádi. Hác regulam probat tex. in c. hortamur 71. distin. qui vult patronos in ecclesijs patronatis, nó posse præsentare præsbyteros aliunde veniétes, nisi sint de illa diœcesi. idem probat tex in c. nullum. eadem causa, & quæst. & in cap. ad decorem, de institutionibus. Hác etiam probat tex. in c. nullus, & ibi glo. in verbo, ciuitatis 61. distin. & tex. in c. sacrorum 63. distin. facit etiam quod episcopus debet eligi de numero Canonicorum, si in capitulo idoneus reperiatur: alias extra capitulum eligi potest, vt in c. ne pro defectu. & in c. cum inter Canonicos, & ibi Doct. de electio. Firmianus in tracta. de episc. in j. par. 2. lib. q. 16. facit etiam tex. in c. fi. & ibi Io. And. in c. fi. de cleri. peregr. vbi clericus peregrinus nó potest institui sine approbatione & literis dimissorijs sui ordinarij. tex. à contrario sensu in cap. si quis episcoporú, 16. quæstione quinta.

Amplia primo in tantum procedere, quod si reperiantur idonei in ciuitate vbi præsentatio debet fieri, illi erút præsentádi. Ró est, quia cómodus residere poterút, vt in d. c. nullus 61. dist. & in c. sacrorum 61. dist.

Amplia secundo quod si reperirentur, de gremio, vel capitulo, in quo est beneficium, aliqui idonei qui præsentari possint, illi præsentari debét, vt in d. c. ne pro defectu, & in d. c. cum inter canonicos & ibi Doct. de elect.

Amplia tertio quod clerici peregrini nullo modo possunt præsentari nec institui in illo beneficio, vt d. c. fi. & ibi Io. And. & Doct. de clericis peregrinis.

Limita primo procedere hác regulá quádo in illo gremio seu capitulo, in illa ciuitate vel diœcesi, sunt clerici, idonei qui poterint presentari, quia illi præsentari debét. Sed si in diœcesi, ciuitate, vel gremio, idonei clerici, non reperiantur, recurrendum est ad exteros facit text. in ca. ne pro defectu, & in c. cum inter Canonicos de elect. & ibi Doct. Hác opinionem tenet Abb. in cap. ad decorem, numero 1. & 4. pro qua limitatione facit quod not. Feder. de Senis in consil. 95. num. 2. & 3.

Limita secundo nó procedere in episcopis, nam episcopi possunt in ecclesijs in quibus habent ius patronatus in sua vel in aliena diœcesi præsentare quem velint, vt in ca. si quis episcoporum. 16. quæst. 5.

Limita

Limita tertio non procedere de cõsuetudine: nã de cõsuetudine nõ solum episcopi patronos, sed etiam laicos in quancũq; diœcesi possunt præsentare quẽ velint quãuis, alienigenas, secundũ Host. Anto. de Butr. & doct. in c. significasti. de iure patrona. quod est intelligendum dummodo clericus præsentãdus sit idoneus & cognitus, secũdum Anto. de Butr. in d. c. significasti. Paul. de Citadinis in tract. Iuris patronatus in sexta par. arti. 3. quæst. 51. nu. 30. & circa hãc regulam vide notabiliter, vbi alia quãplura adducit Cæsar Lamber. in tract. Iuris patron. in j. par. 2. libri, artic. 24. 7. quæstio. principali, nu. j. cum alijs fol. ducentesimo tregesimo septimo.

Hodie tamẽ de iure Regio hæc regula habet locum in omnibus alienigenis, nõ solum in beneficijs, verumetiã in canonicatu, & in præstimonijs, & in omnibus alijs dignitatibus ecclesiasticis, vt probatur in l. 18. & 19. tit. 3. li. j. Ordi. & in Pragmat. 3. in Curijs Toletanis Anni 1525. & in Pragmat. 2. & 9. & 66. de Madrid, Anni 1528. & in Pragmat. 42. in Curiis Segouianis, Anni 1532. & in pragmati. 14. de Madrid, Anni 1534. & in Pragmati. 17. de Valladolid, Anni 1537. quod etiam in pensione habere, locum est Pragma. 4. Toletana, Anni, 1525. & Pragm. 4. de Madrid. Anni 1539.

REGVLA CCIII.

DIMINVTIONIS periculum vel damnum pertinet ad eum, ad quẽ res pertinet, seu ad dominũ rei, vel creditorem, aut cui res est peruẽtura, vt est text. in l. j. & in le. cum inter, C. de peric. commod. rei vend. & in §. cũ aũt Instit. de empt. & vend. & in l. id quod ff. eod. tit. vbi damnum cõtingens in re vẽdita post perfectam vẽditionem spectat ad emptorem. De iure Regio probatur in l. 16. titu. 10. lib. 3. Fori. & in l. 23. tit. 5. parte. 5. & in l. 24. 25. 26. & 27. eod. tit. & par. & in diminutiõe est text. in l. Lucius. ff. de euictio. Sed ante perfectam spectat ad vẽditorẽ, vt ibi dicitur, & in l. necessario, ff. de peric. vt cõmodo rei vẽd. & in l. periculum. ff. de pignori. & qñ dicatur perfecta declarat text, & ibi glo. in verbo periculum. in d. l. necessario, & in d. l. 17. Fori. & circa hanc regulam vltra Bart. in l. quod te mihi. ff. si cert. pet. & in l. creditor. ff. de solutio. vide Philip. Cor. in cõs. 186. nu. 9. volum. j. & Carol. Ruin. in consi. 116. nume. 8. & 16. volu. 5. Maria. Soci. Iun. in cõsil. 26. numero 11. vol. j. Ioannes Corasi. in libro secundo, Miscellaneor. c. 9. num. 3. Ioã. de Amicis in consi. 130. nume. 9.

Hãc regulam limitat nouem modis gl. in §. cum autem in verbo, statim. Instit. de emp. & vend. quam glo. vltra doct. ibi declarat notabiliter Franc. Ozerius, num. 5.

Quam regulã amplia quindecim modis, & limita duobus & viginti modis vt per Albertum Brunum in tract. de diminutione & deterioratione. in conclusione. 20. à num. 128. vsque ad num. 163.

REGVLA CCIIII.

DIMINVTIO quæ est in re de qua disponitur tempore dispositionis, nõ facit cessare dispositionem. text. est in l. domum. ff. de cõtrah emptio. vbi vendita domo, quæ pro parte erat conbusta tempore cõtractus inscijs cõtrahentibus, nihilominus tenet venditio, licet fiat pretij defalcatio, vt ibi, & in l. Iulianus. in §. si venditor ver. per cõtrarium. ff. de actio. emptio. vbi vendita hæreditate ex qua subtractæ erant plures res, tenet nihilominus venditio licet competat actio propter res subtractas. & facit tex. in l. 2. in princ. & l. tenetur. in prin. ff. de actio. empt. vbi si mensura dicta non inueniatur in fundo vendito, tenet emptio, licet pro parte deficiẽte habeatur ratio. idem tenet Bal. in l. 2. C. de cõtrahẽ. empt. per text. in l. ex cõducto. ff. locati. idem facit tex. in l. si post ff. de peric. & commo. rei vend. vbi dicitur quod si post inspectum, fundũ, quem emere volebam, arbores vi ventorũ fuerunt euulsæ, nihilominus venditio postea de fundo facta tenebit, absq; eo q̃ arbores venditæ intelligantur, cum non sint pars fundi, licet si emptor ignorauerit, & venditor sciuerit, & nõ dixerit, debeat haberi ratio interesse arborum, facit l. sed si communis. ff. eod. tit. vbi si emam rem in qua ignorãs habeo vsumfructum, tenet emptio, & pretium, judicis officio minuitur, vt in l. suæ rei. in fine, cum l. sequenti. ff. eod. tit. De iure Regio est tex. in l. 14. & in le. 19. tit. 5. par. 5. & circa hanc regulam vide notab. Io. Igneũ in repe. l. contractus, nu. 82. ff. de reg. iur.

Hanc regulam cum duabus ampliationibus, & nouẽ limitationibus ponit Alber. Brun. in tracta. de diminutione & deterioratione, in 14. conclusione, nu. 76. vsque ad numero 90.

REGVLA CCV.

DISPOSITIO facta per verba præsentis temporis, nõ tribuitur ad futura, siue dispositio sit indefinita, seu vniuersalis. De infinita est tex. in l. si ita. ff. de auro & arg. leg. & in l. si seruitus. in princ. ff. de seruit. vrb. præd. & in l. si stipulatus fuerim illud aut illud, in §. j. & in l. si à colono. ff. de verbo. oblig. tradit Roma. in consil. 136. De vniuersali est tex. in l. in lege ff. de cõtrah. empt. & in le. si ita scripsisset, & in l. finali. in §. j. ff. de leg. 2. & in l. Iulianus in fi. ff. de leg. 3. Rom. in consil. 503. nu. 11. Franc. Aretin. vbi allegat alia iura, in consil. 111 num. 2. Angel. in consil. 261. numero 5. Alexand. in consilio. 168. numero 16. volum. 2. & in consil. 25. volu. 7. & circa hanc reg. vide Rom. in sing. 497.

Hanc regulam ponit cum sex limitationibus Ioan. de Imo. in Clem. literas. num. 25. de rescrip. eandem regulã cum decem limitationibus vbi notabiliter tractat materiam, ponit Vinc. de Hercula. in sua disputatione, in j. quæstio. incipienti In nomine Domini nostri fol. 7. colum. 3. vers. redeundo modo ad propositam materiam. fol. 8. per totum: quas limitationes Imo. & Vincen. de Hercula. ponit Alber. Brun. in tract. de rebus seu dispositionibus dubijs, in 3. c. incipiente, Venio ad dubiam dispositionẽ, nu. 39. fol. 118. in 17. volu. tractat.

Hanc etiam regulam cum nouendecim limitationib. ponit Haymon Crauet. in repet. l. j. num. 26. cum seq. ff. de legat. primo.

REGVLA CCVI.

DISTRIBVTIONES quotidianas quis, si non residet, habere nõ potest, nec valet consuetudo in contrariũ. hanc regulam probat text. in cap. j. & ibi gloss. de clericis non residen. facit etiam, nam illi qui finguntur, si nõ resident, nõ percipiunt distributiones quotidianas, vt in d. c. de cætero. & ibi Doct. de cleric. nõ residen. & sic licet aliquis sit priuilegiatus, vt percipiat fructus beneficij nõ residendo, tamen nõ percipiet quotidianas distributiones, ita concludit Calder. in cõs. 221. Feli. in c. Iacobus, nu. 1. de simo. & circa hanc regulam vbi ponit quæ proprie dicantur distributiones quotidiane, vide Paul. Paris. in consil. 33. nu. j. volu. 4. consil. 32. nu. 6. eod. lib. Steph. Bertr. in con. 275. nu. 5. vol. 2. primæ impressionis Mar. de Mantua in consil. 131. per totum Oldra. in consi. 140. Didacũ de Couarru. in lib. 3. variarum resol. c. 13. nu. 2. & per totũ & Boer. in decis. 17. August. Beroũ in quæst. 114. per totam & vide quæ supra in reg. 134. in 6. limitat

Amplia primo procedere vt etiam non valeat cõsuetudo quod Canonici residentes, qui infra annum nõ promouetur ad ordines, quos beneficia per eos retenta requirunt, percipiant integras distributiones, cum lex canonica, quæ subtrahit illis dimidiam partem, deroget consuetudini, vt in clem. vt 2. qui. in ver. ipsisq; de ætate & qual. Roch. de Curt. in tractatu, de cõsuetu. num. 482.

Amplia secundo vt etiã non valeat cõsuetudo, q̃ habẽs plures canonicatus in diuersis ecclesijs percipiat distributiones quotidianas in vtraque ecclesia, licet in vna, tantum resideat. ita tenet Card. in d. Clem. vt hi in §. illi vero, num. 18. de ætate & qualitate. Circa quam ampliationem vide Didacum de Couar. vbi supra num. 6.

Amplia tertio etiam si consuetudo fingeret eos reside re in ecclesia, per tex. in d.c. de cetero, glo. in d.c. vnico in verbo assuerint, de cleri. non resid. lib. 6. Et aliæ tres ampliationes colliguntur ex text. in d.c. vnico. Prima, vt procedat si consuetudo disponat quòd præsentes in loco nõ percipiãt distributiones quotidianas licet nõ intersint, diuinis. Secunda, idem babere locum in anniuersarijs, mortuorum. Tertia, vt etiam virtute consuetudinis non acquiratur dominium.

Limita primo vt procedat in consuetudine generali. Secus si esset consuetudo specialis priuilegians aliquẽ ex aliqua iusta causa. ita tenent Deci. in c. cum omnes in 2. lectura, in j. notab. in fine, de constitutionibus. quem sequitur Couarruu. vbi supra, numero 5. in fine versic. 3. eadem ratione.

Limita secundo vt licet talis consuetudo non valet. tamen valere consuetudo, quòd distributiones quotidianę diniderentur inter eos qui interessent certis horis licet nõ interessent omnibus boris. ita tenet Card. in dicta Clem. vt hi qui §. j. post glo. ibi in verbo. certis. q. 17. & ibi Ioã. de Imol. quam opinionem sequitur Rochus de Curte in repet. c. fi. nu. 485. de consuetud.

Limita tertio vt non procedat quando esset dubium in iure an tales distriburiones deberentur aliquibus sic absentibus, quia runc consuetudo valeret, & interpretaretur istud dubium iuris, ita tenet Dec. in d.c. cum omnes, in j. lect. post Bal. ibi per eum allegatum, de consti. eandẽ opinionem tenet Rochus de Cur. in d.c. fi. de consuetu. nu. 128. vbi plura ad hoc adducit And. ab Exea in d. ca. cum omnes. num. 50. in fine.

Limita quarto vt non procedat quando consuetudo vellet quòd habens duo officia in eadem ecclesia percipiat distributiones quotidianas annexas illis officijs, & sic quod vnus percipiat duas distributiones quotidianas in eadem ecclesia. ita tenet Bald. inter consilia Car. in consil. 53. nu. 6. & ibi Card. Zabarella in subscriptione illius consilij. eandem opinionem tenuit ante eos Ioannes Andr. in c. cum olim de re iudi. & ibi Feli. dicit hãc esse communem opinionem & eam sequitur Couarruuias vbi supra, nu. 6. quã opinionem relinquit cogitandam And. ab Exea in d. cap. cum omnes num. 51.

Limita quinto non procedere quãdo talis consuetudo esset inducta sciente & patiente Papa: quia talis cõsuetudo generaliter & indistinctè valebit etiam quo ad distributiones quotidianas, quia ex tali scientia & tolerantia Papæ, inducitur dispensatio, per ea quæ tradit Panor. in cõsil. 94. in prima parte. Anto. de Butr. & Doct. in c. accedentes. de pręscriptio. eãdem opinionem tenet And. ab Exea in dicto cap. cum omnes, numero 52. de consti. Couarruuias vbi supra, nu. 5. in fine.

Limita sexto quandocunque aliquis est absens ab officijs diuinis propter aliquam vrgentem causam & necessitatem, vel ob euidentem ecclesiæ vtilitatẽ. ita probat tex. in d.c. vnico, in §. qui vero, de cleri. non residen. libr. 6. & ibi glo. & ita tenet Couarru. vbi supra nu. 8. in versic. octauo non tantum.

Limita septimo quandocunque aliquis esset infirmus, qui morbo impediente non potest personaliter interesse diuinis officijs, vt in dicto cap. primo, de cleri. non residẽ. libr. 6. in §. qui vero & in cap. j. de clerico ægrotante, vel debilitato, facit etiam text. in laruonibus. in §. de illo. ff. de vsufruct. & ita expresse concludit Couarruuias vbi supra, nu. 8. in princip. & facit quod supra dixi in regu. 63. & alia circa hanc regulam vide per Doct. in d.c. j. de cler. non resid. & in d. Clem. vt hi & in dicto cap. cum omnes & in c. cum non deceat. de elect. libr. 6. & per Couarruuiam vbi supra.

Regula CCVII.

Diuturnitas tẽporis seu taciturnitas sola ad præscriptionẽ nõ sufficiẽs in nõ petẽdo debitũ, nõ inducit remissionẽ debiti seu donationẽ. Hãc regulam probat tex. in l. libertis, quos. §. manumissis. ff. de alimẽtis, & cibarijs legatis. quã regulã per illũ tex. ponit Lud. Rom. in cõsi. 417. nu. 15. Ias. in l. quæ dotis, nu. 18. ff. sol. matrimo. & hanc opinionem dicit esse communem Guliel. Pontanus in d. l. quæ dotis, num. 8.

Limita primo nõ habere locum in debito odioso, seu in lucro pœnali, vt vsurarij, vt in l. cum quidam. in §. diuus. ff. de vsuris. & ita vltra Bald. ibi, & Rom. vbi supra tenet Alexand. per illum tex. in l. quæ dotis. & ibi Ias. num. 21. ff. solu. matr. And. Alciat. in tract. de pręsumpt. in j. regu. præsumpt. 32. nume. 6. quod etiam tenet Bald. in consil. 474. in 2. vol. Phil, Cor. in cons. 206. nu. 10. lib. 2. Alc. in cõs. 74. nu. 8. li. 5. Guliel. Põt. in d. l. quæ dotis, nu. 8. Floria. de sancto Petro in d. §. diuus Pius, in fi. verb. Iacobi. in l. cum post princ. num. 2. ff. de iure dot.

Limita secundo in lucro dotis, quam vir lucratur propter dissolutionem matrimonij contingentem culpa mulieris vt est text. in l. cum post. in prin. ff. de iure dot. & ita per illum text. tenet Roma. in d. con. 417. nu. 15. ita tenet Ias. in d. l. quæ dotis, nu. 19.

Tertio fallit quando concurrunt hæc tria, Lius sanguinis, diuturnitas temporis, & multiplicata computatio rationis, vt probat text. in l. Procula. ff. de probatio. & ibi doct. præcipue Floria. de sancto Petro & Iacobi. de San. Georg. Bar. & Doct. in l. quæ dotis. ff. solu. mat. & ibi Ias. num. 18. & Guliel. Pontan. num. 8. & ita expresse tenet, Rom. in dicto consi. 417. glo. in dicta l. libertis quos. in §. j. ff. de alimen. & cibarijs legat. & in dicta l. quæ doris. ff. solu. matrimo. Hanc opinionem tenet Bald. in l. si certis annis. C. de pactis. Alex. in consil. 46. numero 12. volu. j. & in cons. 56. nu. 14. volu. 4. Matth. de Afflict. in decisio. Neapolit. decisio. 13. nu. 12. & 22. And. Alcia. in dicta præsumptione 32. nu. 5. vbi post Ias. in d. l. quæ dotis, & ibi Guliel. Pont. qui dicunt hanc esse communem opinionẽ dicunt quod hæc tria copulatiue requiruntur ad hoc, vt prædicta limitatio procedat.

Quarto limita non habere locum in casu l. quicunque C. de apochis public. libro decimo, vbi ille qui tribus annis proximis ostendit se soluisse tributum vel cẽsum præsumitur vsque retro postea semper soluisse, nisi probetur contrarium. & illum textum ad hoc reputat ibi sing. Bar. Bal. in c. literæ. numero 7. de dilatio. glo. magna. in l. 2. C. de iure emphyteu. Fran. Balbus in tract. præscr. in 3. part. principali, in 10. q. nu. 18. vbi ponit hãc limitationem, circa quam vide posita supra in reg. 54.

Regula CCVIII.

Doctor antiquior iunior præferri debet, vt est glo. in l. cum quid in verbo, nouem ff. si cer. pet. facit etiam, tex. in l. j. ff. de albo scriben. in c. j. de maiori. & obed. notatatur expresse in auth. de defensio. ciuita. in §. audient. in verbo publice colla. 3. in l. j. C. de consulibus lib. 12. in l. fi. de decurio. eod. lib. facit l. semper in ciuitate nostra, ff. de iure immunit. l. fi. ff. de fide instru. c. episcopi & ibi glo. vnica, 24. distin. c. statuimus. 61. distin. tex. in l. prouidẽdum, in princ. ibi, aut vetustas, & ibi glo. 2. C. de postuland. vbi dicit quòd seniores aduocati præferuntur iuuenibus facit glo. vnica in c. sic vlue. 16. q. j. vbi dicit quod seniores magistri potius sunt audiendi quam iuuenes. & circa hãc regulam vide Bartol. & Doctor. in d. l. cum quid ff. si cer. petat. & Felinum in Rub. de maio. & obedien. Lamberti. in tract. iuris patrona. in tertia parte secundi libri, in 11. 12. & 13. arti. 5. q. princ. Barth. Cæpol. in tractatu de Imperat. milit. elig. c. j. Petrum Lesnanderium in tract. de Doctoribus, in tertia par. quęst. 3. cum sequen.

Hãc regulam cum duabus ampliationibus, & sex limitationibus ponit Philip. Dec. in d. l. cum quid, nume. 11. vsq; ad nu. 22. Eandem regulam cum duabus ampliationibus, & octo limitationib. ponit idem Dec. in ca. clerici. nu. 7. cũ seq. de iudicijs. Hãc etiam regulã cũ duabus ampliationib.

pliationib. & septem limitationib. ponit Franciscus Purpuratus in dicta l. cum quid nu. 54. cum alijs. Eandem regulam ponit notab. Bartholomæus Chassanæus in Catalogo gloriæ mundi, in decima parte, cōsideratione 26. & ibi in 25. cōsideratione & 26. & 27. & 28. eam limitat, & in 30. & 32. & 33. & 34. Eandem regulam ponit And. Alciat. in tractatu præsumpt. in j. regula, præsumptione 45. vbi eam limitat duobus modis.

REGVLA CCIX.

Dolo facit, qui petit quod restiturus est. Quam regulā probat text. in l. in condemnatione. in §. dolo. ff. de regul. iur. & text. in regula, dolo, de regulis iuris iur. lib. 6. & in l. dolo facit. ff. de doli exceptione. & in l. si socer. §. Lucius, ff. solu. matr. & ibi Bart. & Doct. Circa quam regulam vide Philipp. Deci. in consi. 424. nu. 5. Ang. Aret. in §. j. nu. 7. cum seq. Instit. de exceptionibus.

Hāc regulam limita vt per Decium in dicto §. dolo. & ibi Guliel. Maineri. qui etiam ponit aliquas limitationes, & ibi Pyrrhus Englebermæus, qui eam limitat quinque modis. Eandem regulam, vbi eam ampliat duobus modis & limitat quinque modis, ponit Vldari. Zasius in d. l. dolo, ff. de doli exceptione.

REGVLA CCX.

Dominium rei legatæ statim recta via transit in legatariū particularē à morte testatoris. Hāc regulā probat tex. in l. à Titio. ff. de furt. in l. vnica, in §. in nouissimo C. de caducis tollen. in l. si seruus legatus. ff. de noxalibus, in l. legatum ita. ff. de leg. 2. cum alijs ibi in gloss. allegatis. de iure Regio probatur in l. 34. titul. 9. part. 6. circa quam regulam vide Bart. & Doct. in l. j. ff. de lega. j. vbi Ias. nu. 59. & 81. & 115. And. Alci. nu. 10. cum alijs: & ibi Guliel. Pontanus, nu. 71. Ang. de Periglis in 6. col. in fi. Franc. Balbus in repet. l. Celsus. in secunda parte, nu. 3. Stepha. Bertrandus, in consil. 8. num. 2. vol. j. primę impreßionis. Hieronym. Gratus in consil. 65. num. 20. volu. 2. Marcus de Mantua in consil. 8. nu. 16. Carol. Ruin. in consi. 154. nu. 4. volu. 5. & in consil. 55. num. 3. vol. 2. Guliel. Benedict. in repet. c. Rainutius, in verbo, si absque liberis moreretur, el 2. nu. 153. And. Tiraquel. in tract. de morte, in quarta declaratione præfationis, nu. 3. in 6. parte declara. 2. nu. 6. Marc. de Man. Apophthegma. 169. Ant. Nicellus in cō cor. glo. concord. 92. num. 418.

Et circa hāc regulam quibus modis acquiratur nobis dominium de iure ciuili, vide Io. de Villamati in tract. de acquisitione successionis, nu. 2. cum alijs. & quib. mod. acquirat de iure naturali, vide per eundem ibi nu. 43. cū alijs

Hanc regulam limitat quinque modis Vdalri. Zasius in l. plane in §. si ita Titio legetur. num. 6. cum sequ. ff. de leg. j. Eandē regulā ampliat duobus modis, & limitat duodecim modis Frāc. de Ripa in d. l. j. à nu. 48. vsq; ad nu. 62.

Vltra quos amplia primò hāc regulam vt procedat nō solū in dominio, verum etiam in iure seruitutis realis, nā transit seruitus in legatarium recta via, vt in l. si patrem. in §. j. ff. quēadmod. serui. amit. in l. fi. ff. de ser. leg. gl. in l. corruptionē, C. de vsufru. Bart. in d. l. j. nu. 6. & ibi Ias. nu. 124.

Amplia secundò, vt procedat etiam in seruitute personali vsusfructus, vt in l. si Titio fundus, ff. de vsufructu legato. & ita tenet Ias. in d. l. j. nu. 52. ff. de lega. j. & in dicto, numero. 124. & ibi Soci. num. 9. facit etiam tex. in l. 2. ff. quando dies lega. ced. licet contrarium teneat Aret. in d. l. j. nu. 4. verſ. tertio videtur posse limitari. ff. de legat. j. & hanc ampliationem tenet Ripa in d. l. j. nu. 60.

Amplia tertiò vt procedat etiam in legato vniuersitatis corporū, vt in l. si grege. verſi. vēdicari. ff. de legatis primo. idē in vniuersitate mixta, vt in l. si peculium ff. de pecul. legato. idem etiam in legato dotis, quod equiparatur, legato peculij, ita tenet Iacobus de Nigris in repet. lega. j. col. 35. in principio, ff. de legatis primo.

Quartò ampliatur vt procedat non solum quādo legatur res particularis, sed & si legetur rei vēdicatio re possessa per tertiū, ita tenet Bal. in l. si creditoris, nu. 5. C. de fidei cō. & in l. j. col. 2. C. cōmu. de leg. Ias. in d. l. j. nu. 123. ff. de leg. j. & ibi Iacob. de Nigris col. 38. ver. tertio amplia, pro quo adducit tex. in l. ex legato nominis. C. de leg. & in l. sicut §. vēditionis. ff. quib. modis pignus vel hypot. solu. & cto tex. in l. j. §. per seruum corporaliter. ff. de acq. poss. & ita no. Guil. Pontanus in d. l. j. nu. 73. ff. de leg. j.

Quinto amplia vt procedat etiam respectu dominij directi, quod transit statim in legatarium, vt in l. Papinian. ff. de seruit. & in l. à Titio ff. de furtis, quæ iura ad hoc citat Sali. in l. j. in §. j. col. 2. circa medium. verſ. nunc quæro C. commu. de leg. Probāt autem illa iura hoc modo, Nā si directum dominiū maneret apud hæredē. & vtile tantum transiret, confusa esset actio noxalis, quæ domino, non competit. similiter in d. l. Papinianus. iuncta declaratione glo. si fundus seruiens esset legatus pure non induceretur confusio, quia nullum dominiū māsisset apud hęredem. Nā si maneret directum, induceretur confusio & q transeat dominium directū in legatariū, tradit Bart. in l. in rem. ff. de rei vend. Areti. in l. 3. an §. ex pluribus. num. 25. ff. de acquirenda poss. & sicut transit directū dominiū in legatariū, ita & transit directa actio, quia actio realis directa transit in legatarium singularē successorē ipso iure, vt in l. sed neq; legatarius. ff. de condict. furti. Ratio est, quia iura realia nō hærent ossibus nostris, sed ipsis rebus, ideo cum rebus transeunt, ita tenet Bar. in l. 4. col. 2. ff. de seruit. idem Bar. & Bal. in l. fi. C. de legatis. idem Bar. in lege nemo potest, col. 3. ff. de leg. j. Iason in l. ex legato. C. de legatis.

Amplia sexto vt procedat etiam in quasi dominio, seu Publiciana, nam in casibus in quibus transit dominium sine traditione, trāsit etiam quasi dominiū, vt in l. cū sponsus, in §. j. ff. de Publiciana, vbi restituta hæreditate verbo tātum, cōpetit fideicōmissario Publiciana. Rō, quia restitutio verbalis, quemadmodū operatur trāslationem dominij, ita & quasi dominij, ita tenet Bartol. in d. l. j. nu. 12. ff. de leg. j. & ibi Ias. num. 129. idem Bar. in l. j. §. primo. ff de Publiciana, & in l. in fideicommissaria. ff. ad Trebellia. Alex. in consil. 88. nu. 7. volu. 2. Quod intelligo, quando res non fuit tradita hæredi, nā ex persona ipsius hæredis, competere non potest sine traditione, vt in l. 1. & 2. vbi glo. & Bar. ff. de publi. idem Bar. in d. l. cum sponsus, in §. j. Alex. in consi. 98. nu. 8. li. 2. ubi notabiliter.

Amplia septimo vt procedat, licet res legata esset in domino testatoris reuocabiliter, quia adhuc trāsit dominiū reuocabile, vt in lege, si fundum sub conditione. in §. si Titius. ff. de leg. j. vbi Bart. Paul. Cast. & Doct. & per illum tex. confunditur dictum Bal. in §. fi. ff. de conditio. institut. vbi vult quod dominium reuocabile alteri quæri, non potest. Quam opinionem Baldi impugnat, Aret. licet illum textum non alleget, in l. qui in aliena, in §. interdum, prope fi. ff. de acquir. hæredit. quem refert & sequitur Iacob. de Nigris in repe. l. j. nu. 65. ff. de leg. j.

Amplia octauo procedere in dominio rei legatæ vsq; certū tēpus, quia adhuc trāsit dominiū quod durat pro illo tempore, & eo finito reuertitur ad hæredē, vt in l. fin. & ibi doct. C. de legatis in Auth. cui relictum. C. de indicta vidui toll. ita tenet Iacob. de Nigris post Io. Crottū, in d. l. j. nu. 66. verſ. quarto ampliatur.

Amplia nono procedere licet dominiū fuerit acquisitum mortuo testatore, completa præscriptione per hæredē, vel hæreditate iacēte, ante traditionē, nam dominiū transit in legatarium sine traditione hæredis glo. & Bald. in l. j. §. fi. de eo per quem factum erit. Quod comprobat Alex. duobus modis in d. l. j. nu. 22. & ibi Ias. nu. 107. & ibi etiam Iacobus de Nigris num. 66.

Contra quam ampliationē arguit Ias. in l. qui in alienā, col. 3. in sexta limitatione, C. de legatis. sed argumētū Ias. procedit in re aliena, in qua testator nullum ius habet, sed in casu huius ampliatio habet quasi dominium.

Ampli-

Amplia decimò vt procedat etiam de persona legatarij in ipsum hæredem: nam si testator legat alicui ad certum tempus, finito illo tempore reuertitur res ipso iure ad legatarium: vt in l.fin.C.communia de legat.

Amplia vndecimò vt procedat licet vnum sit in obligatione legati, & aliud in solutione aut facultate soluendi: nã transit dominium rei legatæ ipso iure: nec talis facultas soluendi aliud, impedit translationem dominij: vt in lege, si quando.in §.hæres.& ibi Bar.ff.de leg.1.

Amplia duodecimò vt procedat etiam in legato nominis debitoris, aut actionis personalis: nã actio vtilis statim transit in legatarium sine aliqua cessione: vt in l.ex legato. C.de legatis. tamen actio personalis vtilis regulariter non transit sine cessione: vt in l.cũ is.ff.de fideiussorib.in l.Modestinus.ff.de solut.in l.si minoris.ff.de admin.tut.in l.alterius.in §.fi.ff.de tutelis & rationibus distrahen.& in l.si res obligata.in fi.ff.de leg.1.in l.1.C.de actio.& obli.vbi Salic. in 7.oppositione, rationem duplicem assignat, & si dicatur quare non transit actio personalis directa in legatariũ, sicut transit vtilis: dico quòd eadem ratione qua non transit dominium rei alienæ: quia testator directam transferre non potest in singularem successorẽ expressè, cum ab ossibus auelli non possit: vt in l.quis ergo casus.ff.de peculio.notatur in l.3.ff.pro socio.ob id absurdum fuisset si lex dispositum haberet perfectionem, quòd testator ad veritatẽ præstare non poterat: ideo licet hæres mandet directas actiones legatario, illas tamen non exercet legatarius suo nomine, sed hæredis, vt notat Paul.Castr.in l.si pecuniam.& in l. sequenti.ff.de lega.1.

Amplia decimotertiò vt procedat non solũ quando immediatè legatur res, sed etiam quãdo testator mandat rem vendi certo pretio: quia facta venditione per hæredẽ, vel ea habita pro perfecta, statim transit dominium in legatarium: tenendo opinionem Bar.qui ita tenet in l.vxorem.in §.agri plagam.nu.1.versi.ego sum cum Dino, & eius opinio mihi placet.idem tenet idem Bart.in lege, si fideiussor. in §.meminisse.ff.de lega.1.& ibi Ias.nu.6.vbi refert multos Doct.hoc tenentes. quam opinionem sequitur Fabianus de Mõte in tract.de empt.& vend.in 3.q.prin.nu.47. Iaco.de Nigris in d.l.1.col.4.versi.tertio fallit. ff.de lega.1. Sed contra Bar.dicit in hoc esse communem idem Iaso.in l.1.nu.126.ff.de leg.1.Alex.in d.§.meminisse.

Limita primò vltra Franc.de Ripa & Zasiũ, vbi suprà, nõ procedere in legatis tacitis, seu quæ tacite veniũt: aut in consequentiam ꝙ non transeunt ipso iure, sed traditione aut cõstitutione hęredis est opus: vt in l.testatrix.vbi Pau. Cast.ff.si serui.vendice. & in l.seruum filij.in §.fi.ff.de leg. 1.in l. dãnas esto.in §.j.ff.de vsufructu legato. in l.emptor. in §.ancilla.vbi Bar.ff.de rei vend.idem Bar.in l.j.nu.12.in fin.quam opinionem dicit esse communem Soc.ibi col.4. Franc.de Ripa nu.33.eandem opinionem sequitur Ias.ibi nu.50.& ibi Alex.nu.17.Dec.in l.traditionibus.col.fin.C. de pactis.Soci.in consi.41.in fi.vol.4.nu.25.

Limita secundò vt non procedat quãdo conseruatur legatum de iure speciali: puta quãdo hæres repudiat ex testamento: cum non habeat locum actio personalis ex testõ; nec etiam hypothecaria actio, nec rei vendicatio: & sic nõ transit dominium recta via.ita tenet Bal. & Salic.in l.fi.C. si quis omissa caus.testa. quos refert Alexand. in dicta leg. 1.numero 29.illud dictum Bald.& Salicet.sequitur Socin. in leg.si ex toto.in princip. colum.1.in fine. ff.de legatis 1. ad idem Alexand.allegat Angel.in leg.prima in §.lex falcidia.ff.ad l.falcid. vbi in casu l.mulieri & Titio.ff.de condit.& demon.si fuerit legatum sub conditione, de qua ibi, non trãsit dominium ex quo conseruatur de iure speciali: sed illud dictum Bal.& Salic.reprobat Alex.in d.nu.29.per quatuor fundamenta.

Limita tertiò quando mulier legat fundum dotalem cuius dominium non transit statim in legatarium: quia dispositiu l.in rebus. C.de iure dotium. per quam soluto matrimonio dominiũ fundi dotalis reuertitur ipso iure ad mulierem, non procedit in fauorem hæredis aut legatarij mulieris.ita tenet Bar.in l. Nesennius.in §.fundum.nu.1.in 2. col.ff.de re iud.quem sequitur Bal.Nouellus in tract.de dote in 12.parte.q.5.licet de illo dicto dubitet Ioan.Niger in d.l.1.col.43.in 10.fallentia.ff.de leg.1.

Quartò fallit quatenus ascẽdit quarta falcidiæ: quia Falcidia resecat ipso iure legata: vt in l. in quantitate.in fi.& in l.Plautius.& in l.linea. ff.ad l.falc. ita tenet Paul. Castr.in l. fi. C.eod.tit.

Quintò fallit in legato optionis in quo non transit statim dominium ante factam electionem: vt in leg. apud Aufidium.ff.de optione legata. Ratio est: quia in legato optionis nihil est in obligatione ante factam electionem. ita tenet Bartolus in leg. Iulianus. ff. de legatis 1. quam limitationem ampliam limita vt per Bernardum de Luc. in regula 205.

Sextò limita vt non procadat secundum veritatẽ: quia dominium rei legatæ non transit à morte testatoris verè, sed fictè: verè autem ab adita hæreditate, vt in l.si tibi homo.in §.2.vbi gl.& in l.seruum filij.in §.1. vbi etiam gl.ff. de lega.1.tradit etiam gl.in d l.à Titio.ff.de furtis.idem videtur probari in l.si partem.in §.1.ff.quemadmodum serui.amittantur. vbi tempus præscriptionis contra seruitutẽ legatam solum incipit currere à die aditæ hæreditatis: ergo ante aditam hereditatẽ legatum verè non cedit. ita tenet Marcus de Mantua in d.consi.7.nu.19.

Limita septimò quando à primo legatario legatur alij: quia non transit ius aut dominium in secũdum legatarium ipso iure, nisi facta restitutione aut cessione à primo legatario.vt in l.Imperator.in principio.ff.de leg.2.& in l.si legatarius.ff.de leg.3. Bar.quem sequuntur ibi docto.in leg. 1.numero 8.in tertia regula.ff.de leg.1.& ibi Iason numero 86.Bal.in l.2.in lectura antiqua.C.communia de leg.& ibi Corneus, & Paul.de Cast.per l.si quis vsumfructum.ff. de vsufructu legato.

Contra quam limitationem tenet Iacobus de Nigris in dict.leg.1.numero 40.per text.in leg.fin. C.de legatis.vbi est casus quòd dominium potest transferri de vno in aliũ: & dicit quòd non obstat tex.in dict.l.Imperator.quia illa l.procedit de iure Digestorum, quo iure dominium transferri non poterat de vno in alium. sed nihilo minus cum hac limitatione tenet Crotus in d.l.1.col.12.vbi respondit ad omnia suprà dicta.

Limita octauò in legato conditionali, in quo non transit dominium ipso iure: quia pendente conditione res dicitur hæredis: vt in l.si fur.ff. de vsufructu.hinc videmus ꝙ si ancillæ relinquitur libertas sub conditione filij nati, ea pendente sunt serui, & pertinent ad hæredem iure dominij: vt in lege tertia.C.de fideicommissarijs libertatibus.

Limita nonò in casu leg. cum quidam. la secunda.ff.de legatis secundo scilicet quando testator legat quid vni ex pluribus certis quem hæres elegerit: nam etiam post moram hæredis in eligendo, durante tamen tempore ad purgandum moram dominium statim non transit: scilicet si testator legat libertis quibus hæres volet, tenetur hæres eligere quàm primum potest: alias dicitur in mora. & tamen antequam aliquis libertorum petat, potest hæres moram purgare & offerre cui voluerit: ergo non transit dominium post moram: nam si transiret, iam facta esset exequutio à lege, neque purgari posset mora.& ita illum text. vltra Bartol.ibi citat Iason in leg. si insulam. num.32.ff.de verborum obligat.

Regvla CCXI.

Dominivm nisi ex vna causa contingere non potest. Hanc regulam ponit Vldaricus Zasius in l.3.§.ex pluribus. numero 23.ff. de acquirenda possessione. per illum textum.

Hanc regulam limitat idem Zasius septem modis in d. §.ex pluribus.à nu.32.vsque ad finem.

REGVLA CCXII.

DOMINIVM rerum dotaliũ soluto matrimonio illico transit in vxorem, sine aliqua traditione vel noua apprehensione: vt est text. in l. in rebus. C. de iure dotium. & in l. dotis actio. C. solu. matr. Bal. in l. si dotis. nu. 4. C. de iure dotium. idem tenet Bar. in l. 1. in fin. ff. de fundo dotali. Circa quam regulam vide vltra doct. in d. lege, in rebus. Ioan. de Amicis in consil. 69. num. 2. And. Tiraquel. in legibus Connubialibus. in glo. sexta, num. 240. Ias. in l. 1. num. 17. ff. soluto matr. Carolum Ruin. in consil. 163. nu. 2. libr. 4. Gomezium in §. sed istæ quidem. nu. 26. Insti. de actio. Bald. & doct. in l. traditionibus. C. de pactis. Pal. Ruui. in repet. rub. de don. §. 66. nu. 24. Chassan. in consuetud. Burgund. in titulo, {des droitz. §. 2. folio 134. colum. 4. num. 6. ad finem.

Hanc regulam limitat quindecim modis Bal. Nouellus in tract. de dote in 8. parte principali, in 6. priuilegio: à nu. 1. vsque ad finem.

REGVLA CCXIII.

DOMINVS potest compelli ad locandum domũ scholari, ita tenet Gulielmus de Cugno, in l. decernimus. C. de episcopis & cler. Bal. in l. prima. ff. soluto matri. in fi. & ibi Alex. & Ias. nume. 48. & ibi etiam Ripa, nume. 142. Guliel. Pontanus numero 99. Petrus Rebuffus in tract. de priuilegijs scholarium: in priuilegio 7. num. 1. Panor. in c. 1. num. 6. de empt. & vend. Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. C. de dignit. lib. 12.

Amplia primò procedere q̃ licet dominus possit expellere conductorem si indigeat domo locata pro se: vt in l. ædem. C. locati. in c. propter sterilitatem. in §. fin. de locato. tamen scholaris non poterit expelli de domo conducta à domino, etiã si dominus velit eam habere pro vsu suo. ita notabiliter concludit Bal. & Ludouicus Bologn. in Authent. habita. C. ne filius pro patre. quos sequitur Ripa in l. 1. nu. 142. ff. solu. matr. Petrus Rebuffus in tractatu de priuilegijs schola. priuilegio 8.

Amplia secundò quòd rector studij potest taxare pretium pro dictis domibus. ita tenet Panor. in c. 1. de locato. quem sequitur Ripa in d. l. 1. num. 242. Petrus Bebuffus in tractatu de priuilegijs scholarium, in 7. priuilegio. num. 9. nisi essent aliqui officiales per Vniuersitatem deputati ad hoc, vt in hac nostra Vniuersitate constitutum est: vt patet in constitutione 25. de domibus conducendis.

Amplia tertiò vt valeat statutum quòd finita locatione domus conductæ à scholari, nõ possit dominus alteri qui non sit scholaris locare, ita concludunt Io. And. & doct. in c. 1. de loca. & idem est de iure communi. Nam si scholares velint pro locatione domus vel cubiculi præstare quantum dominus inuenit ab alio, veniunt præferendi: vt in l. finali. C. de locatione prædio. ciui. libro 11. & ibi glo. in l. ne cui. in verbo, locandi. C. locati. & ibi expressè Albericus & Salicet. Iacobus Rebuffus in l. congruit. C. de logatione prædiorum ciuil. libro 11. Baldus in Margarita in verbo, Scholaris. quæstione 2. Ioan. de Platea in leg. si tempora. C. de fide instrument. & iure hastæ fiscalis. libro 10. Alexand. in leg. 1. numero 56. ff. soluto matrimo. & ibi Francis. de Ripa uum. 142. Petrus Rebuffus in tract. de priuil. schol. in 9. priuilegio. num. 1.

Quartò amplia habere locum in Doctoribus: nam doctores bene possunt compellere dominos ad domos sibi locandas: nam cum suprà dictũ est permissum esse scholaribus, à fortiori debet esse permissum doctoribus. ita tenet Alex. in additionibus ad Bart. in l. 1. C. de dignitatibus. lib. 10. Bal. & Ang. in l. j. ff. sol. mat. Petrus Lesnauderius in tract. de Doctoribus, in 2. parte in §. 27.

Quintò amplia nõ solum habere locũ in vna domo, verum etiam in vno cubiculo & camera, dum quis haberet plures cameras vacuas vt teneatur vnam vel duas locare: cum sit bonum argumentum de toto ad partem: vt in l. quæ de tota. ff. de rei vend. in cap. pastoralis. in §. 1. de offi. dele. & ita expressè vidisse seruari firmat Iacob. Rebuff. in tract. de priuilegijs schola. in 7. priuil. nu. 8.

Amplia sextò non solum procedere in domo, sed etiam in equo: nam si scholasticus vellet redere de studio, potest compellere habentem equum, si illum consueuerat locare, ad sibi locandum. ita tenet Iacob. Rebuf. in l. cursum. C. de cursu publico. libr. 12. argumento illius l. nam hospes postquam signa hospitij erexit, cogitur hospites recipere: vt in l. vna. in §. 1. & ibi Bart. ff. furti aduersus nau. ita tenet Pet. Rebuf. in d. tract. de priuilegijs schola. in 7. priuilegio, nu. 3. facit quod notabiliter tradit Deci. in regula, inuitus. ff. de regulis iuris. libro 6.

Limita primò quando scholaris esset ignotus: nam tũc non tenebitur dominus domum vel equum locare, nõ datis sibi fideiussoribus: quia priuilegium debet intelligi sine præiudicio alicuius: vt in l. impuberi. ff. de administ. tut. & in l. 2. in §. merito. ff. ne quid in loco publico. in leg. neque auus. C. de emancipationibus liberorum. ita tenet Iacobus Rebuffus in dicto priuilegio 7. nu. 6.

Limita secundò non habere locum in scholari qui non studet nec intrat scholas. ita tenet Raphael Cuman. in l. 1. ff. solu. matr. per tex. in l. qui duas. in §. penult. ff. de excusa. tuto. facit etiam glo. in c. porrectum. de regula. & in c. 2. de statu monacho. glossa in verbo, commorantibus. in procem. 6. & ibi docto. Pro qua opinone facit: nam scholaris quamuis sit scriptus in matricula, si non studet nec intrat scholas non gaudet priuilegijs scholarium. ita tenet Bar. in l. qui sub prætextu. C. de collegiatis & chartopratis & numularijs. libro 11. per tex. ibi. idem Barto. in l. qui sub prætextu. per illum text. C. de sacrosanctis ecclesi. & in l. semper. in §. fin. ff. de iure immunit. Bald. in Authent. habita. in 6. colum. C. ne filius pro patre. & in procem. Digestorum, penult. colum. Abb. in capit. 1. in fine, de iudic. Alexand. & Iason in l. scriniarios. C. de testamen. milit. Alber. in l. necnon. ff. ex quibus causis maior. Fel. in dicto procemio Gregoriano, numero 43. pro qua opinione est text. in cap. cauere. 22. quæstio. 5. vbi probatur quod ille qui dicit se esse Christianum, & non facit opera CHRISTI, mentitur. hãc opinionem tenet Petrus Rebuffus in d. tract. de priui. scho la. in 3. priuilegio, nu. 11.

Contra quam opinionem tenet idem Bar. in l. j. C. de tyronibus. lib. 11. nu. 1. vbi cõcludit quòd scholaris quamuis vagus gaudet priuilegio scholarium. facit gl. in d. procemio 6. in verbo, commorantibus. vbi tenet q̃ scholaris existẽs in studio, quamuis parum studeat, nihilo minus gaudet priuilegijs scholarium. idem tenet ibi Geminianus in vltima col. vbi dicit quòd ita fuit alias iudicatum. Paul. de Leazar. & ibi Canonistæ, præcipuè Card. in nu. 3. in prin. quã opinionem sequitur Iaso. in d. l. 1. num. 50. ff. soluto matrimo. vbi dicit quòd si scholaris honestè viuit, licet non studeat, gaudet priuilegio scholarium. quam opinionem Ias. rephendit ibi Franc. de Ripa nu. 138. sed ipsemet Ripa in c. 1. nu. 94. de iudicijs. concordat has opiniones: scilicet quòd si non est omnino vagus, & aliqualiter studet, licet parum, dummodò honestè viuat, vt suprà dicunt Card. & Iason, gaudet priuilegio scholarium.

REGVLA CCXIIII.

DOMINVS potest compelli ad tradendam possessionẽ vacuam Vasallo: nec liberatur præstando interesse, quã docunque fecit inuestituram abusiuam & impropriam. Quam regulam probat text. in c. 1. in §. si facta. si de feudo defuncti contentio sit inter dominos & agnatos Vasalli. in Vsibus feud. & in capitulo 1. §. finali. & ibi communiter doctor. de noua forma fidelitatis. & sic tenebitur præcise tradere possessionem vacuam: vt dicit glo. in d. §. si facta. debet enim esse vacua, id est, non impedita per alium: sed vacua ab omni impedimento: vt notatur in l. cum res. C. de probationibus. & in l. improba. C. de acquirenda possess. in leg. 2. & 3. ff. de actio. empti. notatur in capitulo 2. vt lite pendente libr. 6. & ita notabiliter concludit Matthæus de

Afflictis in d. §. si facta. nu. 1. Maria. Soci. Iunior in consil. 75. num. 33. vol. 1.

Amplia primò etiamsi dominus tradidisset possessionem semel, & Vasallus posteà cecidisset, & adhuc possessio esset penes dominum. ita cõcludit Bal. in d. §. si facta. per tex. in l. corrupionem. C. de vsufructu. facit etiã text. in lege, sed si possessor. in prin. ff. de iureiur. & in l. inter Castellianum. ff. de arbit. & ita expresè tenet Math. de Affli. in d. §. si facta. nu. 30. & sic dominus tenetur ad duo, scilicet ad tradendum & patientiam præstandã in futurum: arg. l. Plotianam. ff. de iure codicil. & in lege, verbum oportere. & quod ibi notatur. ff. de verbo. sig. notabiliter limitat Iacob. Aluaro. in d. §. si facta. num. 7. nisi de nouo esset exorta aliqua exceptio aduersus Vasallum, quæ possit excludere ius ipsius, sicut præscriptio: vt in l. corruptionem. circa mediũ, cum ibi notatis. C. de vsufructu.

Limita primò nisi dominus prius fecisset inuestituram abusiuam: alteri verò fecisset veram inuestituram, ponendo eum in possessionem: quia tunc præfertur secundus. ita tenet glo. in d. §. si facta. & est text. notab. in l. quoties. ff. de rei vendic. & ita tenent omnes doct. in d. §. si facta. præcipuè Matth. de Affli. notabiliter nu. 13. & ibi Aluarotus nu. 8. vbi notabiliter declarat hanc limitationem.

Limita secundò quãdo dominus fecit inuestituram de re propria, cuius tradendæ habet facultatem: secus autem si de re aliena vel alteri obligata quã tradere non põt: quia tunc nõ potest cogi præcisè ad tradendum, sed liberatur dando aliud feudum æquipollens. tex. est & ibi doct. in c. j. in prin. de inuestitura de re aliena facta. in vsib. feud.

Limita tertiò quando dominus non fecit inuestituram, nec verè, nec abusiuè: sed solum promisit feudũ dare: quia ex tali promissione non potest dominus præcisè compelli ad tradendam possessionem. ita tenet And. de Iser. in d. §. si facta. quem sequitur Matt. de Affli. ibi nu. 28. Ratio est quia non est feudum: vt in c. 1. quibus modis feudum constitui potest. Sed in hoc casu iste talis tenetur ad interesse, argum. tex. in l. 2. ff. de actionibus empti. facit etiam tex. in leg. si quis ab alio. ff. de re iudi. & hanc opinionem sequitur Aluarotus in d. §. si facta. nu. 8. & in c. 1. in §. finali. de noua forma fidelitatis.

Limita quartò qñ primò inuestitus, fuit adeptus possessionem. & dñs inuestiuit secundum ignorantem, & illi tradidit possessionem sciente primo, qui primus tacuit per annum: nam tunc secundus præfertur: quia prima inuestitura pro nulla debet reputari. ita tenet Iaco. de Ardizone in rub. quibus modis feudum acquiratur. & in rub. de contentione feudi. in §. fin. quam opinionem sequitur Aluaro. in d. §. si facta. nu. 9. pro qua opinione adducit text. in d. c. 1. in §. I itius. et 1. si de feudo fuerit controuer.

Regula CCXV.

Dominus non potest alienare feudum Vasalli inuiti. Hanc regulam probat tex. in c. 1. in §. ex eadem. de lege Corradi. & in c. Imperial. in §. præterea ducatus. de prohibita feudi alienat. per Federicum. in Vsibus feud. gl. notab. & communiter approbata in l. inuitus. ff. de fideicommissar. libert. & est similis gl. in Auth. vt non fiant pignorationes. in verbo, formam. collat. 5. Bal. in c. generali, in fin. verbis: si de feudo fuerit controuer. inter domin. & agnat. & in c. 1. in §. si quis miles. quo tẽpore miles. in Vsibus feu. & hanc opinionem tenet Host. & Io. Andr. in c. dilecti. & ibi Canonistæ, de maio. & obed. doct. in l. filiusfamilias. in §. diui. ff. de lega. 1. vbi Ias. in prima lectu. nu. 17. & in 2. lectura, nu. 32. & ibi Ferdinandus Loazes nu. 265. Chassan. in consuet. Burg. in tit. { des fiedz. } rubr. 3. §. 8. nu. 51. fol. 221. col. 1. Franc. Curt. Iunior in tract. feudorum. in 6. par. q. 2. nu. 3. Fel. in c. ex parte. nu. 1. de accusat. idem in d. c. dilecti. nu. 1. col. 2. versi. hominibus inuitis. Io. de Neuizanis in consi. 12. nu. 107. inter consilia Alberti Bruni. Pau. Paris. in consi. 22. nu. 70. & in cons. 23. nu. 101. & 102. in 1. vol. Ant. Rube. in consil. 96. numer. 2. Curtius Iunior in consil. 174. num. 32. Carolus Ruin. in consi. 1. nu. 9. lib. 4. Aymon Crauettus in consi. 54. nu. 3. vol. j. Franc. de Ripa notabiliter in libro 2. responsorum cap. 25. numero 3. Baldus in consilio 323. colum. 2. & in consil. 326. volum. 2. in 1. volum. & in consil. 410. colum. 4. volum. 5. Alexand. in consil. 25. num. 21. volum. 5. Andr. Barba. in consil. 11. numero 16. & doctor. in leg. 1. C. de nouationibus. Ioan. Igne. in repet. l. donationes. num. 29. cum alijs. C. de dona. inter vir. & vxor. Hãc reg. cum d[uab]us limitationibus ponit Soci. in reg. 37. in posterioribus. Eandem ampliat vno modo, & limitat sex modis Ludoui. Gome. in §. item Seruiana. nu. 41. cum seq. Insti. de actionibus.

Vltra Gomezium autem, amplio primò quòd prædicti Vasalli domino resistere possunt. ita concludit Io. de Neuizanis post Bal. in d. cons. 12. nu. 113. facit tex. in c. innotuit. de elect. vbi Papa non potest Abbatem inuitum transferre de vno episcopatu ad alium. ita tenet Petr. Rauennas in suo Alphabeto iuris in verbo, quadriennij præscriptio. col. 5. Io. de Imol. in Clem. 1. ad finem, de foro compet. Bal. in consi. vltimo, volum. 1. Io. de Selua in tract. de iureiur. in 4. parte, q. 1. nu. 10. facit etiam pro ista ampliatione text. in l. nec magistratibus. ff. de iniurijs. & c. ex literis. & c. si quando. cum ibi notatis de offic. dele. & ita tenet Ripa in d. cap. 25. numero 23.

Amplia secundò, q si vasalli alienentur inuiti, non possint cogi iurare fidelitatem. tenet Ias. nu. 7. in l. debitorum. C. de pact. post Cinum in l. 1. C. de nouatio. Bal. & doct. in l. 2. in §. fin. ff. solu. mat. idem Ias. in l. si non sortem. in §. libertus. nu. 27. ff. de condic. indeb. vbi se remittit ad ea quæ dixit in d. l. debitorum pactionibus. Carolus Moli. in consuet. Parisi. in §. 1. in glo. 3. nu. 35.

Amplia tertiò, quod si maior pars consentiret sponte & sine aliquo metu, cum faciant contra libertatẽ, nõ possunt præiudicare non consentientibus: & esset suadum minori parti nolenti cõsentire. ita notabil. tenet Ias. in l. iurisgentiũ in §. hodie. nu. 8. versi. 13. limita. ff. de pact. facit quod notat Anch. in consi. 10. quod clarius tenet idem Anch. in regula, peccatum. q. 8. de reg. iur. lib. 6. vbi dicit q tunc etiam licet minori parti maiorem circunuenire: & in foro conscientiæ, non tenetur sequi maiorem partem. facit etiam quod notat Phil. Dec. in consil. 15. nu. 18. & istam opinionem tenet Io. de Neuiz. in d. consi. 12. nu. 116.

Amplia quartò vt etiam ipsis consentientibus alienari, dominus eos alienare non possit, quandocunque testator prohibuit filium vel hæredem ne possit eos alienare: cum prohibitio hominis iunctim cum legis prohibitione concurrat. argum. text. in §. sanctissimas. in Auth. de aliena. & emphyteu. collat. 9. ita tenet Ferdinandus Loazes. in d. §. Diui. nu. 165. pro quo facit quod notat Bald. in c. 1. in §. præterea. de capitulis Corradi.

Limita primò procedere quando vasalli alienantur de per se cum vniuersitate territorij. ita tenet Bal. in c. fi. nu. 6. de offi. dele. gl. & ibi Bal. in c. Imperialẽ. in §. præterea Ducatus. de prohibita feudi alie. per Feder. in vsib. feud. facit tex. in cap. 2. in §. ex eadem. de lege Corradi. ita concludit Alex. in consi. 25. num. 21. vol. 5. Panor. in c. auditis. nu. 21. de præscri. Zaz. in sua Epitome feudorum, in 7. parte, in fi. Carol. Moli. in consuet. Parisi. in §. 1. gl. 3. nu. 25. Pau. Paris. in d. consi. 23. num. 103. vol. 1. De iure regio probatur in l. 15. titu. 5. par. 5. quod tantum procedit vt in hoc casu vasalli inuiti possint alienari in inferiorem etiam rusticum. ita tenet Bald. in dict. capitul. 1. in §. ex ea. de lege Cor. quem sequitur Ias. in leg. si non sortem. in §. libertus. nu. 27. ff. de condict. indeb.

Regula CCXVI.

Donator potest reuocare grauamen in præiudicium tertij: & ideo si aliquis donauit fundum alicui vt post eius mortem esset talis ecclesiæ, donator in præiudicium ecclesiæ posset remittere ipsi donatario tale pactum. Quam regulam & opinionem tenet Bart. in l. qui Romæ.

in §.Flauius Hermes.in nu.1.ff.de verb.obli.idem Bart.in l.si quis.ff.de seruis exportan.Io.de Imo.in c.potuit.num. 68.de locato. Alex.in d.§.Flauius.num.8.Roman.in l.sed si hac.in §.prostituta.nume.3.ff.de in ius vocando. Hanc opinionem Bartol.dicit esse communem Bartholomæus Soc.in consi.115.num.12.lib.4. eandem opinionem dicit etiam communem Ias.in l.fi.nu.5.ff.de pact.idem Ias.vbi uis dicit eam communem & tenendam in d.l.qui Romæ. in §.Flauius.nu.14.& 16.& ibi Soci.nu.16.

Hanc regulam limitat tribus modis Ias.in d.§.Flauius. nu.17.& 2.limitat.Ias.ibi comprobat plenè Corneus cōsi. 50.nu. 14.vol.1.Pau.Paril.consi.77.nu.15.vol.1.Marianus Soc.Iunior in consi.118.num.23.vol.2. Hanc etiam regulam, vbi tenet opinionem Bar.& eam notabiliter examinat,ponit Andreas ab Exea in lib.pactorum, nu.141.cum sequentibus: vbi vsq; ad numerum 186.limitat eam octo modis. Eandem regulam limitat sex modit Zasius in d.§. Flauius.nu.7. Hanc regulam remittendo se ad Iaso.in d.§. Flauius.ponit Bernar.de Luc.in reg.212.

Est tamen notandum, quòd licet opininio Bar.sit communis,vt ex supradictis patet:contraria opinio magis cōmunis & verior mihi videtur,per tex.in l.quoties.C.de donat. quæ sub modo. cum iam actio vtilis quæsita esset ecclesiæ : & quia cum donatio fuit iam perfecta, non potest ex interuallo recipere conditionem, vt in l. perfecta donatio.C.eod.tit.facit tex.in l.id quod nostrum.ff.de regu.iur. & hanc opinionem contra Bar.per supradicta fundamenta tenet Paul.Castr.in l.si insulam.in §.fi.ff.sol. matr.idem Pau.in l.pecuniam.in prin.& ibi Rom.ff.de condit.ob causam.idem post doct.per eum relatos in l.si cum venderet. ff.de pig.actione.Eandem opinionem contra Bar.vbi adducit plura fundamenta,& dicit esse communem opinionem cōtra eum,tenet Roderi.Xuarez in repet.l.quoniam in prioribus.in 8.q.nu.1. cum sequentibus, fol.102.col.3. vbi pro hac opinione contra Bar.allegat text.in l.7.titu.4: par.5.idem Roderi. Xuarez in allega.19.col.3.fol.146.Didacus de Couarruuias in libr.1.Variarum Resolutionum, c.13.nu.7.Pala.Ruu.in repe.rub.de donationibus.§.54.in fin.Gulielmus Benedictus in repet.c.Rainntius.in verb.si absque liberis.el 2.nu.23.

REGVLA CCXVII.

DONATIO causa mortis facta,si in ea apponatur pactū de non reuocando, facit donationem transire in contractum inter viuos.Hanc regulam probat tex.in l.vbi ita donatur.ff.de donat.causa mortis.& ita tenet Pau.de Cast. in consi.61.volum.2.Thomas Ferratius in cautela 30.Abbas in capitulo,constitutus.de religio.domib.Dinus in consilio 44.in principio,& in 3.dubio,in 1.colum.Bald.in l.2. C.de iure dotium. & ita in expressis terminis consuluit Alex.in consi.14.num.2.vol.1.eandem opinionem tenet Ias.in l.quæ dotis.nu.31.ff.solu. mat.& in l.non omnis.nu. 2.ff.si cert.petat.& ibi Decius, nu.10.Angel.de Perusio in consi.279.incipienti, Visis prædictis instrumentis.eādem opinionem tenet Bartholomæus Soci.in consi.53.volu.4. Bar.in l.fi.nu.11.C.de pact.

Licet contrariam opinionem teneat Bal. in l.cum quis. ff.de condi.ob causam.vbi arguit ad partes:quem sequitur Alex.in d.l.quæ dotis.Corn.in consi.128.nu.8.vol.1.& ad hoc gl.in l.si alienam.in versi.acceperit.ff.de don.cau.mor. Et ratio illius l.esse potest,quia ad indicandum qualitatem contractus non attenditur sonus verborū sed effectus rei, vt in l.insulam.ff.de præscrip.verbis.& in l.sed & si possessori.§.item si iurauero.in 2.responso.ff.de iureiur.& in l.si vno.in princ.ff.locati.

Amplia primò vt non solum procedat quando donator purè promisit non reuocare, hoc est promisit nullo casu reuocare: sed etiam si in euentum alicuius conditionis promisit non reuocare:& illa conditio eueniret.Hanc ampliationem ponit Pau.de Castro in consilio 82.incipienti, in ista donatione.numero 1.volum.2.facit pro hoc, quia licet conditio suspendat actum, vt in lege, cedere diem.ff. de verbo.significat.tamen quando conditio est verificata, perinde est ac si ab initio is fuisset purè factus: vt in l. si pupillus.ff.de condit.institur.in l.sed & si de sua. in §.fin.ff.de acqui.hæred.l.fin.in §.Titius,& ibi Ang.& doct.ff.de vulgari & pupillari.Deci.in consil.79.numer.2. & in consilio 187.in princip.

Amplia secundò vt non solum procedat quando testator promisit dictam donationem non reuocare:sed etiam promiserit dictam donaoonem attendere, obseruare, & in aliquo non contrauenire.ita tenet Thomas Ferratius in cautela 30.princip.num.1.post alios per eum allegatos. & ibi etiam allegat multos docto. tenentes contra hanc ampliationem in nu.2.contra quam ampliationem etiam tenet Claudius de Seysello in d.l.quæ dotis.nu.10.ff.sol.mat. vbi allegat plura ad hoc quòd talis clausula restringitur secūdum naturam dispositionis super qua opponitur.in qua controuersia doct.Decius notabiliter in d.l.nō omnis.nu. 11.ff.si cert.pet.& in consi.305.num.3.facit duo membra. Primum est quādo talis clausula apponitur post illa verba, hanc autem donationem promiserunt dictæ partes.&c.& sic in illis verbis principalibus in quibus substantia contractus consistit.& in hoc membro Dec. tenet quòd per talē clausulam non dicatur esse donatio inter viuos,sed semper remaneat donatio causa mortis.Secundum membrum est quando talis clausula non apponitur circa verba exequutiua,sed circa verba dispositiua : & tunc dicit ipse quòd talis donatio iudicabitur inter viuos:& ita ꝓcedit opinio Tho. Ferra.& doct.per eum alleg.& dicit generaliter Tho.Ferra. quòd hæc ampliatio multo fortius procederet si in tali contractu fuerit oppositum iuramentum, per duas rationes ibi positas. Sed contra hoc vltimum tenuit Phil.Cor. in d.consi.126.nu.8.volu.1.ex cuius dictis responderi potest ad rationes Tho. Fer.in quo vltimo dicendum est, ꝙ si dicta clausula apponatur circa verba exequutiua, sicut verba exequutiua non alterant naturam principalis dispositionis, vt in Clem.1. de præbendis. ita nec iuramentum alterauit naturam principalis dispositionis : vt in l.fina.ff.si quis cautio.& in l.fi.C.de non numerata pecun.in c.quemadmodum.& ibi glo.in verbo,conditionis.de iureiur.si verò dicta clausula fuerit apposita circa verba dispositiua,tūc ratione iuramenti casus erit sine dubitatione, per rationes Tho.Ferrat.quæ bene procedunt in casu isto,quamuis absque iuramento casus esset magis dubius, an talis donatio virtute clausulæ prædictæ, absque iuramento fuerit effecta irreuocabilis nec ne.

Amplia tertiò vt non solum procadat si actum fuit expressè quod talis donatio reuocari non possit : sed etiam si tacitè actum sit.vt quia fuerit facta donatio alicui & hæredibus suis. Nam cum donatio causa mortis, moriente donatore non transmittatur ad hæredes donatarij, vt in l.si vir.in §.vxor.& ibi Bar. ff.de donatio.inter virum & vxo. tametsi in donatione apponatur verbum,& hæredibus:cēsetur pactū quod talis donatio transeat ad hæredes donatarij. quod quidem patet cum magis sapiat naturam donationis inter viuos quàm donationis causa mortis:transformauit ipsam donationem quæ absque illo pacto cadebat sub nomine donationis causa mortis, vt transeat in donationem inter viuos:& per consequens non posset reuocari.ita Ferratius in d. cautela 30. circa finem. vltra quem ita tenet Bald.in consil.108.volum.3.Claudius de Seysello in d.l.quæ dotis.nu.10.in versi.aliam vero limitationem ponit Salic.ff.solut.matrim.eandem opinionem tenet Philip. Dec.in d.l.omnis.

Limita primò quando tale pactum de non reuocando se compatitur cum donatione inter viuos : quia tunc trāsformatur donatio causa mortis in donationem inter viuos.Secus si pactum se nō compatitur cum donatione inter viuos:vt quia est donatio oīum bonorum quę bene potest valere in vim donationis causa mortis,sed non in vim

donationis

donationis inter viuos: vt in leg. licet. C. de pactis. notant docto. in leg. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligationib. ideo si quis donet causa mortis omnia bona sua, & apponat pactum de non reuocando tale pactum, non retransformauit donationem causa mortis in donationem inter viuos. ita in expressis terminis consuluit Paul. de Castr. in consilio 75. numero 2. in fine. vbi generaliter dicit quod quando donans asserit se donare causa mortis, ita demum per pactum de non reuocando etiam iuramento firmatur, videtur recedere à proposito donãdi causa mortis, & transire in oppositum donandi inter viuos, si tale pactum se compatitur cũ donatione inter viuos: alias secus. & hanc limitationem sequitur Bartholomæus Socinus in consil. 235. numero 3. volum. 2. & pro hac limitatione facit: quia non est verisimile quod donator in donãdo vellet assumere viam per quam dispositio sua subuertatur: vt in leg. 3. cum simi. ff. de milita. testament. facit etiam quod notab. consuluit Aretin. in consil. 23. numero 10. vbi dicit quòd quando actus vno modo potest licitè fieri, & alio modo illicitè, in dubio videtur factus eo modo quo licitè fieri potest: quem sequitur Curt. Iunior in consil. 20. num. 7. col. 3.

Limita secundò quando verba contractus aliquo modo possunt adaptari ad aliam speciem contractus: secus est quando verba contractus non possunt adaptari ad aliam speciem contractus: vt tradit Iason notabiliter in l. qui Romæ. in princ. numero 27. ff. de verborum oblig. vbi ponit exemplum: quòd in contractu pignorum fuit appositum pactum de nunquam reluendo: tale enim pactum non facit quòd contractus pignorum transeat in contractum vẽditionis: quia verba contractus pignoris nullo modo ad vẽditionem adaptari possunt, vt plenè ibi declarat Ias.

Limita tertiò vt per tale pactum iudicari debeat donatio inter viuos quo ad hoc vt non admittatur pœnitentia: tamen quo ad hoc vt donator interim faciat fructus suos, talis donatio habebit naturam donationis causa mortis, ita tenet Pau. de Cast. in d. consi. 75. nu. 2. volu. 2. Quæ tamen limitatio videtur esse aliena à mente omnium doct. in d. l. vbi ita donator. ad quos me remitto.

Regula CCXVIII.

Donatio causa mortis censetur, si in ea de morte mẽtio facta sit. Hanc regulam probat text. in l. Seia. in §. fi. & ibi gl. in verbo, videri. & ibi Bar. ff. de donat. causa mortis. gl. in l. Seia. ff. de dote prælegata. in gl. fi. & in l. apud Celsum. in §. Iulianus. in verbo, spopondisset. ff. de doli except. gl. in l. fi. in glo. 1. C. de donat. causa mortis. gl. & ibi Doct. in l. fi. C. de pactis. in verbo, accommodauerit. Hãc opinionem tenet Bart. & doct. in l. quæ dotis. ff. soluto matr. & in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. Bald. in l. cum quis. ff. de condit. ob cau. & in l. & si mortis. C. ad legẽ Falcid. Alex. in l. Stichum. colum. fi. ff. de legat. 1. Ias. in l. 1. in §. si quis ita. nu. 18. ff. de verb. obli. not. Guliel. Pontan. in d. l. quæ dotis. nu. 7.

Hanc regulam ponit Barto. in d. l. fi. numero 11. C. de pactis. vbi eam limitat duobus modis. Hanc etiam regulam limitat octo modis notabiliter Alex. in d. l. quæ dotis. à numero 6. vsque ad num. 14. Quas limitationes refert Franc. Purpuratus in d. l. fi. nume. 227. C. de pactis. eandem regulam limitat etiam octo modis Iason in d. l. quæ dotis. nu. 26. vsque ad nu. 49.

Regula CCXIX.

Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, non valet. Hanc regulam probat text. in l. si libertus. in §. si quis plures. in verbo, magis. ff. de iure patronatus. tex. in l. omnes in §. Lucius. ff. de his quæ in fraudẽ credito. in l. 1. C. vt actiones ab hæredibus vel contra hæred. incipiant. Hanc ragul. ponit Bartol. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligat. & ibi Alexan. & Iason numero 20. dicit hanc esse communem opinionem Barol. in l. fi. numero 12. C. de pactis. eandem opinionem dicit communem Bald. in c. in præsentia. num. 36. de probatio. Rom. in consi. 271. num. 1. vbi subdit quòd non est opus reuocatione, cum sit talis donatio de iure nulla, vt in l. nam si. ver. post defectum. ff. de iniusto, rupto. cuius opinionẽ regulæ vltra doct. per Ias. suprà allegatos tenet Feli. in c. in præsentia. numero 5. de probat. hanc dicit esse communem Io. Gaudensis in tractat. de arte testandi, titul. 10. cautela 2. numero 2. Abb. in consil. 48. volu. 2. Curtius Iunior in consi. vigesimotertio, numero primo. & hanc dicit esse communem Philip. Decius in l. fi. numero trigesimo. C. de pactis. Ratio est secundum supradictos doctor. cum donatori auferatur testamenti factio. & ita tenet Soci. Iunior notabiliter in consilio 21. numero 9. volum. 2. Nicolaus Bellon. in consilio 5. numero 4. hãc dicit communem Hieronymus Gratus in consilio 70. numero 1. volum. 1. circa quam regulam vide Franc. Niconicium in repet. cap. quoniam contra. in 5. not. nume. vigesimoquarto. de probat. Ioan. Bassianum in consuet. Aluerniæ, c. 14. articu. 25. Aymo. Publicium in eisdem consuet. Aluerniæ, tit. 14. art. 21. And. Tiraq. in tract. de vtroque retractu: in tit. de retractu lignager. in §. 1. gl. 7. nu. 9. Boerium in decisione 353. nu. 7. vbi omnes supradicti doctores adducunt alias rationes propter quas donatio non valet.

Hanc regulam ponit Socin. vbi eam limitat sex modis, in regul. 108.

Ampliа primò non solum habere locum in bonis præsentibus & futuris, verum etiam tantũmodò de bonis præsentibus, vt probatur de iure regio in l. 7. tit. 12. libr. 3. fori. & ibi Montal. text. in l. 69. Tauri, & ibi doct. quæ leges corrigunt tex. in d. l. omnes. in §. Lucius. ff. de his quæ in fraud. credit. & in d. l. 1. C. vt actiones ab hæredibus vel contra hæred. & opinionem Barto. & ibi doct. in l. stipulatio hoc modo concepta. numero 5. ff. de verborum oblig. & in d. l. fin. C. de pact. numero 11. Quam opinionem sequutus fuit Philip. Deci. in consil. 30. & in consi. 613. colum. secũda. Petrus Rebuffus in gloss. ad constitutiones Regias Galliæ in prima parte, artic. 3. in glo. 2. in tract. de literis obligatorijs. num. 29. Christ. Porcus in §. liberis. nu. 4. Instit. de pupil. substitutione. Curtius Iunior in l. pactum quod dotali. nu. 3. C. de pactis.

Ampliа secundò adeò procedere quòd si talis donatio firmata sit iuramento, non valet. Cuius ratio est, quia prædicta donatio est contra bonos mores, cum liberam testãdi auferat facultatem: argumento text. in capitul. non est obligatorium de regul. iur. libro 6. in l. si quis inquilinus. in §. fin. ff. de legat. 1. ita tenet Bartol. in dicta l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. oblig. quem sequitur Panor. in consi. 48. num. 2. vol. 2. & hanc opinionem in specie tenet Pau. de Cast. in consi. 82. num. 2. lib. 2. Philip. Corneus in consi. 60. num. 3. & consil. 186. numero. 16. volu. 2. Franc. Purpura. in l. fin. nume. 240. C. de pactis. quam opinionem post Corne. vbi suprà dicit esse communem Curtius Iunior in l. fin. numero 57. C. de pactis & in consil. 23. nume. 6. Hiero. Cagno. in dicta l. fin. num. 220. & ibi Iacob. de sancto Georg. nume. 37. Claudius de Seyssello in l. licet. C. de pactis. Castillo in l. 69. Tauri. & ibi Pala. Rubi. numer. 10. Io. Paponius in gloss. ad consuetudines Barbonii. §. 210. Francã Ripa. lib. 3. Responsorum, c. 14. eandem opinionẽ tenet Bald. in consi. 22. lib. 1. Deci. in consi. 225. numero 3. Paul. Paril. in consil. 72. numero 15. volum. 1. & in consil. 26. numero 59. & 60. volum. 2. Ratio etiam est: quia talis donatio est contra legem prohibitiuam: vt patet in d. l. 69. Tauri. ibi, {ninguno pueda hazer donacion.} & quicquid fit contra legem prohibitiuam, est ipso iure nullum: vt notatur in l. non dubium. C. de legibus. & in cap. 1. de rescriptis libro 6. tenet Bartol. in l. prætor ait. ff. de noui operis nuntiatio. Abb. in cap. in nomine Domini. de testibus. eandem opinionem quòd iuramento non firmetur, tenet Zasius in d. l. stipulatio hoc modo cõcepta. nu. 52. & dicit esse magis verã & communẽ Aymon Crauettus in consi. 139.

vol.1.nu.9.eandem opinionem, vbi respondit ad adducta pro contraria parte, tenet Marianus Soci.Iunior in consil. 44.num.35.vol.2.Montal.in d.l.6.tit.12.lib.3.fori versic. item quòd suprà dico.

Contrariam tamẽ opinionẽ tenet Fort.Garcia in tract. de vltimo fine, illatione 20.num.349.vbi firmat non esse contra bonos mores naturales tolli testandi libertatem, & ideo valere donationem omnium bonorum:non solũ pręsentium, verum etiam futurorum, quandocunque firmata est iuramento. eandem opinionem tenet sibimet contrarius Corn. in consil.252.nu.6.lib.3.Dec.in consi.655.nu. 12.idem Deci.in l. pactum quod dotali.nu.2. C.de pactis. vbi dicit hanc opinionem esse veriorem. eandem opinionem tenet Cæpola in consi.8.num.6.in consilijs ciuilibus. Maria.Soc.Iunior in consi.65.nu.49.eandem opinionem monet idem Soc.Iunior, vbi non se audet firmare, in cons. 143.num.47.lib.1.

Allegant doct.pro hac opinione dictum Baldi, in l.cum Archimedoram.nu.12. C.vt in possessionem legatorum. vbi tenet quod per statutum potest tolli hæc libera testandi facultas:ergo per iuramentum. Sed illud dictum Bal.reprehendit Alex.in d.leg. stipulatio hóc modo concepta. ff.de verb.obli.nu.7. & respondit ad dictum Baldi idem Alex. in l.pactum quod dotali. in 2.opposit. C.de collatio.quem sequitur Deci.in d.consil.225.num.4. & sic prima opinio est magis vera & communis, quòd talis donatio iuramento non firmetur. Ratio est, cum tale iuramentum pręsumatur factum in fraudem legis prohibentis donationem omnium bonorum fieri, & cum tale iuramentum fit in fraudem, seruandum non est. pro quo facit ratio tex. in l.qui testamentum, & ibi Bar.ff.de probatio.

Est tamen verum quod Pau.de Cast. in consi.75.vol.2. tenet quòd donatio omnium bonorum præsentium & futurorum post mortem facta cum iuramento de non reuocando, valet:quia per illud verbum, post mortẽ, dicitur donatio causa mortis:secus si illa verba apposita non fuissent: nam tunc non valet prædicta donatio, vt suprà dictũ est. quod dictũ Pau. Cast.sequitur Alex.in l.stipulatio hoc modo.nu.19.ff.de verb.ob.Maria.Soc.Iunior in consi.44.nu. 35.vol.2.vbi allegat Corn.in Auth.sacramenta puberum. col.16.C.si aduersus venditio.vbi dicit quod in practica seruatur quòd talis donatio non confirmetur iuramento. eandem opinionem sequitur Barth. Soc.in consi.130.nu.7.& in consi.137.nu.1.vol.1.Matth.de Afflі.in decis. Neap.decisione 338.nu.6.Io. Crot.in repet. rubr.ff.de leg.1.col.7. Bald.in consil.8.colum.fin.in fin.vol.3.Aymon Crauettus in consi.139.nu.10.

Secus tamen esset si non tolleretur facultas testandi, vt in casu nostræ ampliationis:quia tunc bene firmaretur iuramento, prout in simili & notabiliter concludit Bart.in l. si quis pro eo.num.17.ff.de fideiussor.vbi tenet quòd licet donatio inter virum & vxorem de iure ciuili nõ valeat, vt in l.1.ff.de donationib.inter virum & vxorem., & in l.3.in §.sciendum.eod.tit.& in l.1. C.de donat. ante nuptias.tamen bene firmatur iuramẽto & valet.ita tenet idem Bart. in l.Seius Augerius.ff.ad leg.Falcid.Guliel.de Cugno, & ibi Albe.in l.sed & si possessori.in §.item si iurauero.ff.de iureiuran.Feder.de Senis in consil.140.num.3.Bald.in repe. l.1.col.49.versi.venio ad secundum.ff.de iureiur.Panorm. in c.cum contingat.num.30.eod.tit. & ibi latissimè Imol. num.85.& Doct.idem Panorm.in cap.fin. nume.9.de donatio.inter virum & vxorem.& in consil.95.num.1.volu. 2. vbi dicit hanc esse communem opinionem. eandem dicit etiam communem Dec. in l.pacta quæ contra.num. 6.C.de pactis.& in consil.280.num.2.& in consil.240.nu. 1.Alex.in consil.8.& in consil.157.vol.2.Roma.in consi. 44.Paul.Castrens.in consil.49.volum.2.& in dict.leg.pacta quæ contra. Franc. Aretin.in consil.3. & in consil.74. Barbat.in consil.59.colum.fin.libr.1.Cornel.in consil.41. nume.6.lib.3.vbi dicit ita communiter teneri.& in consil. 118.numero 2.volum.1. & consil. 104. numero 13.volu. 2.Cæpola in cautela 122.Ioan.de Imol.in l.si quis inquilinos.in §.fin.ff.de leg.1.Anto. Corset. in repet. Rubric.de iureiur.in 25. priuilegio. Angel.in l.penult.in §. mulier.ff. solut.matr. Bald.in leg. 1.in lectura antiqua. ff.de donatio. inter virum & vxor. Raphael Fulgo.in consil. 199.per totum. Maria. Soci. Iunior in consil. 44. numero 6.libro 2. Anto.Rubeus Alexandrinus in consil.25. numero 5.& in consil.130. numero 6.Paul. Parisius in consil. 86.numero 19.& 46.47.& 48.vol.3.Pala.Ruui.in rebet.Rubr.de donatio.§.51.numero 1.Hanc opinionem dicit esse communem Laurentius Syluanus in consil.40.numero 20.Hieronymus Cagnolus in repetitio.leg. fi.numer.36.C.de pact. Gome.in §.quadam.numero 19.Instit.de actio.Franc.à Ripa in lib.3.interpretationum, capitu.6.num.3.& in cap. 17.numero 1.Stephanus Aufredus in additionibus ad decisiones Capellæ Tholosanæ, decisio.361.Catellianus Cotta in Memoralibus iuris: in verbo, donatio.ex 5.Marcus Anto.Baueria in tractatu de virtute & viribus iuramenti: numero 38. Iason in leg. pacta quæ contra. numero 5. C. de pactis.Carol.Ruinus in consil.137. numero 2.& 7.vol. 4.Nicolaus Boerius in decisio.92. numero 6.Roder.Xuarez in leg. 1.tit. de las arras.lib.6.fori; in 3.quæstio.fol.19. Guido Papa in consil. 204.numero 3. Cæpola in consil.8. in ciuilibus. Præpositus in d.cap. fi.de donat.inter virum & vxor.Fortunius Garcia in dict.tract. de vltimo fine:illa 20.numero 349.Iacob.de sancto Georgio in l.profectitia in §.si pater.nu.4. ff.de iure dotium.& in l.iuris gentium. in §.si paciscar.in 2.lectura, numero 4.ff.de pactis. Eandem dicit magis communem Bertrandus in consilio.215. numero 4.& in consil.305.num.2.idem, vbi dicit quòd in iudicando & consulendo ab ea non est recedendum, tanquam magis communi, in consil.327.num.4.volum.1.primæ impressionis.Eandem opinio.tenet Bald.Nouellus in tract.de dote, priuilegio 21.Claud.de Seysel.in l.si diuortio.num.11.ff.de verb.obli. Hanc dicit communem And. Alcia.in c.cum contingat.nu.204. de iureiur.quamuis ipse in nu.198.contrarium teneat.

Pro qua opinione facit:nam donatio inter virũ & vxorem cõstante matrimonio, & donatio inter patrem & filium qui est in potestate, æquiparantur: vt in l.donationes quas parentes. C.de donat. inter vir. & vxor. Sed donatio inter patrem & filium qui est in potestate, quamuis sit prohibita à lege ciuili, bene firmatur iuramento: secundum Bald.in l.fi.in fi.C.de vsucap.pro dona.Bar.in l. Titia.la 1.in §.Imperator.ff.de leg.2. & ita cõiter concludunt Doctor. Canonistæ in dicto cap. cum contingat. de iureiur. Legistæ in l.frater à fratre. ff.de cõdictio. indebiti. & in l.pacta quæ contra.C.de pactis.vbi Iaso.numero 6.Pau.de Castr. in consi.345.colum.2. volum.1. Pala.Ruui.in dicto §.51. numero 6.& in l.17.Tauri.numero 49. Ferdinandus Lozes in rep.l.filiusfamilias.in §.diui.numero 59.ff.de leg.primo. Rodericus Xuarez in l.9.tit.11. in §.nota secundo.lib. 1.Fori.Aymon Crauettus in consilio 19. numero 1.volu. 1.Marcus Anto.Baueria in dicto tract.de virtute iuramẽti.numero 39.Francis.à Ripa in tracta. interpretationum, lib.4.cap.6.num.8.Andr.Alciat.in c.cum contingat.num. 207.de iureiur.Carol. Ruinus in consil.96.num.5.volum. 5.Pau.Parisius in consi.69.num.128.vol.3.Anto.Capicius in decis.56.numer.2.Eandem opinionem dicit esse communem Philip.Deci.in consil.216.nu.2.& consil.239.nu. 3.idem in consil.688.& in l.si donatione.nu.33.C.de collatio. eandem dicit etiam esse communem Hieronymus Gratus in consi.63.nu.23.vol.2.Io.Duran.in tractat.de arte testandi.tit.3.caut.2.

Secundò pro hac opin.pondero text.in d.l.1.ff.de dona. inter virum & vxor.vbi ille text. non dicit quòd illa donatio est contra bonos mores: sed dicit quòd moribus, & sic consuetudine prohibita est:ergo cõtrarijs moribus posset permitti generaliter:prout simili inductione vtuntur Bal. & Alex.

& Alex.in l.moribus.ff.de vulgari & pupill.Ang.& Imol. in l.captatorias.ff.de hæredib.instit. & in l.more.ff.de acquirend.hæred.Alex.in l.captatorias. C.de milit.testam. si ergo per consuetudinẽ potest generaliter permitti, ita per casum iuratum in casu particulari, arguendo à pacto iurato ad statutum: vt per Bart.in l.si.col.4.C.de pactis.Ang.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iur.Bal.in rep.l.1.col.15.C.de sacrosanctis ecclesijs.

Contrariam opinionem, imò quòd talis donatio non firmetur iuramento,tenet Barto.sibimet contrarius in l.1. per illum tex.ff.de dona.inter vir.& vxor.quem sequuntur ibi Bal.Salic.& Raphael Fulg.idem Bar.in l.cum quis decedens.in §. Titia.nu.2.ff.de legat.3.eandem opinionem tenet Bal.in l.si quis inquilinos.in §.1.ff.de leg.1.& in l.cũ multæ.nu.5. C.de donationibus ante nuptias.& in consil. 29.vol.1.idem Bal. in rep.l.2. C.de rescindenda venditione.& in l.1.C.de inofficio.donatio.& in c.cum contingat. num.28.de iureiurand.Ang.in l.si quis pro eo.num.2.ff.de fideiussori.Henricus Bohic.in c.fi. de donatio.inter virum & vxorem.Card.in Clem.1.in §.porrò.nu.10.de iureiur. Curtius Senior in consi.66.num.3.Philip. Corn.in consil. 223.nu.4.vol.3.Cinus in l.1.num.14.de sacrosanct. eccle. Salic.in l.2.in §.4.C.de rescind.venditio.Io.Andr.in addit. ad Specu.in tit.de dote post diuortium restituen. in fin.Bartholomæ.Soci.in consi.65. num.12.vol.1.& dicit Cæpola in d.cautela 122.quòd Io.de Ferrar.& dominus Raynerius de Perusio,& Raynerius de Monte idem consuluerũt: & Anto.de Canario in disputatione sua incipienti, Maritus. Et hanc opinionem dicit magis sibi placere Andr.Alciat.in d.c. cum contingat. nu.98. & eam communiorem esse tenet Chassanæ.in consuetu.Burg.in tit. {des droitz.} Rub.4.§.7.fol.167.col.3.nu.37.vbi pro hac opinio.adducit plura fundamenta, & dicit quòd Doct.tenentes istam partem sunt maioris authoritatis quàm qui tenent aliam. eandem opinionem remittendo se ad locum suprà dictũ, tenet idem Chassa.in consi.2.nu.5.

Est tamen verum quòd multi ex Doct. per Chassanæũ relatis, loquuntur in casu diuerso:nam Bar.in d.§.Titia.& Cinus in d.l.3.C.de sacrosf.eccle.& Io.And.in d.additio.ad Specu.& Soci.in d.consil.65.& sic ferè omnes Docto.non propriè loquuntur in vera donatione, sed in confessione dotis receptæ: vt si maritus in testamento, vel in quocunque alio contractu confessus est se debere vxori suæ mille, quæ confitetur ab ea recepisse,& sic iurat: tunc talis donatio non firmatur iuramento & ita propriè loquitur Bar.in d.§.Titia.& in dicta l.Aurelius.in §.si.ff.de liberatione legata.& sic ferè omnes Doct.per Chassanæ.& Alciat.allegati.Et ratio quare isto casu talis donatio non valet, est:nã tale iuramentum interponatur super eo quod est de præterito:& talis confessio etiã iurata præsumitur facta in fraudem legis prohibentis donationem inter virum & vxorẽ, quæ ratio sumitur ex l.qui testamentum.& ibi Barto.ff.de probatio.illud tamen quod Bartol.in dicta l.si quis pro eo. & Canonistæ in d.c. cum contingat. volunt, habet locum quando iuramentum interponitur super eo quod est de futuro: quia maritus donat vxori,& iurat de non contraueniendo in tempore futuro, quo casu habemus regulam, vt suprà est probatum, quòd iuramentum quod potest seruari sine interitu salutis æternæ, semper est seruandum: vt in dicto c.cum contingat. & hanc distinctionem posuit Io. de Imol.ibi in decimo membro. Iacobi.de sancto Georgio in d.l.qui testamẽtum.nu.3,quam distinctionem tanquam veram & esse extra terminos contentionis quæ est inter scribentes in vera donatione,tenet Soci.in l.1.nu.98. ff.solu.mat. vbi testatur se ita pluries consuluisse & consultum vidisse per doctissimos viros: quod esse verissimum testatur Curt.Iun.in consil.95.vol.2.nume.4.Dec.in dict. consi.202.num.3.

Ad quod non obstat etiam quod Bart.in d.l.1.ff.de donatio. inter virum & vxorem contrarium teneat, vt refert Chassanæ.in loco suprà allegat.quia Bartol.remittit se ad opinionem quam tenuit in dict. leg. si quis pro ec. vbi tenuit opinionem communem. Et ita etiam Bartol.ponderauit Abba.in consilio.95. colum.secunda ex quo patet quòd Bartol.in dict.leg.1. non est contrarius vt prima facie videbatur:& dato quòd esset, satis est nobis quòd opinio quam tenet in dict.leg.si quis pro eo. & in dict.l.Seius Augerius. sit magis vera & communiter approbata: vt ex suprà dictis patet.

Amplia tertiò vt ex tali donatione cum censeatur contractus à iure improbatus, dominium vllo modo non transferatur,argumento eorum que tradit Bartol.in leg.1. in §.si vir.ff.de acquiren.possess. & ita in expressis terminis tenet Paul.de Castr.in consilio.244.numero quarto versic. super quinto & sexto quæsito. volumine. secundo & ibi subdit quòd possessio ex tali contractu quæsita non censeatur licita.quem sequitur Franc. Purp.in l.fin. num.241. C.de pactis.

Amplia quartò procedere etiam si quis donaret hæreditatem suam:quia idem esset dicere quod dono omnia bona mea præsentia & futura. Nam hæreditas est nomen iuris,& semper recipit augmentum: vt in l.Item veniũt.in §. fructus.ff.de petitione hæredita.& ita tenet Bart.in d.l.fin. nu.4. C.de pact. cum quo oẽs communiter ibi transeunt, exceptis Ias.& Lancel. Dec.ibi. Quia exponi debet,hæreditatem,id est, bona: si de præsentibus intelligitur:per notata per Bar.in l.quæsitum.per illũ tex.in §.si mihi seruus. ff.de leg.1.quẽ sequitur ibi Dec.& Purp. nu.245.sed communis videtur esse cum Bar.imò ꝙ non valeat. Ita.n.tenẽt Cin.Bal.& Alex.in apostillis ad Bart.in d.§.si mihi seruus. Ias.in l.licet.num.15. C.de pact.& ibi Claud.de Seysel.in 1.col. Nisi ex alijs coniecturis appareat de mente donantis hæreditatem, vt intellexerit de bonis præsentibus: vt dicit Ias.in d.l.licet.quam opinionem Bart.sequitur Hier.Cagn. in repet.l.fin.nu.224.C.de pact.Soc.Iun.consil.143.num. 22.volu.1.maximè cum hæreditas sit successio in vniuersum ius:quòd & in dubio à proprietate verborum recedere non debemus, vt in l.non aliter.ff.de leg.3.quæ distinctio hodie necessaria non videtur:imò opinio Bar. distinctè procedit per legem 69.Tauri.

Quintò amplia vt super dicta donatio in totum vitietur, tam in præsentibus quàm in futuris: & ita ne in præsentibus tantum vel futuris solum valeat. ita tenet Bald.in d.l.fi.col.pen.& quamuis Bar.ibi,nu.16.relinquat in decisum,tamen eius opinio se inclinat in hãc partem.Eandem opinionem tenent Ang.Io.de Imol.& Alex.in d.l.stipulatio hoc modo concepta.nu.21.Moderni in l.3.in §.sed mihi.ff.de verb.obl.& hanc opi.dicit esse communem, & ab ea non esse recedendum,Franc.Purp.in d.l.fi.nu.247.contra quam limitationem est tex.in d.l.69.Tauri.

Amplia sextò vt etiam procedat si donatio facta sit ob causam præstandorum alimentorum donanti à donatario.ita concludit Aretin. in consil.54. numero 2.colum.3. quem sequitur Franc.Purp.in d.l.fi. num.250.vbi illud dictum declarat.

Limita primò vltra Socin.vbi suprà,non habere locum quãdo donatio fit ob causam dotis:quia tunc ob matrimonij fauorem firma & omnimodo valida dicitur. ita tenet Nicolaus Boer.in decisione 353.nu.10.& ante eum Oldr. in consil.5.Ioan.Paponis in glos.ad consuet.Borboniæ:in §.210.Pro qua opinione facit:nam sicut donatio omnium bonorum valet quandocunque fit ecclesiæ vel monasterio,vt tenet Bar.in d.l.fin. C.de pactis.quem sequuntur ibi Doctores,præcipuè Deci.num.31. Hieron. Cagnolus nu. 203.& eam dicit esse communem Franc.Purpur.ibi,num. 242. eam dicit etiam communem Feli. in dict.c.in præsentia.num.5.de probationib.hanc opinionem tenet Pala. Rubi.in dict.l.69. Tauri.nu.9. & ibi Didacus de Castillo: Soc.in d.reg.108.fallent.4.quod etiam habet locum quando talis donatio facta est pio loco,secundum.Bal.in l.iubemus.

mus.C.de sacrosan.eccle.quem sequitur Castillo in d.l.69. Tauri & cum dos dicatur causa pia, vt est tex. in c.1.in §. donare. qualiter feudú olim poterat alienari.in vsibus feudo.quod latissimè tradit Euerardus in suis locis legalibus, loco 25.idem dicendum erit in causa dotis.

Limita secundò quando dominium bonorum non sit translatum in donatarium:quia qui habet dominium potest testari,dato quòd bona alteri restituēda sint: vt est gl. in Auth.si qua mulier.C.de sacrosf.eccle.Hanc opinionem tenet Ang.in cons. 179.col.4.nu.5.quem sequitur Alex.in l.stipulatio hoc modo concepta.nu.16. And.Tiraq.vbi refert alios quàm plures Doct. in tract.de iure constituti.in prima parte,num.74.

Quæ limitatio non videtur tuta secundum Decium in d.l.fin.nu.34. C.de pactis.quia ratio prædicta non videtur effectualis:quia paria sunt: quòd quis non habeat bona,vel habeat:sed talia quòd propter illa quis probabiliter non sit eius hæreditatem aditurus:quia parificantur non testari,& testari si ex testamento hæreditas non adeatur: vt in l.1.ff. de iniusto, rupto.modò ex tali dominio rerum quis nō initabitur ad adeundum,si donatario restituendū est.Eandem opinionem impugnat Abb.in consi.centesimosecundo,libro 2.colum.1.idem Decius in consil. trigesimo,numero 3.Franciscus Purpuratus in d.l.fin. numero ducente simoquinquagesimosexto. Eandem opinionem etiam nō esse tenendam firmat ibi Hieronymus Cagnolus, numero 217. Claudius de Seysello in dicta l.stipulatio hoc modo.numer.29.vbi licet sit verum quòd quandocunque donator aliquid reseruauit de quo possit disponere, valeat prædicta donatio: vt concludit Doct.in dicta l.finali.C.de pactis.& in dicta l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verb. obl.sed quando illud quod sibi reseruaret esset valde.modicum,prout est in casu nostræ ampliationis,prædicta donatio non valeret. ita concludit Claud.de Seysello in d.l. stipulatio hoc modo.nu.29.

Sex limitationes ad hanc regulam ponit Philip. Dec.in d.l.fin.nume.30.C.de pact. & ibi Hier. Cagno.num.201. cum sequentibus ponit septem limitationes. Sed quia in effectu sunt similes eisdem quas posuit Soci. in d.reg.108. eas ob id omitto.

REGVLA CCXX.

DONATIO de re ecclesiæ facta,non valet. Quam regulam probat text.in c.fine exceptione.in versic.donare. 12.q.2. & in c.2. de donationib. De iure Regio probatur in l.5.tit.12.lib.3.Fori.& in l.4.titu.14.par.1.& circa hanc regulam vide notabiliter Pau. Paris.in consi.40.nu.1.& 2. vol.5.& in consi.a 17.nu.5.volum.1.

Limita primò quādo episcopus vellet donare bene meritis,vt in c.si quos.12.q.2.quia nō videtur donare,sed soluere potius debitū naturæ:vt in l. Aquilius Regu.ff.de donatio.& in l.sed si lege.in §.consuluit.ff.de petitio.hæredi. in c.cum in officijs.de testa.Potest enim prælatus remunerare non concedendo dominium alicuius rei,sed vsumfructum ad breue tempus.ita tenet Inno.in d.c. cum in officijs.de testam.Bald.in l.iubemus.col.3. C.de sacrosf.eccles. & hæc remuneratio fi possit debet fieri de bonis mobilibus ecclesiæ:non autem de immobilibus:vt tenent Doct. in d.l.iubemus.& in c.fi.de peculio cleric. & ita concludit Ias.in consi.116.vol.4.& merita debent esse æquiualentia rebus donatis:vt in c.relatum.el 2.ibi, iuxta seruitij meritum.de testa.& ita concludit Deci. in consil. 174. col.2.ita etiā tenet Chassanæus in consue.Burg.in tit.{des droitz.} Rub.4.§.7.fol 157.col.4.nu.9.facit quod notat Ias.in l.ex hoc iure.nu.60.ff.de iustitia & iure.

Limita secundò quando donans rem ecclesiæ tantundē donaret ecclesiæ cuius rem donat,& iuxta rei collatæ modum, vt in c.consensus.& in c. episcopi.de rebus eccles.nō alienand.& in c.iniustum.in §.item si rectores.12.q.2.De iure Regio l.5.tit.14.parte 1.

Tertiò fallit in Romano Pontifice qui bona vnius ecclesiæ alteri ex causa cōcedere potest,vt est gl.in c.constitutus.in verbo à quocunq;.de religio. domibus. & in c.1. 22.dist.ita tenet Præpo. in c.non liceat Papæ. 12.q.2.facit quod notat Ias.in l.Barbarius.nu.31.ff.de offi.præto.

Quartò limita quando episcopus vellet dare consanguineis pauperibus scilicet pro victu & vestitu tantum, vt in c.quisquis.12.q.2.& in c.non satis.86.dist. facit text.in c.si cupis.16.q.1.

REGVLA CCXXI.

DONATIO inter virum & vxorem regulariter prohibita est.Hanc regulam probat tex.in l.1.2. & 3.ff.de donat.inter vir.& vxor.& in l.1.& per totum.C.eod.tit.De iure Regio probatur in l.4.& 5.& 6. tit.11. parte 4.& in l.3.tit.12.lib.3.Fori.Circa quam regulam vide Chassin consuet.Burg.tit.{ Des droitz }.§.6.7.& 8.Ioā.Bassianum in consuet. Aluerniæ,c.13.art.39. Ias.in l.si non sortem.§.libertus.nu.8.ff.de cond.indeb. & in l.ex hoc iure.nu. 55.ff. de iustit.& iure.Catellia. Cot.in memoralib.iuris: in verbo,donationes.

Amplia primò habere locum non solum inter virū & vxorem,sed etiam inter sponsos de præsenti.ita tenet Cin. & Bald.in l.cum in te. C.de dona.ante nupt. & in leg.cum sponsæ.eod.titu.Alexand.in consil.142.numero 12.libro 5.Bartol. Socin.in consil.123. volum.1.pro qua opinione est text.in l.penult.ff.de donat. inter vir. & vxor. vbi dicit quòd donatio inter virum & vxorē non valet,nisi fiat ante contractum matrimonium:quod de consensu intelligitur.quēm text.ad hoc allegauit & induxit gloss.in l.3.ff.de donat.in verbo, concubinæ.tenet Bald.in l.vnica,in fin.C. de vsucap.pro dote.Ioan. de Imol.in l. Mæuia.in fin.princ. ff.solut. matr. Alexand.in l. si socer. in final. verbis.ff.solut. mat.Franc.Areti.in l.si diuortio.in fin.ff.solut.mat.ad idem est text.iuncta glo.in verbo,concubinæ.in l.3.ff.de donat. inter vir.& vxor. vbi dicitur quòd matrimonium dicitur, & maritus & vxor dicuntur,contractis duntaxat sponsalibus per verba de præsenti: licet non interueniat carnalis copula.& sic concludit ibi glos.quòd sicut prohibetur donatio inter coniuges constante matrimonio, seu inter virum & vxorem:& matrimonium non consummatum,ex quo interuenit consensus de præsenti. Et quamuis gloss.ibi dixerit hoc procedere de iure canonico, tamē idem est de iure ciuili: vt probatur in Auth.de nuptijs.in §.nuptias.& ibi gloss. colla.4. Quia ad validitatem matrimonij nec de iure canonico nec ciuili est necessaria traductio ad domum, nec copula carnalis: vt voluit glo. in dict. leg. cum te. C.de donat. ante nupt.facit text. in leg. mulierem.& in leg.denique. ff.de ri.nupt. & in leg. nuptias.ff. de regul.iur. Hanc opin. vbi allegat alios Docto. tenentes contrariam partem,tenet notab.Pala.Ruui.in repet. Rub.de dona.inter virum & vxorem.in §.55.nume.2.Didacus de Segura in repet.leg.1.in §.si vir vxori.numero 12.ff.de acquirend. possessio. Eandem opinionem firmat Chassanæus in consuetud.Burgund.in tit.{ Des droitz}. Rub.4.§.2.fol.133. col.1.nu.17.

Amplia secundò vt non valeat donatio inter coniuges constante matrimonio, etiam si iudex eam confirmet seu decernat vt valeat:per text.ad hoc singularem in l.obligationes.ff.de actio.& oblig. vt litera dicit, obligationes vel actiones quæ non proprijs viribus consistunt, nec officio iudicis,nec prætoris imperio,nec legis potestate cōfirmantur.& ita per illum text.tenet Pala.Ruui.in d.repet.Rubr. §.46.num.1.

Amplia tertiò vt nedum prohibita sit donatio inter cōiuges constāte matrimonio, sed etiam inter eos qui aliquo modo coniuges contingunt per patriam potestatem.ita tenet Pala.Ruui.in dict.repet.Rub.§.42.per totum.vbi hoc notabiliter declarat.

Quartò amplia habere locum non solum in matrimonio vero, verum etiam in putatiuo. vnde si fiat donatio inter eos qui reputabantur coniuges, qui in veritate

coniuges esse non poterant, non valet talis donatio: aliàs sequeretur q melioris conditionis essent qui delinquunt, quàm qui non delinquunt. ita dicit text. in l. 3. in §. videamus. ff. de donat. inter vir. & in l. si ex voluntate. C. eo. titu. glo. & Doct. in c. fi. eod. tit. quam opinionem tenet Pala. Ruui. in d. repet. Rub. §. 36. in prin.

Quintò ampliatur vt non solùm procedat inter coniuges Christianos, verùm etiam si Iudæi fuerint. vnde si Iudæus constante matrimonio aliquid donauerit vxori, non valebit donatio. Cuius ratio est: quia inter Iudæos est matrimonium verum, quamuis non ratum: vt in c. de infidelibus. de consanguinitate & affinit. & ibi glo. & Doct. si ergo inter eos est matrimonium, per consequens donationes inter eos factæ non valent, per iura suprà allegata: quæ generaliter disponunt & generaliter sunt intelligenda: vt in c. si Romanorum. 19. dist. & in c. solitæ. de maiorita. & obedient. cum similibus. quod etiam tenet Pala. Ruui. in dicta repetitio. Rub. 35. in princ.

Amplia sextò, etiam si vxor & maritus diu seorsum habitauerint, vt latè concludit Pala. Ruui. vbi suprà in dicta repetitio. Rub. §. 34. in princ.

Amplia septimò etiam si vir passus est se condemnari ab vxore, & sic eam absolui falsa exceptione opposita, cù vxor tenetur viro in aliqua quantitate: cùm hoc videatur facere animo donandi: licet sententia valeat, vir potest cò dicere pecuniam ab vxore ac si non esset absoluta: & sic non habet locum l. iudex. cum alijs. ff. de condit. indebit. iste est notab. tex. in l. si sponsus. in §. si vxor. la ij. ff. de donat. inter vir. & vxor. & ita per illum text. tenet Bald. in l. cùm allegas. nu. 7. C. de vsuris. Roma. in singul. 308. Ias. in d. l. iudex. num. 2. Montal. in l. 3. titu. 12. lib. 3. fori, in glo. in verb. {Pueda lo hazer.}

Hanc regulam limitat septem modis Pala. Ruui. in repet. Rub. de donatio. in §. 47. & in §. 50. & in §. 51. 52. 53. 54. & 55. & circa iij. limitationem ibi positam, scilicet q talis donatio iuramento confirmetur, vide posita suprà in reg. 219. in ij. amplia. versic. pro qua opinione. Socin. duobus modis in reg. 104.

Vltra quem limita primò quando talis donatio esset reciproca, vt est glo. in l. licet inter priuatos. C. de pact. & ita tenet idem Pala. Ruui. in d. repet. Rubt. §. 50. nume. 16. cum sequen.

Limita secundò valere donationem vxori factam per maritum pro reparatione domus eius quæ corruit, vt in l. q si vir. ff. de dona. inter vir. & vxor.

Limita tertiò non habere locum quando protraheretur in tempus finiti matrimonij: vt in l. sed interim. ff. de donat. inter vir. & vxor. & in l. cum vxori. §. vlti. & in l. quia. eod. titu.

Quartò limita quando expresè coniuges in contractu matrimonij reseruauerunt sibi quædam, ex quibus possunt se inuicem associare: vel vnus posset de his reseruatis donationem facere alteri: quia tunc propter illam animi conuentionem & promissionem de donando factam in tempore habili, valebit, saltem vt morte confirmetur. ita tenet Bal. in l. j. C. de donat. ante nuptias.

Quintò limita quando res modica quæ vsu cõsumitur donatur. argu. eorum quæ dicuntur in l. q autem. in §. j. ff. de donat. inter vir. & vxor.

Limita sextò quando maritus rem donatam dat in dotem filiæ amborum, vxore præsente, & non contradicente, sed consentiente: vt in l. siue vxor. & ibi Bar. ff. de dona. inter vir. & vxor. quam opinionem sequitur Franc. Cremensis in sing. 4. Chassanæ. in consuetud. Burgund. in titu. {Des droitz.} Rub. 4. §. 7. nu. 11. fol. 170. col. j.

Limita septimò quãdo maritus remittit vxori suæ fructus suæ dotis: vt in l. vir vsuras. ff. de donatio. inter vir. & vxor. de cuius intellectu vide Ias. in l. de diuisione. in v. col. ff. sol. mat. & in §. fuerat. Instit. de actio. Chassanæ. vbi suprà. 6. notab. Tho. Grammaticus in decisione 70.

Limita octauò quando mulier renunciat marito donationem per eum factam, nõdum per eam acceptatam. ita tenet Chassanæ. vbi suprà, nu. 10. De iure Regio probatur in l. v. tit. xj. part. 4.

Limita nonò non habere locum in Imperatore. Nam Imperator potest donare Augustæ: vt in l. fi. C. de donat. inter vir. & vxor. & ita per illum text. vltra doct. ibi tenet Ias. in l. frater à fratre, in j. lectura, nu. 44. ff. de condi. indebi. versi. v. fallit. & in l. ciuitas. nu. 4. ff. si cert. pet. facit quod not. Catellia. Cotta in Memoralibus Iuris, in verbo, donatio facta à Rege.

Limita decimò non habere locũ in ijs quæ obueniunt eis ex forma statuti: quia possunt donare. ita tenet Chassanæ. vbi suprà, nu. 9. vbi ponit exemplum.

Limita vndecimò si rusticus vel plebeius acciperet nobilem in vxorem, & constante matrimonio facit instrumentum de receptione dotis quam non recepit: quamuis in effectu ista dicatur donatio inter vir. & vxor. tamen valet: quia fit in remunerationem ad recõpensationem propter inæqualitatem eorum. ita notab. concludit Barto. per glo. ibi, in l. si voluntate. C. de dotis promissione. nume. 2. Eandem opinionem tenet idem Bar. in l. si diuortio. & ibi Ias. nu. 9. ff. de verb. oblig. idem Ias. in l. ex hoc iure. nu. 55. ff. de iustit. & iur. & in l. h. col. fi. C. de verb. signifi. & in l. si non fortem. in §. libertus. ff. de condit. indeb. num. 8. idem tenet Bald. in l. ij. §. fi. ff. si cert. petat. Segura in l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pup. nu. 162. Abb. in c. j. num. 8. de adulte. Ioan. de Neuizanis in Sylua nupt. libr. 2. nu. 28. Pala. Ruui. in repet. Rub. de donatio. §. x. & §. 31. nume. 1. & Andr. Tiraquel. in leg. connubialibus, in 4. l. nume. 7. & in v. l. num. 18. & in repet. l. si vnquam. in verb. donatione largitus. nu. 19. C. de reuocand. donat. & hanc dicit communem Bal. Nouellus in tract. dotis, in x. part. nu. 7. Curt. Iunior. in consi. 6. num. 20. Couarruu. in Epitome 4. lib. in ij. part. c. 3. §. 3. nu. 2.

Limita xij. quando maritus donat annuum vel menstruum ad sui sustentationem, vsq; ad vires dotis, & non vltrà: vt in l. ex annuo. & in l. de fructibus. ff. de donat. inter vir. & vxor. & in l. sicut. C. eod. tit.

Limita xiij. si vnus ex coniugibus, seruis, vel animalibus, vel vestibus alterius vsus fuerit, vel in domo sua gratis habitauerit donationis causa: Nam valet donatio: vt in l. si vir vxoris. ff. de donat. inter vir. & vxor.

Decimoquartò fallit si vir vectigal vel vecturas pro vxore vel ministris eius solueret, vt in l. si quis pro vxore. ff. eod. titu.

Decimoquintò fallit si serui viri, vxori operas præstiterunt: vt in l. si id quod donatum est. in §. si quas serui operas. ff. de donat. inter vir. & vxor.

Decimosextò fallit si vir soluit in præsenti quod in diẽ debet vxori: nam tunc potest: vt in l. sed si vir ex lana. in §. quod vir vxori. ff. de donat. inter vir. & vxor.

Decimoseptimò fallit de iure Regio. nam elapso anno à tempore contracti matrimonij valet donatio inter coniuges, si filios non habent: si tamen filij posteà nascantur, reuocatur donatio, nisi in v. part. vt in l. 3. tit. 12. lib. 3. fori. Quod dicit esse menti tenẽdum & alibi non reperiri, Pala. Ruui. in repet. Rub. de dona. §. 54. nu. 2. facit etiam l. ix. tit. 6. lib. 3. fori.

Et alias limitationes circa hanc reg. vide per Pala. Ruui. & Doct. in locis suprà allegatis.

Regvla ccxxii.

Donatio ob causam in filium à patre facta, debet in legitima computari. Quam regulam ponit Barto. quẽ sequuntur ibi Doct. in l. in quartam. nu. 10. ff. ad l. Fal. pro qua opinione est glo. in Auth. ex testamento. in glo. ij. C. de collat. De iure Regio probatur in l. 29. Tauri. Circa quã regul. vide Doct. in l. 26. & 29. Tauri. Bernar. de Luc. in reg. 212. Rodericum Xnarez in l. quoniã in prioribus. in v. q. fol. 95. C. de inoffic. test.

Limita

Limita primò si res efficiantur peculij aduentitij: vt in rebus donatis ob causam remunerationis: scilicet quando donantur propter benemerita. has enim res peculij aduentitij esse firmat gl. communiter ab omnibus Doct. approbata in Auth. vnde si parens. in verbo, Falcidię. C. de inoffic. testa. Ea enim quæ aduentitia sunt, communicari non debent: vt in l. fi. C. de collat. De iure Regio est tex. in l. v. titu. 15. part. 6. Quod intellige quando benemerita rei donatæ responderent: vt est glo. notab. communiter approbata in l. si donatione. C. de collat. in verbo, postulas. & in c. relatum, el ij. in verb. iuxta seruitij. de test. Bar. in l. si fortè. nu. 5. ff. de castren. peculio. & in hoc non statur confessioni patris, scilicet merita præcessisse: sed oportet quod merita seu seruitia probentur: vt tenent glo. & Bart. vbi suprà, Ias. in repet. l. frater à fratre. nume. 44. ff. de condit. indebi. Cor. in consi. 144. nume. 10. vol. ij. Marcus à Mantua in l. si donatione. nume. 46. C. de collat. & ibi Riminaldus nume. 8. Castellus in l. 29. Tauri, in glo. in verbo, {las otras donaciones.} in fi. limitat. Matth. de Afflic. in decis. Neapol. decisione 370. num. 15. Io. Bernard. in reg. 533. Chassan. in consuet. Burgun. in tit. {des droitz.} Rubr. 4. in §. vij. fol. 157. col. 4. nume. 7. Carolus Ruinus in consi. 96. nume. 2. volu. 5. Catellianus Cotta in Memoralibus Iuris, in verb. donatio inter fratrem & filium.

Limita secundò quando res ob causam donatæ non sunt ad hæredes transmissibiles: vt in l. omni modo. in §. imputari. C. de inoffic. testa. & sic primò alimenta per patrem filio præstita, quæ vocant victum & vestitum: vt in l. legatis. ff. de alimen. & cib. leg. in legitimam non imputantur: vt in l. quæ pater. ff. fami. ercisc. tenet Bar. in d. §. imputari. Doct. in l. filiæ licet. C. de colla. Secundò expensæ quæ à patre fiunt in nuptijs aut in consequendis honoribus filiorum, non imputantur in legitimam: vt est text. & ibi gl. in l. 3. in §. fi. in glo. fi. ff. de muner. & honor. Bal. Ang. Ias. & Doct. in d. §. imputari. per illum tex. & in l. j. in §. sed an ipse. ff. de collat. bon. Nicol. Boeri. in decisione 14. num. 3. Franc. à Ripa in repeti. l. in quartam. nu. 163. cum alijs. ff. ad l. Falc. Quod tamen limitat Alex. in addit. ad Bart. in d. l. 3. in §. fi. ff. de mun. & hono. procedere quando filius non haberet bona propria & à patre separata: secus tamen si haberet: quia tunc censentur hæ expensæ factæ animo repetēdi: vt in l. fi. ff. de pet. hær. facit l. Nesennius. ff. de neg. gest.

Limita tertiò quando res donatæ efficerentur castrēsis peculij vel quasi: vt in l. si filius. C. fami. ercisc. ex quo sequitur quod arma quæ militi dantur & equi, non computantur in legitimam. Idem de libris qui dantur Doct. aut Aduocato: vt tenet Bar. in l. j. §. neque castrense. nu. 2. idem puta in pecunia quæ à patre datur pro habendo Breuiario, aut pro consequendis ordinibus, aut pro celebranda prima Missa: quia hæc debent dici peculia castrēsia: vt in l. sacrosanctæ. & in Auth. presbyteros. C. de episco. & cler. Ripa in d. l. in quartam. nu. 166. De iure Regio est text. in l. 4. titu. 4. parti. 5. & in l. v. titu. 15. part. 6. Quod etiam procedit in libris à patre emptis filio scholari: omissa distinctione Bart. in d. §. neq; castrense. nu. 2. & in l. si donatione. C. de collat. & ibi Alex. & in l. filiæ cuius. & ibi plenius Sali. nume. 13. C. familiæ ercis. Ripa & doct. in l. in quartam. nume. 168. ff. ad legem Falc. tenet glo. in d. l. filiæ cuius. in gl. j. pro qua opinione est tex. in l. quæ pater. ff. famil. ercisc. De iure Regio probatur in d. l. 4. titu. 4. part. 5. in fi. & in d. l. 5. tit. 15. part. 6. ita tenet Pala. Ruui. in d. l. 17. Tauri. num. 16.

Limita quartò quando pater sponte soluit emendam pro cōdemnatione filij, vt liberetur filius. vt tenet Bar. in l. Stichus. nu. 2. in fi. ff. de peculio legato. vbi distinguit, quod si pater voluntariè soluit, soluta non sunt imputanda. Si autē ex necessitate fortè per statutum aut consuetudinem, tūc imputantur. quē sequitur Bal. in d. §. imputari. Quam distinctionem Bar. reprobat Fabianus de Monte, in repetit. Auth. nouissima. q. 8. principali: in versic. 8. quæritur. C. de inoffic. testa. eandem reprobat Franc. à Ripa, vbi dicit ita communiter teneri, in d. l. in quartam. nu. 185. quia in hoc casu motus paterna pietate, ne filius vexetur à fisco, soluisse creditur pater: & sic coactus soluisse. pro qua opinione facit tex. in l. relegatorum. in §. fi. versicu. neq; enim. ff. de interdictis & releg. vbi dicitur quod ex delicto quis non debet habere beneficium.

Quintò limita non habere locum in donatione simplici, attento iure huius regni: nam simplicem donationē hodie filius conferre non debet cum alijs fratribus: nec debet in legitima imputari: vt in l. 26. Tauri. facit etiam tex. & ibi glo. in d. Auth. ex testamento. C. de collat. & ita expressè tenet Cisuentes in d. l. 26. Tauri. nume. 6. & in l. 29. nume. 1. in fi. Rodericus Xuarez in repet. l. quoniā in prioribus. in v. q. nu. 6. fol. 96. C. de inoffic. testa. Pala. Ruui. in l. 26. Tauri. nume. 25.

Porrò alias limitationes circa hanc regulam & eius materiam vide per Doct. in supradictis locis: præcipuè in d. l. in quartam.

REGVLA CCXXIII.

DONATIO facta à patre filio in potestate, regulariter non valet. Hanc regulam probat tex. in l. si pater. C. de inoffic. donatio. & in l. donationes quas parentes. C. de donat. inter vir. & vxor. & in l. ij. in §. si filium. ff. de donat. & in l. j. §. si pater filio. & in l. si pater filiæ. ff. de vsucapione pro donato. De iure Regio probatur in l. 3. titu. 4. part. v. & in l. 4. tit. 15. part. 6. & circa hanc reg. vide Plat. in l. j. C. de castren. peculio. lib. 12. Bart. & Docto. in l. frater à fratre. ff. de condit. indeb. vbi Ias. in j. & ij. lectu. nu. 44. Iacob. de S. Geor. nume. 33. Io. Crottus fol. 6. col. 3. in 12. q. Marc. de Mant. in num. 327. & 342. Ferdinan. Loaz. in repet. l. filius familias. §. diui. nu. 77. & 85. cum alijs. Lud. Roma. in l. si donatione. nu. 8. C. de collat. Cisuentes & Doct. in l. 17. Tauri. Segura in repet. l. licet Imperator. nu. 80. cū alijs. ff. ad Treb. & in rep. l. vnum ex familia. §. si fundum. nu. 155. cum alijs. ff. de leg. 2. Stephanus Bertrandus in cōsil. 252. nu. 2. vol. j. primæ impressionis. Chassan. in consuetud. Burgund. in tit. {des droitz.} Rubr. 4. in princ. nu. 36. fol. 126. col. 2.

Hanc regulam cum vndecim limitationibus ponit Socin. in regu. 103.

Sed vltra eum limita primò non procedere in donatione facta à Rege vel à Principe non recognoscente superiorem. ita tenet Bald. in c. j. in §. item sacramenta. de pace iuram. firm. in Vsibus feud. pro qua limitatione facit text. in l. penul. C. de donat. inter vir. & vxor. & ita per illū text. tenet ibi Alex. in addit. ad Bart. eandem opinionem tenet Io. Crotus vbi suprà. Quam opinionem originaliter ante omnes tenuit Oldr. in consi. 231. Ias. in d. l. frater à fratre. in j. lectura. nu. 44. in vj. fallentia, in versic. & ita habes expeditas omnes fallētias Bartoli. & ibi Marcus de Mantua nu. 348. Segura in d. l. Imperator. nu. 83. ff. ad Treb. Areti. in l. placet. nu. 3. ff. de acqui. hære. Lancel. Galiaula in repet. l. Centurio. nu. 115. ff. de vulgari.

Secundò fallit quando duo filij sunt in potestate, & vnus donat alteri de consensu patris bona profectitia vel bona propria patris. nam talis donatio statim valet. ita notab. tenet Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de instru. editione. in §. porrò. in additione super nu. 3. incip. Concipitur. Quam opinionē ante eum tenet Oldrad. in consi. 26. Cuius ratio est: quia si pater cōsenserit quod hæc bona donarent alteri filio, cōsuetudo intelligitur filium tacitè emancipare quo ad istū actum, vt valeat donatio: vt in l. si permittente. C. ad Macedon. Sicut enim valet donatio si emanciparet in totum: vt in l. vt liberis. C. de collat. ita valere debet quo ad istū actum. Quam decisionem Io. And. exclamando extollit vsq; ad sydera Franc. Aret. in l. placet. nu. 4. ff. de acqui. hær. & ibi eam impugnat duplici ratione. quam etiā reprobat Ias. in l. frater à fratre. in j. lectu. nu. 44. in 8. limitatione. & ibi contra eam adducit plura Marcus de Mātua nu. 349. vbi in fi. hoc reliquit cogitandum. Eandē opinionem

opinionem reprobat Didacus de Segura in d. l. Imperator. nume. 86.

Tertiò fallit qñ pater remittit vsumfructũ filio quem habet in bonis aduentitijs filij: nam hæc donatio statim valet non expectata morte parentis. ita Bar. in repetit. d. l. frater à fratre. nu. 57. versic. si verò donaret per text. in l. cùm oportet. in §. sin autem. C. de bo. quæ lib. glo. & Bar. in l. ij. C. de inoffic. donatio. cum qua doctrina Bar. transeunt ibi communiter scribentes, quam opinionem sequitur Ias. in d. l. frater à fratre. in v. limitatione, nume. 44. quam etiam sequitur Io. Crottus in d. l. frater à fratre. fol. 6. col. 3. versi; fallit ergo conclusio præmissa.

Quartò fallit quando ista donatio esset facta filio naturali tantùm: cùm filius naturalis non sit in patris potestate. ita notab. tenet Barto. in l. omnes. in §. Lucius. ff. de his quæ in fraudem cred. quem sequitur Roma. in consil. 43. nume. 1. & in l. si donatione. nu. 15. ff. de collationibus. Io. Crottus vbi suprà, versicu. quintò fallit. & ibi Marcus de Mantua nu. 353. quod tamen intelligo verum nisi donatio fiat in fraudem: vt in d. §. Lucius. ita notab. concludit idem Roma. in consi. 397. num. 1. quem sequitur Marcus de Mantua vbi suprà. Pro quo facit quod tradit Carolus Molinæus in tract. de inoffic. testa. donationibus & dotibus, nu. 49. cum alijs.

Quod hodie de iure Regio habet locum vsq; ad quintam partem bonorum extantibus: alijs filijs legitimis: vt in l. ix. & x. Tauri. quod etiam in spurijs habere locum dicunt ibi supradicta iura.

Quintò fallit quando pater donat aliquid filio pro legitima: nam tunc valet donatio facta filio in potestate. Iste est notabilis casus secundum Ange. ibi, in l. si non mortis. ff. de donat. inter vir. & vxor. quam opinionem vbi eam latissimè examinat, sequitur Ias. in d. l. frater à fratre. in vij. limitatione. nu. 44. idem Ias. in repet. nu. 23. eandem opinionem, vbi adducit pro ea plura fundamenta, tenet vbi posteà relinquit cogitandum. Marc. de Mantua in d. l. frater à fratre. nu. 356. Pau. Paris. in consi. 16. nu. 55. vol. ij. eandem opi. tenet Bald. in l. cùm oportet. §. non autem. C. de bo. quæ lib. eandem opinionem latissimè examinat, & eã tenet Rodericus Xuarez in repet. l. quoniã in prioribus. in prin. fol. 3. nu. 4. C. de inoffic. test.

Contrariam opinionem, reprobando illud dictũ Ang. tenet Aret. in l. placet. nu. 4. ff. de acqui. hær. eandem opin. contra Ang. tenet Segura in l. vnum ex familia, in §. sed si fundum. nu. 116. ff. de leg. ij. & in repe. l. Imperator. nu. 84. ff. ad Trebellianum. Decius, vbi hoc notab. declarat, in cõsil. 86. nu. 8. quam opinionem contra Ang. vbi eam latissimè examinat, tenet Ferdinand. Loazes in repet. l. filiusfamiliâs. in §. diui. nu. 75. ff. de leg. j. Mouentur omnes suprà dicti doct. tali fundamento: quia alimenta debentur filio in vita patris: vt in l. si quis à liberis. in prin. ff. de lib. agnosc. tamen donatio in causam alimentorum à patre filio in potestate facta, non valet: vt est gl. notab. quam ibi approbat Bal. in l. ij. C. de inoffi. donat. ita eodem modo nõ debet valere donatio facta filio pro legitima. Eandem opinionem contra Ange. tenet idem Aret. in consi. 17. nu. 4. cum sequenti. Est tamen verum q doctor. supradicti assignant plures intellectus ad illud dictum Ange. & ad dictã l. si non mortis. Nam Decius in d. consil. dicit q procedit in filio emancipato. Segura in d. l. Imperator. dicit q loquitur in filio emancipato, vel in matre. Ias. in d. l. frater à fratre. tenet etiam hoc in j. lectura, nu. 44. scilicet q loquatur in matre vel in filio emancipato: posteà tamen dicit q valet supradicta donatio facta filio in potestate pro sua legitima, sed reuocabiliter. quem sequitur Marcus de Mantua in d. l. frater à fratre. nu. 357. eandem opinionem contra Ange. tenet, vbi eam etiam latissimè examinat Didacus de Castillo in l. 17. Tauri. col. ij. in princ. versic. sed doctor de Segura. vbi per illam l. 17. approbatur opinio Ias. supradicta: scilicet q iam q valeat donatio facta per patrem filio pro sua legitima, valet reuocabiliter: & sic poterit à patre quandocunq; reuocari. & ita procedit dictum Ange. vt expressè tenet ibi Castill. per dictam l. 17. in colum. 4. in princ. quæ expressè hoc disponit, ibi, { pueda la reuocar quando quisiere. } Quod tamen est verum nisi pater postquàm fecit supradictam donationem, non solùm pro legitima, verùm etiam in quocunque casu fecerit donationem filio suo de tertia parte bonorum suorũ, si possessionem filio tradiderit, prædicta donatio à patre reuocari nullo modo poterit, etiam si filius sit in potestate, per supradictam l. 17. & sic per illam l. corriguntur omnia supradicta iura prohibentia donationem per patrem filio in potestate fieri posse.

Limita sextò non procedere in matre quæ potest facere donationem filio suo in potestate: vt in d. l. xij. Tauri, ibi, { o la madre. } dum tamen tradat possessionem filio suo: aliàs autem bene poterit eam reuocare, secundum Pala. Ruui. ibi nume. 12. & ibi Castill. in gl. in verbo, { la madre. } per quam l. corrigitur text. in d. l. si non mortis. ff. de inoffic. testam. & in l. si constante. C. de donat. inter vir. & vxor. vbi dicitur q mater non potest donationem à se factam filio reuocare: quia non habet filios in potestate sicut pater: vt in §. fœminæ. Instit. de adopt. & per totũ Institu. de patria potestate. sed per supradictam l. possessione non tradita, bene poterit reuocari.

Et circa tertiam limitationem quam ad hanc regulam ponit Socin. vbi suprà, scilicet q talis donatio causa studij valet vltra doct. qui ita tenent in d. l. 17. Tauri, tenet etiam Segura in d. l. vnum ex familia. in §. sed & si fundum. nume. 131. ff. de leg. 2. & Ferdinan. Loazes in repetit. l. filiusfamiliâs. in §. diui. nu. 85. ff. de legat. j. & vide posita suprà in regu. 87. Petrus Rebuffus in tract. de priuilegijs scholarium, priuilegio 60. nu. 2. & vide suprà in reg. 87.

Et circa octauam limitationem Soc. scilicet q quando interuenit iuramentum q valet talis donatio, vide posita suprà in regula 219. in ij. ampliatione.

Regula CCXXIIII.

DONATIO excedens quingentos solidos nõ valet, nisi fuerit insinuata: vt est tex. in l. si quis pro redemptione. in §. cæteris. C. de donationibus. & in l. ix. in fi. titu. 4. part. v. per quæ iura corrigitur text. in l. sancimus. C. eod. quæ vsque ad trecentos aureos tantummodo permittebat. tenet Bar. & doct. in l. Modestinus. ff. de donat. Bal. & ibi doctor. in l. illud. C. de sacr. sanc. eccles. & in l. si. C. de iure dot. Circa quam regulam vide Franc. Aret. in consil. 76. Paulum Paris. in consi. 25. num. 53. & in consi. 69. nume. 93. lib. 3. Marian. Socin. Iun. in consil. 69. nume. 37. & in consi. 77. nume. 55. lib. j. & in consil. 67. nume. 18. & in consi. 118. nume. 2. vol. ij. Carolus Ruin. in consi. 159. numer. 6. & 15. volu. 4. Ioan. Barthol. de Scharampis in consil. 111. numer. 6. inter consilia Alberti Bruni. Pala. Ruui. in repet. rub. de donat. inter virum. §. 17. numer. 6. Andr. Tiraquel. in legibus connubial. in gloss. 4. numer. 10. & in glo. v. nume. 32. & 34. & in glo. 6. nume. 177. & 272. Ioan. Bessanium in consuetu. Aluerniæ, c. 15. articu. 42. & notabiliter Anto. de Canario in tract. de insinuatione, in j. & ij. parte, nume. 1. cum sequen. Ioan. Igne. in Auth. ex causa, numer. 207. C. de liber. præt. Guid. Pap. in consil. 57. & in decisione 325. Aymon. Publicium in glo. ad dicta. cõsuetu. Aluerniæ, art. 42.

Rationes autem quare donationes insinuari debeant sunt quatuor. Prima est vt inter insinuationem & donationem, donans deliberare possit an sibi expediat donationẽ perficere: vt in Authen. de appel. & intra quæ tempora, in prin. versi. vt liceat homini intra id spatium plenissimè deliberare, collat. 4.

Secunda ratio est, vt iteratio actus ostẽdat mortis perseuerantiam: vt in l. vni. C. de plus petitio. sicut dicit de actu geminato: vt in l. Balista. ad Trebellianum.

Tertia ratio, vt tollatur deceptionis suspicio: vt in l. si decipiendi.

est de mente Bart. ibi, in nume.fi.dum se remittit ad not. per eum in l.si quis pro eo.ff.de fideiuss. idem tenet Anto. de Canario in tractatu de insinuatione.ij.part.q.33.nume. 50.vbi per totam quæst.hoc examinat,& tenet hanc opinio.maximè in num.59.Ange.in consil.179. nume.7.vbi dicit hoc esse verum, etiam in donatione facta inter coniunctos & inter fratres.Hanc opinionem dicit communẽ And.Barb.in consi.16.nu.16.versi. & si quispiam dixerit. volu.a.col.x.in princ.Alex.sibi contrarius in addit.ad Bar. in l.post mortem.ff.de adopt.Barb.in consi.aa.incipienti, viso celebri.in ij.colum.in fi.versic.quod verò opponitur. vol.4.Ang.Aret.in §.aliæ.nume.5.& 9. Institu. de donat. idem Barb.& quàm plures doct.tenent hanc opinionem, quam ipse refert in consi.66.nume.23.& in consil.67.per totum: inter consilia Franc. Curtij Senioris, hanc etiam tenet Bartholomæus de Scarampis in consi.111.nume.6. inter consilia Alberti Bruni,Roma.in d.l.Modestinus.nume.18.Laurentius Calcan.in consi.25. nume.33. versicu. nec obstat etiam quod dicatur.Eandem opinionem tenẽt quãplures doct.quos refert Carolus Ruinus in consi. 159. nume.6.vol.4.& ibi nume. 15.refert contrariam opinionem,in qua se non bene firmat propter ambiguitatem opinionum:& alij etiam doct.quos refert Maria.Soc. Iunior in consi.69.nume.39.& in consi.77.nume. 58. volu.j.vbi refert has duas opiniones & etiam se non bene firmat. & alij etiam doct. quos refert Andr. Tiraq. in repet. l. si vnquam.in præfatione,nume.153.C.de reuoc.donat. & hãc opin.vbi adducit pro ea plura fundamenta, & dicit ꝙ secundum eam si casus eueniret semper consuleret & iudicaret,tenet Io.Crotus in repetit.l.nemo potest.col.14. versicu.fallit hæc conclusio. ff.de leg.j.

Sed hæc posterior opinio verior mihi videtur, ꝙ donatio etiam si sit iurata, si non sit insinuata non valet. Ratio prima facit:nam,vt suprà dixi in rationibus huius regulæ, insinuatio fuit introducta fauore publico,ne quis effusa liberalitate patrimonium suum exhauriat: ideo iuramentũ nullum effectum operatur:vt in c.si diligenti.de foro compet.not.in l.iurisgentium.§.si paciscar. ff.de pact. Secunda ratio facit:nam donatio omissa insinuatione ideo est nulla,quia præsumitur facta esse in fraudem: & sic ad euitandas fraudes quæ committi possunt maximè inter coniunctos,vt in d.l.data.C.de donationibus.& sic etiam in odiũ recipientium clandestinas donationes. Si ergo iuramentũ firmaret contractum donationis absque insinuatione, pręstaret occasionem delinquendi, contra l.conuenire. ff.de pactis dotalibus.& sic videretur iuramentum contra bonos mores,& sic ꝙ non valeat:vt in c.non est, de regu.iur. libr.6.& sic vbicunque l. vel statutum præsumit frandẽ in aliquo contractu iuramentum interpositum super illo cõtractu non firmat dictum contractum:ita Bald. Sali.Paul. de Castr.in Auth.sacramenta puberum.C.si aduersus venditionem.Bar.in l.omnes populi.in a.q.3.q.princ. ff. de iustit.& iure. Roma. in consil. 12.pro qua opin. faciunt alia quamplura fundamenta quæ traduntur à Doct.in locis suprà allegatis,quæ propter prolixitatem non curo referre.

Sextò fallit in donatione facta ecclesiæ vel alicui pio loco.ita tenet Barto.& Alberic.in d.l.illud. C.de sacr.sanct. eccles.per illum tex.Ioan.And.in additio.ad Specu. in tit. de instrum.editione.in §.porrò.10 additione super verbo, sed illa lex.Io.Calde.in consi.3.sub rubr.de donationibus. tex.in l.si quis pro redemptione.C.de donationib.Roma. in d.l.Modestinus.nume.11.Felin.post Anto. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ,numer.82.de constitu. vbi dicit hanc esse communem: & allegat quamplures doctores eam tenentes.Eandem opinionem tenet Franci. à Ripa in libr.3.responsorum,c.11.nume.10.Abb.in c.relatum.el j.de testamen.Paulus Parisius.in consi.70.numer.23.volu.4.Petrus Rebuffus in tract. de priuilegijs scholariũ, priuilegio 64. vbi dicit ꝙ idem est in donatione facta scholari tanquam pia:& dicit quod est communis opinio.

Septimò fallit quando princeps ex certa scientia confirmat donationem non insinuatam.ita tenet Panormi.in consi.84.nume.3.cum sequentib.volu.j. vbi consuluit rescriptum principis ex certa scientia, confirmans donationem non insinuatam valere etiam in præiudicium filiorũ quibus erat ius quæsitum spe probabili: quia ista insinuatio est solennitas quædam de mero iure positiuo introducta:quam ob rem est in arbitrio principis.ita Alexan. in l. quanquam.C.de milit.testa.Alciat.in tract. de præsumpt. in 3.regula, præsumpt.11.nume.8.doct.in regula de confirmatione vtili vel inutili. facit quod suprà dixi in regula 43.

Octauò limita in donatione facta coram iudice: quia eo ipso videtur insinuata: vt in l.omnium. & ibi doct.C. de testamen.& in l.sancimus.C.de donationibus.Barto.& doct.in l.Modestinus.ff.de donat.;facit text. & ibi doct.in l.fi.C.de prædijs decurionum.lib.10.Alex.in consi.20.nume.5.volu.3.Quam opinionem tenuit Barto. in d.l.Modestinus.nume.3.Ias.vbi hoc no.declarat,in d.l.omnium. C.de testam.nume.4.And.Tiraquel. in legibus connubialibus,in glo.v.nume.32.Et an iudex si faciat donationem coram se posit insinuatio fieri,vide notab.Bar.in l. si consul.nu.3.ff.de adoptionibus. Ant. Capiciũ,vbi hoc notab. examinat,in decisione 203.nu.13.

Limita nonò in bonis donatis in testamentis: quia donationis nomine non venit testamentum. & in l. alienatum. in §.fi.ff.de verbor.significat.& sic instituti in testamento non tenentur insinuare, licet si testamenta facta sint coram curato & testibus,iuxta c.relatum. Clement.j. & in c.cùm esses. de testam.oporteat ꝙ publicentur & in publicam reducantur formam ad hoc vt probent: vt in l. publicati.C.de testam.tamen hic non agitur de illa publicatione,nec de illa quę ad aperturam testamentorum fieri solebant: vt in l.j.& ij.ff.quemadmod. testam.aperiant.

Limita decimò in lucro quod quis acquirit ex legis vel consuetudinis dispositione.tenet Bald.in Auth. eo decursu.C.de donat.ante nupt.nu.2.

Limita vndecimò in casu l.vnicæ,in fi. C.de plus petit: ibi, siue insinuatæ sint siue non.

Limita duodecimò in donatione causa mortis: vt in l. fi.C.de donatio.causa mort. vbi hæc donatio omnes effectus fortitur quos habẽt vltimæ voluntates. & ita expressè concludit Guid.Papa in decis.610. & in decis.325. nume.3.not.glo.in l.si quis pro redemptione. in verb. ad refectionem.C.de donat. & ibi Bart. Salic. & Ange.Specu. in titu.de instru.editione, in §.porrò. & hanc opinionem tenet expressè Anto: Rub. in consi.59. numer.1.vbi post Barto.in d.l.fi.dicit quòd per illam l.est correctus text.in l. donatio.C.de donat. eandem opinionem per d.l.fi. tenet Anto. de Canario in tract. de insinuatione, in ij. parte.q. vij.nume.7.

Limita decimotertiò non procedere in contractibus qui donationis nomine non continentur: & ideo venditio & alij contractus non insinuantur: vt in l.Labeo.in §. contractum. & ibi doct.de verb.significat.maximè Cæpola nume.4.

Decimoquartò fallit, si filia renunciat futuræ successioni.Quia in hoc non requiritur insinuatio: secus si hæreditas esset iam quæsita,& filia remitteret: quia tunc donatio est. ita tenet Bald.in d.l.illud.numer.7. versicu.quid ergo dicemus.quem sequitur Ant. de Canario in tract. de insinuatione,in ij.parte.q.16.nume.21: idem est si fiat pactum inter fratres quod vnus alteri succedat: vt in l.licet. C.de pact.Quia potius dicitur contractus quàm donatio: & ob id insinuatio non requiritur. ita Io.And.in addit.ad Spec.in tit.de instru.editione, in §.porrò. quem sequitur Anto.de Canario, vbi hoc notab.examinat, in d.tract.in ij.part.q.19.nu.23.

Decimoquintò limita in confessione facta in iudicio animo donandi:quia insinuatio nõ requiritur: vt in l.quidam

dam in iure,& ibi Bar.nume.1.ff.de donat.Bal.in d.l.illud. num.12.C.de sac.san.eccl. quia pro insinuata habet post-quàm in iudicio facta est.& ita tenet Anto. de Canario in dicto tract.de insinuatione,in ij.parte.q.15.nume.21.

Decimosextò fallit in donatione rei alienæ:cùm nó sit propriè donatio:vt in l.in ædibus.§.fi. ff.de donationibus. nam vsucapiendi conditio non est donatio: quia procedit à lege,& non iudicio donatoris.ita concludit Bal.in l.post mortem.nu.14.C.de fideicommissis.quem sequitur Roma.in d.l.Modestinus.nu.16.

Decimoseptimò limita in remissione vsurarum futuri temporis: vt in d.l.Modestinus.& ibi Bar.& doct.ff.de donationibus.glo.in §.aliæ.in verbo, inueniri. Instit.eod.titu.Rationem ponit Anto.de Canario in d.tract. in ij.parte,q.13.nu.13.

Limita decimooctauò quando plures donationes sunt factæ diuersis temporibus: quæ simul congregatæ eam summam excedunt:tunc enim non requiritur insinuatio. ita probat tex.in l.sancimus. in §.si quis autem per diuersa tempora.& ibi expressè Bald.& doct.C.de donat.& ita tenet expressè per illum tex.Io.Ignæus in Auth. ex causa. nu.207.C.de lib.præter.

Decimononò fallit de iure antiquo, in quo 72.aurei faciebant libram aurei:vt est glo.in Auth.de defensor.ciuit. in §.& iudicare.in glo.ij.collat.ij.& in l.in eum.ff.de in ius voc.& in l.quicunq;.in gl.in verbo, vel viginti.& ibi Bald. & Salic.C.de seruis fugitiuis.& in l.quotiescunque.in verbo,aliud.C.de susceptoribus & arcarijs.lib.10.& in rubr. C.de veteris numismatis potesta.lib.11.& in §. omnium autem.Instit.de pœna temerè litigant.& in l.6.C.communia de legat.& in l.id est.ff.de dolo. sed cù hodie aurei quibus vtimur sunt minoris ponderis:& 96. faciunt librá auri:& sic hodie ducatus non est nisi octaua pars vnciæ : secundum Bart.in d.Rub.C.de veteris numismatis potest. & in d.l.quoties.Abb.in c.conquerenti.numer. 6. de officio ordin.& ibi Feli.diffusè numer.2.idem Abb.in c.nulli. nu.1.de Iudæis.Paul.de Castr.in l.fin. & ibi doct.C.communia de leg.ideo donatio hodie valet vsque ad octingentos aureos:quia aurei vel solidi de quo in illa l.debent computari secundú tempus quo facta fuit illa lex.ita in expressis terminis tenet Ange.in l.sancimus.nume.4. C.de donationibus.quem sequitur Ias. vbi dicit quod ita in expressis terminis obtinuit in l.ij.in §.ex his.nume.16.ff.de verbor.obligat.& in l.quæ extrinsecus.eod.tit. & in l. in eum. nume.1.ff.de in ius vocan.Paul.Castren.in l.si.C.commu. de leg.Ias.in l.puniri.nume.2.C.si contra ius vel vtil. publ.quam opinionem tenet Decius in consi.239. nume.3. Felin.in c.conquerente.nume.2.de offic.delegat.Barthol. de Chassan.in consuetu.Burgund.in titu.{ Des iustices: } Rubr.j.§.7.fol.76.col.4.nume.t.Alex.in consi.4.num.9. in fi.vol.j.Andr.Alciat.in l.etiam aureos nummos. & in l. hæc nuntiatio.ff.de verb.significa.Alber.Brunus in tract. de augmento, in vltima conclusione.j.q. principali col.ij. versic.olim. Hodie tamen in nostris temporibus cùm ad constituendam libram auri requirantur plus quàm centum & viginti aurei vel solidi, videtur ꝙ donatio valeat etiam post mille aureos sine insinuatione: attenta supradicta limitatione.

REGVLA CCXXV.

DOs de necessitate debetur ecclesiæ vel pio loco sufficiens & perpetua:& tradi debet in limine fundationis:vel acquisitionis iuris patronatus. Hanc regulam probat tex.in c.placuit.& ibi glo.j.q.ij.& in c.nemo.de cósecra.dist.j.glo.in c.piæ mentis. in verbo, collata. 16.q.7.& in c.cùm sicut.& ibi Abb.de cósec.ecclesi.vel altaris. & ita expressè tenet Lambertinus in tract.iuris patronatus,in j. parte j.lib.in x.artic.v.q.principalis,nume.1.cum sequentibus.& ꝙ dos ecclesiæ debeat esse perpetua,probat text. in c.sine exceptione. 12.q. 2. & in c.nulli.de rebus ecclesiæ non alien. ita tenet Lambertinus in d. tract. in j. parte j.lib.in 2.artic.v.q.principalis,num.3. & in artic.5.num.1. & ꝙ debeat tradi in limine fundationis,probat tex.in d.c. nemo.& firmat Lambertinus in d.articu.10.& per totam illam q.notab.tractat materiam huius regulæ.

Hanc regulam cum viginti ampliationibus, & sex limitationibus ponit Cæsar Lambert. in d.tractatu in j.part.j. libri:in 22.artic.5.q.principalis: fol.46.colum.4. nume.3. vsque ad finem.

REGVLA CCXXVI.

DONATIO facta per criminosum post crimen contractum ante sententiam condénatoriam valet. Hanc regulam probat text.in l.post contractum.ff.de donat.De iure regio probatur in l.ij.tit.4.part.v.& in l.v.tit.12.lib.3. fori.Circa quam regulam vide Bart. in l. si is qui bonis. ff. de acqui.hær.doct.in l.ex iudiciorum. ff.de accusat. Sal.in l.si quis posthac.C.de bonis proscriptorum.

Limita primò quando delinquendi propositum ex pœnæ suspicione fieret:vt in l.si aliquis.in ij.respon. ff. de donat.causa mort.& in l.in fraudem.ff.de iure fisci.& in l.sed & si maritus.ff.qui & à quibus.in fi.& in l. quæsitum. in ij. eod.titu.Circa quam limitationem vide nota.vltra Barto. Lud.Roma.in d.l.post contractum.nume.2.vbi notabiliter eam examinat.

Limita secundò quando etiam post delictum ante accusationem donauit bona, quæ ipso iure publicata erant: vt in l.commissa. ff.de public. & vectig. & in Auth. incestas.C.de incestis nupt.Scribentes in l. Imperatores. ff.de iure fisci.& in c.cùm secundum.de Hæreticis, libr.6.facit quod suprà dixi in regula 150.vbi in fi.posui 250.casus in quibus confiscatio bonorum fit ipso iure.

Limita tertiò quando bonorum administratio ob delictum esset interdicta:vt in crimine læsæ maiestatis, & repetundarum:vt in l.ex iudiciorum.ff.de accusatio.& in d.l. quæsitum.tradit Bar.in d.l.post contractum.nu.12. Quod tamen non procedit in alienatione necessaria : vt in l.reo. ff.de solutio.& in l.alienationes.ff.famil. ercisc. & in l. peto.in §.prædium.ff.de leg.2. Quod intelligendum est pro suis alimentis,aduocatis, & scripturis ad eum pertinentibus.ita tenet Bar.in d.l.post contractum.nume. 12. quem sequitur Didacus à Couarru. in Epitome de sponsal. in ij. parte,c.6.§.8.numer.9.quem sequitur Io.Hannibal in repetit.l.post contractum . nu. 481.facit quod suprà dixi in regula 68.in 10.limitatione.

Quartò fallit quando alienatio esset irreuocabilis,vt actio libertatis facta seruo : vt in l. qui pœnæ. ff. de manumiss.ita tenet Bar.in d.l.post contractum. nu.12.& ibi Io. de Imo.nume.4.

Quintò fallit quando post accusationem non cóparet in iudicio:vt in l.fi.ff.de requir.reis.ita Bar.in d.l.post contractum.nu.13.& ibi Rom.nu.11.

Sextò limita vt per glo. in d. l.ex iudiciorum. quando post litem contestatam fieret: quia videtur esse litigiosa. quæ sententia reprobatur à pluribus:quia non fit litis contestatio criminalis ad rei petitionem, sed ad vindictam:vt in l.quanquá.in §.Iulianus.ff.de aqua plu.arc.ita tenet Bar. in d.l.post contractum.nu.14.

Limita septimò quando post sententiam condemnatoriam fit : vt in l.si quis posthac.C.de bonis proscript. Nisi appellatum sit,quicquid dicat Bar.in d.l.post contractum. nu. 15.nec obstat tex.in l.chirographis.in §.j.ff.de administrat.tut.quia illic fuit prima sententia confirmata per secundam,secundum Io.de Imo.in d.l.post contractum. nu.4. hoc etiam sentit Roma. nu.14.

Limita octauò non procedere in testamentis: vt in l.si quis filio exhæredato.in §.irritum.ff.de iniust.rupt. Cuius ratio est:quia deficit confirmatio, eò ꝙ ante aditioné sententia sequuta est. Quod tamen hodie correctum est per tex.in l.4.Tauri.vbi disponitur quod non solùm ante condemnationem, verum etiam post condemnationem potest quis testari.de quo vide ibi Castil.in prin.& doct.

Nonò

Nonò limita in donatione causa mortis: vt in l. si aliquis.ff.de donatio.causa mort. Aliud tamen est in donatione coniugali: vt in l.res vxoris. C. de donatio.inter virum & vxorem. & alia circa hanc regulam vide per Bartol. & doct.in locis suprà allegatis.

REGVLÆ BARTHOLOMAEI SOCINI.

De litera E.

REGVLA CXLVIII.

Ecclesiae res absque solennitate regulariter alienari non possunt.[a] auth. hoc ius porrectum.C.de sac.sanct.eccles. & in c.j.extrà de rebus ecclesiæ non alienan.& in clem.j.eod.tit.cum simili.

ADDITIO.

a *Non possunt. In quibus autem rebus solennitas requiratur vide eundem d.Bart. Socin. in consil. 208. incip. visis. ver.prima defensio vsque ad ver. praeterea & y. in ij.parte & quae solennitates requirantur & exigantur ad talis alienationis validitatem vide per do.Maria.Socin. eiusdem do.Bart.genitorem in consi.15.inci.visis. quasi per totum. & in consil.29.incip. viso quodam instrumento. versic. verum praedictis.cum seq.& versic.3. principaliter . in j. parte & do.Alex.de Imo.in consil. 17. in ij.col.in 4.parte. & quid in alienatione rerum aliorum piorum locorum vide per eum in consi.4.in 4.col.in j.parte & quid in alienatione rerum hospitalium . vide per eum in consil.4 in 3.col.in 3.parte.& dom.Pet.Phil.Cor in consi.244. per totum . in 2.par.& vide ad materiam quae habetur per Bal.in consil. 475 in j.parte.Bened.Vad.*

Primò fallit quando alienantur res ecclesiæ ad tempus vt habetur per glo.& doct.in cap.j.de reb.eccles.non alie. libro sexto.

Secundò fallit quando alienantur res,quæ seruando seruari non possunt,quia tunc sine aliqua solennitate alienari possunt:vt tenuit glo.12.q.ij.in summa.& in c.2.de reb. eccles.non alie.lib.6.

b Tertiò fallit quando alienantur res ex necessitate,[b] vt in ecclesijs,quæ non possunt proprium retinere vt in ecclesijs prædicatorum eremitarum: quia tunc sine causa & licentia superioris non seruata solennitate possunt alienari: vt voluit Gul.de Cug. & Bald. in authen. hoc ius porrectum. C. de sacr. sanct. eccles. de quo etiam habetur in c.j.de statu mona.

ADDITIO.

b *Ex necessitate. Quæ autem dicatur alienatio necessaria, quæ voluntaria, vide d.Alex.de Imo.in consil.55.in 3.col. Bened.Vad.*

Quartò fallit quando alienantur res, quas ecclesia minus iustè detinet,vt videtur velle Bald.in auth. si qua mulier.C.de sacr.sanct.eccles.& habetur per Ioan. And. in c. nulli liceat . de reb. eccles. non alie.& not.in cap.eum qui. de præbend.

Quintò limitatur quando alienantur res paruæ & parui commodi: quia tunc per prælatum sine congregatione capituli poterunt alienari, vt est text.not.12.q.ij.ferula.de quo late per Io.And.in regula, qui habet. in merc.& not. Ang.in tit.de aliena.& emphyt.in §. nec etiam in fi.

Sextò fallit quando alienantur res, quæ non dum censentur esse in bonis eccle. vt sunt illæ quæ præscribuntur, vt no.in c.fi.de rescript.vel illæ quæ nondum sunt incorporatæ,vt sunt res ecclesiæ legatæ nondũ traditæ, quas prælatus sine licentia superioris repudiare potest, etiam si sint res immobiles,vt consuluit Fede.de Senis consi. 98. per l. si sponsus.§.j.ff.de donatio.inter vir.& vxor.ad quod facit quod not. Io. And. in c.cum apostolica.de his quæ fiunt à præla.quod etiam videtur tenere Lapus in sua allegatione 26.circa fi.vbi dixit,quod prælatus potest repudiare legatum seu hęreditatẽ sibi relictã etiã sine licentia superioris : licet contrarium tenuit Pet.de Anch.in d.c.j.de reb. eccles. nõ alie.per l.magis puto.§.ij.ff.de reb.eo.& per alias rationes de quibus ibi per eum.& idem tenuit Ioã. And.& Cal.in c.cùm contingit.de sent.excõ.vbi plus tenuit quod prælatus sine licentia sui capituli, & sine alijs solennitatibus non potest repudiare legatum nec hæreditatem,sicut nec alienare:de qua tamen materia habetur per Bal.in l.si pupillorũ. ff.de reb. eorũ.& in auth.si qua mulier.C.de sacr. sanct.eccle.& per Oldra.in consi.9.& in l.legatum. ff.de legat.j.& in d.c.magis puto.§.fundum. ff.de re. eor. & per Cano.in c.tua nos.de reb.eccles.non alie.

REGVLA CXLIX.

c Edere actori instrumentum vel libellos reus regulariter nõ tenetur.tex.est in c.j.[c] extra de proba. & l. qui accusare.C.de eden.& per doct.in l.j.§.j.& ij.ff.eod.tit.

ADDITIO.

c *Capit.j. Vbi not.& copiose vide Fel.circa fi.3.col.in versic.vlti.not.cum pluri.sequenti.*

Primò fallit quando ipse reus erat eius vsufructuarius: cum tunc teneatur edere.l.j.ff.de eden.ad hoc glo.in d.c.j. extra de probat. saltem quatenus est vsufructuarius. ad hoc.c.contingit.extrà,de fide instrum.& c.in personã. de priuileg.in vj.secundum do.Nicol.

Secundò fallit quando ipse actor peteret à reo instrumenta vel libros edi, non ad fundandam vel probandam intẽtionem, sed adcoadiuuandã,vt si actor petat à reo ex causa venditionis & producat instrumentum, adeo quod non sit dubium de ipsa venditione, sed de confinibus, & dicit reum habere instrumentum : cum tunc ipse reus teneatur edere instrumentum,etiam si sit instrumentũ proprium:ad hoc l.cum cõcubinam.§.qui ita. & l.ex prædijs. §.pe.ff.de lega.2.& hoc tenuit Bar.in d.l.j.§.edenda. & cõmuniter tenetur per Moder.in c.j.de probat.

Tertiò fallit quando ipse actor peteret instrumenta edi ad probandam suam replicationem,vt est si legatarius petat suum legatum ab hærede, qui excipit quod hæreditas soluendo non est: contra quem actor replicat quod imo est soluendo,vt apparet in inuẽtario. nam sicut actor edere reo ad replicationem fundandam & probandã ita & reus ad replicationem suam fundãdam actori edere tenetur: cum replicatio sit quædam exceptio.l.ij.ff.de except. & ita cõmuniter tenetur in d.l.j.& per nota.in d. cap.j. de probat.

Quartò fallit in fisco, cui qualitercunque agat, tenetur reus edere propria instrumenta ad eius intentionem probandam seu fundandam.l.Senatus censuit.ff.de eden.& in l.in fraudem.§.ex his bonis.& l.sequenti. ff.de iur. fisci.quod procedit in causa ciuili.in causa criminali aliud est:quia nõ cogitur.cum valde durum esset in causa criminali exigere probationem de domo rei.ad hoc text.in d.l.j.§. diuus.ff. de iure fisci.secundum lect.approbatam ibi Bar.circa quæ vide in d.l.in fraudem.§.neque.

Quintò fallit in causa matrimoniali,in qua reus cogitur edere ipsi actori instrumẽtum proprium sicut & fisco: vt voluit Io.And.in d.c.j.de probat. remittens ad notata per eum in addit.Spe.in tit.de instru. edi.§. videndum. ver.ex præmissis.in fi.vbi hoc dicit fuisse disputando determinatum.nam si speciale est in fisco, fortius in causa matrimoniali,in qua sunt multa specialia,& maxime propter periculum animæ quod est notandum secũdum Nic. in d.c.j.

Sextò

Sextò fallit in ecclesia cui similiter qualitercunq; agat, cogetur ipse reus edere etiam proprium instrumẽtum sicut & fisco: cũ sit magis priuilegiata ecclesia quàm fiscus ad hoc nn. extra de iudi. c. venerabilis. & c. fi. & c. j. extrà, de restitu. in integ. secundum do. Nico. qui post do. Ant. dicit idem esse in hospitalibus, & alijs fauorabilibus, sicut dotibus, alimentis, legatis, & legat. ad pias causas, saltem vbi nõ adest copia probationum.

Septimò fallit quando peteretur à reo edi instrumentũ proprium ipsius actoris apud ipsum reũ existens. nã tunc sine dubio tenet̃ edere & exhibere: cum ab eo possit vendicari, & contra eum agi ad exhibendum. l. j. & iij. §. fi. ff. ad exhibend. & l. fi. C. ad exhibend.

Octauò fallit quando talia instrumenta vel libri rationum essent communes ipsi actori & reo ratione proprietatis, vt quia ambo sunt hæredes illius cuius erant, vel eis fuerunt pariter donata à leg. vel pecunia communi empta, vel alio modo acquisita ita ꝙ ad proprietatem sint communes: & tunc ipse reus tenetur edere. l. sequitur. ff. fami. erciscund. & nota. extrà, de fide instru. c. perpetuus. & ita communiter tenetur.

Nonò fallit quando talia instrumenta vel libri rationũ essent communes non respectu proprietatis; sed ex natura negotij: vt quia processerit aliquis contractus vel quasi cuius ratione sunt conferentes, vt putà si sint confecti à tutore, curatore, vel procuratore constituto: cum ipse teneatur tales libros & instrumẽta edere. l. quædam. ff. de eden.

Decimò fallit quando talia instrumenta essent cõmunia propter materiam in eis contentam, vt instrumentum emptionis venditionis. nam si reperiãtur apud partem tenetur ea edere si sint originalia: vt c. quoniã. extrà, de probat. & d. c. perpetuus. secus si non sint originalia, sed extracta seu exemplata. & proprijs pecunijs redempta cum talia ipse regulariter non teneatur exhibere vt suprà patet.

Vndecimò fallit in eo, qui ratione publici officij instrumenta seu libros confecisset, vt tabellio vel argentarius de publico electus: cum talis cogatur edere cuilibet prætendenti vtilitatem. l. prætor ait. ff. de eden. & l. argentarius. secundum Imo. in d. c. j. de probat. quod etiã ibidem voluit Io. And. imo & plus est, quia si aliquis nõ sit electus ex publico ad officium, sed exerceat publice aliquam artẽ & ex consuetudine in publico libros conficiat, tenebitur edere ipsos libros: cum ratione consuetudinis videatur hoc mandatum. & hoc voluit Iac. Butr. in l. j. & Bar. in d. l. quædã. ff. de eden. quorum dicta procedere possunt secundum do. Nicol. in d. c. j. extrà, de probat. ad hoc. l. si quis ex argentarijs. §. pertinere. ff. de edendo.

Duodecimò fallit in vsurario, qui tenetur edere libros suarum rationum. vt est tex. expressus in clem. de vsur. vbi glo. tenet ꝙ procedat etiam si non publicè exercuit vsuras. vt voluit Flo. in d. c. j. de probat. & communiter tenetur ad hoc quod no. in l. j. C. de eden. vbi de hoc Bar.

Decimotertiò fallit quando ille, à quo petitur editio, deputatus esset ad custodiendum instrumenta publica: cum talis teneatur exhibere cuicumque prætendenti interesse, etiam contra ipsum custodem. extrà, de præscript. c. ad audientiam. C. de fide instru. auth. ad hæc. secus autem si esset deputatus ad custodiendum instrumenta priuata, id est eius principis. vt est casus in d. c. j. de probat. cõiuncta gl. j. secundum Imo. sed certè hoc non probatur ibi, cùm non peteretur à custode sed à principe. nec ipse custos teneretur instrumẽta edere contra ipsum principem vel fiscum, etiam si sint libri imperiales vel fiscales: nisi in defectum probationis. vt voluit Io. And. in c. j. extrà, de probat. post Imo. in l. 3. ff. de edendo.

Quartodecimò fallit quando fuisset magna causa secũdum Inno. in d. c. j. prout est secundum dom. Anto. ibidẽ, quando debitor forte perdidisset instrumentum suum, & originale tabellionis esset deperditum casu vel incendio: cum tunc iudex ex officio suo cogere possit ad edendum instrumentum per eum redactum, ne veritas pereat. arg. l. ij. C. de eden. & 30. q. 5. iudicantem. secundum Imo. in d. c. j. quod etiam est de mente Inno. & Ioan. And. & not. ad hoc domini de Rota in decisio. 220. quę incipit, item licet pars. vbi etiam videntur velle ꝙ sufficiat actorem probare se non posse aliunde habere instrumentum. argu. l. licet thesaurus. ff. ad exhib. tutiùs tamen esset tenere dictũ Inno. quia aliàs posset concludi dispositio huius c. j. de probat. & similium contra c. commissum. §. porrò. de elect. in vj. secundum Inno. in d. c. j. vbi latiùs vide per eum.

Regula CL.

Edare instrumentum ante litem contestatam tenetur actor si in libello de eo mentionem faciat.[a] c. j. & ibi per doct. extrà de probationibus.

Additio.

a *Faciat. Adde Federic. de Senis in consi. 111.*

Primò fallit quando non teneat illud instrumentum in præsenti, nec de facili haberi potest: cum tunc possit ad vlteriora procedi, licet non exhibeatur. vt voluit Ioan. And. post Inno. in d. c. j. & ita transeunt communiter doct. ibi, quod clariùs voluit Lap. in allegatione 10. & Do. de Rota in decis. 32. quæ incipit, itẽ si in libello. vbi plenius de hoc.

Secundò fallit quando de tali instrumento ipse reus verisimiliter esset informatus: vt est si legatarius petat ab hærede legatum prout continetur in tali instrumẽto per manum notarij confecto: cum tunc eidẽ hæredi non debeat edi cũ verisimiliter copia sit apud ipsum hæredẽ. vt d. l. ij.

Tertiò fallit quando ipse actor in ipso libello faceret mentionem de aliquo instrumento, non tamen limitatiuè, prout etiam si diceret ꝙ talis vendidit sibi talem rem pro tanto pretio, & ꝙ de hoc est rogatus talis notarius: cũ tunc non teneatur edere ante lit. contest. vt suprà per Moder. vel dicat ꝙ talis vendidit sibi talem rẽ pro tanto pretio, & ꝙ de hoc publicum instrumentum manu talis notarij apparet: cum tunc non teneatur edere, ex quo ipse reus potest deliberare absque eo ꝙ videat instrumentum. & hoc voluit Bart. in d. l. ij. per illum text. & Imo. in d. c. j. vbi latiùs per doct. sed imò ipse actor tenetur edere instrumentum, si sit tale, ꝙ verisimile sit ipsum reum de eo informatum non esse, vt quia dicitur fuisse confectum cum eius prædecessore. ad hoc d. l. ij. & hoc fuit fortè de mente Inno. in c. j. de probat. secundum do. Nicol.

Regula CLI.

Aedificium regulariter solo seu domino cedit. l. ij. C. de rei vendic. & §. ex diuerso. Instit. de rerum diui. l. qui domum. ff. ad l. Aqui. l. fi. de superfi. & l. obligationum. §. placet. ff. de actio. & oblig.

Primò fallit in eo, qui ædificat in mari vel in littore maris: quia tunc ædificium non cedit solo, vt est tex. Instit. de rerum diui. in princ. in ver. nemo. & similis text. & magis apertus in l. j. §. nunciatio. ff. de no. oper. nunc. argu. etiam Lud. Roma. quod potest imponi huic ædificanti onus pensionis soluendæ annuatim fisco. & alleg. l. ij. §. si quis nomen. ff. ne quid in loco publico.

Secundò fallit vbicunq; ædificium esset illicitè cõstructum. nam tunc non cedit solo cum veniat destruendum. in l. fideicommissa. §. si quis illicitè. per illum text. ff. de fideicommis. per quem Bal. colligit istam fallen.

Tertiò fallit dicta regula in ædificante de pecunia ecclesiæ in solo dicto: quia tunc ædificium non cedit solo, sed est ædificium ecclesiæ: gl. est sing. 12. q. ij. apostolica. quam ad hoc reputat sing. Lud. de Roma. in d. l. j. §. nunc videndum. ff. de no. oper. nunciat. & eam simpliciter sequitur Bal. in add. antiquis. Addo Spec. idem tenentem, in tit. de emptio. & vendi. §. tertio loco. versi. quid si clericus, &c. Bal. in l. in tantum. ff. de rerum diui. Io. And. tamen in regula, qui prior. in mercurialibus, in v. col. dicit, ꝙ glo. in d. c. apostolica. nõ videtur iure approbata. & in simili Io. And. in addi.

in addi. Spec. in d. versi. quid si clericus. non approbat glo. illam, nec dom. Spec. & similiter do. Lud. de Roma. in authen. similiter. ad l. Fal. in 11. & 21. col. specialiter etiam in factis cõtra ius ad pias causas, transit cũ opinione Io. And.

Quartò limitatur dicta regula non habere locum vbi essent aliquæ coniecturæ ꝙ ædificans non habuisset animum donandi ædificium domino soli: vt quando ius habuisset ædificandi in solo alieno: vt probatur in l. senatus. §. Marcellus. ff. de leg. j. secundum Pet. de Anch. ibi & etiã hoc ibi no. Io. de Imo. & tenet Cy. & Bald. in l. 2. C. de rei vend. per illum tex. & probatur in d. §. ex diuerso.

Quintò limitatur non procedere vbicunq; ædificij dominus & dominus soli essent personæ inter quas nõ posset cadere expressa donatio: vt est glo. in l. si vxor filio. in glo. fi. ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. Marcellus. ff. eod. titu.

Sextò limitatur vbi ædificium factum esset sine calce & cæmento aliquo: vt quia lapis super lapidẽ positus fuerat sine calce & cæmento & alia materia. & modo hoc fuisset confectus murus siccus: quia hoc modo ædificium illud non cedit domino soli, quia non dicitur propriè ædificium, nec videtur propriè habere faciem operis. l. stipulatio. §. opus. ff. de oper. no. nunc. sed istud non videtur verum: imò in contrarium est veritas, vt est text. valde notab. in l. j. ff. commu. prædio. & in l. si precario. ff. eod. ti. ibi,
a dum tex. innuit ædificiũ [a] soli conditũ & dirutũ inutilẽ facit intentionem, &c. & ibi tex. loquitur de muro sicco, & tamen ædificium solo cedit. ad hoc illum text. ponderat Bal. & dicit etiam ibi Pau. de Castr. se non recordari alibi hoc legisse, & est vtile hoc scire: quia si aliquis vendit mihi fundum in quo est talis murus cõfectus siccus sine calce & cæmento, non poterit tamen eum tollere sicut murum confectum cum calce, quod est notandum & menti tenendum.

ADDITIO.

a *Aedificium. Aduerte ad hoc, quia non sic legitur in d. tex. sed, cùm ædificium soli conditionem secutum. nec vlla sit mentio de diruto.*

Septimò limitatur prædicta regula quando ædificans ignorabat solum in quo ædificat esse alienũ, nam tunc ædificium non cedit solo, vt in d. §. ex diuerso Instit. de rerum diui. quia hoc dependet ex 4. limitatione suprà posita.

REGVLA CLII.

EMPHYTEVTA expelli non potest nisi triẽnio canonem non soluerit. l. ij. C. de iure emphyt. & auth. si rem. C. de sac. sanct. eccles.

Primò fallit nisi fuerit pactus, ꝙ non posit priuari ob cessationem canonis: vt ibi tenet glo. Bar. Bal. & doct.

Secundò fallit quando dominus incipiat esse debitor sui emphyteutæ per pensionem vnius anni: quia tunc ad dictam expulsionem euitandam fit compensatio ipso iure: vt l. cùm aliter. ff. de compensatio. & ibi hoc tenet Paulus pro quo facit tex. in l. eius. C. de solutio. & ꝓdicta procedunt in emphyteuta priuati. sed emphyteuta ecclesiæ si cessat per biennium, potest à iure suo priuari. vt in §. scire. in authentico, de alie. & emphyteu. col. 2. & in authen. qui rem. C. de episc. & cler. c. potuit. de locato. glo. in l. itẽ quæro. §. inter locatorẽ. ff. locati. & Insti. eodem. §. adeoq́. quod tamen intellige, nisi ecclesia fecerit citare emphyteutam elapso primo termino, & petierit ab eo canonẽ: quia tunc eo omnino non recepto, potest ecclesia expectare solùm per sex menses, quibus elapsis poterit emphyteuta priuari non expectato biennio. hoc no. sing. Bar. in l. locorum. C. de omni agro de ser. per illum text. quid autem est dicendum de emphyteuta publico? dic vt no. in l. vetula. §. non solum. ff. de public. & habetur in c. literæ. de dila.

REGVLA CLIII.

EMPHYTEVTA rem emphyteuticam vendens à iure suo regulariter cadit. l. fi. C. de iure emphyt. c. potuit. de loca. cum simi.

Primò fallit vbicunque emphyteuta venderet rem emphyteuticam, ignorans esse emphyteuticam: quia tunc non cadit à iure suo. text. est sing. & ibi not. Bald. in c. j. de contro. inter do. & empt. feu. sicut etiam similiter dicimus de re subiecta restitutioni, quæ non potest alienari: vt in l. fin. §. sin autem auaritiæ. & in authen. res quæ. C. commu. delegat. nam intelligitur nisi fuerit facta venditio ab eo, qui iustam habuit causam ignorantiæ. vt emptor qui. ignoranter emit & vendit. text. est in l. fin. §. fin. & ibi per glo. & Bart. ff. de legat. 2. similiter dicimus in domino emphyteusis: quia postquam emphyteuta inciderit in commissum propter canonem non solutum, si recipiat ignorans, propter hoc censetur remisisse ius suum emphyteuticum: quod secus esset si scienter, vt not. ex dictis Barto. & Bald. in l. auus. §. duobus. ff. de leg. 2. glo. & Bart. in d. l. 2. C. de iure emphyt. videtur indistincte tenere, quòd recipiendo pensionem, videatur remittere ius ipsum expellendi.

Secundò fallit quando esset adiectum pactum, vt emphyteuta ipse posit vendere rem emphyteuticam: quia tunc poterit vendere, etiam sine eius consensu: ita tenet Lud. Roma. in quodam singu. suo, quod habeo in numero 470. incipien. emphyteuta non potest, &c. licet Specu. teneat contrarium in tit. de locato. §. nunc. versicu. 94. qui dicit quod hæc facultas concessa sibi intelligitur secundũ iuris dispositionem. alleg. l. si quando. C. de inoffic. testam. sed ipse Lud. Roma. in d. loco, istud dictum Specu. reprobat & asignat rationem: nam creditor potest vendere rẽ pignoratam, licet fuerit actum in contrarium, si tamen præcedat trina monitio. l. si conuenerit. ff. de pig. actio. si autem nullum pactum, tunc creditor potest vendere præcedente tantùm vnica monitione: casus est in l. fi. de mutu. peti. & tamen si factum est pactum quòd creditor possit vendere, nulla requiritur admonitio: vt est casus in d. l. si conuenerit. primo responso. similiter videmus quod licet habens seruitutem non posit illam cedere in alium nisi cum fundo: vt in l. viam constitui. §. si fundum. ff. de ser. rusti. prædi. tamen si constituens dedit sibi licẽtiam quòd posit in alium transferre, tunc poterit absque fundo cedere vigore pacti. casus est singu. in l. capitulum. §. j. ff. de ser. rusti. prædi. nec ob. secundum eum. l. si quãdo. quia ibi priuilegium poterat operari aliud, vt est si habilitat quem ad testandum, merito non operatur contractus contrarius: quod secus est in casu nostro. & idem ipse Ludo. Roma. quod ipse miratur do. Io. And. in addi. quòd non reprobauerit Specu.

Tertiò fallit quando emphyteuta vendit rem emphyteuticam non seruata solennitate, quæ per formam consuetudinis vel statuti requiritur, vt putà quia vendidit mulier sine præsentia vel scientia propinquorum, vel non seruata alia iuris solennitate, ita no. tenet Bal. in l. 2. in prin. in 2. col. C. de epi. aud. quia verbum, alienatio, absolute prolatum, non comprehendit alienationem, quæ est nulla ex defectu solennitatis. allegat tex. in arg. in l. 4. §. condemnatũ. ff. de re iudi. tex. in l. alienum in prin. ff. de verb. signifi. & idem etiam tenuit Bar. & magis clarè in l. seruum. §. si quis bonorum. in fi. ff. de leg. præstan. vbi obijcit ꝙ si extat statutum quòd si quis cesserit actionem alicui nobili, cadat à iure suo, & aliquis cesit ei cui cedere nõ potuit, vel cessio fuit inutilis & inualida, ꝙ talis cedens non cadit à iure suo, quod tene menti. & alle. tex. in l. continuus, in §. antepe. ff. de verb. obl. & idem tenuit do. Io. Alua. in vsib. feud. in tit. quid iuris sit si post alie. feu. vas. recup. facit text. not. l. non putaui. in §. non quæritur. ff. de contra tabu. & ibi apertè tenuit etiam Barto. vbi infert alias similes quæstiones. & primo similiter facit text. & quod ibi not. in præalleg. l. 4. §. hoc autem videndum. ff. de dam. infect. vbi statutum loquens, quòd exbannitus posit impunè offendi, intelligitur de ritè exbannito. accedit in simili dictum

Bar. in l. si quis legatum. in fi. prin. ff. de fal. vbi dicit ꝙ si testis deponit falsum testimonium, & eius dictum non valeat, & sit nullum ex defectu formæ, ꝙ tunc talis testis nõ debet puniri de falso: quia testimonium istud non est testimonium: ergo debet cessare pœna. alle. no. in l. hac consultissima. §. pen. C. de testa. & dicit etiam ibi Barto. istud tenuisse Ric. Malumb. in quadam sua dispu. & tene menti, quia hanc quæstionem habui de facto in causa fratrum eremitarũ, qui erant prohibiti alienare sub pœna priuationis, & alienauerunt non seruata iuris solennitate.

REGVLA CLIIII.

EMPTOR in euictionis causa venditori etiam ante litem motam denuntiare tenetur. tenet Bart. in l. renũtiatio. ff. de adult. & l. non solum. ff. solut. mat. & l. empti. C. de euict. & l. non est. C. quæ res pignor. oblig. po. & l. non solum. §. de morte. de oper. no. nuncia.

Primò fallit si emptor sciuerit rem alienam, & illã vendiderit tex. est sing. in l. seruus quem. §. sciens. ff. de act. empti. & vide Bal. in l. j. C. de peric. & commodo rei venditę.

Secundò fallit nisi emens esset minor vel creditor: quia committitur mora irregulariter: vt in l. minor. C. in quibus cau. restit. in integ. non est necessaria.

Tertiò fallit nisi venditor esset in dolo: quia sciens litẽ moueri contra emptorem non dedit ei instrumenta si habuisset. l. Titius. la ij. & l. plus. §. videamus. ff. de act. empt.

Quartò fallit quando ootorium esset ꝙ causam ademisset siue denunciasset siue non. facit glo. sing. in d. l. empti. C. de euict. l. cùm quæstio. ff. eod. ita Rapha. Fulg. in l. emptioni. ff. de act. empt.

Quintò fallit si iuri denunciandi esset renunciatum. casus est in l. hæredibus. ff. de euict. Salyc. in l. j. C. de peric. & com. rei vend. tu vide Ang. sing. loquentem in l. qui absente. in j. col. ff. de procu. & in consi. suo. 1 14.

a Septimò fallit [a] si iurasset venditor defendere emptorẽ in lite: quia tunc si sciret litem motam teneretur venditor ad defendendum hoc iure procuratorio. text. est in c. breui. & ibi per Io. And. de iureiur.

Primò fallit niſi ipſe condemnatus vel obligatus in inſtrumento conſtituiſſet ſe creditoris nomine poſſidere: eo enim caſu etiam contra ſingularem ſucceſſorẽ poſſet exequi ſententiam vel inſtrumentum, etiam non excuſſo ſimpliciter obligato: vt not. Angel. in l. fin. C. de acqui. poſ. per auth. hoc ſi debitor. C. de pign. debet tamen creditor prius probare illud ius executorium ſibi cõpetere: & ideò oporteret prius ſingularem ſucceſſorem citare, & etiam docere quòd ſit talis, contra quem ſibi competat executio: vt not. Ioan. in c. quia. extrà de iud. & Bald. in l. diuerſas. C. mand. Idem ſi vult exequi contra hæredem obligati quia debet ipſum citari facere, & diſcutere an ſit heres ipſius vel ne, aliter autem non poſſet fieri executio: vt dicit Bald. in d. l. per diuerſas. Et per hoc limitat dictum Bart. in lege, poſtulante. ff. ad Treb. qui dicit, quòd ſtatutum dictans quòd ad petitionẽ creditoris debitor capi poſsit, debet intelligi prius diſcuſſo an ſit heres debitoris vel non: alias captura ſaperet iniuriam: vt dicit Bald. in d. l. per diuerſas. Secus autem eſſet in pacto: quia ſi per inſtrumentum debitor ſe obligat, vt poſsit capi ad inſtantiam creditoris, etiam præſuppoſito ꝙ tale pactum valeat, non poſſet hæres debitoris virtute ipſius pacti capi, ita not. Bar. in lege, ſi fideiuſſerit. ff. qui ſatiſ. cog. & quæ ſit ratio differentiæ, quòd ſtante ſtatuto debitor poſsit capi, & etiam hæres eius poſsit capi. & ſtante pacto etiam valido nõ poſſet hæres capi, cogitabis. Et ad prædicta vide quod not. Bar. in l. creditor. C. de pignor.

REGVLA CLXXIX.

EXEMPLVM non probat. c. 1. & ibi per glo. in fi. & doct. extrà, de fide inſtrumento.

Primò fallit quando fuiſſet exemplatum authoritate iudicis: vt patet in d. gl. circa quod dic vt per cano. in c. Albericus. extrà, de teſti. & per eoſdem, de fide inſtr. c. fi. & C. de eden. auth. ſi quis in aliquo. C. de diuer. reſcrip. l. 3.

Secũdò fallit in aliquibus alijs caſibus de quibus per do. Ant. & Imo. in d. c. 1. & in d. c. fin. b

REGVLA CLXXX.

EXPENDENS aliquid pro vno cõtra eius expreſſam voluntatem, etiam ſi in ſui vtilitatem vertatur, repeti non poteſt. l. fi. C. de neg. geſt. & l. ſi propter. ff. manda. & Bar. in l. quamuis. ff. ſolu. mat.

Primò fallit quãdo quis mutuat aliquid filio alterius exiſtenti in ſtudio, & diligenter operam danti vt peritus efficiatur, licet etiam cõtradiceretur: vt eſt gl. ſing. in l. item ſi. §. quod dicitur. ff. ad Maced. & facit quod dicitur in l. Macedo. C. ad Macedonianum. quia publicè intereſt ſtudioſos in ciuitate haberi. vt in proœmio Inſtit. in §. fin. & Bart. in l. 1. ad fin. ff. ſolu. matrim.

Secundò fallit quando expenditur in fundo defuncti, licet hæres contradicat, caſus eſt ſing. in l. ſed & ſi quis. §. itẽ Labeo. ff. de relig. vbi per Bal.

Tertiò fallit quando ſoluitur pro alio liberando à pœna perſonali, licet contradicatur, ſecundum Ioan. Andr. in c. cum laicus. de foro compet. lib. 6. & per Barto. in l. Stichus. de pec. leg.

Quartò fallit ſi accedat medicus ad infirmum grauiter infirmatum, licet contradicentẽ, ſeu alias impenſas in medicinis faciat: quia vtraq; cauſa petitur merces & repetuntur impenſæ. caſus eſt ſing. in 83. diſt. in princ. in §. qui alias incipit, prouidendum.

Quintò fallit, in l. ſi quis mancipijs. §. ſi ille. ff. de inſtito. ſecundum Lud. de Rom. in d. l. quamuis. ff. ſolu. matr.

Sextò fallit in caſu d. l. quamuis. licet Raph. Cum. contradicat Bar. dicens quod eſſet in libertate contradicentis, vt maritus poſsit ſoluere dotem vna ex illis cauſis de quibus ibi, limitando d. l. 1. C. de neg. geſt. ſecundum eum.

REGVLA CLXXXI.

EXPENSARVM condemnatio contra in ciuilibus cauſis ſuccumbentem fienda eſt, etiam ſi de calumnia iurauerit. gl. & doct. in c. finem litibus. extra de dolo & contu. & in l. eum quem temerè. de iud. cum ſimilibus.

Primò fallit quando habuiſſet iuſtam cauſam litigandi: vt quia interueniſſet iuſſus Papæ, vt voluit Gul. in Spec. de expen. §. autem. & voluit Io. Andr. in d. c. finem litibus. vel ſubeſſet alia rationabilis cauſa ſeu iuſta ignorantia probata, aliter quàm per iuramentum: quia tunc excuſatur à condemnatione expenſarum vt voluit gl. & Hoſti. in d. c. finẽ litibus. de quibus ibi latius per ipſum.

Secundò fallit quando ipſe ſuccumbens probaſſet aliquid de intentione ſua: non tamen plenè, ſed ſemiplenè: vt in c. mulieri. de iureiur. ſecundum Ioan. And. pro quo facit quod habetur in c. 2. extrà, de iura. calum. & l. actribus. ff. de fal. cum ibi not. per Bar. quod eſt verum quando erat cauſa, in qua poterat deferri iuramentum: alias imputandum videtur ipſi mouenti litem, ex quo videbat ſe nõ poſſe probare, ſecũdum Imol. quod etiam videtur velle Bal. in auth. generaliter. C. de epiſci. & cler. & dicitur idem eſſe ſi alter probaſſet vt ibi plenius per eum.

Tertiò fallit a quando perſona ſuccumbens eſſet religioſa & honeſta, ita quòd non ſit veriſimile quòd iniuſtè petat, extrà de noui oper. nuntia. c. 2. in hoc enim caſu & ſimilibus fit abſolutio ab expenſis ſecũdum Io. And. in d. c. finem litibus. qui tñ dicit ꝙ cauſa, per quam fit abſolutio ab expenſis, eſt exprimẽda alias non valet. vt in auth. de iudi. §. oportet. col. 6. quod dic vt plenius in c. examinata. extrà, de iud. & extrà, de re iudic. c. ſicut, & hoc idem, videlicet ꝙ perſona religioſa & honeſta excuſatur ab expẽſis, ſequitur dom. Anto. in d. c. finem litibus. ſed dom. Flor. in hoc tenet oppoſitum: quia ſi non apparet iuſta cauſa, ex qua ſuccumbit, præſumptio eſt contra eum, vt refert Io. de Imo. ſecundum quem tamen videtur ſatis æqua opinio Io. Andr. quia tunc debet præſumi quòd fuit calumniator etiam ſi aliquis fuit vitæ honeſtæ, & magnæ cõditionis. quod nota ad d. c. 2. ſed licet non præſumatur quòd fuerit calumniator, tamen præſumitur quòd temerè egerit b, propter quod non excuſatur ab expenſis: vt d. l. eum quem temerè. ff. de iudi. & ideo verior videtur opinio ipſius Floriani.

ADDITIO.

a *Tertio fallit. Vide Franciſ. de Aret. in conſi. 114. in vltimis verbis. Bened. Vad.*

b *Egerit Vide Abb. in conſi. 85. in fine. Bened. Vad.*

Quartò fallit quando fertur ſentẽtia pro contumace abſente. leg. properandum. §. ſin autem. C. de iudi. ſecundum Imolam in d. §. fin. circa quod dic vt ibi not.

c Quintò fallit c quando habens communẽ opin. pro ſe, ſuccubuiſſet, cum talis dicatur habere iuſtam cauſam litigandi, propter quam excuſatur ab expenſis: vt no. extra de elect. c. Romana. dom. Anto. quia hoc ſequitur in d. c. finẽ litibus.

litibus. & infertur quòd sentẽtia lata contra communem opinionem, valet secundum dom. Ant. & Nic. ibidem. circa quod dic vt plenius nota. extrà de constit.

ADDITIO.

c *Quinto fallit. Amplia hoc procedere etiam si sit opinio vnius doct. excellentis. vt tenet Pet. de Anch. in consi. 123. in fi. pro quo vide etiam dom. Pet. Philip. Cor. in consi. 181. incip. visa. in litera r. in 3. parte.*

REGVLA CLXXXII.

EXPENSAE termino trãslacto negotij peti non possunt, nisi in fine de his mentio expressa habita sit. l. terminato. C. de fruct. & lit. expensis.

Primò fallit vbi negotium sit extractũ à casu: quia non est quod imputetur ipsi petenti si non petierit. l. vtique. & ibi gloss. ff. de rei vendi. Innocent. in cap. fin. extrà, de iurament. calum.

Secundò fallit vbi debetur vi actionis non officio iudicis. l. 3. §. si rem. ff. de leg. 3.

a Tertiò fallit vbi est [a] statutum quod victus victori condemnetur in expensis. glo. est sing. in d. §. si rem. in verbo, fortassis. de leg. 3.

ADDITIO.

a *Vbi est. Qualiter autem taliter statutum disponens intelligatur vide dom. Ias. May. Instit. de actio. in §. actionum. num. 53 Bened. Vad.*

Quartò fallit in sñia interlocutoria: quia non expirat officium iudicis. ideo vbi est talis interlocutoria, quæ finiret negotium totaliter, nõ possent peti secundum Bartolum.

Quintò fallit vbi iudex supplere vellet secundum gl. in d. l. terminato. per l. Paul. de re iudi. quod limita, quod tunc supplere potest si sit sententia principalis: secus si sententia appellationis. quia ibi vertitur maius præiudicium secundum Spe. in tit. de expen. §. postremo. versi. 1.

Sextò fallit in casu speciali. l. cum qui. §. Iul. ff. de constit. pec. vbi interesset actori soluere prius in vno loco, quàm in alio.

REGVLA CLXXXIII.

b EXPENSAE tam ante litem contesta. quàm post [b] officio iudicis petuntur glo. & docto. in c. finem litibus. extra de dolo & contu. facit text. in l. terminato. C. de fruct. & lit. expen.

ADDITIO.

b *Quàm post. Sed quid si à iudi. post detentionem ap. ibi omissæ fuerint, an tunc per victorem officio iud. peti possunt? vide Fely. in c. significauerunt. de excep. in 6. col. ver. demũ circa med. ver. vbi refert Rotam tempore suo consuluisse. & quo iure petantur vide per eum in c. pen. in fin. 3. col. versic. ad illud de petit. eod. tit.*

Primò fallit quando essent promissę in instrumento: cũ
c tunc peti possint iure actionis [c], etiam post sententiam latam super principali, l. 3. §. fin. ff. de leg. 3.

ADDITIO.

c *Actionis. Et cuius importãtia & effectus sint quãdo magis iure actionis quàm officio iudicis peti possint: vide dom. Ias. May Instit. de actio. in §. actionum. num. 53.*

d Secundò fallit [d] quando statutum disponeret quod victus victori condemnetur in expensis cum tunc peti possint cõdictione ex statuto: vt voluit Bar. in d. l. 3. §. fi. quod verum est quando appareret ex vi ipsius statuti: cum alias in dubio aliud sit, cum non videatur velle iuri derogare. vt Floria. voluit in d. c. fin. per not. extra de rescrip. c. 1. & hoc in expensis lit. sui tutoris. expensæ vero, quæ veniunt ratione contumaciæ, possunt peti iure actionis. vt voluit Iac. de Aret. in l. si sancimus. C. de iudic. per l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtem. & per Bar. in l. sancimus. & per d. Anto. in d. c. finem litibus. secundum Inno. & offi. iudi. possunt tales expensæ peti, & ad eas ex officio iudex potest condemnare: vt probatur extrà, de dolo & contu. c. cum dilecti. & hoc tenuit expressè Spec. in tit. de expen. §. 2. secundum domi. Nic. in d. c. finem litibus.

ADDITIO.

d *Secundo fallit. Vide Ias. May. loco suprà alleg. eo. nu.*

REGVLA CLXXXIIII.

e AESTIMATIO in dubio facta videtur, vt emptionem faciat [e] l. quoties. & in l. si dotem, & in l. si inter. ff. de iure dot. & in l. plerunque. ff. eod. tit. cum simi.

ADDITIO.

e *Faciat. Vide dom. Iaso. May. instit. de actio. in §. actionũ. num. 80 cum plu. seq. Bened. Vad.*

Primò fallit vbicunque hoc ageretur in contractu vbi agitur vt dominium transferatur: quia tunc æstimatio non facit emptionem sed operatur vt periculum rei transeat in recipientem: de quo per Gul. & Barto. in l. si vt certo loco. §. 1. ff. de pact. & elegantissimè vltra alios per Bal. in l. si paciscenda. C. de pact. & in l. si cum dotem. & in l. quoties. & in l. si inter. ff. de iur. dot.

REGVLÆ IOANNIS BERNARDI DIAZ.

De litera E.

REGVLA CCXIX.

ECCLESIA fungitur iure minoris, vt est tex. in c. auditis. de restit. in integ. & probat etiam tex. in c. 1. eo. tit. & l. fin. tit. 5. parti. 6. & ex hac æquiparatione sumitur modus arguẽdi de minore ad ecclesiam, quem ponit inter alios Nicol. Euerar. in suis topicis iuris, in fol. 41. col. 2. qui in eius comprobationem adducit sex similitudines, inter minorem & ecclesiam, quarum solum tres referre placet, eis aliqua addendi gratia.

Prima est, quam ex illo argumento infert Salic. in l. properandum. §. fin. de iudicis. videlicet, quòd dispositio illius tex. habeat locum in ecclesia sicut in minore: ex quo venit singularis effectus, quòd sicut minor aduersus lapsum instantiæ restituitur in subsidium, hoc est curatoribus suis ad lites, non existentibus soluendo, vel hæredibus eorum, idẽ erit in ecclesia: & vide Alex. ibi, qui refert & sequitur Sali. & dicit idem tenere Paul. & Card. in Clem. 1. de in integr. restit. & Hosti. in summa, & vide Bal. in tract. de præscrip. 4. par. principali, in col. 12. versi. sextò quæro, vbi conclusiuè dicit, quòd termini, siue præscriptiones iudiciales indistinctè currunt contra ecclesiam & minorem: pro quo allegat iura & doctores, quæ transcribere nolo, & vide eundem in d. tract. in 6. parte principal. col. 16. versicu. prædicta conclusio.

Secunda similitudo Nicol. vbi suprà est, quòd nũquam fideiussori ecclesiæ competit restitutio, sicut nec competit fideiussori minoris: quod certè (saluo meliori iudicio) sic indistinctè non placet, quia imò in hoc aliter videtur dicendum, & sic quòd non fiat in fideiussore ecclesiæ illa distinctio, quæ fit in fideiussore minoris, videlicet quòd quãdo minor fuit læsus sui facilitate, tunc non cõpetit fideiussori beneficium restitutionis, secus quando fuit læsus aduersarij dolo, quia tunc competit. vt probat text. in l. 2. C. de fideiuss. minor. & in l. 4. tit. 12. parti. 5. quia cum ecclesia non possit dici læsa facilitate sui, quia non datur illa facilitas in suis administratoribus, quæ datur in minore, sed datur læsio dolo aduersarij: tunc ad instar minoris concedenda esset restitutio fideiussori ecclesiæ, quãdo verò ecclesia

lęderetur

lęderetur re ipsa aliter esset dicendum, quia deceptio facta reipsa, & facta dolo aduersarij, differunt: vt poteris videre per egregium doctorē nostrum Hispanum Ant. de Burg. in c. cum dilecti. de emp. & vend. col. 6. ante med. vbi ponit duas differentias inter vtranque deceptionem.

Tertia & sing. similitudo siue effectus ex hac regula surgens est, quòd sicut minor potest restitui aduersus conditionem non impletam, etiam in præiudicium tertij, cui in defectum conditionis erat ius quæsitū vt in l. 3. §. & si hæ res. ff. de min. & sic & ecclesia potest: quod tenet Bald. in l. pupillorum. C. de repud. hæred. & refert pro singulari Ro. in sing. 93. & Nicol. vbi suprà. imò latius extendit Roma. ibi. quia dicit hoc procedere, etiam si talis tertius esset ecclesia, vel alius locus pius: ego tamen de ista extēsione Romani semper dubitaui, & legendo contrarium tenui aliquibus vrgentibus rationibus. Primò quia priuilegiatus contra priuilegiatum pariter, non gaudet priuilegio suo, nisi quando certat de damno vitando. vt est tex. in l. verum. §. finali. ff. de minor. quem ibi multum commendat Bartol. sed certum est quòd ecclesia negligendo adimplere conditionem, non dicitur pati damnum, quia illud ius conditionale non erat sibi quæsitum ante conditionem impletam; iuxta l. vnam. §. sin autem sub conditione. C. de cad. tol. cū alijs. & not. Pau. post Bal. in l. Titio fundum. ff. de condi. & demon. Vnde prælatus potest præiudicare ecclesiæ, in non adimpendo conditionem, cum non præiudicet in iure quęsito, sed quærendo: & voluit Abb. in cap. breui. de iureiur. colum. fin. post alios, & in c. verum. de condit. appo. quod sequitur Felin. in c. verum. de foro compet. columna pen. sicut etiam in simili dicimus, quòd prælatus potest præiudicare ecclesiæ repudiando legatum factum ecclesiæ, quia præiudicat in iure non quæsito, vt notat Abb. post Federi. de Senis in c. 1. de restit. in integ. & Felin. in c. quæ in ecclesiarum. columna 19. de constit. versic. & ista consideratio. & in c. contingit. lo t. de sentent. excommu. Ioan. Lup. in repet. rub. de donat. inter virum & vxorem, fol. 26. colum. 4. & sic videtur quòd non possit restitui contra aliam ecclesiam, cui iam fuit res quæsita, ob negligentiam eius, quia verius alia ecclesia diceretur certare de damno, & sic de iure sibi iam quæsito purè & simpliciter data negligentia primæ ecclesiæ, & ecclesia quæ peteret restitutionem, diceretur certare de lucro amisso captando, & licet ecclesia posset restitui contra lucrum amissum, vt tenet gloss. in cap. auditis. de restitut. in integ. illud tamen per supradicta non procedit cōtra aliam ecclesiam pariter priuilegiatam, & quæ vt dictum est certat de damno, quia certat de lucro eradicato, quod amittere, est damnum, iuxta gloss. not. in l. 1. §. si quis propter. ff. de itinere actuque priuat. per quem ita dicit commu niter teneri Ias. in l. reprehendenda. in fin. C. de constit. instit.

Secundò contra Roma. vrget, quia licet monasterium excludat substitutum, datum filio decedenti sine liberis, vt in cap. in præsentia. de probat. non tamen excludit, quando talis substitutus esset aliud monasterium, vel pius locus: vt probat text. in §. sed hoc præsenti. in authent. de sanct. episc. collat. 9. & voluit gloss. in d. cap. in præsentia. in glo. fin. & sic illa fictio, quòd monasterium habeatur loco filij, cessat tunc, quia ex hoc præiudicaretur alteri monasterio, sic ergo cessare debet fictio in casu nostro, in præiudicium alterius ecclesiæ, quæ non potest nisi interuenire, si restitutio conceditur ecclesiæ negligenti, quia aut conditio non potest iterum adimpleri, & restitutio non procederet nisi habendo conditionem pro impleta, quod esse non potest sine fictione, vt notat Cuman. in leg. vter ex fratibus. ff. de condit. instit. & refert Ias. in l. 1. penul. colum. C. de instit. & substit. Aut restitutio debet dari ad implendā de nouo conditionem, & adhuc videtur inesse aliqua fictio, cum paria sint non implere conditionem, vel implere non in tempore à testatore statuto, vt probatur in l. hæc conditio. & in l. si iam facta erant. ff. de conditio. & demonstrat. alias tres similitudines vide per Nicol. vbi suprà.

Septima & notabilis similitudo inter minorem & ecclesiam est, vltra traditas à prædicto doctore illa quam ponit Mathesila. sing. 56. videlicet quòd si ecclesia facit con tractum nullum, & sic sine solennitate, habet electionem an velit stare ei vel rescindere, sicut minor: pro ecclesia allegat glo. in capitu. 1. ne sede vacante. quæ est in verbo, sede vacante. post medium. quam vltra eum dicit singul. Ias. in l. cum hi. §. eam transactionem. ff. de transact. in versic. limita. & in leg. non ideo minus. C. de procur. & stante hac similitudine crederem insuper dicendum, quòd sicut tunc ille qui contraxit cum minore, potest agere cōtra eum, vt declarat an velit stare contractui, vel non, ne res sit in pendenti, vt in leg. Iulianus. §. si quis colludente. ff. de action. empt. & vendit. sic poterit agere ille, qui taliter contraxit cum ecclesia.

Octaua & singularior similitudo est, que traditur à Ludouico Roma. sing. 456. per dictum Ioan. Andr. in c. cum venissent. de institut. ponderando text. ibi, dum dicit: per nos ipsos. videlicet quòd iudex ex officio suo potest ecclesiæ vel minori, beneficium restitutionis impartiri sine par tis petitione: quod tamen dicit solum procedere in Papa, cum tex. ille loquitur in eo.

Nona similitudo est, quòd prælatus vel procurator vendens res ecclesiæ, vel minoris, non potest habere fidem de prætio. Ita notat Bartol. in leg. si procurator. §. fin. ff. de iure fisci. quod dicit perpetuò notandum Alexan. in additio. & refert idem tenere Abb. in capi. 2. de precario. & voluit etiam idem Bartol. in leg. à diuo Pio. ff. de re iudic. §. sed si emptor. fin. col.

Decima similitudo est, quòd minor & ecclesia patiuntur secundum decretum: not. Bald. in authent. ei qui iurat. colum. antepenult. C. de bonis anthor. iudicis possi. referendo Innocent.

Vndecimam collige ex Socin. in regul. 297. in prima & secunda fallentia.

Duodecima est, quæ à me describitur in regula, hæres qui adiuit. infrà posita in tertia limitatione.

Decimatertia & notabilis similitudo potest dari videlicet, quòd sicut titulus non excusat à percipiendis quando res possessa est minoris, vt est gl. sing. in l. patri pro filio. §. si pecuniam. vers. item ex diuerso. ff. de minorib. in verbo, fructus. quam celebrarūt inter sua singularia Rom. Crem. primus, in sing. 528. & alter in singu. 134. idem sit quando res possessa esset ecclesiæ.

Decimaquarta similitudo est, quòd prælatus ecclesiæ æquiparatur tutori vel curatori minorum, vt probat text. in §. fin. in authen. de eccles. titul. collat. 9. quem ad hoc allegat glo. in c. auditis. de resti. in integ. quam ibi commendat Abb. & tenet Angel. consi. 245. quia omne datum. colum. 2. probat tex. & ibi glo. in c. quia ea. 3. q. 2. quæ arguit de remotione suspecti tutoris vel curatoris ad remotionē prælati. Faciunt etiam gloss. notabiles in c. ex literis. de pig. & in c. similiter. 16. quæst. 1. quas commendat Mathesi. sing. 44. & quod notat Abb. in c. contingit. de transaction. & in c. ex præsentium. de pig. & Archi. in cap. quicunque. 12. q. 2. ex quibus ego alias inferebam, quòd sicut tutor tenetur quando debitores minoris non fuerunt ab eo conuenti, & fuerunt effecti minus idonei, sic & tenetur prælatus vel eius hæres in casu simili.

Limita primò hanc regulam, dictis exemplis sic ornatam, quia licet præscriptiones non currant contra minorem, vt in l. fin. C. in quibus causis restitut. in integ. non est necessa. (& tu Hispane habes bonam l. in 6. parti. titul. 19. in l. 9.) de quo late per Balbum in tractat. de præscrip. in 6. & vltima parte principali, col. 11. & vers. vigesimus tertius casus. cum septem col. seq. tamen currunt contra ecclesiā, vt patet in tit. de præscrip. Hanc differentiam ponit Abb. in alleg. c. 1. de restit. in integ.

Secundò fallit, quia licet minor quando petit restitutionem,

nem,debet agere in foro aduerſarij, vt in l.2.quæ eſt ſing. ad hoc.C.vbi & apud quos. tamen eccleſia poteſt illam pe tere coram proprio iudice:tenet Innoc.in cap.cum ſit generale,de foro competenti, quod dicit ſingulare ibi Felin. 1.col.& ſequitur etiam hoc, & commendat Abb.in d.c.1. de integr.reſtit.ſin.col.& in c. conſtitutus. 1.col.eodem tit.& in c.penult.in 1.not.de rebus eccleſiæ.in c.cum cauſa.2.col.de re iud.poſt Ant.qui hoc voluit colligere ex tex. ibi,& ſequitur Roma.in ſingul.112.& Soci.in conſi.18.in 2.vol.incipien. proſequendo ordinem dictarum quæſtionum.in col.11.in fin.

Tertiò fallit, quia licet ſententia lata contra minorē indefenſum, qui habebat tutorem vel curatorem, eſt nulla, vt in l.cum & minores.C.ſi aduerſus rem iudic.& in l.con tra pupillum.ff.de re iudi.& in l.acta.§.fin. eo.tit.tamē ſen tentia lata contra eccleſiam indefenſam & habentē prælatum tenet,& valet. Tex.eſt in c.prout.& in c.fin.de dolo & contu.& in c.tum ex literis.de in integ.reſtit.per quæ iura tenet iſtam differentiam Matheſi.in ſing.44.

Quartò fallit,quòd licet iuramentum excludat beneficium reſtitutionis in minore, vt in authentica,ſacramenta puberum. C.ſi aduerſus vendi. tamen ſecus eſt in eccleſia, quia licet eius prælatus iuret, poteſt reſtitui. Gloſſ.eſt ſing.c. 1.de reſtit.in integ.in 6.quam commendat Abb.in c.1.eod.titu,col.pen.& in c.peruenit.de iureiuran.Roma. conſi.123.incip.circa primum dubium. tenet etiam Felin. c.cum ſit generale.de foro compet.colum.6.vbi de hoc ſe remittit tenet etiam Iaſ.allegando d.glo.in d.Authent.ſacramenta puberum.col.17.imò generalius, & ſingulariter dicit Baldus in l.generaliter, in princ.C.de reb.cred.quòd nullum iuramentum operatur, quòd eccleſia non gaudeat iure minorum.

Quintò fallit, quòd licet minor non poſsit alienare res immobiles ſteriles,ſine decreto, tamen eccleſia poteſt eas alienare ſine ſolennitate : vt per Iaſ.qui aſsignat rationem differentiæ.l.mandata.ff.de offi. eius cui man.eſt iuriſdict. colum.fin.

Sextò fallit, quia eccleſia non conſtituit ſuos debitores in mora ſine interpellatione:vt concludit eſſe hoc regulare Anto.de Burgos,cap.fin.de empt.& vend. col.5.per iura de quibus ibi per eum, licet minor re ipſa,& ſine interpellatione conſtituat eos:vt l.in minorū.C.in quibus cauſis reſt.in integ.non eſt neceſ.licet aliud dixerit ſacundum eum Alex.in l.quòd te.in 4.colum.ff.ſi cert.pet.poſt Ioan. de Imo.in c.breui,de iureiur.vbi æquiparat in hoc minorem,& eccleſiam.

Septimò fallit, quia licet leges præcipiant interponi decretum in alienationibus rerum minorum,vt in l.lex quæ tutores.C.de adminiſt.tutorum.nunquam tamen ipſæ leges nec canones dicunt neceſſarium decretum in alienationibus rerum eccleſiæ.Hanc differentiam ponit Inno.in c.ſi circa prin.de reb.eccleſ.qui tex.eſt primus eiuſdem tit. in 6.& tenet gl.Io.Andr.ibi,in verbo,tractatus.in ſi.quod etiam tenet Abb.in c.2.de tranſact. 1.col.verſi. 2.not.cō tra Inn.ibi,qui tenet contrarium, imò ꝙ requiratur decretum:nunquam tamen ſemper not.quòd per ſtatutū,& ſic per conſuetudinem poteſt induci, quòd res immobiles minoris poſsint alienari ſine decreto.Ita notat Ang.ex gl.ibi,in l.diuturna.ff.de legibus,quod dicit ratò inueniri alibi Iaſ.l. de quibus.col. 16.ff.de legibus.

Octauò fallit regula prædicta, quia minori currit tempus petendæ reſtitutionis,principio 26.anni,& ſic cum factus eſt maior:eccleſiæ verò ſemper currit,à tempore læſionis.Hanc differentiam ſcripſit gl. in clem. 1. de reſtit.in integ.in verbo,à tempore. quam refert Balbus in tract.de præſcrip.fol.63.col.3.verſi.fallit in eccleſia

Nonò fallit, vt poteſt colligi ex l.partitæ alle.7.regula reſtitutio in integ.8,fallentia:dum per illam l.datur ibi eccleſiæ,regi,& populo, in certo caſu beneficium reſtituit.vſq; ad 30.annos,quod minori non eſt conceſſum.

Decimò fallit,in alio caſu,quem apertè colliges ex nona etiam fallentia d.reg.reſtitutio.proximè alleg.

Vndecimò fallit, quia licet in minore fiat in aliquibus caſibus differentia magna, quòd ſi læſus facilitate ſua,vel dolo aduerſarij:hæc tamen ceſſat in eccleſia,in qua non datur (vt ſuprà diximus) læſio ſua facilitate,caſus autem prædicti ſunt ſequentes.

Primus,de quo ſuprà in 2.ſimilitudine facta eſt mentio, videlicet de fideiuſsio. minoris,vt in leg.2.C.de fideiuſ.minorum.

Secundus, quia licet minori probanti læſionem vnico teſte, deferatur iuramentum, vt tenet gl.l.1.C.vbi & apud quos.illud eſt verum, quando petitur reſtitutio de læſione recepta facilitate minoris, ſecus ſi dolo aduerſarij,quia tūc non defertur iuramentum . Ita tenet Bald.in d.l.1.quaſi ad fin.per gl.not.in l.3.§.1.ff.de min.ex quo venit vnum notabile in præpoſito, quòd nunquam eccleſiæ in reſtitutione petita per eam,defertur iuramentum,cum id ſolū concedatur minori læſo ob facilitatem,quę non cadit in eccleſiæ adminiſtratoribus:probatur hoc in capitulo primo,de reſtit.in integ. ſuprà alleg.ibi manifeſtè apparet,præmiſſa illa communi theorica,quòd vbi lex requirit manifeſtam probationem non habet locum iuramenti delatio, de qua per Iaſ.l.ait prætor.col.pen.in ſi.ff.de re iud.& illum tex.ad hoc conſiderat Abb.in c.tum ex literis.col.antep.de in integ.reſtit.pro Inn.ibi,qui voluit,quòd ad probandam læſionem,requiritur plena probatio in cauſa reſtitutionis,licet alij tenuerint, ꝙ ſemiplena ſufficiat, conſiderat etiam ad hoc Abb.text. in c.ex literis.de reſtit.in integr.qui hoc probat,per locum ab ſpeciali.

Tertius eſt,qui deſcribitur à Baldo in l.vna.C.de repud. quæ fiunt.in iudi.in 3.oppoſitione. vbi dicit,quòd quando minor reſtituitur,quia læſus ob ſuam facilitatem,tunc procedit d.l.vna. videlicet quòd aduerſario reſtituatur ius priſtinum, quod habebat contra minorem, ſecus ſi reſtituatur dolo aduerſarij, pro quo allegat tex.in l.qui res.§.huic applicatur.ff.de ſol.qui probat,quòd quando fuit minor læſus dolo aduerſarij,dando rem maioris pretij in ſolutū pro paruo debito, ſi reſtituitur, non tenetur ſoluere debitū creditori, & recuperat rem, & ſic aduerſario non reſtituitur priſtina actio pro debito:quem text. dicit ibi ſingularē & non alibi Paulus de Caſtro,& eum allegat pro ſingulari Alex.in l.1.§.nuntiatio.in fin.verbis.ff.de noui oper.nuntiat.vbi dicit generaliter per eum,quòd reſtitutio conceſſa minori,nunquam prodeſt eius aduerſario in aliquo,ſi læſio minoris à dolo aduerſarij proceſsit:iſta tamen generalitas Bald. & Alex. ſumpta occaſione d.§.ſalua eorum authoritate,ſemper mihi diſplicuit : cum enim d.§.puniat ſolum creditorem minoris, qui dolo habuit in ſolutum ab eo, rem maioris pretij pro debito, & non reperiamus decipientem minorem in alijs, ſimili pœna punitum, non video,qua ratione priuabitur priſtino iure,conceſſa minori reſtitutione, cum regula ſit, quòd aduerſarius minoris reſtituatur, reſtituto minore , vt in d.l.vna.C.de repud.quæ ſiunt in iudic.præ maxime,cum poſſumus dare ſpecialitatis rationem,quare in d.§.ſic decipiens puniatur, videlicet quia minor celebrabat contractum dationis in ſolutū, qui cenſetur neceſſarius:& ſic in quo dolus eſt culpabilior, qđ patet, quia datio in ſolutum eſt alienatio neceſſaria, not. Alex.conſi.52.in vol. 1.viſo themate.in 4.col.verſi.quartò quia conſtat.vbi dicit quòd appellatione alienationis,non venit datio in ſolutum tanquam coacta,& non voluntaria alienatio.Refert Hippol.in l.1.§. præterea.ff.de quæſt.faciunt etiam duæ differentiæ,inter venditionem & dationem in ſolutum,notatæ per Felin.in c.ſin.col.antep.de accuſ.facit etiam, quia lex magis ſubuenit facienti actum ex neceſſitate, quām ex voluntate, vt in leg.qui fideiuſſor.§. ſi neceſſario.ff.qui ſatiſd. cogant.& in l.dictum.§.ſi compromiſſero ibi:nulla neceſsitate.ff. de euict.& not.Iaſo.qui ſubiungit exempla in l.admonendi.in lectura.ff.de iureiur.

in columna

in columna 10. & possent alia plura referri in quibus differunt actus volūtate, & necessitate gesti. Facit etiam, quòd pactum legis commissoriæ, appositum ex interuallo, prodest creditori, non autem quando apponitur in ipsa obligatione pignoris, vt not. in l. Titius. ff. de pign. actio. & in l. 2. C. de pact. pign. vbi Barto. & in leg. quamuis. alias Callipodius. ff. de solut. & per Abb. in capitu. significante. de pignor. & per Aretin. in leg. si ita quis. §. Seia cauit. 1. colum. ff. de verborum oblig. & hoc nulla alia ratione, nisi quia debitor necessitate ductus, videtur apponere pactum, quando apponit in ipsa obligatione, quæ necessitas non inest, quando ex interuallo consentit tali pacto. Præterea magis in specie facit, quòd dicta generalitas non possit sic sumi ex dict. §. huic applicatur. quia si ratio illius §. specialis non esset, eodem modo videretur dicendum, quod idem esset in emptore, qui circunscripsit minorem, ad vendendum fundum, vt eo restituto, ipse nō restitueretur ad pretium, cum datio in solutum, assimiletur emptioni, vt in leg. libera. C. de sentent. & interloc. omn. iudic. præmaximè cum æqualiter noceat minori, dolo vendere rem maioris pretij pro quantitate minori, quàm dare illam in solutum, pro debito minori: imò & vna consideratione magis nocet talis emptio, quàm datio in solutum, quia in prima forte perditurus minor recipit pretium, in alia saltem liberatur à debito, sed hoc est falsum, quia contrarium disponitur in leg. quod si minor. §. restitutio. ff. de minor. Nec obstat si aliquis dicat in dict. §. restitutio. non constat quòd minor dolo aduersarij vendit, quia imò apparet, ponderando verbum ibi, circumscriptus, quòd loquendo in minore, intelligitur siue facilitate sua, siue dolo aduersarij, vt not. Bal. in leg. fin. C. de in integr. restit. mino. non ergo videtur posse dici, quòd ex eo quòd text. in dict. §. huic. puniat in illo casu in amissione sui iuris, circumueniētem minorem, fiat dicta generalis conclusio, de qua suprà, præmaximè quia qualiscunque dolus inesset in contrahente cum minore, non esset iustus titulus, quo posset sibi minor retinere ius pristinum, debitum aduersario, quo minus diceretur locupletari cum aliena iactura, quod iura etiam in minoribus abhorrent.

Sed si vera est generalitas Bald. & Alexand. de qua suprà, retenta æquiparatione huius regulæ, posset inferri vnum notabile, quod idē esset in ecclesia, videlicet, quòd concessa sibi restitutio ob dolum aduersarij, non prodesset aduersario, vt restituatur sibi ius pristinū, quod ad præsens non examino: in hoc enim regularum compendio nō articulorum examinatoris, sed fidelis, & vtilis recitatoris, palam prosequor.

Quartus etiam casus est, quem ponit Fulgo. in leg. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiurand. leg. exceptiones. la 2. ff. de exceptio. videlicet quòd quando minor læditur sui facilitate, non possit agere, nisi prius petita restitutione, secus si dolo aduersarij, quia tunc ea non petita, potest agere. leg. excipere. vide tamen Alexand. in d. §. si minor. in 2. col. post medium, qui tenet contrarium, & aliter intelligit d. l. exceptiones.

Quintus casus est, quòd quando minor iurauit, non prohibetur petere restitutionem, nisi ex vno capite, scilicet ex sui facilitate: sed ratione doli aduersarij, potest illam petere, nō obstante iuramento. Ita Bal. in l. 1. in fi. C. si aduersus vend. per glo. ibi, quam ad hoc notat, quod etiam sequitur Ias. in auth. sacramenta puberum, eo. tit. collat. 7.

Per quæ, ni fallor, bene ornatam habes regulam hanc, cui ideo libuit ampliorem (quàm cæteris) linearum dotem concedere, quia ecclesiæ continet fauorem, cui debitor sum doctrinæ eius, quæ in me adest: ipsa nanque, suis decimalibus fructibus pretiosissimi redēptoris nostri sui dilectissimi sponsi sanguine partis, ac exinde maiori cum tremore (quàm vt fit ab omnibus percipiendis) dum vacarem studio, necessaria concessit, & vsque ad doctoratus apicem me prouexit indignum, quo fui insignitus Anno Domin MDXXV. mense maij, in insigni ac antiqua vniuersitate Oscēsi, omnium doctorum approbatione & assensu, qui loco ab eis assignari soliti tituli, me de iustitia approbasse, instrumentis publicis sunt professi, non in minimum beneuolentiæ suæ erga me testimonium, ac in magnam, nihi illum promerendi, assiduo literarum studio impositam curam.

REGVLA CCXX.

Ecclesia omnis, excepta Romana, patitur præscriptionem 40. annorum, tam de iure ciuili, vt in authen. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. quàm de iure canonico, vt in cap. de quarta. & in c. ad aures. & in cap. illud. de præscript.

Amplia istam regulam sex modis, & limita dupliciter, vt per Bald. in tract. de præscript. in 6. parte princ. in col. 1. & duabus sequent.

REGVLA CCXXI.

Ecclesia Romana patitur præscriptionem centum annorum: probat text. in cap. ad audientiam. de præscri. & in authent. vt ecclesia Roman. in princip. & in authent. quas actiones. C. de sacrosanct. ecclesi. Bald. in leg. 2. C. de seruit. & aqua.

Amplia quadrupliciter, & limita sex modis, vt per Feli. in dicto capitul. ad audientiam. columna penulti. & fin. de quarum vna meminit Ias. in dict. authent. quas actiones. colum. 2. num. 7.

REGVLA CCXXII.

Ecclesia non patitur minorem præscriptionem, quàm 40. annor. Colligitur ista regula negatiua ex tex. in authent. quas actiones. C. de sacrosanctis ecclesijs. & in capitu. de quarta. & in capitu. ad aures. & in capitu. illud. de præscript.

Et ponit eam tex. in l. 26. tit. 29. parti. 3.

Primò fallit, in rebus mobilibus ecclesiæ quæ triennio præscribuntur, secundum communem opinionem quam approbat l. parti. suprà alleg.

Secundò fallit, in præscriptione quadriennali. l. bene à Zenone. quam secundum ius ciuile patitur: sed de iure canonico contrarium est, quia illa l. non habet locum contra ecclesiam, cuius rem fiscus vendidit.

Tertiò fallit, in oībus præscriptionibus annalibus, vel semestribus, vel temporalibus: vt sunt regulariter actiones prætoriæ pœnales, quintò minoris, & redhibitoria, & similes.

Quartò fallit, respectu quasi dominij, & publicianæ, quia præscribitur contra ecclesiam communi tempore.

Quintò fallit, quando ecclesia assumeret fundamentum ex aliquo statuto, in quo esset præfixum certum tempus, quia tunc potest obijci ecclesiæ exceptio præscriptionis illius statuti: & iura & doctores, quæ has restrictiones probant, vide per Balb. in tract. præscr. in 5. parte principali. in col. 4. & seq.

REGVLA CCXXIII.

Ecclesiae parochiali debetur quarta portio canonica, non solū de candelis, & alijs funeralibus, sed de omnibus bonis cuiuscunq; qualitatis sint, relictis ecclesiæ sepulturæ, pro anima defuncti. not. Abb. ex tex. ibi in c. relatum. in 2. not. de sepult. & in c. in nostra. eo. tit.

Limita in quindecim casibus, descriptis à Syluest. in sua summa, in verbo, canonica portio. versiculo, nonò quæritur.

REGVLA CCXXIIII.

Eligendi facultas in alternatiuis, in vita stipulantis est personalis, & cohæret personæ, donec viuit: & ideo in eius vita per stipulatorem non potest alij cedi, Text. est in l. si stipulatus fuerim, in prin. vbi Bart. & Ias. ponunt rationem. ff. de verb. oblig.

Limita tripliciter, vt per Iaso. in d. l. si stipulatus fuerim. col. 1. & sequent.

REGVLA

REGVLA CCXXV.

ELIGENDI facultas in alternatiuis, mortuo ante electionem stipulatore, transit ad eius hæredes: tex. est vbi notat. in leg. stipulatus fuerim. ff. de verb. oblig. & ibi Iaso. columna. 2. numero 3. allegat alia iura: & optimè declarat hanc regulam.

Limita eam tripliciter, vt per eundem Ias. in d. l. si stipulatus fuerim. d. col. 2.

REGVLA CCXXVI.

EMPTIO rei suæ, siue à sciente, siue ab ignorante facta, non valet: vt in l. suæ rei. ff. de contrahen. emp. & in l. cũ res. & in l. si mater. C. eo. tit.

Limita septem modis, vt per Ripam in repet. l. si aliquã rem. ff. de acqui. poss. col. 2. & 3.

REGVLA CCXXVII.

EMPTIONIS & venditionis appellatione, comprehenditur omnis contractus, per quem transfertur dominiũ. Text. est not. in leg. statuliberi. §. quamuis. ff. de statuliber. quem dicit meliorem de iure Bald. in leg. 2. C. de vsucap. pro emptor. vide Barto. in leg. alio. 3. colum. in fin. ff. de alimen. & cib. leg. probat tex. in c. 1. de conten. inter domi. & empt. in vsib. feud.

Limita quatuor modis, vt per egregium doctorem nostrum Hispanum, Ant. de Burgos (qui etiam apud Italos magni momenti fuit) in rub. de empt. & vend. col. fin.

REGVLA CCXXVIII.

EMPTOR, etiam si in causa obtineat, potest expensas litis recuperare à venditore, nisi ab aduersario, qui sibi mouit litẽ super re empta, recuperasset. Doctrina est Bar. in l. venditores. contra gl. ibi, in verbo, agnituros, in fi. ff. de verb. oblig. & cum Bar. est magis communis opinio secundum Ias. ibi, col. 2. nu. 2. vbi referendo plures doct. qui hoc tenent, confirmat & defendit hanc regulam.

Limita dupliciter, vt per Ias. in d. l. venditores. col. 3.

REGVLA CCXXIX.

EMPTOR primus, vel donatarius cui factum fuit constitutum, præfertur secundo, cui postea realis traditio fuit facta, re empta vel donata duobus successiuè, diuersis temporibus: tenet Ioan. And. in addit. ad Spe. in tit. de empt. & vendi. §. sciendum. colum. 10. versic. quòd si res tradita. in addit. incipien. hic dubitatur. referendo Guli. de Cugneo, & sequitur Bald. in rub. C. de contrahen. empt. in quæstio. 16. & Anton. in cap. cum venissent. colum. 3. de restit. spol. & tenet Alexan. in consil. relatis per Thom. Ferra. in cautela 48. & sequitur hoc etiã Ias. in l. quoties. C. de rei vendi. in col. 5. versi. quintò principaliter limita. vbi plures refert hoc sequentes.

Limita septem modis, vt per Philip. Deci. in regula, contractus. de reg. iur. ff. in col. 4. cum duab. seq.

REGVLA CCXXX.

EMPHYTEVSI ecclesiastica finita per tertiã generationẽ, cognati existẽtes in tertio gradu, petẽtes renouationem inuestituræ, debent præferri omnibus extraneis, & si denegetur, poterunt à denegatione appellare: notat Bartol. in l. 1. in fin. ff. de priui. credit. qui idem ferè tenet in l. pen. §. permittitur. ff. de aqua quot. & æstiu. & in leg. si mihi & Titio. in fin. princ. ff. de verborum. oblig. vbi, teste Alexan. hoc sequuntur docto. communiter. Et istam regulam per supradicta verba scripsit Ripa in d. l. 1. in 1. col. vbi etiam refert Rom. Imo. Anch. Alex. Curt. & Barb. idem sequentes in suis consilijs, qui postea refert Imo. Aret. Panor. Roma. Fulgo. contrariam opinionem tenentes, & tandem residet cum Philip. Dec. in d. communi opinione, & respondet ad aliqua fundamenta contraria.

Limita quinque modis, vt per eundem Ripam in d. l. 1. 2. col. ex quibus limitationibus dicit etiam patere solutionem ad alia fundamenta contra communem.

REGVLA CCXXXI.

EMPHYTEVSI ecclesiastica, sumpta per aliquem pro se & filijs suis, non veniunt filij naturales etiã legitimati. Conclusio fuit singul. Bald. in lege, generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substit. & in c. quæ in ecclesiarum. col. penult. vbi melius loquitur de constit. & tenet etiam Feli. post Abb. in c. in præsentia. colum. 11. versicu. quintò inquantum. de probat. quod multum commendauit Iaso. in d. §. cum autem. colum. penult. quasi ad finem. vbi plures refert hoc firmãtes, & dicit quòd ab hoc nemo discrepat: & sequitur hoc etiam idem Iason, vbi refert Anch. & Alexander in suis consilijs: in authen. si qua mulier. C. de sacro san. eccle. & sequitur etiam Io. Franc. de Ripa in rub. de iudic. in colum. 18. circa fin. licet in contrarium faciat, quòd filius legitimatus dicatur verè & non fictè legitimus, vt tenet Bartolus in l. si is qui pro emptore. col. 7. ff. de vsucap. quod sequitur Iaso. in l. hanc consultissima. §. ex imperfecto. in princip. C. de testam. & in l. eam quam. C. de fideicom. colum. 5. & in l. cum acutissimi. colum. fin. cod. tit. & in d. §. cum autem. col. 6. Imò talis legitimatus habet existentiam sui hæredis, vt tenet Bald. singu. in d. l. eam quam quod dicit ibi Iaso. in d. col. 5. alibi non legisse. & sequitur etiam in d. §. ex imperfecto.

Limita primò, nisi ille filius, legitimatus esset per subsequens matrimonium: tenet Ioan. de Imo. in l. quod dicitur ff. de verb. oblig. col. antepenul. quod sequitur Feli. vbi suprà, & Nicol. consil. 229. ex tenore priuilegij. & Ias. in d. §. cum autem. col. 6. ad fi. & Alex. licet eum non referat Ias. in l. ex facto. §. si quis rogatus, lo 1. colum. 10. ff. ad Trebel. quem vide melius in hoc scribentem: & tenet etiam hoc dominus Io. Lup. in repetit. rub. de donat. inter vir. & vxo. fol. 29. col. 4. versi. propterea. & supradictam conclusionẽ tenet etiam Bonus de Curtili in tractatu de nobilitate. fol. 14. colum. 1. circa finem, referendo Imol. vbi suprà, & adducit similem decisionem in feudo: pro quo facit notabilis distinctio Ant. in c. per venerabilem. qui filij sint legitimi de qua vide bene per Georg. in repetit. c. quamuis pactum. col. 44. & seq. de pactis. lib. 6.

Secundò limita prædictam regulam, nisi ipsa ecclesia concederet à principio dictam emphyteusim, alicui naturali tantum, pro se, & filijs suis, quia tunc filij illius, etiam tantum naturales venient. Istud voluit Bald. in c. quæ in ecclesiarum. de consti. col. fin. de quo dubitat Ias. in d. §. cum autem. in fin. motus per tex. ibi qui contrarium videtur vrgere, cui tandem ipse respondet.

Tertiò crederem posse hoc limitari, nisi ecclesia concederet alicui emphyteusim pro se, & filijs iam procreatis, & scirent omnes, quòd ille non habebat nisi vnicum filium naturalem legitimatum: ad quod moueor per similẽ conclusionem Bal. l. eam quam. in 9. col. C. de fideicom. quam refert Barb. in c. veniens. col. 1. de accus. & Hippo. l. 1. §. item. col. 2. ff. de quæst. vbi aliud simile adducit.

Quartò potest limitari præfata regula, nisi talis filius esset legitimatus à patre, citata ecclesia in tẽpore legitimationis, & consentiente: ita tenet Angel. in consi. 402. incip. Titius. & alibi non legi.

REGVLA CCXXXII.

EMPHYTEVTA soluẽs partem canonis, si integrũ non soluat tempore statuto per legem, poterit in totum expelli. Ita tenet Speculat. in tit. de locat. §. nunc aliqua. versi. 29. cum quo transit communis opinio, vt testatur Ias. in l. 2. C. de iure emphyt. col. 14. nu. 54.

Limita duobus modis, vt per Ias. vbi suprà: & vide doct. del Castillo in commen. l. 68. Tauri, vbi nouem ponit limitationes in parte, {ciertos plazos.}

REGVLA CCXXXIII.

ENVNTIATIVA verba, principaliter propter aliud prolata non disponunt, & nihil operãtur. Tex. est, vbi doct. in l. ex his verbis. C. de testam. milit. per Bart. l. ex hac scriptura. ff. de donat.

Limita vndecim modis, vt per Iaso. in dicta leg. ex his verbis. 1. & 2. columna, vltra alias fallentias, quas remissiuè describit.

REGVLA CCXXXIIII.

EPISCOPVS vel pontifex non dicitur quis, ante consecrationem. Abb. post Io. And. & alios per text. ibi, in c. eam re. de relcr. tex. est in c. ram literis. de testib. quod Feli. con firmat in d.c. eam te. col. 2.

Amplia quadrupliciter, & limita quinque modis vt per eum ibi col. 3. cum duab. sequent.

Primò etiam si fiat mentio de promotis.

Secundò etiam si fiat mentio de Pontifice.

Tertiò etiam si illi sint, quibus hodie prouidet Papa pro nuntiando eos Episcopos.

Quartò extende ad Rectorẽ studij, qui non dicitur Rector ante confirmationem, sed tantum Electus. Quæ tamen ampliatio non pertinet ad propositum regulæ.

Limita primò, dummodo subiecta materia concernat exercitium vel decorum ordinis Epispoalis, secus si simpliciter concerneret Iurisdictionem, quia tunc materia de Episcopo verificatur in confirmato, Feli. vbi suprà, qui ex hoc aliqua infert, & hanc limitationem confirmat.

Secundò limita in Papa, qui etiam ante coronationem est Episcopus, & Seruus seruorũ Dei, nec appellatur Electus sed Papa. Extrauag. Quia nonnulli. sub titulo, de sent. excom. inter communes.

Tertiò limita in Abbate, qui ante benedictionem appellatur Abb. Old. consi. 14. col. 2. Io. And. Ant. & Card. in c. inter monasterium. de re iudi. licet Host. contrarium teneat, & Arch. dubitet in locis per Fel. vbi suprà relatis, qui ponit quo ad hanc materiam rationem differentiæ inter Episcopum & Abbatem.

Quartò limita, nisi forte electus episcopus esset ante ab bas, quia potest aliqua ordinis exercere, quę alius non posset: licet appelletur Electus. Et idem videretur de Episcopo ad alium Episcopatum translato, ꝙ possit ea quæ sunt ordinis, & veniat appellatione Episcopi post confirmationem. & Fel. plus ibi dicit, ꝙ forte Archiepiscopus translatus posset ea, quæ sunt ordinis, ratione consecrationis quæ nõ reiteratur, licet non dicatur Archiepiscopus ante nouam paleationem. Relinquit verò ex post facto cogitandum.

Quintò limitatur in Magistratibus quibusdam supremis temporalibus, videlicet consulatus & huiusmodi, sed ista limitatio omnino impertinens est.

REGVLA CCXXXV.

EPISCOPALIS dignitas liberat filium à patria potestate. vt est tex. in §. illud. in Auth. Constit. quę de dignita. Et in Auth. sed hodie. C. de episcopis & clericis. est glos. in l. 1. in fin. ff. ad Maced. Notat Bartol. in l. si maritus. C. de patria potestate.

Limita dupliciter vt per Ias. in l. patre furioso. in col. pe. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.

Primò vt intelligatur dicta regula, quatenus patria potestas est contra eum, sed quatenus est sibi fauor durat filius in potestate patris, ita singulariter Bar. in l. Item in potestate. eod. tit. vbi infert ad pulchram quæstionem, & sequitur eum Ias. vbi suprà, qui alleg. alios Docto. idem tenentes.

Secundò limita in filijs eiusdem episcopi, qui non liberantur ab eius potestate, ita dicit mirabiliter Bald. in l. fina. §. necessitate. C. de bonis quæ liberis. atque ideo Episcopus deberet habere vsumfructum in bonis aduentitijs filiorum, sicut si esset Laicus, quod non legit alibi Ias. vbi suprà contrarium tamen ponderat dixisse expresse Bar. in d. l. Itẽ in potestate, & dicit esse tex. in d. authen. sed hodie episcopis dignitas. ad finem.

REGVLA. CCXXXVI.

EPISCOPVS potest facere edictum, vt ostendant oẽs titulum suorum beneficiorum, sub pœna priuationis. & valebit talis pœna, ita Docto. in c. ordinarij. de offic. ordi. in 6. Et tradit hanc regulã Fel. in c. licet Heli. col. 5. in princ. versi. quinta conclusio. de simonia.

Limita primò, nisi essent beneficia simplicia, vel quis non retineret ea contra ius, quia in talibus generalia etiam edicta nihil operantur. Ita tenet Ancharanus in consil. 56. incipiente, duplici ratione. Quia regula intelligitur de retinentibus beneficia per dispensationem. & sequitur Felinus vbi suprà.

Secundò limita singulariter, nisi non comparens haberet iustam causam credendi, ꝙ episcopus non intellexisset de eo, puta, quia alias fecerat sibi fidem de dispẽsatione. ita eleganter consuluit Card. consi. 36. incipiente, licet in Curia Rom. pontif. quod Commendat vbi suprà Fel.

REGVLA CCXXXVII.

EPISCOPO debetur quarta pars de legatis factis ecclesijs & de decimis & de his quę obueniunt funeris occasione, vt not. Abb. in c. requisisti. de testam.

Limita nouem modis, vt per Syluestrum in sua summa in verbo, canonica portio. in §. 4.

Primò quando relinquitur aliquid pro ornamentis ecclesiæ seu vestibus, vt sericum pro platina, vel aliud ornamentum pro altari. Docto. in c. finali, de testamen. Ex quo sequitur secundum Syluestrum, vbi suprà, ꝙ si legatur aliquid vt fiat chorus, pictura, anchona, vel calix, vel huiusmodi non debetur quarta. Et idem intelligit de omni eo quod venit in vsum diuini cultus in ecclesia, quod vsu ipso non consummitur, Imò etsi consummatur, immediate tamen in honorem Dei, vide per eum exempla.

Secundò quando pro ornamentis redimendis ornandis seu reparandis. Innoc. in d. c. finali, & idem intelligit Syluester, quando legatur pro extruendo sepulchro.

Tertiò, quando legatur pro fabrica ecclesię reparatione indigente, & portio pro fabrica non habetur, & si habetur non sufficit, quòd si Ecclesia non indiget fabrica, tunc soluetur episcopo ex tali legato quarta.

Quartò limita, quando legatur pro luminaribus vt oleũ pro lampade, vel cerei & huiusmodi.

Quintò limita, qñ legatur pro anniuersario annuatim.

Sextò limita, quando legatur pro septem triginta, & huiusmodi.

Septimò limita, quando legatur ad perpetuum cultum diuinum, puta, vt annuatim fiat alicuius Sancti festum, vel dicatur officium in vna Capella.

Octauò limita in oblationibus, de quibus non debetur quarta vt olim.

Nonò limita in donatione in vita de qua etiam non debetur quarta.

REGVLA CCXXXVIII.

EPISCOPVS potest condere statuta, ita concludit Bart. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. quod latius prosequitur. ibi Bald.

Limita, dum tamen non statuat contra ius. per tex. in c. quod super his. de maior. & obed. & in c. vt animarum. de cõstit. in 6. per quæ iura ita limitat Ias. d. l. omnes populi. 1. lectura. col. fin. ff. de iustitia & iure.

Sub limita singulariter, nisi episcopus ex causa euidenti & necessaria statueret contra ius, quia tunc posset. Ita tenet Bal. in d. l. omnes populi. col. 6. per tex. sing. in l. hominem. ff. mand. de qua limitatione exclamat Abb. in pluribus locis, vt refert Ias. d. col. fin. & ponit latius idem Iason, in d. l. omnes. in 2. lectura. in col. 2. Quam conclusionem Bal. dicit famosam idem Iason l. non solum. §. morte. ff. de noui ope. nun. in colum. 11. post medium. Idem Ias. in l. 1. C. de prec. imper. offer. in col. 1. Et illud dictũ retulit etiam Feli. in c. 1. de const. colum. 16. quasi in fine. per quem ibi, & in colũ. sequenti. vide plura singularia, quæ licent ex magna causa & necessaria, quæ alias non licerent. Et vide Henric. Botteum in tract. de synod. episc. par. 3. nu. 49. octaua conclusio. Card. 324. 2. tomo tract. vbi primo hanc conclusionem plurium doctorum allegatione, corroborat & demum tripliciter sublimitat.

REGVLA CCXXXIX.

EPISCOPVS existens extra suam diœcesim, non potest cognoscere de causa sibi commissa, non facta mẽtione de mora

de mora alibi quàm in sua diœcesi per eum facta. Abb.in c.nonnulli.de rescrip.per tex. vbi idem Abb.in c.fi.de rerum permu.Abb.in c.fi.circa prin.de iudi. & in c.olim.de excep.Card.in clem.fi.q.2.de sent.excom.

Limita dupliciter vt per Felinum, in dicto cap.nonnulli.colum.4.

Primò nisi de consensu partium procederet, & non traheret reum vltra dietam.

Secundò limita, nisi constaret Papam scire, quòd is cui scribit, alibi moratur, secundum Dom.in c.statutum.§.cũ verò.col.1.de rescriptis.lib.6.& infert ad episcopum Fesulanum morantem continuè Florentię ex priuilegio, vt ibi per eum.

REGVLA CCXL.

EPISCOPO pertinet prouisio ecclesiarum quæ sub sunt plebibus, vel alijs ecclesijs inferioribus, Notat Innoc.in capitulo, cum Venerabilis.de exceptionibus. & vide Butrig.in capitulo finali, col.j.de caus.pos.Nicol.Mil.in suo repertorio in verbo, Episcopus. Qui asserunt quòd Episcopus fundat intentum suum de iure communi in subiectione omnium ecclesiarum sitarum in sua diœcesi. facit text. in c.Omnes basilicæ.16.q.7.

Amplia dupliciter, & limita quinque modis, vt per Felinum in dicto capitu.cum Venerabilis. in columna 11. & sequentibus.

Primò etiam si alienus Episcopus construat ecclesiam de nouo in alia diœcesi, quia illi Episcopo ædificanti sola reseruatur præsentatio, text.vnicus secundum Feli.vbi suprà, in c.1.16.q.5.

Secundò amplia etiam si fundator ecclesiæ ordinaret, quòd institutio ipsius ad episcopũ non spectaret sed ad inferiorem, & etiam si irritaret testator omnem dispositionem suã si ecclesia non gubernaretur, vt ipse ordinauit. Itẽ etiam si mandaret in pœnam, quòd redditus illi ecclesię deputati conuerterentur in alios pios vsus. Intellige tamen prædicta, nisi disponens id agat consentiente Episcopo. Quo iniustè recusante consensum præstare, agi potest coram superiore vt compellatur, quem si præstat, non potest eius successor reuocare, cum de iuris quæsiti ecclesiæ præiudicio non agatur. Hæc ex Inno. Abb. Siculo, Bar.& Rotæ decisione colligit Fel.vbi suprà.

Limita primò hanc regulam, in ecclesijs quæ sunt de titulis Cardinalium, quia in illis Cardinalis etiam non episcopus vtitur pleno iure episcopali.

Secundò limita, nisi plebs vel inferior Ecclesia baberet ex iure speciali instituendi ius, vt ex priuilegio vel præscriptione.

Tertiò limita, in beneficijs subiectis ecclesijs regularibus collegiatis, in quibus ad præsentationem monachorũ Episcopus instituit.

Quartò limita, quando ecclesiæ sunt sitæ in parochia alterius ecclesiæ. Dominus Ioannes Andreas, Archidiaconus, & Lapus post Innocentium in varijs locis relatis per Felinum, vbi suprà. Qui tamen intelligit hoc procedere, quando ecclesia illa in cuius parochia est vel sunt sitæ aliæ ecclesiæ maximè est patrona, vt in casu capitu.tertij.de ecclesijs ædificandis. vt dicunt Abbas Cardinalis & Federicus, post Innocẽtium in locis per eum relatis. Secus autem si simpliciter ecclesia sita fuerit in parochia alterius, quia tunc erit locus regulæ, & ad Episcopum pertinebit institutio.

Quintò limita, in ecclesijs collegiatis secularibus, in quibus licet institutio vel confirmatio in beneficijs eis subiectis spectet ad episcopũ, electio tamen & præsentatio spectat ad prælatum & Capitulum illius ecclesiæ, nisi ecclesia collegiata dotauerit illa beneficia, vel nisi sint in corpore ecclesiæ cõstructa, vel in fundo proprietatis eiusdem, istis enim tribus vel aliquo eorum concurrentibus totalis prouisio spectat ad prælatum cum capitulo, non autem ad episcopum. Ita Antonius de Butrio post Calder.& Paulum in c.cum Ecclesia Vulnerata.de electione.7.col.Felin.tamen vbi suprà considerans contrarietates doctorũ quos ibi refert, dicit forte verius esse (quicquid prædicti doctores dicant) quòd etiam in dictis tribus casibus, per quos solum videtur acquisitum ius patronatus, præsentatio spectat ad rectorem inferiorem, institutio verò ad episcopũ pro quo ipse allegat aliqua, quæ poteris per eum videre.

REGVLA CCXLI.

EPISCOPVS potest dispensare vel absoluere à iuramento simpliciter aut aliquo casu, quando iuramentum nõ est manifestè licitum, & vtile, sed dubium est, an sit licitum vel illicitum, profuturum vel nociturum. istam regulam probant iura in c.constitutis.de testi.& in c.si vero.el 1.& in c.verum.& in c.cum quidam.de iuriurand.per quæ iura eam tradidit Felin.9.col.in c.2.de spons.vbi refert Docto. eam tenentes.

Limita istam regulam dupliciter vt per Fel.vbi suprà, & in col.seq.quam prius tripliciter declarat.

Primò declara, vt procedat etiam quando iuramentum potest seruari sine interitu salutis æternæ, continet tamen turpitudinem ex parte recipientis illud, quia tunc non est necesse, vt iurans adimpleat prius, vel quòd compellat recipientem ad relaxationem, sed potest directè petere absolutionem.

Secundò declara, vt procedat quando est perniciosum exemplo, quia tunc potest, & debet per episcopũ relaxari.

Tertiò declara procedere etiam si esset licitum, potest tamen episcopus per viam permutationis, licet non totalis relaxationis dispensare.

Limita primò, si esset probabile dubium an esset concedenda absolutio vel non, quia illam eo casu non potest inferior à Papa etiam legatus concedere, ita Doct.relati per Feli.in d.c.2.nu.22. Contrarium tamen dicit tenere Spec. Abb.Ant.& Dom.in varijs locis, eo quia etiam episcopus potest interpretari, an iuramentum sit licitum vel non, & an concedenda sit absolutio vel ne. Demum vero idẽ Feli. dicit, quòd in hoc puncto valde quotidiano non est firmanda sententia propter discrepantiam talium Doctorum, & secunda opinio videtur sibi communior, sed prima tutior. Asserit tamen sibi videri quòd saltem legatus posset interpretari iuramentum, quod dicit notandum.

Secundò limita, dummodo in relaxatione à iuramento citetur pars cui aliquid est iuratum, alias relaxatio non valet, ita Ioan.And.Anch.& alij, quos allegat Felinus vbi suprà.eãdem conclusionem refert tenere Panor. Anch. Zabarel.Barb.Alex.& Ial. in varijs locis Guliel.Bened.in repet.c.Rainutius.de testa. in verbo, duas babens filias.col. fi.fol.44. nu.299. in prima parte repetit. vbi etiam allegat Guido Papæ, q.111.& Ioan.de Ferrarijs, in sua practica, in libello iuramenti quod præstatur à parte parti. qui idem dicunt. Contrarium tamen refert tenuisse Paul. de Castr.in consi.216.sed concordat prædictas opiniones per consilium Oldr.120.vbi eleganter loquens tangit breuiter veritatem æquam secundum eum videlicet quòd si petatur iuramentum relaxari, vt per hoc obligatio quę contracta est tollatur, & instrumentum cancelletur, ac si iuratum non fuisset, partis vocatio est necessaria, sin autem petatur ad solum habilitandum personam, vt iuramento non obstante possit dolum vel fraudem vel metum detegere ipsius contractus, tunc cum de grandi non agatur præiudicio ipsius creditoris, non est necessaria partis vocatio, cum sibi remaneat adhuc facultas defendendi contractum, hæc Old. Cuius consilium dietim practicatur apud Gallos, sed si bene ponderetur verba Pauli de Castro in dicto consilio idem sentit quod Oldrad. secundum prædictum Guliel. Qui addit, quòd fortè vbi notorie constaret, iuramentum continere turpitudinem in se ex parte recipientis, ita quòd illi seu creditori nulla competeret in contrarium exceptio, non esset necessaria partis citatio ad relaxandum iuramentum, secundum Panorm. in cap.primo, de iureiur. de quo videndus

videndus est Guido Papæ, q.140.& 225.cum duabus sequentibus, & quæstio.Cappellæ 62.

REGVLA CCXLII.

EPiscopvs potest dispensare contra suam constitutionem,& eam tollere.notat Ioan. Andr. in regula, in generali, in Mercuriali, & in regula, cui licet, de regul.iuris. in sexto.

Limita dupliciter vt per summam Rosellam in verbo, excommunicatio.lo 7.§.14.& per Syluest. in eod. verbo, lo 1.in versi.sciendum est tertio.

Primò, nisi constitutio transierit in priuilegium, vel contractum.

Secundò nisi sit iurata, vt ibi per eos.

REGVLA CCXLIII.

EPiscopvs seu eius vicarius ad instantiam cuiuscunque petentis potest concedere monitorias generales cōtra detinentes res suas, vt nisi restituant infra certum tempus sint excommunicati, tenet glos. vbi Bart.& Bald.Ang. Alber.& alij in l.in ciuile.C.de furtis.Et tenet Rota in decisi.444.in nouis, in decisione incipien.extra Rotam, tenet Bald.in c.si sacerdos.de offic.ordin.Aretin.in c.nouit.pen.col.de iud.

Ampli illam regulam quinque modis,& alijs quinque restringe, vt per Io. de Neuizanis in sua sylua nuptiali.fol. 11.col.fin. cum 5.sequent.qui prius ad varia loca remittit pro regula.Et quia materia est quotidiana,& forsan ille tractatus non erit tibi facilis, referam in summa prædictas limitationes.

Primò limita, vt non possint concedi tales literæ excommunicato.

Secundò, quando sciretur quis rem subtraxerit, vel quādo esset notus aduersarius, quia tunc debet agi contra eum via ordinaria coram competenti iudice.

Tertiò limita, vt non procedant tales literæ pro re leui, vt pro gallina.

Quartò limita, si illæ monitoriæ essent infamatoriæ alicuius personæ, puta qui cognouerit talem mulierem, debeat illud propalare. Sed hæc ad regulam est impertinens restrictio.

Quintò, si ille qui habet rem, pro qua literæ promulgantur compareat, dicendo quòd ipse tenet illam, sed non cū peccato, & q paratus est super illa in iudicio respondere coram competenti iudice, ad quem petit remitti.

Sextò fallit, quando is ad cuius instantiam conceduntur monitoriæ, prius pactum fecit cum parte, quòd etiam si faceret publicare tales monitorias: quòd nec ipse, nec scientes per hoc teneātur propalare. Istam limitationem tradit idem Ioā.de Neuizanis in eadem sylua nuptiali, in qua, nunc est nouiter per eum addita & impressa, in fol.63.col. 1.quasi in fine.

Septimò limita, quando debens implere, hoc facere nō possit, quia tales literæ non arctant ad impossibilia: hanc etiam ponit idem, vbi suprà.

Episcopus vide infrà, in verbo, prouisio.lo 1.& in verbo vilitare.

REGVLA CCXLIIII.

EPistola habens sigillum authēticum, plenè probat, Ita concludit Bar.in l.nuda ratio.ff.de donat.

Limita dupliciter, vt per Roma.in d.l.nuda ratio.in col. pen.& fi.vt refert Iason in l.admonendi. in repetit.ff.de iuriur.in col.61.

Primò intellige regulam, quando talis epistola fuit acceptata per eum ad quem destinatur, secus si expressè contra dixisset, quia tunc non probaret.

Secundò limita, si iam mortuus esset mittēs, antequam epistola perueniret quo mittebatur: & regula procedit, quando viuo adhuc mittente peruenit.

REGVLA CCXLV.

AEqvitas est præferenda rigori, vt in capitū. fin.in fin.de transact.& c.disciplina.15. distin. & l. placuit.C. de iudic.& l.si tibi.ff.si cert.petat.& c.fin.de transact.& tenet Baldus per illum textum.l.2.in 1.not. C.de rescinden. venditione.

Limita dupliciter hanc conclusionem, vt per Felinum in cap. cum illorum. de sententia excommu. in colum.secunda. Quam tamen quadrupliciter restringit Iaso.in dicta l.placuit.vide etiam Philip. Deci.in regula, in omnibus quidem.colum.2.ff.de regul.iur.vbi hanc regulam restringit tribus modis. Et an hæ limitationes sicut sunt à varijs doctoribus descriptæ, differāt inter se, studiosus ipse disquirat: non enim semper scribentibus idem est ocium, cadem animi quies & corporis valetudo, & si semper communis vtilitatis sit vniformis affectus.

REGVLA CCXLVI.

ERror elicitus ex actis, non reddit sentētiam nullam, ideo non impedit transitum in rem iudicatam. Glossa, Abb.& alij in capitulo, inter cæteras.de re iudic.vbi Felin. colum.1.post Abb.plures allegat, & ab alijs hanc conclusionem defendit.

Limita & declara hanc regulam nouem modis, vt per Fel.vbi suprà, col.2.cum quatuor sequentibus, vbi copiosè loquitur.

REGVLA CCXLVII.

ERror in materia, in contractibus bonæ fidei, vitiat contractum. Text.est in l.si sterilis.§.quāuis.ff.de actio. empt.& l.cum ab eo.§.fi.ff.de cont.empt.

Limita dupliciter, vt per Iaso.in l.si id quod aurum.col. fin.ff.de verb.oblig.

REGVLA CCXLVIII.

EXceptio dilatoria superueniens post litem cōtestatam opponi potest.glo.iuncto tex.quem Docto. ibi notant in c.insinuante.de offic.deleg.vbi Fel.confirmat hanc regulam.col.3.

Limita quinque modis, vt per eum ibi:& quintam limitationem sublimitat quinque casibus.

REGVLA CCXLIX.

EXceptio non numeratæ pecuniæ, potest obijci infra biennium. Tex.in l.in contractibus.C. de non numerata pecunia.

Fallit septem modis, vt per Fel.in c.si cautio.nu.51.de fide instrumentorum.

REGVLA CCL.

EXceptio omnis peremptoria, quæ non venit ad impugnandam sententiam, sed ad moderandum seu limitandum executionem, potest opponi post sententiā. Tex. in l.Nesennius.ff.de re iud.& l.si fideiussor.ff.de fideiussoribus.§.idem respondit.& l.ex diuerso.§.fi.ff.solu. matr.per quæ iura firmat hanc regulam Bar.in l.1. C.de iur.& facti ignor.quam ibi commendat Ias.col.4.fin.verbis.versi.suo cessiue nota.ex qua regula infert ibi Ias.col.5. quinque notabiles conclusiones, quas vide per te.

Limita primò, nisi iudex statuisset terminum rei ad opponendas exceptiones peremptorias, dilatorias vel anomalas, quia tunc post sententiā prædictas exceptiones, de quibus loquitur regula, opponi nō possent: tenet Bald.ab executione.C.quorum appellatio.non recip. sequitur Alex.d. l.ex diuerso.& in l.si in iudicio.col.2.vbi dicit singulare illud dictum Bal.& sequitur Ias.d.5.col. facit quod notat Abb.c. pastoralis.col.2.de excep.

Secundò limita, nisi talis exceptio esset ante sententiam opposita, & per iudicem reprobata, quia ex quo iudex semel reprobauit, diceretur posteà opponi contra sententiam. Ita limita Bartol. dict. leg. ex diuerso.§.finali.& ibi Alexand.dict.2.colum.per gloss. notabilem.dict.leg. Nesennius.§.fin.glo.fin.& ita tenet Ias.d.colum.5.licet Alex. non referat.

REGVLA CCLI.

EXCEPTIO incompetentis fori, semper potest opponi, etiam si dicatur quòd non posset agi de nullitate. Gloss. est singularis in clem. vna. de sequestr. poss. & fruct. in glo. fi. quam ibi dicit se nescire alibi Card. & illam gl. sequitur Abb. in c. ex parte. el 2. de officio delegati col. fin. pro qua vide notabiliter per Feli. in cap. pastoralis. colum. 3. in fi. & sequen. de except. vbi refert alias similes, & plures Doctores eam commendantes. Commendat etiam Ias. in l. hac con ultissima. in col. 3. C. qui testam. fac. poss. eam etiam dicit singularem Hipp. in singul. 10. in ord. incip. Tu scis quòd excep. quem omnino vide pro ea.

Amplia primò etiam si dicatur, quòd nulla species nullitatis admittatur, secundum Petrum de Anchara. consilio 271. incip. de titulis criminum. penulti. columna ad fin. & in sequent.

Secundò amplia, etiam si partes iurassent non dicere de nullitate sententiæ vel laudi, quia de prædicta nullitate dicere possunt. not. Phil. in capitulo, dilecto. de appel. in q. 50. & in q. 52. in 3. col. referendo Ang. in suis consil. & ponit has ampliationes Fel. d. rub. de foro comp. quas latius prosequitur idem Fel. d. c. pastoralis. col. 4.

Limita quadrupliciter, vt per Feli. in d. rub. de foro compet. quarum limitationum tres vltimas latius prosequitur in d. c. pastoralis. in col. 4. & seq. vbi eam optimè examinat & intelligit.

REGVLA CCLII.

EXCEPTIO dilatoria, quæ nõ fuit opposita in causa principali, non potest opponi in causa appellationis, etiã ante litem contestatam. Tex. est secundum communem intellectum Bar. & doct. in l. ita demũ. C. de procuratoribus.

Limita quinque modis notabilibus, vt per Ias. ibi in col. 4. quas limitationes primò scripserat Felin. in c. ad audientiam. el 2. de rescrip. nu. 13.

REGVLA CCLIII.

EXCEPTIONIBVS ab statuto sublatis, intelligitur non solum de friuolis, sed etiam de legitimis. Hanc regulam ponunt & firmant Imol. Anton. & docto. in c. ex parte. de offic. deleg.

Limita eam 20. modis, vt per Felinum ibi, col. 3. cum 2. sequentibus.

REGVLA CCLIIII.

EXCEPTIO nullitatis quæ potest incontinenti probari, etiam per probationes extrinsecas, impedit executionẽ sententiæ. Doctrina est Bar. quem sequuntur ibi omnes in l. eg. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. cuius rationem ponit ibi Ias. col. 2. ad fin.

Limita hanc conclusionem tribus notandis modis, vt per Iason vbi suprà, colum. tertia. vbi etiam videndus est Vldar. Zasi.

REGVLA CCLV.

EXCEPTIO nullitatis quæ requirit altiorem indaginem non impedit executionem sententiæ. Bart. in d. §. condemnatum. facit c. suscitata. de in integ. restit.

Limita hanc conclusionem tripliciter, vt per Iaso. ibi 4. columna. cui Vldari. Zasi. addit tres limitationes. vide per eum.

REGVLA CCLVI.

EXCEPTIO dilatoria opponenda est ante litem contestatam, post litem verò contestatam non licebit. Textus est in c. inter monasterium. de re iudi. l. fin. C. de excep. l. ita demum. C. de procurat. Vide Hispanæ legem 8. in legibus de Madrid.

Limita primam partem regulæ tribus casibus annotatis per Felinum in capitulo, exceptionem. 4. columna, de exceptionibus.

Limita posteriorem partem regulæ tredecim modis, recollectis per Fel. in d. capitulo, exceptionem. à 4. col. in medio vsque ad medium ferè nonæ columnæ, vbi primam limitationem ampliat 10. modis: secundam limitationem impugnat, & duobus casibus saluat, alias autẽ optimè prosequitur, & confirmat aliquas illarum.

REGVLA CCLVII.

EXCEPTIO non numeratæ pecuniæ intra bienniũ competit ei, qui in testamento publico vel apocha cõfessus est se recepisse pecuniam. lege, si ex cautione. vbi gl. magistra: & habetur toto titulo C. de non numerata pecunia. toto titulo, de literarum obligat. Institu.

Amplia hanc regulam sex notandis extensionibus, & limita quinque signandis limitationibus, vt per Iaso. melius quàm alibi in l. qui pecuniam. ff. si cert. pet. 1. & 2. col.

REGVLA CCLVIII.

EXCOMMVNICATVS post absolutionem restituitur ad iura lapsu temporis perdita: notat Abb. in c. 1. 3. colum. de præscrip. & concludunt Doct. in c. cum inter priorem. de except.

Limita tripliciter, vt per Fel. in d. c. cum inter. col. 9.

Primò, nisi fuisset negligens in petenda absolutione ab excommunicatione iusta.

Secundò, dummodo tempus fuerit præfixum à iure, secus si ab homine. Declara vt per eum.

Tertiò, nisi excommunicati non intersit lapsum fuisse tempus, puta quia non fuisset exequutus testamentum intra annum: quod est notandum.

REGVLA CCLIX.

EXCOMMVNICATVS vbi offensa dubia est, præstita cautione est absoluendus. Probat hanc regulam textus in capitulo, ex parte. el 2. de verbor. signific. & in cap. cum desideres. de sentent. excommunicat. & in capi. solet. eod. titu. libro 6.

Limita dupliciter, vt per Fel. in c. cum contingat. de off. deleg. col. 2. nu. 5.

REGVLA CCLX.

EXCOMMVNICATVS pro manifesta offensa, non est absoluendus, etiam si velit satisdare de satisfaciendo, nisi actualiter satisfaciat. Text. in capitu. ex parte. de verbor. significat.

Limita quinque modis, vt per Io. Franc. de Ripa in c. 1. de iud. col. 33. versi. in eadem glo. & per Fel. in c. cum contingat. de offi. deleg.

Primò, nisi in articulo mortis.

Secundò, si satisfactio exigit longum tractum, vt quia fuit excõmunicatus, quia non fecisset construi ecclesiam.

Tertiò, si impossibilis esset satisfactio.

Quartò, quando fuit excommunicatus pro manifesta iniuria illata soli Deo.

Quintò, nisi satisfactio esset talis, quæ non conueniret excõmunicato: vt quia nõ fecit se ad ordines promoueri.

REGVLA CCLXI.

EXCOMMVNICATVS spoliatus non restituitur. Glo. in c. 1. verbo, audientiam. in fi. 23. dist. gl. sing. verbo, canonicum. in c. ex insinuatione. de procur. secundum Imo. in l. his qui reus. 35. col. ff. de publ. iud. & alias gl. allegat Fel. vbi similis est in c. dilectus. de rescriptis.

Limita sex modis, vt ibidem per eum, col. 4.

REGVLA CCLXII.

EXCOMMVNICATVM ab vno regulariter, alius non absoluit. Tex. est in c. pastoralis. §. præterea. de offi. ordin. qui ad hoc quotidie allegatur secundũ Abba. ibi. Facit tex. in c. cum ab ecclesiarum. eod. tit. & in c. 1. de treu. & pace. cum alijs quæ allegat Fel. in d. §. præterea. in prin.

Limita hanc regula sex modis, vt per eum ibi, col. 2. & 3. vbi primam ampliat vno modo, & limitat alio. Quas limitationes, quia materia quotidiana est, in summa libet referre.

Primò fallit dicta regula in excommunicatione lata per constitutionem hominis. Io. Andr. Abb. & Imo. de præb. c. graue. per c. nuper. de senten. excommuni. æquiparando constitutionem

constitutionem inferiorum canoni Papæ Idem Abb.in d. c.nuper.1.col.& alij relati per Fel.vbi suprà.

Secundò fallit in delegato Papæ, quia data negligentia, vel iniusta denegatione illius qui excommunicauit, poterit ipse absoluere quantù ad effectum, vt possit agitari causa sibi commissa.c.prudentia.§.sexta.& §.fi.de off.dele.& rationem assignat ibi Abb.in §.fi.in fi.post alios, vbi vide.

Tertiò fallit, in eo qui succedit excõmunicatori in ipsa causa:& intelligunt doct.idem si non succederet in honore, sed in onere: pro quibus vide Dom.post Lap.de offic. deleg.cum pluribus,in fi.in 8.

Quartò fallit in articulo mortis, vt est textus hic, & de rapt.in literis.cum gloss.& de sponsalib.non est.cum concordant.

Quintò fallit in Papa, qui absoluit excommunicatū ab alio,etiam à concilio.Ludou.consi.354.circa propositam. post principium, inducit pro sing.gl.fin.in c.ad reprimendam.eo.ti.dum dicit ordinarium posse absoluere excommunicatum à plebano subdito suo.

Sextò fallit in absolutione quæ fit testi,pro ferendo testimonio,iuxta c.veniens.el 2.de test.quia potest fieri à iudice causæ.Oldr.consi.278.licet quantum.versi.super tertio.& de veritate,& declaratione vide Fel.vbi suprà.

REGVLA CCLXIII.

EXCOMMVNICATIONEM non inducit præceptum factum à iudice sub pœna excommunicationis,licet contrauenìatur, sed requiritur noua excom.glo.in c.relatum. de iure pat.& in c.a.de matr.contrac.contra interd.eccles. cum alijs quatuor, quas commendat Feli.in c.sicut tuis.de simo.in col.2.

Limita tripliciter,vt per eundem Fel.ibi.

REGVLA CCLXIIII.

EXCOMMVNICATIO potest ferri particulariter per sententiam contra subditum extra territorium. Regula est quam tradit Phil.c.cum sit Romana.de appel.per text.ibi, & in c.tuæ.de cler.non residen. quem sequitur Fel.in c.fin. de foro compet.in col. 14.quasi ad finem.

Limita tripliciter,vt per Felin.vbi suprà d.columna 14. & sequent.

REGVLA CCLXV.

EXCOMMVNICATIO monitione non præmissa, ferri non potest. Tex.in c.sacro.de sent.excom.

Limita quinque modis,vt per Fel.ibi,col.2.in fin.

Excussio,vide suprà,in verbo creditores.

REGVLA CCLXVI.

EXECVTIO quando fit super re, super qua cognitio præcessit,& sententia est lata, non impeditur à tertio se opponenti,sed illi cauetur de indemnitate. Text.in l.is à quo fundus.cum l.seq.ff.de rei vend.& in l. pen.de pet.hæredi. tenet Bar.per illa iura, in l.à diuo Pio.§.si super rebus.ff.de re iudi.& in l.si alienam rem.ff.de sol. Bald.c.1.§.si duo.de pace tenen.in vsib.feud.

Limita hanc conclusionem dupliciter, vt per Iaf.d.§.si super rebus.col.fin.

Primò vbi posset sequi animarum periculum ex adiudicatione,seu traditione: vt cum duo petunt vxorem vnam, licet alter prius probet,non est sibi adiudicanda cū cautione indemnitatis: sed est differenda executio, donec alter probauerit. Abb.post Inn.in rub.de spon.duorum.

Limita secundò hanc conclusionem,quando pendente iudicio,tertius se opposuit,secus si post latam sententiã, & in rem iudicatam translatam,quia tunc etiam sine cautione indemnitatis potest sententia executioni mandari.

REGVLA CCLXVII.

EXECVTIO nō potest fieri pro debito vniuersitatis contra vnum in solidum,sed solum pro rata:notat Bart.in l. si se non obtulit.ff.de re iudi.

Limita tripliciter vt per Ripam ibi,in col.6.

REGVLA CCLXVIII.

EXECVTOR mixtus, super exceptionibus non iudicat. Gloss.est in c.pastoralis.§.quia verò.de offic.deleg.vbi Doctor.

Limita dupliciter hanc conclusionem , vt per Felinum ibi,columna 5.

REGVLA CCLXIX.

EXECVTOR testamentarius non potest suum officium alteri committere:not.Bar.in l.nulli licere.C.de episco. & cler.in col.3.versi. Sed nunquid episcopus.not.Io.And. in nouella,in c.fin.de testam.in 6.

Limita in exequutore legato,vt est iudex vel episcopus. Ita firmat Bal.d.l.nulli.d. versi.quod dicit perpetuò notandum Alex.in l.1.col.3.ff.de leg.2.

REGVLA CCLXX.

EXECVTOR ad lites merus,id est datus post liquidā materiam executionis, vt nuncius datus ad possessionem tradendam,nullam exceptionem audit.Text.est in lege,si vt proponis.& in l.executorem.C.de executio.rei iudic.

Limita in quinque casibus collectus per Fel.in c.de cætero.in col.2.de re iudi.

REGVLA CCLXXI.

EXECVTOR mixtus datus,scilicet non cognito nec discusso negotio executionis,fortè à statuto in auxiliū iurisdictionis habet cognitionem exceptionum, non decisionem.Tex.secundum Abb.in c.de cętero.de re iudi.tex. iuncta gl.in c.dicenti.§.& si non cognitio.25.q.2.Dom.in c.sicut.2.q.1.

Limita dupliciter,vt per Fel.in d.c.de cæterò.col.1.cum princip.seq.

REGVLA CCLXXII.

EXECVTOR nudi ministerij,non habet iurisdictionem nec coercionem.c.fi.§.fi.de offic.deleg.c. pastoralis. §. quia verò.eod.tit.

Limita quatuor modis hanc conclusionem, vt per Fel. in c.ex literis.col.fi.de offi.deleg.

REGVLA CCLXXIII.

EXHÆREDARE, vel præterire filios non licet parentibus, nisi expressa vna de quatuordecim causis expressis in iure,vt in authen.vt cum de appel.cogno §.aliud.quoque capitulum.col.8.& in auth.non licet.C.de lib.prę te.& exhær.vel alia grauiori causa,vt tenet Guliel.in d.auth.nō licet.quem ibi sequitur Iaso.in col.2.alios referendo idem sequentes.Et habes Hispane l.4.5.& 6.tit.7.par.6.quæ tibi exponunt causas exhæredationis.

Limita octo modis,vt per Iaso.in d.auth.non licet.col. pen.& fin.

REGVLA CCLXXIIII.

EXPENSARVM condemnationē excusat victus, quando habet iustam causam litigandi:not.glo.& doct.c.finem litibus.de dolo & contum. per Bart.in l.si quis inficiatus.ff.deposi.& per doct.l.qui solidum.§.etiam.ff.de leg.2. ponit Hippo. vbi hoc comprobat pluribus allegationibus in l.patre vel marito.ff.de quæst.col.4.cui regulæ in col.5. & duabus seq.tres limitationes assignat,earum quamlibet late prosequendo:quas vt habeas, libet in summa referre, præmaximè,quia alias addere intendo,& quando quis dicatur habere iustam causam litigandi,vide quinque exempla per Lanfr.in tract.de expēsis.col.1.& 2.melius per Ias. in §.finantem alterutra. infra allegando , in columna 4.& 5.vbi ponit nouem conclusiones & exempla in materia. Habes Hispane l.7.titul.22.parti.3.quæ hanc regulam approbat, & tres casus, in quibus quis dicitur habere iustam causam litigandi,subiungit.

Limita primò, quando inter partes esset conuentum quòd victus in causa solueret expensas. Adde Iaso.qui in hac fallentia bene loquitur in l. properandum.§.sinautem alterutra.col.2.C.de iud.

Secundò limita , quando in loco in quo litigatur viget statutum, quòd victus victori in expensis condemnetur.

quia tunc non excusat iusta causa litigandi. Adde Iaso. vbi suprà, in 3.col. qui per totam illam col. hanc limitationem prosequitur, & optimè examinat.

Tertiò limita secundum eundem Hippo. vbi suprà, in causa appellationis, quia succumbens in ea, semper debet condemnari in expensis: quia cum habet contra se primã sententiam, præsumitur non habere iustam causam litigandi, qui plura allegat ad hoc.

Quartò limita secundum eum, in expensis quæ debentur ratione contumaciæ, quia ab eis non defendit dicta iusta causa. Ita limitat Ias. vbi suprà, col.4. versi. tertiò principaliter. post Sali. ibi.

Quintò limita, quando quis succumbit in aliqua interloquutoria, quia tunc indistinctè condemnatur in expensis, non habita differentia an habuerit iustam causam litigandi, vel ne. Ita Ias. d.4.col. post Ang. ibi.

Sextò limita, in sportulis, quia ad illas tenetur aduersarius, licet habuerit iustam causam. Ias. vbi suprà post Bald. in l.fin.col.vlt.C.de fruct.& lit.expen. & in d.materia expensarum, vide notab. per Hippoly. in d.l.patre.col.8.9. & 13.cum tribus sequentibus.

Expensæ, vide suprà in verbo, accusator. & verbo, debitor, lo 2.

Regvla cclxxv.

EXpressvm vbi aliquid requiritur simpliciter, sufficit quòd tantum colligatur ex mẽte & identitate rationis: probat tex. iuncta gl. ibi in l.prætor. in prin.ff.de oper. noui nunt. & in c.cum olim. de censi. in fin.

Limita quadrupliciter istam regulam, vt per Ias. d.l.prętor. colum.2. vbi eam descripsit: & vide eundem Ias. in l.1. ff.de vulgar. & pupillar. columna 3. vbi easdem limitationes ponit.

Regvla cclxxvi.

EXtensio non est licita in legibus correctorijs, etiam ex maioritate rationis. Tex. & ibi communiter docto. in auth. quas actiones. C.de sacrosanct. eccles. not. Bar. in l. præcipimus. §.fin.C.de appel. quem pro ista regula refert Iason in d.authen. quas actiones. versi. sit ergo firma regula. in 7.col. Sed Bart. ibi non loquitur de maioritate, sed de identitate rationis. Allegat etiam idem Ias. glo. in l.tam is. ff.de dona. causa mort. §.1. & est tex. quem dicit meliorem de iure cum gloss. in auth. de administ. offic. in sacris appel. col.3. & vide eundem Ias. in l.de quibus. ff.de leg. in col.3. vbi allegat gl. quam dicit communiter approbari in d.authen. quas actiones.

Limita istam communem sentẽtiam sex modis, vt per Ias. in d.auth. quas actiones. col.7. & sequent.

Regvla cclxxvii.

EXtimatio communis valoris, præsentis temporis, & non futuri attenditur in beneficijs: tenet Oldra. consil.58. latè Felin. in c.eam te. colum. fin. versic. fallit quintò. de rescript.

Limita dupliciter, vt per eum in capit. ad aures. colum. fin. eod. tit.

Regvla cclxxviii.

EXtimatio rei dotalis, vel alterius rei, in dubio facit emptionem. l.1. cum glo. & l.quoties. & l.si inter. vbi gl. singul. & Bald. C.de iure dot. per doctor. in l.si extimatis. ff.solut. matr. quam regulam inter suas inserit Socin. in regula 141. incipien. extimatio, &c. quam tantum vnico modo restringit.

Amplia primò siue tunc fiat extimatio, siue committatur arbitris, siue alteri personæ quę debeat extimare: notat Soci. consil.56. incipien. stantibus. 1.col. quod consilium in ista materia summè nota, quia multum declarat materiam extimationis rei dotalis.

Amplia secundò, etiam si partim det in pecunia, partim in rebus ad ornatũ mulieris extimatis, quia tenebitur maritus ad pecuniam, & deterioratio vestium erit suo periculo, tenet Socin. consil.289. incip. difficultas. refert & sequitur vtranque ampliationem Ioan. de Neuiza. in loco infrà allegando.

Limita quatuor modis, vt per Iaso. in l.ex conuentione. C.de pactis quorum vltimum magis memoriæ fige, secundum eum, videlicet quando maritus non est soluendo, quia tunc non facit emptionem: quod nota, quia est quotidianum, & dicit ipse obtinuisse in practica. quod dicit etiam aureum dominus Ioan. Lupus in repetitione rubr. de donatio. inter virum & vxor. fol.9. col.1. versic. intellige. idem in repetit. capit. per vestras. fol.9. colum.1. in additione, vbi plures refert idem tenentes. Et prædictas quatuor limitationes Iason refert Ioan. de Neuiza. in sua Sylua nuptiali. folio 8. col.2. & cuilibet limitationi earum addit ipse vltra Iaso. alios doctor. idem tenentes, & ipse tandem vltra prædictas ponit alias tres limitationes.

Octauò limita, nisi in extimatione facta non sit pretiũ condignum rei, quia tunc in dubio non facit emptionem. Ita Bal. in l.1. versi. tertiò quæro. C.commod. refert Areti. cons.84. incip. diligenter ponderatis his. in col. pen. in prin. & notat idem Bald. dict. l.ex conuentione. & refert ibi Ias. declarando primam limitationem licet hanc pro limitatione non assignet, & sequitur Ioan. Lup. in dicto cap. per vestras. d.col. prima.

Et nota singulariter, quòd in hac extimatione rei dotalis, in quacunque quantitate maiori vel minori iusto pretio interueniat, deceptio debet reparari, & quod deest, vel superest, læso restitui. Ista est notabilis lex regni nostri, in quarta part. tit.11. in l.16. quam nota, & sic non attenditur ꝙ sit vltra dimidiam iusti pretij, vt in alijs contractibus.

REGVLÆ D. PETRI DVENAS.

De litera E.

REGVLA CCXXVII.

EA quæ in testamento adimuntur, ipso iure adempta cẽsentur. Quam regulam probat tex. & ibi Bart. numero 2. in l.si ita sit scriptum. & ibi glo. in verbo, ipso iure. ff.de legat.1.

Hanc regulam ampliat duobus modis, & limitat tripliciter Vldaric. Zasius in d.l.si ita sit scriptum. à nu.7. vsque ad numerum 14.

Regvla ccxxviii.

ECclesia habet priuilegium, vt pro quocũque crimine ab ea quis extrahi non possit. Hanc regulam probat tex. in cap. definiuit. cum alijs. 17.q.4. in c.reos 23.q.5. in c. inter alia. de immuni. ecclef. De iure regio est tex. in l.2. tit. 11. parte 5. circa quam regulam vide Ioan. de Visquis in repet. dict. c. definiuit. quæ posita est per modum tractatus, in 2. volu. tractat. diuersorum doct. Didacũ à Couarruuias in lib.2. Variarum resolutionum, cap.20. Ioan. Igne in l.1. num.4. cum alijs. ff.ad Syllania. Petrum Rebuffum in glo. ad constit. Regias Galliæ, in 2. parte, in tractat. de immunit. ecclesiarum, per totum, Nicol. Boer. in decisione 109. Guliel. Maine. in regula, Nemo de domo. ff.de reg. iur. Ias. in l.plerique. ff.de in ius vocan.

Hanc regulam ampliat quinque & viginti modis. Remigius de Gonny in tract. de immuni. eccles. à pagina 14 vsque ad pag. 100. & à pag. 101. vsque ad pag. 209. limitat eam 39. modis.

Et circa hanc regulam vltra Aluarum Pelargum in libro primo de planctu ecclesiæ, articu.66. cum sequent. vide 8. priuilegia ecclesiarum per Catel. Cotta in Memorali. iuris,

ſuris, in verbo, eccleſia. Et viginti priuilegia ponit Guliel. Luueranus in Arbore iuriſdictionum, numero 15. Et trigintaſeptem priuilegia eccleſiarum & dotium, cum 30. illationibus, ponit notabiliter Cæſar Lambertinus in tract. iuris patronat. in arti. 8. 5. q. principalis libro 1. à num. 1. vſque ad num. fin. fol. 35. col. 3. Quæ 37. priuilegia ante eum poſuit Pau. de Citatidinis in tract. iuris patrona. in 3. parte. q. 12. ſecundæ cauſæ, per totam.

Regula. CCXXIX.

Eccleſia fundata, conſtructa, & dotata, poſt fundationem, conſtructionem, ſeu etiam poſt conſecratonẽ, non poteſt acquiri in ea ius patronatus: quia cum ſit libera non poteſt recipere ſeruitutes. Hanc regulam ponit glo. in c. piæ mentis. in glo. 1. circa medium, in verſi. ſi quis autem poſt conſecrationem. 16. q. 7. quam gl. ſequuntur ibi doct. & Inno. in rubrica, nu. 2. de iure patronatus. vbi dicit dantem aliquid eccleſiæ, poſt conſecrationẽ eius non dici patronatum, ſed bene factorem. quem ſequitur Ioan. Andr. in c. 1. de iure patronatus, lib. 6. Cardi. in rubrica de iure patronatus. quæſtio. 6. & conſil. 82. Archid. in c. filijs. 16. q. 7. Abb. in c. quoniam. num. 9. de iure patronatus. idem Abb. in conſil. 28. numeto 1. & in conſi. 106. nnmero 2. & latiſſimè in conſi. 59. numero 3. volum. 2. Angel. in ſumma, in verbo, ius patronatus. §. 4. Felin. in c. cum venerabilis. numero 37. ad medium. de exceptioni. & ita expreſsè concludit Lambertin. per plura, in tractat. iuris patronat. in 1. lib. q. 6. primæ partis principalis, nu. 1. cum ſeqnen. fol. 47. col. 4. Hanc regulam ampliat tripliciter, & limitat tribus modis, vbi has ampliationes & limitationes ſublimitat & declarat Cæſar Lambertinus in tractat. iuris patrònat. in 1. parte 1. lib. in 8. art. 6. q. principalis. num. 4. per totum, folio 56. colum. 4.

Regula CCXXX.

Edere non cogitur inuitus rationes vel inſtrumenta; ſed tertius apud quem reperinntur. Hanc regulam probat gl. in l. in fraudem. in §. nec inſtrumenta. in verbo, edi. de iure fiſci. quam pro notabili allegat Angel. de Peruſio in leg. 1. in §. editiones. ff. de edendo. eandem gloſ. ſequitur Abb. in capitu. 1. numero 22. de probatio. vbi reprehendit Anton. de Butrio qui contrarium tenuit per rationes, quas ibi Abb. adducit: quam gloſſ. ſequitur Iaſo. in l. prætor ait. in princip. nu. 9. ff. de edendo. & ſecundum illam glo. conſuluit Alex. in conſil. 58. numero 4. vol. 1. Felin. in d. c. 1. numero 14. de probatio.

Hanc regulam limitat ſeptem modis Philip. Deci. in d. c. 1. de probatio. à nu. 273. vſque ad num. 281.

Regula CCXXXI.

Edictum iuris patronatus eſt prohibitorium, vt omnes ex fundatione, conſtructione, & dotatione acquirere poſsint ius patronatus qui non ſunt ſpecificè à iure prohibiti. Quam regulam probat tex. & ibi Ioan. And. Card. & docto. per eum in c. nobis. de iure patrona. & ita concludit Lambertinus in tract. iuris patrona. in 1. part. 1. libro. in 6. q. principali, in princ. nu. 1. fol. 57. col. 3. & in eadem q. 8. artic. 2. num. 33.

Hanc regulam ampliat nouem modis, & limitat tripliciter Lambert. in d. tract. in 1. par. 1. libri, art. 15. 7. q. principalis: nu. 10. fol. 66. col. 2. verſi. ex omnibus.

Regula CCXXXII.

Edictum de præſentandis dicitur permiſſum, vt quilibet admitti poſsit dummodò in eccleſia vel locis pijs ſit clericus, in alijs locis iuxta qualitatem eorum. Probatur hæc regula per totum, de iure patronat. & 16. quæſtio. 7. ita tenet Lambertinus in tractat. iuris patronat. in 1. par. 2. libri, in 7. q. principali, fol. 214. col. 4. Hanc regulã ampliat vndecim modis, & limitat quinque modis, vbi multipliciter reſtringit has ampliationes & limita. Lamber. in d. tractat. in 1. par. 2. libri, art. 18. 7. q. principalis, num. 7. fol. 221. col. 3. verſi. ex omnibus dictis.

Regula CCXXXIII.

Eligens ſemel, non poteſt amplius eligere. Hãc regulam probat tex. in l. ſerui elect. in princi. ff. de leg. 1. in l. apud Aufidium. ff. de optione legata. in leg. ſi his qui. ff. de procura. in reg. quod ſemel. de reg. iuris, lib. 6. cũ alijs. Circa quam regulam vltra doct. in ſupradictis locis, vide Ioã. Paponium in gl. ad conſuetu. Borbonias. §. 480. Pau. Pariſ. in conſi. 81. nu. 14. lib. 1.

Hanc regulam cum ſex ampliationibus, & quatuor limitationibus ponit Franc. de Ripa in d. l. ſerui electione. à nu. 1. vſque ad numerum 17.

Regula CCXXXIIII.

Electio ſola non tribuit ius electo. Hanc regulã probat tex. in l. Publius. ff. de conditio. & demonſtratio. & in l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcriptio. tex. not. in l. ex eo tempore. & ibi gloſſ. quæ allegat plures concordantes in l. verbo, electi. ff. de milit. teſtamen. Abb. & Doct. in c. poſtquam. de electio. not. Paul. Pariſi. in conſi. 19. nu. 16. cum alijs, vol. 4.

Limita primò nõ procedere in electione facta per Principẽ: quo caſu ſtatim adminiſtrare poteſt: vt in l. 1. in prin. ff. ad l. Iul. de ambitu. & in Auth. de collatori. in §. ad hæc iubemus. col. 9.

Secundò fallit quando ſuperior habere neceſſe confirmare: vt in l. ſi quos ſpontaneos. C. de decurio. lib. 10. quia nihil videtur dare: vt in l. vnum ex familia. in §. ſi de Falcidia. ff. de leg. 2. alias ſecus: vt in d. l. ex eo. & in l. j. C. de confirman. tut. & in Auth. matri & auiæ. C. quãdo mulier offi. tute. fun. poteſt.

Tertiò fallit per inueſtituram, vel proximam cinguli acceptionem: nam hæc eſt quædam confirmatio: vt in l. ſi. ff. de milit. teſtamen.

Quartò limita procedere in conſulatu, vel maioribus dignitatibus: ſecus in minoribus: vt in §. filius familias. Inſtit. quibus modis ius patriæ poteſta. ſolui. & in l. ſi. C. de decurio. libr. 10. in Auth. de armis. in §. illud. colla. 6. & in Auth. Sed epiſcopalis dignitas. C. de epiſc. & cleri. notatur in l. ſi. C. de conſulibus. lib. 12. Epiſcopus autem & ſpiritualis dignitas non poteſt confirmari ante cõſecrationem: vt in c. qualiter poſt obitum. de electio. & in Extrauaganti Bonifacij Octaui, incipienti, Iniunctæ. in §. præſenti itaq; ſub tit. de electi. in Extrauaganti communi.

Quintò limita nõ procedere in caſu c. nihil. de elec. duobus ſcilicet concurrentibus: concordantia electionis, videlicet nemine diſcrepante: & quòd ſint vltra Italiam, tamen Papæ ſubiectę.

Sextò fallit in electione Romani Põtificis: vt in c. licet. in fi. de elect. & in c. in nomine Domini. 23. diſt. quod etiã eſt in Imperatore, tenet Io. And. in c. venerabilem. de elec. & ita communiter teneri firmat Io. de Platea in proœmio Inſti. nu. 23. facit tex. in c. legitimus. 93. diſt. quem tex. allegat glo. in c. indemnitatibus. in §. ſi verò. in verbo, authoritate. de elect. lib. 6. & idem de conſuetudine ſeruari tenet Panor. in cap. nihil. de electio. & eandem opinionem dicit etiam communem, vbi allegat quamplures Doct. Hieronymus Cagnolus in proœmio Digeſti veteris. num. 38. reprobata glo. in l. bene à Zenone. in verb. inſulas. C. de quadriennij præſcriptio.

Septimò fallit in electione Abbatiſſæ: vt in cap. in dignitatibus. in §. ſi verò. de elect. libro. 6. & ibi gloſſ. verbo, authoritate.

Octauò fallit ex conſuetudine tribuente ius plenum ex ſola electione: vt in electione Rectoris Scholarium: ſecundum Bald. in Authent. habita. numero 44. C. ne filius pro patre. quem ſequitur Abba. in cap. poſtquam. numero 2. de election. Quod etiam diſponitur in conſtitutionibus huius Vniuerſitatis. Conſtitutione prima: quamuis de iure aliter habeatur: vt in l. priuatorum. & ibi gl. C. de iuriſdi. omn. iudic.

Regvla ccxxxv.

ELectio debitoris est in alternatiuis. Hanc regulã probat tex.in l.plerunq;.in §.pen.ff.de iure dotium. & in l. si ita relictũ.ff.de leg.2.& in l.pen.C.de condic.indeb.in c. referente.de præb.in reg.in alternatiuis.de regul.iur.lib.6. De iure regio probatur in l.24.tit. 11.part.5. Circa quam regulam & eius materiam vide Dinum in d.regula, In alternatiuis.& ibi Additionatorem eius, vbi congerit quam plures Doct.qui hanc materiam examinant.

Hanc regulam limitat notabiliter Ant. Negusan.de Fano,vno modo in tract.de pignoribus. in 1.membro 5.partis principalis:nu.5.& 6. Eandem regulam limitat duobus modis Iacobinus de sancto Georgio in d. l. plerunque. in §.si res.ff.de iure dotium. Alijs duobus modis limitat Catellia.Cotta in Memoralibus iuris: in verbo, alternatiuarum electio.

Hanc etiam regulam limitat quinque modis Fel.vbi notabiliter tractat eius materiam, in c.inter cæteras.nu.4.de rescriptis. Eandem regulam cum duabus ampliationibus, & quinque limitationibus suis ponit Nic.Euerar.in suis locis legali.in loco 49.Hanc item regulam cum sex limitationibus ponit Martinus Sanctius Vascoletus in tract.indiuiduorum:in 3.cerula,nu.50.

Regvla ccxxxvi.

ELigere habentes,debent idoneiorem eligere:nec sufficit idoneum eligere. Quam regulam probat tex.in c. licet ergo.in princ.8.q.j.cum concordantijs allegatis ibi in gl.in verbo,qui præstantior.

Hanc regulam cum vnica ampliatione,& vnica limitatio.& plures restrictiones ad illam ampliationẽ & limitationem,vbi eius materiam notabiliter tractat,ponit Cęsar Lamb.in suo tract.iuris patrona.in 1.part.2.libri,in 3.arti. 10.q.principalis:nu.23.fol.253.col.1.

Regvla ccxxxvii.

EMphyteuta emphyteusi finita non perdit seruitutes acquisitas,neque impensas & meliorationes:sed eas seu earum æstimationẽ retinere potest. Quæ regula probatur primò naturali ratione, quæ neminem patitur cum iactura aliena locupletiorẽ fieri: vt in l.nam hoc natura.ff. de condi.indebiti.in reg.locupletari.de reg.iur.libr.6.cum simil.bonus tex.in l.planè.in §. sed benignius.ff.de repetitio.hered. Secundò probatur per dispositionem iuris cõmunis,qua cauetur, eum qui bona fide in re aliena ædificauit, vel aliquid ad perpetuam vtilitatem fecit,posse huiusmodi sumptus vtilium vel necessarium impensarum repetere: vt in §.certè illud. Instit.de rerum diuisio.& in l.qua ratione.in princi.ff.de acquir.rerum dom.in l.domos.ff.de leg.1.in l.si quis sciens.& in l.si in area.C.de rei vend.cum similibus. Et in emphyteuta,ita tenent Doct.in l.senatus. in §.Marcellus.ff.de leg.1.pręcipuè Lance.Dec.col.2.Bal. in cap.1.in §.si vasallus.numero 1.hic finitur lex Federici, in Vsib.feud. & ita expressè ibi tenet Matthæ.de Afflict. numero 12.idem vult Bald.in Authent.excipitur.C.de bonis quæ libe.numero 2.idem Bald.in leg.2.C.de rei vend. numero 2.& in l.in rem.in §.tignum.ad fin.ff.de rei vend. Paul.Castr.in authent. qui rem. C.de sacrosanct.eccles. & in consil.238.numero 3.& 4.volum.1.Raphael Cum.latè in consil.57.per totum.Guido Papa in decisi.169.& in decisi.439. Deci.in consil.518.numero 1.Iaso.in leg.secunda in septima notab. numero 27. Albertus Brunus in tractat.de augmento:conclusio.20.& hæc est veritas:quamuis Raphael Fulgosius aliter consuluit in consilio 9. incipienti,Abbas.

Hanc regulam, cum quatuor ampliationibus, & duabus limitationibus, vbi not.tractat hanc materiam,& declarat quam plurima iura loquentia in casu huius reg. ponit Carol.Mol.in gloss.ad d. consuetudines Parisienses, in tit.1.§.1.glo.5.numero 75.vsque ad numerum 99.fol.38. colum.4.

Regvla ccxxxviii.

EMens à fisco rem alienam vt fisci, statim est securus & ille qui prætendit habere ius in illa re, debet mouere actionem contra fiscum:alias non auditur. Hanc regulam probat tex.in l.bene à Zenone.& in l.2.C.de quadrien.pręscriptio.in §.fin.Instit.de vsucapio.De iure Regio probatur in l.53.tit.5.par.5.

Hanc regulam ponit Feli. cum quinque limitationibus in c.quæ in ecclesiarum.de constit.nu.35.Ias.in Auth.quas actiones.nu.4.C.de sacrosan.eccles. & in alijs quam pluribus locis infrà,in limitationibus relatis. Ex quibus omnibus limitatur sequentibus modis, præterquam quòd eandem reg.limitat nouem modis Corsetus in Repertorio ad Abbatem.in verbo,l.bene à Zenone.

Limita primò quando fiscus bona fide posside bat,credens ꝙ res esset sua:quia tunc procedit illa lex:secus quando fiscus vendit rem istam mala fide: quia tunc non procedit.ita notab.tenet Bald.in l.fi.nu.2.C.si contra ius vel vtil. publ.pro qua opinio.est gl.in l.2. C.de communi.rerũ alienatio.& in l.1.in verbo,distrahatur.C.de vendi.rerũ fisca. lib.10.ita tenet Abb.in c.2.prope finẽ,de rebus eccles.non alienan.Fel.in c.quę in ecclesiarum.nu.32.de consti.Mart. Lauden.in tracta.de Principibus.q.11. & istam esse cõem opinio.firmat Matth.de Affl.in c.j.in fi.in verbo,& bona committentium.nu.168. quæ sint Rega.in Vsibus feudo, eam etiam tenet Iacobi.de S.Georgio in l.1.nu.8.C.si aduersus fiscum.Rode.Xuarez in allegat.11.Et in dubio præsumitur quòd fiscus bona fide possideat: ita vt onus probandi principem non possedisse incumbat actori. ita not. tenet Bal.in l.multum.C.de commu.rerum aliena.Roma. in consi.310.nu.5.Ias.in Auth.quas actiones.nu.6.in fin.C. de sacrosan. eccles. vbi dicit ꝙ hoc est multum tenendum cordi.Fel.in d.nu.37.Franc. Balb.in tract.præscriptio.in 2. par.5.partis principa.q.8.nu.2. Nicol. Bellon. in consil.51. nu.4.Curtius Iunior in l.hæres absens.nu.16.ff.de iudi.Carol.Ruin.in consi.46.nu.13.vol.1.

Limita secundò non habere locũ in bonis ecclesiæ alienatis à Principe vel à fisco: vt est gl.notab.in c. quicũq; militũ,in verbo, consensu.12.q.2.vbi alle.bonũ tex.in c.placuit.el j.& ibi gl.in verbo,annos.16.q.3. & hanc opinionẽ tenet Fel.in c.quæ in ecclesiarũ.nu.36.de consti.Matth.de Affli.in decis. Neapol.decis.361.nu.42. idem in præludijs constit. Neapol.q.14.idem in d.c.1.in versi.& bona committentium.nu.171. quæ sint Rega. in Vsibus feudorum. Marti.Laud.in tract.de Princip.in d.q.11. Abb.in c.2.nu. 6.de reb.eccle.non alienan.Rom.in sing.612.Ias.in Auth. quas actiones.nu.5.C.de sacrosan.eccle.Franc.Balb.in tracta.præscrip.in 2.par.5.partis princip.nu.2.Guliel.Bened. in repet.c.Raynutius.in verbo,& vxorem nomine Adelasiam.nu.384.Pau.Paris.in consi.27.nu.88.vol.1.Alex.in consi.52.nu.8.vol.7.

Tertiò limita vt indistinctè non pocedat de iure canonico: vt est gl.sing.in verbo,irrita.in c.2.de reb.eccles.non alienan.quod intelligunt ibi Doct.in præiudicium ecclesiarum,secundum Abb.ibi,nu.6.quẽ sequitur Fel.in d.c.quæ in ecclesiarum.nu.38.Fran.Balb.vbi suprà.num.2.& illam etiam gl.sequitur Matth.de Affl.in d.q.14.in præludijs constit.Neapol.Ias.in d.Auth. quas actiones.nu.5.& Paul. Paris.in consi.27.nu.88.vol.j.Hierony.Zanetinus in trac. differentiarum vtriusque iuris.nu.111.

Quartò limita vt procedat dummodo Princeps vendat vel donet rem alienam, dicendo se facere de plenitudine potestatis:alias secus.ita tenet Bald.in procemio Decreta. col.2.Quem sequitur Marti. Lauden.in tract.de Princip. q.2.Franc.Balb.vbi suprà.Circa quam limitationem vide. Feli.in d.c.quæ in ecclesiarum.nu.39.& Stepha.Bertrand in consi.15.nu.20.volu.1. secundæ impressionis:& contra eam tenet Hieronymus Zanetinus in tracta.differentiarũ vtriusque iuris.num.115.

Quintò limita vt procedat tantùmodo in Imperatore

& fisco

& fisco: non autem in principibus inferioribus. ita Bal.in c.ad Apostolicæ, de re iudi.lib.6.idem in c.fi.nu.fi.de re iudi.vbi dicit hoc esse menti tenendũ pro limitatione supradictæ regulæ.eandẽ opinionẽ tenet expressè Ang.de Perusio in repe.l.1.C.de fide instru.lib.10.Soci.in consi.46.vol.4.Ias.in d.Auth.quas actiones.nu.6. Abb.in consi.3.volu.1.Curtius Iunior in consi.142.in fin.& in consi.vltimo in fin.Curtius senior in consil.50.nume.32.Ias.in consi.167.volum.1.Steph.Bertrand.in consil.15.numero 19.volum.1.impressionis secundæ. Hieron. Zanet. in tract.differentiarum vtriusque iuris.nu.110.

Episcopvs statuendo potest adiuuare ius commune:scilicet apponendo pœnam vbi ius non imponit:vel aggrauando pœnam à iure impositam:vt in c.innotuit.& ibi Anto.de But. & Panor.de eo qui furt.ord.susc. & in c.2.in §.statutū.de constit.lib.6.glo.in Clem. ne Romani.in verbo, tolli.de elect.quam omnes doct. ibi sequūtur.ita tenet Panor.in c.cùm dilectus.numer. 10. de consuet.& in c.cum consuetudinis.nume.5.eod.tit. & in c.ne mine.nume.6.de offic.legati.& in c.licet.nume.2.de officio ordinarij.& in c.ex frequentibus.nu.5.de institutio.& in c.à nobis.el j.in j.notab.vbi bonus tex.de sent.excommu.Host.Io.Andr.Card.& Ant.de Butr.in d.c.fi. de officio Archipresbyteri.Anchar.in c.j.q.11.de constit. in repet.& in consi.425.incip.viso & diligenter.col.fi. Bald.in rub.de constit.col.2.vbi dicit hoc ideò esse,quia episcopus habet merum imperium.idem Bal.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iur.& in l.progiammata.col.j. C.comminatio. vel epist.Imo.in c.ex tuæ.de cleric.nō resid.Host. in c.ex parte.el 3.de verb.signi.Pau.Castren. in l. non est nouum. ff. de legi.Gemin.& Præp.in summa.18.dist.& in c. mancipia.in princ.54.dist.Io. Fab. in §.sed quod principi. Insti. de iure natur.Ang.in §.ius ciuile.col.3.Insti.eod.tit.Rom. in consi.428.nume.7.Alex.in consi.55.num.15.col.14.in fi.vol.4.Fel.vbi plura allegat,in c.quod super his. nume.9. de maior.& obed.Rochus de Curte in tract. de consuetudine,nu.278.Ratio huius regulæ est: quia pœnam apponere statutis,dependet à iurisdictione.ita tenet Abb. in c. quæ in ecclesiarum.nume.6.in fi. de consti. & ibi Philip. Dec.nume.37.Fel.in c.irrefragabili.in §.cæterùm.col.2. versi.limita tertiò de officio ordi.fel episcopus habet iurisdictionem:imò merum Imperium: vt in c.si quis episcopus,2.q.7.& ibi glo.j.tex.in c.de persona.11.q.j.not. doct.in c.cùm contingat.de so.compet.Bal. & doct. vbi Ias.nu.18.in l.imperium.ff.de iurisd.omn.iud.

Hanc regulam ponit Henricus Bothæus in tract.de synodo episcopi,in j.artic.conclusione 13.à nu.106.vsq; ad nu.135.cum octo ampliationibus, & 4.limitat. & à nume.135.vsque ad num.236.infert 46.illationes ex supradicta regula.

Regvla cclii.

Episcopvs aliquem excommunicans in statutis suis,si absolutionem sibi non reseruauit, alter quàm ipse vel inferior absoluere potest. Hanc regulam ponunt Ioan.Andr.Imo.& Panor.in c.graue.in fi.de præben.per tex.in c.nuper.de sent.excommunic. vbi hoc tenet Henricus Bohic in vlti.dist.& Abb.in 5.notabili.Felin.col. 2. ver.no.tex.optimū.Panor.in c.Pastoralis.in §.prætereà. nu.1.de offic. ordi.& ibi Felin.nu.9.in j.fallentia. & in c. prudentiæ.in §.fi.nu.19.in j.fallentia de offic.delega. Petrus de Palude in 4.sententiarum,dist.8.q.5.art.j.col.j. Angel.de Clauasio in summa,in verbo,absolutio. el j. in §.3. Syluester in summa,in verbo,absolutio.el j.col.6.ver.absolutio ab excommunicatione statutorum. Facit quod scribit

ſcribit Archidiacon.in ſumma.17.diſt.in finalibus verbis: & ibi Geminia.& Præpo.dicentes q̀ à ſententijs latis per concilia prouincialia poſſunt ſuffraganei abſoluere. quod etiam tenet Collectarius in c.graue.nume.12.de præben. & non ſolùm abſoluere poſſunt ipſi ſuffraganei, ſed etiam ſacerdotes ſui.ita tenet Præpo.Alex. per illum text.in c.ſi quis autem. in 2.notabili.18.diſt. vbi ponit aliquos caſus in quibus non procedit. Facit etiam pro hac concluſione tex.in c.ſuffraganeis.de inſtitutio.& ibi Panor.in vlti.notabili.not.Io.de Imo.in d.c.graue.nu.16. Ratio huius regulæ eſt: quia ſtatuta epiſcopi interpretantur ſecundū ius commune: vt tenet Abb.in c.cauſam quæ.nume.6.de reſcript.poſt Bar.in l.j.ff.ad l.Falc.idem Panor.in c.ex parte. el 3.nume.3.de verb.ſignifi. Deci.notabiliter in d.c.cauſam quæ.nume.22.de reſcript.Sed ius commune diſponit q̀ quando conditor ſibi non reſeruat abſolutionem, videtur alijs concedere: vt in d.c.nuper.& ſic eam interpretationem debent pati ſtatuta epiſcopi:cùm prædictū c.nuper.non diſtinguat. Hanc rationem aſsignat Dominicus de Sancto Gemi.in ſumma.17.diſt. in fi. verbis.

Hanc regulam ampliat vno modo,& limitat ſex modis Henricus Bothæus in tract.de ſynodo epiſcopi: articu.5. in vnica concluſione,quam ibi facit,à nu.1.vſque ad fi.

REGVLA CCLIII.

EPISCOPVS non poteſt apponere generale interdictum in ſua diœceſi contra ſubditos ſuos denegantes ei charitatiuum ſubſidium: dato q̀ poſsit eos excommunicare.Hanc regulam ponit Bartholomæus de Belencinis in tractatu de charitatiuo ſubſidio.q.25. num.1. pro quo eſt tex.in Extrauaganti Bonifacij octaui: incipienti, prouidè attendentes,in tit.de ſententia excommunica. in communibus, vbi dicit q̀ idem eſt in collectore Papæ exigente decimam beneficiorum:quia pro nullo pecuniario commodo poteſt apponi generale interdictum.ita tenet Io.Andr.Domini.Philip.Franc.& alij doct.in c. præſenti.de ſent.excommu.lib.6.Io.Calder.in tract.de interdicto:in j.part.nu.17.

Limita primò non habere locum in interdicto ſpeciali:ſcilicet in certa eccleſia. nam epiſcopus poteſt illud apponere propter denegatum ſubſidium: quia Extrauagans prædicta non habet locum in ſpeciali interdicto, ſed in generali.ita Io.And.Domini.& alij doct.in c.præſenti.de ſententia excommunicat.lib.6.Calder.vbi ſuprà:Felin. in c.ſane.el 2.nume.3.de offic.deleg.Stephanus Aufredus in tractat.de poteſtate eccleſiæ ſuper laicos.nume.8. verſic. decimò poteſt epiſcopus.Bartholomæus de Belencinis in d.tract.q.35.nu.2.

Limita ſecundò niſi ſubditi denegantes ſoluere ſubſidium,prius fuiſſent propter hoc ab epiſcopo excommunicati:quoniam ſi perſeuerent in contumacia, non obſtante excommunicatione, epiſcopus poterit apponere generale Interdictum, nec obſtat dicta Extrauagans quæ loquitur quando directè & immediatè apponitur generale interdictum pro commodo pecuniario: hoc autem caſu apponitur potius propter contumaciam: & ſolutio ſubſidij non eſt cauſa immediata:ſed mediata & remota.ita notabiliter concludit Io. Calderinus in conſil.8. incipienti, epiſcopus interdicit eccleſ.in titu.de ſentent. excommunicationis.vbi dicit hoc eſſe veriſsimum,& ita debere intelligi dictam Extrauagantem. Quam opinionem ſequitur Bartholomæus de Belencinis in d.q.25.numer. 4. Remigius de Gonny in tract.de charitatiuo ſubſidio. quæſtio. 12.pag.67.

REGVLA CCLIIII.

EPISCOPVS non poteſt de eccleſijs patronatis & earum bonis diſponere aliter quàm ſe habet ſtatus ipſarum eccleſiarū,ſine conſenſu patroni. Quæ regula probatur per glo.in c.nobis.in §.cæterùm.in verbo, in capella.verſi. ſed his non obſtantibus. de iure patron.allegat ad hoc glo.text.in c.monaſterium. & in c.ſequenti. 16.q.7. vbi dicitur epiſcopum non poſſe auferre eccleſiam à diſpoſitione patroni: & ſic eo inuito collegiata non poteſt fieri,ſicut eo inuito non poteſt ei auferri directè ius præſentandi: vt in c.decernimus.15.q.7. & in c.cùm dilectus. de iure patro.& ita expreſsè concludit Cæſar Lambertinus in tract.iuris patronat.in 6.q.principali.3. lib. nu.2. ſol.403.col.4.

Hanc regulam ampliat decē modis, & limitat vno modo Lambertinus in d.tract.in 10.art.6.q.principalis.3.lib. nu.1.ſol.406.col.4.in fi.

REGVLA CCLV.

ERROR iuris non inducit bonam fidem, ſed potius malam in vſucapione vel præſcriptione longi temporis.Hanc regulam probat tex.in l.nunquam in vſucapionibus. in princ. ff.de vſucap. vbi expreſsè illum text.ad hoc not.Pau.de Caſtr.probatur etiam per tex.in l.ſi fur. in §.j. ff.eod.titu.& in l.irritam. & ibi Bal.C.de vſucapione pro donato.ita tenet Panor.in c.de quarta.de præſcrip. & in c. dudum.in 4.notab.de decimis.Card.in Clement.j. in §.ſi quis.col.fi.in 11.q.de reb.eccleſ.non alien.idem Abb.in c. cùm dilectus.nume.7.de conſuet. Socin.in conſil.33.nume.10.vol.4.Quam regulam ponit etiam glo.Bar. & doctor.in l.Celſus. ff. de vſucap. & circa hanc regulam vide notabiliter Pau.Pariſium in conſi.66.num. 120.cum ſeq. volu.3.Thomam Grammaticum in deciſi.79. numer.4. cum ſequent.Mainerium in l.non eſt nouum. in §.quoties.nu.10.ff.de reg. iur.

Hanc regulam ponit Bernar.de Luco in reg. 570.cum 5.limitationibus, referendo ſe ad Fel. qui eam ponit in c. de quarta.à nume.26.vſque ad nume.38. de præſcriptionibus.Eandem regulam etiam cum eiſdem 5. limitationibus Felini,ponit Claudius de Seyſello in d.l.Celſus.à numer.7.vſque ad nu.11.ff.de vſucap. Præterea hanc regulā limitat ſex modis, vbi notabiliter eius materiam examinat Franc.Balbus in repet.d.l.Celſus.in j.part. in 4.notab. nume.17.cum ſeq.ff.de vſucap.

REGVLA CCLVI.

ERROR in nomine proprio non vitiat, ſi de corpore conſtet.Hanc regulā probat tex.in l.ſi quis in fundi vocabulo.ff.de leg.j.& in l.quoties.in princ. ff. de hæredib.inſtituen. in l. ſi fortidianum. C.de legatis.in §.ſi quis in nomine.Inſtit.de legat.& in l.ſi in nomine. C. de teſtamen.De iure regio probatur in l.9.& in l.28.in medio,titu.9.part.6. Circa quam regulam vide Felin. in c.ſignificante,nume.5.de reſcrip.Deci.notabiliter in l. ſi librarius. ff.de regu.iur.Carol.Ruinum in conſi.115.nume.14. volu.5.Bart.in l.qui extrinſecus.ff.de verb.oblig. Hippolyt. in ſingul.144.

Hanc regulam limitat duobus modis Soc.in regu.119. Eandem limitat vno modo Gerardus de Petra ſancta, in ſingu.90.Eandem item limitat tribus modis Guliel. Pontanus in d.l.ſi quis in ſundi vocabulo.nu.1.Eandem regulam cum octo ampliationibus, & tribus limitationibus, ponit ibi Franc.à Ripa,nume.1.cum ſequentibus. Eandē regulam limitat quinq; modis Iaſ.in l.ſi in nomine. nu.1. cum ſeq.C.de teſtam.Eandem regulam limitat 4. modis Chriſtophorus Porcus in §.ſi quis in nomine. nu.10.Inſtit.de leg.& vno modo vt per Iaſ. ibi in additionibus.

REGVLA CCLVII.

ERROR impedit prorogationem iudicis.Hanc regulam probat tex.in l.ij.ff.de iudi.& in l. ſi per errorem. ff.de iuriſd.omn.iud.text.& ibi doct. in c. ſignificantibus de offic.& poteſta.iud.delega.

Hanc regulam limitat vno modo Iaco.de S.Georg.in l.2.nu.9.ff.de iudi.Eandem regulam cum 4. ampliationibus & 6.limitatio.ponit Iaſ.in l.ſi per errorem. nu.9.cum ſeq.ff.de iur.omn.iudi.Eandem regu.cum 7.ampliatio.& quatuor limitationibus ponit Vldaricus Zaſius in d.l.ſi per errorem,à nume.6.vſque ad nume.20.

Regula CCLVIII.

AETAS vbi est fundamentum intentionis alicuius siue sit actor siue reus, ille debet eam probare. Hanc reg. probat tex. in l. cùm te. C. de probatio. & in l. si minorem. C. de in integrum restit. mino. & in l. cùm de ætate. ff. de proba. & ibi Iac. de S. Georg. Circa quam regulam vide Bart. notabiliter in consil. 90. & in repet. l. de ætate. nume. 12. ff. de mino. Pet. de Anch. in c. accessit. nu. 1. cũ seq. de desponsatio. impub. Iacob. de S. Georg. in d. l. si minorem. nu. 2. Io. Oldendorpium in tract. de probat. c. fi. in regu. 34. And. Alcia. in tract. præsump. in 3. reg. præsumptione 3. nu. 2. Pet. de Vnzola in Practica artis notariatus, in c. An de contractibus suis teneatur pubes respondere. nume. 22. & notab. Ioan. Mauritium in tract. de restitutione in integrum. c. 315. cum 8. sequentibus. Quæ regula probatur de iure Regio in l. 4. tit. 14. part. 3.

Hanc regulam limitat 4. modis, vbi notabiliter eã declarat And. Alcia. in tract. præsumptionũ. in 2. regula, præsumptione 14. nu. 1. cum seq.

Regula CCLIX.

AETAS, seu fragilitas ætatis, seu imprudentia excusat in pœnalibus. Quam reg. probat tex. in l. j. & 2. C. si aduersus delictum. & in l. j. C. de falsa moneta. & in l. 2. ff. de termino moto. in l. ferè. ff. de regu. iur. in Clem. si furiosus. de homicidio. glo. quæ allegat quamplures concordantes. in d. l. ferè. De iure Regio probatur in l. 9. titu. j. & in l. 17. tit. 14. & in l. 8. tit. 31. part. 7. & in l. 15. tit. j. part. j. & in l. 4. tit. 19. part. 6.

Amplia primò adeò procedere prædictam reg. vt talis minor non posit pro debito incarcerari. ita tenet Bald. in l. j. nu. 24. C. qui bonis cedere possunt. quem sequitur Iacobi. de S. Georg. in l. nec impoberes. nu. 3. ff. de in ius vocan. Chassanæ. in consuet. Burgun. in tit. {des rentes.} Rub. 5. §. 2. nu. 14. fol. 206. col. 4. pro qua opin. est glo. in l. 3. in §. sed vtrum. ff. de minor. & ita tenet Ange. in repet. l. nemo carcerem. C. de exact. tribut. lib. 10. Roma. in consil. 120. nume. 4.

Contra quam glo. tenet expressè Bar. in tract. de carceribus. nu. 6. vbi dicit quod supradicta glo. communiter reprobatur. idem Bar. in l. si filio. la 2. ff. solu. matri. Doct. in l. filius. ff. de procura. Bald. post Cinum in l. alio. C. quod cum eo. Hippo. de Marsi. in sua practica criminali, in §. attingant. nu. 69. & ita communiter teneri firmat Io. Baptista Caccialup. in tract. de debitore suspecto & fugitiuo. q. 5. nume. 8. & ibi Io. Baptista in d. num. 8. dicit suprà dictam opin. glo. in d. §. sed vtrum, habere locum & posse saluari, quandocunque minor est filiusfamiliàs: nam tunc non potest pro debito carcerari. Quẽ sequitur Pan. Parisi. in hoc, consi. 94. nu. 41. vol. j.

Amplia secundò habere locum in infante: nam infans penitus excusatur à delicto, etiam si dolum commiserit: vt in l. infans. ff. ad l. Corn. de sicarijs. in d. l. j. C. de falsa mone. & in d. Cle. vnica. de homicid. not. per Doct. in c. 2. de delictis puero. De iure Regio probatur in l. 4. tit. 19. part. 6. & in l. 9. tit. j. part. 7. & in alijs iuribus suprà allegatis. Et quis propriè dicatur infans, glo. 3. in d. Clem. si furiosus. dicit quod ille qui est minor septennio, probatur per text. in l. si infanti. C. de iure deli. in c. j. de desponsa. impub. lib. 6. idẽ videtur tenere glo. in c. j. in verbo, infanti. 31. q. 2. dicit tamen ibi quod potest capi pro maiori septennio, secundum subiectam materiam. ad quod etiam facit text. & ibi glo. in c. j. 28. dist.

Et circa hanc ampliationem & regulam, quæ differentia sit inter infantem, puerum, adolescentem, puberem, iuuenem, & senem, & similes, vltra Doct. in l. si infanti. C. de iure deliber. & Doct. in Rub. de delictis puerorum. est glo. notabilis, quæ enumerat suprà dictas ætates, in prooemio 6. in verbo, præfectus. quam glo. vltra Chassanæ. in consue. Burgun. tit. {Des enfans.} Rub. 6. §. 4. fol. 216. colum. 4. nu. 15. sequitur Ioan. Oldendorpius in tract. de vsucapionib. c. de ætate hominis, & earum temporib. num. 1. cum seq. vbi notabiliter hoc declarat fol. 8. col. 2. in 8. vol. tract. eandem glo. sequitur Thomas Grammaticus in decisio. 34. nu. 2. cum seq. Io. Corasius in l. precibus. nu. 19. C. de impuberum & alijs substitut. Ioan. Montolonius in suo promptuario iuris, in verbo, ætas. Nico. Bello. in Rub. Instit. quibus modis re contrahitur obligatio. nu. 25. & est similis glo. in l. j. in §. pueritiam. ff. de postulan. Hippolyt. in l. infans. nu. 6. ff. de sicarijs. sequitur eas.

Amplia tertiò habere locum in furioso. Ratio est: nã illud quod à furioso fit, perinde reputatur ac si casu cõtingeret sine facto hominis, vt in l. fi. in fi. ff. de administr. tuto. & in l. sed & si quæcunque. in §. 2. ff. ad legem Aqui. vbi dicitur quod illud quod fit à furioso, perinde est ac si à quadrupede vel tegula per se cadente factum esset: cùm satis furiosus dicatur puniri suo furore, vt in l. diuus. ff. de offi. præsid. & in l. penult. §. fin. ff. ad legem Cornel. de parricidijs. Probatur de iure Regio in l. 9. tit. j. part. 7. & in l. 15. titu. j. part. j. facit quod not. Bald. in l. humanitatis. C. de impube. & alijs. vbi tenet quod furiosus habetur pro mortuo: & mortuus non potest corporaliter puniri, vt tenet Cinus in l. 2. C. qui testam. facere poss. Quod tamen intelligo verum quandocunque furiosus continuo furore laborat: sed si habebat dilucida interualla, requiritur quod delictum sit commissum tempore dementiæ, ad hoc vt supra d. ampliatio locum habeat: ita concludunt supra d. leges Regni.

Quam amplia. intelligo non habere locum in furioso qui commisit maximum & atrocissimum delictum. Nã hoc casu credo posse puniri, non obstante furore, ad quod dicendum moueor ex not. doctrina Innocentij in c. j. de constit. vbi dixit quod propter atrocitatem delicti licitum est iura transgredi. Quam doctrinam sequũtur ibi Doct. Canonistæ, & Doct. Legistæ in pluribus locis quos congerit Hippol. de Marsi. in l. vnius. in §. cognitorum. nume. 70. ff. de quæst. Ias. in l. cùm seruus. nu. 7. ff. de condi. caus. data cau. nõ sequuta. Pro qua opi. est text. in c. mulier. 15. q. j. vbi probatur quod si animal irrationale habet accessum ad mulierem, quod tale animal cum prædicta muliere comburi debet. Si ergo animal brutum, omni ratione & sensu carens, punitur propter enormitatem criminis: à fortiori furiosus cùm sit homo. & illum text. dicunt esse notandũ, vbi tractant eius materiam Hippolyt. in d. §. cognitorũ. nu. 71. & in Practica sua criminali, in §. diligenter. nume. 176. And. Tiraq. in leg. connubia. in 9. leg. 83. Ioan. Ign. in l. 3. §. ignoscitur. nu. 78. ff. ad Sylla.

Et circa hanc ampliatio. & eius intellectum videndum est, an si aliquis cõmisit aliquod delictum propter quod deberet decapitari vel suspendi, si posteà iste efficiatur furiosus, nunquid debeat decapitari vel suspendi? Bald. notab. mouet hanc quæstionem in l. furiosum. C. qui testam. face. poss. vbi determinat non posse puniri in persona, sed bene in bonis: quia afflicto non debet dari afflictio: vt in l. diuus. ff. de offic. præsi. idem tenet idem Bald. in l. j. C. de confessis. & in l. humanitatis. nu. 46. C. de impube. & alijs. idem Bal. & ibi Aluarotus in c. j. in fi. principij: an ille qui interfecit fratrem domini sui. in Vsib. feud. Ioan. de Imo. vbi multa pro & contra adducit, & in fine relinquit indecisum, in l. ex pacto. ff. de vulg. & pup. nu. 22. idem Imo. sequitur illud dictum Bal. in c. Rainutius. nu. 143. de testamen. per rationes quas ibi assignat, vbi plus tenet quod si iste qui commisit delictum dum esset sanæ mentis, & esset cõdemnatus, si posteà efficeretur furiosus, sententia non debet exequi contra eum: sed Princeps est consulendus, allegat ad hoc text. in l. Diuus. in §. si verò. ff. de offi. præsi. qui parum aut nihil ad hoc facit. eandem opi. Bal. tenet Alex. in d. l. furiosum. C. qui testa. face. poss. motus: quia furiosus mortuo æquiparatur: vt suprà dixi: & mortuus non debet puniri in persona, iuxta no. per Cin. in d. l. furiosum. C. qui test. fac. poss. & ab ista sentẽtia Bal. nullus discrepat præter Roma. in d. l. furiosum. vbi tenet quod licet opin. Bal. in pra-

ctica seruetur propter eius authoritatem, tamen non videtur vera: motus tali fundamento. Nam qualitas superueniens post delictum commissum non mutat pœnam, vt in l. j. in prin. versi. per contrarium. ff. de pœnis. facit etiam tex. in l. si quis decurio. C. de falsis. sed sustinendo dictum Bal. ad tale fundamentum respondent Doct. ꝙ Bald. non vult ꝙ mutetur pœna, sed ꝙ impediatur processus, condemnatio, & executio, propter furorem, & sic propter fictam absentiam vel mortem. Secundò & contra Bald. tenet idem Roma. in l. penul. ff. si ex noxali causa agatur. quē sequitur And. Barb. in c. in literis. col. pe. vers. & in quantū. de rescript. Mouetur Roma. per doctrinam Bat. & doct. per tex. ibi, in l. j. ff. de pœnis. vbi concludunt ꝙ in publicis delictis in quibus pœna à iure determinata est, attenditur tempus cōmissi delicti: ad quod etiam respondent Doct. vt suprà dixi: & sic dico ꝙ in actu practico, & sic in iudicādo & consulendo ab opi. Bal. non est recedendum: præcipuè cùm in pœnis & delictis mitior pars tenenda sit: vt in l. interpretatione. & in l. sanctio legum. ff. de pœnis. & hāc opi. Bal. sequutus fuit Ias. in d. l. furiosum. num. 7. idem in l. ex facto. nu. 30. ff. de vulg. & pupil. & ibi Franc. à Ripa nume. 73. Gul. Bened. in repe. c. Rainutius. in verbo, si absq; liberis moreretur. in tract. de exemplari substit. nu. 23. Decius & ibi Hier. Cagn. nu. 1. in l. in negotijs. ff. de regu. iur. Et hanc opi. firmat esse communem Lud. Gome. in §. itē si quis in fraudem. nu. 6. Instit. de actio. eandem etiam dicit communem esse Hippol. in l. j. nu. 58. ff. ad l. Corn. de sica. Hanc opi. dicit esse communem, licet contra eam teneat Ias. in l. si seruum. nu. 7. ff. si ex noxa. causa aga. eandē opi. Bal. sequitur Ang. Aret. in tract. malefic. in verbo, sciēter & dolosè. nu. 7. Marcus Anto. Baue. in §. item furiosi. nu. 13. & 14. Instit. qui testa. fac. poss.

Sed licet hæc opinio sit communis, vt suprà dixi, arbitror tamen contrariam opi. attentari posse: imò ꝙ nō obstante furore superueniente debeat corporaliter puniri. ad quod dicendum moueor per text. qui hoc clarè probat in d. l. Diuus. in versic. neque morbo eius danda est venia. & in versi. etiam supplicio afficiendus. ff. de offic. præsid. & dico ꝙ non obstat tex. ibi in prin. iuncta ratione, dum dicit ꝙ satis furore ipso punitur: quia tex. ille loquitur quando in furore commisit delictū: & certè text. ille hanc differentiam ponit, ꝙ si commisit delictum tempore furoris, non debet puniri sed si commisit delictum dum esset sanę mentis, dato ꝙ furor superuenerit, puniēdus est. & ꝙ tex. hoc probet, patet: quia tex. ibi dicit, nec morbo eius danda est venia. si morbo, ergo furori: quia qualitas adiuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi cui adijcitur, vt in l. in delictis. in §. si damnum. ff. de noxa. Secundò ad hoc etiam moueor ex notabili decisione Bart. qui in fortioribus tenet in l. nunquàm. la 2. §. si vi aut clàm. ff. de vsucap. per tex. ibi: vbi tenet posse decidi quæstionem Theologorum, quod si aliquis dum esset sanæ mentis commisit peccatum mortale, & posteà efficiatur furiosus & moriatur in furore, an damnabitur apud Deum? & determinat ibi ꝙ sic. quod dictum Bar. vltra Doct. suprà alleg. sequitur Ias. in l. patre furioso. num. 40. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & hanc opi. contra Bal. tenet Fran. de Albergotis de Are. qui fuit discipulus Bartoli, in d. l. furioso. Eandē opi. contra Bal. in puncto iuris firmat Ias. in l. si seruum. nume. 7. ff. si ex noxa. causa aga. vbi dicit ꝙ opinio Bal. est cōmunis. quod dictū Ias. sequitur Io. Montolonius in Promptuario iuris: in verbo, furor. versi. ex delicto tamen ante furorem commisso posset furiosus puniri. & hanc opi. contra Bal. vbi latißimè eam examinat, tenet Ioan. Igne. in l. 3. §. ignoscetur. nume. 79. ff. ad Sylla.

Et non obstant fundamenta Io. de Imo. & Alex. vbi suprà scilicet ꝙ furiosus habetur pro absente: item ꝙ æquiparetur mortuo, & mortuus non potest corporaliter puniri, vt tenet Cy. in d. l. 2. quia dico ꝙ Cy. loquitur in eo qui naturaliter est mortuus, vel absente qui naturaliter viuit: Facit pro hoc: quia mors ciuilis non æquiparatur naturali, nisi in casibus à iure expreßis. glo. est not. in c. placuit. el 2. 16. q. j. quam pro sing. alleg. Bald. in Auth. si qua mulier. col. pen. C. de sac. eccle. Are. vbi eam declarat in l. ex ea parte. col. 2. ff. de verb. oblig. Ias. in l. si decesserit. nu. 10. ff. qui satisd. cog. & est similis glo. in c. suscepimus. de rescript. libr. 6. in verbo, non morte. aliàs sequeretur euidentißimū absurdum, ꝙ seruus si deliquerit non posset corporaliter puniri, eo quia censeretur mortuus ciuiliter: vt in l. quod attinet. ff. de regu. iur. quod est falsum, & contra text. in l. j. ff. de pœnis.

Sed non obstantibus suprà dictis fundamentis & alijs quàm pluribus quæ pro hac parte possent adduci, dico ꝙ in iudicando & consulendo ab opinione Bal. non est recedendum: quia est communis, vt suprà dixi.

Amplia quartò prædictam regulam habere locum in ebrio: nam si aliquis existēs in ebrietate committat homicidium, non debet puniri homicidij pœna. probat text. in c. Sanè. cū duobus seq. 15. q. j. glo. in c. inebriauerunt Loth. eadem causa & quæstione. & in l. j. iuncta glo. in verbo, temulentia. C. si quis Impera. maledixe. De iure Regio probatur in l. 5. tit. 8. part. 7. & hanc opin. tenet Bar. in l. aut facta. ff. de pœnis. quem sequitur Hippol. de Marli. in l. j. numer. 63. ff. de sicarijs. Quod tamen intelligunt suprà dicti Doct. ꝙ licet iste talis non debeat puniri pœna homicidij, teneatur tamen de pœna ebrietatis: & sic mitiùs debet puniri arbitrio iudicis. & ita hanc opinionē intelligit Card. Alex. in c. denique. 4. dist. Franc. de Ripa in l. fi. numer. 79. C. de reuocand. donatio. Io. de Ana. in c. de infantibus. nume. 2. de his qui filios occid. Roma. in l. j. in princ. nu. 9. ff. de verb. oblig. & hanc opinionē approbant Doct. Theologi, prout refert Io. Gerson in regulis moralibus, lib. j. colum. 3. pro qua opinione facit suprà dicta l. Regni.

Contrariam tamen opi. tenet idem Bar. sibi contrarius in l. respiciendum. in §. delinquunt. num. 3. ff. de pœnis. per text. in l. omne delictum. in §. qui se vulnerauerit. ff. de re milit. & istam opinionem Bart. sequitur Florianus in l. sed & si quacunque. in §. sed si infans. ff. ad legem Aqui. vbi dicit Florianus ꝙ iste talis punitur, tamē mitiùs quàm si nō fuisset ebrius. Quam opinionem sequitur etiam Guliel. Maine. in l. in totum. nume. 68. & in l. ferè in omnibus. nume. 3. ff. de regu. iur. Salic. in l. diuus Traianus. C. de sicarijs. Abb. in c. j. col. 2. de maledi. Bal. in l. j. nume. 45. C. vnde vi. & sic concludunt prædicti Doct. ꝙ licet ebrius debeat puniri ratione delicti, tamen ꝙ leuiùs puniatur. In qua quæstione sic distinguo, ꝙ aut ipse non dedit operam vt inebriaretur, sed fortè deceptus fuit ex aliqua causa iusta, & tunc non est aliqua pœna puniendus: aut enim dedit operam vt inebriaretur, & sciebat ꝙ in ebrietate existens erat solitus quasi vt furiosus homines percutere & mutilare: & sic procedat 2. opinio. ita notabiliter concludit Marian. Socin. in repet. c. ad audientiam. num. 15. de homicid. Angel. Aret. in tractat. malefic. in verbo, scienter & dolosè. num. 17. Ludouicus Montaluus in tract. de reprobatione sententiæ Pilati. in j. dubio, nu. 4.

Amplia quintò habere locum in confeßione: nam minor non punitur ex confeßione facta in iudicio ratione delicti commissi: imò potest petere restitutionem aduersus talem confeßionem. pro quo facit notabile verbum Ioannis Andreæ in c. 2. de in integr. restitut. lib. 6. quod dictum tanquàm notabile & quotidianum sequitur Ange. de Peru. in l. certum. in §. in pupillum. numer. 2. ff. de confes. & sic dicit debere intelligi text. in l. si ex causa. in §. nunc videndum. ff. de minor. quod sequitur Abb. in c. fina. nume. 7. de confessis. Deci. in l. semper. in §. ius publicum. numer. 4. ff. de regu. iur. Hippol. in l. j. num. 11. ff. de quæst. & in singu. 445. Ias. in l. nam & posteà. in §. si minor. nume. 7. ff. de iureiur. Matthæ. de Afflict. in decisio. Neapol. decisio. 208. idem in constitu. Neapol. libr. 2. Rubri. 38. nu. 10. Io. Mauritius not. in tract. de restitutione in integr.

Integr.c.150. Quod tamen nõ habet locũ in delictis atrocissimis, secundum Bart.in l.auxilium.versi.no.ex hac l.ff. de mino.Hippo.in l.de minore.nu.35.ff.de quæstio.

Amplia sextò habere locum in sene.ita probat tex.in l. 2.ff.de termino moto.tex.& ibi glo.in verb.miseratio.in l.auxilium. in §.in delictis. ff.de mino.& ita expresse per suprà dicta iura concludit Barthol.Cæpol.in repet.l.si fugitiui.nu.26.C.de ser.fug.facit tex.in l.sacrilegij pœna. in prin.ff.ad l.Iul.pecu.De iure regio probatᷓ in l.16.tit.8.parte.7. Hãc opi.tenet expressè Gul.Main.in l.ferè in omnibus.nu.16.ff.de reg.iur.tex.& ibi Doct.in c.pueris.de sen.excom.Io.Ign.notab.in l.3.in §.ignoscitur. ff.ad Sylla.nume.1.cum seq.& in tantũ hoc procedit ꝙ non solùm debent puniri, verum etiam non possunt torqueri, vt in d.l.j. in §.ignoscitur.& in l.j.in §.impubes.ff.ad Syll. & ita expressè tenet Hip.in sua pract.in §.expedita.nu.41.vbi dicit hoc esse verum quandocunque senex esset decrepitæ ætatis: in quibus ego etiam suprà dictam ampliationẽ intelligo. Porrò quis propriè dicatur senex decrepitæ ætatis, ponit Tancred.in compediosa q.22.vbi dicit ꝙ ille qui est maior 70.annorum.allegat ad hoc text.not.in l.maiores.ff.de iure immu.facit tex.in l.si vltra.C.de decu.lib.10. & circa hanc ampli.vltra suprà dicta vide alia priuilegia senectutis, per Io.de Plat.in §.item his qui.nume.27. Instit.de excus.tur. per Syluestr. Aldobrand. in §. item maior.nu.5.Instit.eod.tit.no.per Christop.Iacob.in tract.de consilio, lib.j.pag.60.cum seq. Ad hæc quinquaginta priuilegia senectutis ponit And. Tiraq.in tract. de primoge. in præfatione: à numer.75.vsque ad fin. quæ autem ante eum posuit Bartho.Cęp.in tract.de Imper.milit.deligen. in princ.à nume.1.vsque ad fi.

Amplia septimò vt prædictus ex defectu ætatis torqueri non possit.ita probat tex.l.j.in §.impubes. ff.ad Sylla.& in l.3.in §.impubes.eod.titu.l.de minore. in princ.& in l.ex libero.in §.de minore. ff. de quæst. De iure Regio probatur in l.2.titu.30.par.7.ita tenet Io. Ign.in d.l.j.in §. impubes.nume.1.cum seq.Alber.Gan.in tract. de pœnis reor.nume.30.& in Rub.de quæst.& tormentis. num.9. Ang.Aret.in tract.malefic.in verb.fama publica.nu.102. Quod tamen non habet locum in crimine læsæ maiestatis in personam Principis commisso: vt in d. l.de minore. & vltra Hip.ibi ita concludit Io.Ign.in d.§.impubes.nume.19. Secundò intellige hanc ampli. ꝙ licet prædicti minores non possint torqueri, possunt tamen terreri. ita probat tex.in l.j.§.impuberi.ff.ad Sylla.ex quo not.Bal.in l.2. C.quor.app.non recip.nu.4. dicit ꝙ omnes illæ personæ quæ de iure torqueri non possunt, possunt saltem terreri: quem sequuntur suprà dicti Doct. & ita tenet Io. Ign. in l.3.nu.49.ff.ad Sylla.

Amplia octauò habere locum etiam si minor commiserit delictum in minori ætate: nam posteà factus maior, non poterit de illo delicto puniri. glo. est not. in l. sciant. C.de legi.hæred.quam vltra Doct.ibi sequitur Hippo. de Marsian l.de minore.in princ.numer.40.ff. de quæst.& in l.infans.nume.13.ff.de sicar.

Amplia nonò suprà de reg. habere locum etiã in mente capto, per rationem l.tam dementis.C.de epis. and. facit tex.in l.2.ff.de test.in §.item furiosus. iuncta glo.Inst. quib.non est permis.fa.test.Pro qua opi.est tex. expressus in Auth.vt hi qui obligatas se habere perhib. res mino.in §.consideremus. collat.6. vbi probatur ꝙ mente captus & furiosus æquiparantur.quem tex.ad hoc not. Bald. in l. sed & milites.in §.iam autem.ff.de excusat.tur.& in l.amicissimos.in §.j.eod.titu.& in l.2. C.de curat. furio. & in l. humanitatis.C.de impuberum & alijs.Ias.in l. patre furioso.nu.3.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur. Fran.Cur. Iun.in consi.51.nu.6.And.Alcia.in l.j.nu.59. ff.de verbor.oblig. Marcus Anto.Baueria in §.item furiosi. nu.28.Instit.qui testam.face.poss.Pro qua opinione etiam facit text.in l.si furiosi.C.de nuptijs.vbi constitutionem de filio mẽte capto qui potest vxorem ducere sine consensu patris, Imperator extendit ad furiosos & econtrà. & hanc opin.tenet Ioan.de Anan.in c.ad audientiam.numer.59. de homicid. Eandem opinionem, vbi dicit ita Parisijs fuisse iudicatũ, firmat expressè Ioan.Ign.in l.3.in §.ignoscitur. nu.82.ff. ad Syllan.vbi hoc intelligit in vero demente, non autem in eo qui dementiam simulat.facit tex.in l.obseruare.ff.de curato.furio.& in l.diuus.in j.responso. ff.de offic.præsid. Differentiam autem inter furiosum & mente captum ponit Bal.in locis suprà allegatis, scilicet ꝙ ille dicitur furiosus, qui est cum rabie furoris euidenti: mente captus autẽ est ille, cui mens & consilium deficit: tamen nullum furorem ostendit, quem sequitur Ias.in l.furiosum.nu.2.C.qui testa.face.poss.

Limita primò hanc reg. quandocunque minor dolo commisit delictum.ita probat text. in l.si ex causa. in §.si in commissum. & in §.nunc videndum. ff.de minor. facit quod not. Thomas Gramma.in decis.23.num.12.Guliel.Main.in d.l.ferè.nume.14.Iac.de S.Georg. in l.j.nume.2.& 3.C.si aduersus delictum.

Secundò limita in delictis atrocissimis: vt in l.auxiliũ. in §.in delictis.ff.de minorib.glo.in d.l.ferè. & quæ dicantur atrocissima delicta, ponit Guliel. Maine. in l.ferè. numer.30.ff.de minorib.facit quod suprà dixi in 3. ampliatione.

Limita tertiò suprà dictam regu. quandocunque talis infans esset doli capax.ita concludit Abb.in c.j.de delictis puerorum. vbi tenet ꝙ licet infans non possit puniri, tamen hoc intelligi debet nisi esset doli capax. Quam opin. Abb.sequitur Ioan.de Ana. ibi numer. 3. Montal. in glo. l.8.titu.31.part.7.Hippol.de Mar.in l.infans. numer.5.de sicari.& in l.j.nume.91.eod.titu.& in l.si quis iste.num.3. C.eod.titu. Quod tamen intelligo verum ad hoc vt puniatur ex delicto: secus tamen ad hoc vt incidat in irregularitatem.in quo tamen dico ꝙ licet infans sit doli capax, vsque ad 7.annum in nullam incidit irregularitatem. ita tenet Marian.Socin.in cap.ad audientiam. numer. 13. de homicid.& ꝙ infans possit esse doli capax, firmat glo. in cap.fi.de senten.excommu.quam sequitur Ioan. de Ana. in Rubr.de delictis puerorum.num. fi. pro qua facit text. in l. si alterius. C. si minor se maiorem dixerit. vbi dicit text.quòd malitia supplet ætatem. Et circa hanc limit.notandum est quis propriè dicatur doli capax. Doctor. in Clement.j.de homicid. & in cap.j.de delict. puer. dicunt quòd ille dicitur doli capax qui proximus est pubertati: vt in l.apud Celsum.in §.quæ in tutore. ff. de doli exceptione.Ioan.Igne.in l.excipiuntur. nume.35.ff.ad Syllania.Et proximus pubertati dicitur qui annum decimum & dimidium peregerit, si sit masculus: fœmina verò proxima est pubertati, si 9.annum cum dimidio compleuerit.glo.est notab.in §.pupillus.in verb.infantiæ.Institu.de inutilibus stipul.& in l.pupillum. ff.de regu.iur. Quas esse communiter approbatas asserit Ias. in l.properandum. in §.& si quidem.C.de iudi.Soc.in l.j.in §.adipiscimur.ff.de acquir.poss.Ang.Aret.in d.§.pupillus.Philip. Dec. in d.l. pupillum.& ibi Hier.Cag.nu.2.ff.de regu.iur. De iure regio probatur in l.6.tit.5.part.6.& in l.9.tit.j.part.7.& in l. 8.tit.31.part.7.sunt & alij Doct. qui quo ad delicta illum esse proximum pubertati opinantur, cui ad ætatem perfectam 6.tantum menses deficiunt. ita not. Bald. per illum text.in l.excipiuntur.ff.ad Syllania.quem vltra Ioan.Igne. ibi, sequitur Ias. in Authent. sacramenta puberum. nume.15.C.si aduer.vend.& in dicto §.& siquidem.alij verò Doct.hanc vltimam opi.sequuntur, non solum in delictis, sed in alijs quibuscunque actibus. Pro quibus est gl. in l.non tantum.ff.de excusat.tutor.& in c. continebatur. & in c.attestationes.de despon.impube.latè Ioan. Ign.in d.l.j.in §.impubes.& in l.excipiuntur.ff. ad Syllanian. sed his omissis dico quòd arbitrio iudicis est relinquendum quis dicatur proximus pubertati. hoc enim iudex de-

bet arbitrari ex discretione pueri, & ex alijs circunstantijs contingentibus. ita tenet Io. Faber in d. §. pupillus. Salic. in l. impunitas. C. de pœnis. Ioan. de Ana. in ca. j. numer. 4. de delictis puer. Ant. de Butr. in d. c. attestationes. in fi. Abb. & Præpo. in d. c. continebatur. Philip. Dec. in d. l. pupillũ. & ibi Hier. Cag. nume. 3. pro qua opi. est tex. in §. in summa. Insti. de oblig. quæ ex delicto. ibi, si proximus pubertati sit: & ob id intelligat se delinquere. facit etiam text. in d. l. impunitas. C. de pœnis. Quod tamen intelligit esse verum Doct. de Couarr. in sua epito. de spons. in 2. part. c. 5. nume. 5. ꝙ iudex ante illam ætatem definitam communi opinione, non potest imponere arbitrium suum, scilicet nouem annos cum dimidio in fœmina: & decem cũ dimidio in masculo: imo iudex qui ante illam ætatem arbitrari debet puerum esse proximũ pubertati, maximis adducendus est coniecturis, & rarò & cautissimè debet id agere.

Est tamen notandum ꝙ si infans doli capax committeret homicidiũ, mitius punitur quàm maior. ita tenet Abbas in d. c. j. de delictis puer. quem sequitur Cæpola in Auhen. sed nouo iure. C. de ser. fugi. Pro qua opin. est text. in c. fi. de senten. excomm. in l. auxilium. in §. in delictis. ff. de minor. & in leg. regni suprà alleg. facit quod not. Io. Igne. in d. l. excipiuntur. nu. 49. ff. ad Sylla. Dec. in d. l. ferè. nu. 3.

Et circa hanc regu. alias limitationes vide per Doct. in locis suprà dictis: & per Albertum Gandinum in tract. maleficiorum: in tit. de pœnis reorum. nu. 30.

Regvla CCLX.

EXCEPTIO non numer. pecu. potest opponi intra biennium, etiam si quis confiteatur se recepisse pecuniam quam non recepit. Hanc regulam posui in reg. 121. cum 6. ampliationibus, & 7. limitationibus: vltra quas in præsenti addam aliquas ampliationes & limitationes. & in primis ratio huius regulæ est: quia debitores necessitate obstricti de facili confitentur spe futuræ numerationis mutuum: ideo huic facilitati succurritur per non numeratæ pecu. exceptionem: ne illicita fiat extorsio: vt in l. illicitas. ff. de offic. præsi. & quia est contra ius gentium ꝙ quis repetat quod non dedit, & ꝙ cum iactura aliena quis locupletetur: vt in l. cùm amplius in §. is natura debet. ff. de reg. iur. in l. bona fides. ff. depositi. Bal. in l. j. C. de non numera. pecu.

Verùm vltra ampliationes positas in regu. 121. amplia primò: siue confiteatur in scriptis, siue sine scriptis. ita tenet Bar. quem sequuntur alij Doct. ita tenet Bart. in l. si ex cautione. nu. 3. de non nu. pec. C. facit text. in l. non figura. ff. de act. & obli. ibi placuit non minus valere quod scriptura quàm quod vocibus lingua figuratis significaretur. facit etiam tex. in l. pactum quod bona fide. C. de pactis.

Amplia 2. siue confiteatur in instrumento publico siue in scriptura priuata. glo. & Doct. in d. l. si ex cautione. contra Petr. de Bellapertica qui tenuit ibi contrariã opi.

Amplia tertiò habere locum etiam si debitor dedisset pignus: quia pignus dedit vt pecuniam reciperet: quam si non recipit, non tenet pignus: vt in l. j. C. de non nu. pecu. ita Ias. vltra Bal. ibi in l. qui pecuniam. nume. 2. in fi. ver. 5. amplia. ff. si cert. pet.

Quartò amplia procedere etiam si renunciasset exceptioni non numeratæ pecuniæ: vt est glo. in l. si ex cautione. C. de non num. pecu. quam glo. sequuntur ibi Cin. Bar. Bal. & Salic. Bal. in Margarita, in verbo, renunciatio. Felin. in c. si diligenti. in 5. corollario. limita. j. de foro compet. eandem ampliat. ponit Felin. in c. si cautio. nume. 48. hanc ampliatio. sequitur Steph. Aufre. in additio. ad decisiones Capellæ Tolosanæ. q. 374. Alex. in consi. 179. nume. 2. volu. 2. Philip. Corn. in consi. 52. nume. 4. lib. 1. Hippo. in singu. 222. Petrus de Vnzola in practica artis notariatus, in titu. de exceptione non nume. pecu. numer. 4. quã opinio. sequitur etiam Ias. in §. fuerat. nu. 79. Instit. de actio. idem Ias. in l. 4. in §. quæsitum. nume. 22. ff. si quis cautio. Abb. & Io. de Imo. in d. c. si cautio. Ang. Aret. in §. j. nu. 36. Instit. de exceptio. & ita tenere omnes Doct. dicit idẽ Ias. in l. qui pecuniam. nu. 2. ff. si cer. pet.

Contrariam tamen opi. tenet glo. in d. l. si ex cautione. C. de non num. pec. in verbo, probare. in fi. versic. alij vt Azo. vbi dicit ibi glo. ꝙ prædicta renunciatio præiudicat renuncianti. Cuius opinionem sequitur Cardin. in c. fi. de solutio. nu. 9. in fi. quæ opinio Azonis quam glo. ibi refert, approbatur hodie de iure Regio per tex. in l. 9. in fi. titu. j. par. 5. & ita per illam l. sic practicari tenet Rod. Xuarez in l. post rem iudicatam. fol. 152. col. 4. nu. 26. ff. de re iudica.

Quintò amplia etiam si confiteatur maiorem summã pecuniæ recepisse quàm receperit: nam in parte non recepta exceptio ista competeret, per tex. in l. minorem. & ibi glo. 2. quæ hoc declarat: & Salicet. notabiliter. C. de non numer. pecu.

Amplia sextò non solum in pecunia stricte accepta, vt est in nummis: verum etiam in omni re quam quis confitetur recepisse & non recepit, pecuniæ enim verbum largissimè accipitur, per tex. in l. fi. C. de constit. pecu. & in l. pecuniæ. ff. de verb. signifi. & in c. totum. j. q. 3. & hoc expressè tenet Azo in summa. C. de non num. pecu. in prin. Alberi. & alij in l. generaliter. in prin. eod. titu. per text. in l. in contractibus. in prin. in §. sed quoniam. C. de non nume. pecu. vbi de deposito loquitur tex. Bar. & alij in l. talis scriptura. ff. de leg. j.

Amplia 7. habere locum etiam stante l. 4. tit. 8. lib. 3. Ordi. quæ prohibet ꝙ contra instrumentum publicum non possit opponi exceptio nisi solutionis, & simulationis, & aliæ de quibus ibi. nam adhuc probè poterit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ: quia illa confessio facta in instrumento dicitur esse quædam simulatio. ita tenet Bar. in l. 3. nume. 2. C. de postulan. & ibi Bal. & alij Doct. idem Bal. in l. pecuniæ. C. de solut. Ias. in l. qui pecuniam. num. 2. versi. 4. amplia. ff. si cer. pet.

Octauò amplia etiam si is qui confiteretur dedisset fideiussorem: vt est tex. in l. tam mandatori. C. de non numer. pecu. & ibi Doct. quia quando reus est tutus ratione obligationis non natæ vel natæ inefficaciter, tum eodem modo est tutus fideiussor sicut principalis: vt ĩ l. si testamẽto. in §. fi. & in l. si quis pro eo. in §. si munus. ff. de fideiuss.

Nonò amplia habere locum in marito, qui confessus fuerit recepisse dotem ab vxore, vel à socero, seu ab alio spe futuræ numerationis: vt possit exceptionem non numeratæ dotis opponere: vt in l. j. & per totum. C. de dote cauta non nume. & in d. l. 9. tit. 5. part. 5. Chassanæ. vbi hoc no. ponit in consuetu. Burgun. in titu. {Des droitz.} Rubri. 4. §. 7. fol. 158. col. j. nume. 1. Ludouic. Gozadi. notab. in consi. 42. nume. 1.

Amplia 10. procedere in hærede qui intra bienniũ poterit hanc except. opponere: vt in l. si intra. & ibi latè Doctor. C. de non nume. pecu. & idem in omnibus illis quorum interest quocunque modo, siue cõueniantur vt possessores bonorum, siue ipsi contra alios possidentes actionem moueant: vt in l. si cui. C. de non numer. pecu. Ange. notabiliter in §. idem iuris. numer. 8. Institu. de exceptio. Debet tamen ex persona rei opponere, non ex persona propria: quia debitori & non opponenti debebat pecunia numerari, secundum Ang. vbi suprà.

Amplia 11. etiam si schedula facta fuerit per verba præsentis temporis: vt promitto restituere 20. aureos ad annum quos recipio. ita probat gl. in l. si ex cautione. in gl. j. C. de non num. pec. Azo & Doct. in princ. Instit. de literarum obligat. quam opinionem vidisse seruari testatur Alberic. in d. l. si ex cautione. nu. 1.

Amplia 12. habere locum in casu l. sub specie. C. de postu. vt si promisi alicui dare centum ex aliqua causa quam non adimpleuit, potero excipere vel expedire ad cancellandum etiam si in instrumento confessus fui me recepisse ex causa mutui.

Et vltra

Et vltra limitationes pósitas in prædicta regula 121. limita primò quandò in inſtrumento inuentarij hoc quis confiteretur: quia tunc non poſſet excipere non eſſe numeratum quod aliquis in inuentario conſcribi paſſus eſt: vt in l.fi.C.arbit.tute. Nec poterit poſteà contra ſcriptum in inuentario probare contrarium, ſecundum Matthæ.de Afflict.in deciſ.Neapo.deciſ.324.numer.14.cum alijs.

Limita ſecundò non habere locum poſt biennium: vt in l.in contractibus.C.de non nume.pecu.& in princ. Inſtitu.de literarum oblig. De quo dicam infrà, in ſequenti regula.

Limita tertiò in tutore qui confitetur ſe habuiſſe & recepiſſe pecuniam pupilli: nam tunc ante bienniū non poteſt huiuſmodi exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere: vt eſt glo.in l.ſingularia. ff.ſi cert. petat. in glo.3.& ibi Iaſ.& Doct.Ludouic.Roman.in l.ſub ſpecie.nume.8. ff.de poſtulan. Quod intelligo quando tutor caperet pecuniam palàm & bona fide: vt in l.non exiſtimo.ff.de adminiſtrat.tuto.alioquin incideret in pœnam: vt ibi dicit glo. & in l.actione.& in l.ſi tutor.ff.de tutelis & rationibus diſtrahendis.

Quartò fallit quando quis promiſit dare cauſa tranſactionis pecuniam non debitam, tunc non iuuatur hac exceptione: quia ſubeſt cauſa, vtpote quia à lite diſceditur, vt in l.ſi tranſactionis.C.de non nume.pec.

Quintò limita non habere locum in depoſito: vt in l.in contractibus.in §.ſed quoniam.verſi. itaque ſancimus.C.de non nume.pecu.

Sextò fallit in adminiſtratoribus vectigalium, quos vulgò receptores appellant: vt in l.ſecuritatibus.C.de apochis publi.lib.10.& ibi doctor.

Septimò limita quandocunque mulier confeſſa fuit ſe recepiſſe pecuniam vt pro mutuo intercederet: & hoc quando illa confeſsio eſt facta in inſtrumento publico, tribus teſtibus ſubſignato: vt l.antiquæ.verſic. ſed ſiquidem. C.ad Velleian.

Octauò limita non habere locum in quæſtoribus ærarij publici, quos theſaurarios vulgus vocat: quoniam ſi tales confiteantur ſe tributa regia recepiſſe, non habent exceptionem non numeratæ pecuniæ: nec pariter in pretio rerum fiſci venditarum: vt in l.omnes.in §.fi. C.de quadr. præſ. glo. in l.in contractibus. in §.ſed quoniam.in verb. penitus.C.de non nu.pec.

Nonò limita nō habere locum in campſoribus & mercatoribus, propter publicam fidem: vt eſt glo. nota.in Authen.de fideiuſſoribus.in §.agnoſcant.in verb. argentariorum. coll.j. & ita per illam tenet expreſsè Iaſ. vbi dicit ꝙ ita à præceptoribus ſuis audiuit, in l.qui pecuniam.nu.6.ff. ſi cert.petat. Quam limitationem intelligo veram quandocunque iſte campſor vult opponere prædictam exceptionem ex perſona ſua, quia tunc non poteſt. ſecus ſi vellet opponere exceptionem pro eo pro quo intercesſerit: quia tunc bene poterit. ita illam glo. intelligit Bal.in l.fruſtra.C.de non nu.pec.& Iaſ.in d.num.6.idem Iaſ.in l.ſingularia.nume.39.ff.eod.titu.& in l.cùm quis.nume.18.C. de iur.& facti ign.& in l.prætor ait.nume.3.ff.de edendo. & in repetit.l.ſi conſtante.nume.204.ff.ſolut.matri. Hippol.de Marſil.in repetit.rubr.de fideiuſſor.num.8. Guliel. Main.in l.in omnibus.nume.12. ff.de regu. iur. vbi etiam per illam glo. limitant beneficium Auth. præſente. C. de fideiuſ.vt non procedat in campſoribus & mercatoribus.

Decimò fallit quandocunque talis confeſsio facta eſſet in iudicio: quia ſi quis in iudicio confiteatur ſe recepiſſe mutuo, non haberet prædictam exceptionem: vt eſt glo.iuncto tex.in l.vnica, in gl.2.C.de confeſsis. & ibi per illā gl.expreſsè tenet hoc Sal.in 3.oppoſitione. Circa quā limitationē vide Iaſ.in d.l.qui pecuniā.nu.7.ff.ſi cert. pet.

REGVLA CCLXI.

EXCEPTIO non numeratæ pecuniæ nō competit poſt bienniū. Hanc regulam probat tex.in l.in contractibus.in prin.C.de non nume.pecu.& in §.j.Inſtit.de literarum oblig. De iure regio probatur in l.9.titu.j.part.5. & circa hanc regulam vide Henricum Boihæum in tractat.de ſynodo epiſcopi t concluſione 9.numero nonageſimotertio.

Hanc regulam amplia tribus modis, & limita ſex modis, vt per Felin.in cap.ſi cautio.à nume. 57. vſque ad nume.67.de fid.inſtru.

Amplia primò procedere ꝙ etiā ſi debitor vellet poſt biennium aſſumere in ſe onus probandi pecuniam non fuiſſe numeratam, non auditur. ita notabiliter concludit Io.de Imo.in c.ſi cautio.nu.24.de fide inſtru.& in c.fi.colum.pen.de ſolutio. Hanc ampliationem ponit Felin.in d. c.ſi cautio.nume.60.pro qua opinione eſt tex. in d.l.in cōtractibus.in verbo, nullo modo. & in l.ſi intra.in verbo, omni modo.& in l.aſſeueratio.in verſicu.penitus euaneſcat.eod.titu.& ita ante eum tenet Bald.in l. ſub ſpecie.C. de poſtulan.idem Sal.in l.ſi non ſinguli.C.ſi cert.pet.& in tantum eſt hoc verum quod dicit ibi tex.in d.l.in contractibus.in §.de illo. quod creditor poſt biennium non tenetur reſpondere poſitionibus debitoris: & ſic videtur ſublata omnis facultas probandi.per quem tex.ita tenet Fel. in d.c.ſi cautio.nu.61. nec etiam iuſiurandum deferre licet: quia cum ipſe creditor habet fundatam intentionem ſuam, licitè poteſt iuramentum recuſare: vt eſt text.in c.2. de probat.& ita notabiliter tenet Rod. Xuarez. in l. poſt rem iudicatam.in §.ſed pulchrum dubium eſt.nu.2. ff.de re iudic. fol.156.colum. 4. Iaſ.in l.3.in §.j.numer. 8. ff.de iureiuran.

Limita primò non habere locum in clericis & in alijs eccleſiaſticis perſonis: quia perpetuò poſſunt huiuſmodi exceptionem opponere. ita expreſsè tenet Hoſt.in c.ſi cautio.de fid.inſtru.& in c.fi.de ſolur. Anto.de But. & Io. de Imo.in d.c.ſi cautio.quos ſequitur Bald.in Authen.hoc ius porrectum.col.4.C.de ſac.ſan.eccleſ.& in l. fi.in §.fin. ff.ſi cer.pet.Ang.de Peruſ.in conſi.244.Ludo. Roman.in Auth.ſimiliter.nume.44.C.ad l.Falc.& in l.ſub ſpecie.nume.8.C.de poſtulan. Contrariam tamen opi. tenet Anto. de Butr.Card.Abb. & Io. de Imo. in d.c.ſi cautio.de fide inſtru. imò ꝙ ſuprà dicta regula habeat locum etiam in clericis, qui etiam poſt biennium, ſuprà dictam exceptionem opponere non poſsint. Pro qua opinione eſt text. in d.l.in contractibus. quia ibi tex.non inducit præſumptionem biennalem in odium debitoris: imò includit priuilegium in fauorem ipſius. cùm enim aliàs non audiatur contra propriam confeſsionem: vt in d. c.ſi cautio. & in c.per tuas.de proba.& ſic lex illa, in contractibus. induxit vt debitor intra biennium poſsit inducere prædictam exceptionem. ita ꝙ onus probandi pecuniam fuiſſe numeratā incumbat creditori: ſi ergo eccleſia vult vti beneficio illius leg. oportet ꝙ vtatur cum præfinitione temporis ibi præfixi. & hanc opi. tenet Felin. tanquam veriorem in d. c.ſi cautio.nu.57.eandem opinionem tenet Guliel.Main. in l.cuius per errorem.nu.48.ff.de reg.iur. ex quibus apparet ꝙ multò minus clerico in patrimonialibus competeret prædicta exceptio poſt biennium. ita tenet Spec. in titu.de reſtitu.in integrum.in §.quis autem. verſic.ſed nunquid col.4.vbi refert ꝙ Clemens Papa Quartus pronunciauit contra Teuerenſem electum, quòd poſt bienniū non poſſet contra quoſdam mercatores opponere hanc exceptionem: & illos mercatores non debere cogi ad reſpondendum poſitionibus electi, cauſam illam tangentibus. De qua ſententia Clementis meminit Archidiaco. in c.ſi quis epiſcoporum. colum.vlti.3.quæſt. 6. quos ſequuntur Abb.& Anton.de Butr.in dicto cap. ſi cautio.& in dicto c.fin.de ſolut.Bald.in l.cum quis.colum.vlti.C.de iuris & facti ignoran. & ibi Iaſ. numer. 17. idem Iaſ. in l. qui pecuniam.nume.octauo.ff.ſi certum petat. & ſi dicatur quòd ſententia illa Clem. non poſsit procedere in alio caſu, quàm in campſoribus & mercatoribus, cùm

in Curia eorum non competat exceptio non numeratæ pecuniæ, propter publicam fidem: vt est glo. in Auth. de fideiussoribus. in §. agnoscant. in verb. argentariorum. col lat. j. Respondeo ad illam glo. prout suprà declaraui in regul. 160. in 9. limitatione.

Limita secundò non procedere de iure Canonico: nam de æquitate canonica exceptio non numeratæ pecuniæ potest opponi post biennium. ita expressè tenet Din. in regu. locupletari. de regu. iur. libi. 6. quem sequitur Ludo: Roma. in l. si diuortio. ff. de verb. oblig. nume. 6. col. 3. ver. aut sumus extra tempora. Ange. de Perus. in consi. 156. in cipienti, Domina Angelina. & istam dicit communem opinionem Ioan. de Imo. in c. fin. nu. 32. de solut. Sal. in d. l. in contractibus. in princ. eandem opinionem dicit esse communem Feli. in d. c. si cautio. nume. 61. de fide instru. Hippol. de Marsi. in singu. 463. eandem opinionem tenet Ludouic. Roma. in consi. 44. num. 2. Ioan. Oldendorpius in tract. de iure singulari. c. de priuilegijs piarum causarũ: priuileg. 18. nume. 14. eandem tenet Decius in reg. iure na turæ. nume. 4. & ibi Additionator. ff. de regu. iur. Sed licet suprà dicti Doct. dicant prædictam esse communem opi nionem: contraria tamen sententia communior & magis vera mihi videtur: imò q̃ non solùm de iure ciuili, verũ etiam de iure canonico post biennium non competat illa exceptio. ita concludit Spec. in titu. de restitut. in integrũ. §. j. numer. 25. Archidiaconus in c. si quis episcoporum. 3. q. 6. Bal. in l. cùm quis. nume. 22. C. de iur. & facti ignor. & ibi Ias. nume. 18. idem Ias. in l. qui pecuniam. nume. 7. ff. si cert. petat. Quam opinionem Ias. sequitur Hippolyt. de Marsil. sibimet contrarius, in singu. 277. in finalibus verbis: versic. an autem. Ludouic. Bologninus in l. j. in secundis interpretationibus. C. de condictione ob turpem cau. Sanctus Anton. Archiepiscop. Flor. in summa, in titu. de regu. iur. in dicta regula, locupletari. Pro quo facit: quia quandocunque aliquid est clarè decisum de iure ciuili, nec reperitur immutatum de iure canonico, statur iuri ciuili, etiam in foro Canonico: vt in c. j. & 2. de no. ope. nun ciat. glo. in c. per venerabilem. qui filij sint legit. & in c. di cet ex suspecto. de foro compet. & ita concludit Abb. in c. fi. nume. 16. & ibi Ant. de Butr. nume. 6. de solutionibus.

REGVLA CCLXII.

EXCEPTIO peremptoria non potest opponi contra exequutorem post sententiam quæ transiuit in rẽ iudicatam. Hanc regulam probat tex. in l. 2. C. sententiam rescindi non poss. & in l. post rem iudicatam. ff. de re iudic. in c. cùm olim. el 2. de priuileg. in l. si maritus. in §. præscri ptiones. ff. de adul. & in c. suscitata. de restit. in integrum. & in l. minor viginti quinque annis, si omissa allegatione. ff. de minoribus. De iure Regio probatur in l. 4. titu. 8. lib. 3. ordin. Circa quam regulam vide Pau. Paris. in c. exceptionem. nume. 33. de exceptionibus. Fran. Niconicium in repet. c. quoniam contra. in 3. notabili, nume. 102. & in glo. in verbo, dilationes. de probationibus. nume. 183. Maria. Soc. Iunior. in consi. 45. nume. 8. & 17. vol. j. Hiero. Zanetinum in tract. differentiarum iuris Canonici & Ciuilis: differentia 185. numer. 262. Odofr. in tract. iudiciorum: nume. 52. Io. Bernar. in reg. 250. Melchiorem Kling. in c. intelligimus. nume. 1. cum alijs: de ordi. cognit. Iafredum Balbum decisione 13.

Hanc regulam limita nouem modis, vt per Specu. in titu. de exceptionibus. in §. dicto. nu. 13.

REGVLA CCLXIII.

EXCEPTIO dilatoria post litem contestatam opponi non potest. Hanc regulam probat text. in c. inter monasterium. de re iudic. in l. fi. C. de except. in l. ita demũ. C. de procur. De iure regio probatur in l. 8. in legib. de Madrid. Circa quam regulam vide Ias. in l. si arrogator. nume. 59. ff. de adoptio. Carol. Ruin. in consi. 71. nu. 3. vol. 5. & in consi. 98. nume. 4. vol. 5. & notab. Matth. de Afflict. in constitu. Neapol. in 2. lib. rubrica 18. nume. 1. cum alijs: vbi notabiliter Pau. Parisius in d. c. exceptionem. nume. 42. cum seq. de exceptio. Felin. in cap. insinuante. numer. 1. de offic. delegat.

Hanc regulam ponit Soc. cum 8. limitat. in regul. 126. Eandem regulam cum 10. limitat. ponit idem Soc. in regu. 42. in posterio. Eandẽ iridem ponit Bernardus de Luco in regu. 256. cum 13. limitat. referendo se ad Felin. à nu me. 11. vsq; ad nu. 34. in c. exceptionẽ. de exceptionibus.

Hanc regulam limita nouem modis, vt per Alex. in l. ita demum. C. de procur. vbi Ias. nume. 2. ampliat eam sex modis: & ibi vsque ad nume. 6. limitat eam 16. modis vbi etiam Iac. de S. Georg. limitat hanc regulam octo modis, à nume. 1. vsque ad numer. 12. Eandem regulam ponit cũ 14. limitat. Anto. de Tremolijs in additionibus ad practicam Huberti de Bonacurso, in Rubr. de impedimentis siue exceptionibus quæ contra rescripta & iudices delegatos ponuntur. fol. 65. col. 3. in additione incipienti, ante litem contestatam. vsque ad finem. Hanc etiam regulam cum quinque limitationibus ponit Lud. Roma. in l. si mu lier. à nu. 13. vsque ad nu. 21. ff. sol. matri.

REGVLA CCLXIIII.

EXCEPTIO falsi procuratoris semper opponi potest. Hanc regulam probat tex. in l. licet. C. de procur. & ibi doctor. præcipuè Alex. vbi assignat rationem, scilicet quia reddit iudicium retrò nullum. & ibi Iacob. de Sancto Georg. num. 6. probatur etiam in c. in nostra. de procurat. & in c. ex parte. de rescript. glo. in c. exceptionem. in glo. in fi. de except. De iure regio probatur in l. 7. titu. 10. lib. 2. fori. & ibi Montaluus in glo. in verbo, falsa mente. Hanc etiam regulam ponit Abb. per supradicta in c. quoniam contrà. numer. 37. de probat. & ibi Philip. Dec. nume. 227. & Paul. Parisius numer. 169. Circa quam regulã vide Franc. Aret. in l. sciendum. ff. de verb. oblig. in fin. Sebastianum Vantium notabili. in tract. de nullitatibus sententiarũ: in Rub. quibus modis sententia & processus resarciri possunt. in Rub. fi. nu. 57. pag. 356.

Limita primò vt non procedat post conclusum in causa: tunc enim non poterit impedire sententiam. ita notabi liter concludit Bal. per tex. ibi in l. quamuis. numer. 2. ad l. Iul. de adult. Quam opinionem Bal. sequitur Alex. in d. l. licet. & ibi doctor. Mod. præcipuè Iacobinus nume. 6. Mouetur Bal. vt suprà dixi, per illum text. vbi dicitur q̃ facta conclusione in causa criminaliter intentata non potest op poni hæc exceptio, Tu non potes esse procurator. imò de ueniendum est ad sententiam. Eandem opinionem Bald. sequitur Catellianus Cotta in memoralibus iuris: in verbo, falsi procuratoris. Eandem opinionem tenet Philip. Dec. in d. c. quoniam contra. nume. 230. de probat. vbi allegat pro hac opinione dictum Card. in Clem. j. in j. oppo sitione. de exceptio. vbi tenet q̃ exceptio excommunica tionis non potest opponi post conclusum in causa. ita etiã tenet Felin. in c. cù m dilectus. numer. 4. de fid. instru. allegat etiam Philip. Dec. pro ista opinione text. in c. cùm dilectus. de fid. instru. vbi post conclusum in causa nihil opponi potest. & supradictam limitationem reperio q̃ ante Bald. licet nullus doctorum ex eis mentionem faciat, per tex. in d. l. quamuis. C. de adult. tenuerunt Domini de Rota in decisione 51. in nouis, secundum impressionem antiquam: & secundum nouam in decisione 10. in titulo, de procuratoribus.

Contrariã tamen opinionẽ tenet expressè Ias. in d. l. licet. nume. 2. C. de procuratoribus. Mouetur talis fundamẽto: quia talis exceptio opposita post litis contestationem reddit eam nullam: vt est glo. in d. l. licet. eodem igitur modo reddit eam nullam conclusionem. Secundò & fortius mouetur: quia talis exceptio potest opponi post latam sententiam & reddit eam nullam: vt in c. nostra. de procur. per Bart. & doct. in l. j. C. de iuris & facti ignor. si ergo potest opponi post sententiam, ita & post conclusionem in causa. & reddet nullam cõclusionem, si post eam opponatur,

Parificantur enim esse latam sententiam, vel conclusum in causa: vt per Bart. in l. si mater. in §. eandem. in fin. ff. de exceptione rei iudi. Pro qua opinione faciunt ea quæ adducit Io. de Imo. in c. exceptionem. nu. 8. versi. item fallit tertiò. de exceptio. & ibi Fel. nume. 28. Eandem opinionem videtur tenere Barb. in Clem. j. col. 9. versi. 3. nisi superuenisset de nouo. de exceptio. & hanc opinionem Ias. per supra dicta fundamenta tenet Pau. Parisius in d. c. quoniam contra, nu. 169. & in c. exceptionem. nu. 45. de except. Eandem opinionẽ tenet expressè Franc. Niconicius in repet. c. quoniam contra. in q. fin. nu. 43. vbi pro illo dicto Iasonis allegat quamplura fundamenta, & respondet ad fundamenta Decij quæ adducit contra Ias. & pro opinione Iasonis est tex. de iure regio in l. 7. titu. 10. lib. 2. fori: in versic. { mas despues del iuyzio finido.

Limita secundò quando nunquam fuit oppositum: secus si facta aliquãdo oppositione pronunciatum fuit procuratorem vel mandatum legitimum esse: quia tunc vlterius opponi non potest. ita concludit Abb. post Innoc. in c. quoniam contra. nu. 37. de probat. arg. text. in l. fi. C. si ex falsis instrum. facit glo. in c. licet causam. in verbo, opponi. de probat. Hanc limitationem sequitur Philip. Deci. vbi eam declarat, in d. c. quoniam contra. num. 232. Fran. Niconicius ibi in q. fi. nume. 47. Ias. in d. l. licet. nume. 8. C. de procurat.

Limita tertiò, vt non procedat quando procurator cauit de rato ad petitionem aduersarij: & non obstante tali cautione, aduersarius renuit iudicium, neque vult persequi: tunc enim si agitur de re in cuius possessionem procurator mittatur, non poterit ei ampliùs opponi. & ita intelligitur tex. in l. inter quos. in §. qui alieno. aliàs est §. fin. ff. de dam. infe. ita tenet Abb. per illum tex. qui bene eum intelligit, in d. c. quoniam contra. num. 37. quem sequitur Ias. in l. licet. nume. 8. C. de procurat. Franc. Niconi. in d. c. quoniam contra. q. fin. nume. 46. Non enim est verum ꝙ per solam cautionem rati excludatur exceptio procuratoria: sed necesse est vt concurrat contumacia aduersarij: vt in d. §. alieno.

Limita quartò quando instrumentum procuratoris fuisset in iudicium productũ & tacitè approbatum, secundum Bartol. in d. l. licet. & ideò Paul. de Castr. ibi dicit ꝙ cauti aduocati quando producitur in iudicium instrumentum procurationis debent illi cõtradicere. Circa quã limitationem vide Ias. in d. l. licet. nume. 8. ver. 3. fallit.

Et circa hanc regulam & eius rationem, scilicet ꝙ exceptio falsi procuratoris reddit iudicium retro nullum, est notandum, quia quotidie contingere potest, an iudex ex officio suo, ne in vanum laboret & faciat iudicium frustratorium, possit compellere procuratorem ad exhibendum mandatum, vel ad cauendum de rato si dubitatur de mandato. glo. tenet ꝙ sic, in c. j. in verbo, absentia. in fi. de electio. libr. 6. aliàs autem poterit eum repellere à limine iudicij, etiam si non opponatur. quam glo. sequitur Bal. in d. l. licet. C. de procur. & in l. exceptionem. C. de probat. & in Auth. offeratur. C. de litis cõtest. & in l. j. C. quæ desunt aduoc. Ange. in l. Pomponius. in §. ratihabitio. ff. de procurat. Panor. in c. causam quæ. el j. de iudic. num. 3. in c. ecclesia. el j. vt lite pendente. & in c. j. & in c. nulli. de appellat. Anto. de But. & ibi And. Barb. in c. cùm M. de constitut. Pau. Castren. & ibi Ludo. Roma. in d. §. alieno. Salic. in d. l. licet. de procu. & ibi Alex. Pro qua opinione est tex. in d. c. causam quæ. de iudic. in fi. ibi, ne litem sopitam valeat suscitare. illam etiam glo. sequitur Dominicus de S. Geminia. ibi: vbi dicit ꝙ in his quæ redderent iudicium retrò nullum, iudex ex officio suo potest supplere. Pro qua opinione facit glo. in c. cupientes. in §. cæterùm. versic. vel si personas. in gloss. in verbo, contumacia. de electionibus. libr. 6.

Contra quam glo. est text. expressus secundum lecturam Bar. ibi, in d. l. inter quos. in §. alieno. versi. ꝙ si ei non cauebitur. vbi tenet ꝙ iudex ex officio non potest opponere contra inhabilitatem personæ comparentis in iudicio. & ideò Io. de Imo. in d. §. alieno. nume. 9. reprobat illam glo. illam etiam glo. reprobat idem Io. de Imo. in c. cùm in iure peritus. de offic. delegat. Ratio est: quia iudex non debet impartiri officium suum non postulatum: vt in l. 4. in §. hanc autem iudicium. ff. de dam. infect. & quia in casu d. glo. iudicium non erit frustratorium, cùm exequutio possit fieri contra falsum procuratorem: vt in l. Plautius. ff. de procurat. & in l. si se non obtulit. ff. de re iudic. glo. in d. l. licet. in glo. fi. & in l. si expressim. in verbo, præscriptione. ff. de appellat. & illam glo. in verbo, absentia. in d. c. j. de appel. dicit communiter reprobari Felin. in d. c. causam. nu. 1. de iudi.

Sed his non obstantibus & alijs quæ contra illam glo. allegantur, dico ꝙ illa glo. est vera & magis communiter approbata: & non obstat illa ratio ꝙ iudicium non erit illusorium, ex quo procurator tenetur: quia nihilominus militat ratio illius tex. in d. c. causam quæ. scilicet ne lis sopita valeat suscitari. Nam hoc modo non imponitur finis litibus, sed potius occasio litigandi præstatur. Præterea nõ est omnino verum ꝙ quando litigatur exequutio habeat effectum contra procuratorem: quia poterit habere iustã causam litigandi, vt nõ teneatur: vt not. in d. l. Plautius. Vnde quia iudicium potest esse illusorium, militare videtur ratio illius glo. & vltra suprà dict. doct. illam glo. sequitur expressè Philip. Dec. in d. c. causam quæ. nume. 11. vbi in nume. 13. dicit illam glo. esse magis communiter reprobatam. Eam sequitur Roma. in consi. 67. nume. 5. Franc. à Ripa in d. l. 4. in §. hoc autem iudicium. nume. 49. ff. de dãno infec. & in iudicando & consulendo dicit non esse recedendum ab opinione illius glo. cùm sit magis communiter approbata, Iacobi. de S. Georg. in d. l. licet. numer. 9. C. de procurat. Et circa hanc regulam exceptiones quæ opponi possunt contra procuratorem vide per Specu. in tit. de procuratore. §. ratione. nu. 17. cum sequentibus.

REGVLA CCLXV.

EXCEPTIO ex pacto nudo de iure ciuili oritur. Hanc regulam probat text. in l. iurisgentium. in §. sed cùm nulla. vel sicu. igitur nulla. ff. de pactis. & in l. j. in §. id quod natura. ff. ad l. Falcid. & ita expressè tenet Bal. in cõsil. 98. incip. mulier maritum dixit, ad fin. vol. 2. Soc. in l. 2. in prin. ff. sol. matri. Quæ exceptio non dicitur præsisè cogere, sed causatiuè: vt est glo. in l. 2. in verbo, suspectum. ff. solu. matri. & ibi Claudius de Seysello nu. 35. & pro hac regula facit: quia multa possunt haberi per retentionem quæ non possunt obtineri per actionem. glo. est notab. in l. si cum filio. in princ. & ibi bonus text. ff. de compensat. Pau. de Leazar. in c. finem litibus. col. 8. versic. circa fin. de dolo & contu. & licet soleat dici ꝙ cui damus actionem, multò fortiùs exceptionem: vt in l. vendicantem. cum l. sequenti. ff. de euictio. non tamen idem dici potest è contrario, ꝙ cui damus exceptionem, multò fortiùs actionẽ: quia dicta regula non procedit casu contrario, vt in l. si in area. in §. fi. ff. de condi. indeb. & in l. sicut. in §. j. ff. quibus modis pig. vel hypoth. solu. iuncta l. si hæres pecuniam. ff. ad Trebel. & ita expressè tenet Io. Crot. in repet. l. si constante. col. 34. in fi. ff. solu. matri. Pro hoc autem est glo. in l. j. §. eum qui. in verb. non animo. ff. de const. pecunia.

Amplia primò vt non solùm pactum nudum expressum producat exceptionem, sed etiam tacitum, vt in l. 2. C. de pact. & ita tenet Philip. Corn. in consil. 33. num. 26. volum. 2.

Amplia secundò vt procedat etiam si sit pactum de vsuris soluendis, vt in l. per retentionem. C. de vsuris. & in l. 2. & ibi Odofred. & Ioan. de Platea. C. de fiscalibus vsuris. lib. 10.

Amplia tertiò vt procedat quantumcunque illud pactum sit nudissimum. ita tenet Ang. in l. si cùm te. ff. de pactis. quem sequitur ibi Iacob. de S. Georg. nu. 5.

Quartò amplia etiam si pactum fieret ad finem agendi, in casu posito per Io. Baptistam de Caccialu: in tract. de pactis.in 6.q.nu.39.ver.7.scias.

Quintò amplia vt non solù tale pacti pariat exceptionem principali paciscenti, sed etiam singulari successori: quia ius excipiendi transit in singularem successorem, vt not.Bart.in l.si tertius.in §. si quis priùs.num.6.& 7. ff.de aqua pluuia arcen.bonus text. in l.in hoc iudicio. in princ. ff.commu.diuidun.Soc.in consi.121.nu.16.vol.j.

Amplia sextò vt procedat φ etiam ille qui detinet rē sibi naturaliter debitam, sit tutus in foro conscientiæ. ita tenet Abb.& ante eum Anto.de Butr. in c.j.nume.19.de in integrum restit.Fran.de Ripa in c.j.nu.89.versi. tertius casus.de iudi.facit quod suprà dixi in regu.88.in 5.limitatione.

Limita primò vt non procedat in casu quem ponit Philip.Dec.nume.13.post glo.ibi,in l.in bonæ fidei.C.de pactis.vbi dicit φ pactum factum ex interuallo ad agendū, si non producit actionem non valet etiam ad excipiendū. quam opinionem tenet Ange.in consil.77.numer.2.in fi. in 2.col.versic.2.quia dicta petitio.Sed veritas est in contrarium secundum Alex.per Salic. in d. l. in bonæ fidei.p tex.alleg.in d.glo.scilicet tex.in l.pacta conuenta.ff.de contrahen.empt.versic.sed conclusio quidem.quem text. ibi expressè ad hoc not. Fulg. Et quod veritas in contrarium sit,tenet Decius in d.l.in bonæ fidei.nu.13. Eandem opinionem tenet ibi Ias.Socin.in 3.notabili, Riminaldus, & Lancelotus, Dec.& Iacob.de S. Georgio nu.23. vbi hoc notabiliter declarat.Eandem opinionem, vbi etiā declarat dictum Ang.in d.consi.tenet ibi Franc.Purpur.nu.21. Eandem etiam opinionem reprobando suprà d.glo.in d. l.in bonæ fidei.tenet Ias.in l.traditionibus.nu.2. ff.de pact.

Limita secundò vt non procedat hæc regula in casu l. iuris gentium.in §.si vt maleficium.ff.de pact.vbi glo. vnica ibi hoc expresse not.

Limita tertiò vt non procedat in pacto nudo compromissi,ex quo secundum communem opinionem Legistarum non oritur actio nec exceptio:vt not.Panor.in c.per tuas.nume.8. de arbitris.

Quartò limita vt non procedat in casu l. iuris gētium. in §.si ante aditam.ff.de pact.vbi Iacobi.de S.Georg. in j. lectura,nu.2.& in 2.lectura. nu.1. dicit esse casum in quo pactum non producit exceptionem pacti, sed bene producit exceptionem doli.

Quintò fallit quando res esset habita cum vitio: quia tunc recipienti obstaret replicatio doli: cùm exceptio sit fundata super æquitate,contraria æquitate eliditur. argu. tex.in l.qui æquitate.ff.de doli except.& quæ sit ratio qua re exceptio sit fundata super æquitate, ponit Lancelotus Galiaula in Rub.ff.de verb.obli.conclusione 18.

Limita sextò vt non procedat in contractu innominato:nam licet contractus innominatus dicatur pactum nudum,tamen non producit exceptionem. ita tenet Soc.in Rub.ff.de verb.oblig.nu.10.

Limita septimò in casu quem ponit Ang.Aret. in §.alteri.num.7.versic.sed mihi insurgit dubium.Instit. de inutili stipulat.scilicet id quod dicitur naturalem obligationem valere ad retentionem, intelligi quando debeat sibi solui:vt in l.quod in diem. in §.j.ff.de compensationibus.

Regula CCLXVI.

Exceptio taciti pacti de non petendo inducitur ex receptione partis debiti, facta ab vno ex pluribus insolidum obligatis.Hanc regulam probat text. in l.si creditores.C.de pactis.Rationē huius regulæ dubitādi & decidendi ponit glo.in d.l.si creditores.& ibi Bal.& Salic.

Hanc regulam ampliat tribus modis, & limitat decem modis Franc.Purpura.in d.l.si creditores. à nu.1.vsque ad nu.fi.& septem ampliatio.& quinque limitat. ad supradictam regulam, vbi notabiliter eam declarat & ponit etiā eius rationem,tradit Petrus Stella Aurelianensis in disputatione quam fecit super tex. in d.l.si creditores.scilicet an & quando creditor ab vno ex correis partē eius recipiens, an videatur tacitè debitum diuisisse,in j.conclusione, quā ibi facit per totam.

Regula CCLXVII.

Exceptio inuentarij non confecti impedit litem contestari.Hanc regulam probat text.in l.fi.in §. donec.C.de iure delib.& ibi Bart. Quam opinionem per illum tex.tenet vltra Bar.ibi Pau.Castr.Alex. Ias. & Philip. Corneus & alij qui ibi scripserunt.Alex.in addit. ad Barr. in l.vir bonus.ff.iudic.solui.De iure regio probatur in l.7. tit.6.part.6.& in l.13.tit.9.part.7.

Limita primò non procedere in hærede conuento vt restituat vsuras, quando defunctus iussit eas restitui; vel cauit,secundum formam tex. in c.quamuis. de vsuris. lib.6.nam tunc propter periculum animæ quæ cunctis rebus præferenda est, nun debet differri: vt in l.sancimus. C.de sac.san.eccles.in c.cùm infirmitas.de pœniten.& remissio. & hanc limitationem ponunt doctores in d.§.donec.præcipuè Iacobi.de S. Georg. nu.2.Philip.Corn. nume.1.Xuarez in l.post rem iudicatam.in j.extensione: nume.6.fol.132.col.j.ff.de re iudi.

Limita secundò vt non procedat quoties hæres inquietaret alios ex causa hæreditatis: nam tunc potest reconueniri à conuento ab eo.arg.tex.in l.2.in §.sed si agant.ff.de iudi.& in Auth. consequenter. C. de sententijs. nisi illos conueniret hæres necessitate compulsus:puta quia debitores hæreditarij cum pecunia fugiebant vbi fecit eos capi: vel domus vicini minabatur ruinam super domum hæreditariam, vnde petit cautionem damni infecti: vt in l.2.in §.sed si agant.ff.de iudi.ita expressè tenet Ang. in d. §. sed si agant.nume.3.idem Ange. vbi dicit ita vidisse de facto practicari & iudicari in l.j.in §.hæc stipulatio. nu.16.versicu.tertiò fallit.ff.si cui plus quàm per l.falcid. quē sequitur ibi Io.de Imo.nu.10.Philip.Corn. in d.§.donec.nu.2. Xuarez vbi suprà,nu.8.

Limita tertiò vt non procedat quoties petitur aliquid ab hærede pro impensa funeris: tunc non opponit de inuentario.ita expressè tenet Auge.in d.l.j.in §.hæc stipulatio.nu.16.quem sequitur Philip.Corne. in d.§.donec.nume.2.& ibi Iacobi.de S.Georg.nu.1.

Quartò fallit quando conueniretur hæres pro legatis pijs non requirentibus dilationem, scilicet alimentorum pauperū qui interim fame pereunt:ita expressè tenet Ange.in d.§.hæc stipulatio.nume.16.versi.2. fallit. quod dictum sequitur ibi Io.de Imo.nu.10.vbi dicit se ita vidisse practicari. Eandem opinionem tenet Philip. Cor.in d.§. donec.nu.2.Iacob.de S.Georg.nu.1. Barthol. de Chassanæo in consuetu. Burg. in titulo {Des succesions.} Regula 7.§.14.col.j.nu.9.fol.281.

Quintò limita quoties conuenitur hæres rei vendicatione: quia tunc conuenitur vt quilibet possessor, non vt hęres,vt in l.de eo.in §.pen.ff.ad exhib.ita expressè tenet Odofredus,Guliel.de Cugno,Bal.Sal.& Paul.de Cast.& ibi Philip.Corn.nu.1.Iacob.de S. Georg. nu.1.Ang.in d. §.hæc stipulatio.nu.16.& ibi Io.de Imo.nu.10.Rodericus Xuarez in loco suprà allegato, nu.7.

Regula CCLXVIII.

Excommunicatus non potest in iudicio principaliter agere.Hanc regulam probat tex. in c.intelligimus.de iudi.in c.post cessionem.de proba.in c.decernimus.de sent.excom.lib.6. De iure regio probatur in l.4.tit.10.lib.2.fori.& in l.176.styli.Circa quam regulam vltra docto. in suprà dictis locis vide Nepotem à Monte Albano in tract.exceptionum,arti.6.per totum.Io.de Lигniano in tract.de censura ecclesiastica.numer. 26.& 27. Paul.Parisium in c.cùm inter.& in c. fi.tıu.2.de exceptio. Hier.Gigantem in tract.de pensionibus.q. 14. Chassa.in consuetu.

consuetu.Burgun.titulo {Des iustices} Rub.j.§.6.fol.63. col.4.nu.15.Ioan. de Selua in tractatu de beneficio. in 3. part.q.4.Lud.Gome.in c.j.nu.16.de rescrip.lib.6.

Hanc regulam cum quatuor limitationibus ponit Soc. in regula 132.

Hanc item cum 14.limitationibus ponit Fel.in d. c.intelligimus,à nume.7.vsque ad fi.Eandem cum 22.limitationibus ponit Montaluus in d.l.4.tit.10.lib.2.fori.in glo. in verbo,{demandar.} ex quibus quindecim ante eũ posuit Dominicus de S.Gemin.in c.j.de rescrip.lib.6. Et circa hanc regulam vide 61.pœnas excommunicationis,per Petrum Rebuffum in glo.concordatarum,in Rub.de excommunicatis non vitandis.pag.383.col.2.cum 8.seque.

REGVLA CCLXIX.

EXCOMMVNICATVS non potest esse arbiter. Quam regulam firmat Io.And.in regula, dolo.de regu.iur.lib.6.& ante eum hoc tenuit Spec.in tit.de arbitris. in §.differt.nume.10.Host.in c.cùm dilectus. de arbitris. Hanc opinionem tenet glo. & ibi Odofr. & doct.in l.Pædius.in verbo, ignominiosus. vbi assignat rationem.ff.de receptis arbit.allegat tex.pro ista opinione in c. ad probandum.de re iudi. Eandem opinionem tenet Panor. ibi nume.2.& in c.veritatis.nume.32. de dolo & contu. & in c. Quintauallis.nume.27.de iureiur.Dominic.de S.Gemin. in c.decernimus.nume.7.de sent.excommu. Dec.in c.intelleximus.in j.notab.de iudicijs. Hanc opinionem dicit esse veram Ange.Aret.in §.pen.nume. 19. Institu.de except.Lanfrancus de Oriano in tract.de arbitris. in 2.parte principali.numer.20.Hanc opinionem dicit esse communem Ioan.Baptista de S.Blasio in tracta.de arbitris.in 6.part.4.lib.nu.1. Eandem opinionem tenet Io.de Imol. in l.ex facto.in §.si quis rogatus. ff.ad Treb. Eandem opinionem dicit etiam esse communem Alex. in l. si quis arbitratu.col.pen.ff.de verb.oblig.Io.de Imo.in c. Quintauallis.nume.41.de iureiur.Io.de Selua in tract. de beneficio.in 3.part.q.4.nu.3.

Limita primò quoties arbiter excommunicatus eligitur per alios excommunicatos:nam tunc inter excommunicatos potest esse arbiter:argu.tex.in l.quoniam. C.de hæret.c.pagani.§.in hoc.& c.sequenti.2.q.7. ita expresse tenet Specu.vbi suprà:& ibi Io.And. in additio. quod tamẽ non puto procedere in arbitro iuris: vt in electo ex forma statuti, per rationem quam ponit Angel. in q. incipienti, duo inuicem:vbi dicit quod quotiescunque arbitro cohæret iurisdictio,vt est in arbitro iuris & in arbitro qui eligitur ex forma statuti inter consortes: tum excommunicatus non est capax talis arbitrij ex quo non est capax iurisdictionis:& quod isti arbitri statutarij habeât iurisdictionem quemadmodum & iudices,vltra Ange.in d.disputatione ita tenet Franc.Aret.in l.nemo potest.nume.4.vers. si.dubitatur.ff.de leg.j.col.8.& ibi Io.Crottus col.3.Io.de Imo.in c.Quintauallis.nu.4.de iureiur.

Limita secundò quando communiter pro non excommunicato habebatur:nam communis opinio præualet veritati:ita expresse tenet Specu.in titu.de senten.in §.quoniam.numer.4.Baptista de S.Blasio in tract. de arbitr.c.6. 4.lib.nume.1.facit text.in l.Barbarius Philippus. ff. de officio præt.& quod ibi not.Ias.nume.61. De iure regio facit tex.in l.4.in fi.titu.4.part.3.& in l.3. titu.15. lib.2.ord. quod not. Tiraq.in ll.connubiali.b.glo.6.numer.141.cum seq.& hanc opinionem tenet expresse Abb.in c.veritatis. suprà alleg.Federic.de Senis in consi.136.num.1.in fi.Fel. in c.ad probandum,nume.3.de re iudic.

Tertiò limita vt non procedat in excommunicato nõ publicè:nam talis intra annum potest esse arbiter:post annum verò non,arg.tex.in auth.credentes.C.de hæret.vbi excommunicatus ob id q̃ fauorem præstiterit hæreticis, intra annum potest pœnitere: post annum verò priuatur omni commodo officij,& non potest esse testis. ita tenet Ioan.Baptista de Sancto Blasio in d. tract. de arbit.libr.4. c.6.nume.1.Io.de Imol.vbi hoc notabiliter declarat in d. c.Quintauallis.nu.41. Et circa hãc reg. exceptiones alias quæ contra arbitrum possunt opponi, ponit Spec. in titu. de arbitro & arbit.§.excipitur.nu.1.

REGVLA CCLXX.

EXCOMMVNICATVS non potest petere restitutionem in integrum. Hanc regulam ponit Abb. in c.significauerunt. de except. Quem sequitur ibi Fel. nume.11.Io.de Imo.nu.6.Petr.de Anch.nu.5.& ibi Pau.Parisius notabiliter numer.44. idem Abb. quem sequuntur ibi doct.in c.cùm inter,nume. 19.eod.titu. de except. reiecta opinione Dominorum de Rota in decisione 453. in nouis,secundum impressionem antiquam : & secundũ nouam,in decisione 7.in tit.de except.vbi domini de Rota pro vtraque parte multa fundamenta adducunt.

Limita primò vt non procedat quandocunq; vertitur periculum animæ,ita expresse tenet Host. in d.c.significauerunt,& ibi Pet.de Anch.nume.5.Io.de Imo. num.6. Fel.nume.11.Abb.nume.22.& sic omnes doctor. Eandẽ opinionem tenet etiam Ant.de But. & ibi Abb. in c.cùm inter.nume.19.de except.& ibi Fel.nume.26. quam opinionem tenent Domini de Rota in d. decisio.7. vbi ponunt exemplum in causis beneficialibus, & in causa matrimoniali cùm non transeat in rem iudicatam: vt in c.lator.& in c.tenor.& in c.consanguinei.de re iudi.vt not.in c.iurauit.in c.quoniam contra. in glo. fin. de probat. Pro qua opinione facit: nam licet allegãdo quis turpitudinem suam non audiatur:vt in l.si creditoribus.in fi. C.de seruo pigno.dato & manumis.cum alijs: not. Fel.latissimè in d. c.lator.in j.col.Ias.in l.alias.nume.17.ff.de iureiur. tamen vbicunque vertitur periculum animæ bene auditur. ista est gl.notab.secundum Abb.ibi in c.inter dilectos. in verbo,turpitudinem.de donat.& est similis glo. in c.tertio loco.in verb.præcognitam.de præsumpt.& Io.de Imo. notabiliter in d.c.significauerunt.nume.10.dicit q̃ quandocunque vertitur periculum animæ,non solum conceditur restitutio vt in præsenti limitatione, verùm etiam conceditur actio.quem sequitur Fel.in d.c.cùm inter.nume. 26. Pau.Paris.vbi hoc notabiliter declarat in d. c.significauerunt.num.47.de except.

Limita secundò procedere quandocunque quis velit restitui ex capite tantùm:quia excommunicatus est ratione fauoris personæ:secus si ex alio capite esset impedimẽtum propter quod vellet restitui : quia tunc concedenda est,ita expresse tenet Abb.in d.c.cùm inter.numer. 19.de exceptionibus.quem sequitur ibi Fel. nu.19. & ibi etiam Philip.Dec.faciunt quæ no.Abb.& Philip. Franc.in c.ex ratione.de appellat.Eandem opinionem sequi Pau. Paris. in d.c.significauerunt.nu.44

Limita tertiò vt procedat quando restitutio in integrum peteretur principaliter : secus autem si incidenter: quia tunc deberet concedi excommunicato, quando illã petit ad effectum appellationis interponendæ & prosequendæ. Nam cùm excommunicato concedatur appellatio, etiam concedi debent antecedentia ad illam, argum. notatorum in l.oratio. ff.de sponsa. & ita expresse tenent Domini de Rota in d.decis.7. & est de mente glo. in c.in nomine domini.in verbo,audientia,23.dist. tamen communiter doct.tenent contrarium,volentes q̃ etiam incidenter peti non possit, ex quo est illi imputandum quare non appellauit.ita tenet Abb. & Fel.in d. c.significauerũt. idem Abb.& Fel.in d.c.cùm inter. Eandem opinionem, vbi eam notabiliter declarat,tenet Pau.Paris.in d.c.significauerunt.nu.45.vbi eam dicit communem.

REGVLA CCLXXI.

EXCOMMVNICARI debent non venientes ad Synodum Episcopi.Hanc regulam probat text. in c. si.18.dist.& in c.quod super his.de maior.& obed.ibi,per censuram possunt etiam suspendi vel interdici : quia appellatione ecclesiasticæ censuræ comprehenditur excômunicatio,

nicatio, ſuſpenſio, & interdictũ: vt in c. quærenti. de verb. ſign. quẽ tex. vltra Io. Ber. in practica, c. 122. notabiliter declarat Bermondus in tractatu de publicis concubinarijs: pag. 172. nume. 1. cum alijs.

Amplia primò hoc procedere etiam licet veniant, ſed non in tempore competenti: hoc eſt in termino aſsignato per tex. in c. placuit. & in c. ſi epiſcopus. 18. diſt. vterque Card. notant: ſi tamẽ veniant ſynodo iam cœpta, non debent puniri: quia ex quo veniunt præſumuntur fuiſſe impediti. argu. tex. in l. diuus. ff. de in integr. reſtit. ita tenet Geminia. in d. c. ſi epiſcopus. col. j.

Amplia ſecundò procedere non ſolùm ſi non veniant, ſed etiam ſi veniant, & illicentiati recedant: vt in c. ſi quis autem. 18. diſt. & in c. rurſus. 11. q. 3. in c. j. de iudic. ita tenent Innoc. & Panor. in c. conſuluit, col. 3. de offi. deleg. vbi dicunt ꝙ ſi canonicus ſit vocatus ad electionem, & die præfixa non fiat electio ſed differatur, ſi poſteà recedat, præſentes eo non citato ad electionem vlterius poterunt procedere. faciunt not. per Bar. nume. 10. & ibi Alex. nume. 24. in l. ſi finita. in §. Iulianus. ff. de dam. infe. vbi dicit ꝙ veniens ad iudicium & nõ ſtans vſque ad diſceſſum iudicis, non dicitur veniſſe, niſi licẽtiatus abeat. Facit etiã: nam laici non debent exire è Miſſa ante benedictionem: vt in c. miſſas. de conſec. diſt. j. nec clerici ex horis ante Benedicamus Domino: vt not. Card. in Clem. j. notab. 8. de celebrat. Miſſarum. à ſimili ergo ad ſynodum venientes & recedentes ante generalem licentiam, quæ fit in benedictione epiſcopi, dum dicit, Vt poſsitis illæſi ad propria redire: non cenſentur veniſſe: & ideo poſſunt excommunicari, interdici, vel ſuſpendi.

Limita primò quando debentes venire eſſent contumaces, & ter citati ſeu moniti: aliàs non deberent excommunicari, interdici, vel ſuſpendi: vt in c. ſacro. de ſent. excõmu. c. reprehenſibilis. de appel. in c. conſtitutionem. de ſenten. excommu. lib. 6. ita tenet Card. & ibi Præp. in c. ſi quis epiſcoporum. 8. diſt. Monitio tamen vna ſi fuerit facta in ſynodo, habet vim trinæ monitionis: vt eſt glo. notab. in c. ſi epiſcopus. in verbo, præceptione, 18. diſt. quam gloſſam ſequitur Abb. in c. ex literis. nume. 8. de conſtitu. & in c. cum nobis. nume. 10. de elect. & in c. cùm cauſa. num. 8. de offi. deleg. Felin. in c. quoniam frequenter. in §. porrò. nume. 22. verſic. aduerte tamen, vt lite non conteſtata. & in c. cùm ſit Romana. nume. 20. de appellationibus. Franciſcus à Ripa in c. 1. nume. 87. de iudi. Ratio eſt: quia in actibus extraiudicialibus regulariter non requiritur peremptoria citatio, ſed ſufficit vnica: vt not. in d. locis. & not. Bar. in l. ſi tempora. C. de fide inſtrum. & iure haſtæ fiſca. lib. 10. & in Extrauag. ad reprimendum. in verbo, in termino. quomodò in crimine læſæ maieſta. procedatur. in Vſibus feudorum: & in Clemen. j. in §. propter. in verbo, requiſierit. de hæret. latè Fel. in c. ex literis. nume. 8. de conſtitut. Roma. in ſingu. 424. Alex. de Imo. in l. contumacia. in 8. fallẽ. ff. de re iudi. doct. in l. de pupillo. in §. ſi quis ipſi prætori. ff. de no. oper. nunciat. Hippo. in l. de vno quoque. nume. 168. ff. de re iudi.

Regvla CCLXXII.

Excommvnicatvs poteſt facere teſtamentum. Hanc opinionem tenuit Inno. in c. cùm voluntate. de ſent. excom. Archid. in c. pia. de except. lib. 6. Cuius ratio eſt: quia omnes qui de iure expreſsè non prohibentur, poſſunt teſtari: vt in l. ſi quæramus. ff. de teſtamen. & in §. fi. Inſtit. quibus non eſt permiſ. face. teſta. & in l. j. C. de ſacr. ſan. eccle. ſed excommunicatus non reperitur prohibitus à iure: ergo poteſt teſtari. Hanc opinionem tenet Io. And. in c. decernimus. de ſent. excommu. Fede. de Senis in conſi. 74. Bar. in l. ſi quæramus. ff. de teſta. num. 3. Bal. in l. fi. col. 3. C. ſi à non competen. iudi. Abb. in c. veritatis, de dolo & contu. num. 32. & in c. paſtoralis. in §. verum. de appel. nu. 19. & in rub. de teſtam. numer. 11. Io. de Imo. in c. 2. de teſta. Io. de Selua in tract. de beneficio, in 3. parte. q. 4. nu. 4. And. ab Exea in libro pactorum: nu. 526. Guliel. Benedictus in repet. c. Rainutius. in verbo, mortuo itaque teſtatore. el j. nu. 288. Io. Garronis in l. j. nume. 32. C. de ſecundis nuptijs. Ang. de Gambellionibus in tractat. de teſtam. in princ. nu. 31. Iacobi. de S. Georg. in l. qui deportantur. nu. 4. C. de hæred. inſtit. & hanc opinionem dicit eſſe communem Fel. in c. ad probandum. nume. 1. de re iudi. & in c. cum voluntate. in fi. de ſent. excommu. Philip. Franc. in rub. de teſtam. lib. 6. nu. 32. Barb. in c. quia ingredientibus. nume. 17. de teſtamen. Arer. in d. l. ſi quæramus. Ioan. Guidenſis in tract. de arte teſtandi. tit. j. cautela 10. pro quorum opinione eſt glo. fin. in c. paſtoralis. in §. verum. de appel. vbi dicit ꝙ excommunicatus æquiparatur relegato, ex quo retinet dominium & adminiſtrationem rerum ſuarum, & poteſt contrahere: vt not. in d. c. veritatis, de dolo & contu. & in d. c. cum voluntate. de ſenten. excom. ſed relegatus poteſt facere teſtamentum: vt in l. relegatorum. §. j. & ſequenti. ff. de interdictis & releg.

Licet contrarium teneat glo. in c. decernimus. in verbo, & teſtificando. de ſenten. excommu. lib. 6. cùm æquiparetur deportato ex genere pœnæ: nam aqua & igne interdicitur excommunicatis, ſecundum glo. in §. minor. in verbo, interdictum. Inſtit. de capitis diminu. Quam glo. in d. §. minor. vltra doct. ibi, declarat Ludouic. Gom. in princ. nu. 40. Inſtit. de actio. Fortu. Garcia in l. Gallus. in §. & quid ſi tantum. nu. 17. ff. de lib. & poſthu. & quæ ſit pœna aquæ & ignis, & qua ratione fuit inſtituta, vide glo. in l. Seia. in verbo, aqua. ff. de donat. inter vir. & vxor. quam ſequitur & declarat Marius Salmonius in d. l. Gallus. in §. & quid ſi tantum. nu. 20. ff. de liber. & poſthu. Ioan. Coraſius in l. naturaliter. in §. nihil commune. nu. 18. ff. de acquir. poſſeſ. & opinionem glo. in d. c. decernimus. ſcilicet quòd excommunicatus teſtari non poteſt, tenet Hoſt. in c. pia. de exceptio. lib. 6. Ioan. Monachus in c. quanquam. de vſuris. eodem lib. Archidia. in d. c. decernimus. & illam glo. dicit eſſe ſingularem Iacobi. de S. Georgio vbi ſimpliciter cum ea tranſit, in l. in pecuniarijs. num. 3. C. de procurato.

Amplia primò etiam ſi ſit notoriè excommunicatus: ita tenet Io. And. in d. c. decernimus. in Nouella, Federicus de Senis in d. conſi. 71. Bar. in d. l. ſi quæramus. ff. de teſtamen. Philip. Franc. in d. Rub. de teſtam. lib. 6. nume. 32. Felin. in c. ad probandum, nume. 1. de re iudic. Io. de Selua in d. tract. de beneficio. in 3. parte q. 4. numer. 4. Soc. in regu. 133. vbi allegat alios doct.

Amplia ſecundò, teſtari inter liberos, etiam ſi ſit condemnatus de crimine hæreſis: vt in l. 4. tit. 26. part. 7.

Hanc regulam cum duabus limitationibus ponit Soc. in regu. 133.

Vltra eum autem limita primò, niſi quis fuiſſet anathematizatus ſeu ſolenniter excommunicatus: vt in c. debẽt. 11. q. 3. quia talis teſtari non poteſt. ita tenet Bal. in l. fi. nume. 7. C. ſi à non competente iudice. Ratio eſt: quia talis anathematizatus videtur incidere in ſuſpicionem hæreſis. ita concludit Philip. Franc. in d. Rubr. de teſtam. lib. 6. nu. 31. allegando Bald. & quid propriè dicatur anathema, ponit tex. in c. Engeltrudam. 3. q. 4. quem text. declarat notabiliter Marcus de Mantua in lib. 5. obſeruationum, obſeruatione 50. vltra glo. ibi: & illa fit cum ſolennitate, de qua in c. debent. & in c. cùm aliquis. 11. q. 3. & in cap. cùm non ab homine. de iudi. & vnde dicatur anathema, eſt gl. in Extrauag. excommunicamus. in verbo, anathematizamus. de ſent. excommu. in communibus. quam glo. ſequitur Fel. in c. à nobis. numer. 7. de exceptio. & quid ſit anathema, vltra illam glo. ponit Hoſt. in c. fi. de clerico excõmu. miniſtran. & ibi Abb. idẽ Abb. in c. cùm contingat. de foro compet. Felin. in Rubr. numer. 3. de ſentent. excommunicat.

Limita ſecundò niſi quis eſſet excõmunicatus eo quia percuſsit Cardinalem, vel auxilium, vel conſilium dedit, vt in c. felicis. in prin. de pœnis. lib. 6.

Regvla

REGVLA CCLXXIII.

EXECVTIO sententiæ fieri non debet durante tempore dato ad appellandum. Hanc regulam probat glo.in l. vnica, in verbo, nouare.ff.nihil nouari appella.penden.glo. in c.non solum.in verbo, innouata.in princ.de appel.lib.6. De iure Regio est text.in l.5.titu.27.par.3.& in l.7.tit.15. libro 2.fori.

Hanc regulam cum vnica ampliatione & septem limitationibus ponit Philippus Francus. in c.non solum.num. 7.de appella.in princ. Et circa ampliationem vide Bernar. de Luco in regula centesimadecima. Porrò circa hanc regulam vide septemdecim casus in quibus impeditur executio sententiæ, per Spec.in tit.de executione sententiæ.in §.postremò.à num.1. vsque ad numerum septimum, alios ponit Petrus Rebuffus in gloss. ad Constitutiones Regias Galliæ:in titulo de sententijs executorijs. artic.vlti.in glo. vltima, nu.12.cum alijs, in 2.ampliatione: quæ ampliatio non procedit, vt dixi in regula tricentesimaquadragesima quinta, in secunda limitatione.

REGVLA CCLXXIIII.

EXECVTIO quando fit super re super qua cognitio præcessit & sententia est lata, non impeditur à tertio se opponente: sed illi cauetur de indemnitate. Hanc regulã probat tex.in l.is à quo.& in l.sequen.ff.de rei vendi.in l.cum idem.ff.de peti.hered.& ita per illa iura concludit Bar.notabiliter in l.à diuo Pio.in §.si super rebus. num.2.ff.de re iudicata.& in dicta l.cum idem. ff.de petitio. hæredi.idem Bar.in l.si alienam rem.ff. de solutio. & in l.ita tamen.in §. quoties.numero 2.ff.ad Trebel. Inn.in c. cum super.de re iudic.num.4.& ibi Felin.nume.11.& in c.veniens.el 2.numero 7.de testibus. Iason in dicto §.si super rebus.nu.17. & ibi Alex.numero 24.& ibi Vincent. de Herculanis notabiliter, num.32.

Hanc regulam ponit Ioan. Bernard.cum duabus limitationibus reg.266.

Amplia primò habere locum in beneficialibus, vt videlicet tertius se opponens executioni sententiæ latæ super beneficio, non impediat executionem, præstita cautione victo de eum defendendo contra tertium. ita tenet Inno. in dicto cap.super.de re indicat.idem Innocen.Ioan.And. & Docto.in c.1.de concessio.præben.lib.6. Felin.in dicto cap.veniens.numero 7.versic.tertia conclusio.de testi. Iason in dicto §.si super rebus. numero 17.Matth.de Afflictis in cap.si duo homines. numero 33.de pace tenenda & eius viola.in vsibus feudorum.& in c.imperialé.in §.prætereà inter duos.nu.67.de prohibita feudi aliena.per Federic.in vsibut feudorum.

Amplia secundò habere locum in feudis. ita concludit And.de Iser.in c.1.in 3.col. de vasallo qui contra constitutio.Lotharij.in vsibus feudorum. Quem sequitur Matth. de Affli.in d.c.imperialem.num.67.& in d.capitulo, si duo homines.num.33.

Limita primò vltra Bernar. vbi interuenisset sciẽtia ipsius tertij: quoniam si sciuisset & pro suo interesse non cõparuisset, non audiretur etiam data cautione, per text.in c. quamuis.cum sua materia, de re iudi.& in l.sæpe.ff.eo.tit. ita tenet Anto.de Butrio, Panormitanus, & Fel.in d.c.veniens.el 2.de testib.nume.10.versi. secundò fallit.ita tenet Alex.vbi dicit ꝙ ita communiter tenent Docto. in d.§.si super rebus.nu.24.eandem opinionem tenet Io.de Imola, in l.à sententia.in princ.ff.de appel.

Limita secundò quando victus possideret: quia tunc impediet tertius executionem præstita cautione: secus tamen si ille tertius se opponens possideret: quia audiendus esset & impediret executionem, per ea quæ habentur in d.c.cũ super.& in d.§. si super rebus. & in l. ob maritorum. C.ne vxor pro mari.& in l.fin. C.si per vim vel alio modo.& ita loquitur tex.in d.l.is à quo.scilicet quando non tertius, sed victut possidebat. Hanc limitationem posuit Io.de Imol. in l.à sententia.in princ.col.5.ff.de appellat.quem sequitur Alexand.in dicto §.si super rebus.numero 26.versicu.tamen potestis. Alia circa hanc regulam vide per Docto.in locis suprà allegatis.

REGVLA CCLXXV.

EXECVTIO contra omnes & in omnibus rebus potest regulariter fieri, nisi, expressè reperiatur prohibitum. Hanc regulam probat regula iuris quæ habet quòd in iure omnia censentur permissa nisi reperiantur prohibita, vt in l.necnon.in §.quod eis.& ibi gl.ff.ex quibus causis maio.tex.in l.ab ea.ff.de probatio.& in l.mutus.in §.cum quęritur.ff.de procur.cum alijs similibus allegatis in glo.

Limita primò non procedere in vestibus, lecto, & alijs similibus ad vsum necessarium deputatis: nam in istis non fit executio: quia ista minimè transeunt in hypothecam, secundum Bart.Bald.& Doctores, in l.1.C.quæ res pignori obligari poss.text.in l.5.tit.13.par.5. Pro quo facit: quia vestes etiam cedendi bonis sunt relinquendæ. secundũ Bart. & Doctor.in l.penult.ff. de cessione bonorum.quia etiam damnatis ad mortem nõ auferuntur vestes: vt in l.Diuus. ff.de bonis damna. Ita tenet Ioan. Faber, & ibi Iason numero 26.in §.si.Instit.de actio. Quod tamen intelligo verum, quando aliud debitor haberet: sed quando aliud non haberet debitor, possunt capi etiam suppellectilia, & lectus, & vestes: debet tamen solum relinqui vestes quibus cooperiatur. pro qua opinione est gloss.in verbo, oratorium.in l.exequutores. C.quæ res pignori oblig. possunt. quam gloss.sequitur Ludouic. Gome.in §. item Seruiana. numero 37.de actio.Instit.faciunt quæ dicam in sequentibus limitationibus.

Limita secundò non procedere in bobus aratorijs, & instrumentis ad agriculturam deputatis, vt est tex.in l.executores.& in Auth.agricultores.C.quę res pignori oblig.possunt.ita tenet Ias.in l.1.nu.1.ff.de ferijs. Ludo.Gome.in §. item Seruiana.nu.30.Instit.de actio. Pro qua est Regia l.4. tit.13.par.5.& l.5.tit.19.lib.3.fori & l.7.& 8.tit.12.libr.5. ordina. Quod etiam verum intelligo, vt suprà dixi & infrà dicam alijs bonis non existentibut.

Limita tertiò non procedere in militibus: nam executio non potest fieri in armit, nec in equis ipsorũ, vt est glo. in l.Nepos Proculo.in verbo, dignitate.ff. de verb.signifi. quam sequitur Ias.in §.item Seruiana. nume.66.Instit.de actio. De iure Regio probatur in l.5.tit.13.par.5.& in l.9. tit.12.lib.5.ordina.& in l.12.tit.1.& in l.3.tit.2.lib.4.ordi. Quod etiam habet locum etiam si iste talis nõ sit miles: si tamen militat & habet equum & arma, talia etiã non possunt capi: vt in d.l.12.titu.1.libr.4.ordin.& in pragmat.57. versi. {Otrosi desendemos.} in volu.parg.& in prag.vltima, de Madrid, Anno Domini 1534. Quod tamẽ locum habet etiam pro debitis fiscalibus, vt in dict.pragma.154. vbi hoc intelligit quandocunque miles habet alia bona: secus si alia bona non habet. pro qua opinione est etiã text. in l.stipendia.C.de executio.rei iudicatæ.& ibi Cinus.

Limita quartò non habere locum in stipendijt militũ, vt in l.stipendia.C.de execu.rei.iudi.& ibi Doct.& in l.cõmodis.& ibi Doct.ff.de re iudi.

Quintò fallit in scholaribus: nam in libris scholariũ non potest fieri executio: vt est glo.not.in l.nepos Proculo. in verb.dignitate.ff.de verb.signi.quam gl.sequitur Ias.in l.si non sortem.in §.si centum.ff.de cond.indeb.& istam opinionem tenet Montal.in dicta l.5.titu.13.part.5.Eandem etiam glo.sequitur Iason in §.fin. nume.6. Instit.de actio. Rebuff.in tract.de priuil.schola.priuil.19.Ratio illius glos. est: quia in generali obligatione nunquam cõprebenduntur instrumenta & res per quas vtilitati publicæ consulitur pro qua opinione est tex.in l.obligatione.cum seq.ff.de pignori.quem text.declarat notabiliter Antonius Negusantius de Fano, in tractatu de pignorib.in 2.parte, membro 2.numero 36.cum sequent. Quam limitationem intelligo verã, vt suprà dixi, quando alia bona reperiuntur: secus si alia bona non reperiuntur: & ita expressè tenet Gome.

in §.item Seruiana.nume.30.Instit.de actio.per glo.in d.l. exequutores.licet idem Pet.Rebuff.contrarium teneat in tract.de priuilegijs scholarium,priuilegio 113.

Sextò limita non procedere contra tertium non nominatum in iudicio:quia contra eum non potest fieri executio.ita expressè tenet Bald.in consil.149.vol.3. facit etiam quod notat Bald.& ibi Ioan.de Imola in l.si bin æ.ff.de iniusto,rupto.idem Bald.in l.si pro te.in fin.C.de dotis promis.vbi tradunt quòd Is qui non reperitur in instrumento, non potest ex illo prætendere executionē, nec actiuè nec passiuè:quamuis ex eo interesse prætendat.facit etiam tex tus cum sua materia in l.à diuo Pio.in §. si super rebus. ff. de re iudic.facit quod tenet Iaso.in leg.iuris gentium.in §. prætor ait.nume.9.ff.de pact.vbi dicit quòd stante statuto quòd instrumenta publica statim debeāt executioni mandari,& contra ea nulla posit opponi exceptio, vt est text. in l.4. titu.8.libro 3. ordina. debet intelligi quando agitur contra illum cum quo factum fuit instrumentum:secus si tertium possessorem. quam opinionem ante eum tenuit Angel.in leg. si vnus.in §. ante omnia. ff.de pact. Ioan. de Imol.in Clement.1.numero 11.de re iudic.Eandem opinionem tenet idem Iason in leg.certi condictio.in §.quoniam.numero 10.ff. si certum petatur, idem Iaso.in leg.si vnus.in §.ante omnia.numero 4.ff.de pactis.& in l.Imperatores.in princip. numero 2.ff. de transactio. In quo notandum est, quòd quandocunque in instrumento est pactum de capiendo & constituendo precarij,potest fieri executio contra tertium possessorem, etiam non citatum, & etiā negotio non liquidato. ita notabiliter cōcludit Franc. Aretin.in consil.21.numero 4.versicu.his tamen non obstantibus.Bartholomæus Socin.in consil.82.numero 8.volum.3.Ludouic.Gozadinus in consil.18.nu.15.& in consil. 42.num.3.& 11.& num.15.in fine. & in consil.95.numero 9. Guido Papa in decisione 356. Albertus Brunus in consil.93.numero 8.Alexan.in consi.85. numero 5.vol.6. Bar.in repet.l.creditores.num.25.C.de pignor.& ibi Salic. col.8.versi.quæro octauò.Bald.in consi.58.volu.5.Imo.in c.potuit.colum.14.versic. nota etiam quando emphyteuta.de locato.Pau.Cast.in consi.10. nu.4.versic.ex his etiam dico libro 1.Andr.Tiraquel.in tracta. de iure constituti.in 1.parte,num.42.

Limita septimò non procedere in peculio profectitio filijnam pro delicto vel debito patris nō potest fieri executio in dicto peculio quamuis profectitio.ita Bartol. in l. 3.in §.sed vtrum.nu.4.versi. venio ad quartam partem.ff. de minorib.& ibi Bald.idem Bald.in l.penult.C.qui bonis cede. possunt. similiter & pro delicto filij non potest fieri executio in peculio aduentitio, etiā super proprietate quæ est tota filij.ita expressè tenet Barto.in l.si finita.in §.si de vectigalibus.num.12.ff.de damno infecto.quem sequitur ibi Io.de Imo.& ibi Alex.nu.44.dicit communiter Doct. ita tenere Io.Bernard.in practica, c.124.pag.174.Pro quo facit:nam pro delicto filij non potest fieri executio etiam in peculio castrensi, vt est text. in l.3. C.de bonis proscripto.quod est liberum ipsius filij : ergo multo minus in aduentitio in quo minus habet iuris.Hanc opin.tenet Bal.in l.3.in §.si filius.ff. quod quisque iur. & an ex delicto patris publicentur fructus aduentiniorum qui ex patris,Bart.in d. §.sed vtrum.nu.5.hoc relinquit cogitandum.Quam quæstionem examinat Alex.latissimè in d.§.si de vectigalibus nu.50.Circa quam quæst.vide Nicol. Boerium in decis.7. Rodericum Xuarez in l.post rem iudicatam. fol.126.col. 1.cum alijs.ff.de re iudi.nu.1.

Limita octauò non procedere in bonis tutoris in quibus non fit executio, quando fuit condemnatus pro pupillo,tutorio nomine:sed fit in bonis pupilli. textus est & ibi Bald.& docto.in l.1. C.quando fiscus vel priuatus. Bart.in leg.2.ff.de adminiſt.tutorum. Quod tamen non procedit quando executio fieret pro condemnatione expensarum: nam si tutor non habuit iustam causam litigandi, & propterea fuit condemnatus in expensis, fit executio contra eum & non contra pupillum.tex.est in l.non est ignotum. ff. de adminiſt.tutorum. Bart.in l.edita.col. fi. C.de edendo.& in l.qui solidum.in §.etiam.ff.de leg.2. & in leg.4.in principio.ff.de re iudicata.

Nonò limita in bonis singulorum ciuiū pro debito vniuersitatis.ita tenet Bald. vbi hoc notabiliter declarat, in l. etiam.numero 25.C.de executione rei iudica.Circa quod vide etiam Bartol.& doct.in l.si se non obtulit.in §.actor. ff.de re iudi.circa quam limitationem vide Bernardum de Luco in reg.267.

Decimò limita non procedere in bonis monasterij, vt in illis non fiat executio pro debito monachi. quod intelligenisi sint bona quęsita monasterio per mediū ipsius monachi:ipse autem monachus non debet pro debito carcerari.ita tenet Bal.in Auth.causa quæ.nu.3.in fi.versi.Quarto considerandum est.C.de episc.& cler.

Limita vndecimò non procedere in fructibus præbendæ seu beneficij ecclesiastici: quia in eis non fit executio pro condemnatione clerici, dummodo habeat alia bona: sed si alia bona non habet, potest fieri executio in dictis bonis.ita tenet Bart.& ibi Alex.nu.2.in l.commodis. ff.de re iud.& ibi Vincent.de Herculanis nu.3. idem Bar.in l.à Diuo Pio.in §.in venditione.versi. exequuntur.in fin.ff.de re iudi.glo.Bar.& doct.in l.stipendia. C.de executio.rei iudi. Abb.& doct.in c.peruenit.de fideiusso. & in c.1.de appel. De iure regio probatur in l.vigesimatertia & quadragesimaquinta.tit.6.parti.1.

Duodecimò limita non habere locum in fructibus feudi, in quibus non fit executio nisi in subsidio : scilicet alijs bonis non existentibus.ita tenet Angel.in l.pro hærede.in §.si quis.ff.de acquirend.hæred. Bart. & ibi Ioan.de Imo. in l. si finita. in §. si de vectigalibus. ff. de damno infecto. Alexan.in l.commodis.numero 2.ff.de re iudic.& ibi Vincent.de Herculanis numero 4.Matth.de Afflict.notabiliter in decisione 26.

Decimotertiò limita vt pro debito vniuersitatis nō possit fieri executio in vijs publicis, & theatris & similibus, quæ sunt ad vsum ciuium & ipsius vniuersitatis:sed compellitur potius vniuersitas imponere collectam.ita tenet Ioan.Andr.in additio.ad Spec.in titulo de executione sententiæ.in §.sequitur.versicul.quid si vniuersitas. Bartol.in leg.si se non obtulit.in §.actor.ff.de re iudica.& in l.1.in §. quibus.ff.quod cuiusque vniuersitatis nomine.Angel.in dicta leg.commodis.ff.de re iudicata.& ibi Ioannes de Imola,numero 3.Alexand.numero 4. Vincent.de Herculanis. numero 4.in fine.

Decimoquartò limita vt non fiat executio in bonis mariti pro debito vxoris, & econtra: vt in l.1.& 2.C.ne vxor. pro marito. Quod tamen non habet locum quandocunq; mulier mortuo marito suscepit tutelam filiorum, & transit ad secunda vota non redditis rationibus & non petito tutore, potest pro debito tutelari fieri executio, etiā in bonis secundi mariti: quæ censentur ad hoc ipso iure obligata.tex.est notabilis in l.si mater.C.in quibus casibus pignus vel hypotecha tacitè contrahitur.

Regula CCLXXVI.

Execvtio potest fieri contra fideiussores pendente lite contra reum.Hanc regulam ponit Bald. in leg.finia. numero 3.C.de fideiusso.per gloss. quam dicit esse notabilem in leg.creditor.in verbo, possem.ff. mandati. pro qua opinione facit notabile verbum eiusdem Bald. in cap.contingit. numero 20.de dolo. & contum. vbi dicit quod captura rei non liberat fideiussorem : sed nihilo minus fideiussor capi potest, allegat tex.in l.hæredes à debitore.in §. quòd si seruus.ff.de fideiussoribus.& ibi Bartol.idem Bar. & docto.in l.creditor.la secunda.ff.si certum petatur.& illud dictum Bald.sequitur Hippolyt.de Mar. in l.vn ius.in §.Custodiæ.nume.31.ff.de quæst.& in repetitio. Rubr.ff. de fideiussoribus.

de fideiussoribus.nu.380.& in sing.398.& Bald.in d.capitulo,contingit.allegat rationem sui dicti.

Limita primò quando per primam executionem esset plenè satisfactum creditori:ita tenet Ang.in l.qui restituere.nu.5.col.2.vers.in gl.in fin.ff.de rei vend. quia alias simplex electio vnius executiui remedij non præcludit viã alijs.facit tex.in l.à quo fundus.ff.de damno infect.& alijs allegatis per Angelum ibi.

Secundò fallit quando consuetudo vel stylus Curiæ esset in contrarium : is enim tunc esset seruandus:vt in c.ex literis.& in c.fin.de consuetud.

Limita tertiò quando conuentio esset in contrarium : nam tunc pacta seu conuentiones seruari debent:vt in l.iuris gentium.in §.prætor ait.ff.de pactis.

Quartò fallit quando quis ageret ad rescisionem contractus seu obligatorij instrumenti : tunc enim pendente cancellationis iudicio non fiet executio. ita expresse concludit Stephanus Bertrandus in consi.43.incipienti,etiam si verum sit.in 1.vol.2.impressionis.quod dictum non videtur verum per tex.in l.2. C.ad leg.Corne.de falsis.vbi si allegatur instrumentum falsum esse, condemnabitur debitor interim pendente quæstione falsi:ita etiam pendente cancellatione. Hodie tamen de iure regio habet locum illud dictum Bertrandi vsque ad decem dies : nam si contractus habens paratam executionem allegetur falsus esse, debet talis exceptio probari, vel aliqua iusta, intra decem dies:vt in l.5.titu.8.libro 3.ordi.qui decem dies enumerantur à die oppositionis:vt in l.9.in leg.de Madrid.& in leg. 64.Tauri.

REGVLA CCLXXVII.

EXECVTIO potest fieri in hæredem mortuo testatore. Hanc regulam probat text.in l.vnica.C.vt actiones ab hæredi.& contra hæred.vbi probatur quòd omnes actiones actiuæ & passiuæ incipiunt ab hærede & contra hæredem.facit etiam l.prima.& per totum.C.de hæredit.actio. facit etiam text.in leg.si seruus.in §. qui margaritam.ff.de legat.1.facit etiam text.in l.prima, in principio ff.ad Trebellianum.& in l.hæredem.ff. de regulis iuris. text.in Authen.de iureiurando à moriente præstito.colla.4.& in leg. hæres.ff.de vsucapio.vbi hęres & defunctus censentur esse vna & eadem persona. facit etiã ad hoc:nam hæres succedit defuncto cum sua causa suisque vitijs:vt in leg.vitia. C.de acquirenda possessio.& in leg.Pomponius.ff.eod.tit. item pro opinione huius Regulæ est text. in leg. miles.in §.fin.ff.de re iudic.vbi executio sententiæ transit ad hæredem.text.& ibi Bartol.in leg.ex contractu. ff.de re iudica. & hanc opinionem tenet Roderic. Xuarez in repetitione leg. post rem iudicatam. in prima extensione, numero 1. ff.de re iudi..fol.13 t.col.1.per tex.& ibi Bar.in l.postulante.ff.ad Trebel.vbi probatur quòd ad id , ad quod poterat compelli defunctus,potest etiam compelli eius heres.Hãc etiam opinionem tenet Ias.vltra doct.quos ibi Xuarez allegat in §.fuerat.nu.60.Insti.de actio.& ibi Ludo.Gome. nu.35.Pro qua opinione est tex.de iure regio, rectè intellectus in l.13.tit.9.par.7.

Amplia primò habere locum etiam si iste hæres fuisset minor : nam nihilo minus potest fieri executio in bonis quæ peruenerũt ad eum ex defuncto, per tex.in l.pupillus. iuncta gl.in §.sed & si creditor.ff.de autori. tutor.& in l.1. C.quando decre.opus non est.

Amplia secundò habere locum etiam si statutum dicat quòd debitor possit carcerari,vt etiam hęres eius tunc capi possit & etiam carcerari. ita expresse tenet Bartol.in d. leg.postulante.in fin.principij.ff. ad Trebell. quia debitor est:vt in leg.debitor.ff. de verborum significat.& illud dictum Bartol.vltra Ioan.de Imol.& docto.ibi sequitur Iason in leg.si cui legetur.in §.fin.in 3.notab.& in leg.diuortio.in §.interdum.numero 6.ff.solut.matrimo.Gomezius in §.fuerat.numero 35.Institut.de actio.Iacob.de Sancto Georg.in l.1.numero 18.ff.si cert.peta. Chassanæ.in consuetud.Burgund.in titu.{ des censes. } Rubr.11.§.6.folio 362. colum.4. numero primo cum sequentibus. Abba.in consilio 82.numero 4. libro 2.Philip. Deci.in consil.536. numero 2. Quod tamen non habet locum quando debitor obligauit personam & bona sua:nam ratione huius obligationis non poterit capi hæres, licet debitor potuisset. ita expresse tenet Barto.in l.si decesserit.nu.1.ff.qui satisd. cogan.quem sequitur ibi Iason nu.13.& in nu.14.assignat rationem in hoc.

Amplia tertiò vt talis executio non solum possit fieri per creditorem, verum etiam per cessionarium:& hoc dũ modo fiat ex persona credentis quòd cessionarius dicere tenetur,licet fiat ad vtilitatem cessionarij : vt in leg.seruo. in §.fin.ff.ad Trebellianum . Angel. & Imol. in leg. ille à quo.in §.vtrum. eodem titulo. Bartol.in leg.in prouinciali.ff.de noui operis nuntiat. & sic cum cessionarius dicatur creditor , illi executio fiet. ita tenet Bald. in leg. prima in fine. C. de actioni. & obligation. & in leg. per diuersas.in 10 quæstio. C. mandati. Iason in dicto §. fuerat. numero sexagesimosecundo.Hippoly.de Marsilijs, vbi plura allegat in singul.26. vbi dicit post Bald. in dict.l.post diuersas. quòd prius constare debet de cessione , & prius debet debitor citari. quem sequitur Nicolaus Boerius, vbi plures docto.ad hoc allegat in decisione 10.numero 1. Ioannes Imbertus , vbi allegat plures docto.pro hoc in Institutionibus Forensibus Galliæ:libro 1.cap.4.pagina 34. Rodericus Xuarez in l.post rem iudicatam. in 7.ampliatione, fol 136.col. 1.tit.de re indic.

Amplia quartò vt etiam contra fiscum & fisci successorem fieri possit:vel in eum cui fiscus bona dedit : vt in leg. 1.C.de hæredi.vel actione vendi. & in leg.eum qui bona. ff.de iure fisci.& ita tenet Ias.in consi.139.in præsenti.vol. 3.quia fiscus non vult nec intendit iuri tertij præiudicare: vt in l.2.in §.si quis à principe. ff. ne quid in loco publico. & princeps concedendo bona, obligationes concedere videtur:vt in l.princeps bona.ff.de verbo.signi.

Amplia quintò procedere vt non solum executio possit fieri ad petitionem creditoris,verum etiam ad petitionem hæredis ipsius creditoris.Ratio est quã suprà dixi in principio regulæ:scilicet quòd actiones actiuæ & passiuæ transeunt in hæredem:vt in dict.leg.vnica.C.vt action.ab hęredi.& contra hæred.& in l.prima in principio.ff.ad Trebellia.text.& ibi Bald.in leg.1.C.quorum legat.& in dicta leg.seruus.in §.qui margaritam.ff.de leg.1.& ita expresse tenet Bald.in leg.vnica.in §.videamus.ad finem.C.de rei vxo.action. Ioan. Andreas in additio.ad Specul. in titu.de cessione actionum . Quod tamen intelligo verum dum tamen petens executionem probet se hæredem. ita tenet Bald.in leg.per diuersas.in 10.quæstio. C.mandat. Angel. in leg. Creditoret. C. de pignot. quos sequitur Roderic. Xuarez in dicta leg. rem iudicatam. in dict. 1.extensione: folio 122.colum.4.numero 11.ff.de re iudic. Nicol.Boerius in decisione 10. numero 6. vbi dicit quòd prædictus hæres potest procedere in executione, cum censeatur eadem persona cum defuncto : & postea tenebitur docere, an sit hæres vniuersalis vel particularis:alias diceretur male processum cum nullum haberet ius in ipso debito. & ita ibi dicit fuisse iudicatum per Arestum. quod ante eum consuluit expresse Paulus de Castro in consilio 91.numero quinto. versicul. tertio dicitur. libro primo. & ita expresse tenet ipse Xuarez in hærede debitoris, in dict. extensione 1.numero 3. Quod puto verum quandocunque pars aduersa hoc peteret:alias non oportet probare se hæredem:vt in l.4.§.hoc autem iudicium.& ibi Bar.& Frãc. de Ripa.ff.de damno infecto.

Primò fallit intra tempus conficiendi inuentarium , id est intra tres menses:nam tunc executio in hærede fieri nõ potest : vt in leg.fina.in fin.in §.donec.& in §.& si præfatam.C.de iure deliberandi.& ibi docto.Bald.in leg.ait prętor.in §.si quis. ff.de procurator . Rodericus Xuarez in d.

extensione 1.num.5.Iason in §.fuerat.nume.61. Instit.de actionib. Nicolaus Boerius in dicta decisione 10.numero 3.Chassanæus in consuetudinib.Burgundiæ,in titu.{ Des successions. } Rub.7.§.14.folio 280.colum.4.numero 9. De iure regio probatur in leg.7.titu.6. part.6.& in leg.13. titul.9.part.7.facit quod supra dixi in regul.ducentesimasexagesimaseptima.

Limita secundò in successore singulari: id est in possidente aliqua bona contra quem non fiet executio: vt in l.si debitori. & ibi Bart. C.si aduersus creditorem præscriptio opponatur.gl.in l.ea lege.C.de condi.ob caus.in gl.magna, in fin.Ias.in l.quædam.in §.nihil.interest.nu.7.ff.de edendo.& in l.ait prætor.la secunda, nu.10.ff.de iureiur.& in l.si vnus.in §.ante omnia.nu.5.ff.de pactis.& in l.1.§.si heres.nu.4.ff.ad Trebellianum.

Limita tertiò non procedere contra tenentem bona. Ratio est: quia obligatio personalis non sequitur singularem, nec fundi possessorem: vt in dicta leg.ea lege. C. de conditione ob causam: vt in leg.vt pomum.de seruitut. & in leg.4.in §.opus.ff.de aliena.iudic.mutan.causa fact.& in leg.venditor.in principio.ff. communia præd.ita expressè consuluit Iason in consilio 88.in præsenti. volumine 3.Socinus in regul.135.Xuarez,vbi hoc notabiliter declarat,in dict.leg.post rem iudicatam.folio 136.colum.3. nume.1. cum sequenti.

Ex quo infero declarationem ad doctrinam Bartoli,in l.controuersia. numero 7.ff. de transactio. vbi tenet quòd possessor bonorum hæreditatis potest conueniri à creditoribus.pro qua opinione est text.in leg.filiusfamilias.in §.si seruus.ff.de petitio.hæred.& gl.in l.1.in verbo, poterit. C. de fideicommissa.hæred.petitione.vt non procedat quòd via executiua conueniri possint,per ea quæ dixit Roderic. Xuarez.vbi supra.

Quartò limita vt non habeat locum contra hæredes defuncti,nec contra eius vxorem,affines,vel coniunctas personas: vt instrumentum contra eos non possit executioni mandari intra nouem dies à tempore mortis defuncti:ita expressè probat text.& ibi Bartol.qui ibi eum expressè ad hoc summat, in Authent.vt cum de appellatione cognoscitur.in §. hæc autem.collat. 8. quem sequitur Roderic. Xuarez in dicta l.post rem iudicatam. in 9.limitatione.fol. 148.col.prima.

Quintò limita non habere locum contra tertium possessorem in quem non potest executio fieri. ita expressè concludit Iason in leg. si vnus.in §. ante omnia. numero 4.ff.de pactis.argumento.tex.in l.1.ff.si certum petatur.& in l.iuris gentium.in §. prætor ait.numero 9. ff. de pact.& in l.certi condictio. in §.quoniam. numero 9.ff. si certum petatur,Roderic.Xuarez vbi plura allegat in repetit.dictæ l.post rem iudicatam.fol.137.colum.prima, numero 3.& facit tex.in l.si vnus.in §.ante omnia.ff.de pact.gloss.in l.si creditor.ff.manda.& vide notabiliter Chassanæum in con suetu.Burgundiæ,in tit. {Des succesions.} Rub.7.§.13. fol.281.col.2.nu.15.

Limita sextò non habere locum in hærede conuentionali,qui fit in contractu matrimonij,seu societatis,seu pacti:in quem de iure non fiet executio: iuxta text.in l.licet. C.de pact.quia talis institutio habet vim donationis:vt est gl.in d.l.licet.& ideò in eum potest fieri executio:quia hæres propriè non est, nec iure hæreditaria succedit. ita expressè tenet Masuerius in sua pract.in Rubr. de executione,in §.item quę dicta sunt.vbi dicit intelligendum de hęrede ex testamento,non de conuentionali.

Limita septimò non habere locum in hęrede sub beneficio inuentarij:nam tunc in illum executio fieri non potest vltra vires hæreditarias: vt in leg. finali. & ibi Salicetus in §. fin verò. & in fine. C. de iure deliberandi. Bartholomæus Socinus in leg. si decesserit. numerò 7. ff. qui satisdare cogan.

Limita octauò hanc regulam procedere post aditā hæreditatem: vt in l.3.in §.si quis ita.& ibi Ioannes de Imola.ff.de hæredib.instituend.facit etiam textus in l.3.in §. si quis hæredi.ff. de statu liber.& in l. si in diem. & quod ibi notat Bartolus.ff. de cōditionibus & demonstrationibus: ita tenet Alexand.in consilio trigesimosexto,numero 11. volumine quarto.Philippus Decius in l. hæredem. nume. 8.ff.de regulis iuris.Carolus Molinæus in consuetud.Parisiensibus in §.4.numer.6. pro qua opinione est tex. quem ibi ad hoc ponderant docto.in capitulo tuà nos. de vsuris. in quantum textus ibi dicit, succedunt.quasi vellet dicere quod ita demum dispositio illius textus habeat locum & hæredes teneantur, si patri successerunt:secus si abstinnerunt ab hæreditate paterna,nolentes se negotijs hæreditarijs implicari: vt in l.si filius qui patri.ff. de vulgari & pupillari.& hæres dicitur adire hæreditatem quando incipit solvere creditoribus hæreditarijs.ita probat textus quem ibi ad hoc notat Bartol. vbi dicit de illo text. semper interrogasse rusticos,in l.cum debitum.C.de iure delib.& ibi hoc tenent docto.ita etiam per illum tex.tenet Maleficil.in notabili 35.Iaso.in l.frater à fratre.nu.42. in prima lectura.ff. de condictione indeb.& ibi Bar. etiam vult quòd filius recipiendo debitum quod patri debebatur etiā naturaliter, dicitur adire hæreditatem eò quia censetur actus qui non potest fieri citra ius & nomen hæredis.

REGVLA CCLXXVIII.

EXHAEREDATIO debet esse pura: & si fit sub conditione,nihil valet. Hanc regulam probat tex.in l.etsi pepercerit.in §.purè.ff.de liberis & posth. & in l.si quis Sempronium.in fi.& in l.iam dubitari.ff.de hæred.instit.& in l. sub conditione.ff.de bonorum possessio.cōtra tabulas. De iure regio probatur in l.3.tit.7.par.6.Circa quam regulam vide Ange.de Gambellionibus in tract. de testamentis.in gloss.74.nu.4.Ioan.Gualdensem in tract.de arte testandi. tit.3.cautela 4.

Hanc regulā amplia duobus modis,& limita alijs duobus modis,vt per Ias.in d.§.purè.nu.9.vsque ad finem.

REGVLA CCLXXIX.

EXISTENTES in quasi possessione presentandi,semper habent ius præsentandi in habitu:in actu verò non,nisi ecclesia vel beneficium vacet. Hanc regulam probat gl.in c.piæ mentis. 16.q.7. vbi probatur quòd ius præsentandi semper est penes patronum in habitu, non tamen in actu. & ita expressè tenet Lambertinus in tract.iuris patronat. in 1.par.2.libri,in 6.q.principali, artic. 1.nu.2.fol. 190.col. 2.tamen quòd hoc ius præsentandi nō habeat in actu nisi à tempore vacationis,probat text.in c.illud de iure patronat.& expressius probatur in c.fi.de concess.preben.& ibi Ioan.And.Card.& Abb.Lud.Rom.in consi.465.Et quando ecclesia dicatur vacare, ponit idem Lambert.in 1.par. 2.libri:in 2.artic.6.q.principalis, folio 160.& suprà dixi in reg.71.fallent.5:

Hanc regulam ampliat duodecim modis,& limitat duobus modis Lambertin. in tractat. iuris patro.in 1. parte 2. libri,in 22.articu.6.quæst.principalis.nume.7. fol.213.columna quarta.

REGVLA. CCLXXX.

EXEMPLVM non facit plenam fidem. Hanc reg.probat tex.in Aut.& ibi doct.de fide instru.text. in Auth.si quis in aliquo.& ibi gl.Bar.& doct.de edendo.gl.in l.2.C.de fide instru.& in c.ex inquisitione.in gl.2.de rescrip.Et circa hanc regulam & eius materiam notab. & melius quàm alibi vide, vbi eam declarat Carolus Molinæus in consuetu. Parisiensibus.§.5.nū. 1.cum alijs.

Hanc regulam limitat duobus modis Soci. in reg.136. Eandem cum septem limitationibus ponit Ludo. Roma. in Authent.si quis in aliquo.numero 6. C.de edendo.Eandem regulam limitat octo modis Iacob.de sancto.Georgio,in dicta Authent.si quis in aliquo.num.decimonono.

Eandem

Eandem item limitat decem modis Philippus Decius in dicta authentica, si quis in aliquo. numero 14. Et decem limitationes ad hanc regulam ponit Claudius de Seyssello in dicta Authent. si quis in aliquo. num. 5. Hanc etiam regulam cum duabus ampliationibus, & vndecim limitationibus, ponit Ias. in d. Authen. nu. 2. Eandem cum quinque rationibus, & tribus ampliationibus, & decem limitationibus ponit Franciscus Purpuratus in d. Auth. si quis in aliquo. à nu. 6. vsque ad numerum 36.

REGVLA CCLXXXI.

Eximens aliquem de manibus familiæ condemnatum, vel in carcere existentem, debet puniri pœna capitis, & criminis læsæ maiestatis. Hanc regulam probat tex. in l. cuiusque. & ibi Bart. ff. ad legem Iul. maiest. nu. 3. & in l. addictos. C. de episcopa. audien. Hanc opinionem tenet Hippoly. in sing. 278. col. 3. versi. quibus etiam addi potest. Ias. in l. 1. in §. prætor. & ibi Alex. ff. ne quis eum qui in ius vocatus est vi eximat Hippolyt. in l. 1. in princ. ff. de quæst. & in l. 1. princip. ff. de sicarijs. & in repet. Rub. de fideiussoribus. nu. 16. Chassanæ. in consuetu. Burgund. in tit. {des iustices.} Rub. 1. in princ. fol. 19. col. 1. nu. 68. & in d. tit. §. 7. fol. 77. col. 3. nu. 34. Ang. Areti. in tractat. maleficiorum: in verbo, fama publica. nu. 15. Gul. Benedi. in repet. c. Rainutius. in verbo, mortuo itaque testatore. el 1. nu. 180. Cæpola in tract. cautelarum, cautela 1. Ias. in §. pœnales. nu. 502. & Gome. num. 48. Instit. de actio. Et lege regio probatur in l. 5. tit. 12. lib. 8. ordi. & in l. 14. tit. 29. part. 7. & in l. 11. tit. 23. lib. 4. fori.

Hanc regulam cum tribus limitationibus ponit Ioan. Bernard. in reg. 97. remittendo se ad Iaso. in d. §. pœnales. nu. 102. Instit. de actio. ibi vsque ad nu. 509. limitat tribus modis hanc regulam.

Vltra quem limita primò non habere locum quandocunque iniustè ille fuisset condemnatus: vt est tex. in l. omnes. C. de decurio. libr. 10. & facit pro hoc quod suprà dixi in reg. 190. in 8. ampliatione.

Limita secundò non habere locum in eripiente seu eximente clericum à manibus familiæ iudicis secularis. ita tenet Feli. allegando Bal. in c. 1. num. fi. in finalibus verbis. de offi. deleg. Guido Papa in q. 73. in fine. Quod dictum Fel. relinquit cogitandum Chassanæ. in consuetud. Burg. in tit. {des iustices} Rub. 1. §. 7. nu. 34. licet apud eos dicat illud dictum non obseruari.

REGVLA CCLXXXII.

Existentes in quasi possessione iuris patronatus seu præsentandi, validè præsentant: & eorum præsentatio admittenda est, & institutio sequi debet. Quam regulam probat tex. in cap. consultationib. in 1. parte. de iure patro. vbi probat tex. quòd ad validitatem præsentationis sufficit præsentantem esse in quasi possessione iuris præsentandi: & ita illum text. doctor. communiter summant. & ibi Abb. ponit rationem dubitandi & rationem decidendi ad illum text. qui probat hanc conclusionem, quia præsentatio pertinet ad patronum: vt per totum de iure patronat. & in cap. decernimus. & in c. filijs. cum similibus, 16. quæst. 7. Ex quo ergo compertum est, illum præsentantem non fuisse patronum, videbatur institutum esse amouendum, & alium ponendum ad præsentationem veri patroni: prout est text. in capit. ex insinuatione. de iure patronatus. vbi tenens ecclesiam sine præsentatione, dicitur occupator & detentor: sed rationem decidendi in contrarium esse, quia præsentare est quidam fructus iuris patronatus: vt ibi est text. & notatur in cap. cum Bertholdus. de re iudica. Vnde quemadmodum fructus rei naturalis pertinent ad possessorem bonæ fidei, & non ad dominum: vt in §. si quis à nõ domino. Instit. de rerum diuisio. & notatur in capitu. grauis. de restit. spol. ita & isti fructus iuris præsentandi pertinent ad possessorem, & nõ ad dominum. Sed ex quo quis consumpsit fructũ, non tenetur eũ restituere: ita per præsentationem & institutionem iste fructus videtur consum ptus: & ideò institutus remoueri non debet. & alia de quibus ibi per eum. Hanc regulæ conclusionem firmat Abbas, & ibi Card. & omnes doct. in d. c. consultationis. & in capitu. ex literis. de iure patronat. idem Abb. in cap. querelam. de electio. & ibi omnes doctor. Archid. in c. si plures. 16. q. 7. & in c. vnico. num. 5. versi. item nota. de iure patro. libro 6. & ibi Ioan. And. col. 2. Dominicus num. 7. Card. in Clem. 1. quæst. 8. de iure patro. & in consi. 69. num. 7. Eandem conclusionem tenent Domini de Rota in decisione 575. in antiquis, secundum antiquam impressionem: & secundum nouam in decis. 14. in tit. de iure patro. & in decis. 140. in nouis, secundum antiquam impressionem: & secũdum nouam in decis. 5. in tit. de iure patro. & in decis. 268. in nouis, secũdum antiquam impressionem: & secundum nouam in decisione 7. in titu. de iure patro. Lapus in alleg. 89. Petrus de Ancharrano in consi. 20. in tit. de iure patro. inter consilia Calderini. & est consilium fin. Abb. in consilio 54. vol. 1. num. 2. & in consi. 506. nume. 3. versic. dico tamen, vol. 2. Federicus de Senis in cons. 111. num. 8. vers. in casu autem nostro, Bald. in c. cum literis, nume. 5. de restit. spoliat. & hanc opin. regulæ sequitur Pau. de Monte Pico in repetit. l. Titia cum testamento. §. Titia cum nuberet. q. 39. ff. de leg. 2. Alex. in consi. 75. num. 42. volu. 4. Oldradus in consil. 312. num. 2. Rochus de Curte in tractat. iuris patronat. in verb. competens. q. 14. num. 28. Paul. de Citadinis, vbi hoc diffusè tractat in tract. iuris patro. in 3. art. 6. part. q. 13. num. 12. cum alijs. & in 8. part. q. 2. num. 3. Lambertinus in tract. iuris patronatus: in parte 1. secundi libri: in 3. q. princi. nume. 1. cum alijs. Philip. Dec. in consil. 117. nume. 2. ver. sed bis tamen non obstantibus. & in consilio 134. nume. 1. And. Tiraquel. vbi quamplura similia in proposito adducit, in legibus connubialibus, in glo. 6. numero 144. Guido Papa in consilio. 92. numero 2. Stephanus Bertran. in consil. 373. nume. 1. volum. 2. primæ impressionis. Carolus Molinæus in consuetudinibus Paris. in §. 37. in glo. 10. num. 3. & 19.

Hanc regulam cum 27. ampliationibus, & sex limitationibus ponit Cæsar Lambertinus in tracta. iuris patro. in 1. par. 2. lib. in 24. art. 3. quæst. principal. nu. 4. vsque ad finem. fol. 187. col. 4.

REGVLA CCLXXXIII.

Existens in quasi possessione præsentandi, non solum potest per seipsum præsentare, sed etiam per alia legitima media, sine ipsius præsentia. Hanc regulam probat tex. & ibi glo. & omnes doct. in c. ea noscitur. de his quæ fiunt à prælat. vbi Abb. & Imo. post Card. & alios ex illo tex. colligunt in 2. notabili, ibi: aut per literas habentem ius præsentandi, posse præsentare clericum per literas: quia per eas constituitur procurator: & sic à maiori, si per literas: ergo & per procuratorem. sed clarior est tex. in c. fi. de concessio. præb. vbi prohibetur constitutio procuratoris ad præsentandum beneficium vacaturum ratione voti captandæ mortis & fraudis: ergo contrarium in beneficio iam vacante, vt non militet illa ratio. & hoc ibi volunt omnes doctor. saltem à contrario sensu: præsertim Inno. Ioan. And. Card. Abb. & Imol. ibi idem Abb. tenet hanc opin. in consilio 76. nume. 2. lib. 2. Labus in allegatione 8. Pau. de Citadinis in tractat. iuris patrona. in 6. part. artic. 3. quæst. 32. num. 56. Cæsar Lambert. in tractat. iuris patro. in 1. part. 2. lib. 4. q. principalis, num. 2. & ibi num. 5. dicit quòd hoc in practica seruatur.

Hanc regulam ampliat septẽ modis, & declarat restringitq; pluribus modis Lambertinus in tractatu iuris patro. in 1. par. 2. lib. arti. 18. 4. q. principali. fol. 195. col. 1. versi. conclude ex omnibus supradictis.

REGVLA CCLXXXIIII.

Expensarum condemnatio in quibus casibus fiat ante litis contestationem, ponit Speculator triginta casus in tit. de expensis. §. si ante litis contestationem. à nu. 9. vsque ad numerum duodecimum.

REGVLA CCLXXXV.

EXPRESIO eius quod tacitè inest per modū dispositionis, nihil operatur. Hanc regulam probat text. in l. hæc verba. ff. de leg. 1. in l. si arrogator. ff. de adopt. in l. vnum ex familia. in §. 1. ff. de leg. 2. & in l. quælitum. in §. fi. ff. de distract. pign. in l. non rectè. C. de fideiuss. in l. Titiam. ff. ad l. Falcid. in lege, si in diem. ff. de condit. & demonst.

Circa quam regulam vltra Doct. in suprà dictis locis vide Pau. Parisi. in consil. 30. nu. 13. vol. 4. Albertum Brunum in tract. de augmento, in 4. q. princi. nume. 3. & 13. Maria. Socin. Iunior. in consi. 177. nu. 22. vol. 2. & in consilio 128. num. 224. vol. 1.

Hanc regulam limitat vno modo remittendo se ad Alexand. ibi Guliel. Pontanus in d. l. hæc verba. nume. 3. Eandem regulam limitat quatuor modis Franc. de Ripa in d. l. hæc verba. num. 35. Hanc itidem regulam cum quinque limitationibus ponit Pyrrhus Englebermæus in regul. expressa. de reg. iur. ff.

REGVLA CCLXXXVI.

EXTENSIO etiam à maioritate rationis non est licita in legibus correctorijs. Hanc regulam probat text. & ibi glo. in Authen. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. & ibi habetur per Bart. Bald. & doct. bonus text. in l. illam. & ibi hoc notant Pau. Castr. Alex. & Docto. C. de collat. in l. præcipimus. in fine. & ibi Bart. C. de appell. & in l. sancimus. C. de testamen. in c. cum expediat. de elect. lib. 6. tex. in l. si vetò. in §. de viro secundum communem intellectum. ff. soluto matrim. tex. melior de iure in Auth. de administrantibus officia in sacris appel. in §. illud tamen. & ibi glossa in verbo, quoniam. coll. 1. Circa quam regulam vide Maria. Soci. Iunio. in consil. 16. nume. 4. & in consil. 30. nume. 26. vol. 1. Laurentium Syluanum in consilio 42. nu. 12. & Thomam Grammaticum in decisione 82. num. 13. Paul. Paris. in consi. 69. nu. 175. vol. 3. cum sequent. & in consi. 83. nu. 12. eodem vol. & notabiliter Aymonem Crauetū in tract. de antiquitate temporis: in 4. par. nu. 108. cum sequentib. fol. 118. col. 4. Tiraquel. in repet. l. si vnquam. in verbo, libertis. nu. 37. C. de reuocand. donat. Nicolaum Bellonium in lib. 4. supputationum. c. 19. nu. 8.

Hanc regulam cum sex limitationibus ponit Ioan. Bernar. in reg. 276. remittendo se ad Ias. in dicta Authen. quas actiones, num. 21.

Hanc eandem limitat duodecim modis Nicolaus Euerardus in locis legalibus, loco 25. fol. 117. pag. 1. versi. secūdo casu, quando maioritas rationis. Eandem item ampliat vno modo & limitat decem modis. Franciscus de Ripa in l. si constante. nu. 57. ff. soluto matrimonio.

REGVLA CCLXXXVII.

EXTENSIO non fit in pœnalibus ob identitatem rationis etiam si sit eadē ratio, & omnimoda similitudo. Hāc regulam probat text. in reg. in pœnis. & in reg. odia cū ibi notatis per Doct. de regul. iur. lib. 6. in l. cum quidam. ff. de liberis & posthu. in l. si præses. & interpretatione. ff. de pœnis. in c. pœnæ. de pœnit. dist. 1. quod notat glo. in §. itē mista. Instit. de actio. Hanc regulā per suprà dicta ponit Ang. Areti. in §. ius ciuile. nu. 23. Instit. de actio. Philip. Deci. in l. si quis id quod. nu. 47. ff. de iurisdi. omn. iudi. & circa hanc regulam vide Ioan. de Imol. num. 24. in l. si verò. §. de viro. ff. soluto matrim.

Hanc regulam amplia vt procedat qñ constitutio pœnalis contineret odiū irrationabile, prout in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. q̄ filij puniātur ex parentū delictis. & ideò lex illa loquens in filijs non extēditur ad filias: vt in d. l. quisquis. in §. ad filias. & ita tenet Bar. in l. 1. ff. de verbo. signifi. Ang. in l. quicunq;. C. de seruis fugit. Ias. in l. si quis id quod nu. 16. ff. de iurisdict. omnium iudic.

Hanc regulam limitat 8. modis Philip. Deci. in regu. factum cuiusque. in §. in pœnalibus. nu. 10. ff. de reg. iur. Eandem reguam, vbi eam notabiliter examinat & respondet ad text. qui huic reg. videtur contrariare in c. 1. in §. porrò. quæ fuit prima causa beneficij amittendi. in Vsibus feud. ponit Aymon Crauet. in tract. de Antiquitate temporis. in 4. par. fol. 125. col. 4. nu. 146. cum sequentibus. & ibi fol. 129. col. 2. in versi. videamus modò de aliquibus limitationibus, à nu. 1. vsque ad nu. 37. limitat eam tredecim modis.

Eandem item regulam, vbi etiam respondet ad suprà dictum tex. ponit cum 14. limitationibus Nicolaus Euerardus in locis legalibus in loco 35. fol. 129. col. 2. versic. 2. casu, quando agitur de mera pœna: vt quia est pœna respectu recipientis. Eandem, vbi limitat eam sexdecim modis, ponit Dominicus in c. primo, nu. 9. de temporibus ordinan. lib. 6. quem refert Iason, vbi addit alias sex limitationes, & sic sunt viginti duæ, in l. cum quidam. nu. 24. ff. de liberis. & posthumis.

REGVLA CCLXXXVIII.

EXTRAHI de domo sua inuitus quis non debet. Hanc regulam probat tex. in l. nemo de domo. ff. de regulis iuris. in l. pleriq;. cum tribus sequentibus. ff. de in ius vocand. cum alijs. Circa quam regulam vltra Doct. in supra dictis locis vide Marcum de Mantua in obseruatione 63. libr. 7. Parid. de Puteo in tract. syndicatus. in verbo, captus illicitè, nu. 4. Chassanæum in consuetud. Burgun. tit. { Des iustices. } Rub. 1. §. 1. fol. 22. col. 2. num. 7. Hippol. de Marsil. in sing. 189. & in sing. 225. Ias. in l. vnum. nu. 4. ff. si certum peta. in l. sed excipiuntur. nume. vndecimo. ff. de ferijs. & quæ suprà dixi in regula centesimaseptuagesimaquinta in 3. limitatione.

Hanc regulam cum nouem ampliationibus, & decem limitationibus ponit Pyrrhus Englebermæus in regula, nemo de domo, à principio vsque ad finem. ff. de regulis iuris. Eandem regulam ampliat duodecim modis, & limitat quatuordecim modis Iaso. in d. lege, plerique. à nu. 3. vsque ad numerum 30. ff. de in ius vocando.

REGVLÆ BARTHOLOMAEI SOCINI.

De litera F.

REGVLA CCLXXXV.

FACERE quod mihi prodest & sibi nō nocet, si contractus de iure præcesit, quis cogi potest non secus ac si lucrari aut damnum euitare volo. l. in creditore. ff. de euict. dot. in gl. l. 2. ff. sol. matr. & in l. fi. ff. de vsu & hab. & l. nec creditoris. C. de nouat.

Primò fallit fauore vltimæ voluntatis. l. quia poterat. ff. ad Trebel. & etiam fallit in dote. d. l. 2. Secundò autem casu aut ad finem reformandi quod primo erat, & tunc cogor. l. chirographis. cum gl. ff. de admin. tut. & l. 2. §. idē Varus. ff. de aqua plu. ar. aut vt de nouo faciam, & non cogor, vt putà vult quod vendam sibi viam ad fundū, cum aliunde ire non possit. l. binas. ff. de serui. rustic. præd.

Secundo fallit fauore religionis & sumptuum funerum: & hoc ell arg. ad vasallus ad petitionem domini cogatur alteri promittere fidelitatem: vt per Bar. & Imo. in d. l. 2. vnde hæc attendenda sunt, quia nedum in vltima voluntate & in dote, sed etiam in his & in alijs casibus compellatur quis vendere rem suam seu ius suum transferre.

REGVLA CCLXXXVI.

FACTVM à maiori parte regulariter ab omnibus factū esse censetur. text. gloss. & Bartol. in l. quod maior. ff. ad municipalem.

Primò fallit in datione coadiutorū: quia in ipsa datione

non

non sufficeret maior pars, sed requirũtur duæ partes ipsius capituli: vt est tex. in c. j. circa princ. de cleric. ægrot. lib. 6.

Secundò fallit dicta regula in postulatione, quæ concurrit cum electione: quia tũc etiam illo casu requiruntur duæ partes: vt est text. in c. si scriptum, de elect. & tenet gloss. in d. c. 1. de cler. ægrot.

Tertiò fallit in confirmatione officialis, quæ nõ potest fieri à maiori parte, nisi omnes, ad quos spectat dicta electio, sint concordes. vt est tex. not. in auth. de defen. ciui. §. fi. & illum tex. allegat Ang. pro singulari in l. iuris gẽtium. §. fi. ff. de pactis.

Quartò fallit vbicunque maior pars aliquod contrariũ faceret de iure communi: quia tunc omnes debent consentire secundum Innocentium in c. humilis. de maior. & obed. pro quo facit text. in c. cum omnes. de constit. & ibi hoc tenent Doct. licet Bald. tenuerit contrarium. in l. 1. C. de autoritate præstanda.

Quintò fallit vbicunque maior pars vniuersitatis vellet extrahere aliquem de banno, vel aliam gratiam voluntariam facere: quia hoc etiam casu omnes deberent consentire ita tenent communiter Doct. in d. c. cum omnes. de constitutionibus. quamuis Abbas Sicu. & Card. ibi teneant contrarium.

Sextò fallit in pluribus creditoribus remittentibus partem debiti: quia ista remissio facta à maiori parte, non habet nocere vni fideiussori habenti fideiussorem vel mandatorem, vt est casus not. in l. fi. in §. 1. ff. mand. Aliæ limitationes traduntur per gl. & doct. in d. l. quod maior. & de ista materia quotidiana habetur per Bar. in l. omnes populi. in 1. q. princ. in versic. 3. quæritur. ff. de iust. & iure. & per glo. & doct. in d. c. omnes a. per Bal. in auth. hoc ius porrectum. in 3. col. C. de sacrosan. eccles. & per Bal. & Ang. in l. non ambigitur. ff. de leg. & per Bal. in addit. Spec. in tit. de instru. edit. in vlt. col. & per Bal. in l. fi. in prin. C. communia de leg. & in l. viduæ. C. de nupt. & in l. id quod pauperibus. C. de epis. & cler. & per doct. in c. fi. de maio. & obed. & per doct. in c. quapropter. de æta. & quali. & per omnes canonistas in c. coram. & c. ingressi. de elect. & singulariter per Pau. & Bar. in l. Marcellus. ff. de fideiuss. & per glo. in c. cum apostolica. 56. dist. & in c. 1. de iud. in 3. q. & in c. canoni. 18. dist. & in c. 1. de noui operis nuntia.

A D D I T I O.

a *Cum omnes. Vbi vide omnino Felyn. in 10. col. qui ponit 14 fallen. ad prædictam regulam Bened. Vad.*

REGVLA. CLXXXVII.

FAMA cum vno teste in ciuili causa probat b, sed sine teste probationem semiplenam inducit. glo. in c. 1. extrà, de appel. & l. 3. §. eiusdem. ff. de testi. & glo. & doct. in c. veniens. el 1. extrà, de testibus.

A D D I T I O.

b *Probat. Vide limitationes positas per Fel. in d. c. veniẽs. circa princ. 2. col. versi. 1. conclusio. extrà, de testib. & vide Lud Rom. in consil. 7. & Felyn. l. cum oporteat. in 10. col. de accus. & adde Bal. in consi. 123. in 3. parte. quod fama debet esse efficax non leuis & nuda. Bened. Vad.*

Primò fallit hæc regula in nonnullis casibus, quos enumerant canonistæ in d. c. veniens. vbi etiam ponunt plenè quando fama probet, & an in criminali causa probet: vbi concluditur quod non, per nõnulla iura, de quibus ibi per doct. Primò igitur fallit quãdo ipsa fama non traxisset originem ex aliqua præsumptione verisimili, sed ex quadam vana voce populi: cum tunc non probet plenè nec semiplenè: cum sit potius vana vox populi, quæ exaudienda non est. l. decurionum. C. de pœnis. licet aliud sit quando illa fama traxisset originem ex indicijs & coniecturis verisimilibus & apparentibus: cum tunc semiplenam probationem inducat, & in quibusdam alijs, si iudici videbitur: ita quod iudex arbitratur an semiplenam probationẽ faciat, quod eius arbitrio relinquitur: vt voluit Barto. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstionibus.

Secundò fallit quando testes deponentes super ipsa fama non redderent causam sui dicti. debent enim reddere sufficientem causam, ad hoc vt ipsa fama ita probata operetur & semiplenam probationem inducat: vt voluit not. Innoc. in c. cum oporteat. de accus. & hoc voluit Bald. in l. proprietatis. C. de proba. quod dic vt plenè per Cano. in c. cum causam. extrà, de testib.

Tertiò fallit quando cum ipsa fama concurrerẽt ita expressa argumenta & indicia coniecturata quæ & ipsa plenè probant vt voluit Io. An. in addit. Spe. in tit. de notorio crimine. §. fama. ver. quod si agente. & not. in l. indicia. C. de rei vendicat.

Quartò fallit in casibus ciuilibus leuibus, seu modici præiudicij: cum in eis fama orta ex verisimili probatione probet non solum semiplenè, sed etiam plenè, vt putà, in restitutione dotis marito vergente ad inopiam ex fama: vt voluit gl. in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. & not. in l. si constante. ff. sol. mat. & extrà, de probat. c. cum causam. quod etiã per Bar. in l. 2. §. si dubitatur. ff. quemadmodum testam. aper.

Quintò fallit quãdo esset materia, in qua ipsa fama seu opinio communis tribuat ex eius verbis certum intellectum: cum tunc sufficiat ꝙ ipsa probetur: vt l. Labeo. ff. de sup. leg. & l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fun. instruc. secundum do. Ant. in d. c. veniens. in quo autem differat fama à communi opinione, not. per Io. An. in addit. Spec. & per dom. Ant. in c. veniens. extrà, de coha. cleric. & mulier.

Sextò fallit vbi aduersatur fauor publicus præferens opinionem veritati: vt in casu l. Barbarius. ff. de officio præsidis. secundum dom. Nicolaum in d. c. veniens.

Septimò fallit quando ipsa fama emanat super factis antiquis excedentibus memoriam: vt est si excedat metã centum anno. cum tunc plenè probet: vt ff. de proba. l. si arbiter. & vt not. in leg. in summa. §. si idem Labeo. ff. de aqua plu. arcen. & Innoc. in c. quod per nouale. & c. veniens. de verb. significa.

REGVLA CLXXXVIII.

FAMA in factis antiquis regulariter nõ plenè probat c. gl. in l. 3. §. eiusdem. ff. de test. & quod habetur in c. tam literis. extrà, eo. tit. Inn. & d. Nicol. in c. veniẽs. eo. tit. & per Io. And. in c. licet causam. extrà, de proba. Bal. in l. emãcipatus. C. de fide instru. & in l. cum super. C. de rei vendi.

A D D I T I O.

c *Non plenè probat. Vide dom. Pet. Phil. Cor. in cons. 304. incip. rem arduam. per totum. in 3. parte, & in consi. 48. incip. præsupponitur. in litera f. & g. in 4. part. & Lud. de Ro. in consi. 109. & in consi. 26. & Fel. in d. c. veniens. in 4. col.*

Primò fallit in casibus expressis, in iure: vt voluit Inno. in c. quod per nouale. de verb. signi.

Secundò fallit in actis notorijs antiquis: prout voluit authen. quas actiones. & ibi glo. not. C. de sacrosan. eccles. ad hoc quod not. in c. pen. extrà, de iuram. calum.

Tertiò fallit in antiquis iurisdictionibus, de quarũ principijs non est memoria, idest in vniuersalibus differentijs regum vel alterius: cum in eis fama probet: vt voluit Bald. in l. proprietatis. C. de probat. & leg. conuenticulam. C. de episc. & cler. & in l. si arbiter. ff. de probat. & l. hac sentẽtia. §. cum me absente. ff. de neg. gest. & in l. in summa. §. item Labeo. ff. de aqua pluuia arc. & in d. c. tam literis. extrà, de test. & in d. c. veniens. cum si.

REGVLA CLXXXIX.

FEVDA dignitatum vt marchionatus, comitatus, ducatus, vel regni, sunt indiuidua: vt est tex. in c. imperialem. §. præterea. de prohibita feud. alienat. & in c. licet. & ibi gl. fi. vbi Abbas, extrà, de voto.

Primò fallit in administratione iurisdictionis, & in cõmoditate taliũ rerum: quia bene possunt pe diuidi absque alio consensu directi domini: vt per Bar. & Ias. in l. stipulationes non diuiduntur. in prima opposi. ff. de verb. oblig.

Secundò fallit quando in diuisione vni ex fratribus ob ueniret totus marchionatus vel comitatus, alij vero cætera bona allodialia: quia talis diuisio sine cōsensu directi domini valet, quia quo ad marchionatum non est diuisio: vt per Baldum in d.§. prætereà. in fin. quem sequitur Alexā. consi. 18. in 2. vol. incip. visis c. & in consi. 60. in 3. vol. inci. vilis dubitationibus.

Tertiò fallit ex consuetudine generali, quæ est in Italia & in Longobardia, vbi omnia feuda dictarū dignitatū, ex cepta regali, possunt diuidi absq; consensu directi domini. secundum Io. An. in addit. Spec. in titu. de feu. super rub. & Old. consi. 337. incipien. perlectis. & And. de Iser. c. omnes si de feu. fuerit contr. inter dom. & agnat.

REGVLA CXC.

Fideiussor in duriorem causam quàm principalis re gulariter se obligare non potest. lege, Græce. §. illud. ff. de fideiussor.

Primò fallit vbi iurasset: quia iuramentum facit eū principalem. ita dicit Bar. in l. si quis. §. eodem. ff. de fideiuss.

Secūdò fallit in fideiussore de sillēdo, qui potest promittere pœnam, licet illam principalis non promiserit. ita dicit not. Ang. in l. si post tres dies. ff. si quis cau. glo. est in l. sicut reus. ff. de fideius. & Bar. in l. qui accessionis. eo. tit.

REGVLA CXCI.

Fideiussor qui in fideiussione diu stetit, se de ea liberari petere potest. l. Lucius. ff. manda. & in l. si pro ea. §. 2. C. eodem tit.

Primò fallit quando obligauit se sub conditione: cū dicta regula procedat qñ se purè obligauit. est tex. nor. in l. facere posse. in fi. ff. sol. matr. secundum Iaco. de Aret. Bar. & Bal. & omnes alios. ideo Bal. dicit ꝙ vis est in forma practicandi & libellādi: quia non procederet libellus, in quo concluderetur ꝙ diu stetit in fideiussione, sed bene quòd diu stetit in obligatione fideiussoria: quia primò casu potest esse fideiussio sub conditione. vt d. l. facere posse. in fine.

Secundus casus patet in dictis iuribus pro regula. nam tex. in d. l. Lucius. dicit quòd reus diu in obligatione cessauit. ergo præsupponit quod erat obligatus. vt l. si cui. §. cessatum. ff. vt in poss. leg. & in l. si stipulatus. de verb. oblig. & l. lecta. si certum petatur.

Tertiò scias quòd illa iura secundò alle. non habent locum in procuratore obligante mandato domini: quia tunc non est opus quòd diu stet in obligatione, sed statim potest petere vt liberetur. text. in l. si mandato meo. in princ. ff. mandati.

Quartò fallit dicta regula in obligato de iudicio sisti: quia ipsa regula procedit in fideiussore contractus, non iudicij, propter executionem paratam. Bartolus in leg. 1. ff. iudic. sol.

Quintò fallit quando fideiussor esset absentādus ex necessaria vel vtili causa, vt causa studij: quia iste tais fideiussor potest statim se liberare secundum Guliel. in Specu. in titu. de fideiuss. §. specialia. versicu. si vero fideiussor. ar. l. filiusfam. & leg. absentia longa. ff. de cura. & l. si longus. in prin. ff. de iudi.

Sextò fallit in promissis animo nouandi: quia tunc videtur liberasse reum, & per consequens soluisse. leg. si mandato. meo. §. in dubio. ff. mandati. quod etiam voluit gloss. in dict. l. si pro ea. sed ista non est propria fallentia sed bona declaratio.

Septimò fallit si interuenit inimicitia inter fideiussorem & debitorem culpa tamen debitoris. ita eleganter dicit Io. An. in d. §. specialia. in addit. quæ incipit, hic not. quòd vim inesse. arg. l. licet. de arbitris. & Instit. de act. §. minimè. secus si culpa ipsius fideiussoris: quia nemo posset suo delicto conditionem suam reddere meliorem. l. non fraudantur. §. nemo. ff. de reg. iur. cum simil. & c. 2. extrà, de rescriptis. cum concord. & quia nemo facto concedentis beneficiū fraudari debet. l. commodo. §. sicut. ff. commodati. & c. 1. extrà de concess. præbend. & eccles. non vacantis. arg. leg. si quis rem. ff. de arbi. & c. quanto. extrà, de diuortijs. & facit similis tex. in leg. 1. §. cum quis. ff. de quæst. vbi non potest quis iniuriari testi contra se inducto & incidere eius testimonium. de quo per Bal. in l. sed & si quis. §. illud. ff. si quis cau. & ad idem. l. cum tabulis. §. 1. ff. de his qui. vt indi. quā uis in repellendo tutorem propter inimicitiam, non fiat distinctio cuius culpa interueniat. leg. athleta. de excusatio. tutorum.

Octauò fallit quia lex, Lucius. & similes, habent locum quando quis fideiussit: quia statim potest petere se liberari. per glo. in l. si videamus. ff. de negotijs gestis. quam notanter alleg. Ang. in apostilla manu sua propria in d. l. Lucius. vbi subdit idem esse si promisit, non vt fideiussor, quia tantum videtur sibi abesse quantum soluere oportet. per tex. & gl. in l. 2. ff. de neg. gest. & tex. in l. si quis mandato meo. eo. tit. & ista est optima consideratio in ista materia.

Nonò fallit nam interpretanda sunt dicta iura, videlicet nisi ipse fideiussor sit obligatus per instrumentū, quod habet paratam executionem ex forma statuti: vt voluit Bar. in l. fideiussor. ff. de fideiuss. & Bal. in l certum. ff. fam. ercis. vbi etiam idem dicit quando quis est obligatus per scripturam mercatorum, quæ ex forma statuti habet executionem paratam. idem voluit in d. l. si pro ea. sed in hoc Ang. in d. l. fideiussor. tenet contrarium quia talis obligatio fideiussoris causa guarentigiata, expectat declarationem iudicis pronuntiantis. extrà, eo. c. licet. nam lata sententia nō restat vltra aliud quærendum quàm quòd fideiussor condēnatus antè quàm soluat possit agere vt liberetur vel indemnis conseruetur. vt d. l. Lucius. & d. l. si pro ea. & l. fideiussor. sed si nō esset condēnatus, non posset antè quàm soluat agere, nisi diu stetisset in obligatione: vt in dictis iuribus. quia videtur dedisse fideiussi. de soluendo. l. indebitū. ff. de cond. indebit. vnde antequam soluat non est functus officio suo, nec impleuit. ratio est vt Angel. voluit, & Paul. quia fideiussor quando fideiussit, à principio sciuit posse in cipi ab executione. Item fidem dedit de soluendo. & debitor deciperetur si statim à fideiussore nondum molestato à creditore posset conueniri: quod secus si diu stetisset in obligatione. & hoc intelligitur arbitrio iudicis. vt dicit gl. in d. l. Lucius. & in d. l. si pro ea. & ibi Bal. pro hoc etiam facit quia licet guarentigia habeatur in sententia statutorū, non est propriè sententia, quod patet vt dicit Pau. de Cast. in d. l. fideiussi. §. si. ff. de fideiuss. sed fortius patet, quia frustra quæreretur per Bar. in l. non fatetur. ff. de inoff. testam. & in l. error. C. de iur. & fact. ign. & per Bald in l. ab executione. C. quorum appellat. non recip. an sententia, quæ expectatur ferri, ante instrumenta guarentigiata sit exequenda, vt diffinitiua, an verò interlocutoria. Et pro Angel. & Pau. facit quòd non possit petere se liberari. per l. si edicto. C. de edict. diui Adrian. toll. & in l. Titio cum morietur. ff. de vsufruc. & l. idem quoties. de verb. oblig. quæ nota pro pulchra expeditione huius passus. &c.

REGVLA CXCII.

Fideiussor contra principalem debitorem, vt eum liberet antè quàm soluat, agere non potest. lege, si pro ea. C. mandati.

Primò fallit vbicunque post fideiussionem factam debitor inciperet malè vti substantia sua: vt in d. l. si pro ea. & dicitur malè vti, quādo de hoc esset fama in vicinia: vt ibi notatur in gl. & in l. vbi adhuc. C. de iure dotium. quod intellige si malè vtatur, ita quod probatur fideiussorē posse timere: alias non. nam si bona sua valuerunt mille, & ipse debitor consumpserit centum malè, non propterea fideiussor malam causam habet timendi: & propterea non poterit agere contra eum, sicut nec ageret si primò, antè quàm fideiuberet, incœpisset malè vti sua substantia. vt l. creditores. ff. de priuil. cred. nisi modicè consumpsisset & post fideiussionem continuasset magis dilapidationem: quia tunc ex minima causa suspicio fieret vt agere posset. vt not. Bal. in d. l. si pro ea.

Secundò

Secundò fallit quando fideiussor fuit condemnatus soluere a. nam etiam antequã soluat agere potest contra principalem. Et isti tres casus ponuntur in d.l.si pro ea.& idem dicit Bald.si esset talis casus, vbi non requireretur condemnatio, putà quia ex forma statuti instrumentũ habeat executionem paratam. nam tũc post modicum tempus etiam creditore non petente, poterit fideiussor agere contra principalem.& idem tenet Bal.in l.si fideiussor.ff.de fideiussoribus.& idem si non esset condemnatus, sed in causa conclusum, ita quod esset clarum ipsum condemnari: vt ibi not. Bald.in versi.6.quæro.

ADDITIO

Soluere. Adde dom. Pet. Phil. Corn. in consi. 111. in litera d. in 4. parte. Bened. Vad.

Tertiò fallit quando fideiussor diu stetit in obligatione. vt in l. Lucius.ff.mand. quod tempus intelligitur arbitrio iudicis vt not. Bal.in d.l.si pro ea.in versi.10.quæro.

Quartò fallit quando fideiussor obtulit, consignauit, & deposuit pecuniam debitam creditori volenti illam recipere: quia similis est soluenti. & ideo poterit agere cõtra principalem: vt not.glo.in d.leg. Lucius.alleg.textum in lege, qui mutuam.§. fideiussor.ff. mandati.

REGVLA CXCIII.

FIDEM frangenti regulariter fides seruari non debet. l. cum proponas. C.de pact.& l.si conuenerit.ff.pro socio c.peruenit.el secundo.de iureiur.& 28.q.secunda c.infidelis.cum simili.

Primò fallit in conuentione magna: quia non possum frangere fidem frangenti in eadem, donec durat tempus treugæ secundum Io. And.& Ant.in d.c. peruenit.alleg.in arg. l.actione.§.diximus.ff.pro socio. vbi tamen non videtur iure probari.& fuit hoc originale dictum Vincen.in c. 1.in si.de treu.& pace.in prin.& ita dicit Archi.in c.illi.30. q.1.& dicit hoc seruari in Hispania, & dicunt idem esse in frangente fidem pacis per dictam l. cum proponas.& similiter trãseunt Ang.& Imo.in l.si ex legati causa.ff.de verb. oblig. Ang. Raph.& Pan.de Cast.in l.si seruũ.eo.tit.& dicit ibi Imo. quod istud potius procedit ex cõsuetudine quàm de iure, per regulam dictæ legis, cum proponas.& dicit quod allegatur in contrarium, sed non probat.

Secundò fallit post executionem factam in contractibus Innominatis: vnde si vendidi tibi librum & eum tradidi, vt 10. mihi dares, non potero post traditionem libri petere librum: vt in l.ancillæ. C.de rei vend.& ita dicit Bald. ibi limitari regulam d.l.cum proponas.

Tertiò fallit vbi ille, qui mihi fidem non seruauit, soluit mihi pœnam, quam per illud incurrit: nam posteà teneor sibi seruare fidem. quia solutio pœnæ habetur pro obseruantia contractus: cum pœna succedat loco solutionis rei principaliter debitæ. l. prædia.ff.de actio.emp. l.apud.§. Labeo.el 1.ff.de doli excep.ita not.tenuit Cyn.in l. petens.in 2.q. C.de pac.in 7.col.& in l.pen.ff.de sol.& procedit regulà d.l.cum proponas, etiam si iuramẽtum interueniat. vt d. cap.peruenit.

Quartò fallit in voto castitatis facto per virum & vxorem, quia dicitur mutua obligatio, quæ concernit Deum. & ideo licet per alterum non seruetur: tamen alter tenetur seruare, vt est text.in d.cap.adeo.23.q.5.& gloss.in præalleg.c.placuit.

Quintò fallit quando esset actum expressè vt alio non seruante fidem, alter nihilominus seruet.ita tenet Io. And. & doctò.in d.c.peruenit.& not.istam limitationem, contra quã facit, quia pro hoc videtur dari materia delinquendi.& dolus videtur remitti, quod est prohibitum à iure.l. quæritur.de pac.dot.& l.si vnus.§ illud.ff.de pac. sed licet pars altera teneatur ad obseruantiam pacti, ipso non obseruante nihilominus poterit agi contra illum. qui contrauenit conuentioni, ad interesse vel ad pœnam, si pœna fuit apposita in contractu.

Sextò fallit vbicunque nolo tibi seruare fidem circa casum separatum vel diuersum, vel connexum: quia tunc teneor tibi seruare fidem etiam mihi non seruanti. ita limitat Cyn. Saly.& Fulg.in l.cum proponas. pro quo est gl.in l.si duo.ff.de dolo.& facit tex.in l.si.§.pen.ff.de eo per quẽ fac.erit.& idem tenet Card. Zab.in d.c.peruenit.& dicuntur connexa, quando obligationes sunt respectiuæ. & ita etiam voluit Ant.de But.& expressius dom. Abb.in c.peruenit. vbi adduc inducunt cap.quod adeo.33.q.5.& idem not. Ang.in l.si seruum.ff.de verb.oblig.

Septimò fallit quando primò actio fuerit ipso iure sublata: quia tunc ad eam redire non potest. vt l.vt responsum. C.de transac.cum ibi not.in gl.magna. C.de pactis.l.morà.gl.in l.cum proponas.la secunda. C.eo.tit.

REGVLA CXCIIII.

FILIA renuntians cum iuramento hæreditati paternæ, amplius succedere non potest.text.est in c. quamuis. de pactis.in 6.

Primò fallit si sit factum pactum de non succedendo, quia tunc penitus non valeret: quia tollit libertatem arbitrij.h.d. Barto.in l.stipulatio hoc modo concepta. de verb. oblig.& sequitur Bal.in l.si. C.de pac.vide Lud.de Ro.qui adducit optimam rationem.ad hoc in d.leg.stipulatio.hoc modo concepta.

Secundò fallit si illæ personæ, quarum contemplatione pactum factum est, decesserint viuo patre, secus si viuerẽt, vt filij masculi. nam his mortuis non nõcet pactum filiæ. vt l.pactum.de col. C.& ibi hoc tenuit Ang.& in cons.suo 53.& sequitur Dom.de S.Ge.in d.c. quamuis.de pactis.ad hoc facit l.iubemus. C.ad Velle.

Tertiò fallit si filius masculus, qui superextabat tempore pacti facti cũ filia, fuit posteà à patre exhæredatus: quia filia poterit succedere non obstãte pacto. ita not.dicit Bal. in l.in ambigua.ff.de legi.& ad hoc adducas rationem, quia verba exclusiua intelliguntur apposita rebus sic stantibus & non aliter: vt not.dicit Ange.in l.quoties.§.si duo.ff.de hær.insti.per tex.notab.in l.Paulo Callimacho.§.1.de leg. 3. vbi probatur quòd illa clausula consueta in testamentis apponi: & iussit eam esse contentam & tacitam. operatur solum quandiu superfunt illæ personæ, quibus testator voluit prouidere. & vide Bartolum in l.quòd seruus. in si. de cond.ob causam.ff.

Quartò fallit si filius primò iurauit, & post in contrarium interponit iuramentum: quia istud secundum iuramentum non operatur: prout in simili, est gloss.in cap.licet mulieres.de iu.iur.lib.6.& vide ad hoc Spe.in tit.de.empt. & vendi.§.& si consilium.& eum sequitur ibi Ioan. And. in addition.

Quintò fallit quando illa filia, quæ renuntiauit, non percepit legitimam suam vel dotem: vt dicit Richar.de Sal.in d.l.licet. C.de collat. sed generaliter facit pactum de non petendo. Nam tunc Richar.de Salyc.& Pet.de Anch.in d. c.quamuis.præsupponit quòd filia dicit se dotatam, & hoc fortificatur, quia non debet excludi à legitima, nisi specialiter sit facta renuntiatio per tex.not.in leg.si quando.ff.de inoff.testa.& ideo dicunt, quòd iuramentum non operatur. sed ista limitatio nõ posset forte procedere propter generalitatem & rationem d.c.quamuis.

Sextò fallit secundum Pet.de Anch.in c.1.de constit.& in d.c.licet mulieres.quãdo resultaret grauissima læsio mulieri, vt putà, quia receptione dotis, quæ valet centum, renuntiauit hæreditati, quæ valet quinque millia. nam tunc dicitur quòd videtur dolo subducta. & iuramentum non debet esse iniquitatis vinculum: vt in c.quantò.de iureiur. sed tu ad hoc adducas authoritatem. Bal.in tit. de pace iuram.firman.§.1.item sacramenta.vbi dicit quòd ex enormi læsione præsumitur dolus.vt not. Bar.in l.si.de præt.stipul.adde gl.in c.veniens.de iureiur.

Septimò fallit quando præsumitur metus, vel dolus, vel reuerentia patris.arg.text.in authen.sacramenta puberum.

C.si aduer.vend.& ita dicit Bal.in l.pactũ quod dota.C.de colla.quod intellige secundum not.per Bartol.in l.1.§.qui onerandæ.ff.qua.re.act.non dat.& per Inn.in capitulo,causam.de offi.deleg.& vide Fed.de Sen.in consi.293.

Octauò fallit quando paciscitur Iudęus cũ filia sua,quia tunc iuramentum non attenditur secundum Bal.in d.auth. sacramenta puberum. & istam limitationem ponit etiam Lud.de Roma in l.1.§.qui superstí.de acqui.hæred.sed forte non est verum:quia inter Iudæos seruatur iuramentum per Moysen, sicut inter Christianos per CHRISTVM. vt habetur in glo.in l.non erit.de iureiur.&c.

Nonò fallit quando filia esset impubes:& iurasset super hoc pacto de perdenda hæreditate.nam tunc tale iuramentum non habilitat mulierem ad iurandum, cum sit impubes.Iacob.Bui.& Bal.in l.si quis minor.C.de transa.dicunt quod in impubere debet esse duplex iuramentum,vnum, de non veniendo contrà rationẽ minoris ætatis: alterum de obseruando pactum.

Decimò fallit si filia renuntiauit cum iuraméto hæreditati paternę,viuente patre,& promisisset de illis bonis paternis nunquã aliquid petere.& frater eius, ad quẽ deuenit successio moritur,potest fratri illi succedere vna cum alijs fratribus,ita dicit Paul.de Cast. in l.Pau.§.idẽ respondit.ff. de acqui.hæred.adde Oldr.ad hoc quod ita consuluit vide tex.in l.Titij testamentum.ff.de his quibus vt indig.& l.3. §.planè.ff.ad Carb.& l.fi.in princ.de leg.3.

Vndecimò fallit:nam si renuntiatio cum iuramento interueniat de non succedendo,intelligitur duntaxat de successione ab intestato, nec tollitur ꝙ non possit succedere ex testamento eius,cuius bonis renũtiauerit.l.patronus nõ aliud de bon.quæ lib.& l.fi.ff.qui & à quibus. hanc limitationem posuit Saly.in l.pactum. C.de pact.& Bald.in l.pactum. C.de codic. vide c.per irrefragabilem. extrà, de renunt.& Bal.in c.ad nostram.el 1.in 4.col.de iureiur.

Duodecimò fallit quando renuntiauit hæreditati paternæ in manibus fratris cum iuramento:nam talis renuntiatio non valet.& ita refert se cõsuluisse Raph.per text.in d. c.quamuis. qui loquitur de renuntiatione facta fratri. sed certè illa fuit contingentia facti. item fundat se ista decretalis super iuramento quod potest seruari.& etiam contra Raph.est consilium Fed.de Sen.263.& idem firmat Bald. in auth.sacramenta puberum.

Decimotertò fallit si renuntiatio fiat in manibus fratris per sororem,etiam cũ iuramento viuente patre,& nõ pręsente renuntiationi.nã non valet talis renuntiatio:cum dicatur pactum de hæreditate viuentis. quod est improbatũ per l.fi.C.de pac.& ita determinauit Pet.de Anch.quem sequuti sunt Io.de Imo.& Domi.in d.c.quamuis.

Decimoquartò fallit si filia renuntiauit falsis persuasionibus inducta: quia rescindetur renuntiatio. ita consuluit Fede.de Senis in consi.144.

Decimoquintò fallit in muliere renuntiante hæreditati paternæ si decedat ante patrem, eius filij vel filię suę non excluduntur ab hæreditate.& ita dicit Bal.in l.fi. C.de pac. & in l.pactum.C.de coll.quem sequitur Paul. de Cast.vide Lud.Rom.& ibi Bar.in d.l.qui superstitis.

Decimosextò fallit si in renũtiatione dicatur, ꝙ pars renuntiat omni iuri,quod habet & habere sperat, non intelligitur de iure quòd speret de nouo, & ex noua causa:sed intelligitur de iure futuro proueniente ex iure præsenti seu præterito,secundum Bald.in d.l.pactum. & Bald.in l.quod seruus.ff.de condi.ob causam.

Decimoseptimò fallit si mulier renuntiat omni iuri qđ sibi debetur. nam non intelligitur renuntiare rei vendicationi,secundum Bal.in d.l.pactum.

Decimooctauò fallit vbi mulier renuntiat generaliter de non succedendo, nulla expressa causa. nam renuntiare intelligitur respectu bonorum præsentium: vnde si pater acquirat posteà bona,mulier possit succedere:vt l.cum stipulatus,de verb.oblig.

Decimononò fallit vt potest sumi per tex. in l.tres fratres.ff.de pactis.

Vigesimò fallit vt per Bal.in d.l.pactum, quãdo filius renuntiat pro impensis factis in studio.

Vigesimoprimò fallit vt per Angel.in l.filiæ.C.de eden. vbi loquitur de statu.

Vigesimosecundò fallit nisi ex aliquibus coniecturis filia succederet ab intestato:vt per Sal.in d.l.pactum.

Vigesimotertiò fallit quando inter aliquas personas nõ supersunt aliquæ personæ, in quibus est maior ratio succedendi, vel maior ratio affectionis, quàm in filia.vt quia non extarent nepotes, vel quia non videtur voluisse vti pacto iurato, ex quo aliter non disposuit.idem tenet Ioan.de Prato in l.pactum.C.de collat.tu allega pro eo notata in lege secunda.in fine, & per Bartolum in l.prima.ff.de vulgar & pupillari.& Bal.in l.qui se patris.vnde liberi. & ibi Ang. de Vbald.in repetit.sua & recollectis Azo.& Bald.in l.non per.C.ad Orfi.

Vigesimoquartò fallit quãdo filia renuntiat hæreditati maternæ,nec propterea pater excluditur si non consenserit, vel si consenserit, & supersunt alij filij qui renuntiauerint.ita dicit Bald. in leg.non solum.in princip. C.de bo. quæ lib.

Vigesimoquintò fallit quia non valeret pactum si coniuges pacisceretur, vt filij nascituri ex eis non succederet. fallit tamen nisi esset talis consuetudo.

Vigesimosextò fallit si renuntiat soror, & iurat se contentam:quia non videtur renuntiasse generaliter omnibus relictis in testamento vel legitimæ,nisi specialiter dicatur: vide Bal.in l.de his.ff.de transact.

Vigesimoseptimò fallit quia non valeret renuntiatio cũ iuramento si filia esset in egestate:ita quod non possit se aliter alere.ita Bald.in capitulo, cum contingat.in vndecima col.extrà,de iureiuran.

Vigesimooctauò fallit si esset statutum,quòd minor nõ possit contrahere,renuntiare,aut facere quittationem sine arcta solennitate:licet iurauerit mulier renuntiando hæreditati paternæ,tamen etiam si sit dotata, poterit contrauenire, & petere absolutionem à iuramento non seruata solennitate præstito.ita dicit Pet.de Anch.in capitulo,canonum statuta.extra de constit.in 16.col.

Vigesimononò fallit si filia renuntiauit fratribus hæreditati paternæ, demum alij fratres nati sunt, & alij hæredes instituti, renuntiatio non tenet quo ad illos extraneos:Et ideo fratres habebunt omnia, & faciant sibi cedere per sororem sua iura.ita dicit Ange.in leg.auus.in vltim. colum.C.de pac.

Trigesimo fallit si filia non percepit totã legitimam, & renuntiasset: nihilominus poterit petere suppplementum de continuo.ita dicit Angel.in l.de his.in fi. de transact. & ibi ponit cautelam ad hoc.

Trigesimoprimò fallit si quis per metum renuntiat iuri, quod habet in re: non intelligitur renuntiare possessioni rei.ita dicit Angel. in leg. metum. in princip.ff. quod met.causa.

Trigesimosecundò fallit si esset statutum quòd mulier minor non possit contrahere sine consensu propinquorũ, vel alia solennitate:nam si fuerit maritata indotata, & iurauerit de non contraueniendo, prout fit:tamen si non interuenerit dicta solennitas,poterit contrauenire, petendo se absolui prius:vt dicit Pet.de Anch.in d.c.canonum statuta.de constit.

Trigesimotertiò fallit quando dicta filia non esset dotata & repudiasset:quia tunc essemus extra formam capit. præallegati, quamuis id loquatur in muliere dotata. nam habemus capitu.illud quod est 26. quæstio.2. leg.fin.ff. de leg.l.continuus.& leg.prima.ff.ad municip. sed hoc reprobat domi.Ioan. Andr.in leg.qui superstitis.ff. de acquiren. hæredit.& istam limitationem posuit Ludo.de Rom.in d. l.qui superstitis.

Trigesimo-

Trigesimoquartò fallit si pater eam legitimet cum hac conditione sibi succedat pacto & reseruatione. nam tunc valet pactum & reseruatio secundum Anton. de Butr. in c. per venerabilem. qui filij sint legit. & ad hoc adducit glos. in cap. cum inhibitio. de clandestina despon. & ad hoc vide Paul. de Castr. in l. 1. C. de iure anulo aureo. & Barto. in l. si tibi. ff. de adop.

Trigesimoquintò fallit vt per Lud. de Roma. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obli. & Domi. de Rota secundum modernum ordinem in decisio. tricentesima septuagesimaquinta.

Trigesimosextò fallit secundum Pet. de Anch. in repet. c. 1. de renun. si talis renuntiatio contineret euidentem iniustitiam: vt quia pro modico renuntiasset hæreditati magnæ, quæ virtualiter debet continere tria: vt ibi per eum, licet Imo. teneat contrarium.

REGVLA CXCV.

Filiusfamilias in iudicio sine consensu patris esse non potest, in l. fi. §. necessitate. C. de bonis quæ libe.

Primò fallit in casu criminali, per l. inter liberas. §. filiusfamil. ff. de adul. quod Bal. consulendo tenuit etiam verum in crimine pub. secus autem in priuato: vt ipse dicit in suo consilio, quod incipit, filiusfamilias armata manu, &c.

Secundò fallit in causa spirituali: vt in cap. fin. de iudi. lib. sexto.

Tertiò fallit in his, quæ sunt volũtariæ iurisdictionis de quo per Bal. in l. fi. §. necessitate. C. de bo. quæ liber.

Quartò fallit quando pater non esset legitimus administrator, Bar. in d. §. necessitate.

Quintò fallit quia potest comparere & litigare coram arbitratore. ita dicit Ioan. And. titu. de iurisd. om. iud. in §. ex petito. in addi. Spec.

Sextò fallit in beneficialibus, in quibus agit filiusfamil. vt integer homo gloss. singul. in cap. 1. de iureiuran. & leg. ait prætor. in princip. de milita. testam. ff. quæ beneficialia æquiparantur castrensibus. not. glo. magna in cap. ex parte. de restit. spol.

Septimò fallit quando filiusfamil. implorat officium iudicis. glo. in l. 1. C. qui admit.

Octauò fallit in causa reconuentionis, quo casu non requiritur consensus patris. gloss. in l. sed & hæ. in princip. ff. de procur.

Nonò fallit in causa appellationis arg. l. ita demum. C. de procu. secundum Bal. in d. §. necessitate.

Decimò fallit si impetret rescriptum. ita volunt Do. de Rota in decisione 183. & ita not. d. Andr. Sicu. in cap. fin. extrà, de iudi.

Vndecimò fallit in omnibus casibus, in quibus minor potest esse in iudicio sine authoritate tutoris: vt ibi Bald. in addi. Spe. in tit. de actio. §. 1. vers. sed nũquid. & in ver. sed nunquam. & not. Ludo. de Rom. in suis singularibus.

Duodecimò fallit quando filiusfamilias nomine alieno comparet, vt est casus in capitulo, generaliter. in secundo responso. de procurat. in 6. & notat gloss. pulchra in capitu. fin. de iudic.

Terriodecimò fallit quando filius comparet in iudicio sine consensu patris & confitetur debitum: & iudex facit præceptum quòd soluat. nam valet istud præceptum, tanquam extra ordinem non in figura iudicij. ita dicit Bal. in c. 3. in 2. col. de litis contesta. alleg. gl. sing. ad hoc in l. fin. §. necessitate. C. de bo. quæ liber.

REGVLA CXCVI.

Filius legitimam iure institutionis habere debet, alias testamentum conquerelare potest ita communiter tenetur. Bar. in auth. nouissima. C. de inoffic. testa. & in auth. vt cum de appel. cog. in §. aliud quoque.

Primò fallit in patre testante inter liberos minus solenniter: quia tunc sufficit si relinquatur quoquo relicti titulo: vt est glo. sing. in dicta authent. nouissima. C. de inoffi. testa. & est in verbo, instituit. & eam sequitur Iacobus Butrigarius. ibi, argu. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. & idem Innocent. tenuit in cap. Raynutius. eod. tit. vbi tamen dicit, quòd tale testamentum non valebit vt testamentum, & inter liberos, sed bene valebit vt vltima voluntas inter ipsos liberos tantum, non quò ad extraneos quam vltimam voluntatem iudex seruare faciet: vt l. 1. ff. famil. ercisc. sed Iacob. de Aret. & Cy. in prædicta authentica, nouissima. videntur dictam glossam reprehendere, tenentes quòd d. auth. corrigatur per d. §. aliud quoque. primam tamen opinionem sequutus etiam fuit Matthæ. de Mathe. in suis notabilibus, nu. 14.

Secundò fallit dicta regula in institutione pia. secundũ Bar. in l. prima, in secunda q. prin. C. de sacrosan. eccles. per rationem, de qua ibi per eum in 16. col. & idem tenet Pet. de Anch. in capitulo, cum essent. de testa.

Tertiò fallit in codicillis: vt not. Bar. in l. filij. ff. fa. ercis.

Quartò fallit vbicunque statutum diceret, quòd pater teneatur relinquere filio quintam partẽ pro legitima: quia tunc sufficeret relinqui quoquo relicti titulo. ita singul. tenuit Bal. per aliquas rationes in l. maximum vitium. C. de lib. præte. in sexta columna, sed Ludo. in l. si quis prior. ff. de testa. dicit quòd licet ipse non reperiat aliquem tenentem contra Bald. tamen dicit quòd Florentię consulit contrarium: & plus non dixit. hanc partem sequutus fuit etiam præceptor meus. d. Alex. de Imola in l. inter cætera. ff. de libe. & posthu. motus ista ratione, quia statutũ debet interpretari, vt quantominus fieri potest corrigat ius naturale: vt probatur in l. secunda. C. de not. & cap. cum dilectus. de consue. & not. Bar. in l. omnes populi. in 6. quæstione prin. ff. de iust. & iure.

REGVLA CXCVII.

Filius hæreditatem vsucapere vel præscribere non potest. l. secunda. §. filium. ff. pro hærede. & leg. nihil. C. eodem. titulo.

Primò fallit vbicunque filius venjat ex capite agnatorum: & ita possideat. & tenet Bald. in rub. extrà, de prescri. & dicitur ibi hoc non esse tractum ab alio. facit quod sing. not. Bald. in leg. licet in 4. quæst. in fin. C. de iure deliberan. quod tene menti.

REGVLA CXCVIII.

Filius si hæreditatem adire nolit legitima priuatur. tenet Bar. post Iacob. de Are. in l. Marcellus. in §. quia poterat. ff. ad Trebel. & idem tenet Cy. Ray. Saly. Bal. & Fulgo. l. hæres instit. C. de impub. & alijs sub. & Barto. in l. pro hærede. & in l. gerit. in secunda col. de acqui. hæred. & in l. 1. in 4. q. de vulg. & pup. & Bald. in l. 1. in versi. quo ad primam q. C. quando non pe. par. Angel. in consi. 81. incip. subtiliter. Bal. in c. Ray. ad fi. de testa. & hec est communis opinio, licet Ludo. Roma. tenuerit contrarium in d. leg. 1. C. quando non petent. part.

Primò fallit nisi filio fuerit datus substitutus vulgaris, & filius grauatus est in legitima rerũ suarum: quia tũc potest legitimã accipere, & residuum ad substitutum transmittere: vt est casus reputatus sing. in l. si libertus patrono. versi. quid ergo. ff. de bon. liber. not. Bar. & doct. in locis præalle. & ita intelligitur quod not. Bart. in l. quandiu. la 1. ff. de acquir. hæredit. & in l. sancimus. in princ. iti 6. q. C. de inoffic. testa. & in d. l. si hæres. dicunt tamen doct. in locis præalle. quod hæc limitatio non procedit, vbi filio esset datus substitutus, sed non esset grauatus legato. bene facit l. si solus. de acquirend. hæred. sed solum procedit vbi esset grauatus lega. tamen Angel. in d. leg. si pater. C. de instit. & sub. sub condit. & Bald. in dict. leg. 1. C. quando non petent non videtur curare, quod sit grauatus l. sed satis est si habeat substitutum, per d. l. libertus patrono. & idem tenet Salycet. in dicta leg. quoniam in prioribus. in vltim. colum. vbi videtur tenere indistinctè quòd filius abstinens ab hæreditate, priuetur legitima, per dictam leg. libertus patrono. & l. sub cõditione. §. exsitere. de bonis libertorũ. & per l. suus quoque. & l. sed si filio. de hæred. instit. vbi filius potest institui sub

ſub conditione poteſtatiua, quam ſi non impleat, ſubſtitutus admittitur. & reſpondet ad d.l. libertus patro. & idē tenet Pet. de Ancha. in conſil. 302. incipiente, in CHRISTI nomine ex ſola ſubſtitutione vulgari. & ita etiam tenet Pau. de Caſt. in conſi. 255. incip. vt ſi cautus.

Secundò fallit dicta regula, niſi filius poſt recuſationem hæreditatis mutauerit propoſitum, & voluerit adire: quia tunc nec legitimam, nec aliquid perdet: vt l. fin. C. de petit. hæred. ita tenuit Bart. in d. §. quia poterat. & hoc eſt verum in filio in poteſtate: ſecus in emancipato, ſecundum Ange. in dicto §. quia poterat. quia in eo non habet locum diſpoſitio d. l. fin. vt ibi Bart. Bald. & communiter omnes & in l. ſecunda & tertia. C. de iur. & fac. igno. & not. Bar. in l. ſi quis ſuus. de iure delib. hoc tamen dictum Io. de Imo. in d. §. quia poterat ſingu. limitauit, niſi filius emancipatus eſſet inſtitutus in legitimam tantum, quam repudiauit: quia poſtea etiam ſemper poterit mutare propoſitum, per tex. quem ipſe ad hoc reputat ſingu. in l. ita tamen. in d. §. ſi patronus. ff. ad Trebel. quod eſt perpetuò notandum ad limitationem d. l. fin.

Tertiò fallit dicta concluſio fortè in filio ſuccedēte ab inteſtato: quoniam tūc concedet ratio q habeat locum in iure ſubſtitutionis & iure hæreditario: quoniam tūc illam habet tanquā quotam bonorum, non tanquam hæreditatem: vt l. Papinianus. in §. quoniam aūt quarta. ff. de inoffi. teſta. Bar. & doct. in l. ex facto. la grāde. ff. de hære. inſtit. & l. quoties. eo. tit. & per conſequēs debet poſſet capere legitimam, & reſiduū repudiare: quia ceſſant rationes prædictæ. ita tenet domi. Abb. in capitulo, Ray. de teſta. vbi alleg. l. primā. §. ſed ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtit. vnde tu cogita.

REGVLA CXCIX.

FILIVS qui ab hæreditate patris ſe abſtinuit, prælegata regulariter petere poteſt. l. apud Iulianum. §. ſi quis. ff. de doli excep. & in l. filio pater. de legat. primo. & in l. cum reſponſo. C. de leg.

Primò fallit quando pater diuiſiſſet omnia bona vel maiorem partē inter filios: quia tunc, ſi ſe abſtinuerit ab hæreditate patris, nō poterit petere prælegata. vt eſt caſus multum notabilis in l. quid ergo la. 2. ff. de leg. 1. quem not.

REGVLA CC.

FILIVSFAMILIAS regulariter teſtari non poteſt, etiam pater permittente. l. qui in poteſtate. ff. de teſtam. Inſtit. qui. permi. eſt fa. teſta. in prin.

Primò fallit in teſtamentis ad pias cauſas. ita tenet Bart. & doct. in repet. l. 1. C. de ſacroſan. eccleſ. per tex. in c. licet. extrà, de ſepul. lib. 6. & idem tenet Ang. in d. l. qui in poteſtate. Bal. & Saly. in d. l. ſenium. C. qui teſt. face. poſ. licet Io. And. in c. ſi pater. extrà, de teſta. in nouel. tenuit contrariū. & Fede. de Senis in conſi. 260. & conſi. 28. & Io. de Imo. in d. l. qui in poteſtate. & Fulgo. in d. l. ſenium. dicentes quod text. in præalle. c. licet. de ſepul. debet intelligi de donat. cauſa mortis. prima tamen opinio eſt magis communis: licet vtraque ſit ſuſtentabilis.

Secundò limitatur non procedere in bonis ab imperiali maieſtate donatis filio vel filiæ: quoniam in illis bonis teſtari poterit: cum in his bonis incluſum ſit tale priuilegiū teſtantium: vt eſt tex. not. & ibi Bal. qui notat illum tex. in l. cum nulla. C. de bonis quæ liber. & ibi eſt tex. ſing. qui dicit quòd filiusfamilias poteſt teſtari de illis bonis, tāquam illa bona ſint caſtrenſia vel quaſi.

Tertiò fallit in filijs Gallorum ſeu Francigenariū quoniam tales filij non ſunt in poteſtate patris: vt eſt glo. ſing. Inſtit. de pa. po. in glo. in verbo, ciuium Roman. quam glo. ſequitur Bald. in cap. 1. an maritus ſuccedat vxo. in benefi. & Bal. in l. fin. C. qui teſta. facere poſ. & hanc limitationem poſuit Ludo. Rom. in auth. ſi mulier. ff. ad l. fal. & idem tenuit Bal. in tit. de duobus fratribus à cap. inueſt.

Quartò fallit in lucris dotalibus obuētis marito ab vxore prædecedente: tunc enim maritus tranſiens ad ſecunda vota, illud, quod lucratur, trāſfert in filios, & illi filij poſtea teſtari de illis poterunt. ita notanter tenuit Ang. in §. quoniam autem infirmus. in authentico, de nuptijs.

Quintò fallit in filijs presbyterorum: vt in auth. presbyteros. C. de epiſ. & cler. in l. ſacroſanct. C. eod. tit. & gl. iuris canonici reputata ſingu. in c. quia ingredientibus. 9. q. 1. & prædicta locum habent non ſolum in presbyteris, ſed etiā in clericis habentibus tantum primam tonſuram. iſtud videtur probari per text. in c. quia nos. extrà de teſta. nam ibi permittit clericis, & non diſtinguit vtrum fuerint in patria poteſtate, ſicut & ille qui habet primam tōſuram tantum: vt eſt glo. ordinaria in c. cum voluntate. de ſent. excom. & hoc ibi voluit Hoſti. & Ant. de But. dicit illum tex. habere locum in omnibus & quibuſcunque ordinibus. & ſic non tantum in presbyteris: ſed etiā in clericis habentibus tantum primam tonſuram: quia iſti etiam appellantur clerici. & hoc etiam tenet Pet. de Anch. & Io. de Imo. in d. c. quia nos. ſed Iac. But. & Bar. in d. l. ſacroſanct. C. de epiſ. & cler. videtur dicere, quòd iſtud ſolum procedit in acquiſitis ſatione officij & dignitatis eccleſiaſticæ. ſed in aduentitijs & quiſitis aliunde, videtur tenere quòd teſtari non poſſunt. ſed contra eos videtur etiam tex. expreſſus in d. auth. preſbiteros, ibi quos libet ad rem diuinam venientes, & c. & in d. l. ſacroſan. ibi, quæcunque bona, & c. & pro iſta opinione facit glo. in d. c. quia ingredientibus. 9. q. 1. quæ dicit quòd clericus in poteſtate conſtitutus poteſt teſtari. & loquutur indiſtinctè, & allegat d. auth. presbyteros.

Sextò limitatur dicta regula non habere locum quando filius vellet teſtari pro eius anima, nam tunc poteſt, modò pater conſentiat: vt eſt caſus in d. c. licet. §. quamuis. ſecundum doct. de ſepul. in 6. & vide in Spec. in tit. de inſtru. edi. in §. porro. in fi. & §. compendioſe. verſi. 7.

Septimò limitatur non habere locū in peculio caſtrenſi vel quaſi: quia in illis poteſt liberè teſtari. vt voluit glo. in l. fi. C. qui teſt. fac. poſ. & eſt glo. in l. fin. C. de inoffi. teſta. vnde clericus, qui miles eſſe cenſetur, vt voluit gloſſ. in l. 1. circa prin. ff. de milit. teſta. teſtari poteſt de aduētitijs tanquam caſtrēſibus. vt ſuprà dictum fuit & quod ſuprà dictum eſt quòd filiusfamil. non poteſt teſtari, poterit tamē patre permittente, habet locum non ſolum in bonis aduentitijs in quibus patri acquiritur vſusfruct. ſed etiam in his caſibus, in quibus non acquiritur patri vſusfructus: vt tenuit gl. val de not. in l. 1. §. fuit quæſitum. ff. ad Trebel. quam gl. communiter ſequuntur doct. per tex. in l. pen. C. qui teſta. facere poſſunt. & Inſtit. quibus non permiſ. eſt face. teſtam. in princ. & per tex. in §. Inſtit. de teſta. mili.

REGVLA CCI.

FILIVSFAMILIAS licet ex aliquo contractu obligetur, & ſi non ſoluat conueniri & incarcerari poſſit, vt habetur in l. 1. §. ſed verū. ff. de minor. tamen, ſi à patre emancipetur, non tenetur niſi inquantum facere poteſt, licet prius ſecus: vt eſt tex. not. in l. 2. ff. quod cū eo. & in l. ſed ex alio. eo. tit. & ibi not. Bal. & idem not. Io. de Plat. Inſti. de actio. in §. ſunt præterea. in fin.

Primò fallit niſi fuiſſet obligatus ex delicto. vt l. ſed ſi ex parte. §. quanquam. ff. quod metus cauſa. & not. gloſ. in dicta l. ſecunda.

Secundò fallit quando per multos caſus filiusfami. contraxiſſet multa debita: & poſtea incontinenti petijſſet ſe emancipari, & ſic contraxit dicta debita in fraudem: nam tunc emancipatio ſequens ipſum non iuuaret. & pro hoc allego tex. in l. 1. & quod ibi ſingulariter not. Bart. ff. ſi quis teſt. liber. eſſe iuſ. fue. vbi dicit quòd de conſuetudine eſt, q quando Imperator recipit coronam Romæ, quòd liberat præfectum vrbis ab omnibus debitis ſuis. Et ſi præfectus, ſciens de aduentu imperatoris contraxit multa debita, q Imperator non tenetur eum liberare ab illis. Item ad hoc alleg. text. in l. omnia. in §. cum ita legatur. alias incipit. leg. cum ita. de leg. 2. & in l. contra legem. & quod ibi notatur per doct. ff. de legibus.

REGVLA CCII.

FILIVSFAMILIAS vt à patre se emancipari patiatur co gi non potest. text. est in auth. quib. mod. na. effi. sui. in 7. col. & in gl. in l. fi. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & not. in l. nec auus. C. de emanci. lib.

Primò fallit vbicunque subesset aliqua causa, quia tunc poterit emancipari filius etiam inuitus: vt tenet not. Bar. in l. quidam cum filium. ff. de verb. oblig.

Secundò fallit vbicunque filius esset rixosus, & pater sæpæ solueret condemnationem pro eo, quod facere tenetur ex forma statuti: quia tunc etiam eo inuito pater ipsum emanciparet. ita tenetur not. in l. virum. ff. de verborum oblig.

REGVLA CCIII.

FORVM per viatorem contrahentem non sortitur ibi vbi contraxit. text. est in leg. hæres absens. §. 1. versicul. nam vbi sic. ff. de iudi. gloss. & text. in capitulo finali, de foro competenti.

Primò fallit quando effectus ipsius contractus non esset destinatus seu adimplendus in ipso loco, in quo contraxit, sed in alio: putà si existens in Perusio vbi promisit certas quantitates Florentię. tunc non inspicitur locus vbi fuit initus contractus quò ad sortiendum forum, cum quo ad hoc non censeatur ibi contraxisse. vt, voluit glo. in capitulo, Romana. §. nec etiam. de foro competenti. in sexto. vbi canon alium locum dat. nec inspicitur locus, in quo confectum est instrumentum: vt not. in l. exigere. ff. de iudic. sed inspicitur locus vbi adimplendus est seu destinatus est effectus ipsius materiæ seu contractus. extrà de foro competenti, capitulo, delicti. & ff. de act. & oblig. contraxisse. vbi videtur contractus initus quo ad hoc fictè tantum: prout habetur in d. l. contraxisse.

Secundò fallit quando contrahens in loco contractus non sit diu permansurus, sed vt viator: cum tunc sortiatur forum vt voluit glo. in d. capitulo, Romana. §. secundo. & etiam tex. est in d. l. hæres absens. §. 1.

Tertiò fallit in 6. casibus, in quibus ipse viator conueniri possit in loco contractus. Et primo quando contrahens cum ignorasset esse viatorem, cum talis ignorantia ei nō noceat: vt voluit Bar. in d. l. hæres absens. quæ ignorātia in dubio præsumitur, sicut tanquam viator incideret. & hoc videtur inducere tex. in d. lege, hæres absens.

Quartò fallit quādo ibi fecit talem contractum: quem verisimiliter debuit adimplere: vt si quis emit equum à viatore, & eidem pretium soluit: cum tunc versimiliter videatur actum vt tradere debeat equum, vnde poterit ibi conueniri: vt voluit Barto. in dict. leg. ad hoc. & leg. 2. ff. de pignor. actio.

Quintò fallit in eo qui accessit ad locum, vt ibi contraheret: cum tunc sortiatur forum ibi: scilicet, quando accesserit vt viator: vt voluit Pet. in l. 2. de in ius vocan. & Dom. in d. c. finali, de foro compet.

Sextò fallit quando conueniretur ibi ex causa, ex qua lege esset ibi respōdere: vt quia vendidisset morbosum equū vt probatur in l. hæres absens. versi. sic firmissimum. à contrario sensu, secundum Bald. in cap. quod clerici. extrà, de foro compet.

Septimò fallit quando contrahendo intēderet decipere contrahentem secum, vt si recederet cum equo vendito recepto pretio. ff. de iudi. l. cum alicui. & l. non alium. secundum Baldum in d. capitulo, quod clericis.

Octauò fallit quando talis viator contrahens cōtraxisset in loco, in quo alias non poterat conueniri, vt si priuilegiatus esset: cum tunc quantumcunque priuilegiatus vt ibi conueniri non posset, poterit tamen conueniri, cū ita contrahendo tali priuilegio renuntiare videatur: vt in capitulo, dilecti. extrà de foro compet. & vt habetur in l. 2. §. omnes autem. & §. planè. vers. sed si agant. ff. de iud. secundum dom. Anto. in d. c. fi. qui ex hoc dicit quod si exēptus transitoriè contrahit in loco non exempto, potest conueniri, per quod ampliatur c. 1. de priuileg. in 6. sed hoc dictum in exemplo non placet: quia licet procedat in eo, qui est omnino subditus, & conueniri potest in loco, licet habeat ius reuocandi domum, prout loquitur d. l. 2. tū non procedit in exemplo, in quo non censetur subditus: vt habetur in capitulo, si proxima. de priuil. in 6. & dic esse idem quod est in non subdito, de quo loquitur d. l. hæres, ad quod d. c. Romana. §. sed neque. secundum Nicol. in d. c. fin.

REGVLA CCIIII.

FORVM in loco contractus quis regulariter sortitur. l. hęres absens. ff. de iudi. & in l. 1. C. de iurisd. om. iud.

Primò fallit dicta regula vbicunque non agitur ad obseruationem contractus aut ad eius distractum & rescissionem: quia tunc eo casu in loco contractus quis non sortiretur forum. ita tenet Bal. in l. 2. C. vbi & apud quē restit. in integ. peten. sit. & idem tenet d. Pau. de Cast. in d. l. 2. dicens se ita de facto respondisse cum esset interrogatus à quodam doctore primo anno quo venit Paduæ, dicens tamen quod tunc non erat memor istius dicti Bald. pro quo bene facit quod not. Barto. & Guliel. de Cug. in l. qui certo loco. ff. de condictio. indeb.

REGVVLA CCV.

FRVCTVS, quando quis rem sibi restitui petit, non veniunt nisi expressè petantur. ponūt Canon. in c. grauis. de restit. spol. l. sciendum. ff. de ædi. edi.

Primò fallit quādo tales fructus percepti sint post litem contestatam: quia tunc venirent non petiti: vt in §. item sciendum. l. videamus. ff. de vsu.

Secundò fallit quando agitur interdicto vnde vi: quia tunc veniunt fructus, etiam si non fuerint expressè petiti in libello: vt ff. de vi & vi ar. l. 1. §. certissimum.

Tertiò fallit quando ageretur condictione legis, si quis in tantū. C. vnde vi. cum tunc etiam similiter veniant non petiti: vt not. ibi.

Quartò fallit quando ageretur actione quod metus causa, cum tunc idem sit. ff. quod metus causa. l. sed & partus.

Quintò fallit, quando ageretur petitione hæreditatis. l. item veniunt. §. fi. secundum Inno. & Ioan. And. in d. c. grauis. extrà, de restit. spol.

ADDITIO

a *Fallit. Adde Ia. May. Instit. de actio. in §. actionum. nu. 234. vbi quid tunc de perceptis & percipiendis & quid de his qui percipi potuerunt.*

REGVLA CCVI.

FVGA post accusationem suspicionem non facit, tenet Bald. in l. 1. ff. de reb. eo.

Primò fallit nisi quis coram iudice fuisset minatus de accusando, licet adhuc non accusauerit: quia tunc videtur φ fuga secuta faciat suspicionem, propter quod ex hoc resultat in multis casibus idem effectus, qui resultaret ex libello accusatorio: vt est text. qui non est alibi, in l. miles. in §. socer. de adult.

Secundò fallit nisi alias frustra suspicione laboraret contra fugientem post accusationem. rem enim maximam induceit suspicio, argumento eius quod dicitur in l. fin. qui. mo. tu. &c.

Tertiò fallit nisi post accusationem accusatus aufugiat de carceribus: quia tunc contra eum proceditur tanquam contra confessum de crimine: vt est text. in l. eos. in fi. ff. de cust. re. & ibi est glo. not. rectè intellecta, quæ ad hoc semper allegatur. quando ergo accusatus est captus & aufugit, non habet locum dict. Bar. cum statim possit condemnari tanquam confessus. quod intellige si aufugerit de carcere clauso: secus si de aperto, vt de sala palatij, vbi iudex præcepit eum stare. quo casu si incarceratus fugiat ostio dimisso aperto per negligentiam custodu m tunc aufugiens non habetur pro confesso. ita sing. tenet Bald. in l. iuecurritur. ff. ex quib. caul. ma. quod est sing. & fuit dictum originale Guliel. de Cu. de quo facit magnum festum Ludo. de Roma.

in l.admonendi.ff.de iureiurand.item intellige, nisi carcer fuisse fractus per tertiam personam, non data opera incarceratorũ: quia tunc eadẽ est ratio, quę est in ostio dimisso aperto. ita tenet domi. Lanfrau. de Oria. in l. fugitiui. C. de ser. fug. quæ bene nota. & adde gl. not. in §. si vero quidam. in fi. in auth. de exhib. reis. quæ vult quòd familiaris de familia tua fugiens, videtur surripuisse res de domo, si non reperiantur & probantur primò fuisse.

REGEVLA CCVII.

FVGA solam suspicionem facit, vt tenet Bart. in l. admonendi. de iureiur. licet ibi gl. dicere videatur quod semi plenam probationem faciat.

Primò fallit nisi quis timore familiæ rectoris aufugiat, & postea citatus à iudice compareat: tunc enim purgatur omnis suspicio vt est text. in leg. quis sit fugitiuus. §. 1. ff. de ædi. edic. &c.

Secundò fallit nisi aliqua causa excuset fugientem, putà tenere partialitatem in ciuitate, vel quid aliud. d. l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem.

Tertiò limita dictum Bart. quod fuga indicium facit, vt dicitur in d. l. admonendi. & clarius in l. lege Cornelia, ff. ad Syllan. videlicet quando aufugit ante accusationem de se factam: secus si post, quia tunc licuit sibi sanguinem suum redimere, per d. l. 1. in fi. de bo. eo. vbi Bar. ita tenet per illũ tex. quod intelligo quando delictum erat capitale, ex quo aut debebat occidi, aut membris mutilari: secus si esset imponẽda pœna pecuniaria, &c. quod dic vt not. in d. l. admo. adde tamen quod in casu speciali fuga plenè probat: vt l. consiliarios. C. de assess.

REGVLÆ IOANNIS BERNARDI DIAZ.

De litera F.

REGVLA CCLXXIX.

FACTA regulariter, videntur esse indiuidua. Text. est in l. stipulationes non diuiduntur. vers. idem puto. ff. de verb. ob. Et ibi notat Bar. gl. in l. 2. §. & barũ. eod. tit. & in l. 4. §. Cato. cuius rationem assignat & confirmat Iaso. in d. l. stipulationes non diuiduntur. col. 17.

Limita dupliciter vt per eundem Iaso. in d. l. stipulationes. col. 17.

REGVLA CCLXXX.

FACTA in dubio non pręsumuntur. Tex. in l. in bello. §. facta. ff. de cap. & postlim. reuer. & in l. si mancipati. C. de collat.

Limita quando sunt facta consueta fieri, tenet Bald. in rub. C. de fideiuss. in col. 3. per tex. quẽ reputat valde notabilem l. fi. C. de fideiussor. idem Bal. in l. incendiũ. C. si cert. peta. quam dicit elegantem limitationem ad hanc regulam Ias. in l. sciendum. circa princ. ff. de verb. oblig.

Secundò limita, nisi in instrumento sit appositum tale verbum, quod de necessitate inducat illud factum, per tex. in l. sciendum. suprà alleg. & in §. fin. Insti. de fideiuss. & in §. fi. Insti. de inut. stip. & in l. j. C. de contrah. & commit. stipul. per quæ iura ita limitat Ias. vbi suprà.

Fama, vide infra, Indicium.

Famuli, vide suprà Delictum. & suprà Dominis.

REGVLA CCLXXXI.

FAMAE restituere potestates inferiorum non possunt. Ita dicit communiter Fel. in c. cum T. A. B. de re iudi. 7. col. nu. 12. in fine, post Abb. ibi.

Limita tripliciter, vt per Felin. vbi suprà.

REGVLA CCLXXXII.

FOEMINA non succedit in feudum. Text. in c. 1. §. hæc autem. qui feud. dare poss. in vsibus feud. & in c. 1. de successio. feud.

Limita septem modis, vt per Georg. Natam, in repe. c. quamuis pactum. de pact. in 6. col. 60.

REGVLA CCLXXXIII.

FEVDVM proanima relinqui non potest. Text. est in c. 1. §. donare. qualiter feudum olim alie. pot. Confirmat Fel. in c. quæ in ecclesiarum. 25. col. de constit.

Amplia vno modo, & limita alijs quatuor, vt per Felin. ibi, col. 25. num. 102.

REGVLA CCLXXXIIII.

FEVDVM alienari in monasterium non potest, etiam si habens ingrediatur monasterium. Ita firmat Felin. in capitu. in præsentia. de probatio. colum. 17. numero 79. cum sequentibus.

Limita quatuor modis, vt per Feli. ibi.

REGVLA CCLXXXV.

FEVDA dignitatum, vt marchionatus, comitatus, ducatus, vel regni, sunt indiuidua. Text. est in c. imperialem. in §. pręterea ducatus. de prohibit. feud. alie. per Fede. Tex. in c. licet. de voto. vbi est glos. Abb. & doct. not. text. in c. si hæredes. de testam.

Limita tribus modis, vt per Ias. in l. stipulationes non diuiduntur. col. 19. ff. de verb. oblig.

REGVLA CCLXXXVI.

FEVDALIS quæstio, si inter dominum & vasallum est agitanda, quãdo est propriè feudalis: puta quia igitur ad inuestituram, vel ad priuationem feudi, vel ad præstãdam fidem, vel ad aliud simile, tunc coram paribus curiæ, est terminanda. Text. in c. 1. §. præterea. de prohib. feud. alien. in vsib. feud. & c. si inter. de contro. feu. coram pa. termi. & in c. dominus. de mili. vasa. qui contu. est. & ponit Fel. in c. cæterum. de iud. col. 4. versi. fallit quando.

Amplia etiam si vasallus esset clericus. Bal. in c. 1. de con. feu. apud pa. termi.

Limita sex modis, vt per Maria. Soci. in c. ex transmissa. col. 4. de foro compet. vbi etiam sequitur suprà scriptã ampliationem: & qui dicantur pares curiæ, & de pluribus quęstionibus circa eos, vide per eundẽ in duabus col. & collige alias tres fallentias ad hanc regulam, ex Fel. vbi suprà.

Fictio, vide infrà in versi. lex. & in versi. ratificatio.

REGVLA CCLXXXVII.

FIDEICOMMISSVM vniuersale relictũ à filio, post mortem. intelligitur si sine liberis decesserit. Decisio est tex. in l. cum auus. ff. de cond. & demon.

Amplia tripliciter dictam regulam, vt colligitur ex tex. in l. generaliter. §. cum autem. C. de constit. & substit. prout ibi declarat Ias. in 1. col. qui in col. 2. & seq. extendit dictam conclusionem alijs quinque notabilibus modis.

Amplia 9. vltra Ias. vbi suprà, idem esse si fiat filio furioso substitutio exemplaris. Text. in l. ex facto. ff. de vulgar. & pupilla.

Amplia decimò si sit facta filio substitutio pupillaris, quia tunc susceptione filiorum expirat. Ita tenet Bart. in l. in pupillari. in fi. ff. de vulgar. & pupil. & Bal. in l. humanitatis. in versi. quarta differentia. C. de impub. & ali. vbi Alex. in colum. 3. in fin. in verbo, cesser. refert plures idem tenentes, & eam dicit communem opinionem Socinus in d. l. cum auus. col. 6. quẽ vide omnino ibi, & in 2. seq. col. quia subtiliter loquitur morte suo: quam ampliationem intellige, quando pupillus decederet relictis filijs legitimis & naturalibus, secus si naturalibus tãtum. Ita Bald. limitat istam conclu. in l. nec enim. §. eorum. ff. de adop. quam dicit singularem limitationem Alex. in d. l. in pupillari. col. fi. pro qua aliqua vltra Bal. adducit. Pro declaratione vide Soci. in d. l. cum auus. col. 12. in princ.

Amplia vndecimò, etiam si talis filius esset institutus in vita sua tantum, & post eius mortem alius directo institutus, quia adhuc subintelligitur dicta conditio, si sine liberis, &c. Istam ampliationem tradit Socin. quam pulchrè examinat in d.l.cum auus. col. 12. cum seq. vbi tandem in hoc concludit.

Limita octo modis regulam suprà scriptam, vt per Ias. in d.§.cum autem. à colum.5.vsque ad 6.quarum limit.aliquas bene examinat, & huic regulæ tradit solum Soc.in 2. limit.in reg.67.incip.grauatus de restituendo, & sine aliqua extensione.

REGVLA CCLXXXVIII.

FIDEICOMMISSVM vel relictum in diem certam potest ante illam diem statim restitui.tex.est in l.post mortem.C.de fideicommissis.

Limita hanc regulam quatuor modis, vt per Iaso.in d.l. post mortem.col.2.

Fideicommissum, vide suprà, in verbo, actiones.& in verbo, alienans.

REGVLA CCLXXXIX.

FIDEIVSSISSE aliquem vbi reperitur in aliqua scriptura, præsumitur præcedenti stipulatione. Tex.in l.blanditus.C.de fideiuss.

Amplia vno modo, & limita duobus modis, vt per Ias. in l.sciendum.ff.de verb.oblig.col.prima.

REGVLA CCXC.

FIDEIVSSOR pro dote dari non potest. Text.est in l.1. & 2.C.ne fideiusso.dotium dentur.

Limita tredecim modis vt per Bal.nouellum in tract.de dote.in fol.17.col.2.versi.vigesimumprimũ priuilegium. quos prosequitur per octo col.seq.vide Io. Lup.in repe.c. per vestras.in fol.39.col.2.cum sex sequen.vbi decem limitationes descripsi. Et quòd allegatio foliorum d.repet.nõ est secundum numerum suæ vltimæ impressionis, sed anterioris:& sic allego in toto hoc opusculo.

REGVLA CCXCI.

FILIVS & seruus hæredes instituti, non dicuntur hæredes etiam nomine, quo ad directas & vtiles actiones, & sic quò ad effectus iuris: nomine tamen faciunt quo ad effectus eosdem patrem vel dominum heredes, ac si ipsi essent instituti. Colligitur ex sententia Bartoli in leg. cum filio.ff.de leg.1.& est communis conclusio contra glo.ibi, quæ ponit differentiam inter filium & seruũ licet eam sequantur aliqui, prout refert Ias.ibi, col.13.& 14.vbi defendit prædictam communem opinionem Bar. pro qua facit tex.in l.acquiritur.§.1.ff.de acqui.rerum domi.Bonus tex. in l.1.§.filio.iuncta l.si hæres.ff.ad Trebel.

Limita dupliciter vt per Ias.vbi suprà.d.col.14.

REGVLA CCXCII.

FILIVS à matre intra biennium debet ali. Text.in l.nec filium.C.de patr.potest. Areti.& Alex. in l.alimenta. C. de neg.gestis.gl.& ibi Canonistæ in c.fi.de conuer.infidel.

Fallit dupliciter, vt per Io.de Neuiz.in sua syllua.fol.95.

REGVLA CCXCIII.

FILIOFAMILIAS instituto, repudiante hæreditatem, potest pater eam acceptare, etiam si tali filio esset à testatore datus substitutus. Ista est cõmunis opin.doct.quæ fundatur in gl.expressa in l.fi.§.j.in verbo, recusare.C.de bon. quæ lib.quam dicit communem Ias. vbi bene circa hoc loquitur in l.3.col.5.C.de hæredi.Insti.vbi & in col.seq.refert aliquos contrarium tenentes, cum fundamentis pro ipsis vrgentibus.

Limita notabiliter, nisi substitutus esset coniunctus testatoris. Istam limitationem tradit Bal.in d.l.3.post Gulie. quam dicit ibi Ias.in 7.col.communiter teneri, licet dicat quòd in puncto iuris sibi non placet.

REGVLA CCXCIIII.

FILIORVM appellatione simpliciter à lege prolata, non veniunt filij naturales tantum: est tex.in l.filium eũ diffinimus.ff.de his qui sunt sui vel alie. iur.& in l. generaliter. §.cum autem.quem ibi notat Ias.col.6.C.de instit.& substit.probatur etiam in auth.in successione. C.de suis & legitimis hæred.

Limita in quinque casibus ab Alex.descriptis in l.ex facto.§.si quis rogatus.lo 1.col.14.ff.ad Trebel.

REGVLA CCXCV.

FILIVS non potest vocare in ius sine venia patrem, etiã naturalem tantum: tenet gloss.in §.pœnales. in verbo, vel parentem, in fine.Instit.de actio.est text.iuncta gloss. in leg. parentes.ff.de in ius vocand. & ita est communis conclusio.

Limita dupliciter regulam suprascriptam, vt per Iaso.in d.§.pœnales.in colum.9.versicu.prædicta conclusio gloss. quarum limitationum secundam pro multum mirabili commendat.

REGVLA CCXCVI.

FILIVS grauatus fideicommisso non puro, sed in diem vel sub conditione, detrahit duas quartas. Ista est cõmunis opinio doctorum, quę consuetudine approbatur, secundũ Ias.qui plura allegat pro ea in l.filium quem habentem.C. fami.ercis cun.in columna quinta, quam approbant iura canonica in c.Raynutius.& in c.Rainaldus.vbi per gl.& doctores.de testament.

Limita tribus modis, vt per Ias. vbi suprà.d.col.5.in fi. & seq.col.quarũ limitationũ secundam & tertiã rescripsit idem Ias.in auth.res quæ.C.com.de leg.in 3. col.in fin.vbi etiam bene loquitur circa ipsam principalem regulam.

REGVLA CCXCVII.

FILII testatoris detrahunt Trebellianicam ex corporibus hęreditarijs, nulla facta imputatione fructuum, etiã si pater iusserit: vt in l.iubemus.C.ad Trebel.

Limita decem modis, vt per Ripam in l. in fideicommissaria.ff.ad Treb.in col.5.& sequen.

Fiscus, vide suprà, in litera A, in regula secunda.incipiente ablatum.& vide infrà, in verbo, pœna.& infra, in regula incip.lex.vbi in versi.amplia.

REGVLA CCXCVIII.

FORMAE defectu quando actus est nullus, tunc nullo modo valet, vt valere potest. Text.est in leg.1.§.si quis ita.ff.de verbo.oblig.quem ita intelligit Bart.ibi, & in leg. si quis pro eo. in tertio membro. ff. de fideiusso. quem alij sequuntur.

Limita tripliciter, vt per Ripam in d.§.si quis ita.in col. 5.& sequent.

REGVLA CCXCIX.

FORVM sortitur quis ratione rei sitæ in loco, vbi res sita est. Text.est in cap.licet.& in c.fin.de foro compe.& in cap.experientiæ.11.q.1.& in leg.fin.C.vbi in rem actio.& in l.si prædium.C.de præd.min & in l.fin.C.de long.temp. præscript.

Declara hanc regulam quatuordecim modis, & limita tribus, vt per Maria.Socin.in d.c.licet.col.2.in prin.& per sex col.seq.vsque ad finem.

REGVLA CCC.

FRVCTVS non veniunt in restitutione fideicommissi, sed cedunt lucro hæredis: vt in l. in fideicommissariam, ff.ad Treb.& in l.postulante.§. sed si huiusmodi. ff.eo.& l. si quis bonorum.ff.de leg.1.

Limita hãc conclusionem decem & octo modis, vt per Ripam in d.leg.in fideicommissariam. in colum.2.cum 2. sequentibus.

REGVLA CCCI.

FRVCTVS non imputantur in legitimam, in l.scimus.§. repletionem.C.de inoffi.testam.

Limita septem modis, vt per Ripam in l.in fideicommissaria.ff.ad Treb.col.6.

REGVLA CCCII.

FRVCTVVM quando à lege fit mentio, intelligitur dedu ctis expẽsis.tex.est iuncta doctrina Bar.ibi, in l.fructus. ff.sol.mat.& in l.1.C.de fruct.& lit.expens.

Amplia primò procedere, etiam si proferatur à lege municipali. vt not. Vincent. in d.l. fructus. col. 2. in fi. quem vide per totam sequent.

Amplia secundò, etiã si in lege viua fiat mentio de fructibus, vt in rescripto quo impetratur beneficiũ, cuius fructus non excedunt centum, &c. Quia etiã intelligitur deductis expensis. ponit Ias. in d.l. fructus. col. pen. in fi. referendo Bal. Pau. & Cum. Vide ibi melius per Vincen. 4. col. & tenet etiam Segura referendo solum Bal. & Pau. in repe. l. si ex legati causa. in sol. 3. col. 2. ff. de verb. oblig.

Amplia tertiò, etiam si à lege vel statuto addatur verbum, integros, videlicet iubendo aliquẽ restituere fructus integros: notat Ias. in d.l. fructus. col. pen. referẽdo Bal. Sali. & Alex. de quo vide melius per Vincen. in d. col. 4.

Limita quadrupliciter, vt per Vinc. in d.l. fructus. col. 5. & sequent.

REGVLA CCCIIS.

FVGA non probat delictum, probat tex. in l. lege Cornelia. ff. ad Syllan. & l. 1. §. sinautem post cõmissum. C. de raptu virginum. & §. suscepto. in authentico, de exhibẽdis reis. collatione 5. & in l. raptores. C. de episc. & cler.

Limita istam conclusionem sex modis, vt per Feli. in c. nullus. de præsump. quos rescripsit Hippol. in repetit. rubr. C. de probat. in colum. 54. quos referã in summa, omissis allegationibus per eos descriptis, quia aliqua opinor vltra eos adiungere.

Primò limita istam conclusionem in officiali notato de barataria, fugiente pendente causa, quia talis habetur pro confesso, per tex. in l. consiliarios. C. de assessor. quem commendãt plures doctores per Hippol. vbi suprà relati, quod subintellige vt per eos ibi: & vide eundem Hippol. in sua practica criminali, in §. diligẽter. col. 8. vers. vnus casus est. Adde Iaso. in l. admonendi. col. 57. ff. de iureiur. in lectura, qui post Sali. & Ro. ibi dicit, quòd ille tex. hoc non probat: quia non dicit, quòd facit probationem fuga contra ipsum officialem fugientem, sed contra eum qui illum sübtraxit, & fecit fugere: & ita constat apertè cuilibet consideranti legem illam.

Secundò fallit, in eo qui aufugit fractis carceribus, quia habetur pro confesso. Et pro ista secunda fallentia, cum tribus sublimitationibus sequent. vide Hippol. in d. §. diligenter. in d. col. 8.

Sublimita secundum eos tripliciter. Primò, quia non habet locum ista limitatio, vbi quis fugit de carcere aperto.

Secundò, vbi fugeret non de carcere, sed de palatio Prętoris.

Tertiò sublimita, nisi ille esset incarceratus pro generali inquisitione: & limitatio procedit in incarcerato pro speciali. Ita Felinus & Hippolytus, vbi suprà. Adde pro primis duabus sublimitationibus Iaso. in d.l. admonendi. col. 19. qui secundam sublimitationem latius describit, videlicet quòd procedit etiam si dictum palatium Prætoris, vel vna camera palatij esset pro carcere assignata: qui refert Baldum, Alericum & Ludouicum.

Quartò sublimita, nisi post fugam quis denuo esset incarceratus, licet inuitus: quia tunc fuga prior non sufficit ad condemnationem. Ita tenet Ias. vbi suprà allegãdo Bal. in d.l. raptores.

Quintò sublimita, nisi carcer esset fractus per tertiam personam, non data opera incarceratorum: quia tunc eadẽ esset ratio, quæ in ostio dimisso aperto. Ita tenet Lanfrãc. in l. fugitiui. C. de ser. fugit. quem refert Soc. in regula 572. in vltima fallentia, vbi etiam primam & secundã sublimitationem sequitur: & sic habes hanc fallentiam quinque restrictionibus ornatam, quas nullibi sic simul reperies.

Tertiò fallit principalis regula, quando famulus fugit, & reperiuntur amissæ aliquę res domini: quia ex hoc videtur quòd famulus illas subtraxerit. Allegant gloss. not. in auth. de exhib. reis. §. si verò. in verbo, factum. collatio. 5. Adde quòd illam gloss. commendauit vltra eos Ias. in dicta lege, admonendi. columna 20. vbi refert Angelum, & Ioãnem Andream illam commendantes. Idem Hippolytus in dicta repetitione, colum. 47. vbi refert Angelum de Aretio. Et vide eundem Hippolytum, qui idem tenet in d. §. diligenter. in d. colum. 8.

Quartò fallit, quantum ad faciendum iudicium ad torturam, Sublimita hoc tripliciter secundum Felinum, vbi suprà.

Primò, si fugit postquam est accusatus vel inquisitus, vel post talem inquisitionem stat occultus: quia tũc non facit contra eum indicium: & vide Hippol. in d. §. diligenter. in col. 7. qui facit in hoc bonam considerationem, ex qua videtur quòd nunquam fuga faciat indicium ad torturam.

Secundò, quando quis fugit de manibus familię, & postea citatus comparet: quia per talem comparitionem fuga purgatur, & non facit contra eum indicium.

Tertiò, vbi quis fugit ratione partialitatis vel inimicitię: hæc sunt Felini. Adde Iaso. in d.l. admonendi. in d. col. 19. qui hanc quartam fallentiã pro principali regula ponit, & prædictas sublimitationes ei assignat pro limitationibus, quem vide, quia latius allegat pro ipsa regula quàm Fel. & tertiam limitationẽ suprà scriptam generalius describit, videlicet quando quis aufugit ex probabili vel rationabili causa: & ponit exemplum prædictum de habente partialitates, & refert aliud optimum in scholaribus.

Quartò sublimita secundum Ias. ibi, quòd facit indiciũ contra eum qui fugit, non contra consocios de eodẽ delicto inculpatos: pro quo refert Io. Andr. & exemplũ eiusdem satis no. & vide Soci. in reg. 173. quæ incip. fuga sola. vbi dictas primas sublimitationes tres describit, quarum primam in 3. suarũ declarat, quia alio ordine eas congessit, licet regula cui eas ipse assignauit, ab hac nostra fallẽtia aliqualiter differat, quia ipse ponit quòd fuga facit suspicionem, & sublimitat dictis primis tribus modis: nos autem dicimus quòd facit indicium ad torturam, vnde credo ꝙ declaratio data per eum ad primam ex suprà scriptis limitationibus, in terminis nostrę fallentiæ nõ procederet.

Quintò fallit principalis regula, quando lex punit fugã ipsam tanquam specificum delictum, non autem tãquam signum delicti: putà militem fugientem, vel monachum fugitiuum. Ita Felin. & Hippol. vbi suprà, & idem Hippol. in dicta colum. 8. sed ista restrictio (pace eorum dixerim) impertinentissima est, quia tunc fuga est ipsum delictum, non autem est probatio delicti, & sic non restringit hoc propriè regulam.

Sextò fallit, quando agitur de probando crimine solius suspicionis, videlicet an aliquis sit suspectus vel non, vt ex ista suspicione sequatur aliquis effectus, quia probata fuga, statim est probata suspicio. Docto. ijdem vbi suprà: quod commendat Felin.

Amplia omnes suprà scriptos casus fallentiæ procedere, non solum in fugiente in actu, sed etiam si adessent aliqua signa euidẽtia, qualiter vult adiungere, & iam se pręparasset ad fugam. Ita tenet Hippol. in d. repet. col. 55. motus per aliqua vrgentia, & maximè ex eo quod notat Bal. in l. pignoris, de pignor. actio. C. vbi vult, quòd illud quod operatur fuga in actu, operetur in promptu: & tenet etiam idẽ Hippol. in d. col. 8. in fi. in d. §. diligenter.

Septimò aduerte, an possit limitari hęc regula nõ procedere de iure nostri regni, per l. 9. tit. 11. lib. 3. in ordi. regalibus. in finalibus verbis. vbi loquẽdo de capto pro crimine qui aufugit dicit: {y el buydo vaya por hechor, y quando quier que le hallaren, hagan iusticia del.}

REGVLA CCCIIII.

FVREM, vel alium malefactorem, non tenetur quis indicare. Glos. & doct. in l. nemini le est. C. de fur. ponit nota. Host. in summa, in titu. de furt. in rubricella de condi. furti. versi. illud faciendum. & in versi. seq. vide Bald. in l. 1. C. de condi. ob turp. caus.

Amplia adeo hoc procedere, quòd licet venditori rei alienæ

alienæ aliquid accipere à domino, vt sibi indicet rem secundum Abbatem post Host. in ca.dudum. el 2.in 6.col. de electionib.

Limita 4.modis, vt per Ias.in l.j.§.si tibi iudicium. ff.de condi.ob turp.cau.

REGVLA CCCV.

FVRIOSI nomine per curatorem suum succesio agnita, non transmittitur ad eius hæredes, eo in furore defuncto. Tex.in l.fi.§.sin autem in furore. C.de curato.furio.& in l.j.ff.de success.edicto.& in l.2.§.sed si infanti.ff.ad Tertul.

Limita dupliciter vt per Ias. in l.infantis. C.qui admitti.prope finem.

Primò quando talis furiosus esset hæres necessarius.

Secundò, quando mediante seruo vel filio esset ei acquisita succesio, qui adiuit iussu curatoris.

REGVLA CCCVI.

FVRIOSVS testari non potest.tex. in §.item furiosi.Instit.quibus non est permiss.face.testam. & in l.furiosum. C.qui testam. face.poss. & in l.filiusfamiliàs.ff.de testamen.

Amplia procedere etiam nec ad pias causas. Bart.in l.j. j.q.primæ quæstionis principalis.C.de sac.san.eccl.

Limita 4.modis, vt per Ias.in d.l.furiosum.col.j.

REGVLÆ D. PETRI DVENAS.

De litera F.

REGVLA CCLXXXIX.

FABER potest compelli ne malleet prope scholas publicas. Hác regulam ponit Bar.in l.j.nume.30. ff.solu.mat. & ibi Ias.nume.45.Fran.de Ripa, nume.127.Lud.Roma.nume.31. Vldaricus Zasius, nu.39. Gulielmus Pontanus, nu.87.& Thom.Parpalia nu. 44. & cæteri Doctor.Pro qua opinione est text. in l.ædificia. ff.de operibus publicis.facit etiam text. in c.præcipimus. 17.q.2.ita expresse tenet Spec.in titu.de ferijs. in §.sequitur.nu.4.Hanc opinionem tenet glo.fi. in fi. in l.vnica.C. de studijs liberalibus vrbis Romæ.lib.11.& ibi Plat.nu.5. & ibi Lucas de Penna & Bar.in §.ita vt nu.2.& not. Pyrrhus Englebermeus, vbi hoc not.examinat, & allegat alia iura quamplura ad hoc.idem Io.de Platea, in l.cùm filios. nu.1.versic.hinc est.C.qui ætate se excusant. lib.10. Doctores, præcipuè Io.de Imo.in c.vestra.de locat. Vincentius de Herculanis, in l.in excusatione. nu.168. ff.de verbor.obligat.Bartholomæus Cæpola in tract, de seruitutibus vrban.prædior.c.43.nu.3. Abb. in c.j.nu.24. de iudicijs.& ibi Fel. nu. 16.idem Abb. in c.bonæ. el j.nu.11.de postul.prælat.Deci.in l.j.num.72.ff.de offic.eius.& in c.j. nu.86.de probationibus.Io.de Amicis in consi.103.nu.9. Montolonius in Promptuario Iuris, in verb.faber. Ias.in l.j.§.sed excipiuntur.nu.2.ff.de ferijs. & circa hanc regu. vide posita, suprà in reg.213.in 2.limitatione.

Hanc regulá amplia quinque modis, & limita vno modo, vt per Franc.de Ripa, in l.j.à nu. 131.vsque ad nu. 139. ff.sol.mat. Eandem regulam cum alijs quinque ampliationibus, & vnica limitatione ponit Petr. Rebuffus in tract. de priuil. scholarium, priuilegio 3.ex quibus ampliationibus duæ differunt ab ampliationibus Francisci de Ripa.

REGVLA CCXC.

FACIES hominis non debet signari. Hanc regulam probat tex.in l.si quis in metallum.C.de pœnis.& ibi Doct. De iure Regio probatur in l.6.tit.31.par.7.Et quid veniat appellatione faciei, vltra Ange.in d.l.si quis in metallum. vide Aret.in tract.maleficiorum. in verbo, in facie.nume.1.Bart.in l.stigmata.C.de fabricensibus. lib.11. Corset.in sing.in verbo, testis.incipienti, dictum testis asserentis.& hanc opinionem tenet Paris de Puteo in tract. de re milit.in c.incipienti, Duo in singulari certamine.nume.4.Placentinus in tract.de accusat.in tit.7.nu.31.

Limita primò non habere locum in clerico qui falsauit sigillum Principis aut alicuius Regis: nam talis clericus deponi debet & sibi character imprimi, & in exilium mitti:tex.est notabilis & ibi glo.fi.& Doct.in c.ad audientiam. de crimine falsi.quod etiam habetur de iure Regio in l.60.tit.6.par.j.& in l.2.& in l.6.tit.12.lib.4.fori.& hác opinionem per suprà dictum text.tenet Franc.de Pauinis in tract.de visitatione:in j.part.q.6.nu.30.Laici autem falsantes sigillum qua pœna debeant puniri, ponit text.in d. l.6.tit.12.lib.4.Fori.& in l.6.tit.7.part.7. vbi leges prædictæ dicunt quod tales debent mori qui falsificauerunt literas, priuilegium, vel Bullam Papæ, vel Regis:licet de iure Canonico aliter erat dispositum per text. in c.at falsariorum. de crimine falsi. Circa quod vide notabiliter Ioan. Ber.in practica, c.108.Matth.de Afflic.notab.in decis.21. & 404. Hodie tamen falsificans sigillum Principis, archiepiscopi, vel episcopi, seu aliorum prælatorum, punitur amisione medietatis bonorum: vt in l.3.tit.6.lib.8.ordin. De falsificante literas aliorum inferiorum est tex.& ibi glo.in verbo, sigilla.in c.cùm olim.el 2.de offic.deleg. & in c.at falsariorum.in verbo, legitimas.de crimine falsi. Circa quas, vltra Io.Ber.& Matth.de Afflict. vbi suprà, vide Io.Fabrú & ibi Doct.in §.item lex Cornelia. Instit.de publicis iudic.Ias.in §.pœnales.nu.32.Instit.de act. Nicol. Boerium notab.in decisione 82. Thomam Grammaticum in decisione 27.nume.9. cum sequentibus. Matth.de Afflict. in constitu. Neapolit. libr. 3. Rubric. 39. numer. 1. cum alijs.Chassan.in consuet.Burgun.in tit.{Des iustices.} Rubric.j.in princ.fol.17.col.2.nu.52.Porrò in foro conscientiæ qua pœna debeat puniri, ponit Martinus Nauarrus in c.sacerdos.nu.10.cum alijs, de pœniten. dist.6.

Limita secundò non habere locum in casu l.4.titu.28. part.7. vbi quandocunque ciuis vel rusticus Deo vel eius Genitrici maledixerit, si nihil habet ĩ bonis, pro prima & secúda vice ferro cádente ad signũ Crucis signatur in labijs.

Et ibi supradicta l.4. cum tribus antecedentibus ponunt pœnam blasphemantium: quæ ll. approbátur per l.j. tit.8.lib.8.ordin. quæ omnes corriguntur hodie per text. in l.2.tit.8.lib.8.ordin. quæ omnes etiam corriguntur per Pragmaticam j.in vol.Pragma.& per Pragma.l.72. Toletanam, Anni 1525.& per Pragmati.69.de Madrid, Anni 1528.Et quis propriè dicatur blasphemare, vide Soc. in cósil.102.nu.5.vol.j.Ioan.de Platea, in §.consequens. Instit. de suspectis tuto. & circa suprà dictas ll. Regni quæ loquuntur de blasphemia.vide Gerar.de Petra Sancta in singul.83.Anto.de Burgos in c.2.nu.6.de empt.& venditione.Ias.in l.2.in §.iurari.nu.9. & in l.si duo patroni. in §.fi. nume.1.ff.de iureiur.Lud.Montaltum in tract. de reprobatione sententiæ Pilati, in primo dubio, nu.1.cum alijs. Io.Ber.in practica, c.103.Chassan.in consuetu.Burgun.in tit.{Des iustices.} in princ.Rubr.j.fol.18.col.j.nu.59. Nicol.Bello.in consi.69.num.5.Marcum de Mantua notabiliter in apophthegma. 106. & in obseruatione 86. libr.9. insignis ac egregius Doctor Iacobus Septimacensis in suo libr.Institutionum catholicarum, c. 8. quod facit ad declarationem tex.in c.statuimus.de maledicis.

Limita tertiò non procedere in illo qui viuente prima vxore cum alia contraxerit: nam iste talis debet signari in fronte: vt in l.3.tit.j.lib.5.ordin.& in l.6, titu.15.lib.8. ordinam.

dinam.per quas ll.corrigitur tex.in l.16.tit.17.part.7. De iure verò Ciuili ille qui matrimonium bis contraxit,pœna infamiæ debeat puniri:vt in l.eû qui duas.C.de adult. & ille qui duas vxores accepit, quasi non rectè sentiat de sacramentis,est hæreticus censendus.ita concludunt Dominicus & Philippus Francus in c.accusatus.in §.sanè. de hæreticis,lib.6.quos sequitur Pala.Ruuius in repetit.c.per vestras.§.17.nu.25. Gundisaluus de Villadiego in tract. contra hæreticam prauitatem, quæstio.9. & in foro conscientiæ iste talis debet graui pœna puniri. De qua materia & quam pœnã debeat pati qui binas nuptias cõtraxit, tam iure Canonico quàm Ciuili, quia non est præsentis speculationis remitto me ad ea quæ notabiliter tradit Ange.Areti.in tract.maleficiorũ,in verbo, {che me hai adulterato la mia donna.} nume.65. Palacius Ruuius in repetit.Rubric.de donat.§.60.nume.6.Alex.in consil.165.vol.7.Io.Montolonlus in Promptuario iuris:in verbo,dulcis.Io.de Neuizanis in Sylua nuptiali, in lib.4.numer.44.

Et vltra suprà dictam pœnam contrahens nuptias, incidit in crimen aleuosiæ,de iure regio,vt in l.6.tit.7. & in l.8.tit.18.lib.8.ordin.Quam limitationem intelligo verã secundum ea quæ dixi suprà in reg.150.in 2.limitatione.

Est tamen notandum circa hanc limitationem quod in Pragmatica 79.de Segouia, Anni 1532.fuit petitum vt pœna suprà dictarum legum ordin.attenta qualitate delicti pœna quæ leuis erat augeretur. & ibi simpliciter respõsum fuit q suprà dictæ ll.exequantur: posteà autem fuit idem petitum in Curijs de Valladolid, petitione 105. Anni 1548.in qua fuit statutum q suprà dictæ ll.ordin. custodiantur.& vltrà fuit declaratum quod pœna l.16. Partitæ suprà allegat.quæ loquebatur de relegatione quinquẽnij contra illũ qui bis cõtraxit, debeat intelligi vt per quinquennium ad triremes & galeras mittatur, & suprà dicta l.Partitæ.quæ anteà,vt suprà dixi, erat correcta per suprà dictas ll.ordin.hodie approbata & declarata est per suprà dictam Pragma.105.de Valladolid. Et ita vltra suprà dictam pœnam de qua in suprà dictis legibus ordina. illi, qui binas nuptias contraxerunt, puniri debent pœna de qua in suprà dicta Pragma.105. de Valladolid: vt ibi clarè constat.

Regula CCXCI.

Facta simplicia postquàm sunt deducta in obligationem,sunt indiuidua obligatione,solutione, & petitione.Hanc regulam probat tex. in l.stipulationes non diuiduntur.ff.de verb.oblig.& ibi Bar. nu.25.& Pau. Castr. & doct.præcipuè Ias.numer.28.text. etiam & ibi doct.in l.4.in §.Cato.ff.de verb.oblig.& ibi communiter Bart. & doct.& in l.in exequutione.in §.j.eod.titu. glo.in l.2.in §. & harum.ff.eod.tit.& in d.§.Cato.in verbo, dimitionem.

Hanc regulam limitat duobus modis Bernar. de Luco in regula 279.remittendo se ad Ias.in d.l.stipulationes nõ diuiduntur.nu.29.

Hanc item limitat sex modis Martinus Sanctius Vascoletus in tractatu indiuiduorum,in 2.cerula, à num.19. vsque ad nu.22.

Regula CCXCII.

Factum vel dictum calore iracundiæ, non obligat dicentem vel facientem. Hæc regula probatur in l. quicquid calore.ff.de reg.iur.in c.si quis iratus.2.q.3.in l.3. ff.de diuortijs.in l.si filiam.ibi,si non inconsulto calore.C. de inoffic.testam.& in l.si non conuitij.C.de iniurijs. in l. famosi.in versic.lubricum linguæ. ff.ad leg. Iul. maiestat. in c.quicunque.in §.diuortio.de pœnit. dist.j. facit text.in argumentum,in l.Gracchus. C. de adult. & in l.si adulterium cũ incestu.in §.Imperatores.ff.de adult. in c.illa præpositorum.11.q.3.in c.sicut,el j.de iureiuran. in l.2.C.ad l. Iul.maiest.De iure Regio probatur in l.16. tit. fin.part.7.

Circa quam regulã vide Philip.Decium,Guliel. Maynerium, & Hiero.Cagno.in d.l.quicquid calore.Ias.in l.si duo patroni.in §.fi.nu.1. ff.de iureiur. & notabiliter in l.si filiam tuam.nume.5.C.de inoffic.testam. Ludo. Rom.in sing.508.Hippol.in singu.626. & in consil.80.numer.16. volu.2.Io.de Selua in tract.de iureiur.in 3.par.nu.26.Thomam Grammaticum in voto 19.nu.15.Marcum Antonium Baueriam in tract.de virtute & viribus iuramenti. priuilegio 78. nu.144.

Amplia primò habere locum in iuramento: nam iuramentum factum calore iracundiæ non obligat, vt est tex. in c.sicut.el j.de iureiur. & ibi expresè Io. And. & Anto. de Butr.& Panor.in 3.notab.idem Abb.in c.si verò.nume.7.eod.titu.Lud.Rom.in sing. 508. Felin.in d.c.sicut. nume.3.Eandem opinionem tenet, vbi eam notabiliter declarat Ioan.de Selua in dicto tract. de iureiur. in 3. parte.nume.26.

Amplia secundò in voto facto calore iracundiæ: nam tale votum non obligat:vt est glo.no.in c.dudum. in verbo,calore.& ibi Anto.de But.& Panor.de conuersio. coniug.& est similis glo.in c.sunt qui opes. 17.q.4. in verbo, non iudicio.quas glo.sequitur Ias.in d.l.si filiam.nu.4. Ludouic.Roma.in d.singul.508.Corsetus in Repertorio ad Abb.in verbo, iracundia. Philip. Dec. in d.regula, quicquid calore.nume.2. vbi dicit q hoc est verum, quando iracundia esset talis quæ alienationẽ mentis inducit: aliàs secus.eandem opinionem tenet ibi Hieronymus Cagnolus nume.6.

Amplia tertiò habere locum in confessione:nam confessio facta calore iracundiæ, non obligat: vt est glo.in c. ex literis.in verbo,admonita.& ibi Abb.& Doctor. de diuor.quam glo.vltra Doct.relatos suprà in reg.119. in 3.limitatione,qui eam sequuntur,sequitur Io.de Selua in tracta.de iureiur.in d.3.par.nu.30.

Amplia quartò habere locum etiam in exhæredatione:nam exhæredatio facta à patre calore iracundiæ, non valet.ita probat tex.& ibi glo.Bal. & Salic. in d. l.si filiam. C.de inoffic.testamen.& Ias.nume.4.Hieron. Cagn.in d. l.quicquid calore.nume.5.

Amplia quintò procedere in accusatione: nam accusatio facta calore iracundiæ debet per iudicem aboleri: vt in l.ij.C.de abolitionibus.c.si quis iratus.ij.q.3.

Amplia sextò in acceptatione secundi beneficij: nam si facta est calore iracundiæ,non vacat primum, iuxta tex. in c.de multa.de præben.ita expresè tenet Panor. in d.c. de multa.numer.13.argu. text. in d. c. ex literis.de diuor. quem sequitur Ias.in d.l.filiam tuam.nume.4.Philipp.Deci.in d.l.quicquid calore.nume.5. Felin. in c.sicut. el j.nume.4.de iureiur.

Amplia septimò in sententia calore iracundiæ prolata: nã non debet statim executioni mãdari,sed differri debet triginta dies,etiã si sententiã Principis sit,quandocunq; lata est calore iracũdiæ.ita probat tex.in c.cùm apud Thessalonicam.11.q.3.vbi assignatur ratio. similis est text.de iure ciuili in l.si vendicari.C.de pœnis. De iure regio probatur in l.29.& 30.tit.18.par.3.& est glo.& ibi Felin. nume.4.in c.iurgantium.nume.4.de re iudic. & hanc opinionem tenet Anto.Corsetus in Reperto.ad Abb.in verbo, calore iracundiæ.Io.And.& ibi Anania in c. 3. num.2.de accusat.Martinus Laudensis in tract.de consiliarijs Principum.q.6.Paris de Puteo in tract.syndic.in princ.in titu. de excessibus consiliariorum.nume. 11. & in eodem tracta.in fi.in c.incipienti, Mandauit Rex.nume.2. Thomas Grammaticus in voto 22. nu.13.Ias. in l. puniri.in finalibus verbis.C.si contra ius vel vtili.public.& in l.debitoribus.nu.15.ff.de re iudic. Abb.in c.cùm olim.nume.23.de re iudic. Hip.in l.j.in §. si quis vltrò.nu. 52.ff.de quæst.de Neuizanis in sua Sylua nuptiali,lib.j.nu.91.Hier. Cagn.in l.quicquid calore.nume.15.ff.de reg.iur.& ibi Gulielmus Mayn.nume.8.

Amplia octauò habere locum in professione facta per iracundiam.ita tenet Anto.de Butr.in c.sicut.el j. de iureiur.quem sequitur Felin.in d.c.dilecti.nume. 16.de excep.

& in d.c. Matthæus.nume.2.de simonia.

Amplia nonò procedere in contractu: nam côtractus celebratus calore iracundiæ nô valet, vt in l.3.ff.de diuor. & in l.licitatio. in princ.ff.de publicanis. ita tenet Roma. in d.singul.508. Corsetus in Repertorio ad Abb. in verbo, iracundia. Quod intellige nisi contractus esset ad pias causas: vt infrà dicam. quæ ampliatio procedere non videtur: vt in l.62.tit.6.part.5.

Limita primò non habere locum in delictis, in quibus quis calore iracundiæ non excusatur. ita probat text. in l.si non conuitij.C.de iniurijs.& in c.j.& ibi Abb. de his qui filios occider. Ratio est quia si aliter esset, rarò punitioni delictorum esset locus, contra text. in c.vt famæ. de sent. excommu.cum similibus.

In quo est notandum, ꝙ licet sit vera prædicta limitatio, mitiganda est tamen pœna quandocunque iracundia ex iusto dolore prouenit, vt in l.si adulteriũ cum incestu. in §.Imperatores. ff.de adulte. & in c.si quis irascitur. 13. q.2.& in l.j.C.si quis Imperat.maledixe. De iure regio ꝓbatur in d.l.16.titu.5.part.7.ita expressè tenet Ias.in d.l.si filiam.nume.6.& in d.l.si duo patroni. §.si quis iurauerit. el 2.Abb.& Felin.in c.dilecti filij.nu.12.de except. Nicolaus Boerius in consil.j.col.5. posito post consuetudines Bituricenses. Philip.Dec.in regula, quicquid calore. nu.8. Anto. Corsetus in Repertorio ad Abb. in verbo, calore iracundiæ,& in verbo, iracundia. Ex quo notabiliter Decius in l.vt vim.ff.de instit.& iur. dicit ꝙ licet prohibitum sit occidere fugientem qui te percussit, quia id potiùs ad vindictam, quàm ad defensionem tendit: tamen si id feceris, de homicidio pœna ordinaria puniri non debes, propter iustum dolorem: vt in d.§.Imperatores. quam opinionem sequitur Hieronymus Cagnol.in d. l.quicquid calore.nu.10.eandem opinionem tenet Fel.in c. significasti. el 2.de homicidio Franciscus Areti.in consi.80. nu me.8. Bartholomæus Cæpola in consi.43. in consilijs criminalibus. Hippol.de Marsilijs in consil. 25. Marcus Antonius Bauer.in tractat.de virtute & viribus iuramenti. in priuilegio 78.nu.144. Thom.Grammat.in voto 19. num. 14. cum alijs.

Et circa hanc limitationem notandum etiam est notabile dictum Angeli in d.l.si non conuitij.C.de iniurijs.nume.6.dicens ꝙ quandocunque aliquis dixit alicui aliquod verbum iniuriosum, si posteà pœniteat, probata iracundia proderit sibi ne actione iniuriarum conueniri posit, quãdocunque iniuria possit reuocari: secus si iniuria reuocari non possit, & sic intelligit tex.in d.l.quicquid calore. quod dictum tanquam notabile & semper menti tenendum sequitur Lanfrancus ab Oriano in tract. confessionum, in prin.nu.2, Thom. Ferrarius in cautela 39.in fi. Fel.in c.dilecti filij.nu.16.de except. Hieron. Cagn.in d. l.quicquid calore.nu.14. Hippol.de Marsil.vbi illud dictum nimis exaltat,& dicit se habuisse in practica & obtinuisse, in singulari 626.& in l.is qui cum telo.C.de sicarijs.

Limita secũdò in donatione facta ecclesiæ vel piæ causæ calore iracundiæ: quia valet. ita tenet glo.in c.dudum.in verbo, calore de conuersio.coniug. per text. in c.sunt quidam.17.q.4.ita expressè tenet Roma. in d.singul. 508. Ias. in d.l.si filia.nume.6. Alex.in addition.ad Bar.in d. l.quicquid. Fel.in c. Matthæus.nu.2.de simon. Quod tamen est verum in eo qui fuisset aliqualiter concitatus: secus si fuisset alienatus à mente propter iracundiam: quia talis contractus non debet seruari. ita tenet Io. And. & Doctor. in c.dudum.de conuersio.coniuga. Felin.in d.l.sicut.de iureiur.& in d.c.dilecti.nu.15.in fi.de exceptio. Philipp. Dec. in d.l.quicquid calore.nu.1.& ibi Hierony. Cagn. nu. 24. Marcus Anto. Baueria in tract.de virtute & viribus iuramenti, in dicto priuilegio 78.nu.144.

Limita tertiò procedere nisi iratus post iracundiã perseuerasset in eadem voluntate: vt in d. c. si quis iratus. 2. q.3.& ita tenet Bart.per illum text.in d.l.quicquid calore. facit in simili tex.in l.licitatio.in princ. ff.de public. & vectig. ita tenet Ias.in d.l.si filiam. nume.6.C.de inoffic.testam. Hier. Cagn.in d.l.quicquid calore. num.22. pro quo facit text. in d.l.quicquid calore. ibi, li perseuerantia apparuerit.

Quartò limita non procedere in sententia excommunicationis: quia licet lata sit per iracundiam, valet: ita probat tex.in c.si episcopus forte iracundus. 11.q.3.& ita per illum tex.tenet Philip.Dec.in d.regu.quicquid calore.

Quintò fallit in blasphemante: nam etiam si per iracundiam blasphemet, non remittitur ei pœna. ita expressè côcludit Hostien.in Summa, in titu.de maledicis. quem sequitur Io.de Selua in tract.de beneficio, in 3.par.num.27. quod dictum limitat Abb. in c. 2. de maledicis. nisi esset tanta blasphemia quæ induceret mentis alienationem, sicut de ebrio: & hoc maximè quando procedit iracundia ex iusto furore: secus si dando operam rei illicitæ, puta post amissionem in ludo. Quam opinionem sequitur ibi Io.de Ana.nu.2.eandem opinionem Abb. sequitur Fel.in c.sicut ex literis.el j.nume.2.de iureiuran. Ias.in l.si filiam. nume.7.C.de inoffic.testa. Io.de Selua in d.tract. de iureiur.in 3.par.nume.27.facit text.in c.inebriauerunt. Loth. 15.q.j.quam opinionem sequitur Ias.in l.si duo patroni.in §.si quis iurauerit, el 2.nu.1.ff.de iureiur.

REGVLA CCXCIII.

FACTVM per Principem laicum nô potest eius successor irritare, imò tenetur ratum habere. Hanc regulam probat text. & ibi Bal. in c.si quis inuestitus. qui successores teneantur. in Vsibus feud.& in c.decessorum. 25. q.2.not. Archidiac. in c.quia sancta.nu.5.63. dist. glo.in c. literis.de rescript.in glo.in verbo, cùm factum. facit text. in l.si ab eo. C. de liberali cauf. ibi, respectu tamen aditæ hæreditatis voluntatem defuncti consensu confirmare debuit.& ibi glo.allegat concordantes. facit etiam tex. in l.si ego.in §.j.ff.de iure dotium. & in l.quidam cum filio. ff.de verb.oblig. quem tex.allegat Bal.in d. c.si quis inuestitus.nume.6.eandem opinionem tenet idem Bal. in c.1. nume.3.de natura feudi.in Vsibus feudorum. quem ibi sequitur Præpositus. Anania in c. si.nume.14.ne prælat. vices suas. Ludouic. Roma.in consi.52.nume.3.& in côsil.116. num.3. Fel.in c.j.vbi latè, de probat. Ioan.de Neuizanis in consi.12.nume.30.inter consilia Alberti Bruni, Abb.& ibi Decius c.j.de probat.nume.25.& 37. Io. Igneus in repet.l.donationes quas diuus Imperator.nume.5.& 16. C. de donatio.inter virum & vxorem. not. Rodericus Xuarez in alleg.10.

Limita primò nisi factum per Principem concernat factum in alterius præiudicium: vt quia simpliciter & purè fecit inuestituram mihi de feudo Titij viuentis: nam eius successor non tenetur ratam habere talem inuestituram, ita concludit Bal. in d.c.j.qui successores teneantur. quem sequitur ibi Matthæus de Afflict. numer.44. vbi plura allegat.

Limita secundò nisi successor laici qui facit inuestiturã, esset fiscus qui successit propter delictum: tunc enim fiscus non tenetur ratam habere. ita tenet Bal. in d. c. j. successores teneantur. allegat pro hoc text. in l.quoties. in fin. C.de nouatio. fiscus enim æquiparatur prælato ecclesiæ & non hæredi, secũdum Bal. vbi suprà. Ratio est, quia succedit bonis & non personæ, secundum eundem Bal. in l. si constante. in §.si bona.ff.solu.matr.& in l.ex facto.ff.de vulg.& pupi.not.glo.in l.2.ff.sol.matri. Bald. tamen in d.l. quoties.dat optimam regulam quando fiscus habeatur loco hæredis, & quando non. Dicit enim ꝙ in obligationibus iam contractis habetur loco hæredis: sed in obligationibus contrahendis ex causa de præterito, non habetur loco hæredis.

Limita tertiò nisi inuestitus sub aliqua conditione, pendente conditione, commiserit aliquam culpam propter quam veniret feudo priuandus: tunc adueniente conditione

tione non tenetur hæres ratam habere inuestituram, facta per suum prædecessorem: quia inuestitura ipsa iam fuit extincta propter culpam. & sic sicut antecessor non tenetur habere ratam ipsam inuestituram: ita eodē modo eius successor, vt suprà dixi, patet: nam propter delictum censetur mutata persona inuestiti: ergo censetur mutata ipsa inuestitura: argumento tex. in c. veniēs. & in c. cùm in tua. de testibus. & in c. cùm super. & in c. fi. de re iudic. Hanc limitationem ponit Matth. de Afflict. in d. c. j. numer. 49. qui successores teneantur. facit pro hoc l. 8. titu. lib. 3. Fori. & l. 9. tit. 9. lib. 5. ordin.

Quartò fallit nisi successor esset potiùs iure sanguinis, & sic ex pacto & prouidentia, tunc cùm feudum veniat ad successorem ex prouidentia concedentis, prædecessor non potuit successorem obligare: vt in c. j. an agnatus vel filius. in Vsibus feud. quam limitationem sentit glo. j. in d. c. si quis inuestitus. qui successores teneantur. dum dicit quod ideò successor tenetur confirmare: quia ex qua persona, &c. & ita tenet ibi Matthæus de Afflict. nu. 52.

Quintò limita non habere locum in donationibus factis à prædecessore enormiter regnum lædentibus: nam tunc Rex successor potest prædictas donationes reuocare. ita tenet Specu. in titu. de instrum. editione. in §. nunc autem. in fi. nume. 1. & ibi Bal. in additionibus. Quos sequitur Bertachinus in tract. de episcopo, in 4. part. 4. libri. q. 54. nume. 184. vbi dicit φ non solùm successor, verùm etiam ipse Rex donans potest hoc reuocare. Pro qua opinione de iure regio est tex. in l. 3. & 4. tit. 9. lib. 5. ordin.

REGVLA CCXCIIII.

FACTVM à maiori parte creditorū præiudicat aliis, fauore liberationis. Hanc regulam probat text. in l. & suum hæredem. in §. hodie tamen. ff. de pact. cum l. sequē tit. & in l. fi. C. qui bonis ced. possunt. De iure regio probatur in l. 5. titu. 15. part. 5. Circa quam regulam vide Roma num in singu. 99. Felin. in capi. cùm omnes. de constitut. Matth. de Afflict. in decisionibus Neapo. in decisio. 288.

Hanc regulam limitat septem modis Ias. in d. §. hodie tamen. à nume. 1. vsque ad nu. 3.

REGVLA CCXCV.

FACTVM à maiori parte in his quæ sunt communia pluribus vt singulis, etiam si essent mille, non valet, nisi omnes consentiant. Hanc regulam probat text. in l. per fundum. ff. de seruit. rusti. præd. & in l. fin. ff. cōmun. præd. glo. j. in c. cum omnes. & ibi Doct. de constitut. & in c. si archiepiscopus. in verbo, ab omnibus. in fi. de tempor. ordinan. & in regul. quod omnes tangit. & ibi Dinus de reg. iur. lib. 6. Circa quam regul. vide Oldradum in consil. 34. Nicol. Boer. in decisione 5. per totam. Lud. Romanum in Rubric. ff. de arbitris. nu. 41. Dominicum Iacobatium in suo lib. 5. de concilio, art. 7. pag. 270. cum alijs. Pyrrhum & Doct. in l. aliud est vendere. ff. de reg. iur.

Hanc regulam ponit Bernar. de Luc. in reg. 105. remittendo se ad Fel. in c. cùm omnes. nume. 15. de constit. vbi eam limitat septem modis.

Amplia primò vltra eum vt procedat etiam in rebus pijs. ita tenet Abb. in c. fin. num. 5. de his quæ fiunt à maiori parte cap. quē sequitur Phil. Dec. in c. cùm omnes. 2. lect. nu. 33. de constit. vbi plura allegat.

Limita primò quando minor pars vel etiam vnus ex socijs vellet vti re communi ad vsum destinatum, ita concludit glo. j. in d. c. cùm omnes. allegando tex. in §. religiosum. ibi, in commune sepulchrum. Insti. de rerum diuisio. quam glo. sequitur ibi Felin. vbi plura ad hoc allegat, in d. c. cùm omnes. nume. 15. versic. & j. fallentia. & ibi Bal. nume. 20. Philip. Dec. in j. lect. in d. c. cùm omnes. nume. 23. & in 2. lectu. nu. 36. Ias. in j. lect. in d. c. cùm omnes. nu. 23. & in 2. lectu. num. 36. Ias. in l. & suum hæredem. in §. hodie tamen. nu. 6. ff. de pact. facit tex. in l. arboribus. in §. nauis. iuncta glo. ff. de vsufructu. & in d. l. φ maior. ff. ad municip. idem Bar. in l. hæc distinctio. in §. fi. ff. locati. Alber. in l. in tantum. in §. religiosum. ff. de rerum diuisio. Alex. in l. de pupillo. in §. si plurium. numer. 5. ff. de noui operis nunciatione. Soc. in consi. 58. volu. 4. Ludouic. Bolognin. in consi. 53. Philip. Dec. in l. si socius. in fi. ff. si cert. petatur.

Pro qua limitatione facit notabile dictum Salicet. in l. iubemus. la 2. C. de sac. san. eccles. vbi dicit φ si duo fratres vel duo socij habent fundum communem pro indiuiso, & vnus vult φ colatur & seminetur prout fieri debet: alter verò dicit φ pars sua non seminetur: si alter socius facit totum coli & seminari, non tenetur alteri respondere de fructibus etiam pro parte ipsius vetantis, cùm vtatur re communi, vt suprà dixi. Quod dictum Salic. sequitur Socin. in dicto consil. 58. Ias. in l. j. nu. 26. C. qui testamen. face. poss. & in l. serui electione. in §. Labeo. nume. 19. ff. de leg. j. &c. in repet. l. quo minus. nume. 109. ff. de flumini. ex quo apparet verum esse dictum Richardi Malumbræ Doctoris Cremensis, in l. si qui putans: in §. siue autem. ff. communi diuidun. vbi dicit φ si duo fratres vel duo socij habent domum communem pro indiuiso. & vnus eorum totam domum habitat, non tenetur ad aliquam pensionem fratri vel socio pro parte ipsius fratris vel socij, cùm vt suprà dixi, vtatur re communi ad vsum destinatum: vt in l. Sabinus. ff. communi diuidun. quam opinionem sequuntur Bal. & Ang. in l. duo fratres. ff. de acquiren. hæredit. vbi Bal. refert ita In contingentia facti iudicatum fuisse. idem Bald. in c. 1. in §. prætereà. nu. 7. de prohibita feudi alienatione per Federicum. Ludo. Roma. in consi. 168. in fi. Ias. in d. §. Labeo. nume. 20. & in d. l. j. nume. 27. C. qui testamen. face. poss. & ibi Pau. de Cast. nume. 5. Dec. nu. 28. Ias. in d. §. hoc die. num. 7. ex quo datur limitatio notabilis ad tex. in l. item queritur. in §. qui impleto. ff. loc. vbi text. probat φ quando aliquis conduxit domū ad certū tempus, finita locatione si ille qui eam conduxit tacente domino habitat in illa, videtur tacitè eam reconduxisse: vt dicamus φ tex. ille non habeat locum in socio: quia socius non videtur tacitè reconduxisse domum, & non tenetur socio quicquam soluere pro parte sua: quia vera ratio illius §. est secundum Bar. ibi: quia si aliter esset, iste conductor censeretur habitare illicitè in illa domo: iuxta text. in l. meritò. ff. pro socio: quæ ratio in socio non militat cùm semper licitè potest totam domum habitare, vt suprà dictum est: ergo cessat dispositio illius §. vt in l. adigere. in §. quāuis. ff. de iure patron. & hanc limitationem ad illum text. ponit Socin. in d. §. Labeo. numer. 3. quam limitationem sequitur Francisc. de Ripa in repet. l. quo minus. nu. 141. ff. de fluminibus.

Limita secundò non procedere ratione sepulturæ, vt in l. si plures. & in l. sunt personæ. ff. de religio. & sump. fun. glo. in l. Sabinus. ff. commu. diuidun. in verbo, constat. Phil. Dec. in c. Cùm omnes. nu. 35. de constit.

Limita tertiò vltra Fel. in d. c. cùm omnes. non habere locum in casu l. multùm interest. C. de communi rerū alie na. nam Princeps vel fiscus qui rem communem cum aliquo habet, inuito socio potest eam alienare. & ita per illū tex. tenet Abb. in c. ratio nulla. num. 2. de præbend. Franciscus Lucanus de Parma in tract. de fisco & eius priuilegijs. in 35. casu: & in 47. nume. 35. & numer. 47. Martinus Laudensis in tract. de fisco, q. 53. Matthæus de Afflict. in tractat. de iure protomiseos, in principio legis, in 4. notabili, nume. 16. & 17. Philip. Dec. in c. cùm omnes. in 2. lectura, numer. 38. de constitutionibus. Ias. in l. qui fine. nume. 3. ff. de condictione sine cau. Hippoly. in l. j. in §. cùm quidam deponeret. numer. 1. ff. de quæstionib. Bartol. in l. fina. C. si contra ius vel vtili. public. Felin. in capitu. quæ in ecclesiarum. numer. 51. versicu. sexta declaratio. de constitut. & est similis text. in l. j. C. de venditione rerum fiscal. lib. 10. & ibi Barto. Eandem opinionem tenet Philippus Decius in consil. 235. numero 7. quam limitationem infrà latiùs tractabimus in regula incipiente, Fiscus.

REGVLA

Regula CCXCVI.

Factum à maiori parte in rebus collegij, vniuersitatis, vel communitatis, valet: & sic regulariter in his quæ pertinent ad plures vt vniuersos. Hanc regulam probat tex. in l. quod maior. ff. ad municipal. & ibi glo. & Bar. tex. in l. nolli. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine. in l. aliud. in §. refertur. ff. de reg. iur. & in c. j. de his quæ fiunt à maiori parte capituli. & in c. quia propter. & in c. auditis. de electio. glo. & Doct. in c. cùm omnes. de constit. & in c. j. in verbo, tractatus. de rebus eccles. non alien. lib. 6. & in c. pastoralis. in princ. in verbo, plures. de rescriptis. & in l. vbi absunt. ff. de tut. & cura. dat. ab his. Circa quam regulã vide Matthæum de Afflictis in decisio. j. & in tract. de iure protomiseos. versic. idem de ipso. num. 5. Cardinalem Iacobatium in tract. de concilio, lib. 5. artic. 7. pag. 270. colum. j. cum alijs. & in lib. 3. articu. j. pag. 167. cum alijs. & in lib. 6. arti. 3. pag. 353. Abb. in consil. Basilien. in j. dubio, nume. 12. & circa hanc regulam vide l. 10. titu. 14. parte j. Lambertinum in tract. iuris patronat. in 2. parte, 2. lib. 8. artic. 2. quæst. princ. nume. 4. fol. 282. & in eadem 2. part. 16. artic. 2. quæstio. princ. nume. 3. fol. 286. Ludouicus Bolognium in repet. Authent. habita. numer. 85. C. ne filius pro patre.

Hanc regulam cum vnica limitatione ponit Barthol. Soc. in reg. 6. in posterioribus.

Eandem regulam cum vnica ampliatione: & quatuordecim limitationibus posuit Bernardus de Luco in regu. 449. remittendo se ad Felin. in c. cùm omnes. à nume. 17. vsque ad nu. 19. de constitut.

Hanc regulam cum quinque limitationibus ponit Romanus in Rub. de arbitris. nu. 41. eandem regulam cum quinque ampliationibus & sex limitationib. ponit Pyrrhus Englebert. in l. aliud est vendere. §. refertur. ff. de reg. iur. Eandem limitat Decius decem modis in c. cùm omnes. in ja lectura, à nume. 27. vsque ad nume. 41. de constitut. Eandem cum vnica ampliatione & quinque limitationibus ponit idem Deci. in 2. lectu. numer. 42. Hanc etiam regulam cum sexdecim limitationibus ponit Ias. in l. & suum hæredem. §. hoc die tamen. in numer. 8. ff. de pactis. Eandem regulam vbi notabiliter eã declarat cum tribus ampliationibus, & vna & viginti limitatio. ponit And. ab Exea in c. cùm omnes. à nume. 155. vsque ad nume. 204. de constitutionibus.

Regula CCXCVII.

Factum à maiori parte collegij vel vniuersitatis in præiudicium singulorum, non tenet, nisi omnes consentiant.

Hanc regulam probat glo. in l. 2. in verbo, aut legem. in versic. hæc autem consuetudo. C. quæ sit longa consuetudo. & ita per illam glo. tenet Barto. in procemio Digestorum, nume. 5. Felin. in c. cùm omnes. numer. 18. in 10. fallent. de constitutionibus. & ibi Andr. ab Exea. nume. 279. Ias. in l. & suum hæredem. §. hoc die tamen. numer. 8. in 16. fallent. ff. de pactis. Iacobatius Cardinalis Sancti Clementis in suo libr. de concilio. lib. 6. artic. 3. colum. 9. versi. & ideò vbicunque. pag. 352. vbi plura ad hoc infert. eandem opinionem regulæ tenet Ange. in consi. 271. num. 1. Corne. in consi. 177. numer. 6. volu. 2. Maria. Soc. in tract. de citatione, artic. 5. nume. 20. versi. sextò fallit. And. Barbat. in consi. 27. num. 23. vol. 2. Hanc opinionem expressè tenet Steph. Bertrand. in consi. 16. nume. 1. volu. 2. primæ impressionis. Et circa hanc regulam vide posita suprà in regula 46.

Amplia primò vt procedat etiam si illi de quorum præiudicio agitur essent absentes: quia nihilo minùs vocandi sunt, ita tenet Lucas de Penna in l. nominationum. C. de decurio. lib. 10. Quem sequitur Andre. ab Exea in c. cùm omnes. nume. 183. & nume. 214. de constitutionibus.

Limita primò hanc regulam vt non procedat in seruo qui vult effici clericus: quia sufficit consensus vnius ex pluribus dominis. ita probat text. in c. nullus. & ibi gloss. j. & Doct. 54. distinctio.

Limita secundò vt non procedat quãdo ciuitas vel maior pars statueret super victualibus. ita tenet Lucas de Pena in l. nominationum. col. fi. versic cæterùm sciẽdum est. C. de decurio. lib. 10. Matth. de Afflict. in constit. Neapol. lib. 10. Rub. 64. in versicu. incipiente, ad officium baiulorum. nume. 1. Alber. de Rosa. in j. parte statutorum, quæst. 69. Hinc est q ciuitas vel communitas habens frumentũ superfluum, potest cõpellere ciues vt emant ita tenet Felin. in c. j. nume. 2. de Iudæis. allegat tex. in l. vnica. C. vt nemini liceat in emptione specierum se excusare. lib. 10. Anton. de Burgos in c. j. nnmer. 19. de emptio. & venditio. & in nume. 22. allegat tex. in l. 2. ff. de nundinis. vbi probatur q rustici compelluntur venire ad ciuitatem, & ibi victualia vendere. Soc. in regula 435. in quarta limitatione. & circa hoc vide Montal. in glo. l. 3. tit. 5. par. 5.

Limita tertiò vt non procedat in vniuersitate habente potestatem legis condendæ. Pro quo facit quod not. Ias. in l. si se non obtulit. nume. 23. ff. de re iudic.

Limita quartò non procedere quando factum à maiori parte concerneret publicam vtilitatem: ita vt omnes ex illo facto perciperent commodum. ita tenet Bal. in consi. 85. incipiente, Punctus super quo consilium petitur. & in consi. 462. vol. 2. quem sequitur Andreas ab Exea in c. cũ omnes. nume. 185. de constitutionibus.

Regula CCXCVIII.

Fama seu infamia debet præcedere in inquisitione: aliàs inquisitio non procedit. Hanc regulam probat tex. in c. cùm oporteat. & in c. qualiter & quando. el 2. & in c. inquisitionis. de accusationib. & in c. j. eod. titu. libr. 6. & in c. licet Hely. de simonia. in c. Deus omnipotens. in principio. 2. q. j. De iure Regio probatur in l. j. in fi. tit. 17. par. 3.

Hanc regulam ponit Spec. in tit. de inquisitione. §. j. nume. 5. Bar. in l. congruit. nume. 3. ff. de officio præsid. Angelus in repet. l. si vacantia. C. de bonis vacan. lib. 10. Bald. & Salic. in l. ea quidem. C. de accusat. Bar. in l. 2. in §. si publico. ff. de adult. Paris de Puteo in tract. syndic. in verbo, inquisitio. Philip. Dec. in consil. 170. & in consil. 175. & in cõsi. 189. Ludouicus Carrerius in pract. criminali, in prin. nume. 82. Pau. Pari. in consi. 203. numer. 21. volu. 4. Ioan. de Imo. in c. cùm oporteat. nume. 21. cum sequen. de accus. Bald. in l. iubemus. C. de probatio. glo. & ibi Bart. in l. 2. in §. si publico. ff. de adult.

Ratio huius regulæ est: quia nemo sine accusatore condemnari debet, vt probatur in l. rescriptum. in §. si quis. ff. de mune. & honoribus. & in c. de manifesta. 2. q. j. & ideò requiritur accusator verus si proceditur per viam accusationis: si autem proceditur per viam inquisitionis, requiritur accusator saltem fictus: scilicet q præcedat infamia, vt in suprà dictis iuribus.

Hanc regulam Ange. in d. l. si vacantia. limitat, in aliquibus casibus, quos refert Ang. Aret. in tract. maleficiorum, in verbo, hæc est quædam inquisitio. nume. 51. & in verbo, quod fama publica. nume. 2. Hippol. de Marsi. in practica, in §. constante. nume. 12. Ex quibus omnibus & ex alijs quæ in varijs locis traduntur.

Amplia primò in tantum procedere q licet testes producti super tali inquisitione probent crimen contentum in ipsa inquisitione, de quo inquisitus non erat infamatus: tamen tales testes illi inquisito non præiudicant: nec ex eorum dictis condemnabitur. ita tenet Spec. in titu. de inquisitione. in §. nunc videndum. nume. 6. & ibi Bal. in additionibus. Pro qua opinione est text. in c. inquisitionis. in §. tertiæ dubitationis. de accusationibus.

Amplia secundò in tantum procedere q non valet statutum superioris quod possit inquiri de aliquo delicto cõtra non diffamatum. ita concludit Cardina. in Clem. j. nume. 23. de offic. ordina. quem sequitur Hippo. de Marsi. in d. §. constante. nu. 13.

Limita

Limita primò quando inquisitio fit parte præsente, & non opponente de præcedente infamia: nam tunc valet & tenet inquisitio.ita probat text.in cap.2.de accusati.libro 6.& ita per illum tex.tenet Hippol.in d. §.constante. nume.20.Ange.Aret.in tractat. maleficiorum, in verbo, quod fama publica.nume.7.Ludo.Roman.in consil.110. nnmer.1.idem Ange.Areti.in d.tract.malefi.in verbo,& hæc est quædam inquisitio.nume.51.Ias.in l.patre furioso.num.27.ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris. Cæpola in consi.60.nu.3.in consilijs criminalibus.

Limita secundò in inquisitione generali quæ fit ad inuestigandum facinorosos homines: de qua habetur in l. congruit.ff.de officio præsi.in c.j.de officio ordin. in c.irrefragabile.eod.titu.in c.excommunicamus.de hæreticis. in c.placuit.10.q.j.Ita Innocent. in c.j. de postulat.prælat. Abb.in c.ad nostram. el 2.numer.2.de iureiur.Hippol.in d.§.constante.nnme.20.Abb.in c.j.numer.6. super glo.j. de officio ordin.Ang.Aret.vbi suprà, in d.verbo, hæc est quædam inquisitio.nume.51.Salic.in l.ea quidem. nu. 30. C.de accusationibus.quibus adde Caietanum. 2. 2. q. 69. artic.j.

Limita tertiò in inquisitione quæ fit ad publicam vtilitatem, in causa merè ciuili ex pecuniaria.ita tenet Ang.per tex.ibi in d.l.si vacantia.facit text.in l.si quis intra.C.de bonis proscripto.ita tenet Hippol.in d.§.constāte. num.20.

Quartò fallit quandocunque per inquisitionem proceditur ad denunciationem publici officialis.ita probatur in d.l.ea quidem.C.de accusatio.in c.j.de officio ordi. in c.j. in §.fi.de offic.custodis.tex.& ibi Bart. in l. diuus Adrianus.ff.de custodia & exhibitio.reorum. Montal.in gloss. l. 28.titu.j.part.7.Bal.& Salic.in d.l.ea quidē. aliàs iudex facit litem suam, secundum Bal.in l.iubemus.col.2.versic.2. C.de probatio.

Quintò fallit quando iudex inquirit ex necessitate officij.ita expresè tenet Ange. in d. tract. maleficiorum, in verbo,hæc est quædam inquisitio.nume.51.Ang.de Perusio ante eum in d.l.si vacantia. C. de bonis vacantibus. lib.10.Hippol.in d.§.constante.numer.20. Quod tamen intelligo verum dūmodo ex aliqua iusta causa iudex fuerit motus ad inquirendum:scilicet per famam vrgentem. ita Ange.in l.athletas.in §.calumniator.nume. 6. ff.de infamibus.allegat text.in c.cum oporteat. de accusatio. pro qua opinione facit qnod no.Barto.in l. cùm quidam.in §. quod dicitur.nume.3.ff.de acquir.hæredita. vbi per illum tex.dicit q quando esset publica fama,& aliquis accusauit vel denunciauit aliquem de maleficio, non potest puniri pœna proponentis falsas accusationes:iuxta ea quæ suprà dixi in reg.27.quod dicit sæpius fuisse de facto obtētum. Idem voluit Bal.in l.fi.C.si seruus aut libertus. lib. 10. quē sequitur Ias.in l.j.in princ. num.27. ff.de eo per quem factum erit.ex quo dicto Bart. possumus limitare text. in l. 83.Tauri.vt non habeat locum quando testis deposuit super delicto.de quo erat publica vox & fama,quia tunc testis non debet puniri tanquàm falsum deponens, cùm fama excuset eum à dolo:quod expresiùs tenet idem Bart. in d.l.athletas.

Sextò fallit quandocunque vertitur periculum animarum: & sic non ad effectum puniendi, sed ad effectum corrigendi pro salute animæ, vt quando episcopus visitat ecclesiam, vel quando vult se informare de vita & moribus eligendi vel consecrandi, vel alicuius promouendi ad ordines, si est idoneus: quia tunc ex officio inquirit nulla fama præcedente, vt in c.j.de clericis peregri. & in c. vnico,vt ecclesiastica benefi.in c.graue.de præbendis. ita expresè tenet Host.in d.c.vnico.Abb.in c.j.num.35.de postulatio.præla.& in c.postquàm.nume.4.de electionibus. & in c.j.nume.6.de officio ordina.Spec. in tit. de inquisitione.in §.qnando.nume.6.& in §.viso.nume.41.Bald.in consi.220.vol.3.Facit qnod habetur in c.ad nostram. el 2. de iureiur.in c.cùm nobis.& ibi glo.de electio.in c.j.in §. sanè.de censibus.lib.6.& istam opinionem tenet Aret. in c.qualiter & quando.el 2.nu.12. de accusationibus.

Limita septimò quandocunq; inquisitio fieret de mandato principis:quia tunc potest fieri, etiā non præcedente fama.ita expresè tenet Bald.in l.nullus. per illum text. nume.1.C.ad legem Iuliam maiestatis. quod ante eum tenuit Innocen.in c.cùm oporteat.de accusationibus. Ang. Areti.in tract.maleficiorum, in dicto verbo, quod fama pnblica.nume.5.Cæpola in consi. 17.num.48. in consilijs criminalibus.Ludouic.Carrerius in practica sua criminali,in princ.super l.obseruare curābis.nume. 83. Quod tamen intelligo verbo verum quando inquisitio formatur de mandato seu ex conscientia Principis, ex motu proprio ipsius Principis:nam tunc non requiritur diffamatio nec fama:secus si ad postulationem alterius Principis hoc mandat.ita probat glo.in c.2.in verbo, fuerat. de accusatio.lib.6.& ita expresè per illam glo.tenet Hippol. in singul. 14.idem Hippol.in d.§.constante.nume. 21. Augustinus Ariminensis in additionibus ad Ange.in tract. maleficiorum,in d.verbo,quod fama publica.nume.5. Castellanus Cotta in memoral.in verbo,fama.Fel.in c. cùm oporteat.in 4.notabili,de accusat.& ibi Io. de Anan. numer.2. vbi pro hac opin.allegat etiam glo.in c.ex tenore.de foro compe.idem tenet Philip.Dec.in d.consi.170.& in consil. 189.Et de iure regio est l.j.tit.17.par.3.

Limita octauò non procedere quando aliquis denunciaretur de crimine per aliquem probum virum:quia tūc prædicta denunciatio est sufficiens, vt inquiratur contra eum super infamia tantum,& non super crimine: sed reperta infamia potest inquiri de crimine. ita tenet Abb.in c.licet.num.4.in vlti.notabili,de accusatio.& ibi Anch. & Fel.nume. 3.

Limita nonò non habere locum in crimine hæresis; quia proceditur per inquisitionem nulla præcedente diffamatione.ita probat tex.& ibi Card.qui dicit alibi non legisse,in c.excommunicamus. in §.adijcimus. de hære. & ita expresè tenet ibi Io.de Ana. num.2. Eandem opinionem tenet Bar.in Extrauaganti,Ad reprimendum.in verbo,inquisitionem.quomodo in crimine læsæ maiesta. in Vsibus feud.Cardin.in Clem.j. in §.penult. & in Clem.2. in 2.q.de hæreticis. Augustinus Ariminensis in additionibus ad Ang.in tract.maleficiorum,in verbo,hæc est quædam inquisitio.nu.58. Ludo. Carrerius in practica criminali:in tract.de hæreticis,nu.110.

Limita decimò non procedere in inquisitione quæ fit contra officialem in syndicatu:quia potest cōtra eum inquiri generaliter & specialiter indistinctè, etiam fama nō præcedente: & potest inquiri contra eius familiam, officiales,& ministros. ita tenet Paris de Puteo in tract. syndicatus,in verbo proceditur autem in syndicatu. Ange.in l.vacantia.col.14.C.de bonis vacantibus.Bal.in l. obseruare.in §.proficisci.nume.7.ff.de officio proconsulis & leg. De iure regio probatur in c. 59. {de los Corregidores.} cum sequentibus.

Limita vndecimò non procedere in casibus in quibus præcessit inquisitio generalis:quia potest perueniri ad specialem sine alia probatione famæ.ita Bar.in d. Extrauaganti,Ad reprimendum.in verbo,inquisitionem.allegat text. in l.congruit.ff.de offic. præsi. in Auth. de collatoribus.in §.iubemus.colla.9.tex.in l.4.in §.mandatis.& ibi Bart.ff. ad l.Iuliam pecula.idem Bar.in l.2.in §.si publico.num.9. ff.de adulterijs.Bal.in l.iubemus.nume.4. C.de probatio. Montal.in glo.l.28. tit.j.part.7. Et de iure regio probatur in l.j.tit.17.par.3.

Duodecimò limita quando starent contra inquisitum indicia sufficientia:nam licet non constet de fama, potest tamen inquiri ex illis indicijs.ita Bar.in d. l.congruit.ff.de offic.præsi.vbi æquiparat processum inquisitionis cū indicijs,& cū fama publica.Quē sequit Paris de Puteo ī d.tracta,syndicatus,ī verbo,inquisitio.Bal.ī d.l.iubemus.nu.4.

Decimo-

Decimotertiò limita non habere locum vbicunq; crimen habet in se maximam offensionem: scilicet vbicunque crimen committitur coram iudice, iudex potest super illo per inquisitionem procedere: vt in l.j. C. de calumniatoribus. & in l. nullum. C. de testibus. & in l. pen. C. de probatio. ita expressè tenet Bar. in d. Extrauagan. Ad reprimendum. in verbo, inquisitionem. Montal. in glo. l. 28. titu. j. parte 7. Barto. in l. 2. in §. si publico. num. 10. ff. de adulte.

Decimoquartò fallit propter immunitatem criminis, scilicet contra illum qui facit iniuriam sacerdotibus vel ministris tempore cultus diuini: vt in l. si quis in hoc genus. & ibi expressè Bald. C. de episcop. & cleric. & ita per illum textum tenet Montal. in l. 28. titu. j. part. 7. & ita expressè tenet Barto. in l. 2. in §. si publica. num. 11. ff. de adulterijs.

Decimoquintò fallit in crimine læsæ maiestatis: vt in d. Extrauagand. Ad reprimendum. & ibi glo. in verbo, per inquisitionem.

Decimosextò fallit quandocunque delictum est notorium & nescitur quis illud cómisit: nam tunc superior facit inquisitionem generalē. ita tenet Innoc. in c. bonæ. el j. nume. 6. de electio. Bar. in l. fin. ff. de quæst. Abb. in c. j. nume. 6. de offic. ordin. De iure regio probatur in l. 11. tit. 20. lib. 4. Fori. & in l. 10. tit. j. lib. 8. ordina. & l. 28. titu. j. part. 7.

Decimoseptimò limita non habere locum in archiepiscopis qui possunt visitare prouinciam, & inquirere de criminibus, etiam si non appareret de negligentia suffraganeorū. ita probat tex. in c. sicut olim. de accusatio. vbi Abb. in 3. not. & in nu. 4. hoc expressè tenet.

Decimooctauò fallit in regularibus: nam contra regulares potest inquisitio fieri, etiam nulla præcedente infamia. ita expressè firmat Io. And. in d. c. olim. col. 3. in prin. versi. vnde & sine infamia proceditur ad inquisitionē. de accus. allegat text. in c. in singulis. & in c. sequenti. de statu monacho. quod sequitur Anto. de But. ibi, & Card. & Anchara. sed Io. de Imo. in d. c. olim. nume. 20. dicit q̄ illa iura loquuntur quando illa inquisitio fit per visitatores in c. generali. & sic non concludunt q̄ aliàs possit procedere contra regulares fama non præcedente. & sic concludit Imo. q̄ extra casum d. c. in singulis. cum sequēti remaneamus in regul. q̄ non debeat fieri inquisitio non præcedente infamia cōtra regulares, & maximè prælatos: allegat ea quæ dixi in c. cum oporteat. & in c. qualiter & quando. de accusatio. quod dictum Io. de Imo. sequitur Io. de Ana. in d. c. olim. nu. 14. eandem opinionem sentit ibi Abb. nu. 2. Corsetus in Repertorio ad Abb. in verbo, inquisitio. col. 4.

Regula CCXCIX.

Fama regulariter non facit plenam fidem. Hanc reg. probat tex. in l. 3. in §. eiusdem. & ibi glo. in verbo, cófirmat. ff. de testibus. eandem reg. probat text. & ibi etiam glo. in c. si testis. in §. sæpe etiam. & ibi glo. in verbo, fama. 4. q. 3. & in c. illud. in verbo, in hoc. de clerico excom. min.

Circa quam regulam vide Bar. no. in l. de minore. in §. plurium. nume. 30. ff. de quæst. & ibi Hippol. nume. 36. ponit quotuplex & quid sit fama: & per quos testes probetur ponit ibi nume. 93. Albertum Gandinum in tract. maleficiorū in Rub. à quo vel à quibus possit fama incipere. vers. sic. quid sit fama. per totum. Fel. & Doct. in c. veniens. el j. nume. 7. de testib. Ias. in l. admonendi. nume. 242. ff. de iureiur. Decius in c. j. nu. 36. de appellatio. vbi dicit hanc esse communem opinionem. Corne. in consi. 58. num. 1. vol. 1. & in consi. 46. nume. 16. vol. 3. Dec. in consil. 427. nume. 2. & in consi. 652. nu. 2. Marcum de Mantua in consil. 62. nume. 41. & in consi. 248. nume. 7. Io. de Amicis in cósil. 28. nume. 31. & in consi. 60. nume. 12. Chassanæ. in consuet. Burgun. in titu. {des fiedz.} Rub. 3. §. 4. fol. 106. col. 2. num. 4. Maria. Socin. Iuniorem in consi. 86. nume. 3. & in consi. 148. vol. 2. & in consi. 89. nume. 18. & nume. 26. volu. j. Paulum Parisi. in consi. 65. nume. 17. & in consil. 104. nume. 166. vol. j. Io. Corasi. in l. admonendi. nume. 80. vbi dicit ita communiter seruari. ff. de iureiur. eandem dicit cómunem Aret. in d. c. veniens. nume. 21. & hanc opin. regulæ tenet Caro. Rui. nnr. in consi. 158. vol. 5. nu. 23.

Limita primò in casibus à iure expressis: scilicet vbi cómunis hominum opinio aliquid potest inducere: vt in cómuni vsu loquendi: vt in c. ex literis. de sponsalibus. in l. librorum. in §. quid tamen Cassius. ff. de legat. 3. ita tenet Felin. in c. veniens. el j. nume. 7. de test. Hippol. in l. de minore. §. plurimum. nu. 82. ff. de quæstionibus.

Limita secundò vbicunq; versatur fauor publicus præferens opinionem veritati: vt in casu l. Barbarius Philippus. ff. de officio prætn. & in l. si arbiter. C. de senten. & in §. tria. 3. q. 7. ita tenet Abb. in d. c. veniens. nume. 8. versic. quædam sunt in quibus. & ibi Felin. nume. 8. Socin. in reg. 144. in 6. fallentia. Hippol. in d. §. plurimum. nume. 82.

Limita tertiò quando agitur de probanda nobilitate & virtute. ita expressè tenet Bar. in l. prouidendum. per illum tex. C. de postulan. quem sequitur Felin. in d. c. veniens. nume. 9. de testibus. Decius in c. j. nume. 37. de appellat. latissimè Tiraquel. in tract. de nobilitate. c. 37. nume. 84. & in c. 10. nume. 8. Ias. in reper. l. admonendi. numer. 246. ff. de iureiur. Guidn Papa in decisione 196. & 387. & in consil. 217. nume. 1.

Limita quartò in his quæ de sui natura probare nequeunt: vt est in filiatione: vt in c. per tuas. de probatio. & in c. transmissæ. qui filij sint legi. & in l. filium definimus. cum alijs. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. & ita expressè tenet Anton. de Butr. in d. c. transmissæ. nume. 10. col. 3. versi. quandoque adest. idem Anto. in d. c. veniens. el j. nume. 10. de testi. & ibi Fel. nume. 9. Philip. Dec. in d. c. j. nume. 41. de appellatio. Quod tamen intelligo verum quando contra famam non instat negatio parentum. ita tenet Abb. & Præpo. in d. c. transmissæ. Doctor Couar. vbi hnc declarat, in Epitome 4. libri, in 2. par. c. 7. §. 3. num. 9. Circa quam limitationem, quomodo filiatio probatur, vide per Pau. Pari. in consi. 10. vol. 2. per totum.

Quintò limita in causis breuioribus, & modici præiudicij. ita tenet Barto. in d. l. de minore. in §. si plurium. nume. 30. versi. si verò ista fama. ff. de quæstio. quem sequitur ibi Hippol. nume. 50. & 54. Abb. & in d. c. veniens. el j. nume. 8. circa fi. & ita dicit Bar. vbi suprà intelligi debere gl. in l. vbi adhuc. C. de iure dotium. in qua sufficit probare per famam q̄ maritus malè vtitur substantia sua ad effectum vt restituat dotem: remittit se idem Bart. ad ea quæ dixit in repetit. l. si constante. in j. 2. & 3. q. ff. solu. mat. eandem opinionem tenet Anton. de But. nume. 10. & ibi Fel. nume. 9. in d. c. veniens. el j. & ibi Philip. Dec. nume. 18. & 40. & in c. j. nu. 37. de appellatio. Anto. Corsetus in Repertorio ad Abbatem. in verbo, fama. Ias. in repetit. l. admonendi. nume. 246. ff. de iureiur. Soci. in reg. 144. in 4. fallen. Præpos. Alex. in c. j. nume. 11. de appel. Matth. de Afflict. in c. j. §. sed quia. nu. 4 t. quæ sit prima cauſ. benefic. amittendi. in Vsib. feudorum. Cæpola in l. j. §. sed sciendū. nume. 132. ff. de ædilitin edicto.

Limita sextò in impedimento matrimonij: quia probatur per solam famam: vt probat text. & ibi Abb. per eum in 3. notabili. in c. super eo. de consanguini. & affinit. & ibi doct. Roma. in sing. 616. eandem opinionem tenet Alex. in additionibus ad Bart. in d. §. plurium. nu. 30. in additione incipienti, Vana vox. & Hippol. in d. §. plurium. nu. 56. Felin. in d. cap. nume. 9. Philippus Decius in c. j. nume. 40. de appellatio. Doctor Couarruu. in Epitome 4. libri, in 2. parte, capitu. 6. §. 10. nume. 29. De iure regio probatur in l. 2. titu. 3. parte 4. De iure cano. glo. per illum text. in cap. illud. in ver. in hoc de clerico excommu. vel deposito ministrante.

Septimò fallit in factis antiquis excedentibus memoriam hominum: quia tunc fama plenam probationem facit. ita probat glo. in l. atqui natura. §. cùm me absente. ff. de nego. gest. Innocent. in c. quid per nouale. & in capitu. veniens,

veniens, de verborum ſignificatio. Bald. in Authen: quas actiones. in vltima col. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. in l. cùm ſuper. C. de rei vendic. in l. in bonæ fidei. colum. fin. C. de rebus creditis. Cæſar Lambertinus in tractatu iuris patronatus: in 2. parte, 2. libri, in 9. articul. 10. quæſt. j. ſol. 335. colum. j. Andreas Tiraquellus in tract. de primogenitura, in præfatio. nume. 103. Ludouicus Gozadinus in conſil. 8. nume. 47. Matthæus de Afflict. in deciſionibus Neapolitanis, deciſ. 277. numer. 1. Paulus Pariſius in conſil. 52. nume. 50. volum. 3. & in conſi. 23. nume. 236. volum. j. Gratus in conſi. 95. numer. 15. volum. 2. Matthæus de Afflict. in capit. j. in 4. notab. num. 28. de pace iuramento firmanda. Ioannes Samſon in conſuetudinibus Turonenſ. articu. 13. colum. fin. idem Bald. in l. 4. C. de probatio. in l. non ignorat. in 6. colum. C. qui accuſare non poſſunt. Anto. de Butr. in cap. veniens. numer. 10. de verborum ſignificatio. Philip. Deci. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, in capitu. j. nume. 46. de appellatio. Felin. nume. 9. & 16. in dicto capit. veniens. de teſti. vbi allegat text. in c. cùm cauſam. de probatio. Barto. in l. 2. in §. Labeo. ff. de aqua pluuia arcen. Hippo. de Marſi. in d. l. de minore. in §. plurium. nume. 60. ff. de quæſtio. & in ſingu. 505. Iaſ. in l. prætor ait. §. prætor ait. numer. 25. ff. de edendo. Carolus Ruinus in conſi. 13. nume. 3. & in conſi. 112. num. 2. & in conſi. 151. nume. 2. & 3. & in conſil. 173. num. 2. volum. 4. & in conſil. 103. nume. 16. volum. 5. Et dicitur eſſe tempus de antiquo, quando eſt tempus centum annorum, vel vltra. ita tenet Innocent. in d. capitu. veniens. Barthol. Socin. in regu. 144. in 7. limitatione. Corſetus in Repertorio ad Abb. in verbo, fama. eandem opinionem dicit ita communiter teneri Alex. in l. cum aliquis. C. de iure deliber. & in conſil. 208. nume. 12. volu. 2. Specu. tenet eandem opinionem in titu. de probationibus. in §. j. verſic. valet etiam. Alex. vbi etiam loquitur de centum annis, in conſi. 12. nume. 8. volu. 4. & in conſi. 74. num. 6. eod. volu. hanc opinionem dicit etiam communem. Philip. Dec. in d. cap. j. nume. 46. de appellatio. eandem opinionem dicit etiam communem, ſcilicet quòd requiratur tempus centum annorum, quod eſt tempus longæuæ vitæ hominis: vt in l. fina. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. & in l. an inutiles. ff. de vſufruct. legat. tenet Iaſ. in repe. l. admonendi. nume. 246. ff. de iureiurand. eandem opinionem tenet Ioan. de Imo. & ibi Abb. nume. 8. in d. cap. veniens. el j. de teſtibus. Iacob. de Sancto Georg. in l. 3. in §. eiuſdem. nume. 16. ff. de teſtib. Franciſ. Curtius Senior. in conſi. 69. nume. 5. & in conſi. 76. numer. 4. Roma. in conſi. 109. nume. 1. verſicu. quo ad ſecundum. ad finem. Philippus Decius in conſi. 428. num. 2. vbi hanc atteſtatur communem. eandem opinionem videtur etiam tenere Andre. Alciat. in tract. præſumptionum, in 2. regula, præſumptione 3. numer. 3. Eandem opinionem tenet Cæpola in tract. ſeruit. vrbanorum prædiorum, capit. 19. Iaſ. in conſi. 81. colum. 2. volu. j. & in conſi. 24. colum. penult. volu. 3. & in conſil. 148. in fin. volum. 4. eandem dicit communem eſſe Bertrandus in conſil. 41. nume. 8. volu. j. primæ impreſſionis. Eandem opinionem dicit eſſe communem, & ita ſecundum eam conſuluiſſe Iaſ. in l. cum aliquis. numer. 7. C. de iure deliberand. eandem opinionem tenet Præpoſi. in cap. j. numer. 11. de appel. Carol. Ruin. in conſi. 84. nume. 9. volu. 3. Ioan. Cora. in repet. l. admonendi, num. 83. ff. de iureiurando. Carolus Molinæus in conſuetud. Pariſienſi. §. 5. numer. 63. eandem opinionem, vbi dicit magis communiter teneri, firmat idem Stepha. Bertrandus in conſi. 283. num. 4. volu. 3. primæ impreſſionis. Sigiſmundus Lofredus, vbi hoc not. examinat, in conſi. 44. nume. 4. pro qua opinione facit quod ſuprà dixi in regu. 90. in j. limitatione.

Licet Anton. de Butrio in d. cap. veniens. el j. de teſtibus. numer. 10. dicat tempus longiſsimum eſſe ſpatium quadraginta annorum. Quem ſequitur Alexand. ſibimet contrarius, in conſi. 4. nume. 13. volu. 2. quam opinionem tenet etiam Dominicus de Sancto Geminiano in capit. j. de reſcriptis lib. 6. eandem opinionem ſibimet contrarius videtur tenere Stepha. Bertrandus in conſi. 260. nume. 8. volu. 2. primæ impreſsionis. Alij etiam dicunt ſeptuaginta annorum, vt Franc. Aret. in conſi. 36. nume. 6. ſed nihilominùs, vt ſuprà dixi, præcedens opinio eſt vera & communis. Sed opinionem Anto. ſaluat Decius in d. cap. j. nume. 47. de appellationibus.

Octauò fallit quando eſſet materia in qua ipſa fama, ſeu opinio communis tribuat ex eius verbis certum intellectum: tunc enim ſufficit quòd ipſa probetur. vt in l. Labeo. ff. de ſupellectili legat. in l. cùm de lanionis. in §. aſinam. ff. de fundo inſtructo inſtrumentoque legato. ita tenet Anton. de Butrio in dicto capitu. veniens. nume. 10. quem refert Socin. in regu. 144. in 5. limita. Abb. in dicto cap. veniens. nume. 8.

Limita nonò in probatione mortis. ita tenet Cyn. in l. ſiquidem. C. ſolu. matri. Antò. poſt alios in c. in præſentia. de ſponſalibus. nume. 7. Bar. in l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur. & eſt bonus tex. in l. ab omnis. §. à Barbaris. ff. de milit. teſta. & hanc opinionem tenet Felin. per illum tex. in d. c. veniens. nume. 8. Barto. in d. l. ſiquidem. C. ſolut. mat. & ibi Salic. eandem opinionem tenet Iaſ. in l. cum ea quæ. nume. 7. C. de tranſact. additionat. Præpo. in d. c. j. in num. 11. de appel. Hippol. de Marſi. in d. §. plurimum. numer. 79. Iacob. de Sancto Georg. in l. 3. §. eiuſdem. nume. 9. ff. de teſtibus. quod tantum intelligo verum quandocunque aliquis longè fuit abſens, & tractatur de eius hæreditate: & ſic in his quæ ſunt leuis præiudicij: aliàs autem ſola fama non ſufficit, ſed requiritur alia probatio vltra famam, ſecundum Abb. & Anton. in dicto c. in præſentia. de ſponſalibus. Stephanum Aufredum in additioni. ad deciſiones Capellæ Toloſanæ. 316. & in deciſione 312. glo. & ibi Barto. & Salic. in d. l. ſiquidem. C. ſolut. matri. Corſetus in ſing. in verbo, mors. Corneus in conſi. 10. nume. 7. vol. j. Alex. in conſil. 4. num. 15. vol. 2. & in conſi. 115. volu. 4. Nic. Boer. not. vbi hoc examinat, in deciſ. 288. per totam. Bartho. de Chaſſan. in conſuetud. Burgund. in procemio, fol. 10. col. 2. nu. 9. Marian. Soc. Iun. in conſi. 26. vol. 2. per totum. vbi tractat qualiter mors probetur. De iure regio eſt tex. in l. 14. tit. 14. part. 3.

Decimò limita non habere locum quando agitur remedio c. reintegranda. 3. q. j. ita tenet Ancha. in conſil. 42. nu. 3. vbi dicit quòd fama publica de poſſeſsione facit rem reſtitui: quam opinionem ſequitur Philip. Dec. in d. c. j. nume. 42. de appell. Ratio poteſt eſſe: quia cauſa videtur eſſe leuis præiudicij, cùm agatur de ſola poſſeſsione: vt not. in l. j. C. ſi de momenta. poſſeſ. fue. appellar. not. idem Dec. in c. de appellationibus. de appella. & in d. c. veniens. el j. nume. 43. de teſtibus. & ibi Fel. nume. 16. in fine.

Vndecimò fallit quando agitur de ſufficientia ordinandi. ita tenet Dominic. de S. Gemin. poſt glo. ibi, in c. nullus. in fi. 24. diſt. quem ſequitur Fel. in d. c. veniens. el j. nume. 9. de teſtibus. Hipp. in d. l. de minore. in d. §. plurimũ. nu. 80. ff. de quæſtio.

Duodecimò limita in collatione beneficij: nam pertinentia collationis ſufficit probare per reputationem & famam. ita concludunt Domini de Rota in deciſ. 123. ſecundum impreſſionem antiquã, & ſecundum nouam in deciſ. 3. in titu. de probat. quam opin. tenet Philip. Dec. in d. c. j. nu. 39. de appellat.

Decimotertiò fallit in poſſeſsione ſeruitutis, aut libertatis, aut ſimili: vel in quaſi poſſeſsione ingenuitatis: ita onus probandi tranſeat in aduerſariũ volentem dicere contrarium. vt in l. mater. C. ne de ſtatu defunct. ita tenet Bart. in l. de minore. in d. §. plurimũ. nu. 30. in fi. Bal. in l. 2. per illũ tex. C. ſi ſeruus aut libertus. lib. 10. Iacob. de S. Georg. firmat etiam hanc opinionem in l. 3. in §. eiuſdem. num. 7. ff. de teſtibus. Andr. Tiraquel. in tract. de nobilitate, c. 10. nume. 8. Carol. Rui. in conſi. 128. vol. 4. nu. 10.

Decimo-

Decimoquartò fallit quando à statuto hoc disponitur: vt quia dicat statutum ꝙ delictum sola fama probetur: argu. tex. in c. cùm dilectus, de fide instru. ita tenet Bar. in d. §. plurimum. nu. 31. quem sequitur Phil. Dec. in d. c. j. nume. 48. de appel. Abb. in d. c. veniens, el j. nu. 10. de testibus. vbi dicit ꝙ tale statutum quod sit contra ius commune, debet strictè interpretari. quẽ sequitur ibi Philip. Decius, nume. 33.

Decimoquintò fallit in probanda excommunicatione: nam excommunicatio per famam probatur. ita tenet Bal. in c. j. per illum tex. col. j. versic. no. ꝙ excommunicatio. hic finitur lex, & incipiunt cõsuetudines regni. in Vsibus feud. pro qua opinione est text. in c. illud. & ibi glo. in verbo, in hoc. de clerico excommunica. ministran. & in c. ad hæc. in glo. in verbo, publicè, de postula. præla. Quod tamen intelligo verum quando non agitur de præiudicio alterius, vel in foro animæ: sed quantùm ad hoc vt quis repellatur ad agendum tanquam excõmunicatus, non sufficit fama, sed debet fieri apertissimis documentis. ita Ant. de But. in d. c. veniens, el j. nu. 10. allegat Spec. in tit. de notorio. in §. fama. Anto. de But. & ibi Abb. nu. 11. in c. prudentiam. in §. sexta. de offic. deleg. & ibi Phil. Dec. nu. 36. idem Dec. in d. c. ad hæc. nu. 48. de postul. prælat. Iacob. in d. l. 3. §. eiusdẽ. nu. 19. ff. de testi. pro qua opinione est tex. in c. pia. in verbo, apertissimis documentis. de excep. lib. 6.

Decimosextò limita quandocunq; clericus fuerit infamatus à populo: nam tunc fama probat, & tenetur innocentiam suam purgare. probat text. in c. presbyter. 2. q. 5. in c. cùm desideres. in §. secundæ. de sent. excommu. in c. j. cum alijs, de purga. cano. ita tenet Alex. in additio. ad Bar. in d. l. de minore. in §. plurimum. nu. 30. in additione incipienti, Vana vox. ff. de quæst. Philip. Dec. in c. prudentiam. in §. 6. nu. 42. de offic. deleg.

Decimoseptimò fallit in probando iudicem esse consuetum incarcerare vel torquere homines, vel similes violentias inferre appellantibus vel conquerentibus de eo. ita concludit Bart. in l. de pupillo. in §. si quis ipsi prætori. nu. 17. ff. de no. ope. nunc. quem sequitur Alex. in additionibus ad Bar. in d. l. de minore, in §. plurimum. num. 30. in additione incipient, Vana vox. Quam opinionẽ sequitur Fel. in d. c. veniens, el j. nu. 9. in fi. de testibus. idem Felin. in c. afferre, nume. 11. de præsumpt. & in c. de quarta. nu. 24. de præscript. & de illo dicto Bart. facit etiam mentionem Alex. in consi. 66. nu. 9. volu. 3. hanc opinionem tenet Ias. in repet. l. admonendi, nu. 246. ff. de iureiur. Carol. Rui. in consi. 105. nu. 3. vol. j.

Decimooctauò limita non habere locum in Principe attestante de fama seu infamia alicuius, quando loquitur assertiuè: secus si loquatur narratiuè. Porro dicitur loqui per verba assertiua, quando loquitur hoc modo: quia constat nobis talem esse infamatum, &c. Per verba autẽ narratiua dicitur loqui, quãdo dicit: multorum clamor ad nos peruenit ꝙ talis est infamatus. Hanc limitationem posuit Io. And. in additionibus ad Specu. in titu. de inquisitione, in §. nunc tractemus. versic. hoc autem notandum, quem sequitur Abb. in c. cùm oporteat, in 3. notabili, de accusa. Iacobi. de S. Georg. in d. l. 3. in §. eiusdem, numer. 21. ff. de testibus. Ias. in repet. l. admonendi, numer. 246. in fin. ff. de iureiurando.

Decimononò limita non habere locum vbi tractatur aliquid circa materiam peccati: nam ad euitandum peccatum, fama plenè probat. ita tenet Abb. in c. j. numer. 17. de postula. prælat. quem sequitur Præposi. in c. j. nu. 11. de appel. Franc. Aret. in consi. 13. col. 8. Hippol. in d. l. de minore, in §. plurimum. nu. 73. ff. de quæst.

Vigesimò fallit quando agitur de informatione conscientiæ alicuius: nam tunc fama plenè probat, ita concludit Anto. de Butrãu repet. c. peruenit, col. 17. de censibus. allegat Compostellanum in c. j. de elect. lib. 6. quem sequitur Felin. in d. c. veniens, numer. 9. de testibus. Hippol. de Marsi. in d. §. plurimum, nume. 82.

Vigesimoprimò limita non habere locum in consuetudine: nam consuetudo probatur per famam, ita tenet Cinus in l. 2. in versic. 2. quæritur. C. quæ sit longa cõsuet. quẽ refert & sequitur Alex. in consi. 14. nu. 1. volu. 5. eandem opinionem sequitur etiam Hippo. in d. l. de minore, in §. plurimum, nu. 75. ff. de quæst.

Vigesimosecundò limita non procedere in mala fide: nam mala fides bene probatur per famam, ita Barto. in l. Celsus. nu. 18. ff. de vsucapio. Cardina. in consil. 28. Ang. in l. eum qui. in §. fi. ff. de Publicia. & in cõsi. 160. nu. 5. Aret. in consi. 15. nume. 11. Hippolyt. in d. l. de minore, in §. plurimum, nume. 76. ff. de quæstio. Ludouic. Gozadinus in consil. j. nume. 33. Matthæus de Afflict. in cap. j. in 4. notab. nume. 27. de pace iuramento firmanda. in Vsibus feudorum. Marianus Socinus Iunior in consi. 69. numer. 52. volum. j.

Vigesimotertiò limita non procedere in confinijs: nã bene probantur per famam. ita tenet Archidiac. in c. inter memoratos. nume. 4. 16. quæst. 3. quem sequitur Ioan. de Imol. in c. cùm causam, nume. 5. de probatio. & ibi Felin. nume. 9. Hippol. in d. §. plurimum, numer. 78. pro quo facit quod suprà dixi in 7. limitatione. Eandem opinionem tenet Gratus in consi. 95. nume. 15. volu. 2. facit tex. in d. c. cùm causam, de probationibus.

Vigesimoquartò limita non habere locum in ecclesiastico interdicto: nam sola fama facit probationem sufficientem: vt interdictum superioris obseruetur, ita probat glo. in c. j. in verbo, publicè. de postul. prælato. quam gloss. sequitur ibi Abb. numer. 17. eandem glo. sequitur expressè Petrus Briaxius Nauarrensis in Directorio electionũ, in j. part. cap. 20. nume. 10. eandem etiam glo. sequitur Philip. Deci. vbi eam declarat, in d. c. j. numer. 48. de postulatio. prælator.

REGVLA CCC.

FAMA in criminalibus non facit semiplenam probationem. Hanc regulam probat glo. in cap. veniens, el j. in verbo, illorum. de testibus, & ita per illam gloss. tenet Bald. & Ioan. de Imo. ibi. Anton. de Butrio, nume. 10. & Abb. nume. 8. Felin. nume. 12. Philip. Dec. nume. 25. & ibi cæteri Doct. Bald. & Doct. in cap. j. de appellatio. Bart. in l. de minore, in §. plurimum, numer. 30. ff. de quæst. & ibi Hippolyt. nume. 55. vbi allegat quàm plures Doct. eandem opinionem tenet Ias. in repet. l. admonendi, nu. 250. ff. de iureiurand. Aymon Crauetta in consil. 41. numer. 6. Barthol. Cæpola in consi. 34. numer. 5. in consilijs criminalibus. Iacobi. de Sancto Georg. in l. 3. in §. eiusdem, nume. 10. ff. de testib. Salic. & Doctor. in l. ea quidem. C. de accusatio. & hanc dicit esse communem opinionẽ Marcus Antonius Blancus in tracta. de indicijs, & tortura, numer. 313.

Ratio huius regulæ est: quia in criminalibus, probationes debent esse luce meridiana clariores. vt in l. sciant cuncti. C. de probatio. canonicata, in capitu. sciant cuncti, 2. q. 8. quibus concordat regia l. 12. titu. 14. part. 3. ita concludunt omnes suprà dicti doct. & circa hanc regu. vide Decium in consil. 429. numer. 9. & in consil. 189. numer. 13. Hierony. Gratum in consi. 136. numer. 2. volum. j. Matthæum de Afflictis in cap. j. notabili 4. numer. 15. de pace iuramento firmanda. in Vsibus feudorum. Ioan. de Amicis in consi. 60. nu. 12. Pau. Parisium in consil. 153. nu. 12. cum alijs. volu. 4.

Amplia primò, etiam si agatur de crimine ciuiliter: quia idem erit quod in criminalibus, ita concludit Antonius de Butrio in dicto cap. veniens. nume. 10. & ibi Abb. nume. 9. allegant text. in capit. tam literis, de testibus. vbi dicunt probari ꝙ fama cum vno teste non probat. & ita illum textum expressè no. ibi Bald. nume. 1. in 2. notabili. Io. de Ana. in consi. 59. nu. 3. Fel. in d. c. veniens, nu. 12. Ias.

in d.l.admonendi, nu.250.quam ampliationem reprehendit Dec.in d.c.veniens,el j.nu.28. Eãdem ampliationem ante Dec.reprehendit ibi Io.de Imo.nu.8.quem sequitur Iacob.de S.Georg.in d.§.eiusdem,nu.11.Ratio in qua se fundat Io.de Imo.est,quia quando agitur de crimine ciuiliter,non requiruntur ita strictæ probationes sicut quando agitur criminaliter.

Amplia secundò vt habeat locum in causa ciuili famosa & ardua:quia æquiparatur criminali.ita tenet Bald.in d.c.veniens,el j.nu.7.de testibus allegat tex.in l.propter litẽ.ff.de excusationib.tutor.quem sequitur Phil. Dec.nu.39.& ideò in matrimonio dissoluendo , quia grauis causa reputatur,non sufficit fama cum vno teste:vt cõcludit Alex.in consi.143.nu.4.vol.2.quem sequitur Hippo.in d. §.plurimum,nu.56.allegat not.per glo.& doct. in c. mulieri.de iureiur.facit tex.& ibi not.per Anto. in c.j. de consanguin.& affinit.Eandem opi.sequitur Ias.in d.l.admonendi, nume.252.ff.de iureiur.

Amplia tertiò habere locũ in omnibus casibus in quibus non defertur iuramentum in probationis defectum: nam in talibus fama cum vno teste non probat, ita tenet Bal.in c.j.nume.3.de appel.quem sequitur Philip. Dec. in d.c.veniens,nu.31.de testibus.Et casus in quibus iuramẽtum non defertur in supplementũ probationis. ponit Ias.in repetit.l.admonendi,nu.294.Hippo.de Marsi.in l.maritus.ff.de quæstionibus.

Amplia quartò, etiam si agatur de probanda excommunicatione vt quis à iudicio repellatur,ita concludit Anto.de Butr.in d.c.veniens,nu.10.& ibi Fel.nume.12. facit quod suprà dixi in regu.299.in 15.limitatione.

Amplia quintò ,etiam si de hoc esset statutum episcopi,q per vnum testem de veritate,& tres de fama conuincatur quis de vsura.ita cõcludit Federicus de Senis in consil.17.per totum:quem sequitur Petr.de Anchar.in repet.c.j.col.80.versicu.accedat quò suprà,de constitu. quos sequitur Fel.in d.c.veniens,nu.12.

Limita primò quando esset facta plusquam semiplena probatio,ita tenet Bald.in l.si quis.in §.j.ff.de edendo.nume.4.quem sequitur Aret.in d.c.veniens , nu.23.eandem opinionem tenet Io.And.in additionib. ad Specu. in titu. de probat.in §.6.versi.13.ad finẽ additionis,pro qua opinione ibi Aret.allegat tex. quem dicit esse singularem secundum vltimum intellectum glo.in c.præterea , de testibus:vbi si testes deponunt super adulterio de auditu, quia testes audiuerunt adulteros commisceri, tunc vna probatio iuncta cũm fama & alijs legitimis adminiculis,probat crimen.Facit etiam tex.in l.j.in §.idem Cornelio , in fi.& ibi Bar.ff.de quæstio.vbi ex vno teste de veritate coniunctis argumentis fit plena probatio. facit etiam glo. & ibi Dominicus in c.j.in verbo,manifestos,de vsur.lib.6. Eandem opinionem sequitur Fel.in d.c.veniens,nu.13.de testibus.Iacob.in d.l.3,in §.eiusdem,num. 13. ff.de testibus Phil.Dec.in consi.103.num.12.Thom.Grammat.in decis.42.nume.12.Dec.in d.c.veniens,nume.32.vbi dicit q hoc totum est in arbitrio iudicis, attenta qualitate famæ & præsumptione quæ esset vltra semiplenam probationẽ.

Limita secundò vt nõ procedat quantum ad inducendam purgationem:vt in c.presbyter si à plebe.2.q.5.ita tenet Fel.in d.c.veniens,nu.14.Iacob.de S. Georg. in l.3.in §.eiusdem.nu.12.ff.de testibus.

Limita tertiò , vt non procedat quantum ad inquirendum, vt in c.qualiter & quando , el 2.de accusatio. ita tenet Fel.per illum tex.in d.c.veniens,nu. 14.de testibus.Iacobi.in præallegato §.eiusdem,nu.12.

Quartò fallit quo ad deueniẽdum ad torturam, ista est glo.not.& cõmuniter approbata,quę hoc clarè videtur probare,in l.qui sine accusatoribus. in verbo, suspicionibus.ff.de quæst.

Contrariam tamen opinionem , imò q fama non faciat indicium ad torturam contra aliquem, tenet Io.And. in additionibus ad Specu.in tit.de probationibus,in §.videndum.in additione ad nu.19.incip.sciant.in fi. idem titu.de notorio crimine,in §.fama est.super versic.casus ad finem additionis.Quem refert & sequitur Ant. de But.in c.3.loco,nu.19.de probat.Ang.in tract. malefic. in verbo, q fama publica,nu.41.Panor.in c.j.nu.fi.de purg. cano.& in c.cũm in contemplatione,de regu.iur.Alex.in consil.93 nu.3.vol.1.& hanc opinionem dicit communẽ esse Hippol.de Marsi.in sing.97.hanc etiã opinionem tenet Bart. in l.milites.C.de quæst.& in d.l.de minore, in §.plurimũ nu.31.ff.eod.licet non clarè.Hanc etiam dicit communẽ Ias.in repetit.l.admonendi,nu.251.ff.de iureiur. vbi allegat quamplures doctor. Eandem opinionem dicit esse communem Hippol.in d.§.plurimum,num.27. vbi dicit istam esse magis communem opinionem & æquiorem. Hanc etiam tenet Pau.Paris.in consi.155.nu.21.vol.4.idẽ Hippo.in consi.15.nu.12. Eandem opinionem tenet Anto.Corsetus in Repertorio in verbo, fama . Paris de Puteo in tract.syndic.in verbo,an fama. Marcus de Mãtua, vbi assignat rationem;in consi.188.num.7.Io.de Amicis in consi.85.nu.4.Steph.Bertrandus in consi.31.nu.2. volu.3.secundæ impressionis. Et hanc opinionem dicit ita communiter teneri Marcus Antonius Blancus in tract. de indicijs & tortura:nume.113.Iacobi.de S. Georgio in l.3.in §.eiusdem.ff.de testibus. Quam limitationem intellige vt dicam in regula infrà proxima.

Quintò limita non habere locum quando agitur tantum ad finem probandi iurisdictionem illius causæ : nam tunc famã publica in criminalibus facit plenam probationem.ita concludit Dominicus de S. Gemin. in c.si index laicus,in §.& si notorium,nu.2.in j.notabili, de sent. excommu.lib.6.quem sequitur Hippoly.de Marsi. in d.l.de minore,in §.plurimum.nu.74. ff.de quæstionibus.

Sextò limita non procedere quando cum fama esset dictum Syndici qui ita denunciauit Titium occidisset Caium : quia tunc fama facit semiplenam probationem . ita consuluit Bar.in consi.191.in finalibus verbis. Quam opinionem, licet corrupte eam alleget,sequitur Aug. Arimi nensis in addit.ad Ange.in tract. maleficiorum, in verbo, quod fama publica,nu.43. Eandem opinionem sequitur Hiero.Gratus in consi.136.nu.17.vol.j.Hiero. Zanetinus in tract.differẽtiarũ vtriusq; iuris:differẽtia 109. nu. 185.

REGVLA CCCI.

FAMA in criminalibus non facit indicium ad torturam,ita expressè tenet Bar.in l.milites.C.de quæst. & Ant.de But.& ibi doct.in c.veniens,{el primero,} de testibus.Quam opinionem sequuntur doct. in regula præcedenti,in 4.limitatione relati.De iure regio probatur in l.3.tit.30.par.7.

Hanc regulam ponit Bern.de Luco cum duabus limitationibus,remittendo se ad Hippol.in l.de minore , in §. plurimum,nu.27.ff.de quæstionib.in reg.333.

Limita primò quandocunq; fama est vehemẽs,ita expressè concludit Bar.in consi.191.Eandem opinionẽ sequitur Bal.in c.j.in §.iniuria,de pace iur.firman. in vsibus feu.Fel.in d.c.veniens,nu.15.de testib. Aug.Arimi. in addit.ad Ang.in d.tract.malefic.in verbo,quod fama publica.nu.42.Tho.Gram.in consi.57.nu.16.in criminalibus: opinionẽ hanc sequitur Hipp.de Marsi.in d.§.plurimum. nu.28.& in l.patre vel marito.nu.59.ff.de quęst.& in practica crimi.in §.diligẽter.nu.20.& in cõsi.3.nu.6. & in cõsil.49.nu.65.& in sing.97.& sing.205.Pau.Paris.in consil. 153.nu.22.vol.4.Hier.Gratus in cõsi.57.nu.2.lib.2.Matthæ.de Afflic.in c.j.nu.17.de pace iuram. firman.in vsib. feud.Thom.Gram.in decis.34. nu.52. & ibi nu. 53.dicit q relinquitur arbitrio iudicis quando fama dicatur vehemens.Hippo.in d.§.plurimum.nu.30.

Limita secundò quando cum fama adesset dictum officialis denunciantis cum iuramento , vt suprà dixi in præcedenti Reg.in finali limitatione. Eãdem opinionem tenet

net Paris de Puteo in tract. syndicatus, in verbo, an fama, nume. 3. pro qua opinione allegat text. in Auth. hodie. C. de repudijs. Matth. de Afflict. in c. j. in 4. notabili nu. 35. de pace iura. firm. in vsib. feud.

Limita tertiò quando contra illum malefactorem cótra quem vox & fama de delicto commisso est, est etiam probatum, illum hominem esse malæ famæ, vitæ, & conditionis. ita expressè tenet Albertus Gãdinus in tract. maleficiorum, in rubrica, à quo vel à quibus possit fama incipere, nume. 12. quem sequitur Augu. Ariminensis in additionibus ad Ange. in verbo, quod fama publica. nu. 44. Pro qua opinione est tex. de iure regio in l. 3. tit. 30. part. 7. pro quo vide Matthæ. de Afflict. in d. c. j. in 4. notab. nume. 41. de pace iuram. firman. Hieronymum Zanetinũ in tract. differentiarum vtriusq; iuris: differẽtia 109. nu. 185.

Quartò fallit quandocunque cum fama adesset fuga: nam tunc talis infamatus potest torqueri: vt in Auth. de exhibendis reis. in §. si verò. collat. 5. & in Auth. de sanctissimis episcopis, in §. si quis autem. collat. 9. nam tunc iste talis potest torqueri. ita expressè per illum text. tenet Matth. de Afflict. in d. 4. notabili. nume. 40. Eandem opinionem tenet Bar. in l. fi. ff. de quæst. Io. de Imo. & ibi Felin. nume. 6. in c. nullus. de præsumpt. vbi hoc declarat. hãc etiam opinionem tenet Hieronym. Gratus in consil. 48. nume. 8. vol. 2. Circa quam limitationem vide text. de iure regio in l. 13. tit. 19. part. 7. doct. in l. lege Cornelia. ff. ad Syllan. & vide infrà in Regula 307.

Quintò fallit quando fama habuit originem ab honestis personis: nam tunc bene facit indicium ad torturam. ita sentit Bal. in c. j. in §. item si Vasallus. col. vlt. de controuersia inuestitu. Sali. in l. ea quidem. C. de accusa. facit text. in c. qualiter & quando. el 2. de accusat. & in l. miles. in §. mulier. & quod ibi not. Bart. ff. de adulte. Paris de Puteo in tract. syndicatus, in verbo, an fama. nu. 1. Hanc opinionẽ tenet Hippol. in d. §. plurimum. num. 30. & in singu. 97. & in consi. 3. num. 5. & in consi. 31. nume. 5. Franc. Aret. in d. c. veniens. nu. 35. & ibi Fel. nu. 17. Pau. Parisi. in consi. 153. nume. 12. volu. 2. facit etiam tex. in c. cùm in iuuentute. de purgatione canonica.

REGVLA CCCI.

FAMVLO dicens, ne reuertatis domũ nisi sentiã nouum de te, si famulus occidat aliquẽ, tenetur dominus de homicidio, quãdo dominus priùs recipit aquãiniuriã.

Hanc regulam ponit Bar. in l. si quis mihi bona. in §. pater Seio. nume. 2. per illum tex. ff. de acquir. hæred. & illud d. Bar. vltra doct. ibi sequitur Ancha. in c. ex literis. de excessibus præla. & ibi Abb. vbi pro hac opinione Bar. allegant illum tex. Eandem opinionem Bar. sequitur Alex. in consi. 127. nume. 4. & in consi. 128. nume. 5. volu. 4. Eandem opinionem sequitur Ripa in l. si ventri. §. fina. nu. 4. ff. de priuil. cred. Fel. in c. afferte. nume. 13. de præsumpt. & in c. sicut dignum. nu. 12. de homicidio. Iaco. de S. Georg. in l. j. nume. 6. C. de seruis fugit. Ang. Aret. in tract. maleficiorum, in verbo, & Sempronium mandatorem. nu. 42. & ibi Augu. Ariminen. in additionibus dicit hanc esse cõmunem opinionem. Pro qua opinione Barto. facit notabile dictum eiusdem Bar. in l. sed si vnius. in §. seruus. nu. 2. ff. de iniur. vbi dicit q quandocunque aliquis interfecit aliquem per alienum hominem, qui de necessitate debet ei obedire, dicitur propriè interficere. allegat ad hoc tex. in l. ita autem. in §. gessisse. ff. de administrat. tuto. Eandẽ opinionem tenet idem Bart. in l. 3. in §. si procurator. ff. quod cuiusque vniuer. nomi. pro qua opinione facit etiam text. & ibi Abb. nume. 9. & Fel. nume. 9. in c. mulieres. de sent. excommu. quod dictum Bar. sequitur Hiero. Gratus consil. 5. nume. 11. volu. j. Matth. de Afflict. in constit. Neapolitan. lib. j. Rub. 12. nu. 17.

Amplia primò procedere etiam si dominus dixisset famulo in aurem certa verba, & ille statim iuit & occidit hominem: nam præsumitur factum de mandato domini, ita expressè tenet idem Bar. in l. si ventri. in §. fin. nume. 1. ff. de priuilegijs credit. per glo. ibi: quem vltra Ang. ibi sequitur Bal. in l. multum. col. 2. C. si quis alteri vel sibi. & in l. j. col. 4. C. de seruis fugit. & in c. veritatis. col. 3. de dolo & contu. Alex. in l. si cùm dotem. in §. si mulier. in 7. notab. ff. solut. matri. Io. de Ana. in consi. 23. Fel. in c. j. numer. 12. de offic. deleg. Hippol. in l. j. in §. præthereà. nume. 27. ff. de quæst. Hiero. Gratus in consi. 110. nu. 11. volu. j.

Amplia secundò etiam si famulus extitisset per multos dies q non commisisset maleficium: nam si posteà commisit tale delictum, videtur commisisse vigore mandati. ita concludit Innoc. in c. ad audientiam. de homicid. quẽ sequitur Felin. in c. sicut dignum. numer. 12. de homicid. Hanc opinionem tenet Barto. in l. non solùm. in §. si mãdato. num. 13. ff. de iniurijs. quem sequitur Ang. Aret. in d. tract. malefic. in verb. & Semproniũ mandatorẽ. nu. 15.

Amplia tertiò habere locum etiam si dominus proferens talia verba famulo expressè inhibuisset ne occideret: nam sequuto delicto tenetur dominus, iuxta text. in c. fi. de homicid. lib. 6. & ita per illum tex. hoc tenet Bal. in l. non ideò minus. nu. 34. C. de accus. Eandem opinionem tenet Matth. Syluanus, licet de Bal. nullam mẽtionem faciat, in singu. 188. in fi. Maria. Soc. in c. ad audientiam. nume. 63. de homicidio.

Hanc regulam cum 6. limit. ponit Bernar. de Luco in reg. 201. remittendo se ad Ias. in l. j. à nu. 28. vsque ad nume. 38. C. de seruis fugit.

REGVLA CCCII.

FAMVLOS vel consanguineos habens in domo, qui essent homines improbi, dominus ex ipsorum delictis tenetur: quia præsumendum est q perseuerabunt in delictis suis, vt in regula, semel. de reg. iur. libr. 6. & dominus accipiens eos in domo, præsumit informatus de eorũ cõditione, vt in l. fi. § seruorũ. ff. de naut. caup. & stabula.

Hanc regulam ponit Card. Zabarella in Clemen. ne in agro. in §. porrò. in 4. notab. de statu monach. quem sequitur Fel. in c. Petrus. nu. 7. de homicid. Phil. Dec. in l. 3. nu. 8. & ibi Curt. Iun. nu. 9. & doct. moder. in c. j. de pactis. Alciat. in tract. præsump. in 3. Reg. præsump. 40. Franc. Zoanettus Bononien. in consi. 27. numer. 6. pro qua opinione est text. in c. nulli. de accusat. & in l. fin. de abigeis. Et circa hanc reg. vide Ias. in l. age cũ Gemi. nu. 7. C. de trans. Petrũ de Ferra. in pract. in forma inquis. in verb. transeat. nu. 6.

Limita & intellige istam regulam, vt non procedat ad hoc vt prędicti domini puniantur eadẽ pœna qua ipsi delinquentes, sed mitiùs arbitrio iudicis, ex quo puniunť per præsumptiones: secundum doctrinam Inno. in c. quia verisimile. de præsumpt. nu. 2. vbi tenet q quoties condemnatur quis ex præsumptionibus, seu ex præsumptitiis probationibus, iudex debet multum temperare sententiã, & mitigare pœnam. quem ibi sequuntur doct. Canonistæ, præcipuè Abb. & Fel. nu. 6. per tex. ibi. sequitur etiã Ias. in l. j. nu. 28. C. de ser. fug. & in l. j. num. 21. ff. si cert. pet. Phil. Dec. in c. 3. loco. nu. 6. de pbat. Thom. Grammat. in decis. 42. nu. 13. & cũ illo d. Inno. esse commu. opi. testatur expressè Pala. Ruui. in allegat. hæresis. §. 11. illud etiã dictũ, vbi id notab. declarat, sequiť Iaco. in Rubr. nu. 7. ff. de probat. Ratio est: quia in hoc casu videtur potius argui culpa domini quàm dolus, vt in l. culpa caret, ff. de reg. iur. Bal. in c. veritatis. nu. 5. de do. & contu. q tamen intelligo verum quando delictũ non fuisset factũ cõtemplatione domini: quia si eius contemplatione esset factum, eadẽ pœna veniret puniendus qua ipse delinquens. Pro qua opinione facit notabile dictũ And. Barb. in c. j. nu. 34. de offic. delega. vbi concludit q si famulus præsente domino habente verba cum aliquo, percussit illum ense vel alio modo, si delictũ famuli cadit ad commodũ domini, imputatur ipsi domino. pro quo allegat dictũ Bal. in l. de pupillo. in §. si qs ipsi prætori. ff. de no. ope. nunc. vbi si famulus potestatis verberauit appellantẽ, præsumitur de mãdato potestatis quod

dictum Bar.sequitur ibi Alex.& Bal.in l.j.c.de ser.fug.Fel. in c.mulieres.de sen.excom.nu.4.Hipp.in consi.20.nu.1. Matth.de Afflict.in constitu.Neap.lib.j.Rub, 12.nu.18.

Regvla cciiii.

Famvlvs de mandato domini tenetur præstare operas alteri, quas sibi exhibere tenetur. Hanc regulã probat tex.in l.operæ in rerum . in fi.ff.de operis liber. & in l.homines.& in l.vxori . in §.Serapium. ff.de vsufructu legato.Ratio est:quia is qui conduxit, alteri potest locare, vt in l.cùm plures.ff.locati : & illa pecunia per famulũ acquisita acquiritur domino:vt in l.patronus.& in l.si libertus.{la primera.} & in l.qui libertinus. ff. de operis libert.

Primò fallit quãdo dominus vellet delegare operas turpes, quas ipse dominus non potest exigere, vt in l.hac demum.ff.de operis liber.

Secundò limita quando extra locum vellet vt famulus seruiret : quia famulus non tenetur si ad illas operas non esset obligatus, vt in lege, vsuras . & ibi doctor. C.de solutionibus.

Tertiò fallit quando dominus his quibus operas iubet exhiberi esset odiosus, vel onerosus, vel rixosus:nam tunc non tenebitur famulus eidem seruire, argumento text. in l.2.ff. vt in possessio.legato.& in l.inuitus. ff. de fideicommiss.libertat.in l.fi.C.de pactis inter emptor.& vend.quia non deber fieri deterior conditio famuli, vt in lege, generaliter.in fi.ff.de fideicommissarijs libertatib.

Regvla cccv.

Famvli scholarium & clericorum, gaudent priuilegio ipsorum.Hanc regulam probat tex.& ibi doct. in Auth.habita.C.ne filius pro patre.& in clericorum famulis probat tex.in l.j.& 2.C.de episc. & cler. quam opinionem tenet Philip.Franc.in procemio.6.in verbo, scholaribus.Iacobus Rebuffus in l.vnica, in §.fi.de collegiatis & nummularijs.lib.11. Et circa hanc regulam vide Fel. vbi eam declarat, & plura adducit, in c.2.nu.2. de foro compe. Ias.& ibi doct.vbi hoc etiam examinant , in l.scriniarios, C.de milit.testamen. Bal.in notab. in d.l.j. C.de episc. & cler.vbi suprà dictis locis reperies hanc regulam , ampliatam & limitatam.Et qui propriè dicantur de familia domini, ponit Fel.in c.insinuante.de offic.delega. Matth. de Afflict.in constit.Neap.lib.j.Rub.15.nu.19.

Hanc regulam in famulis scholarium cum duabus ampliationibus & vnica limitatione, vbi plura congerit in proposito, ponit Petrus Rebuffus in tract. de priuil.scholarium, priuilegio 160.à nu.1.vsque ad finem.

Quæ regula in famulis scholarium est hodie correcta de iure regio, per pragmaticam 25.in volu.pragmaticarũ.

Regvla cccvi.

Famvlvs intra triennium salarium à domino petere debet:aliàs post tres annos non auditur . Quæ regula probatur de iure Regio in pragma. 157. de Madrid, Anni Domini 1528, vbi dicitur ꝙ seruitia famulorũ per triennium præscribuntur . Circa quam regulam vide quæ dixi in reg.6.& Philippum Corneũ in consil.269. & 328. volu.j.item D.Couarruuias in repet.reg. possessor. 2. part, §.11.nume.2.

Limita primò non procedere quando impediuntur petere aliquo iusto impedimento : vt c. commissa . de elect. lib.6.in l.fi.C.de adult.in l.si cùm ipse.ff.de excusat.tutor. ita expresse tenet Bal.in Auth.nisi tricennali.in prin. versic.sed quid dices. C.de bonis mater. vbi dicit ꝙ hæc limitatio est naturalis:quia vbi non est negligentia, non debet esse pœna.Eandem opinionem tenet Ias.in cõsi.35.col.2. vol.j.facit quod no.Alex.in consi.65.nu.5.lib.6.

Secundò fallit quando dominus iurauit soluere: quia iuramentum perpetuat actionem : vt in l.nam & posteà, in §.si his qui temporali , ff.de iureiur. quam opinionem sequitur Ias.in addition.ad Christophorũ, in §.sed aliquãdo.in additione ad nu.5.Instit. de vsucap. vbi dicit ꝙ hoc sumitur ex notatis per Anto.de Butr.post Hostien. in c.si diligenti.de præscr.ita etiam tenet idem Ias.in §. de constituta.Instit.de actio.Hãc etiam opinionem per illum tex. tenet Bar.in d.§.si his qui temporali.& ibi Ias.nu.4. Hippoly.vbi dicit ita obtinuisse in contingentia facti in singu.141.vbi etiam quàm plures doctor.allegat Feli. in c.fi. numer.7.de præscriptionib.Marcus Antonius Baueria in tractatu de virtute & viribus iuramenti:priuilegio 29. nume.42.quam opinionem tenet Corneus in consi.328.nume.22.vol.j.& Roderic.Xuarez, vbi hoc notabiliter examinat, in repet.l.post rem iudicatam. fol. 116.col.3. nu.2. in §.considera vltimò.ff.de re iudicata.

Tertiò limita non habere locum quandocunque famulus peteret debitum competens sibi actione reali:ita Bal. in l.penult.C.quod cum eo.Ias.in prin.Instit.de actio.nume.101.post Bald.& Aret.ibi, quam limitationem latiùs examinaui in d.reg.6.in j.limitatione. & ideo si famulus relinqueret vestes apud dominum depositi nomine , eas repetere poterit, etiam post tres annos, non obstante suprà dicta pragma.

Quartò limita si famulus deserat dominum , & statim redeat tunc non videtur recessisse : ideò annus cõputabitur à die quo nouissimè discedet cũ effectu:vt in l.3. ff.de diuortijs.& in l.quod calore.vbi hoc not. doct. ff.reg.iur.

Quintò limita quandocunque talis præscriptio esset per litis cõtestationem interrupta : quia famulus intra tres annos conuenit dominum, & lis fuit incœpta , tunc perpetuatur actio:vt est tex.& ibi doctores in d.l.nam & posteà, in §.si is qui temporale.& in l.fi.C.de præscript.30.vel 40.annorum .quod latè tradidi in dicta regula 6. in fine.

Limita sextò non procedere in foro conscientiæ : nam si dominus sciat se hoc famulo debere , non est tutus quo ad Deum : cùm sit malæ fidei possessor : vt in capit.vigilanti.in c.fi.de præscript.cum similibus . ita expresse concludit Philip.Corneus in consi.169.nume.15. & in consi, 328.nume.14.& 32. Quam limitationem allegando fratrem Alfonsum à Castro, qui ita eam tenet, posui in d. regu.6.in 2.limitatione.Hanc etiam limitationẽ tenet Guilelmus Rouille in glo. ad consuetudines Cenomanenses, articu.35.

Limita septimò si rem aliquã domini famulus habeat: Nam si res ab eo petatur , poterit famulus excipere de salario, etiam post tempus:quia quando quis agere in ciuilibus prohibetur, excipere tamen poterit.ita Bar.in l.j.in §. sublata.& ibi Ias.in 2.lect.ff.ad Trebel.Ratio : quia exceptiones sunt perpetuæ:vt in l.purè.in §.fin. ff.de doli mali & metus exceptione.glo.in l.sicut, in verbo , persecutione.C.de præscript.30.vel 40.annor.Bar.vbi hoc notabiliter declarat, in l.societatẽ.in §.arbitrorũ.nu.22. ff.pro soc.

Octauò limita non procedere quando debitor conuenitur coram cõseruatore, vel alio iudice ecclesiastico: quia suprà dicta ordinatio non altringit hos iudices:vt in c.ecclesia S.Mariæ.& quod ibi notatur, de constitu.not.Bal.in consi.184.col.2.vol.5.Corneus in consi.328. vol.j.nu.25. facit tex.& quod ibi not.doct.in c.fi.de rebus Eccles.non alien.& quod suprà dixi in reg.135.

Nonò limita quando debitor confitetur se illam summam debere:nam tunc iudex debet dominũ condemnare ratione cõfessionis, etiam si aliàs fuisset absolutus : quia confessus pro iudicato habetur:vt in l.j.ff.de confessis. facit etiam tex.in c.2.de purg.vulg.& in c.quia plerique . de immu.eccl.vbi dicunt quem audiri post sentẽtiam , si pars confiteatur eam iniquam.

Decimò limita quando dominus non exciperet de suprà dicta pragma.nam etiam post tres annos poterit condemnari : vt in l.4.in §.hoc autem iudicium. ff.de damno infecto.& in l.de pupillo.in §.qui opus. ff.de no.ope.nunciat.Cuius est ratio, cum iudex non teneatur impartiri officium non postulatum:vt in d. §.hoc autem iudiciũ. pro quo facit quod in proposito huius limitationis adducit Ripa, in d.§.hoc autẽ iudicium.Philip. Dec.in l.res iudicata. nume.4.

nume.4.ff.de reg.iur.Iaſ.in l.patre furioſo.nume. 11. cum alijs.ff.de his qui ſunt ſui vel alien.iur. Pro qua limitatione facit:nam preſcriptio excludit actionem:vt in c.ad aures. & ibi Fel.de præſcript. probatur etiā in ſuprà dicta prag. no.Bal.in l.ſi penè.ff.de condict.indebiti.& l.j. C.ſi aduer. cred.& in l.ſicut,vbi glo.C.de præſcript.30. vel 40.anno. & ſic cum præſcriptio pariat exceptionem, illam debuit pars opponere:aliàs ſibi imputet, ſi iudex eum condemnet poſt tres annos, quæ exceptio ſi fuerit omiſſa in j. inſtantia, in cauſa appellationis allegari poteſt: vt in l. per hanc.C.de tempor.appellat.

Vndecimò limita non procedere à contrario ſenſu: nā ſi dominus accepit famulum vt eum doceret officiū ſuū ſi erat artifex: & ſic famulus volebat ab eo diſcere illud officium,& dabat domino decem vel quinque aureos ſingulo anno:nam ſi dominus intra tres annos non petat ſalarium, poterit poſteà petere. Quia ſuprà dicta prag. debet ſtrictè intelligi in caſu in quo loquitur:& lex loquens in debitore,non cōprehendit creditorem, & econtrà.ita Bar.& alij in l.j.ff.ſi cer.pet.Bal.in Rub.C.de reb.creditis.

Duodecimò limita vt etiam poſt tres annos ſi famulus non poſſit recuperare debitum,poſſit recuperare rē æquiualentem à domino.ita tenet Panor.poſt Innoc.ibi,nu.8. in c.olim.{el primero,} de reſtitut.ſpoliat. & ita expreſsè teneo in regul.88.in 5.limitatione: vbi latè: Ratio huius limitationis eſt: nam calumnia per calumniam repelli poteſt:vt eſt glo.in c.cupientes. in verbo, malignantium.de elect.lib.6.quam opinionem vltra doctor.allegatos in dicta reg.88.tenet Matth. de Afflict. in c.j.ſuper glo.j. nume.16.de pace iuramento firmanda.

Regula cccvii.

Famulus ſi aufugit,eo ipſo res amiſſas per dominū præſumitur ſubtraxiſſe.Hanc regulam probat glo. in Auth.de exhib.reis. in §. ſi verò etiam quidam iurent. in glo.in verbo,factum.Collatio.6.§.facit tex.in l.2.in §.ſin autem reus,& in §.& ſi actor.C.de iuramen. calum. Ratio eſt:quia fuga facit quem ſuſpectum & haberi pro confeſſo:vt in d.§.ſi verò quidam not. glo. in l.impuberibus. in §.preterea.ff.de ſuſpectis tutoribus.Circa quam regulam vide Bar.in l.conſiliarios.C.de aſſeſſoribus.Lucā de Penna in l.coloni.C.de agric.& cenſit.lib.11.vbi plura de materia fugæ Lud.Rom.in l.lege Cornelia.& ibi Io. Igneū. ff.ad Syllan.Fel.in c.nullus.de præſump.Io.Ber. in regula 33.Iaſ.in repet.l.admonendi.nu.167.ff.de iureiur. Hipp. in repetit.Rub.C.de probatio.nu.259.Corſetum in Repertorio ad Abbatem:in verbo, fuga. Marcum Antoniū Blancum in tractatu de indicijs & tortura. nume. 423.

Limita primò procedere quando aufugit ante accuſationem : ſecùs ſi poſt : quia tunc licet fugiendo redimere ſanguinem ſuum:ita expreſsè tenet Bar.in l.j.num.1.ff.de bonis eorum qui ante ſentētiam mortem ſibi con. quem ſequitur Matth.Mattheſilla.in notabil.146.Iaſ. in repeti. l.admonendi.nu.169.ff.de iureiur. & in l. ſi hiſ qui . nu.5. C.qui teſta.fac.poſſ. Lud.Rom.vbi dicit ſe ita vidiſſe practicari , in d.l.lege Cornelia.nu.2. & ibi Io. Igneus nu.17. ff.ad Sylla.Hippo.in d.repet.Rub.C.de probat.num.259. Ang.Aret.in tract.maleficiorū,in verbo, quod fama publica.nu.46.Hippo.in ſing.115.& in ſingu.497. Montaluus in gl.l.13.titu.29.part.7.

Limita ſecundò niſi ille qui aufugerit ſua ſpontanea vo luntate,reuerſus eſt : nā propter ipſam fugam non grauatur eius opinio.ita Barto.in l.quis ſit fugitiuus. in §.j.ff.de ædil.edict.per tex.ibi:& ibi Cæpola nu.15. idem Cæpola in l.bouem.in §.qui ad amicum.nu.1.ff.eod.titu. facit tex. in l.3.ff.de re mili.vbi qui fugit animo reuertendi non patitur pœnam ex fuga.& ita tenet Bal.in l.j.C.de ſeruis fugitiuis.facit text.in l.3.ff.de diuor.& in l. quicquid calore. ff.de reg.iur.& dictum Bar.vbi ſuprà ſequitur Anto. Corſet.in Repertorio ad Abbatem:in verbo,fuga.pro qua limitatione videtur tex.in l.130.ſtyli.

Tertiò limita procedere niſi prædictus famulus aufugit propter ſæuitiam iudicis vel domini:nam tunc nō habet locum hæc regula.ita tenet Lucas de Penna in dicta l. ſi coloni.C.de agric.& cenſit.lib.11.pro qua opinione facit tex.in d.l.quis ſit fugitiuus.in princ.verſicu.item ne eū quidem qui à prætore,cui in diſciplinam traditus erat fugiſſet. & in verſi. ſicuti nec eum quidem qui cùm dominum animaduerteret.ff.de ædil.edict.& ibi Cępola nu.6. Io.Igneus in d.l.lege Cornelia.nu.55.ff.ad Sylla.Iaſ.in repet.d.l.admonendi.nu.169.ff.de iureiur.

Quartò limita non habere locum quando quis aufugeret & iret ad ſuperiorem:quia non dicitur fugere: nā itineris arreptio ad ſuperiorem, loco appellationis habetur ſecundum Hoſt.in c.vt debitus.de appell.not. Bal.per illum tex.in l.ſed & ſi per prætorē.in §.fi.ff.ex quib.cau. maior.

Quintò fallit quandocunq; famulus aufugiſſet ex aliqua iuſta cauſa.ita probat text. in l.quis ſit fugitiuus . in §. apud Labeonē. ff.de ædil. edict. & ibi hoc tenet Cępola. Eandem opinionem tenet Bal.in l.in bonæ fidei. num.7. C.de rebus credit.Iaſ.in d.repet.l.admonendi.nume.169.

Regula cccviii.

Fœminae regulariter deterioris conditionis ſunt quàm viri,quātum ad ciuilia &, publica officia . Hanc regulam probat tex.in l.fœminæ.ff.de regu.iur. in l.j.ff.ad Velleia.in l.fi. C.de arbitr.tutel. ibi , ab omni iudiciorum agmine.in l.fi.ff.de fid.inſtru.tex.notab.in l.multis.de ſtatu homi.Circa quam regulam vltra Doct.in l. 62. Tauri. vide And.Tiraq.in legibus connubialib.in gl.3.num.160. Cæſarem Lamb.in tract.iuris patr.in 3.par.2.lib. in 19.articu.5.q.princ.fol.361.col.4.nu.1.cum alijs.Io.Cirier, vbi ponit rationem huius regu.in tract.de primoge. in j.lib.q. 20.per totā q.Chaſſ.in conſuet.Burg.in tit.{Des iuſtices.} Rub.j.§.6.fol.65.col.2.num.40.Guliel.Bened. vbi ponit plures laudes fœminarū.in repet.c.Raynutius. in verbo, duas habens filias.nu.4.cum ſeq.Chaſſa. in Catologo gloriæ mundi,in 2.par.conſideratione 8.cum ſeq.conſiderationibus:vbi etiam ponit plures laudes mulierum.Pyrrhū Englebermæū,& doct.in l.fœminæ.ff.de regu. iur. Marc. de Mantua in tract.l.Oppiæ,poſito poſt 500. apothemas quas fecit in magno volumine.Matth.de Afflict.in c.vnico,nu.47.de nat.ſucceſ.feudi.Nepotem à monte Albano in tract.de excep.art.7.Gome.in c.mulieres.de iud. lib.6.

Hanc regulam ponit Specu.poſt glo.in d.l.in multis. in tit.de pcu.in §.ratione.vbi ponit 37.caſus in quibus fœminæ ſunt deterioris conditionis quàm viri. Alios caſus etiā in quibus fœminæ ſunt deterioris conditionis quàm maſculi,ponit Lambertinus.in tract.iuris patr.in j.par.j. libri,in 2.art.7.q.prin.fol.58.nu.1.cum ſeq. Præterea 39. caſus ponit Philip.Dec.in d.l.fœminæ . nu. 1: vſq; ad nu.55.

Caſus autem in quibus fœminæ ſunt melioris cōditionis quàm viri,ponit Hippol.de Marſi.in ſingu. 248. Vndecim caſus ponit Spec.in d.titu.de procu. in d.§.ratione. nu.3.Decem & octo caſus ponit Philip.Dec.in d. l.fœminæ.à num.70.vſque ad num. 83. Ad hæc centum caſus in quibus conditio fœminarum eſt melior quàm maſculorum,ponit Io.Baſianus in glo.ad conſuet. Aluerniæ, in titulo {Des donations.} c.14.arti.11.per totum.fol.85.colum.3.cum ſequentib. Poſtremò circa hanc regulam 13. caſus in quibus conditio fœminarum & maſculorum eſt æqualis,ponit Specu.in d.§.ratione.nume.3.verſi.porrò. Philip.Dec.in d.l.fœminæ.nu.86.

Regula cccix.

Fœmina non ſuccedit in feudum. Hanc regulam probat tex.in c.j.in §.& hoc autem notandum eſt. de his qui feud.dare poſſ.in Vſib.feud.& in c.j. de ſucceſſione feudi.De iure regio probatur in l.6.tit.26.part.4. & ita expreſsè tenet Bal.in d.l.quoties.nume.7. C.de ſuis & legit.hæred.Roma.in conſi.32.Iaſ.in conſil.8.numer.28.& in conſi.9.nume.2.& in conſi.114.nume.1.volu.j. Pau.de

Caſt.in conſi.176.in j.volu.Bartò.in conſi.72.& 92. Ang. in conſi.262.& 321.Alex.in conſi.10.col.2.vol.5. Maria. Socin.Iunior in conſi.65.nume.23.vol.j.Pau.Pariſ.in conſil.4.nume.2.& 3.& in conſi. 12.nume.1.vol.j.& in conſil.72.nume.75.libr.4. Ludouicus Gozadinus in conſil.8. nume.5.& in conſi. 10.nume.13.& in conſi.26.nume.31. & in conſi.56.nume.16.Ripa in conſi.1.nume.69.volu.j. Carol.Ruin.in conſi.167.nume.6.volu.5.& in conſil. 17. nume.1.cum alijs,lib.j.Roma.in conſi.1.nume.1.cũ alijs. And.Barb.in tract.de præſtan.Card.in 5.q. primæ partis. nume.15.Matth.de Afflict.in c.j.in §.filia verò. num.1. de ſucce.feudi.Nicol.Boerius in conſuet.Bituricen.in tit. de feudis.§.7.Pau.Pariſ.in conſi.98.num.15.vol.2. Et circa hanc regulam vide Pau.Pariſ.in conſil.1.numer.1.cum alijs, volu.1. Vldaricum Zaſium in tract. feudorum,in 8. parte,nume.36.cum alijs.Laurentium Syluanum in conſil.1.nume.28.& 117.Corneum in conſi.239.nume.1.cũ ſequen.volu.j.& quod ſuprà dixi in regula 103.

Hanc regulam cum ſeptem limitationibus poſuit Bernar.de Luco in regul. 282.remittendo ſe ad Georgium Natam in repet.c.quamuis pactum.numer.183.de pactis. lib.6.quas limitationes ante Georgiũ Natam poſuit Bald. Nouel.in tract.de ſtat.loquentibus de dote, poſito in tracta.de dote.q.42.nume.2.Et quinque rationes ad hanc regu.ponit Bal.in l.quoties.nume.7.C.de ſuis & le. hær. quẽ refert Iaſ.in l.ſi quis id quod.nu.12.ff.de iuriſd.omn.iudic. eaſdem rationes ponit Chaſ.in conſuet.Burg. in tit. {Des fieſz.} Rub.3.§.5.fol.112.col.j.nume.28. Eaſdem ponit Gul.Bened.in repet.c.Rainutius. in verb.duas habens filias.num.31.eaſdem ponit Franc.Cur.Iunior in tract. feu. in 3.part.in princ.nume.1.Ioan. Iacobus de Leonardis in conſi.114.nume.28.inter conſil. Alber.Brun.

Porrò vltra ſuprà dictas limitationes primò fallit quando adeſſet conſuetudo,ꝙ fœmina ſuccedat in feudum, vt eſt in regno Siciliæ:quia ſtante tali conſuetudine licitè mulieres ſuccedunt in feudis,vt in c.j.de feudi cognitione, in vſib.feud.& ita expreſsè tenet Io. Faber in Auth. ingreſſi.C.de ſacr.ſan.eccleſ. Aluar. in c.j.in §. & quia vidimus. & ibi And.de Iſer. qui feudum dare poſſ. Iaſ. in l. de quibus.nume.64.ff.de leg.Iacob.de S. Geor.in tract. feud.in verbo, & fœminis.nume.9.Chaſſ.in conſuet. Burg. in tit. {Des fieſz.} Rubr.43.§.5.fol.112.col.j.numer.29. Eandem opinionem tenet Ioan.Campecius in conſil.11.nume.53.inter conſilia Alberti Bru. Phil. Dec. in conſil.39. nume.12.& in conſi.208.nume.5.& in conſi.424.nu.13. & in conſi.445.num,20.in conſi.488.num.17.Lud.Gozadinus in conſi.8.nu.10.& 41.Pau.Pariſ.in conſi.13. nume.21.volu.j.Matth.de Affli.in c.j.nu.25.de alienat. feudi paterni.& ſtante ſuprà dicta conſuetudine, etiam ſi dignitas ſit regia,poteſt fœmina ſuccedere, vt ſuprà dixi. ita expreſsè tenet Panor.in d.c.dilecti. & in c.ſignificaſti. de arbitris.& in c.ex parte.de foro compet. Chaſſan. vbi ſuprà,nume.32.vbi ponit omnes dignitates in quibus in regno Franciæ fœminæ ſuccedunt, & in quibus regnis fœminæ ſuccedunt,& in quibus non ſuccedunt, ponit And. Tiraq.in tract.de primogenit.q.10.nume.2.cum ſequen. Guliel.Bened.in repet. c.Raynutius. in verbo, duas habens filias.nume.67.de teſtamen.

Secundò fallit quando fœmina eſſet conſueta in armis: nam in hoc caſu ſuccedit in feudum:ſicut legitur de vxore Mithridatis,vt teſtatur Valerius Maximus in titulo de amore coniugali.ita expreſsè tenet Andr. de Iſer. in c.j.in §.notandum.qui feu.dare poſ. Quam fallentiam per ſuprà dictam rationem Bal.reprehendit Iaco. de S.Georg. in trac.feud.in d.verbo,& fœminis.nume.8. eandẽ reprehendit etiam Franc.Iunior in trac.feu.in 3.parte,in princ. nume.9.Matth.de Afflict.in d.c.j. in §. & quia vidimus. nume.23.de his qui feud.dare poſſunt.

Tertiò fallit quando dominus propter ſeruitium patris dedit feudũ filiæ.ita probat glo.in c.j.in §.cùm verò Conradus.in gl.ſic ergo.qui feud. dare poſ. & ita expreſsè per illam glo.tenet Iacob.in d.verbo, & fœminis nu.4. Eandem opin.tenet Ludo.Gozadinus in conſil.26.nume.17. Fran.Curt.Iunior in trac.feud.in 3.par.princ.num.4. pro qua opin.eſt tex.in c.vnico,quemadmodum feu.ad filiam pertineat.in vſib.feu.& ita tenet Pau.Pariſ.in conſi.4. nume.7.volu.j.

Quartò limita in feudo ligio,in quo fœmina ex conſuetudine ſuccedit.ita Spec.in tit.de feudis.in §.quoniã.verſi. 21.& ibi Io.And.in addit.incip.eſt ſciendum ꝙ Iacob.de Belui.Alex.in conſi.30.vbi ponit quid ſit feudum ligium. nu.3.vol.j.glo.quæ etiam hoc ponit in Clemen. paſtoralis.in §.verum.in verb.homo quæ ligius. de re iudi.quam glo ſequitur Chaſſan.in conſuet.Burg. in tit. {Des fieſz.} Rub.3.§.3.fol.106.col.4.nu.10.Eandem opinionem, ſcilicet ꝙ in feudo ligio fœmina ſuccedat, tenet Iaſ.in repetit.l.de quibus.num.64.ff.de legib. & in procem. feu. nume.111.Franc.Cur.Iunior in tract.feu.in d.3.part. nu.13. Guliel.Bened.in repet.c.Raynutius.in verbo,duas habẽs filias.nume.68.Phil.Dec.in conſi.424.Lud;Gozadinus in conſi.56.nu.21.Ripa.in conſi.1.nume.75. vol.j. Soc. Iunior conſi.72.nu.22.vol.j.

Quintò limita non procedere quando ſententia eſſet lata inter aliquas partes, & fiat mentio qualiter tale feudũ ſpectat ad Titium & filios: quia tunc admittuntur ad ſucceſsionem fœminæ ſicut maſculi. ita mirabiliter concludit Alex.in conſi. 1.nu.22.vol.5.Motus in effectu:quia in verbis ſententiæ, maſculinum genus concipit fœmininũ. allegat Arch.in c.ſi quis ſuadente.nu.417.q.4. imò fortiùs dicit Alex.ꝙ non ſolùm hoc procedit in ſententia iudicis,ſed etiam in ſententia arbitri: cùm arbitria ſint redacta ad inſtar iudiciorum,vt in l.j.ff.de arbitris.quæ opinio Alex.per plura fundamenta reprehenditur à Franc. Curt. Iuniore,in d.tract.feud.in 3.par.nu.15.

Sextò limita non habere locum quando aliquis infeudaret allodium ſuum,id eſt,propriũ patrimoniũ: & poſteà deceſſerit relictis maſculis & fœminis. Nam in tali feudo ita ſuccederent fœminæ ſicut maſculi:& tenebitur vaſallus ita recognoſcere feudum à fœminis ſicut à maſculis.ita expreſsè concludit Iacob.Aluarotus in c.j.in tex.ſin fi.& in 3.col.nu.5.verſi.quidam tamen timore huius contrarij. de eo qui ſibi & hæredibus ſuis maſcu. & fœmi. in vſibus feud.De qua limitatione & opinione Aluaroti dicit multum dubitare Franc. Curt. Iunior in tract. feudorum,in 3.parte,nu.16.per rationes ibi per eum adductas.

Limita ſeptimò:nam licet validum ſit argumentum de feudo ad emphyteuſim, vt probat glo. in c.j.an agnatus vel filius.in vſibus feu. de qua glo. ſuprà feci mentionem in regu.40.in 10.ampliatione: tamen fœmina ſuccedit in emphyteuſi.ita probat text. & ibi Bald. in c.2.ſi de feudo fuerit controuer.& in Auth.de non alienan. in §.emphyteuſim.collat.2.& ita expreſsè tenet Io. Baptiſta Caccialupus in tract.de feudi cognitione,in 7.artic.in differentia inter feudum & emphyteuſim,nu.14. Ang. de Gambellionibus in tract.de teſt.in glo.4.nu.30. Marianus Soc.Iunior in conſi.71.nu.25.vol.j.& in conſi.104.nu.13.vol 2.

Octauò limita non procedere quandocunq; pater decedit relicta vnica filia, quæ petat ſe mitti in poſſeſsionẽ beneficio legis ſi.C.de edicto diui Adri.toll.nam filia debet mitti etiam ſi res ſit feudalis: & agnati etiam quo ad impediendam immiſsionem in poſſeſsionẽ in re feudali, non erunt legitimi contradictores,etiam ſi feudum ſit eis debitũ,& veniat illis reſtituendum. ita probat text. in c.j. in §.inter filiam.& in §. definito.ibi, Reſpondi filiam in poſſeſsione feudi manere debere, donec de eo iudicetur. & ibi And.de Iſer.Bal.& cæteri Doct.ſi de feud. defuncti conten.ſit.gl.in c.j.gl.j.de controuerſ. inter maſculum & fœminam.& hanc opi.Io.And.tenet in addit.ad Spec. in titu.de teſtam.in §.ſequitur.col.pen.verſi.ſed pone.in additione incipiẽte,dubitatur etiam.Idem Io.And.in tit. de feudis.

feudis.in §.quoniam. versicu.2 t.in additione incipiente, cessante. quem refert & sequitur Alex.in l.fin.colum.vltim.versicu.aliud notabile dictum.& ibi etiam Iaf.nu. 26. Franc.Curt.Iunior nume.84.C.de edicto diui Adria. tollend.Eandem opinionem tenet Philippus Decius in con fil.424.num.10.idem Decius in consil.467.numer.9. & in consi.498.nnmer.2.& in consil.588.numer.9.Carolus Ruinus in consi.18.nume.20.volum.1.Albertus Brun. in consi.1.numer.12.Ioan.Campecius in consil.2. numer.7. cum sequen.inter consilia Alber.Brun.Ludoui.Gozad. in consi.6.nume.86.& in consi.7.nume.10.& 11.Pau. Parif. in consi.22.nume.65.& in consi.41.nume.2.vol.j. Nicolaus Bellon.iu consi.10.Fran.Cur.Iunior in consi.30. nume.10.& in consi.41.nu.5.& in consi. 108.numer.14. & in tract.feud.in 3.parte,nume.23.Quod tamen est verum,nisi agnati offerant se incontinenti probare esse feudum:nam tunc bene possunt impedire prædictam missionem.pro quo facit tex.in argumen.in l.si his.in §.j.ff.vt in poss.lega.& ita per illum tex.limitat hoc & declarat And. de Iser.in d.§.si inter filiam.quem sequuntur ibi Præposi. Aluarotus & Doct.eandem opinionem tenet Ludouicus Gozadinus in consi.7.numer.2.& in consi.50. numer.20. De iure regio probatur in l.2.tit. 14.par.6.

Nonò limita non habere locum quandocunque feudum est sub annua præstatione concessum, si non sit con cessio ad masculos restricta: nam tunc non dicitur propriè feudum,sed mercenarium: secundum Bal.in l.si quis. C.de operis liberto.& in l.qui se patris. C. vnde liberi. & magis participat de empbytensi quàm de feudo, vt tenet Bal.in c.quæ in ecclesiarum.col.3.de consti. & ideo in tali feudo fœmina admitti debet, cùm succedit in empbyteusim, vt suprà dixi in septima limitatione. & ꝙ in tali feudo fœmina succedat,concludit expressè Soc.in consil. 257.num.4.volu.2.Motus hac ratione: nam iura quæ excludunt fœminam à feudo,loquuntur in simplici & vero feudo:& cùm sint contra ius commune, non debent habere locum in feudo conditionato & improprio. & illam opinionem Soc.per suprà dicta sequitur Carolus Ruinus in consi.24.nume.7.lib.j.Paulus Parisi. in consil.4.nu.22. vol.j.in consi.12.nume.20.eod.volu. Alex. in consil.136. col.2.vol.j.Lauren.Sylua.in consi.42.numer.6.& in consil.3.nume. 59.Albert.Brun.in consi.41.nume.4. Hieron. Gratus in consi.11.nume.154.lib.j.Ludouic. Gozadi.in consi.8.nume.16.& in consi.56.nume.17.

Decimò limita suprà dictam regulam procedere de consuetudine feudorum, vt patet in iuribus in principio allegatis: secus tamen est de iure communi: quo iure ita succedunt fœminæ sicut masculus, vt in l. maximum vitium.C.de libe.præte.vel exhæredat. vbi adducitur ratio. & in Authen.de hæredi.ab intest.venien.per totum, col-lat.9.vbi sublata est differentia sexus respectu successionis.Habetur etiam in Authen.de successione.C.de suis & legit.hæredi.& in §.sed & hæc quidem. cum concordan. Instit.de exhæredat.liberor.ita tenet Pau.Parisi.in consi.4. nume.1.vol.j.& in consi.21.nume.1.eod.vol.

REGVLA CCCX.

FOEMINAE regulariter non computatur in numero eorum qui possunt inducere cōsuetudinem. Hanc regulam ponit Bar.per tex.ibi in l.j.nume.7. ff.de legibus. idem Bar.vbi hoc notabiliter declarat in l.2.C.quæ sit lōga consuet.Abb.in c.fi.nume.8.& Anto.de Butr.num.43. & And.Barb.nume.174.de consuetu.Roma.in singu.42. Panor.in consi.53.in princ.volu.2.Card.Alex.in c.frustra. in fi.8.dist.Hanc etiam regulam ponit Rochus de Curte in tract.de consuetu.numer.386. vbi refert Innoc.tenere contrariam opinionem.in c.2.de no.ope.nunc.& ibi dicit ꝙ allegata per Inno.non probant opinionem suam: & refert etiam Barb.qui sibimet contrarius videtur tenere cōtrariam opinionem.in rubr.nu.10.de consuet. per fundamenta de quibus ibi per eū: quibus respondit Rochus de Curte,vbi suprà,& hanc opi.regulæ tenet Marian.Socin. in consi.7.num.8.vol.j.inter consilia Bartholomæi Socini.Catellianus Cotta in memoralibus iuris:in verbo, masculinum. Lambertinus in tracta.iuris patronat.in j.parte j.libri,in 2.artic.7.q.princ.fol.58.col.2.num.11. Hanc regu.cum tribus limitationibus posuit Bernard.de Luco in reg.483.referendo Iaf.in d.l.j.nume.14.ff.de legibus.

Limita primò vltra eum vt nō procedat in mulieribus quæ sunt moniales, vel quæ collegium faciunt: quia possunt statuere,& consuetudines inducere:probatur argum. tex.in c.dilecta.de maiori.& obed.& ita per illum text.tenet Anto.de Butr.in d.c.fi.allegando illum text. nu.43.de consuet.Pro qua opinione facit quod not. Specu. in tit.de syndico.versi.quid de mulieribus.quam opinionem tenet etiam Rochus de Curte, vbi suprà, nume.388.

Limita secundò quando consuetudo mulierum à populo saltem tacitè approbata.ita sentit Bar.in repe.l.2.nu.13. C.quæ sit longa consuet.exemplificando in consuetudine mulierum ꝙ primogenita succedat.Certè si id deueniat in notitiam populi qui non contradicat, valebit consuetudo: vt ibi per eum.quem sequitur Rochus de Curte,in d.tracta.de consuet.nu.388.Eandem opinionem sequitur Andre.Tiraq.in tract.de primogenitura.q.15.

REGVLA CCCXI.

FOEMINA non potest esse procuratrix. Hanc regulam probat text.in l.qui absente. & in l.alienam.C.de procurato.& in l.nec fœminæ.ff.eod. tit. & in l.fœminæ. ff.de reg.iur.& glo.in c.cum dilecta.in verbo, procuratricem.de confirmatione vtili vel inutili. & in c.noua.in vec bo,prædicare.de pœniten.& remissio. & in l.in multis.ff. de statu homi.cum alijs. De iure regio probatur in l.4.titu.4.lib.j.fori:& in l.5.titu.5.parte 3. & in l.12.eod.titu. & par.Circa quam regulam vide Iaf.& doct. in d.l.alienam.& C.de procurato.Specu.in tit.de procura.in §.j.in prin.Nepos à monte Albano in tract.exceptionum, artic.8.nu.13. Io.Monachus in defensorio iuris:in Rubr. contra procuratorem.nu.3.Decius in l.fœminæ.num. 14. ff.de reg.iur. Abb.& Deci.in c.cū dilecta. de confirma. vtili vel inutili.

Limita primò non procedere in extraiudicialibus: nā in extraiudicialibus procurator constitui potest. ita tenet Barto.in d.l.fœminæ.in versi.si verò explicandum.allegat pro hoc tex.in l.3.in §.j.ff.de nego. gest. Quē sequitur ibi Phili.Dec.nu.14.Alex.in l.quamuis.in §.nihil. ff. ad Trebel.Albet.& doct.in d.l.alienam.& ibi Iaf. nu.2.in fi.facit pro hoc tex.in l.sed & si quis.in §.parui. ff.de institoria.& in l.idemq;.in §.si cui mandauero.versic.si mater.ff.manda.Eandem opi.tenet Abb.in c.cùm dilecta.nume.17.& ibi Dec.de confirm.vtili vel inutili.Eandē opi. tenet Anto.Corse.in repert.ad Abb.in verb. mulier.in fi. Petrus de Vnzola in practi.artis notariatus.in rub.de personis.nu.6. And.Tiraq.in ll.connubialib. in glo.3. nu. 160. & ideo licet mulier ex forma statuti obligare se non possit, vt in l. 55.Tauri officium tamē procurationibus ad negotia suscipere potest.ita tenet Ang.in l.quamuis. ff. de acquiren. poss.quem vltra Tiraquel.vbi suprà,sequitur Philip.Dec. in d.l.fœminæ.nu.14.& in d.c.cum dilecti.nu.13.

Secundò limita in iudicio voluntariæ iurisdictionis.ita tenet Bal.per illum tex.in l.fi.§.id quoque. C.communia de manumiss.quēm sequitur Iaf.in l.alienam,num.2.C.de procur.Dec.in d.l.fœminæ.nu.15.idem Philip. Dec.in c. cum dilecta.nu.31.versi. secundò fallit.de confirma.vtili vel inutili.vbi dicit quod tex.ille hoc generaliter probare non videtur,cum in casu speciali loquatur: vt not.ibi glo. per tex.in l.nec mulierem.ff.de nego.gest.

Tertiò fallit in Abbatissa, quæ pro suo monasterio potest esse procuratrix: vt in c.cū dilecta.& ibi glo.in verbo, procuratricem.de confirmatione vtili vel inutili. & in c. dilecti.in verbo,sint remotæ.de arbitr. quibus concordat l.5.tit.5.par.3.& ita hoc tenet Philip. Dec. in d.l.fœminæ. nu.15.& in d.c.cum dilecta.nu.31.versi.sextò fallit Iaf.in

d.l.alienam.nume.2.C.de procur.& ibi Iaco.de S.Georg. nume.5.& circa hanc limitatio.vide quæ no. Fel.in c.cum l.& A.numet.1 t.de re iudic.

Quartò limita vbicunq; agitur de periculo animæ: scilicet si agitur de repetitione vsurarum vel decimis: nam tunc mulier bene potest esse procuratrix. Hoc fuit notabile dictum Archidia.in c.scriptum.6.q.3.quod dictum sequitur & dicit esse menti tenendum Iacob.de S.Georg.in d.l.alienam.numer.6.illum etiam sequitur Philip. Dec.in d.c.cum dilecta.nume.31.versicu.quintò fallit.& in l.fœminæ.nume.16.ff.de regu.iur.Roma.vbi dicit illud dictũ Archidiaconi esse Legistis incognitum,in singu.68.Mouetur Archidiac. per regulã generalem:nam vbi agitur de salute animarum, de apicibus iuris non est curandum: vt in c.duo sunt.19.q.2.& hanc opinionem tenet Pala. Ruuios in rep.c.per vestras.§.34.nume.6.

Quintò limita non procedere fauore minoris: nã quilibet admittitur ad proponendum & probandum exceptiones pro pupillo,etiã si fuerit fœmina.ita tenet Bar.per text. ibi in l.contra impuberes.nu.6.in j.lectura,& etiã in 2.lectura.C.de nego.gest.quod dictum declarat ibi Alex. nume.2.Philip.Dec.in d.l.fœminæ.nume.16.& in c.cum dilecta,numer.31.versicu.quartò fallit. de confirma. vtili vel inutili.Ias.in l.ita demum.versic.tertiò limita. num.2. C.de procura.

Sextò limita procedere si ei opponatur ante litem contestam:aliàs secus ista est glo.ordinaria in l.ita demum. C. de procurato.quam glo.sequitur ibi Ias.numer.2. versicu. quartò limita.

Septimò limita non procedere quandocunque mater non posset per tutorem consuli:scilicet quia filius est maior quatuordecim annis,vel maior viginti & quinque: nã tunc mater admittitur ad defensionem eius: quia si admittitur ad defensionem parentis, vt in l.fœminis. ff. de procurat.multo magis debet admitti ad defensionem filiæ. argu.tex.in l.nam & si parentibus. C.de inoffic. testa. ita tenet Bar.in d.l.alienam.nu.2.in 2.oppositione. & ibi Alex. numer.3.Iacob.num.7.& ita communiter teneri dicit ibi Ias.nu.2.licet aliter ibi sentiat.

Octauò limita non procedere si talis mulier sit in rem suam constituta:vt in l.qui absentem.C.de procurat. in fi. & ibi glo.fi.tenet Specu.in titu.de procur.in §. ratione.nume.1.Io.Monachus in d.defensorio iuris, in Rub. contra procuratorem.num.3.versi.secundus casus. pro qua opinione est tex.in l.4.& ibi Montal.in glo.4.titu.10. lib.j.fori.Eandem opi.tenet Ias.in l.qui stipendia.nu.1.C.de procurat.Quod tamen intellige verum interueniente licentia mariti quandocunque nupta est:vt est tex.in l.55. Tauri.& ibi Castillo in glo.in verbo, {haziendo.

Nonò limita quando muliet esset procuratrix pro parentibus,morbo aut ætate agere impeditis, nec alios procuratores inuenientibus:vt in l.fœminis.ff.de procurat.gl. in d.l.qui absente.C.eod.tit.De iure regio probatur in l.5. titu.5.par.3.ita Spec.in d.titu.de procuratore.in §.j.Ioan. Monachus in d.defensorio iuris,nume.3.in d.Rubr.contra procuratorem.Nepos à monte Albano in tract. exceptionum,artic.8.nume.13.Montal.in glo.4.titu.10. libr.j. fori.Guliel.Mayne.in l.fœminæ.nume.24.ff.de regu. iur. quæ opinio mihi vera videtur: cum sit officiũ pietatis & naturale q̀ filius teneatur subuenire parentibus,maximè existentibus in necessitate: licet Castillo in d. glo.in verbo,{haziendo,} dicat q̀ ista limitatio & sic tex.in d.l.fœminis est correctus per d.l.55.Tauri.

Decimò limita quando cessæ vel mandatæ sunt sibi actiones:vt in l.qui absente.C.de procurat. & ita per illum tex.tenet Io.Monachus in d.Rub.contra procuratorem. nume.3.versi.tertius casus.Nepos à Monte Albano in tractã.exceptionum.artic.8.nume.13.versic.secundus casus.

Vndecimò limita quando mulier gerit tutelam filiorũ: vt in l.fin.& in Authen.ibi posita. C. quando mulier officio tutelæ fungi possit.& in c.ex parte. de appellatio. & in c.ex tenore.qui filij sint legi.ita tenet Specu. in tit. de procuratore.§.j.nu.1. Montal.in d.l.4.tit. 10.lib.j.fori. Nepos à Monte Albano in d.arti.8.nu.13. versicu. quartus casus. Philip.Francus in c.mulieres.nu.3.de iudicijs. libr.6.

Duodecimò limita quãdo mater litigat in iudicio pro libertate filij sui:vt in l.amplius.ff.de libera. causa. & probatur de iure regio in d.l.5.titu.5. parte 3.glo. fi. in d.l.qui absente. C.de procur.

Decimotertiò fallit in causa filij per sententiã condemnati:nam mater potest pro eo appellare, & causam prosequi.ita probat tex.in l.j.in versi. sed & si cum mater. ff. de appella.recipien.& ita per illum tex.tenet.glo.2.in d. l.alienam.ita etiam probat tex.in c.non solent. 2.q.6. & ita tenet Montal.in glo.d.l.4.tit.10.lib.j.fori.

Decimoquartò limita habere locum nõ solùm pro filio,verùm etiam pro quolibet cõsanguineo. ita tenet Specu.in d.tit.de procuratore. in §.j.num.1.versi.idem forte. allegat text.in c.cum simus. de regul.qui hoc non probat. Quæ opinio probatur de iure regio in d. l.5.tit.5. parte 3.

Est tamen notandum circa declarationem huius regulæ,an in suprà dictis casibus in quibus mulier admittitur ad defendendum alium, iuuetur beneficio senatusconsul. Velleiani.Bar.in d.l.alienam.nu.4.C.de procurat. concludit q̀ sic.& ideo dicit q̀ debet esse cautus aduersarius, vt faciat eam renunciare beneficio Velleiani: alioquin ipse reperiet se deceptum sua stultitia:non autem legis authoritate.allegat ad hoc tex.in Authen.matri & auiæ.C.quando mulier officio tutelæ fungi potest. Eandem opinionẽ sensit ipse Bar.in d.l.fœminis.ff.de procur. vbi dicit tutius esse quod ipsa renunciet beneficio Velleiani: & sic sentit q̀ potest iuuari dicto beneficio. Hanc opinionem sequitur Bal.& ibi Salic.in d.l.alienam.C.de procur.allegant ad hoc tex.in l.2.in §.fi.ff.ad Velleianum.

Contrariam tamen opinionem tenet Cyn. in d.l.alienam.C.de procurato.quem sequitur ibi Pau.de Cast. Eandem opinionem tenet Bar.sibimet contrarius, per tex.ibi in d.l.j.ff.de appellat.recipien.quem ibi sequitur Raph.Cumanus,& ibi Matthæ.Mathesilla.Ang.de Perus.in d.l.fœminis.ff.de procurato.pro qua opinione vltra text.in d.l.j. est etiam glo.quã ibi sequuntur doct.in Lexigendi. in verbo,condemnatione.C.de procurat.vbi probatur q̀ in casibus in quibus minor admittitur ad defendendum aliquẽ, non iuuatur beneficio minoris ætatis: & sic non restituitur.nec obstat tex.in d. Authent.matri & auiæ: quia ibi loquitur in casu speciali:scilicet quando Imperator concessit nouum beneficium matri vt posit esse tutrix filij sui: quo casu debet renunciare Velleiano. Nos autem loquimur in casu à iure antiquo permisso, in quo nõ est necesse seruare formam, de qua in d. Authent. matri & auiæ. quam opinionem tenet Alex. in dicta l.alienam. num.4. Ias.nu.3.& eam tanquam æquiorem esse tenendam,tenet expressè Iacobi.de Sancto Georg.in d. l.alienam. nu.9.

REGVLA CCCXII.

FOEMINA pro debito ciuili non potest capi nec carcerari in domo,nec extra domum.Hanc regulam probat text.in l.j.C.de officio diuersorum iudicũ. & in Auth. ibi posita: & in Authent. hodie nono iure. C. de custodia reorum.gl.in l.consentaneum.in verbo, ad cogendum.& ibi Bart.& doct.C.quomodo & quando iudex. & in l.ad egregias.in glo.j.ff.de iureiur. De iure regio probatur in l.62. Tauri.& in l.2.tit.11.& in l.3.tit.13.lib.5.ordi. Hanc opinionem tenet Ias.in l.cum dubitator. nu.93.C.de iure emphyt.& in l.plerique.nume.34.ff.de in ius vocan. & in l.si ego.nume.4.ff.si cert.pet.& in l.ad egregias.nume.9.ff. de iureiur.Cifuentes & doct.in d.l.62.Tauri.Philip.Dec. in reg.fœminæ.numer.72. ff. de reg.iur.Palat.Ruui.in repet.cap.per vestras. §. 21. numer.22. Roderic. Xuarez in l.2.tit.{de las iuras.} lib.2.fori:in 5.q.nu.6.Barb.in c.lator. nu.1.de pignoribus. Domi.Franc.Luc. Gomez & cæteri doct.

doct. in c. mulieres. de iud. lib. 6. Bal. in tract. de carceribus. c. 1. nu. 3. Io. Baptista. de S. Seuer. in tract. de debitore suspecto & fugitiuo. q. 5. nu. 22. Maria. Soci. in tract. de citationibus, arti. 5. nu. 39. versi. decimosextò fallit. Bar. & docto. in l. nemo carcerem. C. de exactoribus tributorum. lib. 10. Nicol. Boerius in decis. 349. nu. 11. Hippol. de Marsilijs in pract. criminali. §. attinguam, nu. 64. & in sing. 248. Petrus Rebuf. in gloss. ad constitutiones regias Galliæ: in tract. de literis oblig. glo. 3. art. 11. nu. 32. Soci. in reg. 249. ponit reg. cum 7. fallentijs, quòd mulier personaliter capi non potest vt ducatur ad iudicium.

Per quam regulã ampliatur primò hæc regula nostra.

Amplia secundò procedere etiam si debitum sit fiscale: nam tunc mulier etiam incarcerari non potest. ita tenet Bar. in l. nemo carcerẽ. C. de exactori. tribu. lib. 10. per text. in d. l. 1. cum Authen. ibi posita. C. de offic. diuerso. iudicũ. & in d. Auth. hoc die. C. de cust. reorum. ita expresse tenet Cifuentes in d. l. 62. Tauri: in prin. & ibi Pala. Ruui. in prin. quam opinionem tenet Ioan. de Platea in d. l. nemo carcerem. & ita expresse tenet Nicol. Boer. in consuetu. Bituricen. in tit. 1. in §. 4. glo. 3. fol. 5. col. 1. Ioan. Baptista Caccialupus in tract. de debitore suspecto & fugitiuo. in 5. q. nu. 21. Pro qua opin. est text. in. d. l. 62. Tauri: ibi, {por ninguna deuda.} & in l. 2. tit. 11. & in l. 3. tit. 13. lib. 5. ordi. Eandẽ opi. tenet Matth. de Afflict. in c. vnico, versi. condemnatorum. nu. 62. quæ sint rega. in vsib. feud. Nic. Boer. in repet. l. consentaneum. nu. 139. C. quomo. & quan. iudex.

Amplia tertiò in tantum procedere vt iudici contra facienti imponitur pœna capitalis. probat text. in d. l. 1. & in Auth. ibi posita. C. de offi. diuerso. iudi. & ita per illum tex. tenet Castillo in d. l. 62. Tauri. in prin. Hanc opi. tenet Bal. in l. consentaneum. C. quomo. & quan. iudex. Ludo. Rom. in repe. l. 1. in q. 20. C. de hæred. instit. & notabiliter Thomas Grammaticus in decisi. 33. nu. 9.

Amplia quartò etiã si debitũ ex delicto descendat. Ita expresse probat text. in Auth. Sed hodie nouo iure. C. de custodia reorum. & istam opi. per illũ tex. tenet Bal. in l. 3. C. de episco. audi. Ias. in d. l. si ego. nu. 4. in quo Io. de Imol. in c. lator. nu. 15. in fi. & nu. 16. de pignoribus. quem tex. legit iunctè cũ c. 1. dicens quòd hodie de consuetudine non seruatur: sed de consuetudine carceratur in carcere separato à masculis, quem sequitur Socin. in tract. de citatoribus, artic. 5. num. trigesimonono. Eandem opinionem sequitur Baptista de sancto Seuerino in tract. de debitore suspecto & fugi. in 5. quæst. num. 24. Thom. Gram. in d. decisi. 33. num. 10. Quæ opinio & sic suprà dicta consuetudo approbatur hodie de iure nostro regio in d. l. 62. Tauri. & in l. 79. in eisdem legibus.

Limita primò non procedere in muliere meretrice seu luxuriose viuente. ita Bald. in l. consentaneum. C. quomo. & quã. iudex. in vlt. col. Arch. in c. definimus. 18. q. 2. Alex. in addi. ad Bar. in Authen. matri & auiæ. C. quando mulier officio tutelæ fungi possit. Ioan. de Platea in l 2. col. 6. ante finem. C. de exacto. tributo. lib. 10. pro qua opinione est tex. in d. l. 62. Tauri. Porro quãdo mulier dicatur meretrix, ponunt docto. in d. l. 62. Tauri. Pala. Ruui. in d. repe. c. per vestras. §. 21. Quod tamen est verum nisi prędicta mulier esset nupta, & sic haberet maritũ, per tex. in l. si vxor. in §. 1. versi. qualecunque matrimoniũ. ff. de adulte. ita Io. And. in addit. ad Spec. in Rub. de iniurijs. in 1. additione. quã opinionem sequuntur doct. in d. l. 62. Tauri. Alex. in d. l. plerique. ff. de in ius vocan. & ibi Ias. num. 35. Pala. Ruui. in d. §. 21. num. 22. Bald. in tract. de carceribus, c. 1. nume. 3. Ioan. Baptista Caccialupus in d. tract. de debitore suspecto & fugitiuo, in 5. quæst. num. 23. Barba. in c. lator, nume. 1. de pigno. Roderic. Xuarez in l. 2. tit. {de las juras.} lib. 2. fori, in 5. q. nu. 7. Nicol. Boer. in decisione 349. num. 11. Ias. in l. ad egregias. nume. 9. ff. de iureiur. Hippol. in practica, in §. attingat, nu. 56. & in sing. 248. Rom. in l. si verò. in §. de viro, in secunda fallentia. ff. solut. matrimo. Pro qua opinionę est tex. in l. quæ adulterium. in fi. C. de adulter. vbi lex prohibens accusationem illiciti coitus cum meretrice commissi, non extenditur ad meretricem coniugatam quæ accusari potest per maritum. Eandem opinionẽ tenet Socin. in reg. 259. in 3. fallentia.

Hanc etiam opin. tenet Ludo. Gome. in c. mulieres. nu. 18. de iudi. lib. 6. vbi dicit quòd non solum meretrix maritata, verum etiam non maritata non potest carcerari pro debito. allegat ad hoc text. in Auth. sed hodie nouo iure. C. de officio diuers. iudi ibi, nulla mulier. & ponderat ibi dictionem, nulla, quæ ex sua natura vniuersali nihil excludit, vt in l. impossibilium. ff. de regu. iur. de qua opinione Gomezij in hoc non est curandum, maximè cum hodie contrarium decisum sit per d. l. 62. Tauri, ibi, {si no fuere conocidamente, } sed opinionem eius quo ad meretricem maritatã credo esse verissimam per suprà dicta fundamenta, & alia quæ ipse ibi tradit.

Est tamen verum in eo quod suprà dictum est de meretrice maritata: quòd Philip. Dec. tenet contrariam opinionem in c. pastoralis. nu. 28. de iudi. vbi dicit quòd talis mulier non debet habere aliquod priuilegium ex matrimonio quod violauit: & sic quòd si est meretrix, licet maritata sit. poterit carcerari, & dicit quòd non obstat text. in l. si vxor. in §. 1. quia text. ibi loquitur vbi agitur de interesse mariti: tali casu consideratur matrimonium etiam in meretrice: secus vbi solum tractatur de præiudicio mulieris, vt hic. quam opinionem ante eum tenuit Ioã. Baptista de sancto Seuerino, in tract. de debitore suspecto & fugitiuo, in 5. quæstio. numero 23. Eandem opinionem firmat expresse Ioan. Montolonius in promptuario iuris, in verbo, luxuriare. Eandem opinionem tenet Alex. in consi. 99. nu. 9. libro 6. Quam opinionem tenet Soc. sibimet contrarius in l. plerique. nume. 41. ff. de in ius vocando. vbi dicit procedere indubitanter, quando meretrix maritata meretricatur consentiente viro. Eandem opinionem tenet expresse Hippol. de Marsi. in sing. 279. allegat in hoc text. in argumentum, & quod ibi notatur in l. in arenam. C. de inofficio. testamen. Circa quod aduertendum est quòd eo casu quo vir consentit adulterio vxoris, vir debet puniri & non vxor, per text. in c. si tu abstines. 27. q. 2. in quo multũ valet consuetudo patriæ & occasio: scilicet si mulier meretrix contraxit matrimonium cum aliquo homine vili vel infami, & habito testimonio matrimonij, illicò recedit ab vxore, & sic matrimoniũ nihil aliud operatur nisi vt istud priuilegium fraudetur. ita sentit Ludoui. Gomezius in d. c. mulieres. nu. 23. de iudi. lib. 6.

Secundò limita vbicunque mulier esset obligata ratione tutelæ quam administrauit: & in assumptione tutelæ renuntiauit Velleiano & omni alij auxilio: nam pro debito contracto ratione malæ administrationis dictæ tutelæ bene poterit capi & carcerari. Hoc fuit elegans dictum Bart. in Auth. matri & auiæ. nume. 13. C. quando mulier officio tutelæ fungi possit. fundatur Barto. in hoc: quia per talem renuntiationem beneficia mulieribus concessa tolluntur: & mulier in hoc casu redigitur tanquam si esset tutor masculus: & per talem renuntiationem videtur mulieri sublatum beneficium sibi competens per dictam Authent. sed hodie. C. de officio diuers. iudi. Eandem opinionem tenet idem Bart. in l. si quis sub conditione. nume. 17. ff. de testamenta. tute. hanc opinionem sequitur Salic. in d. Authent. matri & auiæ. num. 14. Roma. Alex. & Ias. num. 34. in d. l. plerique. ff. de in ius vocand. idem Roma. in l. si verò. in §. de viro. & in l. alia. §. eleganter. num. 1 1. ff. soluto matrim. Philip. Deci. in l. fœminæ. nu. 74. ff. de reg. iur. Alex. in additionibus ad Bart. in l. nemo carcerem. nu. 4. C. de exactio. tribu. lib. 10. Eandem opinionem tenet Matth. Matthesil. in singul. 190. Bald. in tract. de carceribus, c. 1. num. 3. Bartholomæus Socinus in regul. 249. in 7. fallentia, & in regul. 229. 2. fallen. & in consi. 180. num. 2. volu. 2. Guliel. Mayne. in l. quo tutela. num. 138. ff. de regu. iur. Marianus Soci. in tract.

in tract.de citationibus.artic.5.num.39.versi.decimosextò fallit. Nicol. Boerius in decisione 249. nume.11.Petrus Rebuffus in gloss.ad constitu.Regias Galliæ:in 1.parte,in tract.de literis obligatorijs.articu.11. in glo.3.numero 32. Iaf.in d.l.ad egregias.num.9.ff.de iureiuran.& in l.si ego.la 2.numero 4.ff.si cert.petat. Hippolyt. in singul.248. Gomezius in dicto cap.mulieres.num.13.de iudic.libr.6. Cifuentes in l.62. Tauri.& ibi Pala.Ruuius num.3.& Castillo in prin.Marcus de Mantua,in d.l.j. C.de officio diuersorum iudicum. Bald. Nouellus in tract.de dote, in 7.parte, priuilegio quinto.Nicol.Boer.in repet.leg.consentaneum. num.141.C.quomodo & quando iudex. Tamen Bartho. Socin.in d.l.plerique.numero 40.ff de in ius voc.dicit non videri sibi verum quòd mulier post dictam renuntiationem possit carcerari,cum sit in præiudicium sexus & ignominiam pudicitiæ: tamen dicit illud dictum sibi placere, cum introductum sit fauore pupillorum. Barbat.etiam in dicto c.lator.nu.4.tenet expressè contra suprà dictam opinionem Bartoli:allegat ad hoc text.in c.2.in §.si.versi.etiã si ad hoc voluntas accederet earundem.de iudic.lib.6.iuncta l.2.§.si autem dignitas.C.de iura.cal.& facit tex.in l.1. C.de officio diuers.iud.vbi ponderatur honestas sexus, & ideo succedit, regula quòd vbicũque aliquod priuilegium est introductum propter honestatem personæ seu sexus, non potest tolli per renuntiationem. ita dixit Bald. in l.1. C.qui bonis ced.poss.& alia de quibus ibi per eum.quod dictum refert Rode.Xuarez in d.l.2.tit.{de los gouiernos.} lib.2.fori,vbi indecisum relinquit in d.5.q.nu.8.

Dico tamen quòd si mulier ista quæ fuisset tutrix esset mater vel auia illius cuius tutelam gessit, haberet beneficium nec conueniri possit vltrà quàm facere possit: vt in l.sunt qui.in fi.ff.de re.iur.non quia mulier, sed quia parës: quia tunc non videtur renuntiatum,& sic non possit incarcerari, & hanc opinionem tenet expressè Præpos.Alex.in c.ex parte enim,nu.11.de appel.vbi refert ita tenere Albe. in l.vbi adhuc.C.de iure dot.Eandem opin.tenet Hippol. per suprà dictas rationes:ad quas dicit se mirari quòd Bar. & suprà dicti doct.non animaderterunt, in pract.crimina li.§.attingam,num.65.Hanc etiam opin.licet Hippol.eum non referat, tenet Io. Baptista de S.Seueri.in tract.de debitore suspecto & fugitiuo.q.5. nu. 26. Quæ limitatio suprà dicta hodie non procedit per tex.in d.leg.62. Tauri.cuius verbo sunt, { ninguna muger por ninguna deuda, que no descienda de delito, pueda ser presa ni detenida, &c.} nam per ista verba,{por ninguna deuda,} videtur nõ posse procedere opinio Bart.suprà dicta,in d.Authen.matri & auiæ. & sic suprà dicta limitatio,cum dicta verba sint generalia & mens legislatoris sit quòd pro nullo debito cuiuscunq; naturæ & conditionis sit, dum tamen non descëdat ex delicto,posset mulier carcerari. & hãc opi.per suprà d.l.Tauri,tenet Roder.Xuarez in d.l.2.tit.{de los gouiernos.}lib. 2.fori,in 5.q.nu.11.fol.299.col.4.

Tertiò limita quando lex vel statutũ disponit quòd debitor fugitiuus possit capi & carcerari:nam tunc comprehenditur mulier fugitiua,nisi specialiter sit excepta ex idëtitate rationis: & sic poterit carcerari. ita expressè tenet Bart.in l.1.nu.24.ff.de peculio. & in l.iura.nu.2.ff.de legibus.Bald.in l.ne passim.C. de iuris & facti ignoran.& in l. quęcunque.C.de seruis fugit.nu. 10. & hanc limitationem expressè ponit Didacus del Castillo, in d.l.62.Tauri,in 1. col.& ibi Pala. Ruui.nu. 4. pro qua limitatione facit quod dixi suprà in reg.175.

Regvla cccxiii.

FOEMINA de iure potest esse testis in causa ciuili. Hanc regulam probat tex.in cap.quoniam.& ibi glo & Abb. in verbo, mulieres, de testibus.facit etiam text.in capitul. tam literis. eodem titul. & ita expressè per suprà dicta iura tenet Robertus Maranta in tract. de ordine iudiciorũ, in 4.parte principali,num.33. Barto.in tractat.differentiarum iuris canonici & ciuilis:nu.6.Speculator in tit.de test. §.opponitur,num.83.Lamberti.in tractat.iuris patronatus.in 1.parte 1.libri,arti.2.7.q.princ.numero 15.fol.58.col.2.Io. Igneus in l.1.§.insta.nume.54.ff.ad Syllanianum.Gulielmus Benedictus in repet.c.Rainutius, in verbo, testamentum.el 1.nu.64. Stephanus Bertrandus in consi.259.nu.2. vol.3.secundæ impressionis.Hierony. Zanetinus in tract. differentiarum vtriusque iuris:differentia 26.nu.38. Iacobinus de sancto Georg.& ibi Florianus,in l.ex eo.ff.de testibus.gl.& ibi doct.in c.forum.in verbo, non fœmina.de verb.signi.& in c.ex eo.15.q.3.facit etiam tex.& ibi glo.in c.mulierem.33.q.5.

Limita primò non procedere in casu c.1.in fine,quot testes sunt necessarij ad probã.inuesti.in vsibus feudo. & ibi Iac.de Perusio,Bal.& Aluarotus,& cæteri doct. Lud.Ro. in repe.l.admonendi.nu.119.ff.de iureiur.Fel.in c.quoniã. num.2.& ibi Philippus Decius,num.18.de testibus.Iacobinus de sancto Georg.in l.ex eo.num.2.ff.de testibus.Ias. in l.si quis agere, numero 19. C.de codicillis.& in leg.hac consultissima,in princ.colum.2.C.de testamen.Philip. Decius in l.fœminæ,num.34.ff.de reg.iur.Ioan.Baptista Caccialupus in tract.de feudi cognitione:artic.6.num.2.And. Tiraquel.in ll.connubialibus,in 9.l.num.52. Guliel.Benedictus in repet.c. Raynutius, in verbo, duas babens filia, num.30.Cato Saccus in repet.l.admonendi,nume.108.& 109.ff.de iureiuran.Hippolyt.in sing.611.Stephanus Aufre.in tract.de reprobatione testium,num.69. Matthæ.de Affl.in c.1.num.104.de controuer.inuestituræ, & in c.1. numero 35.quot testes sunt necessarij ad proban.inuestit. in vsibus feud. vbi dicit hoc non procedere quando mulier esset illustris & haberet feudum: allegat ea quæ notat Cinus & Bald.in l.fin.C.de arbitris.facit etiam quod notat Angel.in l.cum prætor,in §.fin.ff.de iudi. facit quod notat ipse Matth.de Afflictis in c.1. de natura successionis feudi.in vsibus feudorum.

Secundò limita non habere locum in testamentis:nam mulier in testamentis testis esse non potestista probat tex. in l.qui testamento,in §.mulier.ff.de testamen.& in §.testes. Instit.eod.tit. De iure regio probatur in l.17.titu.16. par.6.& ita expressè tenet Fel.& ibi doct.in d.c.quoniam. num.2.de testbus.Decius in d.l. fœminæ.nu.28.ff.de reg. iur.Didacus del Castillo,& ibi cæteri doctor.in l.3.Tauri, Specul.in tit.de teste,in §.1.num.83.Abb.& doct.in c.relatum,el 1.de testamen.Hanc limitationem, vbi eam limitat quatuor modis,ponit Bernardus de Luco in regu.482. Hanc etiam limitationem sublimitat quatuor modis Soc. in regul.419. Hanc item opinionem tenet Lanfrancus de Oriano in tract.de depositionibus testium, numero 110. Iacobinus de sancto Georgio in l.ex eo.numero 2.ff.de testibus.Ias.in l.si quis agere.nume. 19.C.de codicillis. And. Tiraquel.in leg.connubialibus, in 9.leg.num.44.Thomas Grammaticus in decisione 62.nume.16.Carolus Ruin.in consi.292.num.3.volu.2.Chassanæ.in Consuetu.Burgundiæ,in tit. { des successiones. } in §.4.rub.7.fol.239.col.4. num.10.Eandem opinionem tenet Marcus Anton.Baue. in d.§.testes,num.1.& ibi Fran.Ozerius,num.14.Institu. de testam.vbi sequitur glo.in d.§.mulier.in verbo,non poterit:quæ ponit rationem,scilicet propter fragilitatẽ sexus. Quam rationem sequitur ipse Marcus Antonius in num. 10.Eandem opinionem per suprà dictam rationem tenet Nicolaus Bellon.in consi. 14.nu.8. Hanc etiam opinionẽ, vbi eam notabiliter declarat,tenet Marcus Anto. Astensis in repe.l.hac consultissima,in §.ex imperfecto,num.168. cum alijs. C.de testamen. Circa quam limitationem vide quæ dicam in reg.sequenti.

Tertiò limita non procedere in scriptura priuata,tribus testibus subscribenda: vt in casu l.scripturas.C.qui potiores in pignore habean. ita expressè tenet Bald. in d.l. scripturas.in verbo, trinm virorum.quod dictum tanquã notabile sequitur Fran.Cremensis in singu.144.facit pro hac opinione quod notat Barto.in l.1.per illum text.in verbo, virorum.

virorum.ff.de testibus. Eandem opinionem tenet Socin. reg.419.in princip. Iason in l.si quis id quod,colum.4.in mitatione.ff.de iurisdictio. omn.iudi. Curtius Senior pet leg.si quis maior,numero 9.C.de transact.Philip. cius in c.quoniam contra,in 8.notabili, de probatio.& c.quoniam.de testibus, num. 18.& in l.fœminæ, nu.32. bi additionator eius dicit hanc esse communem opinionem.ff.de reg.iur.Hippolyt.in sing.61. Catellianus Cotta in Memoralibus iuris : in verbo, mulier regulariter potest esse testis:vbi dicit quòd ratio illius dicti Bal.est,quod cum in his scripturis priuatis desint aliæ solennitates quæ in publicis solent facere fidem, ideo in hoc casu lex magis confidit de masculis quàm de fœminis : iuxta text. in cap. forum.de verborum significa. Hanc etiam opinionem tenet Felin.in c.ita quorundam,num.1.de Iudæis. Hierony. Zanetinus in tract.differentiarum iuris cano.& ciuilis:differentia 26.nu.38.quæ opinio per suprà dictam rationem videtur mihi vera, licet multi doctor.teneant contrariam opinionem : quos refert Andr. Tiraq. vbi etiam eã tenet, in legibus connubia.in 9.l.num.54.& 56.Eandem opinionem tenet Chassanæ.allegando Ias.qui sibimet contrarius tenuit opinionem contrariam,in consue. Burgund.in titu. {Des successions} Rub.7.§.4.col.229.col.4.nu.11.Eandem opinionem sibi contrarius tenuit Feli. in c.quoniam, nume.4.de testibus. Fundant se suprà dicti doct.per aliud dictum eiusdem Bal.in c.licet.el 1.nu.3.de testibus.vbi sic per illo text.in verbo,trium virorum,dicit quòd masculinum concipit fœmininum : quia mulier poterit esse testis: per tex.in l.1.ff.de verbo.signifi.sed nihilo minus, vt suprà dixi,opinio Bal.in d.l.scripturas. est magis vera & communis:vt tenet vltra doct.suprà relat.Aymon Crauetta in tract.de antiquitate temporis : in 1.parte, versicu.quæritur etiam,fol.43.col.3.nu.34.

Quartò limita quo ad probandum tenorem instrumenti deperditi, ita tenet Bar.in l.1.nu.27.ff.si cer.pet. Contra quam limitationem tenet expressè ibi Franc.de Ripa, nu. 82.vbi dicit quòd si mulier est perita, bene debet admitti: per tex.in l.ex eo.ff.de testibus.allegat etiam ea quæ scribit Ias.in l.1.ff.de legibus.Dec.in d.l.fœminæ, de reg.iur.Hãc opin.contra Bart.tenet expressè And.Tiraq.in suis ll.connubialibus:in 9.l.nu.53.Circa quam regulam est notandũ quòd in casibus in quibus mulier admittitur ad testimoniũ, debet ei minor fides adhiberi quàm viro, ita probat tex.in l.in quæstionibus.ff.ad l.Iuliam maiesta.& ita expressè tenet Spec.in tit.de teste, in §.postquam, num.4.Hippolyt. in sing.61 t.Gerardus de Petra sancta in singul. 11. Andr. Tiraquel.vbi allegat quàm plures docto. eandem opinionem tenentes,in suis l.connubialibus:in 9.l.nu.57.Dec. in l.fœminæ, nu.35.ff.de reg.iur. Quod tamen est verum nisi masculi deponant pro actore, & mulieres pro reo:argum.glo.notabilis in cap.clerici.81.dist.in glo.fin.quæ dicit quòd si duo testes clerici dicunt me commisisse fornicationem vel aliud delictum certa die, & duo laici dicunt oppositum quòd tota die ille fuit cum eis,ita quòd non potuisset committere quin ipsi vidissent:quòd reus absolui debet. Quam opinionem per illam gloss.tenet Felin.in cap. quoniam,nu.fin.de testibus.Ant.Corsetus in singularibus, in verbo, testis,el 9. Hippol.in l.vnius facinoris,in §.in ea causa.nu.8.ff.de q.And. Tiraq.in legibus connubialibus,in 9.l.num.57.quod non procedit quando testes deponerent verba verisimiliora,ita expressè tenet Felin.in c.licet causam,nu.8.de probatio.& in c.auditis,de præscript.Hippol. in repet rub.C.de probat.nu. 108.Marcus Ant.Blancus in tract.de indicijs & tortura,num.37.Eandem opinionem, vbi notabiliter eam declarat, sequitur Gerardus de Petra sancta in singul. 11

Quod dictum etiam intellige quandocunque masculi etiam deponentes per verba verisimiliora, essent bonæ famæ:alias si essent malæ famæ & mulieres essent honestæ, bonæ famæ & matronæ:tunc dictũ mulieris præferri debet dicto masculi:vt expressè tenet Matthæ.de Afflict.in c.1.num.36. qui testes sunt necessarij ad probandam inuestituram, in vsibus feudor.allegat Bart.qui hoc dicit tenere,in l.iii multis.ff.de statu homi.sed licet Bar.ibi hoc non dicat,tenet hoc Albericus ibi num.3.quod verisimum & notabile mihi videtur.

REGULA CCCXIIII.

res negans rem hæreditariam, si conuincatur de mendacio, sibi præiudicat, quem text. pro sing. allegat Bal. in Reper. suo, in verbo, negatiua. vbi dicit quòd negans similis est subtrahenti: per illum tex. & idem dicit Bald. in c. dudū. el 2. nu. 8. de elect. Ias. in §. item si quis in fraudem. Instit. de actio. ex quibus videtur confirmata suprà d. nostra reg. Pro qua opin. est tex. in l. fin. ff. de rei vend. vbi habetur ꝙ si quis in veritate possidet aliquā rem, & contra eum agatur rei vendicatione ad illam rem, si ipse negat illam possidere & conuincatur de mēdacio, quia actor probat ipsum illam possidere: tunc debet talis possessio incontinenti ab eo auferri & in actorem transferri, etiam nihil de iure suo probantem. Circa quam regulam vide suprà in regul. 325. & præiudicat sibi iste fideiussor in hoc, quia perdit beneficium excussionis, & beneficiū cedendarū. ita tenet Bal. in Auth. contra qui propriam. in 3. col. C. de non num. pec. vbi allegat bonum text. in l. si dubitetur. in §. ita demum: ff. de fideiuss. vbi hoc tenet Ang. de Peris. & Alex. & Ias. in l. 1. nu. 11. C. de transact. Bar. in l. etiam §. 5. ff. sol. mat. & vlr. & opinionem huius regulæ tenet Hieron. Gratus in consilio 63. nu. 44. & in consi. 119. nu. 22. vol. 2. Fran. Purpuratus in l. nec pactio. nu. 79. C. de transf. Nicol. Bellon. in §. si plures. nu. 12. Instit. de fideiussoribus.

Hanc regulam, vbi eam pluribus fundamentis confirmat, ponit Hippolytus de Marsil. in repet. Rubr. ff. de fideiuss. nu. 322. & à nu. 336. vsque ad num. 345. limitat eam quatuor modis.

REGVLA CCCXXX.

FIDEIVSSORI minoris non prodest restitutio minori concessa. Hanc regulam probat tex. in l. 1. & 2. C. de fideiussor. minorum. & ibi Bart. & in l. Marcellus. ff. de fideiur. & in l. in causæ. la 1. vbi assignatur ratio huius reg. ff. de minoribus, & in l. 3. §. sed vtrum. versi. sed an hoc auxiliū. eod. tit. De iure regio est text. in l. 25. tit. 4. part. 3. & in l. 4. tit. 12. par. 5. & hanc opinionem vltra suprà dict. Doct. tenet Fran. Cur. Iunior in l. post aditam. num. 5. C. de impub. & alijs. & circa hanc regulam vide Io. Mauritium in tract. de restitutione in integr. c. 14. Hippol. in repet. Rubr. ff. de fideiuss. nu. 267. Vincentium de Herculanis, & ibi Docto. in l. & si fideiussor. ff. de re iudi. Ant. Caimum in Summa. C. de restitut. in integr. pagina 4.

Fallit primò quando dolus aduersarij interuenit. ita probat tex. in l. 2. in fi. C. de fideiuss. minorum. Et est ratio: quia æquius est aduersarium qui dolum commisit pati damnū, quàm ꝙ fideiussor qui bona fide fideiussit soluat de suo proprio: nec poterit solutum repetere à minore: quia minor aduersus fideiussorem poterit petere restitutionem in integrum: vt in l. j. C. de fideiuss. minorum. & ita expressè tenet glo. in d. l. 2. Iacob. de S. Georg. in l. 1. nu. 7. C. de fideiuss. minorum. Montaluus in glo. l. 4. tit. 12. part. 5. Io. Mauritius in d. tract. de restit. in integrum. in d. c. 14. pag. fin. Petrus Rebuf. in gl. ad constitutiones Regias Galliæ, in secunda parte, in tract. de restitutionibus. arti. 2. in glo. 3. num. 8. pag. 143. gl. in l. minor 25. annis. in verbo, succurritur. ff. de procurator. Barto. in l. Stichum. §. quòd vulg. num. 2. ff. de solutionibus.

Limita secundò quando creditor potest habere regressum contra alium: quia tunc beneficium restitutionis in integrum concessum minori proderit etiam fideiussori. probat text. in l. minor 25. annis. ff. de procura. & ita per illum tex. tenet Iacob. in de S. Georg. in d. l. 1. nu. 6. C. de fideiussor. minorum. Pet. Rebuf. vbi suprà, nu. 9. facit etiam text. in l. 2. ff. de administr. tutor.

Tertiò limita quando restitutio nullum esset adlatura commodum ipsi minori, nisi etiam prodesset ipsi fideiussori: puta quia essemus in casu in quo minor non posset petere restitutionem aduersus fideiussorem. nam hoc casu restitutio concessa minori transiret ad eius fideiussorem: per notata per Bart. in l. cum filius. in §. 1. ff. de verbo. oblig. faciunt notata per Cinum & Bal. in l. quoties. C. de precibus Imper. offer. per Salic. in leg. fi. C. de vsuris rei iudic. ita expressè tenet Iacob. de S. Geor. in d. l. 1, nu. 7. C. de fideiuss. minorum. Per. Rebuf. vbi suprà, nu. 9.

Quartò limita quādo fideiussore conuento qui esset habiturus regressum contra minorem debitorem principalem, ipse minor cōpareret vt defensor necessarius pro ipso fideiussore, & peteret restitutionem in integrum: tunc restitutio etiam fideiussori proderit. ita expressè tenet Bart. per illum tex. cum gl. in d. l. Stichum aut Pamphilum. in §. quod vulgò. ff. de solut. & ibi expressè Io. de Imo. sed Pau. de Castro in d. l. 1. C. de fideiuss. minorum. & Raphael Cumanus in d. §. quod vulgò. damnant hanc opinionem, dicentes, quòd hoc casu minor non est defensor necessarius: quia ista non est necessaria defensio spectās ad minorem: cum nullo casu habiturus est regressum contra eum, cum semper minor ipse potuerit petijsse restitui aduersus fideiussorem: vt in l. 1. C. de fideiussor. mino. ergo ipsius minoris non interest capere defensionem pro ipso fideiussore: nec ipse minor hoc casu est dicendus defensor necessarius. & ibi Alex. in d. l. j. dicit quòd licet illud dictum Bar. sit valde singulare, tamen Bart. non considerauit dictum fundamentum in contrarium factum: & quòd eius opinio malè potest sustineri. Quem sequitur Ias. in l. 1. cum procurato re. num. 5. ff. de re iud. Est quidem verū quòd quando minor esset defensor necessarius, posset comparere pro fideiussore, & assumere defensionem pro eo: & tunc exceptiones competentes principali, prodessent etiam fideiussori: tex. est notabilis in l. idem eum quæ. in §. generaliter. ff. mandati. & ita tenet Iacob. in d. l. 1. nu. 7. C. de fideiuss. minorum.

Quintò limita quando fideiussor succesit minori principali. Nam tunc ex persona defuncti posset peteret restitutionē in integrum. iste est tex. & ibi Bar. secūdum vnam lecturam, in l. Stichum. in §. quod vulgò. ff. de solutio. notant doct. in l. debitori. C. de pactis. ita expressè tenet Iacobus de S. Geor. vbi notabiliter declarat illum tex. in d. §. quod vulgò. in d. l. 1. nu. 7. C. de fideiuss. minorum.

Limita sextò quando fideiussor pro re minoris stipularetur & fideiuberat: vtpote si minor rem vēdat in qua est deceptus: si aliquis fideiusserit pro eo, illi fideiussori succurretur post minoris restitutionem: vt in l. 2. ff. de adminis. tut. l. exceptione quæ personæ. in fi. ff. de excep. quia in hoc potest etiam maior decipi, videlicet in rei valore: vt in leg. quisquis. C. de rescindenda venditione. & ita tenet Petrus Rebuffus vbi suprà, nu. 5.

REGVLA CCCXXXI.

FIDEIVSSOR de iudicio sisti habet beneficium excussionis. Hanc opinionem tenet Guliel. de Cugno in l. 2. in §. si quis ex his, ff. qui satisd. cog. vbi tenuit quod iste fideiussor habebit beneficia omnia quę fideiussoribus conceduntur, & per consequens gaudebit priuilegio seu beneficio excussionis: de quo in Authent. præsente. C. de fideiussor. Hanc opinionē sequitur Rom. in d. §. si quis ex his. nu. 6. & hoc videtur etiam tenere Io. Faber in §. sed hodie. Institut. de satisda. col. 2. vbi dicit ꝙ quando principalis est præsens & soluendo, tunc non potest agi contra fideiussorē de iudicio sisti: secus in casu quo esset absens, vel non haberet bona. Eandē opinionē tenet Bal. in d. §. si quis ex his & ibi Pau. de Cast. Alex. & Ias. nu. 7. Iacob. in de S. Georg. nu. 5. & hanc opinionem dicit esse communiorem Rode. Xuarez in d. l. 2. titulo, {De los emplazamientos.} lib. 2. fori in §. quæritur vlterius. nu. 12. & 3. fol. 187.

Limita primò nisi fideiussisset pro eo qui non erat obligatus sistere in iudicio: vt tenet Bald. Ang. & Alex vbi suprà. Et est ratio: quia tūc non est propriè fideiussor ex quo intercedit pro eo qui nō erat obligatus. & ad hoc iuuat gl. notabilis in Authent. de fideiuss. in princ. collat. 1. vbi dicit glos. quòd in ex promissore non habet locum beneficium excussionis: & expromissor qui promisit alium in iudicio sisti: vt in l. 2. in glo. magna. ff. qui satisd. cogan. & sic debet intelligi

intelligi glo.in d.l.2.in §.si quis ijs.in glo.magna,ad finem: vbi gl.dicit quòd fideiussor de iudicio sisti,non est propriè fideiussor, cum principaliter obligationem in se suspiciat. & idem sentit gl.in l.in eo.in §.nemo.ff.de reg.iur. & hoc tenet Xuarez vbi suprà.

Secundò fallit vbicunque agitur contra fideiussorem, vt sistat reum: nam ad hoc potest cogi officio iudicis, nec habebit beneficium excusionis: secus quando conuenitur ad interesse, eo quia non sistit. ita Bal. & Alex. in d.§.si quis ijs. per text. in l.eum pro quo.ff.de in ius voc. & satis videtur etiam de mente eiusdem Bald. in l.j. C.de conuen.fisci deb.lib.10.col.4. vbi eleganter loquitur: & hoc etiam tenuit Xuarez vbi suprà.

Tertiò fallit in causis criminalibus, in quibus fideiussor non habet beneficium excusionis: sed officio iudicis proceditur contra eum executiuè. probatur in l. si quis reum. ff.de custodia reorum. Bal. in d.§.si quis ijs. & ibi Roma. & Iacobinus num.5. & Alex. facit tex. & glo. in c.cum homo. 23.q.5. vbi dicit glo. quòd fideiussor in causa criminali non potest interuenire: & sic licet fideiussor promittat præsentare aliquem reum mortis, si non præsentat, non punitur pœna mortis: quia ille veniebat puniẽdus: vt in d.l.si quis reum. sed debet puniri pecuniariter, arbitrio iudicis executiuè: vt suprà dixi: & sic non habet beneficium excusionis. Et quia intellectus suprà d.glo.in d.c.cum homo. traditur in varijs locis, ideo vbi crimen non est magnum, ita vt non veniret imponenda pœna corporalis, fideiussor potest interuenire: & sic debet intelligi text. in cap.si clericos.de sent.excommunic.lib.6. & tex. in l.Diuus.iuncta dicta lege, si quis reum.ff.de custodia & exhibitione reorum, secundum Abbatem in Rubrica de fideiussoribus.nume.1. Sed vbi veniret imponenda pœna corporalis vel mortis, non admittitur fideiussor, nec poterit interuenire. iste est text. notab. & ibi gloss. in verbo, supplicium. in c.cum homo. 23.q.5. quam gl. ad hoc dixit nota. Bald. in l.1.C.ne filius pro patre. Felin. in c.contingit. el 1. de sentent.excom. & in c.pastoralis.§.quia vero.num.15. de offic.deleg. & in c.cum venissent.num.4. de testibus. Ias. in l.1.num.9.ff.de in litem iuran. & in l.non impossibile.nume.2.ff.de pactis. Hippo. in repe.rub.ff.de fideiusso.num.206. & in l.infans. nu.15.ff.ad l.Corne.de sica. & in practica.§. examinanda. nu.12. & in consi.16.nu.27. & in sing.651. Nicola. Bellon. in §.in omnibus.nu.6.Instit.de fideiuss. Roderi. Xuarez in tract.de fideiussore in causa criminali: versic. quo ad aliam particulam. pagina 5.fol.107. De iure regio est tex. in l.16. tit.1.parte 7. & in l.10.tit.29.par.7. & in l.3.tit.8.lib.2.fori per quam l.fori intelligitur suprà d.leg.parti. & l.116.styli. Sed suprà d.gl. in d.c.cum homo. seipsam limitat, nisi esset consuetudo quòd quis pro alio puniretur pœna corporali: quia tunc valeret prædicta consuetudo. quam gl. in hoc sequitur Roma. in sing.128. Roderic. Xuarez vbi suprà pagina 7. versi. tertiò limita. fol.108. Chassanæ. in consuetu. Burgun. in tit. {des iustices.} rub.j.§.5.folio 59.col.2.numero 167. Cæpola in repet.l.si fugitiui.num.61.C.de seruis fugi. Petrus de vbaldis de Perusio in tract.de pace Constantiæ, nume.75. Augustinus Ariminensis in additio.ad Angel. in tract. maleficiorum: in verbo, pro quibus & quolibet.num.1. Philip. Deci. in c.2.numero 8. in j. lectu. & in 2.lect.num.26.de constit. & in c.2.nume.58. de probatio. Ioan. Montolonius in promptuario iuris: in verbo, fideiussor: quæ opinio communis esse videtur, licet contrariũ velit tenere Feli. in c.2.nu.2.de constit. & in d.c.2.nu.8.de proba. & in additionib. ad Abb. in c.ius generale.col.fin.1. dist. quibus motiuis per eum ibi traditis potest respõderi, prout respondit Deci. in locis suprà allegatis. & alia circa illam gl. vide per Roder. Xuarez in d.tract.de fideiussore in causa criminali, per totum.

Regula CCCXXXII.

Fideiussor non potest obligari nisi verbis: & sic requiritur stipulatio. Hanc regulam probat tex. in l.Blanditius.C.de fideiusso. & in leg.sciendum. & ibi gloss. & Ias. numero 2.C.de verborum obligat. De iure regio videtur text. in leg.1.titu.12.part.5. & ita tenet Hippol. de Marli. in repet.Rubr.de fideiusso.numero 356. & circa hanc regulam vide Andr. ab Exea in lib.pactorum, numero 450. notab. Catellia. Cottam in Memora.iuris: in verb.fideiussor. el 1. Fortu. Gratiam in l.legitimam. numero 45. & in leg.iuris gentium.nume.41.ff.de pactis. Hirony. Butigellam in repe.rub.nu.9.ff.de verborum obligat. & Hierony. Berium in repet.rub.num.214. & 216.eod.tit. Rationem huius regulæ ponit Lancelotus Galiaula in repet.d. Rubr. nume.70. quem vide etiam ibi, nume.144. item Iacobum de Nigris in repet.l.1.num.55.ff.de verb.oblig. Ioan. Crotum in repe.d.l.1.nu.4.

Hanc reg. cum quatuor illationibus & quatuor limitationibus ponit Ias. per tex. ibi, qui hanc regulam probat in l.stipulationum. in §.satis acceptio.nu.2.ff.de verb.obliga. Hanc etiam regulam limitat octo modis Ioan. Crotus in repe.l.sciendum.nu.7.ff.de verb.oblig.

Hodie tamen de iure regio corrigitur hæc regula per l.3.tit.8.lib.3.ordi. vbi fideiussor per illam l. hodie potest obligari pacto nudo. Facit quod dixi suprà in reg.11.

Regula CCCXXXIII.

Fideiussor de iudicio sisti tenetur successiuè vsq; ad sententiam. Hanc regulam probat tex. in l.Græcè.in §.& post litem.ff.de fideiuss. quæ l. non reperitur alibi secundum Bar. ibi: & secundum Ang. in l.fideiussor. in §.in fideiussorem.ff.qui satisda.cogan. secundum Matthesillanũ in sing.177. sed est similis gl. in l.j. in prin. iuncta glo. parua, in verbo, iudicium.ff.si ex noxali causa agatur.

Hanc regulam limitat duobus modis Ias. in d.l.fideiussor. in §.in fideiussorem.nu.7. & 8.ff.qui satisd.cogan.

Regula CCCXXXIIII.

Fideiussores habẽt beneficium diui Adriani. Hanc regulam probat text. in §.si plures. Instit.de fideiuss. & in l.inter fideiussores. & in l.si plures.ff.de fideiusso. & in l.fin.C.de constit.pecunia. De iure regio probatur in leg.4. tit.18.lib.3.fori. & in l.10.tit.12.parte 5. Circa quam regulam vltra docto. in suprà dictis locis, vide Anto. Nicellum in concordan.glossarum, concordantia 19. numero 177. Marcum de Mantua in libro 9. obseruationum, obseruatione 85. eundem Marc. de Mantua in apophthegmate 88. in apophthegmatis nouis. Hippolyt. in rubric.ff.de fideiusso.nume.27.28. & 34. Purpuratum in l.si creditores.nu.38.C.de pactis.

Hanc regu. cum quinque limitationibus ponit glo. in d.§.si plures. in verbo, partes. Instit.de fideiusso. quas limitationes gl. ponit Nicol. Bellon. in §.si plures.nu.9. cum alijs: vbi addit aliam & sextam limitationem, & ampliori stylo eas prosecutus est.

Regula CCCXXXV.

Fideiussor regulariter ante principalem conueniri non potest. Hanc regulam probat text. in Authen. præsente.C.de fideiuss. & in Auth.de fideius. in §.si quis igitur. & in §.non solum.colla.1.in Authen. hoc si debitor.C.de pign. De iure regio tex. in l.9.tit.12.parte 5. & l.229.styli. Circa quam regulam vltra Bart. & doct. in suprà dictis locis, vide Abb. & doct. in c.peruenit.de fideius. Ias. in §.idẽ si quis. el 1.num.67.Instit.de actio. Steph. Aufred. in additionibus ad decisiones Capellæ Tolosanæ: decisione 196. Andre. Barba. in leg.stipulationum. la 2. in §.satis acceptio. colum.4. versic. item gloss.ff.de verbo.oblig. Claudium de Seysello in l.decem.nume.4.ff.de verbo.oblig. Petrum de Vnzola in practica artis notariatus: in Rubr.de beneficio competenti fideiussoribus. Ioan. Oldendorpium in tract. de iure singulari, in Rub.de priuilegijs fideiussorum. Benedictum de Plumbino, in tract.de discussionibus.nume.4. Petrum de Rauenna in suo Alphabeto aureo: in verbo, fideiussor.folio 42. Curtium Seniorem in consil.6. nume.3.

Hieronymum Gratum in consil.87.num.23.volu.j.& in consil.63.nume. 43.vol.2. Vitalem de Cambanis in tract. clausularum,in clausula finali. Hippolyt.in repet.rub.ff.de fideiuss.nu.7.cum alijs.& in sing.2.& sing.220.Paul.Paris. in consi.47.num.5.lib.5.& in consi.110.eod.vol.Catellia. Cottam in Memoralibus iuris: in verbo,fidciussor.Phili. Corn.in consi.106.nu.7.vol.j.Feli.in c.accepimus.num.5. versi.adde quod notat Bart.de fide instrum.And.Tiraq.in tract.iuris constituti.in 5.parte,nu.53.Bart.& cæteros doctor.in l.si ego.ff.si cert.peta.Bald.& Io.de Plat.in l.j.C.de conueniendis fisci debitoribus.lib.10.Ant.Rube.in repet. l.non solum.§.morte.nu.507. cum alijs.ff.de noui operis. Nicolaum Boerium in decisione 201.Guido.Papam in decisio.94.& in decisio.570.

Hanc regulam cum duodecim limitationibus ponit Socinus in regul.134. vltra quem amplia & limita sequentibus modis.

Amplia primò in tantū procedere vt in excussione quę fit contra principalem vt deueniatur contra fideiussores, citari debent ipsi fideiussores. ita tenet Bart.in l.decem.ff. de verbo.oblig.numero 4.quem sequuntur ibi doctor. & in l.nam ita Diuus.ff.de adoptio.& in l.ne quicquam.in §. vbi decretum.ff.de officio proconsulis. Alex.in l. de vnoquoque, in fin.& ibi Hippol.de Marsi.numero73.ff.de re iudi.& licet Bar. ibi teneat φ sufficiat generalis citatio,tamen in hoc contrarium tenent Bald.Ang.& Paulus Castr. per ea quæ habentur in l.de vnoquoque. ff.de re iudi.& in l.nam ita Diuus. ff.de adoptio. quia vbi agitur de præiudicio certæ personæ, illa nominatim citanda est. Alexan.de Imo.in consi.86.nu.3.& in consi.156.nu.4.vol.2.& istam esse verisimam opinionem firmat expresse Claudius de Seysello,in d.l.decem, nu.56.de verb.oblig. Ias.in d.§.vbi decretum.nu.36.

Amplia secundò procedere in fideiussore indemnitatis: nam fideiussor indemnitatis etiam si renuntiet beneficio de fideiussoribus, potest petere prius excuti principalem. ita expresse tenet Bar.in l.5.numero 2.C.de conueniendis fisci debitoribus.lib.10. quem sequitur ibi Alex. in Additionibus,vbi ad hoc allegat quàm plures doct.idem tenentes.idem Alex.in consil.29.nu.34.vol.7.Eandem opinionem tenet Ang.& idem Alex.& docto.præcipuè Curtius Iunior, num.4.in l.si ego.ff.si certum petat.Anto.Rubeus in repet.l.non solum.§.morte.numero 508.ff.de noui operis nuntiatio.Chassanę.in consuet.Burgun.in tit.{des censes.} rub.11.§.6.fol.362.col.3.num.26.Corneus in consi. 109.num.7.vol.j.Catellia. Cotta in.Memoralibus iuris:in verbo fideiussor.Hippol.de Marsil.in repe.rubricæ,num. 23.ff.de fideiussoribus.

Amplia tertiò procedere in fideiussore de iudicato soluendo: Nam si conueniatur & petatur executio contra eū sententiæ latæ contra debitorem principalem,poterit opponere beneficium excussionis,dicendo quòd primò debeat excuti debitor principalis, per illum tex.in l.fin.C.de vsuris rei iudic.quem sequitur Iac.de S.Georg.in l.fideiussor.in §.si quis his.nu.6.& in §.in fideiussorem.nu.3.ff.qui satisda.cogan.& in l. & post rem.in §. fideiussor. in 2.lect. nu.4.ff.de transact.

Amplia quartò habere locum in fideiussor de iudicio sisti.vt dixi supra in reg.331.

Amplia quintò etiam si creditor habeat pignus:nā prius debet vendi pignus quàm fideiussor conueniatur, licet gl. contrarium teneat in Auth. de fideiussoribus. in §. si quis igitur,in verbo,summat.colla.j.vbi dicit quòd creditor potest agere contra fideiussorem, non obstante quòd habeat pignus. Quam gl.sequitur Dinus,quando incontinenti & de facili vendi non potest:alias dicit quòd prius debet vendi.sequitur etiam Bald.in l.inter eos.§.creditor.ff.de fideiusso.Ancha.in d.c.peruenit.eod.tit. Cinus in d. Authent. præsente.sed contra illam glo. tenet expresse Cardi.in d.c. peruenit.de fideiusso.per text.in d.Authen. præsente.& in corpore vnde sumitur,vbi non potest deueniri ad fideiussorem quando debitor est præsens nisi prius discussis bonis debitoris. & si dicit quòd indistinctè debet vendi pignus: & si non reperiatur emptor, debet pignus æstimari & adiudicari creditori in solutum iuxta æstimationem faciendam arbitrio iudicis:per tex.in l.fi. C.de iure dominij impetrando. Quam opinio.Card.dicit ibi Ioan. de Imol. veriorem esse.Eandem opinionem tenet Vitalis de Cambanis in tract.clausularum,clausula finali,nu.2.in fin.Barb. in d.c.peruenit.num.9.

Limita primò hanc regulam non habere locum quandocunque principalis cessit bonis.ita tenet Raph.Cuman. in l.decem.ff.de verb.obli.hoc etiam tenet Cinus,licet ipsum non alleget,in Auth.hoc si debitor.C.de pignori.Stephanus Bufredus in additionibus ad decisiones Capellæ Tolosanæ, decisione 596. Hanc etiam opinionem tenet expresse Claudius de Seysello in d.l.decem. num.10. ff.de verborum oblig.

Secundò limita non procedere in debitore speciei:vt si aliquis deberet puta librum in specie, & illum alienaret in fraudem creditorum: nam posset creditor agere ad reuocandum contra eum in quem alienauit, nulla penitus excussione facta: quia quod debetur est species,& in ipsa nō est opus excussione.Hoc fuit notabile dictum Bal.in rubr. numero secundo. C.de reuocan. his quæ in fraudem creditio.alienata sunt quod dictum sequitur Ias. vbi dicit alibi scriptum in iure non reperiri, in §.item si quis.el 5.nume. 76.Instit.de actio.

Limita tertiò in campsoribus & mercatoribus:nam in curia eorū debet procedi & iudicari de bona æquitate non inspectis iuris apicibus.ita probat tex.& ibi gloss.& Angelus de Perusio in Authen.de fideiussoribus.in §.finali.coll. 1.& ita in proprijs terminis tenet Bartol.in l. frustra.C.de non num.pec.vbi dicit rationem huius esse propter publicam fidem,quā homines habent in promissione campsorum.Quam opinionem tenet idem Bald.in l.fina.C.ad legem falcid. Decius in l.fin.num.23.ff.si certum pet.Additionator Abb.in c.peruenit.in additione magna : versic.tu dicas.de fideiusso.Ias.in §.item si quis.el 1.num.68.Institu de actio.Hippol.in repe.rub.ff.de fideiussori.nu.8.& num. 358.Francis.Curtius Senior in consil.6.num.5.Stephanus Aufredus in additioni.ad decisiones Capellæ Tolosanæ 596.facit quod dixi suprà in regu. 560.in 9.limitatione. & ita seruari tenet Boerius in decisione 225.nu.15.Guid Papa in consi.503.nu.2.

Quartò limita non procedere de iure canonico,quia de iure canonico non est curandum de apicibus iuris ciuilis: vt est gl.in c.cum dilecti.in verbo,subtiliter.ad fin.de iudi. Quam limitationem ponit Ias.vbi firmat nunquā in scriptis meminisse se legisse, in dicto §.item si quis.el 1.num. 78.Insti.de actio.vbi dicit quòd si suprà dicta limitatio vera esset,esset multum notanda & signanda:attamen ipse non audet eā affirmare. De qua limitatione Iasonis facit mentionem Hierony.Gratus in consi.87. num.25.volu.1.Sed contra hanc limitationem videtur tex. in c.peruenit.& ibi glo.1.de fideiussoribus.

Quintò limita quandocunque fideiussor intercedit animo nouandi:nam tunc non habet beneficium excussionis glo.est notabilis in Auth.de fideiussoribus.in §.si quis igitur.in verbo,fideiussorem,coll.1.& ita expresse tenet Bal. in l. Antiquæ.in §.1.C.ad Velleia.& in l.in personam.in §. 1.ff.de pactis.Alex.in consil.29.numero 34.lib.7.Stephanus Aufredus in dicta decisione 196.Curtius Senior in dicto consilio 6.numero tertio, Barbat.in l.5.in §.latis acceptio.columna 5.versicu. item fallit.ff. de verborum oblig. Phil.Decius in l.si.nu.27.si cer.pet.Pau.Paris.in consi.550. nu.13.vol.j.nu.69.cum alijs.

Limita sextò quando fideiussor renuntiauit suprà dicto beneficio : cum quilibet possit suo fauori renuntiare: vt in l.penul.C.de pactis.& in l.pactum inter hæredem.ff. de pac.

172

eo.tit.& hoc in exprefsis terminis tenet gl.in verbo,accedat.in d.Auth.de fideiufforibus,in §.fi quis igitur, colla.1. & ita exprefsè tenet Bal.in d.Auth.præfente.nu.6.Spec.in tit.de renuntiatione, & in §.j.verfi.vifo de beneficio.Eandem opinionem tenet Hippo.in d.repe.Rub.ff.de fideiuf. nu.j.Barb.in c.peruenit.nu.5.& nu.6.verf.tertiò nifi renuntiaffet.de fideiuffori.& ibi gl.1. Eandem opinionem tenet Corneus in confil.109.nu.5.vol.j. & hanc opinionem tener,vbi dicit ita communiter feruari,Amedeus de Caftello in tract.de fyndicatu.nu.208.Curt.Senior confi.6.nu.j. Hierony.Gratus in confil.136.vol.4.nu.1. Stephanus Bertrandus in confi.244.nu.2.lib.2.primæ imprefsionis.Philippus Decius in l.fi.nu.2.ff.fi certum petat.Eft tamen notandum quòd funt aliqui cafus in quibus non obftante prędicta renuntiatione habet locum fuprà dicta regula quod ponit Roder.Xuarez in l.2.tit.{De los emplazamientos.} lib.2.fori.in §.quæritur vlterius.nu.7.

Limita feptimò non procedere in fideiuffore fifci.ita tenet Bal.in l.j.C.de conuenien.fifci debito.lib.10.num.17. quem fequitur Pet.de Rauenna in Alphabe.fuo:in verbo, fideiuf.col.2. Alex.in l.fi.col.2.verfic.accedit. & ibi Iaf.nu. 6.ff.fi cert.peta.idem Iaf.in l.decē.nu.33.ff.de verb. oblig. & ibi Claud.de Seyffello, nu.12.& Zafius num.13. Catellia Cot.in Memora.iuris, in verbo, fideiuffor.el 3.in contrarium tamen eft gl.in l.fententia.in verbo, interceffores.C. de fideiuff.quæ gl.debet intelligi de principe iufto:fecus tamen effet in principe iufto & tyranno:quia tunc procedit fuprà dicta limitatio,fecundum fuprà dictos doctor.& illam glo.fequitur Roma.in fingul.635.Francif. Cremenfis in fingula.43.

Octauò limita quando perfona principalis poteft fe defendere aliqua exceptione notoria:vt quia principalis effet clericus, fecundum Bart.in l.Marcellus.ff.de fideiuffori.& in l.3.in §.fi is pro quo.ff. quod quifque iuris. Stepha.Aufredus in additio.capellæ Tolofanæ, decif.196. Additionator Abb.vbi hoc multum commendat,in dict.cap.peruenit.de fideiuffo.

Limita nonò quando caufa effet determinanda fecundum æquitatem.ita tenet Barbat.vbi dicit fe ita Bononiæ confuluiffe,per fingulare dictum Bal.in l.fi mancipium.ff. de euictio.in apoftillis:vbi exceptio excufsionis eft de apicibus iuris:fed vbicunque caufa deciditur fecundum æquitatem,non attenduntur ea quæ funt de apicibus iuris:vt in l.fideiuffor.in §.quædam.ff. mandati. & hoc eft quod voluit gl.in c.dilecti.de iud. Barb.in c. peruenit.de fideiufforibus,nu.7.verfi.quartò fallit.Deci.in l.fi.nu.22.ff.fi cert.pet. Stepha. Aufredus in additionibus ad decifiones Capellæ Tolofanæ 196. quæ limitatio in effectu videtur effe quod fuprà dixi in 3.limitatione.

Decimò limita quandocunq; debitor effet naturaliter obligatus,& fic non poteft excuti de iure:vt quia fideiufsit pro pupillo,furiofo,vel prodigo,naturaliter obligatis:vt in d.l.Marcellus.& ibi Bar.ff.de fideiuffo. ita tenet Guliel.de Cugno,& ibi Cinus, nu.3.in d.Auth.præfente.Montal.in glo.l.9.tit.12.par.5.Bal.in 1.num.14.C.de conuenien.fifci debito.libr.10.Barba.in d.c.peruenit.nume.7.de fideiuffo. Stephan.Aufred.in dicta decifione 196.Iaf.in l.fin.nu.11. ff.fi certum petatur.

Vndecimò limita quando bona principalis effent apud fideiufforem,vt in l.fi procuratorem,in §.fed ignorantes.ff. mandati.ita tenet Barba.per illum tex. in d.c.peruenit.nu. 6.Stephanus Aufredus,vbi fuprà.

Duodecimò limita quando principalis poftquam conftitutus eft in mora, decefsit, etiam non facta excufsione de hæredibus debitoris,fecundum Petrum de Bellapertica,& gl. Bald.in l.fi plures, nu.24.C.de condit.infertis.fecus fi principalis non fuit in mora:quia tunc hæredes prius debent interpellari,fecundum Bal.ibi. Quem fequitur Stephanus Aufredus in d.decifi.196.in fine.

Decimotertiò limita quādo pater interuenit pro filio: vt eft tex.fingul.in l.3.in §.fed vtrum:verfi.pro inde.& ibi Bald.ff.de minoribus.& ita per illum tex. tenet Barb.in d. c.peruenit,nu.7.de fideiuf.idem Barba.in l.ftipulatiunum, la 2.in §.fatis acceptio.col.5.verf.item nifi pater fideiufsiffet.ff.de verb.oblig.Stephs. Aufred.in d.decifi.196.Nicol. Boerius in decifio.221.nu.6.& 14. & hanc effe communem opinionem firmat Pyrrhus Englebermæus, in l.j.C. de decurionibus.lib.10.

Decimoquartò limita quando fideiuffor negat fideiufsiffet,quia tunc beneficium excufsionis perdit,tex.eft notabilis in l.fi dubiterur, in §.j.ff.de fideiuf.& ibi Bal.& Angel.Salic.in d.Auth.præfente,Bal.in Auth.contra qui propriam.C.de non num.pecu.Hanc opinionem tenet Barb. in d.c.peruenit,nu.7.idem in d.l.ftipulationum,la 2.in §.fatis acceptio,col.4.verfi.item eft verum.ff.de verb.obl.Stepha.Aufred.in d.decif.196. Iaf.vbi allegat alia quàm plura iura,in §.item fi quis,el j.nu.79.Inftit.de actio. Hierony. Gratus in confi.63.nu.44.& in confil.119.nu.21.vol.2. Fran.Ozerius in §.fi plures,nu.12.Inftit.de fideiuffo.& vide latè fuprà in reg.325.& 329.

Decimoquintò limita quando omnia bona debitoris funt publicata: nam tunc fideiuffor poteft conueniri,non facta excufsione,ita tenet Bar.in l.fi ego,in princ.in finalibus verbis.ff.fi cert.pet.quem fequitur ibi Iacobinus, nu. 3.verfi.3.fallit. Sed contra hanc limitatione tenet exprefsè Raphael Cum.in d.l.fi.ff.fi cert.pet. per tex.in l.fi debitori deportato.ff.de fideiuff.fcilicet quia prius debet conueniri fifcus:quia femper præfumitur idoneus ad foluendum : vt in l.j.in §.fi ad fifcū.ff.vt lega.feu fideicommif.nomi.caue. & in l.3.§.idem fciendum.ff.fi cui plus quàm per l. falcid. Quam opinio.Raphaelis Fulgofij fequitur Roma.vbi notabiliter eam declarat,in d.l.fin.nu.5.ff.fi cert.pet.vbi dicit fe ita confuluiffe contra Bar.& ita confuluit in conf.93.nu. 4.Eandem opinionem contra Bar.tenet And. Barba.in c. peruenit,nu.7.de fideiufforib.quam opi.Bar.dicit communiter reprobari Franc.Curt.Iunior in d.l.fi.num.8.vbi ipfe vult defendere Bar.& contra Bar.tenet Claudius de Seyffello,vbi dicit magis veram effe,in d.l.decem,num.7.ff.de verbo.oblig.& Philip. Dec.in dicta l.fin.num.15.ff.fi certum pet.& ibi Iaf.nu.11.

Decimofextò limita vt non procedat quando debitor conftituiffet fe pofsidere bona fua nomine creditorū:iuxta tex.in l.quod meo,in princ.ff.de acqui.poff.vel conftituit fe precario pofsidere nomine creditorum:iuxta text. in l.interdum.ff.eod.tit.nam tunc fi ipfe debitor bona illa alteri vendiderit,& tradiderit,poterit creditor nulla bonorum difcufsione facta, tanquam fua poffefsione priuatus. agere contra hunc tertium ad reuocandam illam fuā pofsefsionē,nulla facta excufsione.per tex.in l.fi. C.de acquir. poff.in verfic.vel quifpiam alius.& ibi glo.in verbo, cuiufcunque rei, & in verbo, generetur.hoc fuit notabile verbum Iacobi Butrigarij in d.l.fi. & ibi Bald.in princ.qui dicit perpetuò menti tenendum. Angel.in lectura Paduana, col.1. qui dicit obferuari Bononiæ. idem Iacobus Butrig. in l.exitus.& ibi quoque Bald. Ang.Imol.Raphael Cuma. Roma.& Alex.ff.de acquir. poffeff.idem Iacob.Butrig.in dicta Authen.hoc fi debitor,ad finem.& ibi quoque Florianus,Bar.in l.nomen.C.quæ res pigno.obli.poffunt.Eandem opinionem tenet Iaf.in §.item fi quis, el 1.nu.77.Inftit. de actio. Hanc etiam limitationem pofuit Socin.in d. reg.134.in 4.limitatione,& hanc limitationem,vbi allegat quàm plures doct.eam tenentes & eam notabiliter declarat,pofuit And.Tiraq.in tract.de iure conftituti, in 1.parte: à nu.53.vfque ad nu.67. Eandem limitationem pofuit Decius in l.fi.nu.28.ff.fi cert.pet.Alex.in confi.86.nu.2.& in confi.88.nu.2.vol.6.

Decimofeptimò limita quandocunque notorium eft principalem debitorem non effe foluendo : quia tunc poteft conueniri fideiuffor nulla excufsione facta in debitorem principalē:ita Bar.in l.fi.in fi.ff.fi cert. pet.quod dictū

sequitur Bal.in l.j.circa medium. C.de his quæ in fraudem credito.alie.funt.& hoc ante Bart.tenuit gl.in l.decẽ,in gl. fi.ff.de verbo.oblig.& in l.fi.in verbo, sed si cum Seio.ff.si cert.pet.glo.& ibi Ange. de Perusio expressè in l.nisi hoc actum.ff.de pactis.Hanc opinionẽ tenet Alex.in d.l.si ego. ff.si cert.pet.& ibi Ias.nu.11. Claudi.de Seysello nu.4.Curtius Senior in consi.6.nu.3.Per.de Rauenna in Alphabeto suo,in verbo,fideiussor.Fel.in c.cum olim.nu.11.versi.sicut etiã dicunt,de re iudi.And.Barb.in c.peruenit,nu.5.de fideius.& in l.5.in §.satis acceptio. col.4.vers.& de ista excusione.ff.de verb. oblig. Hormanotus Detus in repet.l. hoc edicto,in §.nuntiatio,nu.130.ff.de noui ope.nun.Ias. in d.§.item si quis,el j.nu.68.Instit.de actio.Corn.in cõs. 46.nu.13.lib.2.& in cons.151.nu.5.vol.4.vbi dicit ita cõmuniter teneri,dicit Hippol.in repe.rubr.ff.de fideiuss.nu. 10.Anton.Capitius in decisio.54.Hieronymus Grauus in consi.87.nu.23.vol.j.& in consi.63.nu.43.vol.2.Soci.in d. reg.134.in 5.limitatione.

Quod tamen intelligo verum quandocunque super illo facto notorio fertur sententia:ita tenet Ioan.de Imo.in d.l.decem. col.4. vbi dicit quòd si fideiussor conuentus in iudicio dicat principalem non esse excussum,& replicetur quòd principalis est notoriè impotens:tamẽ fideiussor grauari non potest nisi super hoc feratur sententia quod dictum tanquam notabile sequitur Fel.in c.euidentia.de accusa.ita etiam sentit Abb.c.porrò, in j.notabili, de diuortijs.Claudi.de Seysello in d.l.decem, nu.5.ff.de verb.obli. Pro qua opinione est tex.notabilis in c.cũ dilectis,in versi. his igitur. in fine: ibi, cum nimirum si crimen notorium existebat,non erat illi indicenda purgatio, sed in eum condemnationis sententia promulganda,de purga.cano.& ibi expressè gloss.

Quod tamen intelligẽdum est quòd iam ꝙ requiratur sententia, non tamen requiritur quòd tunc in scriptis feratur, glo.est notabilis in Auth.vt iudices sine quoquo suffragio.in §.necessitatem.in verbo, ex non scripto, colla. 2.& ita per illã gl.tenet Bal.in l. presbyteri, la j.C.de episc. & cler.Archid.in c.quæ Lotharius, nu.2.2.q.j.Domi.in c. fin.de re iudi.lib.6.& ibi Philip.Franc.nu.6.Fel.in d.c.euidentia,in fine,de accusat.

Decimooctauò limita quandocunque esset consuetudo in aliquod loco, huic nostræ regulæ contraria,ita probat text.in l.3.tit.18.lib.3.fori, per quam l.corrigitur hæc nostra regula:secundum Pala.Ruuios in repe.c.per vestras. §.18.nu.10.& secundum Rode.Xuarez in l.2.tit.{ De los emplazamientos, } lib.2.fori:in §.quæritur vlterius,num. 12.fol.188.sed suprà d.l. fori debet intelligi: vt suprà dixi, quandocunque de consuetudine seruatur:& sic vbicunque esset vsitata:iuxta tex.in l.j.in ll. Tauri.facit quod notat ipsemet Rode.Xuarez in procœmio fori.& sic videtur debere intelligi suprà d.l.fori:& Pala.Ruui.& Rodetic.Xuarez, vbi supra.

Vel alio & secundo modo intelligo suprà dictam l.fori, quandocunque fideiussor & principalis simul essent obligati:quòd Hispanè dicitur,{de mam comum,} & sic fideiussor esset obligatus tanquam principalis,pro quo est tex. in l.5.in fi.tit.2.par.3.& quod notat Hippol.in repe.rub.ff. de fideiusso,nu.72.cum alijs.

Decimonono limita non habere locum in duobus reis: nam licet in solidum conueniri nõ possit vnus eorum, nisi hoc sit renuntiatum,in parte tamen possunt: vt in Authen. hoc ita.C.de duobus reis,ita tenet glo.j.in d.Auth: præsente.De iure regio probatur in l.4.tit.18.lib.3.fori:& in l.10. tit.12,par.5.& in l.2.tit.13.libr.3.ordi. Circa quam limitationem est notandum quòd si plures rei debendi constituerunt, & vnus ex eis habuit totam vtilitatẽ contractus, scilicet quòd ad eum peruenit tota pecunia, alij habentur loco fideiussorum, & gaudent beneficio fideiussorum: & possunt excipere ꝙ ille qui vtilitatem totam habuit, prius conueniatur:& sic non habet locum suprà dicta limitatio, ita tenet Guliel.de Cugno, in l.sed Iulianus, in §.idem ait si duos,per illum tex.cum glo.ff.ad Macedo. glo.in Auth. de fideiussoribus,in §.j.colla.j.Eandem opinionem tenet Bar.in l.duobus, in §.vbi duo rei, nu.15.ff.de duobus reis, Cremensis in singul.38. Eandem opinionem tenet Alex, in additio.ad Bartolum,in l.Marcellus,in additione ad nu. 7.ff.de fideius.Florianus in l.nullus,per gl.ibi.ff.de testibus, Rom.in consi.114.num.1.Ioan.de Anania in consilio trigesimotertio, num.septimo.vbi hoc declarat, Paulus Castrensis,vbi hoc etiam notabiliter declarat,in l.vnde quæritur.ff.de peculio.Hippoly.in singul.2.& in repet.Rubr, ff.de fideiusso.numero sexagesimoquinto,& tricentesimo septuagesimoprimo, Ias.in l.huiusmodi.ff.de leg.1.numero 2.col.2.Pala. Ruui. vbi dicit se ita multoties practicasse,in repe.c.per vestras.in 5.notabili:nu.10. ad fi.ver.hinc est etiam.Quod est verum secundum suprà dictos doctores, dum tamen periculo & sumptibus illius cõueniatur: quod non solum in duobus reis, verum etiam in fideiussore & principali locum habet. Nam in casibus,in quibus fideiussor potest conueniri ante principalem, potest ipse fideiussor petere vt suis sumptibus principalis prius conueniatur, ita tenet Bart.in lege,cum in plures, in §.vestimenta.ff.loca.& ibi Bal.idem Bart.in l.vnde quæritur,nu.12.ff.commodati.Io.de Platea in §.legatarijs.Instit.de testam.Additionator Abb.in c.peruenit,de fideiuss. ita tenet Pala.Ruui.vbi suprà:& Hippol.etiam vbi suprà.

Vigesimò limita quando fideiussor fideiussit cum iuramento:nam tunc nõ procedit suprà dicta regula:ita tenet Bald.in c.ex rescripto,nu.2.versic.item quia iurauerunt.ff. de iureiur.quem sequitur Barthol.Soci.in d.regu.134.in 1. limitatione. Hanc opinionem tenet Anch.in d.c.ex rescripto,licet de Bal.nullam mentionem faciat,& ibi Abb.per illum tex.Alex.in additio.ad Bar.in l.Marcellus,in additione ad num.7,ff.de fideiusso.idem Alex.in consi.29.nu.38. lib.7.Additionator Abb.in c.peruenit, de fideiusso.in additione magna, & ibi etiã in additione ad nu.6.in alia parua additione. Eandem opinionem vbi dicit se ita consuluisse,tenet Anto. Corset.in tracta.de iureiur.in 7.q.nu.36. Marcus Anto.Baueria in tractat. de virtute iuramenti,in princ.nu.23. Rom.in l.1.in §.si quis ita, nu.24.ff.de verb. oblig.Ludo.Gozadinus in consil.32.nu.14.Hieronymus Gratus in consi.28.nu.16.vol.1.Catellianus Cotta in Memoralibus iuris:in verbo,fideiussor indemnitatis.Hippol. in d.rep.Rub.ff.de fideiusso.num.9.10.Baptista de sancto Blasio in tract.de arbitris.q.79.colum.4.versi. quinta conclusio. Hanc etiam, vbi notabiliter eam examinat, tenet Pala.Ruui.in repet.c.per vestras,in §.12.nu.27.cum alijs, fundant se per tex.in d.c.ex rescripto. vbi mulier fideiussit & non expressè renuntiauit beneficio Velleiani: sed quia iurauit, visa fuit illi beneficio renuntiasse: ita eodem modo fideiussor virtute iuramenti videtur renuntiasse beneficio excusionis non factæ: secundũ Bal.ibi & alios doct. suprà alleg.& hanc opinionem, vbi dicit ita communiter omnes doct.tenere, tenet Io. Hannibal in repet.l.si insulã. nu.162.ff. de verb.oblig. Hanc eandem opinionem tenet Cynus in l.si ex cautione.nu.6. C.de non num.pecu.& ita fuit decisum in Curia Tolosana,decisione 130.

Contrariam tamen opinionẽ,imò quòd fideiussor non obstante iuramento habeat beneficium excusionis,tenet Bal.sibimet contrarius, in c.cum contingat.nu.20.vers.ex hoc sequitur ꝙ fideiussor.Quam opinionem Bal.sequitur Barba.licet de eo mentionẽ non faciat,in consi.43.nu.10. vol.2.Alex.sibimet contrarius,& ibi Ias.nu.2.Philip.Dec. nu.10.& 18.& Iacob.de S. Geor.nu.3.in l.fi.ff.si cert. pet. Thomas Gramma.in cons.170.nu.4.in consilijs ciuilibus, Guliel.Bened.in repe.c.Raynutius.in verbo,testamentũ. el 3.nu.29.versi.quartò inducitur.And. Alcia.in c.cũ contingat.nu.174.de iureiur.Fel.in c.ex rescripto.nu.19.eo.ti. Hanc opin.tenet etiam D.de Couarru.in repet.c.quamuis pactum.in 1.par.§.4.nu.4. & secũdum hanc opin.fuit de-

cisum

cisum in decisio. Tolosa. 139. Eandem opi. tenet expressè Ant. Franc. in additionib. ad Abb. in d.c. peruenit. in addit. ad nu. 6. de fideiuss. Fundat se suprà dicti doct. in hoc: quia iuramentum licet validet & corroboret contractum & actum super quo interponitur, non tamen tollit iurandi priuilegium, vt non conueniatur nō excusso principali, de quo in Auth. præsente. quia cum lex concedat fideiussori hoc beneficium, de quo in Auth. præsente. C. de fideiusso. iuramentum debet intelligi secundum naturam huius obligationis: argumento tex. in l. fi. C. de non num. pecu. & in c. ex parte tua. de clericis non residen. & per alia fundamenta quæ ipsi doct. vbi suprà tradunt. Eandem opinionem tenet Caro. Molin. in additionibus ad consilia Alex. in cons. 29. in additione ad nu. 7. lib. 7.

Sed nihilo minus prima opinio videtur mihi magis vera, per suprà d. tex. in d.c. ex rescripto. & per glo. ibi, in verbo, & vxorem. & hanc opinionē tenet expressè Stephan. Aufredus in additio. ad decisiones Capellæ Tholosanæ: in decisi. 139. vbi dicit ꝙ semper vidit seruari hanc opinionē, & ꝙ litera illius decisionis 139. quæ contrarium tenuit, sit corrupta. Hanc etiam opinionē tenet And. Tiraq. in repe. l. si vnquam, in præfatione, nu. 137. & num. 152. licet pro contraria citetur à D. Couarru. vbi suprà. Pro qua opinione facit etiam: nam iuramentum quandocunque in aliquo actu interponitur, habet vim expressi. ita tenet Bal. in l. 1. in 2. q. & ibi Salic. col. vlt. C. commodati. per text. in l. cum pater. in §. filius matrem. ff. de leg. 2. Tiraq. vbi quàm plura ad hoc allegat, in ll. connubialibus: in gloss. 5. nu. 148. & sic quàuis requiratur expressa denuntiatio Velleiani per mulierem quando illi renuntiat, vt in l. fi. in §. penul. ff. ad Velleia. tamē mulier quæ fideiusit, obligatur propter iuramentum licet expressè non renuntiauerit beneficio Velleiani: vt in d.c. ex rescripto. & ibi glo. ita eodem modo videtur in casu nostro fideiussor per iuramentum renuntiasse beneficio excussionis: & sic quòd possit conueniri non excusso principali, sicut si expressè renuntiasset: vt suprà dixi in 6. limitatione.

Est tamen notandum quòd suprà dictum iuramentum hodie non potest per tabelliones in contractibus apponi alias contractus non valet & tabellio punitur: vt in l. 6. tit. 1. libr. 3. ordina. Quæ lex procedit quando contractus alias de per se sine iuramēto esset validus: secus autem si de per se contractus esset inualidus sine iuramento. nam tunc bene potest apponi: vt in contractu facto per mulierem, vel per minorem: vt Auth. sacramenta puberū. C. si aduersus vendi. & regia l. 16. tit. 11. par. 3. & ita suprà d. leg. intelligit doct. de Segura, vbi notabiliter eam declarat, in repe. l. 3. in §. si vir vxori, nu. 138. cum alijs. ff. de acquir. poss. Pala. Ruuios in repetitione c. per vestras. §. 12. qui est §. fi. nu. 30. de donat. inter virum & vxorem.

Vigesimoprimò fallit in causa appellationis: nam exceptio excussionis non potest opponi. ita tenet Alex. in cōsi. 83. incipienti, in caussa. in princ. lib. 6. quem sequitur Phili. Dec. qui hoc expressè tenet, in dict. l. si ego. numero 28. ff. si certum petat.

Vigesimosecundò limita quando creditor alias esset debitor fideiussoris, & vellet vti compensatione: quia hoc casu fideiussor non potest dicere, excutias primò debitorem principalem: sed potest cogi per creditorem ad faciēdum secum compensationem absque alia excussione facta contra principalem. ita singulariter dixit Bald. in l. exceptione, in versi. dicendum est. C. de euictio. quem sequitur Andre. Barba. in c. peruenit. de fideiuss. Hippol. in repet. rubr. ff. de fideiuss. num. 11.

Vigesimotertiò limita non habere locum quandocunq; fideiussor succedit debitori tanquam hæres: quia tunc extincta est obligatio fideiussoria, & tenetur ipse fideiussor vt principalis, & non habet locū beneficium excussionis. ita probat tex. in l. fideiussores. & ibi Ang. & doct. C. de fideiusso. & ita tenet Hippol. in d. Rubr. de fideiusso. nu. 20.

REGVLA CCCXXXVI.

FIDEIVSSOR non potest agere contra principalē debitorem vt eum liberet antequam soluat. Hanc regulam probat tex. in l. si pro ea, C. mād. & in l. Lucius Titius. ff. eo. tit. & in c. fi. de fideiusso. De iure regio probatur in l. 8. tit. 18. lib. 3. fori: & in l. 4. tit. 12. par. 5. & circa hanc regulā vltra doct. in suprà dictis locis, vide Nicolaum Bellonum in §. si quid autem. nu. 3. Instit. de fideiussorib.

Hanc regulam cum quatuor limitationibus ponit Soci. in regul. 148. Hanc etiam regulam limitat quatuor modis tex. in d. l. si pro ea. & tribus modis limitat text. in d. c. fi. & ibi gl. in verbo, si diu. addit alium casum. Quatuor etiā casus ponit gl. in §. si quid autem. in verbo, soluerit. Instit. de fideiusso. Quinque casus ponit glo. in d. l. Lucius Titius. in verbo, condemnetur. Alios quatuor casus ponit tex in d. l. 7. fori: & ibi Montal. in gl. addit alios quatuor casus. Quinque casus ponit tex. in d. l. 14. tit. 12. par. 5. & ibi Montal. in glo. addit alios tres casus. Octo limitationes ad hanc regulam ponit Matth. de Afflict. in constit. Neapol. lib. 3. rub. 12. numero 11.

Hanc etiam regulā limitat tredecim modis Hippoly. in repe. Rub. ff. de fideiussori. nu. 216. & quinque modis limitat Io. Corasius in repetit. l. frater à fratre. §. quæsitum est. nu. 38 ff. de condi. indebit.

REGVLA CCCXXXVII.

FIDEIVSSOR soluens pro reo, habet contra eum mandati actionem. Hanc regulā probat text. in §. si quid autem. Institut. de fideiussor. & in l. si fideiussor. C. mandat. & in l. ex mandato. §. 1. & in l. inter causas. §. is qui. ff. manda. & in c. 2. & 3. de fideiuss. De iure regio probatur in l. 8. titu. 18. lib. 3. fori: & in l. 11. & 12. tit. 12. parte 5. Circa quam regulam vide vltra doct. in suprà dictis locis doct. in l. semper. ff. de reg. iur. Ludouicum Bologninum in repet. rubricæ, nu. 21. ff. si cert. pet. & Antonium de Petrucia in repe. l. 1. nu. 187. ff. de iureiur.

Ratio istius regulæ est: quia fideiussor videtur habere mandatū à reo de soluendo, vt in l. indebitam. ff. de condi. indeb. cum. n. reus mandauerit sibi vel passus est vt fideiubeat, videntur & alia mandata quæ sequuntur, vt in l. qui procuratorem. ff. de procurat. & glo. in d. l. indebitam.

Amplia primò hanc regulam siue fideiussor sponte soluerit, siue coactus per iudicem, vt in l. idem quoque. §. fide iusserit. ff. mandati. etiam si talis solutio coacta esset indebitè facta. ita tenet Bal. in l. venditor. §. solet. per illum tex. ff. de hæred. vel actione vēdita. vbi dicit quòd fideiussor iniustè condemnatus qui fecit quicquid potuit ne condemnaretur, habet actionem contra principalem debitorem pro quo fideiusit. Nam satis est ei quòd fuit condemnatus sine dolo suo: & totum istud negotium principaliter pertinet ad debitorem. idem firmat Abb. in consi. 60. incipienti, quoniam satis abundè. col. 1. vol. 1. Vbi dicit ꝙ hoc probatur in l. exceptiones. ff. de excep. & hanc opinionem tenet ibi Bart. adducit etiam tex. iuncta glo. in verbo, iudicium. in l. nam Seruius. ff. de neg. gest. facit quod not. Hippol. qui hoc tenet, in repet. rub. de fideiuss. nu. 186.

Amplia secundò vt non solum talis fideiussor habeat actionem contra principalem ad recuperandum debitum principale, verum etiam ad recuperandum damna & interesse. ita expressè tenet Abb. in d. consil. 60. col. 1. vbi dicit quòd fideiussor potest agere contra mandatorem seu fideiussorem: nedum pro sorte principali quam pro eo soluit, sed etiam ad damna & interesse. Pro qua opinione est tex. in c. peruenit. in versi. alioquin. de fideinssori. & facit quod habetur in l. inter causas. in §. impendia. & in l. quæ mutuū. in fine. ff. manda. & ita tenet Bald. in l. constitutionibus. C. de vsuris. Hippoly. vbi hoc declarat, in repet. Rub. ff. de fideiuss. numero 193. De iure regio est tex. pro ista opinione in l. 1 t. tit. 18. lib. 3. fori.

Amplia tertiò in tantum procedere suprà dictam regulam, quòd si principalis negauerit fideiussorem fideiussisse

pro eo de mandato suo, & fideiussor contrarium probauerit, poterit recuperare à principali debitum duplicatum. ita probat tex. in d. l. 11. tit. 18. lib. 3. fori.

Amplia quartò adeò procedere quòd sufficit confessio creditoris dicentis sibi satisfactũ esse à fideiussore ad hoc, vt ipse fideiussor possit agere contra principalem. ita expressè tenet Bar. per quatuor fundamẽta de quibus ibi per eum, in consi. 160. incipienti, Titius promisit Sempronio eum indemnem conseruare. & ibi Additionator eius. Eandem opinionem tenet Salic. & ibi Pau. de Cast. & Ludou. Roma. nu. 1. Alex. & Ias. nu. 9. in l. duobus reis. in §. 1. ff. de duobus reis. & ibi Pau. de Cast. dicit quòd ita consuluit in ciuitate Florentiæ: motus ex fundamentis Bar. in d. suo cõsilio: & motus etiam ex eo quod voluit Barto. in l. assiduis. C. qui potiores in pigno. habeã. vbi dicit quòd mulier quæ solum habet instrumentum confessionis dotis, potest agere contra tertios possessores bonorum, sicut si instrumentum contineret veram numerationem: quamuis gl. ibi teneat contrariũ. Et pro hac parte consuluit Fran. Tigrinus, vt referunt Alexand. & Iason in dict. leg. duobus. & refert etiam Alexand. ibi, se pro hac parte bis consuluisse. & ita consuluit in consilio 90. numero 3. volum. 3. & in consilio 123. volum. 6. Cæpola in consilio 12. tenet hanc opinionem, in consilijs ciuilibus. Decius in leg. 2. in §. fi. ff. si cer. pet. & in consi. 493. num. 6. Matth. de Afflict. in decisionibus Neapolit. decisione 91. num. 3. & in decisione 94. nu. 3. dicit quòd ita communiter tenetur: & in decisio. 150. num. 15. & hanc opinionem veriorem & communiorem esse firmat Hippolyt. in repet. Rubri. ff. de fideiusso. num. 265. Eandem opinionem tenet Felin. in c. si cautio. numero 89. de fide instrumẽ. Andr. Tiraquel. in tracta. de vtroque retractu: in tit. de retractu {l. inagier:} gl. 16. nu. 84. & in tit. de retractu conuentionali, gl. 6. num. 17. And. Alcia. in l. solutionis verbo. in fine. ff. de verb. signifi. & in l. j. in fi. C. de transact. & hæc est vera & communis opinio, vt suprà dixi, licet aliter teneat gl. quam ibi sequitur Bart. sibimet cõtrarius, in d. l. duobus reis. in §. in fideiussore. in ver. solutionis. ff. de iureiur. idem Bar. per illam gloss. in l. & per iusiurandum. in §. antepe. ff. de accep. & in l. cum filius. in fine princ. ff. de verb. oblig. & in l. reos. in 5. q. ff. de duobus reis. Rom. in l. prædia. ff. de acquiren. possess. Raphael Fulg. in d. l. duobus reis. Carol. Mol. in addit. ad Alex. in d. consi. 90. in additione ad nu. 3. vbi refert Alex. in aliquibus consilijs tenere hanc secundam opinionem.

Amplia quintò quòd si prædictus fideiussor est de iudicato soluendo postquam executio facta est contra eum & soluit pro principali, ipse etiam viam exequutiuam babet contra principalem: & potest contra eum agere via exequutiua, & impetrare executionem sine processu ordinario. Casus est valde sing. in l. fin. in fine. C. de vsuris rei iudi. ibi, quia per medium fideiussorem statim pecunias persoluere compellebatur. & ibi, & ipse reum coercebat ad inuitam solutionẽ. ita tenent Bar. Bal. & Ang. ibi. Bart. & Ang. in l. j. in fin. ff. iudi. solui. Hippol. in repet. Rub. ff. de fideius. nu. 362. Rode. Xuarez, vbi hoc notabiliter declarat, in l. 2. tit. {de los emplazamientos:} lib. 2. fori. §. sed pone quæstionem. nu. 22. fol. 185. col. 2.

Amplia sextò vt fideiussor possit soluere de bonis & substantia ipsius rei pro quo fideiussit. ita probat tex. nota in l. si procuratorem. in §. si ignorantes. ff. mand. ibi, ex substantia debitoris soluere. & ibi Bart. illum text. ad hoc notat: & in Auth. qua in prouincia. in fine. C. vbi de crimine agi opor. facit etiam text. in Auth. si captiui. C. de episcop. & cler. vbi eleganter dicit tex. quòd ille qui alium redimit, si babeat de suo, ponat de suo: alias potest vẽdere bona redimendi causa istius captiui. per quem text. ibi Bal. num. 6. dicit & limitat suprà dictam ampliationem esse veram, quando fideiussor non habet vnde soluat: & timet ne ponatur in carcere. Nam tunc potest vendere bona principalis & satisfacere, vt in d. §. si ignorantes. sed si fideiussur esset soluendo, non potest vendère bona principalis. quod dicit esse notandum ad limitationem text. in d. §. si ignorantes. & ita hançampliationem intelligit Roder. Xuarez in d. l. 2. titu. {de los emplazamientos:} lib. 2. fori. in §. sed pone quæstionem. nu. 25. Hippolyt. in d. repet. Rubr. ff. de fideiussor. num. 364.

Limita primò hanc regulam, quandocunque fideiussor pro inuito fideiusserit, vt in l. si remunerãdi. in §. si passus. & in l. si pro te. ff. mand. De iure regio probatur in l. 12. tit. 12. partita 5.

Limita secundò quando quis fideiussit animo donãdi, vt in d. §. si passus. ff. mand. Et probatur de iure regio in d. l. 12. tit. 12. par. 5. & tunc licet exceptiones & nonnulla cõmoda competant fideiussori ex persona rei, vt in l. ex persona. ff. de fideiu. & in l. tam mandatori. C. eod. titu. hoc tamen casu non proderunt nisi specialiter aliud esset actũ, vt probat tex. qui etiam probat hãc limitationem, & ibi gl. in l. quod dict. ff. de pactis. & ita per suprà d. tex. hanc limitationem posuit Lud. Bol. in rep. Rub. ff. si cert. pet. nu. 21.

Limita tertiò quandocunq; fideiussor fideiussit in rem suam, vt probat tex. in d. l. si remunerandi, in §. si passus. ibi, ad suum negotium gerens. Exemplum: quando quis fideiuberet pro suo procuratore in iudicio, qui postea fuit condemnatus, & pro eo soluit, vt per gl. ibi. Et ratio quare tũc non repetat est, quia sua non interest: nam ipse principalis tenebatur procuratori, si ipse procurator soluisset de suo: ideo non potest haberet regressum contra procuratorem. arg. eius quod dicitur in l. vendicantem. C. de euict. De iure regio probatur in l. 12. tit. 12. part. 5.

Quartò limita si hoc actũ sit vt non agat: puta quia periculo suo fideiussit, vt in l. remunerãdi, in §. Maurus. vers. Marcellus. ff. mand.

Quintò limita si quis fideiusserit ad instantiam eius qui promiserat aliquid contra bonos mores: puta facere furtũ, aut aliud damnum dare. Nam tunc licet fideiussio non teneat, vt in l. si à reo. in §. fin. ff. de fideiussor. tamen si soluat non potest repetere, vt in §. illud. Instit. mand. & in l. si remunerandi, in §. rei turpis. ff. eod. tit. De iure regio textus, in l. vigesimaquinta, tit. 12. parte 5.

Sextò limita si fideiussor non opposuit exceptionem, quam potuisset opponere: vt in l. si fideiussor. ff. mand. solet tamen fieri distinctio an exceptio sit peremptoria, an dilatoria: vt in d. l. si fideiussor, in §. quædam. & latius distinguunt doc. in d. l. si fideiussor. Sali. in l. pro ea. C. mãd. Ang. Aret. in §. si quid autem. Instit. de fideius. De iure regio est tex. qui probat hanc limitationem, in l. 15. tit. 12. parte 5.

Limita septimò si fideiussor non ostendat reum esse liberatum ex sua solutione, vel caueat de eo defendendo si conueniatur. ita probat tex. in l. si ex duobus, in §. quoties. ff. iudic. solu. vbi Bar. dicit illum tex. esse notandum. ad hoc Ias. in additionibus ad Christophorum, in §. si quid autem. Instit. de fideiussor.

Octauò limita quandocunq; fideiussor soluit ante diẽ: nam tunc fideiussor non potest agere contra principalem nisi adueniente die. ita probat tex. & ibi Bar. per eum in l. si mandauero tibi, in prin. ff. mand. & ita per illum tenet glo. in l. si pro ea. in fi. C. eod. tit. De iure regio probatur in l. 16. in fin. tit. 12. par. 5.

Nonò limita vbicunque fideiussor fideiussit pro aliquo de mandato testatoris: & sic grauat hæredem vt pro aliquo fideiubeat. nam tunc intelligitur voluisse, quòd si hęres soluat tanquã fideiussor, non possit repetere ab eo pro quo fideiussit. & ita per illum tex. in l. si tribus hęredibus. ff. de vsufructu earũ rerum quæ vsu consumuntur. tenet Bal. in l. si pro ea. C. mand. & in l. 1. in §. ne autem. C. de caducis toll. Ang. in l. si quis mandato. ff. de neg. gestis. Lud. Bologninus in rep. Rub. nu. 21. ff. si cert. pet. Ias. in l. quod dictũ. nu. 10. ff. de pactis. & in l. indebitũ. nu. j. in j. notab. ff. de cõdi. indeb. & in l. si res obligata. nu. 21. ff. de leg. j. Frã. de Ripa in l. cũ filiofamilias. nu. 14. ff. de leg. j. Rom. in sing. 798.

Didacus de Segura in l. si ex legati causa. nu. 75. ff. de verb. oblig. Ias. vbi sublimitat hanc limitationem, in l. si fideiussor. nu. 6. ff. de leg. 1. scilicet vt non procedat quando fideiussio affert magnum damnum ipsi hæredi, per d. Bald. qui hoc tenet limitādo illum text. in l. vnica, in §. ne autem. C. de caducis tollen. & illud dictum Bal. sequitur etiam Anto. de Tremolijs in addit. ad practicam Bonaccursij: in Rub. quibus modis suo nomine. in prin. num. 30. fol. 21. vertic. aduerte etiam. col. 2.

REGVLA CCCXXXVIII.

FIDEICOMMISSI conditionalis remissio seu renuntiatio simplex, ipsum non tollit, nec extinguit fideicōmissum. Hanc regulam probat tex. in l. si ita scriptū, in §. si sub condit. ff. de leg. 2. & ita per illum tex. tenet Guliel. Bened. in repet. c. Rainutius. in verbo, si absque liberis moreretur. el 2. nu. 107. & 116. de testamen.

Hanc regulam limitat sex modis, vbi ponit rationē huius regulæ, & eam notab. examinat Gul. Benedictus in d. c. Rainutius, in d. verbo, si absque liberis moreretur. el 2. nu. 116. cum alijs.

REGVLA CCCXXXIX.

FIDEICOMMISSVM ex futuro euentu pendens potest per pactum remitti. Hanc regulā probat tex. & ibi Bart. & Doct. in l. 1. C. de pactis, gl. in l. si ita scriptum, in §. si sub condit. ff. de leg. 2. & in c. Rainutius. de test. Circa quam regulam vide Guliel. Benedin repe. d. c. Rainutius, in verbo, si absque liberis moreretur. el 2. nu. 105. cum alijs, de testa. vbi assignat rationem huius regulæ.

Hanc regulam ampliat quinque modis & limitat alijs quinque modis Franc. Purpuratus, in l. 1. à num. 9. vsque ad nu. 49. C. de pactis.

REGVLA CCCXL.

FILIA per statutum à paterna successione exclusa, non retinet iura suitatis. Hanc regulam ponit Bar. in l. j. in §. sciendum. ff. de suis & legit. hæred. nu. 2. & in l. 1. §. si pater. ff. de coniug. cum emanc. lib. eius. Bald. in l. maximum vitium. in fin. C. de lib. præt. vel exhæred. Rom. in Lapud Iulianum, in §. idem Iulianus. nu. 52. ff. ad Trebel. & in l. ventre. ff. de acquir. hæred. nu. 10. Alex. in consil. 131. lib. j. Ias. in l. si emancipati. nu. 34. C. de coll. & in l. si arrogator. nu. 20. ff. de adopt. Philippus Decius in l. iura sanguinis. ff. de regulis iuris. Maturinus Montanus in Auth. de heredibus ab intestato venientibus. pag. 34. in fine versi. cæterum dubitari potest. col. 9.

Hanc regulam limitat quinque modis, vbi notabiliter eam examinat Alber. Bru. in tract. statutorum, in 10. artic. principali in 3. q. nu. 1. cum sequentibus.

REGVLA CCCXLI.

FILIATIO ex sola nominatione non probatur in extraneis. Hanc regulam probat tex. in l. non nudis, & in l. nō epistolis. C. de proba. gl. in c. Michael, de filijs presby. & in c. per tuas. de proba. & in c. illud. de præsump. & in c. transmissæ. & in c. per tuas. qui filij sint legitimi. Circa quam regulam vide quæ dicam in regula sequenti.

Ampliis primò procedere quòd nec in præiudicium tertij præsumptionem faciat. ita concludit Ias. in consi. 81. nu. 2. vol. 1. & in consi. 102. col. 1. vol. 4.

Limita primò quando ex antiquo sic nominatus esset: vt est gloss. & ibi Doct. in c. cum causam. de probat. Andr. Barb. in consi. 6. num. 14. lib. 2. Dec. in consil. 235. ad iustificationem. Petrus Rebuffus in tractat. nominationum. in princ. num. 4.

Limita secundò quo ad legitimationem: vt in Auth. si quis liberos. C. de natural. lib. liberis. Albericus in l. non idcirco, C. de iuris & facti ignorant. Alex. in consi. 150. libro 5. Gulìel. Benedict. in repet. c. Rainutius, in verbo, & vxorem. nu. 204. Petrus Rebuffus in d. tracta. nominatio. in d. q. 5. nu. 5. vbi hanc limitationem declarat Marcus de Mantua notabiliter in Apophtegma. 100. Ias. in l. neque professio. nu. 4. C. de testamentis.

Tertiò limita fauore libertatis: vt pote si dominus scienter nominauerit seruum suum filium, tunc efficitur liber: vt in §. fi. Instit. de adoptio.

REGVLA CCCXLII.

FILIATIO non probatur ex sola nominatione parentis, nisi alia adminicula concurrant. Hanc regulam probat text. & ibi glo. in c. ex tranſmissæ, qui filij sint legit. & in c. per tuas. de proba & glo. etiam communiter approbata in l. non epistolis. C. de probat. & hanc opinionem dicit esse communem Philip. Dec. in d. c. per tuas. num. 28. licet glo. in d. c. Michael. de filijs presbyt. teneat quod stetur nominationi, donec probetur contrarium. quam gloss. sequitur Bald. in d. l. non epistolis, in 2. notab. & in l. neque professio. C. de testa. & in c. tuam. de ordi. cog. sed gloss. in d. c. per tuas. ad hoc allegat suprà d. tex. in d. c. per tuas. & debet intelligi secundum illum: scilicet quandocunque alia concurrunt, vt suprà dixi.

Limita primò nisi talis nominatio magis esset conueniens filio quàm extraneo: vt est datio alimētorum, & traditio alicuius rei ad alimēta: ex hoc erit cōstitutus in quasi possessione filiationis. ita Bar. in l. 1. in §. idem per contrarium. ff. de liberis agnos. quem sequuntur Anto. de Butrio, Philip. Dec. & Fran. Aret. in d. c. per tuas. Iaso. in consi. 102. vol. 4. Iacob. de sancto Georg. in l. quidam quasi, nu. 3. ff. de probat. Andr. Tiraq. in tract. de vtroque retract. in tit. 1. §. 1. glo. 16. nu. 6. Pau. Paris. vbi allegat quàm plures Doct. in consi. 10. nu. 50. vol. 1. licet contrarium teneat Abb. in d. c. per tuas. nu. 7. de probat. per tex. in Clem. si summus Pontifex, in 2. responso. de sentent. excommu. cui respondent Doct. suprà alleg.

Secundò limita nisi nominatio facta sit directè in iudicio: vt in l. j. in §. Iulianus. ff. de lib. agnosc. ita Panor. in d. c. per tuas. nu. 8. de probat. quē ibi sequitur Phil. Dec. nu. 32. Pau. Paris. in consi. 10. nu. 47. lib. 1. idem dicunt si nominatio facta fuit extra iudicium directè nominato præsente: secundum suprà dictos Doctores argum. tex. in lege. certo. in §. si quis absente. ff. de confessis.

Tertiò limita qn̄ nominatio facta est incidēter, filio nominato præsente: quia tūc filiatio probatur. ita tenet Aret. in d. c. per tuas. quem sequitur ibi Feli. nu. 12. pro quo facit text. in d. l. quidam quasi. ff. de probat. Decius, vbi hoc notabiliter declarat, in d. cap. per tuas. num. 34.

REGVLA CCCXLIII.

FILIATIO probatur ex solo tractu de aliquo tanquam de filio, etiam si non nominetur. Hanc regulam ponūt Doct. in l. quidam quasi. ff. de probat. gl. penult. & ibi Ant. & Doct. in c. ex tranſmissæ. qui filij sint legit. Bar. in l. 2. ff. de lib. agnosc. & in l. a. in §. ad quæstionem. per illum text. ff. de quæst. Ange. de Peru. in l. vxorem. ff. de manumis. testa. Abb. & Doct. in c. per tuas. de probat. & ibi Feli. num. 13. circa quam regulam vide Barto. in l. filium definimus. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. vbi ponit practicam quomodò filiatio probetur. Lud. de Sardis in tracta. de natur. liberis, in §. de filiationis probatione. Ias. in l. nec professio. C. de testam. & in consi. 102. lib. 4. & in consil. 81. lib. 1. Alex. in consi. 150. lib. 5. Pau. Paris. notab. in consi. 10. lib. 2. Iacobinus de S. Georgio notab. in d. l. quidam quasi. vbi etiam ponit quomodò filiatio probetur.

Hanc regulam ampliat duobus modis Fel. in d. cap. per tuas. nu. 13. & 14. de probat.

REGVLA CCCXLIIII.

FILIVS natus in domo, præsumitur esse mariti. Hanc regulam probat text. in d. c. per tuas. de probat. & in l. filiū definimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. in l. si vicinis. C. de nuptijs. in l. miles, in §. defuncto. ff. de adul. De iure regio probatur in l. 9. tit. 14. part. 3. & in l. 7. in fin. tit. 2. par. 4. Circa quam regulā vltra Doct. in d. c. per tuas. vide Doct. in cap. transmissæ. qui filij sint legitimi. & in capitulo, officij. de pœnitentia & remissione. Palatius Ruuios in repetitione Rubr. de donat. inter virum. §. 60. num. duodecimo.

Ioannem de Neuizan. in Sylua nuptiali, libro 1. numero 85. And. Alcia. in tracta. de præsump. reg. 3. præsumptione 37. Nicol. Boer. in decision. 299. Paul. Parisi. in consilio 10. numero 1. Marcum de Mantua in repetit. leg. transigere. nu. 24. C. de transact. Albert. Brunum in cons. 15. in consi. feudalibus.

Amplia primò etiam si talis mulier soleat alijs commisceri. ita probat text. in d. l. miles, in §. defuncto. ff. de adult. & ita per illũ text. tenent Abb. & doct. in d. c. per tuas. Bal. in Rubr. C. de probat. & in l. si matre. C. de suis & legit. & in l. fin. C. de communi seruo manu. Ange. de Peru. in l. septimo mense. ff. de statu hom. Paul. Castr. in l. 3. ff. de lib. & posthu. Fran. Cremen. in singul. 126. Pala. Rnu. in d. repet. Rub. in d. §. 60. nu. 12. Marcus de Mantua in d. l. transigere. nu. 24. Ioan. de Neuiz. in d. Sylua nuptiali, libr. 1. nu. 85. Curt. Iunior in consil. 31. col. 2. Hippol. in l. 1. in §. ad quæstionem. nu. 84. ff. de q. Ange. de Claua. in Summa, in verb. adulterium. §. 5. Nicol. Boer. in d. decisi. 299. nu. 3. & sic suprà dicta reg. & ampliatio procedit, quocunque modo filius concipi potuerit ex marito: vt in d. l. 9. tit. 14. part. 3. & sic non refert vtrum mulier fuerit publica meretrix vel recesserit à viro, si probetur aliquo tempore maritum cum ea habitasse. Ratio est: quia semper in dubio interpretatur fauore filiorum. ita tenet Abb. in d. c. per tuas. nu. 1. & in c. transmissę. nu. 9. qui filij sint legit. & in c. intelleximus. nu. 7. de adul. Pau. Paris. notab. in d. consi. 10. nu. 5.

Amplia secundò vt procedat, nedum per viam simplicis præsumptionis, verum etiam per præsumptionem iuris & de Iure, vnde non poterit probari contrariũ. ita Paul. de Cast. in consi. 275. vol. 1. And. Barb. in consi. 50. num. 2. vol. 2. vbi referunt se ita consuluisse. Hipp. de Mars. in d. §. ad quæstionem. nu. 36.

Quam ampliationem And. Alcia. in d. tract. præsumpt. dicit non esse simpliciter veram, in d. reg. 37. nu. 2. & contra eam expressè tenet Pau. Paris. in d. consi. 10. nu. 42. vbi dicit quòd ex coniecturis, indicijs, & pręsumptionibus potest probari contrarium.

Amplia tertiò vt procedat etiã in concubina retenta in domo: quia præsumitur filius eius qui eam concubinam retinet: non aũt alterius. gl. est notabilis in c. Michael. de filijs presbyt. in verbo, constiterit. Quam gl. sequuntur Abb. & cæteri Doct. in d. c. per tuas. idem Abb. in c. trãsmissæ. qui filij sint legit. Pala. Ruu. in d. repet. Rub. §. 60. nu. 13. Nicol. Boer. in d. decis. 299. nu. 2. quam ampliationem quadrupliciter declarat And. Alcia. in d. reg. 37. nu. 3.

Amplia quartò etiam si tam mater quàm maritus negarent, & dicerent natum ex adulterio. vt est gl. in l. si posthumus. in §. fi. & ibi gl. & Doct. ff. de lib. & posthu. & in c. transmissæ. in verbo, indicijs. qui filij sint legi. Pro qua opi. est tex. in d. l. filium definimus. & in l. fi. in fi. iuncta gl. ff. de Carb. edicto. & in c. per tuas. & ibi Abb. nu. 4. & Doct. de prob. Alex. in l. nec possessio. C. de testa. Andr. Alciat. in d. præsumption 37. nu. 6. Nicol. Boer. in d. decis. 299. num. 6. Marcus de Mantua in apophthegma. 190. ex quo reprehenditur quidam filius regis qui credens dicto matris renuntiauit regno. de quo per doct. in leg. si vicinis. C. de nupt. per Bar. & Iacob. de Arenis in d. l. filium definimus. de quo per Ias. in l. Gallus. num. 66. ff. de liber. & posthu. per Ioannem de Neuizan. in d. Sylua nuptiali, libr. primo. nu. 86. & hanc ampliationem sequitur Pau. Paris. in d. consilio decimo, numero decimoquarto, lib. 2. Quæ ampliatio procedit quandocunque filius non habet conscientiam læsam ex dictis matris: qua nullo modo vult credere matri. secus autem si filius habet conscientiam læsam ex dictis matris: quia tũc debet credere matri, & omnia bona restituere: alias faceret contra conscientiam & ædificaret ad Gehennam, vt in c. literas. de restit. spoliatorum. ita tenet Hostien. quem sequitur ibi Abb. nu. 4. in c. officij. de pœnitentia & remissione. idem Abb. & Præpo. in c. veniens. q. pen. de eo qui duxit in matrimonium. And. Alciat. in d. reg. 27. nu. 6. Iacob. in l. Imperatores. nu. 9. ff. de probat. Quod tamen intelligo verum nisi aliter iste filius viuere non possit: quia tũc posset capere vitæ necessitatem: maximè alijs quibus debetur non existentibus in tanta necessitate. ita tenet Sylue. in Sũma, in verbo, adulterium. nu. 4. in fi. & tunc talis filius debet proponere satisfacere si ad pinguiorem peruenerit fortunam. Verum tamẽ est quòd talis filius de bonis consumptis bona fide durante, non tenetur: secundũ Hostiensem. Ratio est: quia tunc erat bonæ fidei possessor, vt in l. certũ. C. de rei vendicat. sed tunc dicit Host. quòd mulier ista tenetur restituere consumpta per filium putatiuum.

Sed est dubium an dictus filius post completam præscriptionem debeat facere conscientiam de successione in bonis: si probetur vel sibi constet non esse legitimè conceptum. Angel. in Summa, in verbo, adulterium. §. 6. & ibi Syluest. nu. 4. in fine, tenet quòd non. Pro qua opi. est glos. in c. vigilanti. in verbo, nouerit, & in c. fin. in gl. fi. de præscrip. vbi probant quòd si post completam præscriptionẽ superueniat scientia rei alienæ, qui est tutus pręscriptione, non tenetur ad restitutionem in foro conscientiæ. similis est gloss. in cap. si virgo. in verbo, possidere. 34. quæstio. 2. & in regula, possessor. in glo. 1. de regulis iuris. libro sexto. & in c. si res. in glo. 1. 14. q. 6. & in c. 1. in glos. verbo, repellendi. de concessione præben. hanc opinionem tenet Bal. in d. cap. vigilanti. nume. 3. & ibi Abb. nume. sexto. Felinus numero 11. idem Abb. in c. fin. num. 37. de præscript. & in c. quia plerique. numero 25. de immunitat. eccles. pro qua opinione est tex. in l. 1. in §. fin. cum l. sequenti. ff. de itinere actuque priuat. vbi dicit tex. quòd nec corrumpi nec commutari potest quod rectè transactum est superueniente delicto. Et hanc opinionem sequitur Angelus Aret. in §. fin. num. 1. Instit. de vsucap. Petrus Rebuffus in tract. de pacificis possessor. pagina 2. num. 8. Alciat. in Rub. de præscrip. numero 13. & in cap. nouit. num. 39. de iudic. & ibi Philip. Decius numero 11. Io. Oldendorpius in tract. de vsucapi. in 3. parte, num. 4. Angel. de Perus. in repet. l. 1. numero 56. C. de iudic. vbi in nu. 65. dicit hanc esse communem. Pala. Ruu. in repet. Rub. de donat. §. 65. numero 28. Chassenęus in consuet. Burgun. in tit. { Des forestz. } Rub. 13. & 8. fol. 177. colu. 2. num. 24. & hanc opinionem dicit esse communem Ioan. de Imola in c. finali, numero 30. de præscr. tam Legistarum quàm Canonistarum. Quæ opinio est etiam communis Theologorum, vt tenet Sylvest. in Summa, in verbo, præscrip. el 1. num. 13. Ang. de Clauasio in Summa, in verbo, præscriptio. §. 46. vbi dicit ita tenere Scotum in 4. Sententiarum, distin. 15. Ioan. de Medina in tract. de restitutio, q. 18. Conradus in tractatu de contractibus. q. 11. Sanctus Ant. Archiepiscopus Floren. in Summa, in 2. parte, titulo 1. c. 15. licet contrarium teneant Anto. de Butrio & alij Docto. quos ipse allegat in c. fin. de præscrip. Quam opinionem sibimet contrarius conatur defendere Andr. Alciatus in repetitione l. quinque pedum. numero 15. C. finium regundo.

Amplia quintò etiã si filius natus non assimilaretur marito, sed alicui adultero. argu. tex. in l. fi. in §. pen. ff. ad municipali facit tex. in l. ꝙ si nolit. in §. si mancipia. ff. de ædilitio edicto. & quia istud potuit contingere propter cogitationẽ mulieris tempore conceptionis, vt per glo. in l. quærat aliquis. in glo. fin. ff. de verb. signi. ita consuluit Pau. de Cast. in d. consil. 275. Facit quod notant Ias. & Doct. in l. Gallus. in fi. princ. ff. de lib. & posthu.

Amplia sextò etiam si prædicta mulier fuisset per longum tempus sterilis cum tali marito. ita tenet Abba. in dicto capitu. per tuas. in princip. quem sequitur Andr. Alcia. in dicta præsumptione 38. nume. 8. Felin. in dicto cap. per tuas. num. 1.

Limita primò non procedere quando maritus tempore conceptionis non esset habilis vel potens ad coeundum propter aliquam infirmitatem, vel aliquod impedimentum. ita probat tex. in dicta l. filium definimus. in fin. & ita

tenet-

tenet Abb.in d.c.per tuas.nume.3.Nicol.Boer. in d.decis. 299.nume.3.Felin.& Doctor.in d.c.per tuas, & in d.l.filium definimus.& in l.Gallus.in princ.ff.de liber. & posthu.Praeo.in c.transmissae.col.j. qui filij sint legitimi. Alex. in consil.78.nume.7.& 9.volu.7.Pau.Paris.in d.consi.10. nu.36.& nu.78.lib.2.

Limita secundò quandocunque mater adulterabat cũ alio,& filius claudus vel caecus natus fuerit:nam tunc praesumitur potius ex adulterio quàm ex coniugio cõceptus. ita expressè tenet Andr.Barba.in c.in praesentia.nu.98.de probat.Quem sequitur Hippo.in sing.530.

Quae limitatio meritò reprobatur per Didacum Couarru.in 4.Decretal.in 2.par.c.8.§.3.nu.8.

Limita tertiò quandocunque maritus esset tanto tempore absens vt verisimiliter potuisset credi attenta natura,filium ex alio genitum,vt in d.l.filium definimus. & in d.l.9.tit.14.par.3.

Alias limitationes circa hanc regulam vide per Doct. in locis suprà allegatis.

REGVLA CCCXLV.

FILIVS regulariter puniri non debet pro delicto patris.Hanc regulam probat tex.in l.2.in §. nullum patris delictum innocenti filio poenae est.ff.de decurionibus. & in l.crimen.ff.de poenis.& in l.sancimus.C.eod.titu.glo. quae allegat plures concordantias in d.§.nullum.probatur etiam per totam.56.dist.facit glo.in l.si quis suo testamento.C.de inoffic.testa.De iure Regio probatur in l.9. tit.5. lib.4.fori,& in l.9.tit.31.par.7.& circa hanc regulam vide Felin addit.ad Abb.in c.ius generale.col.5.in fi.j.dist.Archidiac.in c.qui bona.nu.15.17.q.j. Didacum de Couarru.in lib.2.variarum resolutionum,c.7.Ioan. Igneum in l. si de pluribus.nu.23.ff.ad Syllan.Matth.de Afflict.in constit.Neapo.lib.j.Rub.2.nu.70.

Amplia hanc regulam idem esse econtrà: nam pater etiã pro delicto filij puniri nõ debet,vt in d.l.9.tit.5.lib.4. fori,& in d.l.9.titu.31.par.7.& ibi glo.vbi etiam aliae personae enumerantur.

Limita primò hanc regulam non procedere in crimine laesae maiestatis,vt est tex.expressus in l. quisquis. C.ad leg.Iul.maiest.in §.filij verò.& in l.2.titu.2.& in d.l.9. titu.31.par.7.glo.in d.l.2.§.nullum. ff.de decur. text. in c.si quis.§.filij verò.6.q.j.

Limita secundò non procedere in crimine haeresis, vt in c.quicunque.de haeret. lib.7. §.haeretici autem. & in c. vergentis.eod.tit.& in Auth.Gazaros.C.de haeretic. gl.in c.cum secundum leges.in verb.ipso iure.de haer. libr.6. & ibi Doct.licet de iure Regio aliter sit dispositum, vt in l.7. tit.7.par.6.& in l.6.tit.24.& in l.2.& 3.titu.26.par.7. scilicet ꝙ filij haereticorũ poterant succedere in bonis parentum,etiam post condemnationem. sed suprà dictae leges Partitae hodie sunt correctae per suprà dicta iura Canonica:quibus standum est cùm sit crimen ecclesiasticũ, vt in c.vt officiũ.§.statuimus.de haeret.lib.6.not.Abb.in c.j.de offic.ordin.& ita expressè tenet Pala. Ruui.in repet. c.per vestras.§.14.incip.sed pulchrum est videre.de dona. inter vir.& vxor.eandem opin. vbi notabiliter eam examinat, ponit D.Iacobus Septimãcensis in suo eleganti tract.Catholicarum instit.c.9.nu.2.cum alijs. & quantum ad officia & dignitates ꝙ filij puniantur in crimine haeresis pro parentibus, est text.in pragma.8.& 9.in pragma.antiquis.

Tertiò fallit in filio nato ex non iustis nuptijs, vel ex fornicatione, vel ex dãnato coitu : nã propter delictũ patris, ipse non succedit patri, & est incapax bonorũ patris: vt in Auth. ex cõplexu. C.de incest.nupt. & in Auth. quibus modis natur.effic.sui. §.vlt. collat.7.& ita expressè tenet Paul.Grillan.in tract.de haereticis.q.3.nu.5.facit quod suprà dixi in reg.150.& infrà in reg.366.

Quartò fallit, quando libertus fuit manumissus, & fuit ingratus patrono : quia fecit ei aliquam offensam: nã propter hoc reuocari potest in seruitutem , & etiam filij qui post reuocationẽ nati & concepti fuerint. ita probat textr. in l.si manumissus ingratus.C.de liber. & eorũ liber. Quẽ text.ad hoc dicit esse mirab.Ias.in l.naturalis.in princ.nume.1.ff.de pscript. verbis.facit glo.in l.diui.ff.de iure patr.

Quintò fallit nisi filius sit haeres patris, tunc tanquam haeres tenetur pro patre ciuiliter.ita tenet Bal.per text. ibi in l.ne contra iuris.C.ne filius pro patre. Barto. in l.j.ff.de interdict.& releg.& ibi Alex.in addit.gl.& Doct. in l.ado ptiuum.in fin. ff. de in ius voc. Matthae.de Afflict.in Constit.Neap.lib.j.Rub.2.nume.76.

Sextò fallit in filijs primipilaris qui conueniri possunt pro debito paterno , etiam si haeredes patri nõ extiterint. probat tex.in l.cum ex sola.C.de primipilo. libr.12. & ibi Bar.per illum textum.Archid.in d. c.qui bona. nu.15.17. q.j.& quis dicatur primipilus, vltra text. de iure regio in l. 16.titu.9.par.2.vide Alciat.in d. Rub.C.de primipilo.lib. 12.Bar.de Chass.in catalogo gloriae mundi:in 9.par. consider.20.& in Consuet.Burg.in titu.} Des confiscations.} Rubr.2.§.2.fol.197.col.j.num.27.Claudium Cottareum in tract.de iur.mil.lib.j.c.22. Alex. in l. à diuo Pio. in §.in venditione.nume.27.ff.de re iudi. Abb.in c.ex parte . nume.fi.de consuet.

Septimò fallit de iure canonico : nam filius tenetur ex delicto patris:vt in c.tua nos.de vsuris. facit quod dixi suprà,in reg.13.in 11.& 12.limitat.

Octauò limita non procedere in occidente, capiente, vel banniente episcopum,vel qui contra ecclesiam delinquunt : nam ipsi & eorum posteri perdunt quicquid habent ab ecclesia vsque ad quartam generationem, vt in c. ad aures.& in c.in quibusdam.de poenis. & ibi glo. in verbo,ad haeredes.tex.in Clemen.si quis suadente.de poenis.

Nonò fallit in priuilegijs concessis patri & filijs, vt si pater committat crimen propter quod debet priuilegium amittere.talis enim macula patris afficit filios post maculam conceptos,vt in l.emãcipatum.in §.si quis.ff.de senat. & in l.eum qui ciuitatem amisit.ff.de interdi.& releg.

Decimò fallit in infamia,vt si pater infamis sit,erit etiã filius eius infamis , vt in §.verum.6.q.j. & in c.cùm multae.15.q.8.glo.in verbo, de quarta in prin.j.q.4.

Vndecimò fallit in poena diuina : ibi ex delicto parentum sunt puniri filij,vt est tex.& ibi glo. Authen. vt omnes obediant iudicibus prouinciae, in §.plurimorum. in glo.in verb.sequuta.collat.5.tex. & ibi glo.in c.ecclesia.in §.item peccato.j.q.4.tex.in c.vergentis.in fi.de haeret. facit quod no.Beatus Thomas in j.2.q.81.art.19.nu.1.& 2.

Duodecimò fallit in filijs sacerdotum : nam sunt serui ecclesiae.vt in d.c.cùm multae.15.q.8.circa quem tex. vide notab.Marc.de Mantua in lib.8.obseruationum, obseruatione 74. Quod de consuetudine non seruari dicit glo.in d.c.cùm multae.in verbo, connubio.& in c.dominus.in verbo,repellitur.56. dist. quas glo. sequitur Guliel. Bened. in repet. c. Raynutius. in verbo, Raynutius de Clera.nume.21.

Decimotertiò fallit in filijs presbyterorum qui promoueri non possunt ad sacros ordines, nec praelatias habere possunt, vt in c.j.per totum, de fil.presb.& in c.presbyterorum filijs,56.dist. Pet. Rebuf. in concordatis , in forma de mandatis Apost.pag.312.col.2. & in tract. de pacificis pos.nume.225.

Decimoquartò fallit si vigore statuti filius puniatur pro patre,vt est glo.notabilis in Rub.C.de decur. libr.10. pro qua glo.est tex.in c.2.de delict.puerorum.in versicu. secundum consuetudinem illius terrae.& ita tenet Matth. de Afflict.in constitu.Neapo.lib.j.Rub.2.numer.82.facit quod ipse not.in praeludijs constitutionum,q.9.num.2.& ita posui in repe.156.ampliatione.2.

Decimoquintò limita in feudis:nam propter delictum patris filius amittit feudum : vt dicam in regula sequenti.

Decimosextò limita non habere locum in iure patronatus : nam propter delictum patris, priuatur filius iure patrona-

Iacob.de S. Geor.in l.Imperatores.nu.9.ff.de probationib.Matur.Mont.in d.Auth.in d.pag.37 Marcus de Mantua in d.apophtheg.100.& vide in reg.350.in 18.ampliat.

Limita 2. non procedere quando pater sine dedecore non posset contrahere matrimonium cũ muliere ex qua filius natus est.ita tenet Bal.in d.l.res inter alios.nu.4. quẽ sequitur Iac.in d.l.Imperatores.nu.9. Marc. de Mant.in d. apophthegm.100. & hanc dicit communem opin. Mar. Soc.Iunior in consi.52.lib.3.Sylu. Aldobr. in §.aliquãdo. nu.12.Instit.de nupt.vide infrà in reg.350.limit.8.

Tertiò limita non procedere quandocunq; mulier ex qua filius natus est,esset mortua.ita tenet Bal.in d. l.res inter alios.nu.4.quem sequitur Iacob.de S. Georg.in d.l.Imperatores.nu.9.ff.de probat.Gul.Mayn.in l.quoties idem, nu.93.ff.de reg.iur.

Quartò limita non procedere de iure canonic.secundũ Lud.de Sardis in tract.& part.nu.14.

REGVLA CCCXLIX.

FILIVS qualitercunque consentiat in testamento patris,siue tacitè siue expressè,excluditur à querela.Hãc regulam probat tex.in l.parentibus. C. de inoffic. testa.& in l.si proponas.in §.si hæreditatẽ.ff.eod.tit. De iure regio probatur in l.6.titu.8.par.6.& circa hanc regulã vide Pau. Paris.in consi.9.nu.1.vol.3.

Limita primò quando filius approbauit testamentũ patris post aditam hæreditatem,vt tunc nascatur querela,& ante illud tempus non posit repudiare quod non est delatum:vt in l.3.cum alijs.C.de pactis.glo.in l. si quis filium.in verb.hæreditatem.C.de inoffic.testa.& ita tenet Did. del Castillo in l.24.Tauri.nu.32.versi.14. conclusio est, licet aliter teneat Sali.quem ipse ibi refert in d.l.parentibus.

Limita secundò non habere locum in querela de inofficiosis donationibus.tex.est in Auth. vnde si parens.C.de inoffic.testa.& ibi Ias.post principium.Bar.in l. [illegible], in §. Imperator.ff.de leg.2.Ias.in d.l.parentibus.Doct.in l.cum donationibus.C.de inoffic.don.Castillo, vbi assignat rationem,in d.l.24.nu.34. post Ias. in d. l. parentibus.

Tertiò limita procedere in ipso qui approbauit iudiciũ patris:secùs est in filio ipsius & sic in nepote testatoris,qui venit ad querelam per successorium edictum: nam ille nepos potest illam intentare, licet filius exhæredatus approbaret testamentum.ita Alex.in l.si quis posthumos,in §.3. ff.de liber.& posthu.quem sequitur Ias. in Rubr.nume.6. versi.secundò limitat.C.de successorio edicto. reprobato Bald.qui contrarium tenuit in l.in suis, in 9.oppositione. ff.de liber.& posthu.

Quartò limita non habere locũ in iure agendi ad supplementum:nam talis filius potest agere ad supplementũ, licet approbauerit iudicium patris. ita probat text. in l. si quando,in §.generaliter.& ibi Bal.& Salic.C.de inoffic.testamen.Hanc opinionem per illum tex.tenet Bar. in l.Papinianus,in §.si conditione.in fi.ff.eod.titu.Bal.in l.omnimodò.C.eo.licet olim approbans testamentum excludebatur à iure agendi ad supplementum: vt est glo.in d.l.Papinianus.in §.si conditione,in verbo,excludi: vbi dicit gl. ꝙ in hoc iura antiqua remanent correcta. similis est gl. in d.l.si quando,in §.& generaliter,in verbo, præiudicium.

Et circa hanc regulam nouem casus in quibus quis dicitur approbare iudicium vel testamentum patris,& propter quod excludatur à querela, ponit Castillo, in d.l.24. Tauri,nu.33.

REGVLA CCCL.

FILIVS naturalis legitimatur per subsequens matrimonium.Hanc regulam probat tex.in c.tanta. qui filij sint legi.& in §.fi.Instit.de nuptijs.& in §.quibus,versic.nec non.Instit.de hæred.quæ ab intesta.deferuntur. in Auth.quibus modis naturales effician.legit. in princ. collat.5.& in Auth.quibus modis nat.effician.sui,in §.si quis igitur dotalia,colla.7.& in l.nuper.C.de natu.lib. De iure regio probatur in l.2.tit.6.lib.3.fori. & in l.12.titu.6.& in l.1.tit.13.& in l.2.tit.15.part.4.& in l.12.Tauri. Circa quã reg.vltra Doct.in suprà d.locis,vide Ant.de Butr.& Abb in c.innotuit.de elect. & in c.cùm in cunctis. vbi Philip. Dec.num.13.cum alijs,eod.tit.Ias.in l.generaliter. §.cùm autem.& ibi Doct.C.de instit.& substitu. & in l.Gallus,in §.& quid si tantũ.ff.de liber.& posthu.Doct. in §.fi.præcipuè Syluest.Aldob.Instit.de nuptijs. Matth. de Afflict. in c.1.in §.naturales,in 5.notab.si de feudo fuerit controuer.inter dominum & agna vasal.in Vsibus feudor. Cifuetes & Doct.in l.11.& 13.Tauri. Pet. Briax. in Directorio electionum.c.3.2.partis.And.Barb.in repet. l.cum acutissimi.nume.241.cum alijs.C.de fideicommis. D. Couarr. in epitome de sponsalibus,in 2.parte,c.8.§.2.Guliel. Mayne.in l.quoties idem,nu.9.cum alijs.ff.de reg.iur.Io. Brunel.in tract.de sponsalibus,conclusione 2.Chassanæ.in cõsue.Burgun.in tit.{ Des successions.} Rub.8.§.3. fol.287. col.2.nu.2.Lauren.Sylua.in consi.3.nu.20.cum alijs. Deci.in consi.155.Ludoui.Gozadinum in consi.25.num.1. & 2.cum alijs. Boerium in decisio. 159. Guliel. Benedictum,in repet.c.Raynutius,in verbo,& vxorem nomine Adelasiã,in princ.nu.181.Tiraquel.in repet.l.si vnquàm, in verbo,susceperit liberos.nume.71.cum alijs.C.de reuocan.donatio.& in tract.de primogenitu.q.34. Io. And. in reg.sine culpa.de reg.iur.lib.6.Maria. Socin. Iuniorem in consi.11.nume.1.cum alijs,volu.2.Rodericum Xuarez in glo.l.3.titu.6.lib.3.fori.Franc. de Ripa in repetit. l. si vnquàm.C.de reuocan.donatio.q.32. Franc. Curtium Iuniorem in consi.136.Ludo.de Sardis in tract.de naturalib. liberis.c.de legitimatione per verum matrimonium : cum tribus sequen. Anto. de Rosellis in tract. de legitimatione,lib.3.c.de causa materiali legitimationis. Paul. Parisi.in consi.13.nu.33.volu.2.Marcum de Mantua in consi. 45. Maturinum Montanum in Auth. de hæredibus ab intestato venientibus,collat.9.pag.36.

Amplia primò vt filij hoc modo legitimati dicãtur verè & propriè legitimi,text.est in d. Authen.quibus modis natura.effician.legi.collat.6.ita tenet Ias.in l.generaliter.§. cùm autem.C.de instit.& substit.numer.9. facit etiã text. in Auth.de incestis nuptijs,in §.dubitatum, collat.2.Hãc opinionem tenet Anto.de Butr.in c.innotuit. de electio. Pau.de Castr.in l.fi. C. de his qui veniam ætatis impetrauerunt.Franc.de Ripa in l.si vnquàm,in Rub.nu.86.C.de reuocand.dona.Chassanæ.in Consue.Burgun.in tit.{ Des successions.} Rub.7.§.3.fol.228.col.4.nu.7.gloss.3. in d.c. tanta.tex.in Auth.quibus modis natu.effician.sui.ibi,nihil à legitimis differentes,in §.liceat. ibi, nihil à legitimis differentes,colla.6.tex.in l.12.Tauri,licet contrarium teneat Barbatias in repet.l.cum acutissimi.num.241.C.de fideicommis.Paul.Parisi.in consi.13.nu.37.volu.2.

Amplia 2.vt tales filij comprehendantur in instrumento faciente mentionem de legitimis. ita concludit Præposi.in c.per venerabilem,in §.quod autem.nume.63.qui filij sint leg.etiam si statutum loqueretur de legitimè natis. eandem opin.tenet Anto.de But.in c.innotuit.col.2. in fi. in versic.not. de electio. & Philip. Dec. in c. cùm in cunctis.nume.29.eod.tit.Pau.de Cast.in l.fi. C.de his qui veniam ætatis impetrauet.Deci.in consi.155.col.penul.& fi. Ioan.Campecius in tract.de dote,in 3.par.5.partis principalis.q.59.in fi.Pau.Parisi.in consi. 13. nu.40. vol.2.Ioan. Crot.in repet.l.Gallus.§.& quid si tantum.nu.82. & 169. ff.de liber.& posthu.licet contrarium teneat Ant. de But. in d.c.tanta.

Amplia tertiò ꝙ per talem legitimationem fingitur à principio omnis coitus licitus & matrimonialis. vt in d. c.tanta.& ibi Doct.per quem text. ita tenet Soc. in l.Gallus.in §.si eius. nume.4.ff.de liber.& posthu.

Amplia quartò vt non solùm legitimentur quo ad patrem & matrem, verùm etiã quo ad alios agnatos & cognatos.ita tenet Abb.& Doct.in c.3.& in d.c.tanta.qui filij sint legi.facit tex.in §.proxima itaque,in Authen.quibus

bus modis natura efficiantur sui.collat.6.

Amplia quintò vt filij prædicto modo legitimati possint promoueri absque dispensatione ad ordines, beneficia, honores, & etiam ad episcopatum: vt est glo.commu niter approbata in c.tanta.& in c.innotuit,in verbo, coniugata, de electio, quam glo. sequitur ibi Abb. idem Abb. in d.c.tanta.Io.Calderinus in cōsi.2. sub Rub. qui filij sint legitimi.Aegidius de Bellamera in c.2.nu.2.36. dist. & in c.cùm in cunctis.nu.18.de elect.& ibi Philipp. Dec.nume.24.Chassanæ.in Consue.Burgun.in tit.{Des successions.} Rub. 8. §.3.fol.287.col.2. nu.6. Ias. in l.generaliter,in §.cùm autem, nu.10.C.de instit.& substitu. Nicolaus Boerius in decisio.159.nu.4.Andr. Tiraqnel.in tract. de primoge.quæst.34.nume.55.Franc. à Ripa in d. repet. l.si vnquam. nu.87.C.de reuocan.donatio.Paul.Parisi.in consi.13.nu.45.lib.2.Laurentius Syluanus in consi.2.nume.23.Guliel.Mayne.in l.quoties idem, numer. 14.ff.de reg.iur.Lud.de Sardis in tract.de naturalibus liberis, in c. de legitimationis effectu,nu.5.Io.Corasius in l.pro parte. nu.14.ff.de seruitutibus.Petr.Briaxius in Directorio electionum,c.j.2.partis,nu.6.

Amplia sextò adeò procedere q; licet filij naturales legitimati nō admittantur ad successionem feudi: vt in c.j. in §.naturales,si de feudo defun.conten. sit inter domi.& agna.vasalli,in Vsibus feudo. tamen si legitimati sunt per subsequens matrimonium,succedunt in feudis. ita tenent Iac.de Belloui.in d.§.naturales.Host. & Io.Andr. in c.lator.qui filij sint legi.& ibi Doct.Hanc opin. dicit esse cōmunem Ias.in l.generaliter.in §.cùm autem. num.10.C. de instit.& substit.Alex.in l.ex facto, in §.si quis rogatus. num.18.ff.ad Trebellia.& ibi Franc.à Ripa num.48.eandem opin.dicit etiam communem idem Ripa in repet.l. si vnquam.C.de reuocan.donatio.num.88.Dec.in c.cùm in cunctis.num.26.de electio.Chassanæus in consuet.Burgun.in titu.{Des succesions.} Rub.8.§.3.fol.287.col.2. nume.6.Marcus de Mantua in consi.45.nume.15. Ias. in consi.148.nume.6.volu.4.Panor.in d. c.innotuit. de electio.& in d.c.tanta.nu.7.Dec.in consi.155.Nicol.Boer.in decis.123.nume.4.Barthol.Soc.in consi.3. nu.11.volu.3. vbi etiam dicit hanc esse communem. & Io. Crot.in d.l. Gallus.in §.& quid si tantum.nu.82.Præposi. Alexandrinus in d.c.tanta.nume.20.Laur.Sylua. in consil.3. nu. 49. Hanc etiam dicit communem, vbi notab.eam examinat Matth.de Afflict.in d.§.naturales.in 5.notab.nu.6.Petrus Briaxius in Directorio electionum,in c.j.2.partis,num.6. Io.Anto.Rubeus in repetitio.l.Titia Seio. in §.Imperator.nu.46.ff.de leg.2.Barthol. Fumeus in sua Aurea summa Armilla:in verbo,filius.§.11.Io. Corasius in l.pro parte.nu.14.ff.de seruit.And.Tiraq.in tract. de primogenitura,q.34.nu.53.eandem opinionem dicit esse communem Bal.in cōsi.129.in prin.vol.3.Curtius Iunior in cōsi.136. nu.1.Guliel.Mayne.in l.quoties.nu.14.ff.de regu.iur. Aiciatus in l.ex facto.nu.7.versi.nam & si furiosus.ff.de vulgari.Bernar.de Luco in regu.231.in 3.limitatione.licet de hoc dubitet Bald.in consi.367.nu.2.lib.5.Andr. Barba.in d.repet.l.cùm acutissimi.num.241.C.de fideicommis. & contrarium consuluit Ang.in consi.29.col. fi.versic.item non obstat dictum.& licet idem Bal.in d. §.naturales.distinguat, an in concessione feudi fuerit dictum de descendentibus legitimè, vel de natis legitimè, vt tunc non succedant legitimati per subsequens matrimonium,sed indistinctè tenenda est prædicta limitatio. quam etiam vltra suprà dictam Doct.dicit esse communem Franc.Curtius Iunior in tract.feud.in 3.parte,quæst.17.nume.41.& hāc opin.tenet Zasius in tract.feud.in 8.par.nume.87.Pau.Paris.in consi.13.nu.44.vol.2.

Amplia septimò procedere in emphyteusi ecclesiasticam:nam filij legitimati per subsequēs matrimonium succedunt in emphyteusi ecclesiastica.ita tenet Petr. de Anchar.in consi.241.nume.5.quem sequitur Io.de Imo.in l. quod dicitur.ff.de verb.oblig.nu.10.in fi.verbis. versic.& per hanc rationem.Deci.in c.cum in cunctis,nume.26.de elect. Alex. & Doct.in l.ex facto, in §. si quis rogatus.ff. ad Trebel.idem Deci.in consi.155.in fi.Ripa in repe. l.si vnquam,nu.89.C.de reuoc.dona. & in Rubr. de iudicijs, nume.85.Tiraquel.in tract.de primogeni.q.34.num. 54. Pau.Parisi.in consi.13.nume.43.vol.2.Ias.in d. l.generaliter.nu.10.C.de instit.& substi.Chassanæ.in consuet. Burgun.in titu.{Des succesions.} Rub. 8. §.3.fol.287.col.2. nume.7.Lauren.Sylua.in consi.3.nume.Bonus de Curtili in tract.de nobilitate,in 4.par.nume.20. Io.Crot. in repet.l.Gallus,in §.& quid si tantum. nume. 169. ff.de libe. & posthu.Pala.Ruuios.in repe.Rubr.de donatio.§.60.nume.8.Ioan.Coras.in l.pro parte, numer. 14.ff.de seruit.licet ad hanc emphyt. ecclesiasticam non admittatur filius rescripto principis legitimatus:secundum Bald.quem sequuntur Doct.suprà alleg.in l.generaliter, in §.cùm autē. C.de institut.& substitut.Ratio huius ampli.est: quia filij legitimati per subsequens matrimonium dicuntur verè legitimi,& perinde censentur ac si ab initio matrimoniū contractum fuisset: vt in §.dubitatum, in Authen.de incestis nupt. collat.2.

Amplia octauò q; talis filius legitimatus per subsequēs matrimonium, excludat substitutum: vt si pater in testamento instituit Titium filium suum hæredem, & substituit Sempronium, si filius eius decesserit sine filijs legitimis:si filius decedat cum filio legitimato per subsequens matrimoniū,q; tunc substitutus excluditur.ita tenet Anto.de Bui.in c.innotuit.de electi.Dec.in consi.155. nu.7. & in consi.284.nu.9. vbi dicit hanc esse communem opi. hoc etiam tenet Phil.p.Dec.in c.cum in cunctis,nu.28.de electio.Catellia.Cotta in memora.iuris: in verbo, legitimatus,el 2.Lauren.Syluan.in consi.3.nu.22. Nicol. Boer. in decis.159.nu.20.Ripa in Rub.ff.si cert.peta.nume.3.& in repet.l.si vnquàm.C.de reuocan.donatio.nu.86.Io.Anto.Rube.in repet.l.Titia Seio,in §.Imperator. num.46.ff. de leg.2.& hanc dicit esse communem opin.Carol.Ruin. in consi.163.nume.6.& 7.volu.3.licet Bald. in consi.357. nume.2.vol.5.teneat q; legitimatus per subsequens matrimonium non excludit substitutum, vbi facta fuit substitutio decedēti sine filijs de legitimo matrimonio procreatis:nam hoc videtur cōtra tex.in c.cum in cunctis.de elect.qui loquitur per talia verba: de legitimo matrimonio,& tamen verificatur in legitimato per subsequēs matrimonium.facit etiam gl.& Doct.in c.innotuit. de elect.

Amplia nonò procedere etiam si matrimonium sit putatiuum: nā tunc legitimatur proles per subsequens matrimonium, vt quia pater erat sacerdos qui cum muliere cōtraxerat,vel mulier monialis quæ nupsit, aut vir aliam vxorem habuit, vel vxor alium maritū: tunc si alter hoc ignorasset,licet aliter sciuerat, legitimitas filiorū non impeditur.ita tenet Aluar.in c.j.§.naturales.col.5.versi. quid si nascatur.si de feudo cōtrouersia fue.inter domi.& agna. Vasal.in vsibus feu.quem sequitur Vldaricus Zasius in tractā.feudorum,in 8.parte,nu.88.Pala.Ruui.in repet. Rub. de donatio.§.36.num.2.Roderic.Xuarez in l.j tit.6.lib.3. fori,fol.85.pag.1.in §. ad prædicta, vt naturalibus. Cassiod.in decis.vnica,in tit.de sponsal.facit text.in c.ex tenore,& in c.reficiente.qui filij sint legi.;& ita expressè dixi suprà in regu.150.in 2.limitatione. & vltra ibi allegata pro ista opi.est glo.in d.c.tanta.in verb.alia.& in c.non omnis. in verb. constituente.32. q.2. quas allegat Xuarez vbi suprà facit etiam text.de iure Regio in l.4.titu. 6. lib.3. fori, quæ lex videtur approbare suprà d.limitationem.& l.j.titu.13.& l.2.titu.15.part.4.Rationem huius ampliationis ponit Abb.in d.c.tanta.nu.8. Didacus del Castillo in l.11. Tauri,nu.10.& 11.Sylue ster Aldobrandinus in §. fi. nume.11.Instit.de nupt.& vide infrà in 3. limitatione.

Amplia decimò procedere etiam si matrimonium sit intermediū: scilicet si vir solutus habet filios ex muliere soluta,

soluta, & contrahat cum alia muliere, qua mortua contrahat cum illa ex qua filios naturales susceperat: filij legitimantur per hoc matrimonium, non obstante matrimonio intermedio. ita tenet Io. And. in reg. sine culpa. de reg. iur. lib. 6. Ange. in consil. 18. in 2. q. pro quo allegat text. in Auth. quib. mod. natu. effic. sui. in §. si verò plurimis, ver. omnino enim. collat. 7. quê tex. dicit esse notab. ad hoc Ange. vbi suprà, eandem opin. tenet Præpo. in d. c. tanta. q. 7. nume. 54. Ias. in l. Pomponius. in §. quæsitum. ff. de acquir. poss. Mayne. in l. quoties idem. ff. de regu. iur. Hanc opini. tenet, vbi eam notabiliter examinat per plura fundamenta Io. Brunel. in tract. de sponsalibus, conclusione 2. nu. 22. & hanc opinionem dicit esse communem Anto. de Rosellis in tract. de legitimatione, lib. j. c. de causa materiali legitimationis. nu. 44. cum sequent. Ferdinan. Loazes in tracta. de matrimonio, in 12. dubio, nu. 18. Carol. Molinæ. in consuet. Paris. in tit. j. §. 8. glo. j. q. 7. nu. 34. Barth. Fumeus in sua Sũma Armilla, in verbo, filius. §. 11. Abb. in d. c. tanta. nu. 3. Ias. in l. eum qui ita. in §. qui hominem. nume. 7. ff. de verb. oblig. Montal. in glo. l. 2. tit. 6. lib. 3. fori, & hãc dicit communem esse Lud. de Sardis in tract. de natur. libe. in c. de legitimatione per verum matrimoniũ. nu. 9. versi. est autem necessarium. licet ipse ibi post longam disputationem, quam à nume. 5. vsque ad nume. 15. facit, contrarium teneat.

Amplia vndecimò vt talis filius legitimatus per subsequens matrimonium admittatur ad retractum, scilicet vt possit retrahere rem venditam à consanguineis iure proximitatis intra nouem dies. de quo in l. 80. cum quatuor sequentibus, in legibus Tauri, & in l. 53. titu. {De las vendidas.} lib. 3. Fori, & in l. 6. tit. 7. lib. 5. ordina. ita expressè tenet Guliel. Benedi. in repet. c. Raynutius. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. in prin. nume. 181. Quem sequitur Didacus Couarruuias in Epitome de sponsali. in 2. parte, c. 8. §. 2. nu. 22. eandem opinionem sequitur expressè Io. Papons in glo. ad consuetud. Borboniæ. §. 437.

Amplia duodecimò vt talis legitimatio non reuocetur per superuenientiam filiorum legitimorum & naturaliũ, vt in l. cùm quis. & in l. nuper. C. de natura. libe. & in Authen. quibus modis natu. effi. legitimi. collat. 6. circa principium. tex. in §. j. in versi. necnon. Institu. de hæred. quæ ab intesta. deferũtur. & in §. fi. Instit. de nuptijs. & sic succedunt vna cùm alijs filijs posteà legitimè natis. Hãc opinionem tenet Barto. & ibi cæteri Doct. in l. ex facto. ff. de vulgari. vbi Hierony. Verius in repe. nume. 175. dicit hãc esse communem opinionem. eandem opinionem tenet And. Tiraquel. in tract. de primogenitu. q. 34. nu. 52.

Amplia decimotertiò quòd filij hoc modo legitimati infringunt donationem omnium vel maioris partis bonorum, remedio l. si vnquàm. C. de reuocan. donatio. ita tenet Bal. in c. innotuit. de electio. quam opinionem Bal. dicit alibi non legisse Ias. in Rub. nume. 4. ff. de libe. & posthu. & in l. Gallus. in §. & quid si tantum. in 2. lectu. nu. 42. Ange. & Salic. in l. si totas. C. de inoffic. donatio. & hanc opinionem dicit communem Syluester in §. fi. nu. 8. Insti. de nupt. etiam si nati forent ante donationem: quod saltẽ procedit ad reuocandam donationem in ea parte quæ ad legitimam attinet. ita tenet Bal. in l. j. C. de reuocan. donat. quem sequitur Nicol. Boer. in decisione 159. num. 12. sed quòd donatio in totum reuocetur, quando filij anteà sunt nati, licet legitimati post donationem, negat Franc. de Ripa in repet. l. si vnquàm. C. de reuocand. donatio. q. 32. nu. 89. And. Tiraq. in repet. l. si vnquàm. in verbo, susceperit liberos. nume. 71. secundum nouam impressionem. Maria. Socin. Iunior in consi. 54. col. 2. volu. 1. Laur. Syluan. in consil. 3. nu. 16. eandem opinio. tenet Didacus Couarru. in 4. lib. Decretal. in 2. par. c. 8. §. 2. nume. 29. vbi se remittit. ad Matth. de Afflict. in c. j. §. naturales. in 5. notab. nume. 44. cum alijs, si de feudo fue. controuers. inter domi. & agnat. vasal. in vsibus feudor. qui in veritate eandem opinionem Ripæ vbi suprà tenet.

Amplia decimoquartò quòd talis legitimatus per subsequens matrimonium habeat querelam inofficiosæ donationis. ita tenet Bal. in l. j. versi. ex his sequitur. nume. 53. C. de iure fisci. lib. 10. quem sequitur Andr. Tiraq. in repet. l. si vnquàm. in verbo, susceperit liberos. nume. 71. C. de reuocan. donatio. & in tract. de primogeni. q. 34. nume. 55. Syluester Aldobrandinus in §. fi. num. 8. Instit. de nuptijs. Anto. Rubeus in repet. l. Titia Seio. in §. Imperator. nume. 46. ff. de leg. 2.

Amplia decimoquintò quòd filij huiusmodi legitimati repellunt fœminas exclusas ab statuto per masculos. ita Bal. in l. eam quam. nume. 26. & in l. cùm acutissimi, num. 7. C. de fideicom. & ibi Ias. nume. 2. postquàm examinauit suprà d. q. refert plures Doct. tenentes contra Bal. dicens secundum opinionem Bal. se bis consuluisse. Hanc etiã opinionem Bal. sequitur And. Tiraquel. in tract. de primogenitu. q. 34. nume. 56. & in repet. l. si vnquàm. vbi refert plures Doct. eam tenentes, in verbo, susceperit liberos. nume. 82. Decius in c. cùm in cunctis. num. 28. de electio. & in consi. 365. nume. 7. eandem opinionẽ tenet Carol. Molinæus in consuetu. Parisi. tit. j. §. 8. glo. j. nume. 45. Ludou. Gozadinus in consi. 6. nume. 38. D. Couarru. in Epitome de sponsal. in 2. par. c. 8. §. 2. nu. 25.

Amplia decimosextò adeò procedere quòd si mulier est talis conditionis cum qua pater posset matrimoniũ contrahere, tunc pater non potest facere legitimari filios, nisi matrimonium contrahendo cum tali muliere: & sic quoties filius naturalis potest legitimari per subsequens matrimoniũ, nunquàm potest legitimari per rescriptũ Principis. ita probat tex. & ibi gl. expressa in Auth. quib. mod. nat. effic. legitimi. §. sit igitur. in verbo, permittimus, collat. 6. & ita expressè tenet ibi Bar. nume. 5. & Ang. qui expressè not. ibi illam glo. nume. 10. eandem opin. tenet Bal. in c. per tuas. nume. 3. de maiorit. & obedien. & in c. illud. vbi dicit alibi non reperiri, nume. 3. de præsumptio. Hippol. in singu. 130. Hanc etiam opin. vbi dicit esse communem & semper menti tenendam, tenet Ias. in l. Gallus. in §. & quid si tantum. in j. lectu. num. 107. ff. de libe. & posthu. Gerard. de Petra Sancta in singul. 60. Chassan. in consue. Burgun. in tit. {Des succesſions.} Rub. 7. §. 3. fol. 286. col. 3. in princ. nume. 9.

Amplia decimoseptimò vt tali filio facienda sit prouisio de alimentis, siue agatur contra eum, siue ipse agat super successione bonorũ patris, cùm nihil à legitimis differat, vt suprà dixi in j. ampliatione. ita expressè tenet Petr. Rebuf. in glo. ad constitutiones Regias Galliæ, in j. parte, in tract. de sententijs, artic. j. in glo. 2. pag. 250. numer. 53.

Amplia decimooctauò procedere etiam si prædicti filij nati essent ex concubina quæ esset ancilla. Cuius ratio est, cum inter ipsum & ancillam validum sit matrimoniũ, nec dispar conditio impediat matrimonium de iure canonico, in c. 2. de coniugio seruorum. licet aliter de iure ciuili dispositum sit in l. cùm ancillis. C. de incestis & inutil. nupt. sed in materia matrimoniali iuri canonico standum est, vt in c. pen. & fi. de secun. nupt. De iure nouo ciuili est tex. pro hac opinione in Authen. vt liberti de cætero aureo non ind. &c. in §. si quis autem libertam ducere voluerit. versi. si cui. collat. 6. & ibi glo. in verb. conscriptionem. & hanc opi. tenet Io. Brunel. in tracta. de nupt. conclusione 2. nume. 17. Roderic. Xuarez in l. j. tit. 6. lib. 3. Fori, in §. hoc præsupposito deueniendum est. in fi. ver. hodie vero. fol. 84. pag. 2. Syluest. Aldobrandinus in d. §. fin. nu. 10. Instit. de nuptijs. Cassiodorus in decis. vnica, in tit. de sponsa. Ludo. de Sardis in tract. de natu. libe. cap. de legitimatione per verum matrimonium. nume. 18. De iure regio probatur in l. j. tit. 13. part. 4.

Amplia decimonono procedere quòd ad hoc vt filius legitimetur sufficit parentes posse contrahere tam tempore conceptionis quàm natiuitatis. ita probat glo. quam ibi sequuntur

quuntur

quuntur Doct.in c.2.qui filij sint legi.eádem opinionem tenent Host.Ioan.Andr.& Anto. & ibi Præposi.nu.17.in d.c.tanta. hanc opin.tenet Salic.sibi contrarius, qui aliter tenuit in l.filium.C.de suis & legi.in l.nuper.C.de natu.libe.vbi pro hac opin.est tex.ibi in §.& generaliter.Henricus in c.2.qui filij sint legi.& pro ista opin.est etiam tex.in l.in seruorum.in §.fi.ff.de statu homi.& in §.sufficit.Institu.de inge.& manu.vbi probatur ꝙ quo ad filiorum libertatem, status matris tempore conceptionis vel natiuitatis attenditur.facit etiam text.in l.qui in vtero. ff. de statu homi.Et hanc opin.probat tex. de iure Regio in l.11.Tauri,& ibi Pala.Ruui.num.9.licet text.in l.8.titu.13.par.6.in princ.ibi, {que fuesse el hijo engendrado en tiempo.} teneat ꝙ tempore conceptionis & non natiuitatis debeat attendi:sed lex illa alternatiuè est intelligenda,scilicet tempore conceptionis vel natiuitatis:& sic debet suppleri 1 vt est tex.in d.l.nuper.C.de natut.liber. cum qua concordat. per quam legem Tauri cessat maxima contentio Doctorum in hac opinione.

Amplia vigesimò ꝙ dicti filij hoc modo legitimati rumpant testamentum patris ac si nati forent post testamentum.ita tenet Bal.in l.filiùs à patre.in §.j.ff.de liber.& posthu.idem Bal. & Imo. in l.certum.ff.de iniusto rupto. Ang.consi.76.Ancha.in consi. 290. Barthol.Soc. in consil.226.nume.5.volu.2.& in consi.63.volu.3.nu.19. Ias.in l.qui se patris.num.15.C.vnde libe.& in Rub. C.de posthu.hære.numer.1.Chassanæus in consuet.Burgun.in titu. {Des succesfions.} Rub.7.§.3.fol.287.col.2.nu.8. Hanc opin.tenet Lauren.Syluanus in consi.3.numer.25. Anto. de Rosellis in tract.de legitimatione,lib.j.c.de matrimonio præsumptiuo,num.1.And.Tiraq.in repetitio.l.si vnquàm,in verbo,susceperit liberos.numer.80.& 81.C.de reuocand.donat.

Limita primò non procedere in legitimatione facta in mortis articulo,vel à sene decrepito cum concubina contrahente.Hanc opinionem tenet Bal.in l.nuper. C.de natut.libe.& in l.eam quam.num.27.C.de fideicommis. pro qua opin.est text.in d.l.nuper.vbi matrimonium susceptá prolem reddit legitimam,quando contrahitur spe prolis. Facit etiam text.in c.2.de frigi.& malefic. vbi probatur ꝙ matrimonium contrahi non potest ab eo qui generare minimè valet,& ita sicut puer qui non potest debitum reddere est incapax ad contrahendum matrimonium,vt in c. à nobis.& in c.puberes.de desponf. impuber. ita & taliter impediti sunt inhabiles: cum ille qui est in mortis articulo,vel senex decrepitus,sint inhabiles ad debitum reddendum.Sed nihilominùs contraria opin.est vera & communis:imò ꝙ filij legitimautur per matrimonium in mortis articulo,vel à sene decrepito contractum . Hanc opin. tenent Io.And.post longam disputationem,in reg. sine culpa.in j.q.j.nu.1.de reg.iur.lib.6.Abb.in c.2.de frigi. & male.idem Io.And.Anto. de Butr.& Præpositus nu.7.in d.c. tanta.Alberi.in l.quisquis.C.de natura.liber.& ibi ante eú Cyn.Lud.de Sard.in tract.de natura.libe.cap. de legitimatione per verum matrimonium.nu.1.2.3.& 4.Ange.in §. fi.nume.fina.Instit.de nuptijs.Hanc opin. dicit esse communem Alex.in l.si quis posthumos.colum.j. ff.de libe.& posthu. Ias.in l.sed & quæsitum . col.3.ff.eod.titu.D.Couarru.in Epitome de sponsa.in 2.parte,c.8.§.2. nume.10. Paul.Paris.in consi.13.nu.68.lib.j.Anto.de Rosellis in tracta.de legitimatione.vbi eam latissimè examinat, in prin. c.de causa materiali legitimationis . à nu.23. vsque ad nume.43.licet dubius sit in ea.Hanc etiam opin. vbi eam latissimè examinat,tenet Io.Brunel.in tract. de spõsalibus. in 2.conclusione,nu.10.Didacus del Castillo in l.12. Tauri.nu.25.& ibi Cifuentes.nu.13.Guliel.Mayne. in l.quoties idem.nume.22.ff.de reg.iur.Abb.in c.commissum.de sponsa.Lanr.Syluan.in consi.3.nu.29.Catol.Rui.in consi. 162.nume.6.volu.3.Andr.Tiraq.in reper.l.si vnquam. in verbo,susceperis.nu.73.C.de reuoc.dona.Montal.in glo. l.2.tit.6.lib.3.fori.vbi suprà, Doct.respondent ad contrariam opinionem & ad iura pro ea allegata. Nicolaus de Vbaldis in tract.de succesfionibus ab intestato:in prin. nume.63.Io.Gualdensis in tract.de arte testandi . tit.j.cautela 14.nume.2.

Quam limitatio.intelligo veram , nisi talis legitimatio in mortis articulo facta esset in frandem legatariorum & fideicommissorũ:ita tenet Ange.de Perus.in l. sed & quęsitum.ff.de liber. & posthu. quem sequitur Anto. de Rosellis,vbi suprà , numer.41.Caro.Rui.vbi not.in d.consil. 263.nume.7.vol.3. vbi dicit ꝙ ita debet intelligi ampliatio 8.suprà posita,scilicet ꝙ legitimatus excludat substitutum qnando legitimatio non est facta in mortis articulo. idem tenet Catol.Ruin.in consil.211.numet.7.lib.j.& in consi.46.nnme.7.lib.2.idem Ange.in d.l.nuper. C.de natura. liber. facit pro hoc text. in l.filiæ.& ibi Bald.Imo.& Alex.ff.solut. matri. & in c.2.& ibi Doct. de renunciatio. lib.6.Tiraquel.in repet.l.si vnquam. & in verb. susceperit liberos.nume.74.C.de reuoc. donat. vbi refert alios Doctor.eandem opin.tenentes: & refert Valerium maximũ lib.7.c.7.vbi dicit ꝙ Septitia mater Trachalorum Ariminensium irata filijs,in contumeliam eorum, cùm iam parere non posset,Publio seni admodum nupsit, & in testamento præterijt filios:à quibus aditus Augustus , nuptias mulieris & testamentum improbauit. Nam & hæreditatem maternam filios habere iussit:dotem,qnia non creandorum liberorum causa coniugium intercesserat , virum retinere vetuit. Pro qua opin. facit quod not. Domini de Rota in decisione 340. in antiquis , secundum antiquam impresśionem : & secundum nouam in decisio. 2.titu. de præsumptio.Hanc opinionem tenet Albertus Brunus in consi.15.nume.17.eandem opinionem Ange. tenet Roderic.Xuarez,vbi dicit ꝙ est mirabile dictum , in lectura l.9.titu.11.lib.j.fori.fol.74.pag.2.versic.adde etiã & perpetuo tene menti.

Limita secundò qnandocunque filius naturalis decessit antequam pater contrahat matrimonium cum matre sua : nam per ipsum matrimonium nepos ex tali filio naturali natus,non legitimatur, nec trãsit in potestatem aui. Quam opin. tenuit expresśè Bald. post Guliel.de Cugno in l.benignius.ff.de legibus.sequitur Præpo. in c.per venerabilem.numer. 24.qui filij sint legi.Franc. Cremensis in sing.32.Hippol.in sing.121.Chassan.in consuet. Burgun. in tit.{Des succesfions.} Rubr.7.§.3. fol.286. col.2. nume.8.Hanc opinionem vbi eam latissimè examinat tenet Ias. in l.si is qui pro emptore . numer.121. ff.de vsucapio. Pau.de Cast.in l.in ambigua.ff.de legib.Ant. in c.per venerabilem.qui filij sint legi.Pro qua opin.est text.in l.qui libertinus.in §.posthnmus . ff.de oper.libertor. Eandẽ opinionem tenet Alex.in l.Gallus.in §.si eius. col.penul.ff.de liber.& postbu.vbi dicit ꝙ nón reperit istam decisionem Guliel.de Cugno per aliquem reprehensam . Hanc etiam opinionem tenet Alberi.in d.l.benignius.Ludo.de Sardis in tract.de naturalibus liberis : c.de legitimatione per verum matrimonium.quæst.5.nume 19. Catellianus Cotta in Memoralibus iuris in verbo,legitimatio. Quæ opinio tenenda est,licet contra eam teneat Andr.Alciat. in tract. præsumptio.in princ.nume.10. per tex. in l.si filium. ff.de gradibus affini.vbi probat tex.ꝙ si filio meo mortuo Titium adoptauero , fingitur adoptatus esse frater defuncti; licet extremum sit inhabile,quia defunctus.

Limita tertiò non habere locum in filijs adulterinis : quia non legitimantur ex subsequenti matrimonio . ita probat tex.& ibi Doct.per eum,præcipuè Cardi.in 3. notab.nume.2.in d. c. tanta.ibi , nihilominùs spurius erit filius & ab hæreditate repellendus.Hanc etiam opin. tenet Richar.Malumb.Guliel.de Cugno,& Bald.in l.Paulus.ff. de statu homi. idem Bald. in l. ex libera.C.de suis & legit. nam ad hoc vt filins legitimetur, requiritur ꝙ sit natus ex soluta & soluto:vt in d.c.tanta. Hanc opin. tenet Cifuen-

tes in

tes in l. 12. Tauri. nume. 12. & ibi Pala. Ruui. num. 31. Guliel. Mayne. in d. l. quoties idem. nume. 9. ff. de reg. iur. Syluest. Aldobrandinus in d. §. fi. nume. 11. Instit. de nuptijs. Maria. Socin. Iunior in consi. 31. nume. 44. volu. 2. De iure regio probatur in l. 2. tit. 15. par. 4.

Quæ limitatio non procedit quandocunque vnus con iugum ignorabat impedimentum q alter fuisset coniugatus: nam si quis ignoranter cótraxit matrimonium cum coniugata, filij inde geniti sunt legitimi: vt supra dixi in 9. ampliatione. secus vbi non interuenit contractum matrimonij, sed à principio aliquis habuit filium sine matrimonio ex muliere coniugata: nā tunc etiam si pater ignoraret mulierem illam coniugatam esse, filius non legitimatur ex subsequenti matrimonio. Ratio est secūdum Ioan. Andr. in d. c. tanta. & ibi Abb. num. 8. quia contrahens matrimonium dat operam rei licitæ, ideo excusatur ex ignorantia: sed admittentes virum sine matrimonio, dat operam rei illicitæ, ideo ignorantia sua non est probabilis, nec eam excusat. Quam opinionem tenet Anto. de Butr. in d. c. tanta. & ita debet intelligi glo. ibi in verbo, alia & supra, d. 9. ampliatio. & ita expresse vltra Syluestrum vbi supra tenet Castillo in l. 12. Tauri. num. 10. & 11.

Quartò fallit in filio vulgo concepto: nam talis filius non legitimatur per subsequens matrimonium: quia spurius est: vt in l. vulgo. ff. de statu homi. vbi dicit q vulgo concepti, patrem demonstrare non possunt. Hanc opinionem non solum de iure ciuili procedere: sed etiam de iure canonico, tenet expresse Ludoui. de Sardis in tract. de naturalibus liberis: in c. de legitimatione per verum matrimonium. q. 7. nume. 21. Hanc etiam opinionem, q isti filij non legitimentur, tenet Guliel. Mayne. in d. l. quoties idem. nume. 56. ff. de regu. iur. Ias. in consil. 234. col. 2. volu. 2. Bal. in l. eam, quam. nume. 24. C. de fideicommis.

Quintò fallit in filio furiosi: nam filius natus ex furioso patre, non legitimatur per subsequens matrimonium. Quam quæstionem mouet Ludo. de Sardis in tract. de naturalibus liberis. c. de legitimatione per verum matrimonium. q. 6. nume. 29. vbi non se determinat in supra dicta limitatione: sed pro ea est text. expressus in c. dilectus filius. de sponsa. vbi furiosus matrimonium contrahere nō potest. si ergo non potest contrahere, nec poterunt filij legitimari. Quæ legitimatio procedit in perpetuo furioso: nam si furiosus haberet dilucida interualla, tunc matrimonium contrahere potest in dilucidis interuallis, & sic legitimarentur filij: vt est glo. & ibi Doct. in d. c. dilectus. sed in dubio matrimonium præsumitur contractum tempore furoris alijs coniecturis cessantibus: & sic matrimoniū est nullum, & filij non legitimantur. & alleganti matrimonium contractum fuisse in dilucido interuallo, incumbit onus probandi: vt est glo. communiter approbata in c. fi. in verb. cum potestate. de successio. ab intesta. & in c. indicas Hermanum. 3. q. 9. & hanc opinionem dicit esse cōmunem Ias. in l. patre furioso. num. 5. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. pro quo facit notabile dictum Ancha. in Clement. si furiosus. nume. 6. de homicid. vbi tenet q si probatum est per vnam partem aliquo tempore quem esse furiosum, & ex aduerso probatur eum fuisse sanæ mentis: & habuisse dilucida interualla, hoc vltimum non sufficit ad validandum actum gestum, nisi specialiter probetur eum fuisse sanæ mentis tempore actus gesti. & dicit ibi Anchar. se ita obtinuisse. Quam opinionem sequitur Ias. in d. l. patre furioso. nume. 6.

Limita 6. non habere locum in filio incestuoso qui natus est ex consanguineo & consanguinea. ita tenet Abb. in d. c. tanta. nume. 12. Bar. in l. in concubinatu. ff. de concubinis. Io. Fab. in §. fin. Institu. de nupt. eandem opin. tenet Cifuentes in d. l. 12. Tauri. nume. 13. Hippo. de Marsi. in singu. 121. & ita quandocunque parentes propter aliquod impedimentum iuris diuini vel canonici non poterant contrahere matrimonium tempore conceptionis & natiuitatis, tunc filij iam nati non legitimantur per subsequens matrimonium. ita tenet Abb. in d. c. tanta. Bald. in l. & si contra. C. de nupt. Io. Faber in d. §. fin. Bart. in d. l. in concubinatu. & hanc opin. tenet Cifuentes in d. l. 12. Tauri. nume. 13. Maria. Socin. Iun. in consi. 31. nu. 43. volu. 2. facit text. in d. §. fin. Institu. de nupt. & in l. cum quis. C. de natura. libe. & in d. c. tanta. Eandem opin. tenet Io. Crot. in repet. l. Gallus. in §. & quid si tantum. num. 170. ff. de liber. & posthu. & hoc latissimè prosequitur Franc. Curt. Senior in consi. 73. in 3. dubitatione. nume. 18.

Limita septimò quandocunque clericus in minoribus constitutus haberet beneficium tempore quo habuit filium: nam tunc ille filius non dicitur naturalis, nec potest legitimari per subsequens matrimoniū. ita concludit Bar. in l. in concubinatu. nume. 5. ff. de concubi. quam opinionem sequitur Ludo. de Sardis in tract. de legitimatione in 2. parte quæstio. 3. capitu. de legitimatione per verum matrimonium: nume. 17. Anto. de Rosellis in tract. de legitimatione, lib. 3. c. de causa materiali legitimatione. num. 3. Hanc etiam opin. tenet Pala. Ruuios in l. 11. nume. 15. in ll. Tauri. & in l. 9. numer. 39. & in repet. c. per vestras. in 3. notabili. §. 21. nume. 21. Cifuentes in l. 12. Tauri. num. 16. Præpo. in c. per venerabilem. in §. quod autem. nume. 12. qui filij sint legi. sed si clericus iste non haberet beneficiū, licet esset in minoribus constitutus filins esset legitimatus per subsequens matrimonium.

Contrariam tamē opinionem, imò quòd etiam si clericus in minoribus ordinibus constitutus habeat beneficium, filius legitimatur per subsequens matrimonium. Hanc opinionem post longam dispntationem concludit Io. Andr. in regula, sine culpa. numer. 3. versicu. ego probabo. de regu. iur. lib. 6. quem sequitur Bald. in c. 1. in §. naturales. si de feudo fue. contro. inter domi. & agnat. in vsibus feudo. & ibi expresse Matthæ. de Afflict. in 5. notabili. nume. 38. hoc tenet. Hanc etiam opinionē tenet Anto. de Butr. in d. cap. tanta. & ibi expresse Præpositus post longam disputationem, in 6. quæst. nume. 12. & 13. idem præpo. in c. per venerabilem. in §. quòd autem. nume. 12. eod. titu. vbi remittit se ad ea quæ dixit in d. capitu. tanta. glo. in pragma. sanctionibus in titu. de concubinarijs. §. ipsis. in verb. arcere. Nicolaus. de Vbaldis in tracta. de successio. ab intestato. nume. 60. Hanc etiam opinionem tenet expresse Ioan. Brunellus, vbi eam latissimè examinat, in tract. de sponsalibus in 2. conclusione, nume. 26. Et pro hac opinione vltra plura fundamenta adducta à supra dictis doct. facit: nam matrimonium contractum à clerico beneficiato in minoribus constituto cum concubina, valet & tenet: licet amittat beneficium: vt in c. 1. & in cap. quòd à te. de cleri. coniuga. si ergo matrimonium valet, & tempore conceptionis vel natiuitatis poterat contrahere cum concubina, filij dicuntur naturales: & sic legitimantur ex subsequenti matrimonio. facit text. in l. 11. in legibus Tauri.

Octauò fallit quandocunque nobilis matrimonium contraxit cum vili & rustica, vel cum meretrice: nam ex tali matrimonio filij non legitimantur. ita tenet Ange. in Authen. quibus modis natura. effici. legi. in princ. nume. 1. & in §. sed illud. num. 4. vbi dicit habuisse istam quæstionem de facto, quòd quando mulier est vilissimæ conditionis, & maritus nobilis & diues, inter quos honestè matrimonium esse non potest: filij non legitimātur per subsequens matrimonium. Hanc opinionem tenet Bald. in Authen. item si quis. C. de natur. liber. & in l. 2. C. quibus res iudicata non nocet. Præposit. in dicto capit. tanta. numer. 27. Martinus Laudensis in tracta. de legitimatione. nume. 158. Cæpola in Cantela 250. incipienti, debes scire. Francis. Curtius Iunior in consil. 136. nnmer. 10. Hanc opinionem dicit esse communem, & ab ea non recedendum in iudicando & consulendo, cum non habeat contradictorem, Marian. Socin. Iunior in consil. 52. numer. 2. volu. 3.

volu.j.eam etiam communem dicit Syluester Aldobrandinus in d.§.fi.nume.1 t.Institu.de nuptijs. Pro qua opin. est tex.in d.Authen.quib.mod.natu.effician.legi. in §.sed aliud.in versi. nec dignam eam existimauit legitimo quodam nomine.& ibi expresse Ang.vt suprà dixi.Hanc etiã opinionem tenet Carol.Rui.in consil.111.numer.5. & 6. lib.j.Gerar.de Petra Sancta in singu.60.

Contrariam tamen opinionem tenet expressè Nicol. de Vbaldis in tract.de Successio. ab intesta. numer.61.& 62.quam opinionem reprobando suprà dictam tenet Ias. in consi.234.volu.2.col.j.in versic. sed præmissis non obstantibus, vsque ad fin.Franc.à Ripa in repet. l.si vnquam. C.de reuocan.donatio.nume.55.Pala.Ruui.in l.j.num.32. Tauri.pro qua opin.facit:nam aut Ang. præsupponit matrimoniũ tenere cum tali muliere,prout ipse videtur præsupponere tunc per rationem tex.in d.c.tanta. considerantis an tempore coitus potuerit esse matrimonium, & nihil aliud : certè filij anteà nati legitimantur per subsequẽs matrimonium,& per regulam traditam per Io.And. in d. regu.sine culpa. in Mercurialibus : prout refert Anton. de Butr.in d.c.tanta . vbi dicit ꝙ ex quocunque coitu natus, legitimatur per subsequens matrimonium,dummodò tẽpore coitus potuisset esse matrimonium inter virũ & mulierem,eo casu quo legitimus consensus interuenisset. Vnde de iure canonico talis filius legitimatur, quicquid fortè aliud disponatur per ius ciuile. Aut Angelus præsupponit matrimonium cum tali muliere non tenere : & tunc licet de iure ciuili illud possit procedere,quia prohibitum est matrimonium inter tales : vt in l.Imperialis. C.de nuptijs . & in l.humilem.C.de incestis & inutili. nupt.tamen de iure canonico, quod sequendum : vt in capit. penult. & in c.finali, tale matrimonium tenet. Pro qua opinione facit quod suprà dixi in 18.Amplia.Facit etiam: nam matrimonium etiam cum meretrice, & persona ignominiosa contrahi potest:vt in cap.integritas. in §.fina. & in cap. non est culpandus.32.quæst.j. in c.inter opera. de sponsa. in c.quemadmodum . versicu. alioquin.de iureiurando in l.3.in §.si emancipatus.ff.de contra tabu.in l.si vxor . in §. sed si ea.& in §.fina.ff.de adulter.& in l.cùm ita.& ibi Bar. ff.de condit.& demonstrat. & pro ista opinione dicit Nicolaus de Vbaldis,vbi suprà,facere quod not.Ang.in Authen. vt liceat matri & auiæ . in §. quia verò legem dum protulimus . collat.8. vbi expressè dicit hæc verba in numer.10.& inter alios casus nota de eo qui vult legitimare filios ex eo natos,& ex muliere vili aut meretrice:quia nõ potest,nisi instrumenta dotalia sequantur. Sentit ergo Angel.à contrario sensu, ꝙ si sint instrumenta dotalia, possit cum huiusmodi muliere vili aut meretrice contrahi matrimonium, per quod filij anteà suscepti legitimẽtur. Vnde concludendum est ꝙ matrimonium contractum cũ personis vilibus teneat, & proles anteà suscepta legitimetur. Pro hac opinione facit etiam quod not. Bal.in l.eam quã. nume.24. C.de fideicommis. vbi dicit ꝙ per matrimonium consequens, omnes possunt legitimari, præter vulgò conceptos:eò quia pater est incertus. Et hanc etiã opinionem tenet Philip.Dec.in consi.155.numer.1.in j. col. Lauren.Syluanus in consi.3.nume.44.& non obstat text. in d.§.sed & aliud.in quo se fundat Ang.vbi suprà, & cæteri doctor.quia text. ille loquitur in vulgò concepto : qui vt suprà dixi in 4.limitatione, non legitimatur ex matrimonio subsequenti. Et pro ista opinione est text. de iure regio in l.j.titu.13.part.4.suprà allegato in 12. ampliatione:& tex.in l.7.titu.2.ead.parte,vbi text. dicit, { y aun ha otra fuerca el casamiento segun las leyes antiguas,que maguer la muger fuere de villinage si casare con Rey, deuenla de llamar Reyna.} Et sic præsupponit tex.ille,quòd mulier ignobilis potest contrahere matrimonium cum nobili, & etiã cũ rege;& matrimoniũ valet. Si ergo matrimonium valet,filij anteà habiti, bene legitimantur. Et hanc opinionem contra Ange. vbi suprà tenet Pala. Ruuios in repet.c.per vestras.in 3.notabi.§.20.num.17. versicu.ex his etiam resultat.& Gulielmus Cassiadorus in decis.vnica,nume.6.in tit.de sponsalib.

Nonò fallit quandocunque filius non consentit in legitimatione:quia inuiti non legitimantur:vt est text.in §.generaliter.in Authen.quibus modis natur.effic.sui.collat.7. ibi, dum & filij hoc ratum habuerint . & ibi expressè Iacobus de Bellouiso, & Angel. numer. 7. Guliel. de Cugno, Alberic.Fulg. & Paul.de Castr. in l.benignius . & ibi Bald.ff.de legibus. Martinus Laudensis in tracta.de legitimatione,nume.160.Ludo. de Sardis in tract. de naturalibus liberis.c.de requisitis in legitimatione.nume.2. Nico. de Vbaldis in tracta.de success. ab intestato. lib.j.num.64. Anto. de Rosellis in tracta. de legitimatione. c. de causa formali legitimationis . nume.11.Ange.in §.fina.num.9. Institu.de nupt.Gulielmus Mayn.in d.l.quoties idem.nume.97.ff.de reg.iur.Laur.Syluanus in consil.3. nume.37. Ange.per tex.ibi,in Auth.quibus modis natu. effic.legi.in §.j.& pro ista opinione est tex.in l.inuiti. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. Eandem opin. tenet expressè Nicolaus Boerius in decis.160.numer.2. & 3. Matthæus de Afflictis in cap.j.§.naturales.in 5.notabili 1 nume.26.si de feudo fuerit controuersia inter domi.& agnat. Vasalli.Franc. Aretinus in l. Galllus. §.forsitan . numer.46.ff.de liber.& posthu.& ibi Bartholomæus Socin.numer.5. Io. Brunellus in tract.de sponsalibus.conclusione 2.numer.16. And. Barb. in repetit. l.cùm acutissimi. nume.251. C.de fideicommissis.

Contrariam tamen opinionem tenet Ang.in consi.17. nume.5.col.2.versicu.hodie autem. vbi tenet,ꝙ in legitimatione quæ fit per subsequens matrimonium, non requiritur liberorum consensus . fundat se per text. in §. sit igitur licentia.& ibi glo.in verbo, fraudare . in Auth. quibus mod.natur.effic.leg. collat.6. quam opinionem tenet etiam Salic.in disputatione incipienti: Mediolanensis quidam.in 2.dubio,articu.3. Eandem opinionem tenet Præpo.in d.c.tanta . quæst.13.numer.23.& in c.per venerabilem.in §.quod autem.numer.17. versicu.octauus modus. Quam opinionem sequutus fuit D.de Couarru.in Epitome de sponsalibus:in 2.parte, cap.8.§.2.nume.13.Eandẽ tenet Pala.Ruuios in repe.c.per vestras.in 3.notab. §.20. numer.17.in fin.versicu.item infertur,Montaluus in glo. l.2. titu.6. libr.3. fori. & eam videtur tenere Pau. Paris.in consi.13.nume.36.volu.2.

Sed nihilominùs prima opinio videtur mihi magis vera:imò ꝙ non solùm in legitimatione quæ fit per rescriptum, sed etiam in legitimatione quæ fit per subsequens matrimonium,requiritur filiorum consensus : vt patet ex tex.in d.§.generaliter.iuncto tex.in §.reliqui igitur . & in §.si quis igitur.in dicta Auth.quibus mod.natur.effic.leg. collat.6.nam suprà Imperator posuit plures modos legitimandi, inter quos est iste per subsequens matrimoniũ: posteà autem per modum regulæ dicit, & generaliter in omnibus qui per prædictos modos deducuntur ad legitimum ius,tunc hoc volumus obtinere dum & filij hoc ratum habuerint . Nam ponderando illud verbum , prædictos modos , apparet ꝙ refert se ad modum legitimandi per subsequens matrimonium : quem modum suprà retulerat in dicto §.retulit. & in dicto §. si quis igitur dotalia. relatum enim censetur esse in referente cũ omnibus qualitatibus : vt in l.asse toto.ff.de hæred.instituen.& in Authen.si quis in aliquo documẽto.C.de edendo . cum alijs.

Nec obstat tex.in quo se fundant suprà dicti Doctores in d.§.sit igitur licentia.in verbo, fraudare.quia licet text. ille innuat ꝙ pater possit contrahere matrimonium .& legitimare filios,si filij non occultarent matrem,& per consequens facere eos legitimos ipso iure:nõ tamen per hoc tollitur quin ius legitimationis quæsitum filijs, non possit extingui si filij expressè nolint esse legitimi.

Decimò limita ꝙ ad hoc vt talis legitimatio procedat

per

per sequens matrimonium, requiruntur instrumenta dotalia de iure ciuili: alias illis non confectis, filij non legitimantur. ita probat text. in §. fi. & ibi glo. in verbo, instrumentis. Instit. de nupt. vbi glo. allegat alia quàm plura iura quæ hoc probant. Hanc opinionem tenet Bald. in l. cùm multæ. col. j. C. de donationibus ante nuptias. & in l. nec. C. de nup. & in l. eam quam. nume. 27. C. de fideicommis. Ange. in l. contrahitur. ff. de pign. Io. Brunellus in tract. de sponsa. conclusione 2. nu. 14.

Quæ opinio de iure canonico non procedit: quia de iure canonico valet matrimonium, & filij legitimantur sine dotalibus instrumentis: vt est glo. in c. aliter, in verbo, contubernia. 30. q. 5. Abb. in d. c. tanta. in j. notab. & ibi Doct. vbi dicit quod ita communiter tenetur. fundant se doctor. per text. in d. c. tanta. scilicet propter vim & potentiam matrimonij. Matrimonium autem non requirit nisi consensum ad eius perfectionem: ad cuius esse non requiritur instrumentum dotale. Eandem opin. tenet Ang. in §. fin. nume. 8. Instit. de nupt. Ias. in consil. 168. num. 7. lib. 4. Decius in consi. 155. num. 2. vbi dicit hanc esse communem opinionem idem Dec. in Liura sanguinis. ff. de regul. iur. Hippo. in singu. 250. Matth. de Afflict. in c. j. in §. naturales. in 5. notabili. nume. 27. si de feu. fue. controuer. inter domi. & agnat. in vsibus feud. Anto. de Rosellis in tracta. de legitimatione. c. de formali causa legitimationis: nume. 5. Quam opinionem dicit Abb. vbi suprà, communiter Legistas tenere. Ange. in consi. 29. nume. 6. tenet suprà dictam opinionem Abb. esse veram quo ad hoc vt filij legitimentur, quia in hoc attenditur ius canonicum: sed ad successionem in quo attenditur ius ciuile, talis legitimatio sine instrumentorum dotalium confectione, non operatur quo ad bona existétia in terris Imperij. Quam opinionem tenet Bald. in l. neque, la j. C. de nuptijs. & in l. si qua illustris, versicu. item. C. ad Orficia. Aluar. in c. j. in §. naturales, si de feu. fue. controuer. inter domi. & agnat. column. 5. versi. quæro quid si filius. Cyn. post Iacob. de Are. in l. & si contra. C. de nupt. & in l. fin. C. de interdict. matr. Ange. in Auth. de incest. nupt. in §. dubitatum, post gloss. ibi, in verbo, confectione, collat. 2. in l. nuper. C. de natur. liber. eandem opinionem tenet Præpo. in d. c. tanta. q. 10. num. 20. versi. descendo ad tertium. Hanc etiam opinionem tenet Syluest. Aldobrandinus in §. fi. nu. 15. Institut. de nupt. Marian. Socin. Iunior in consi. 52. nu. 4. volu. j. & hanc dicit esse communem Franc. Curtius Iunior in consil. 136. num. 7. & ab ea in iudicando & consulendo recedendum non esse.

Contrariam tamen opinionem: imò quod non solum in terris ecclesiæ, verùm etiam in terris Imperij, quo ad successionem filij legitimantur per subsequens matrimonio, tenet expressè Alex. in l. ex facto, in §. si quis rogatus, nume. 59. ff. ad Trebellianum. vbi reprobat opinionem Ange. in d. consil. Ratio est vt suprà dixi: quia in materia matrimoniali standum est iuri canonico, etiam in terris imperij: vt dicit glo. in §. j. Instit. de nupt. & in §. j. in gl. j. Instit. de grad. laté doct. Mod. in l. priuilegia. C. de sacr. sanct. eccle. & in c. per venerabilem qui filij sint legit. text. & ibi Archidiaco. in c. Enphemium, in §. hinc colligitur, 2. q. 3. Felin. in Rub. de spons. nume. 6. versi. octauò in causa matrimoniali, & ideò communis opinio est, quod nullis confectis instrumentis dotalibus, per subsequens matrimonium filij anteà nati legitimantur: vt in d. c. tanta. vbi non requiruntur aliqua dotalia vel nuptialia instrumenta, & generaliter & distinctè loquitur. Hác opinioné tenet Cy. in d. l. nuper. C. de natur. liber. Io. And. in reg. sine culpa, in Mercurialibus: de reg. iur. lib. 6. Sal. in l. cùm quis, & in Authen. si quis habens. C. de natur. liber. Io. Fab. in §. fi. Institu. de nupt. nume. 2. Felin. in c. j. nume. 12. de spons. Eandem opinionem tenet Ange. in §. fi. nu. 3. Institu. de nupt. vbi dicit quod cùm in tali casu attendatur ius canonicum, hoc debet etiam seruari in terris Imperij. Ias. in lege, sed & quæsitum. colum. pen. ff. de libe. & posthu. & in l. generaliter. §. cum autem, col. pen. C. de instit. & substit. Hanc etiam dicit communem & ab ea in iudicando & consulendo recedendum non esse. Deci. in consil. 155. nu. 2. Carol. Ruin. in consil. 211. nu. 5. lib. j. hanc etiam opinionem tenet D. de Couarru. in Epitome de spons. in 2. parte, cap. 8. §. 2. nume. 8. hanc etiam dicit esse communem Pau. Paris. in consi. 13. nume. 46. cum alijs, lib. 2. Hanc etiam dicit communem, vbi latissimè eam examinat Lauren. Syluanus in consi. 3. nu. 30. cum seq. Hanc etiam dicit esse communem & tenendam Guliel. May. in d. l. quoties idem, à num. 57. vsque ad nume. 22. ff. de reg. iur. eandem opinionem, vbi dicit quòd ita communiter practicatur, tenet Bartholomeus Fumæus in sua Sūma Armilla: in verbo, filius. §. 11.

Limita vndecimò, si mulier illa non sit in schemate concubinæ domi retenta: vt in Auth. quib. mod. nat. effic. sui. in §. si quis autem defunctus, in Auth. de triente & semisse, in §. considere mus, versi. & hoc dicimus si concubinæ, collat. 7. & ita illa iura ad hoc vltra doct. ibi allegat Anto. de Rosellis in tract. de legitimatione, lib. j. c. de causa materiali legitimationis: nume. 45. quam opin. dicit communem Franc. Curt. Iunior in consi. 136. nume. 9. Quæ opinio de iure canonico non procedit: imò etiam si mulier non sit retenta in schemate concubinæ, filij anteà nati legitimantur per subsequens matrimonium, de iure canonico contra ius ciuile: ita expressè glo. in c. innotuit, de electione, & ibi Compostellanus, Ioan. Andr. Imo. Panor. & communiter doct. Goffredus in Summa, de filijs presby. versic. quid si quis: glo. in c. qualis. 30. quæst. 5. Abb. in d. c. tanta, nu. 12. & in c. per venerabilem, nu. 31. qui filij sint legit. pro qua opinione est text. in d. c. tanta. vbi ad hoc vt filius dicatur naturalis & legitimetur per subsequens matrimonium, non se fundat super concubinatu: sed indistinctè propter potentiam matrimonij legitimat ante genitos. Nec debemus attendere ad concubinatum: quia expressè damnatus est de iure canonico: vt in c. nemo. 32. q. 4. imò de iure ciuili, per text. in c. j. de filijs natis ex matrim. ad Morganicam contract. in vsib. feud. & dicit Hostien. in d. c. tanta. quod hodie de iure ciuili omnis coitus est reprobatus præter vxorium: per text. in Auth. de lenonibus, collat. 3. & in Auth. scenicas mulieres, collat. 5. & in Authentico de incest. nupt. collat. 3. & in similibus, in quibus Imperator dicit quod est amator castitatis: & quod in istis spiritualibus vult sequi canonum dispositionem: vt in Authen. de ecclesiast. titu. collat. 9. aliàs ex opinione contraria sequeretur, quod magis faueretur peccato diutino & continuo, quàm momentaneo: quod non est dicendum: vt in c. fi. de consuet. & in c. cùm haberet, de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adult. & in c. cùm ecclesia. de simo. cum similibus. Et hanc opinioné tenet Bal. in consil. 129. volu. 2. & in consi. 206. col. fin. lib. 3. Io. Brunellus in tract. de sponsal. conclusione 2. numer. 27. D. de Couarruuias in Epitome de sponsal. in 2. parte c. 8. §. 4. nume. 2. Eandem opinionem tenet Gulielmus Mayn. in d. l. quoties idem, nume. 12. ff. de reg. iur. Præposi. in d. c. tanta, nume. 6. Aymon Crauettus in consil. 166. nume. 8. volumi. j. Nicol. de Vbaldis in tracta. de successio. ab intesta. in j. parte, nu. 58. Hanc etiam opinionem tenet expressè Syluest. Aldobrandinus in §. fi. numer. 11. Institu. de nupt. Ias. in consil. 51. col. 3. versicu. extat ergo ex prædictis vera conclusio. volu. 3. Fran. à Ripa in repet. l. si vnquam. C. de reuoc. donat. nume. 55. Rodericus Xuarez in l. j. titu. 6. lib. 3. foris fol. 83. pag. 2. Pro qua opinione est text. de iure regio in d. l. 11. Tauri.

Duodecimò limita, non procedere quandocunque matrimonium non est contractum in facie ecclesiæ: nam ad hoc vt filij legitimentur, requiritur quod matrimoniū in facie ecclesiæ contractum sit: vt est tex. in Auth. quib. mod. nat. effic. legi. in §. si verò etiá, & in §. sequenti. collat. 6. & in c. cùm inhibitio. de clandesti. de spons. facit text. & ibi

doctor.in c.ex tenore,qui filij sint legit.& ita expressè tenet per suprà dict.iura Matth.de Afflict. in c.j.in §. naturales,in 5.notab.num.32.si de feu.fue.controuer. inter domi.& agnat.Marian.Soc.Iunior in consil.31. nu.46.lib.2. & ibi suprà dict. Doct. ponunt quádo matrimonium dicatur contrahi in facie ecclesiæ. Eandem opinionem tenet Host.in Summa,de clandesti. de spons. §.fi.col.3.vers. secus puto.& in Summa, qui filij sint leg.§.2.Io.Fab.in §. fi.Insti.de nuptijs. August. Berous in q.107.nu.1.cum sequen.vbi ponit rationem.

Decimotertiò fallit quando concubina ex qua filius genitus fuit erat Sarracena,Iudæa, vel aliàs infidelis: nā tunc filius non legitimatur ex subsequenti matrimonio. Ratio est: quia nec tempore conceptionis nec natiuitatis poterat inter parentes legitimè contrahi coniugium:vt in c. caue,28.q.j.& in c.ius gentium.j.distin.tradit hoc Couarruuias in Epitome de sponsal.in 2.par.c.6.§.11.Iacobus Septimācensis in libro Catholicarum institutionū:c.40. numer.7.& sic cùm inter eos non possit contrahi matrimonium,filij non legitimantur.tenet Host. Io.And.Anto. & Abb.nu.fi.Præposi.nu.11.in d.c.tanta:vbi reprobant opinionem Calderini,qui contrariam tenuit.Hanc etiam opinionem tenet Cifuentes in l.12.Tauri: nu.15.Gul.Mayner.in d.l.quoties idem,num.10.ff.de reg.iur.Io.Brunellus in tract.de sponsal.conclus.2.nu.28.vbi reprobat Anto.de Rosellis qui contrarium tenuit in d.tract. de legitimatione:lib.j.c.de causa materiali legitimationis,nu.28.

Decimoquartò limita ꝙ talis legitimatus ex subsequēti matrimonio,nō tollat ius primogenituræ iam nati: stante consuetudine ꝙ primogenitus succedat in maioratu:vt si aliquis habuit ex aliqua concubina filium naturalem, & posteà duxit vxorem, ex qua suscepit filium legitimū & naturalem: posteà mortua vxore accepit concubinam in vxorem,& sic filius est legitimatus ex subsequenti matrimonio:iste filius sic legitimatus non excludit à successione maioratus secundo natum legitimum. Hanc opinionē tenet Io.Andr.vbi eam examinat post Richar. Malumb. in regula,sine culpa.De regu.iur. libr.6. Quem sequuntur Henricus,Card.& Anch.nu.12.in d.c.tanta. Ias.in l.quoties,numer.40.C.de rei vendic.& in l.Gallus.in §.& quid si tantum,in j.lectu.nu.89.ff.de liber.& posth.& ibi Alex. colum.fi.& ibi Lancelotus Galiaula nu.80.Albe.in l.cùm quis.C.de natura.liber.Hanc opinionem dicit communē Cifuentes in l.40.Tauri:in princ.Eandem dicit esse communem Castillo in l.12.Tauri:nu.20.& ibi Palat. Ruuios nu.28.Hanc opinionem,vbi eam latissimè examinat, tenet Carol.Molin.in consuet.Paris.in titu.j.§.8.glo.j.quæstio.7.nu.34.cum sequent.Io.Cirier in tract. primogenit. q.14.vbi eam per totam q.examinat.Eādem opinionem, licet dubitanter,tenet Nicol.Boer.in decisio.159. num.fi. Marian.Soc.Iunior in consi.52. num.7. lib.j.Albericus in l.cùm quis.C.de natur.lib.Franc.Curtius Senior in consil. 73.nu.29.versi.6.ex capite.Hanc etiam opinionē, vbi adducit octo fundamenta, & ad omnia quæ pro contraria parte adducuntur respondet, tenet Io.Brunellus in tract. de sponsalibus,in 2.conclusione, nu.32. cum alijs.Alex.in consi.25.nu.2.lib.j.And.Tiraquel.in repet.l.si vnquam,in verbo susceperit liberos,nu.64.idem Tiraquel. vbi refert plures alios docto.eam tenentes,& quàm plures tenentes contrariam partem.in tracta.de primogenitura.quæst.34. per totam. Et pro ista opinione vltra ea quæ ipse tradit, est text.expressius in d.capit.tanta: vbi dicit text. quòd filius est legitimus post matrimonium contractum: ergo præsupponit ꝙ anteà verè legitimus non erat: & sic progenitus ex matrimonio,est primogenitus censendus:cùm eo tempore quo ipse natus fuit, nullus erat primogenitus, & ita illum tex.ad hoc not.And. Alcia.lib.3.Paradoxorū: c.13.quem sequitur Syluest. Aldobrandinus in §.fina.nume.14.Institu.de nupt. Item pro ista opinione facit:nam legitimatio non trahitur retrò in præiudicium alicuius;vt est tex.in Authen. quibus modis naturales efficiantur legitimi.in §.liceat,& in §.& hoc licet,collat.6. & in l.si mulier diuerterit.ff.solu.matr. & ita concludunt doct. in d.§. & quid si tantum.& isti secundo legitimè nato statim fuit ius quæsitum probabili spe:vt videre est in c.quamuis. de rescriptis, libr.6.igitur in tanto præiudicio non debet fictione iuris legitimatio ista ad natalia deduci. Quæ opinio est tenenda per ista & alia fundamenta,quæ adducunt doctor. suprà relati: licet multi quos ipsi referunt contrarium teneant: per text.in l.cùm quis.C.de natur.liber.ibi, gratias agere fratribus suis posteriores debeant,quorū beneficio ipsi sunt iusti filij.sed text. ille loquitur quando filij sunt ex vna & eadem matre:suprà dicta quæstio,quando sunt ex diuersis matribus:& sic non obstat.

REGVLA CCCLI.

FILIVS non potest vocare patrem in ius sine venia. Hanc regulam probat tex.in l.fina.C.de in ius vocan. & in l.parentes.ff.eod.titu.glo.in §.pœnales in verbo, vel parentem. Institu.de actio. De iure regio probatur in l.3. titu.2.parte 3.Circa quam regulam vide Catel.Cottam in Memoralib.iuris, in verbo,filius. Hanc regulam limitat duobus modis Bernard.de Luco in regul. 293.remittendo se ad Ias.in §. pœnales. numero 60. Institut. de actio.

Amplia primò procedere in filio naturali. ita probat text. in d.l.parentes. ff. de in ius vocand. & in d.l.3.titul.2. parte 3.

Amplia secundò procedere etiam in patres sine matres spirituales,scilicet qui eos leuant de sacro fonte. ita tenuit Guliel.de Cugno,Pau.Bal.Ange.& Roma.Alex.& Ias.in l.generaliter.ff.de in ius vocand.Ange.& Fulgos. in l.adoptiuum,per illum text.ff.eod.tit.Philip.Franc.in c.postremo,col.penult.de appel.Ange.& ibi Ias.& Gome.nu.24. in d.§. pœnales.Instit.de act. Guliel. Benedictus in repetit.c.Raynutius.in verbo, & vxorem nomine Adelasiā, nu.765.Eandem opinionem tenet And.Tiraque.in repetit.l.si vnquam.in verbo,susceperit liberos,nu.28.

Amplia tertiò habere locum in filijs adoptiuis: nā patres in ius non possunt sine venia vocare:vt probat tex.in l.adoptiuum,& ibi doctor. ff.de in ius vocand. Ratio est: quia appellatione patris & filij, comprehenduntur etiam adoptiui. Hanc etiam opinionem tenent doctor. contra glo.ibi,in §.sed ea omnia.Institu. de hæred. quæ ab intestato.Guliel mus Benedictus in repe.c.Raynutius.in verbo,& vxorem nomine Adelasiam,nume.742.Ludouicus Gome.in §.pœnales,nume.24.Institu.de act.And. Tiraquel.in d.repet. l.si vnquam. in verbo, susceperit liberos, nu.21.Syluest.Aldobrandinus in §.sed hodie, nu.3.Institu.de adoptionibus.

Amplia quartò habere locum in matre:vt in l.3.in fin. ff.de in ius vocand.& in l.fin. C.eod.titu.& in d.l.3.titu.2. par.3.quod vide per Decium in l.fin. numer.3.C.de in ius vocand.

Amplia quintò habere locum etiam si filius sit in dignitate constitutus,vt miles: nam non potest vocare patrem in ius sine venia, ita probat glo. in l.cogi, in verbo, contra obsequium.ff.ad Trebellia. Angel. in princip. Institut. de patria potestate.& in §.item inutilis.colum.fi.Instit.de inutili stipul.Syluest.Aldobrandi. in §. ius autem. nu.21. Institu.de patria potest.Iacob.de Sancto Georg.in l.adoptiuum.nume.8.de in ius vocan. Francis. Purpurat. in l.fina.nume.34.in tracta.quem fecit post lecturam illius l.C. de edendo.

Amplia sextò habere locum si filius implorat officium iudicis.ita probat glo.in d.l.cogi.in §.si pater.in verbo, cōtra obsequium.ff.ad Treb.& in §.pœnales.in glo.fina. Instit.de actio.ita tenet Philip.Dec.in l. fi.in secundo notab. & ibi Aret.C.de edendo.& Ias.& Purpu. numer.35.idem Ias.in §.pœnales: numer.87.Institutio. de actio. & in l.j. nu.8.ff.de iurisdict.omn.iud.Syluest.Aldobran.in §.libertinorum.nu.20.Insti.de liber.quāuis idem Ias. dubitet de

hoc

hoc in l.nec quicquam.in §.vbi decretum. nu.78. de officio proconsulis & legati.

Amplia septimò, vt non sufficiat petere veniā nisi impetretur.ita probat glo.in l.venia edicti. in gloss.j.C.de in ius vocan.quam glo.sequitur ibi Lancelotus Dec.pro qua opinione est tex.in §.fin.Instit.de pœna temere litigan.in versicu.postulauerit & impetrauerit. & ideò si iudex denegauerit,erit superior adeundus: per text.cum glo.in c.si religiosus.de electio.libr.6.non tamen precis exigitur expressa,sed tacita impetratio sufficit, secundum Io.Fabr.in d.§.pœnales.argu.tex.in l.libertus.la 2.ff.de in ius vocand. Ludouic.Gomezius in d.§.pœnales.nu.7.

Amplia octauò,in tantum procedere suprà dictā conclusionem,vt in hoc rusticitati non parcatur. ita tenent Salicet.Aret. & doct.in l.2. C. de in ius vocan. pro qua facit dictum Bald.in l.quicunque.col.pen.C.de seruis fug.vers. & not. vbi dicit q in his quæ sunt contra spem honestatis non parcitur rustico. ita etiam tenet Ias.in l. si quis id quod.ff.de iurisd.om.iud.Quam opinionem sequitur Purpuratus in d.tract.posito post d.l.fi.C.de edendo.num.29.

Amplia nonò,vt huic tali iuri honorifico personæ prędictæ renunciare non possint.ita concludit Alex.in l.alia. in §.eleganter.col.j.ff.solu.matri.vbi respondit ad text. in l.quamuis.ff.de in ius voc. qui obstare videtur Purpurato in suprà dicto tract.nu.34.

Amplia decimò,vt pœna sit exigibilis & processus annuletur.ita concludit Cyn.Alex.& doct.in d.l.2.C.de in ius voc.quam opinionem dicit esse communem Fran.Purpur.in d.tracta.nume.36.quamuis ibi Purpuratus ipse contrarium teneat.

Amplia vndecimò,habere locum in patrono: nam libertus non potest eum vocare in ius sine venia, vt in l.j.& 2.ff.de in ius vocan.cum alijs.Purpur. vbi hoc notabiliter declarat,in d.tract.per totum.& Ias.in d.§.pœnales. num. 60.Institu.de actionibus. De iure regio est text. in l. 3. titu.2.parte 3.

Limita primò non habere locum in filio in potestate: nam talis filius etiam cum venia non potest patrē conuenire,vt est casus in l.fi.C.de in ius voc.& in l.3.tit.2.par.3.

Limita secundò,quandocunque filius agit tutorio nomine, & sic in causa pupilli: nam tunc potest vocare patrem in ius sine venia.Pro quo facit:nam libertus non potest vocare patronum sine venia, vt in l. adoptiuum.in §. patronum.ff.de in ius vocan.tamen si sit tutor alicuius pupilli, poterit in causa pupilli vocare patronum in ius sine venia,vt in l.quæsitum.ff.de in ius vocand.quia tunc non facit hoc vt filius, sed vt tutor. Et hanc limitationem posuit Syluest.Aldobrandinus in §.dari autem.nu.6. Institu. qui testam.tuto.dari possunt.& ibi probatur q filiusfamiliās possit esse tutor.probatur etiam in l.filiusfamiliās.ff.de his qui sunt sui vel alien.iur.

Limita tertiò,non procedere quando filius vult intentare actionem criminalem cōtra patrem: quia etiam impetrata venia non potest. ita determinat glo. in §.pœnales.in verbo.patronum.quam ibi sequitur Gomez.nu.25. Institu.de actio.De iure regio probatur in l.3.tit.2.part.3.

Quartò limita,quādo filius esset natus ex patre qui habebat duas vel plures concubinas: tunc filius natus ab vna de illis concubinis bene potest vocare patrem suum in ius sine venia. ita tenet Odofredus in l. qnique. §.prætor air. nume.3.ff.de in ius vocan.Motus: quia tunc non dicitur filius naturalis,sed spurius: vt in Auth.licet. in verb. solo. C.de natu.liberis.quem refert Ias.in d. §.pœnales. nu.62. vbi reprehendit,& bene,suprà dictam limitationem. Pro qua opinione contra Odofredum est text. in l.11. Tauri. Facit quod suprà dixi in regul.350. in 11. limitatione.

Quintò limita,in casibus in quibus pater cogitur emancipare filium,de quibus in l.si lenones. C. de episcop. audi.nt.ita expresè tenet Petrus de Bellapertica in l. fina.in prin.C.de in ius vocan.quem sequitur ibi Lancelotus.Decius.Quam opinionem ante eos tenuit glo. fi.& ibi Cyn. in d.l.fi.C.de in ius vocan.

Contra quam limitationem tenet expressè Nicol.de Neapol.in §.pœnales.colum.7.Institu.de actio.quem sequitur Purpur.in suprà dicto tract.num.39. Eandem opi. tenet expressè Barth.Cæpola in cautela 115.num.3. Claudius de Seyssello in d.l.fina. numer.1. C.de in ius vocan.& ibi Fran.Curtius Iunior.nu.5.Pro qua opin.est tex.in l.sed si hac.in §.prætor ait.ff.de in ius voc.vbi licet ex graui iniuria permittatur filio agere contra patrē etiā actione famosa,tamē hoc debet causa cognita impetrari à prætore.

REGVLA CCCLII.

FILII naturales faciunt deficere conditionem fideicommissi.Hanc regulam probat text.& ibi Bart. in l. ex facto.in §.si quis rogatus.ff.ad Trebel.& ibi glo. fi.vbi allegat tex.in l.generaliter.in §.cum autem. C. de institut. & substitut.glo.in c.in præsentia .de probat. & in c.Raynaldus.de testamen. & ita concludunt doct. in d. l. ex facto.in §.si quis rogatus.& Canonistæ in d. c.in præsentia. præter Philip. Dec.qui in hoc reprobatur à Fran. de Ripa in d.§.si quis rogatus num.15.qui dicit hanc esse communem opin.Circa quam regulam vide Pau.Paris.in repet. c. in præsentia.nume. 50.cum alijs.de probat.Hier.Gratum in consil.29.nu.43.volum.2.

Hanc regulam, vbi notabiliter eā declarat,limitat octo modis Franc.à Ripa in d.l.ex facto. in §.si quis rogatus.à nu.15.vsque ad nu.31.ff.ad Treb.

REGVLA CCCLIII.

FILIVSFAMILIAS quamuis habeat liberā administrationem,non potest donare.tex.est & ibi glo. vbi allegat concordantes in l. contra iuris. in §. si filius. ff. de pactis.De iure regio probatur in l.3.titu.4.part.5.Circa quam regulam vide Ias.in l.nemo ex lege.numer.4.C.qui testa.face.poss.& in l.iusiurandum.la 2.in §.procurator.nume.4.ff.de iureiur.Anto. Corsetum in repet. c. grandi. de supplenda negligen.prælator.lib.6.And. Tiraquel.in tracta.de nobilitate.c.37.nu.35.

Hanc regulam limitat sex modis Ias.in d.l.contra iuris. in §.si filius.nu.7.ff.de pactis.

REGVLA CCCLIIII.

FILIVS institutus in primo gradu,in totū,vel in partem licet sit præteritus in secundo,testamentum non rumpitur.Hanc regulam probat tex.& ibi doctor.tenent per eum in l.si posthumos.in §.quod vulgò. ff.de liber.& posthum.

Hanc regulam,vbi assignat rationē & limitat eam tribus modis, ponit Ias. in d.§.quod vulgò. à nu.1. vsque ad nume.6.

REGVLA CCCLV.

FILIVS legitimatus in vita patris aufert hæreditatē venientibus ab intestato.Hanc regulam ponit Bar.in l.Gallus.in §.& quid si tantum.nu.14.ff.de libe.& posthu: quē sequūtur ibi doct. De iure regio est tex.in l.12. Tauri.

Hanc regulam limitat quatuor modis Ias.in l. Gallus. in §.& quid si tantum.in 2.lectura,nume.36.ff.de libe.& posthu.& in j.lectura à nume.91.vsque ad num.112. limitat eam 8.modis.

REGVLA CCCLVI.

FILIO in vita patris non debetur legitima, vt est tex. in l.j.§.si impuberi.ff.de collat.bonor.& in l.2.in §.interdum.ff.de vulg.& pupi. & in l.lex Cornelia. & ibi Bald. eod.tit.in l.fin.& ibi Bar.& Bal.ff.de lib.agnosc.idem Bal. in l.quanquam.ad leg.Falc.C.vbi dicit q legitima non debetur viuo patre.glo.& ibi doct.in l.cūm à matre.C.de rei vendi.Bar.in Auth.si qua mulier.circa fi.C.de sacr.san.eccles.Bal.in consi.257.nu.1.& 2. volu.3. licet contrariū teneat glo.in Auth.de hæred.& falcid.§.si verò non implēs. in verbo,auferri.collat.j.

Circa hanc regulam vide Alex.& doct.in d.l.lex Cornelia. ff.de vulg. Ias. & Doctor. in Authen.si qua mulier.

C.de sacr.san.eccle.& in l.in suis.num.8.ff.de libe. & posthu.& in l.is potest.nume.17.cum sequen.ff.de acqui. hæredit.Maria.Soc.Iuniorem in consi.51.nu.4. vol.j. Carol. Ruy.in consi.149.nu.13.volu.3.Pau.de Cast.in consi.80. nu.3.volu.j.Catellia.Cottam in Memor.iuris,in verbo,legitima.Phil.Dec.in consi.437.nu.13.Pyrrhum Englebermæum in tract.de suitate.nu.8. Rolandinum Bononiensem in sua Summa testamentorum: Rubr,16.nu.19.Syluest.Aldobrandinum in §.præterea.nu.53. Instit. quibus mod.ius patriæ potest.solui.Fabianum de Monte in repe. Auth.nouissima.nu.78.C.de inoffi.test.Albertum Brunũ in consi.80.nu.15.Chassan.in consuet.Burgun.in tit.{Des successions.} Rub.7.§.a.sol.230.col.2.num.2. cum alijs. Abb.& Doct.in c.Raynutius. de testa.Marc.de Mantua in repet.Auth.nouissima. pag.23.versi. secundò dubitare contingit.C.de inoffic.testa. Gulielmum Benedictum in repet.c.Raynutius.in verb.in eodem testamento.el j.nume.215.de testamentis.Bertrandum in consil.184.nu.2. volu.j.secundæ impressionis: & in consi.95. nu.4.volu.2. primæ impressionis.Thom.Grammat. in decisione 101. nume.61.& 65.

Amplia primò procedere, ꝙ si pater vendat dissipando bona,non possunt petere filij vt iudex cogat patrem assignare legitimam vel aliquem fundum.ita tenet Bal. notabiliter in l.non potest.in j.lectura. ff.de adopt. quam opinionem ante Bal.tenuit Spec.in tit.de executione sententiæ.§.sequitur.nu.11.in fi.Quam opinionem de rigore iuris dicit esse veram Ias.in l.nam & posteà.in §.sed & si quis nume.4.ff.de iureiur. idem Ias. in §.item si quis in fraudẽ. nume.3.Institu.de actio.& in l.lex Cornelia.nume.6.ff.de vulg.& pup.Chass.vbi in hoc remittit se ad Ias.in suprà dictis locis,in consuet.Burgund. in titu.{Des successions.} Rub.7.§.a.nu.4. sol.a30. col.a. Eandem opinionem sequitur Syluest.Aldobrandinus in §.præterea.in nu.54.Institu.quibus mod.ius patriæ potest.solui.

Contrariam tamen opinionem,imò ꝙ quandocunque pater dissipat bona tenetur assignare legitimam filio, tenet Bal.sibi contrarius in l.defuncto.nume.3. ff.si quid in fraud. patro. quam opinionem sequitur Pau. de Cast.ibi: idem Paul.de Cast.in Auth.si qua mulier.nu.8.C.de sacr. sanct.eccl.Alex.in l.Imperator.vbi dicit illam opinionem Baldi esse menti tenendam in 5.col.& ibi Claud. de Seysello nu.6.ff.ad Trebel.Eandem opinionem sequitur etiã Hierony.Cagn.in repet.l.fi.nume.a3a.C.de pact. Didacus de Segura in repet.l.Imperator.nu.118. ff.ad Trebel. Fabianus de Monte in repet.Auth.nouissima.nu.83.C.de inoffic.testa. Eandem opinionem tenet Ias. vbi dicit procedere de æquitate, in d.l.nã & posteà. in §.sed & si quis. nu.4. ff. de iureiur. Eandem opinionem tanquam æquiorem tenendam esse testatur idem Ias.in l.si constante. nume.199.ff.sol.mat.& secundum hanc opinionem consuluit Rodericus Xuarez in allegatione 4.

Amplia secundò, vt legitima viuo patre pro delicto filij non veniat in confiscatione bonorum suorum. ita tenent Guliel.de Cugno,Bart.Alber.& Bald.in l.si qua pœna.ff.de his qui sunt sui vel alieni iur. Eandem opinionem tenet Specu.in tit.de executione sent.num.11.Cuius ratio est:quia viuente patre,filius nullam habet legitimã. Eandem opinionem tenet Bal.in consi.a57.per totum, vol.3. Franc.Lucas de Parma in tract. de fisco & eius priuilegijs, c.de publicatione bonorum,nu.a.Hanc opinionem tenẽt doct.communiter in l.in suis. ff.de liber. & posthu. Hanc etiam opin.dicit communiter teneri Maria. Soc.Iunior in consi.51.nn.5.lib.j.Syluester Aldobrandinus in §. præterea.nu.55.Institu.quibus mod. ius patriæ potesta. solui. Carol.Ruy.in consi.149.nu.13.vol.3.

Quę ampliatio procedit,& est vera,nisi esset statutum ꝙ pater teneatur soluere ex legitima pro delicto filij: vt est tex.per quem hoc ibi Io.de Anan.& Anchar.tenent in c.de delictis puer.& hanc opinionem expressè tenet gl. in Rub.C.de decretis decurio.lib.10. & quod suprà dictũ statutum valeat, tenet expressè Ias.in d.Authen.nouissima,nume.8.& 12.C.de inoffic.testa.Bald.in l.j.C.ne filius pro pat.Carol.Ruyn.in d.consi.149. nume.13. volum.3. Hanc opinionem dicit esse communem, & ita in practica obseruari Alex.post alios doct. in d. l.lex Cornelia.colum.2.ff.de vulg.& pupil.eam etiam dicit communẽ Sylnest.Aldobrandinus in d.§.præterea.num.56.Insti. quib. mod.ius pat.potest solui.Chass.in consuet.Burgun.in titu.{Des successions.} Rnb.7.§.2.sol.3a0. col.3.numer.5.in fi.Hanc opinionem,vbi eam notabiliter examinat, tenet Marcus de Mantua in repet.Authen. nouissima. pag. 25. versic.tertiò dubitare contingit. quam opinionem etiam suprà posui in reg.345.in 14.limitatione.

In quo Ias.in d.Auth.nouissima.dicit ꝙ Bald.in l.si qua pœna.in a.lectura ad fin.ff.de his qui sunt sui vel alien.iur. dicit ꝙ nisi statutum dicat, difficile erit definire quãta debeat esse legitima. Ias. verò referendo alios doct. tenet ꝙ attendatur tempus condemnationis filij:per text.in.l.eius qui.in §.j.versicu.quæ tunc habuit cum damnaretur. ff.de testam.& ideo dicit ibi Ias. ꝙ sunt ponderanda verba statuti,an se referant ad delictum,vel ad condemnationem. Reperio tamen,ꝙ Lancelotus Politus in repet. l. filium, quem habentem.num.163.hoc mouet & determinat, ꝙ suprà dictum statutum per istam regulam,quæ vult legitimam tempore mortis considerari,æstimandam & soluendam tempore mortis, non autem in vita:alioquin sequeretur, ꝙ delictum filij patri & fratribus nocere possit: quod ibi dicit esse iniquum. Quia si pater procreauerit alios filios, si legitima esset æstimanda tẽpore delicti vel condemnationis,filijs posteà natis noceret:& sic sequeretur ꝙ plus habebit filius delinquens quàm alius: quod esset maximè iniquum, & contra regulas iuris: vt in l.in omnibus quidem.ff.de regu.iur. quam opin.dicit Lancelotus ibi verissimam esse: quæ etiam mihi æqua & iuridica videtur, dum tamen pater in vita bona non alienet vel dissipet: nec tempore mortis, alios filios melioret in fraudem condemnationis filij & suprà dicti statuti. Et pro opin. Lancel. Politi videtur text. in l.19. & 23. & ibi Cifuentes.& 29.in fin.ibi, {pero las otras donationes.} vbi probatur ꝙ in melioratione, quæ fit per patrem filio, attenditur valor patrimonij patris tempore mortis, in legibus Tauri.

Limita primò, hanc regulam non procedere in Iudæo effecto Christiano: nam statim patre viuente legitimam petere potest. ita concludit Ioan.de Anan. in cap. Iudæi. el 2.nume.5.de Iudæis.per tex.in l.cognouimus. & ibi Salicet.& doct.C.de hæret. vbi pater & mater infideles tenentur præstare dotem filiæ orthodoxæ, & filio Christiano præstare donationem propter nuptias,& vtrunque alimentare secundum facultatem patrimonij. Facit etiam quod habetur in l.nec mater pro filia. C. de iure dotium. vbi gloss.dicit quòd mater hæretica tenetur dotem dare filiæ orthodoxæ. & ibi Bald. dicit idem esse in matre Iudæa: quia si filia efficitur Christiana, tenetur mater eam dotare & alimentare.& est similis glossa in l.finali. in verbo,paternum. C.de iure dotium. De iure regio textus in l.vndecima.titulo vndecimo. parte quarta. & ibi Ioan.de Anania adduxit pro hoc alia quàm plura. Quam opinionem Ananiæ sequitur Hieronymus Cagnol.in repetitio. l.finali.numero a3a. C.de pactis. Gulielmum Benedict. in repetit.cap.Raynutius. in verb.in eodem testamento, el j.nume.215.& 216.licet contrarium teneat Fel. in d.c. Iudæi.nu.2.quia ipsemet Fel.tenet opi.Io. de Ana. in c.in præsentia.nu.56.de probat.& ibi Pau.Paris.nu.166.in fin.

Limita secundò nisi pater velit aliquid filio pro legitima largiri:arg.tex.in l.cum quo.in §.fin. ff.ad l.falcid.nam cùm hoc sit introductum fauore patris, poterit pater hoc renunciare:vt in l.pen.C.de pactis.& in l.si iudex.ff.de minorib.& in hoc casu quando filius dictã legitimã assignatam

tam dissipauerit, non tenetur pater rursus legitimam assignare. ita tenet Bar. & ibi Pau. de Cast. & doctor. in l. si cũ dotem. in §. si post. ff. sol. mat. idem Pau. de Cast. in consil. 80. nu. 3. volu. j.

Limita tertiò non procedere in dote: nam quandocunque filia esset coniugio matura, pater officio iudicis compellitur filiæ legitimam siue dotem constituere. ita probat tex. in l. Pomponius. ff. famil. ercisc. & in l. qui liberos. ff. de ritu nupt. in l. fin. C. de dotis promis. quibus concordat l. 8. titu. 11. par. 4.

Quartò fallit in alimentis: nam pater in vita tenetur filium alimẽtare. ita probat tex. in l. cùm oportet. in §. cùm autem. C. de bo. quæ liber. facit etiam tex. in l. si quis à libe ris. in princ. & in l. non quemadmodum. ff. de liber. agnosc. ita tenet Ias. in l. in suis. nume. 18. ff. de liber. & posthu. De iure regio est text. in l. 3. titu. 4. lib. 3. fori. & in l. j. & 2. titu. 19. par. 4.

Quintò fallit etiam si nullum esset statutum q̃ pater teneatur pro delicto filij, vt suprà dixi in 2. ampliatione: tamen si filius propter delictũ detineatur in carceribus, cogi potest officio iudicis pater vt assignet legitimã pro filio redimendo: nam si pro dote danda & alimentis potest cogi, vt suprà dixi, à fortiori potest cogi pro vita filij conseruanda & libertate. carcer enim perpetuus & seruitus, morti æquiparantur: vt in l. interdicit. ff. de condit. & demon. & in l. seruitutem. ff. de regu. iur. in Authen. si captiui. C. de episco. & cleric. ita expressè tenet Guliel. Bened. vbi dicit hunc casum se audiuisse à Cancellario Franciæ, in repetit. c. Raynutius, in verbo, in eodem testamento. el j. nu. 215. quem sequitur Eguinarius Ferdinandus in repet. l. in quartam. nu. 136. ff. ad l. falcid. quæ opinio si vera esset, sequeretur suprà dictum statutum de nihilo seruire.

Sextò limita quandocunque pater ingreditur monasterium: quia tunc viuo patre adhuc naturaliter debetur legitima filijs. ita probat text. in c. cùm simus. de regula. per quem tex. ita tenet glo. in c. transmissæ. in verbo, mota. qui filij sint legiti. Hanc opinionem tenet Abb. ibi. Eandem opin. probat tex. in Auth. si qua mulier. C. de sac. sanct. eccles. & ibi Bal. idem Abb. in c. in præsentia. de probat. nume. 59. & in c. Raynutius. de testa. Aret. in l. j. num. 6. ff. de testamen. & in l. ex ea parte. in §. insulam. col. 2. ff. de verbor. obli. Marcus de Man. in repe. auth. nouissima. pag. 29. versic. quartò dubitare. Catellia. Cotta in Memoralibus iuris: in verbo, legitima. Corsetus latè in singu. incipienti, legitima. Fabianus de Monte in repet. auth. nouissima. nume. 80. C. de inoffic. testa. Marian. Soc. Iunior in consi. 51. nume. 7. volu. j. Pyrrhus Englebermæus in tract. de suitate. nu. 8. Rolandinus Bononiensis in tract. vltimarum voluntatum: Rub. 15. nu. 19. & hanc dicit communem opinionem Ias. in authen. si qua mulier. numer. 50. C. de sacr. sanct. eccles. in auth. nouissima. nu. 8. C. de inoffic. testam. Fel. in d. c. in præsentia. nu. 55. Circa quam limitationem, vbi eam tenet & allegat alios doctor. tenentes cõtrariam partem, vide D. Couarruuias in c. 2. nu. 7. de testamen. vltra quos vide Pau. Paris. in repet. c. in præsentia. nu. 165. de probationibus. vbi contrariam partem tenet, & ibi latissimè hoc examinat.

Regvla CCCLXVII.

Filivs contra patrem in integrum restitui non potest. Hanc regulam probat tex. in l. cùm apud veteres. C. qui & aduersus quos. & ibi doct. præcipuè Iacobi. de S. Georg. & in l. sed si hac lege. in §. penult. ff. de in ius vocan. & in l. j. & in l. parẽtes. & in l. licet. ff. de obsequijs à libe. & liber. paren. & patron. præstan. & circa hanc regulam vltra doctor. In locis suprà dictis vide Ioannem Mauritium in tract. de restit. in integr. c. 224.

Limita primò procedere quando peteretur restitutio ratione ætatis: secus si ex alia causa, puta legitimæ absentiæ: quia tunc bene restitueretur cùm non reperiatur iure denegatũ: vt in l. necnon. in §. quoties. ff. ex quibus causis maior. & ita expressè tenet Bar. Bald. & Iacobi. nu. 1. & cæteri doct. in d. l. cum apud veteres.

Secundò limita procedere vbi filius peteret restitutionem officio iudicis nobili: secus si via actionis, quia est efficacior: & tunc conceditur ei restitutio contra patrem. ita probat tex. in l. si superstite. C. de dolo. & ita tenẽt doct. in d. l. cum apud veteres. & ibi Iacob. nu. 1. Petr. Rebuf. in gl. ad constitutiones regias Galliæ. in 2. par. trac. de restitutionibus: art. 2. glo. 6. nu. 2.

Tertiò limita procedere vbi peteret minor restitui cõtra patrem, & contra factum patris simul: quo casu denegatur ei restitutio: secus si tantummodò peteret restitutionem aduersus patrem, & non contra factum patris: quia tunc ei non denegatur: vt in l. 2. C. si aduer. rem iudi. ita tenet Iacobi. in d. l. cùm apud veteres. num. 1. scilicet si petit restitui aduersus sententiam in fauorem patris latam: quia tunc non impugnat factum patris, sed iudicis: licet aduersus patrem.

Quartò limita procedere si peteret restitutionem contra factum patris, sed nõ aduersus patrem de directo: quia tunc non esset deneganda restitutio filio: vt in l. di in te. C. si aduersus donatio. & ibi Iacob. de S. Georg. nu. 2. & in d. l. cum apud veteres. nu. 1.

Regvla CCCLXVIII.

Filio spurio in supplementum probationis non defertur iuramentum. Ratio est: quia spurius censetur infamis, & eius fides nõ facit semiplenam probationem. ita expressè tenet Ludo. Rom. in repet. l. admonendi. numer. 84. ff. de iureiur. vbi allegat Azonem in Summa: in titu. de infamibus. Eandem opinionem sequitur Io. Baptista de Caccialup. in d. repet. l. admonendi. num. 156. & ibi Lanfrancus de Oriano nome. 51. Bald. in l. in bonæ fidei. C. de reb. credi. Hippo. de Marsi. in sing. 283. Circa quam regulam vide Gulielmum Bened. in repetit. c. Raynutius. in verbo, Raynutius de Clera. numer. 30. And. Tiraque. in tract. de nobilitate. c. 15. nu. 14. & 15. & quod suprà dixi in regu. 69.

Hanc regulam ampliat vno modo, & limitat quatuor modis Hippol. in sing. 273.

Regvla CCCLIX.

Filivs comprehẽditur appellatione hæredis in materia feudali, & non extraneus. Hanc regulam probat glo. in l. etiam filij. ff. sol. mat. & in l. ex facto. in §. fina. ff. ad Trebellia. Quam opinionem sequuntur communiter doctor. secundum Ludo. Roma. in d. l. etiam filij. nu. 2. idem Roman. in l. pro hærede. in §. si quis tamen. ff. de acqui. hæredit. quam opinionem tenet Matth. de Afflict. in c. j. numer. 40. de Vasallo decrepitæ ætatis. in vsib. feud. pro qua opinione est text. in c. j. in §. si clientulus. de aliena. feudi. hanc opinionem tenet Iacobi. de S. Georg. in tract. feudorum: in verbo, præsentes. nu. 3.

Hanc regulam limitat quinque modis Ludoui. Roma. in d. l. etiam filij. à nume. 1. vsque ad nume. 8. ff. solu. matr.

Regvla CCCLX.

Filivs naturalis legitimatus non succedit in feudum. Hanc regulam probat text. in c. j. in §. naturales. si de feu. fue. controuer. inter domi. & agna. Vasal. in vsib. feud. Quam opinionem tenet Bal. in l. eam quam. C. de fideicommiss. Franc. Curt. Iunior, vbi allegat quàm plures doct. eam tenentes, in tract. feudorum, in 3. part. q. 17. nume. 39. Io. de Imo. in l. ex facto. col. 6. ff. de vulg. Pal. Rui. in l. 12. Tauri. nu. 21. Marcus de Mantua in consi. 45. nume. Vldaricus Zasius in tracta. feudorum in 8. par. nu. 83. Io. And. in regula, sine culpa. de reg. iur. lib. 6. Paris de Puteo in tract. de redintegratione feudi. fol. 79. nu. 8. And. Tiraquel. in tract. de vtroque retractu. tit. j. §. j. glo. 3. nume. 6. Carol. Molin. in consuet. Paris. titu. j. §. 8. glo. j. q. 8. nu. 38. Raph. Cuma. in consi. 168.

Amplia primò vt non solùm procedat in feudo paterno, verum etiam in materno: quia in eo non succedit filius naturalis. ita tenent Iacob. de Ardizone, And. de Iser. & cæteri doct. in d. c. naturales. Moti, quia text. ille non distinguit feudum paternum à materno: & ideò nec nos distinguere debemus: vt in l. de pretio. ff. de publiciana. & in l. non distinguemus. ff. de arbit.

Amplia secundo vt procedat siue sint soli, siue cũ alijs filijs legitimis & naturalibus: ita probat text. in d. c. j. in §. naturales: ibi, nec soli neque cum alijs. & ibi expresse tenent doct.

Amplia tertiò in filijs adoptiuis, vt est text. in d. c. j. in §. adoptiuus. & ibi etiam doct. & dicam infrà in sequenti regula.

Amplia quartò vt non solùm procedat in successione ab intestato, verùm etiam in successione ex testamento: ita expresse tenet Martinus Lauden. in d. §. naturales. quẽ sequitur Franc. Curt. Iun. in tract. feud. in 3. part. q. 17. numer. 40.

Limita primò non procedere quando dominus cõcessit feudum Vasallo pro se & suis filijs natis & nascituris: & dominus tunc sciebat q̃ Vasallus solùm habebat filiũ naturalem: quia tunc talis naturalis succedit in feudo: ita in specie tenet Aluarotus in d. §. naturales. Motus: quia scientia domini concedentis hoc importat: argu. tex. in l. si quis ita. ff. de testam. tutela. quem sequitur Curt. Iunior in d. tract. q. 17. nu. 40.

Limita secundò nisi esset legitimatus cum hac clausula expressa, q̃ succedere possit etiã ad feuda: nam tunc propter legitimam principis potestatem legitimatus succedit in feudo. ita probat glo. in d. §. naturales. in verbo, legitimi: quam glo. sequuntur ibi doct. & est communiter approbata secundum Matth. de Afflict. ibi in 2. notabili, nume. 2. Eandem opinionem tenet Anto. Rubæus in consil. 33. nume. 3. Paris de Puteo in tract. de redintegratione feudi. fol. 79. nume. 3. Stephanus Bertrandus in consi. 11 2. nume. 25. volu. 2. primæ impressionis. And. Tiraquel. in tracta. de vtroque retractu, lib. 1. titu. j. de retractu {linagier.} §. j. glo. 3. nume. 6.

Contra quam limitationem facit: nam deficientibus legitimis, feudum reuerti debet ad dominum cui competit istud ius, tanquam ius formatum & causatum è cõtractu, & infeudatione cui nõ potest Imperator aut summus Põtifex derogare, etiam cum clausula, non obstante, per mox in l. quoties. C. de precibus Impera. offeren. nisi fuerit legitimatus de consensu domini, vel nisi ipse legitimus sit dominus directus feudi: ita tenet Sal. in consi. incipienti, Comes Palatinus. & in quadam disputatione incipienti, Mediolanensis. quem sequitur Alex. in consi. 60. nu. 2. volu. 2. Cardi. Alexandrinus in repet. c. per venerabilẽ, in §. quod autem, nume. 61. qui filij sint legitimi. Anto. de Rosellis in tract. de legitimatione, lib. 2. c. de effectu legitimationis, nume. 24. versi. sed vlterius, & eadem ratione videtur dicendũ non sufficere consensum solius domini, nisi quando agitur de ipsius tantùm præiudicio, vt in feudo nouo: secus si feudum esset antiquũ, quia tunc requireretur consensus & filiorum & agnatorum legitimorum quorũ interest: quia ad eos feudum esset reuersurum: alioquin eis non præiudicaret legitimatio, ita tenet Ludo. de Sardis in tracta. de natura. liberis, in §. de legitimatione per rescriptum. q. 9. nu. 15. Zasius in tract. feudorum in 8. parte nume. 84. nisi aliqua iusta causa esset vel reipublicæ necessaria, ex qua princeps possit auferre ius alienũ. & hanc opinionem in terminis iuris feudalis dicit esse veram Carol. Molinæ. in consuet. Paris. titu. j. §. 8. glo. j. q. 8. nu. 39. & in additionibus ad Alex. in d. consi. 60. Quæ opinio non habet locum in feudis hæreditarijs, & sic quandocunque feuda sunt redacta ad instar patrimonialium: quia tunc sufficit legitimatio generalis ad hoc vt naturalis in feudo succedat: ita tenet Carol. Molin. vbi suprà, nume. 39. vbi allegat ad hoc alios doct. Hanc etiam opinionẽ tenet Chassanæ. in consuet. Burgun. in titu. {Des fiefz.} Rub. 3. §. 3. fol. 111. col. 4. num. 24. vbi dicit q̃ in Ducatu Burgundiæ vixit consuetudo q̃ feuda sunt redacta ad instar patrimonialium: idem tenet Guido Papa in decisione 59. & pro ista opinione est tex. in l. 12. Tauri.

Limita tertiò non habere locum in filio legitimato ex subsequenti matrimonio: vt suprà dixi in regu. 350. in 6. ampliatione.

Regvla cclxi.

Filivs adoptiuus non succedit in feudis. Hanc regulam probat tex. in c. j. in §. adoptiuus. si de feudo defuncti contentio sit inter domi. & agnat. Vasalli. & sic patet q̃ appellatione filiorũ in materia feudali non veniunt filij adoptiui, facit text. in §. adoptiuis. Instit. de accusatio. tutor. & in l. si quis ita. in §. j. ff. de lega. 2. & in l. 2. in princ. ff. ad Syllania. & in l. 2. §. adoptiui. ff. de excusatio. mune. Nam appellatione filij, in dubio intelligitur de filio legitimo & naturali, secundum Bar. in l. filium definimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & ideò si habens feudum decederet, superstite sibi tantum filio adoptiuo, talis filius non potest succedere in feudo nec in emphyteusi: vt in l. filio quem pater. ff. de liber. præteri. tex. & ibi Bal. in l. fideicommisso, & ibi Bal. ff. de condit. & demonstr. Circa quam regulam vide Alex. in consil. 10. volu. 5. Philip. Dec. in consil. 399. nume. 3. Barthol. Socin. in consil. 10. num. 30. inter consilia Alberi. Bruni. Io. Oldendorpium in tract. de successio. ab intesta. nume. 34. Rochum de Curte in tract. iuris patronat. c. 12. incipienti, ipse vel is à quo causam habuit. q. 34. nume. 79. Zasium in tract. feud. in 5. part. nu. 48. & in 8. par. nu. 25. & 90.

Hanc regulam limitat duobus modis Matth. de Afflic. in c. j. in §. adoptiuus, nu. 3. si de feudo defuncti contentio sit inter domi. & agna. Vasal. in vsib. feud.

Regvla cclxii.

Filivs repudiata hæreditate non potest retinere feudum hæreditarium. Hanc regulam probat text. in c. j. in fi. An agnatus vel filius defuncti possit retinere feudum: in vsib. feud. & ibi doct. præcipuè Matth. de Afflict. vbi hoc notabiliter declarat, & tradit materiam huius regulæ, num. 1. facit etiam tex. in c. j. in §. filius. de capitaneo qui curiam vendidit, in vsib. feud.

Hanc regulam limitat quinque modis Matthæ. de Afflict. in d. c. j. à num. 32. vsque ad num. 38. An agnatus vel filius defuncti, in vsib. feud. Eandem regulam limitat decem modis Vldaricus Zasius in tract. feudo. in 8. part. à nume. 9. vsque ad nu. 26.

Regvla cclxiii.

Filio viuẽte pater in bonis feudalibus habet vsumfructum. Hanc regulam, vbi plura pro ea adducit, ponit Franc. Curt. Iunior in tract. feudorum, in 3. part. quæstio. 4. nume. 46. per tex. in cap. 2. de fratribus de nouo inuestitis, & ibi doct. in vsibus feudor. & alia de quibus ibi per eum.

Limita primò nisi feudum esset concessum à principe: quia tunc patri nihil acquiritur, quemadmodum in omnibus alijs bonis acquisitis à principe, iuxta l. cum multa. C. de bonis quæ liberis. & ita hanc limitationẽ tenet Franc. Curt. Iunior in d. tract. nome. 47.

Limita secundò nisi esset feudum dignitatis cohærens personæ feudatarij: quia nihil acquiritur domino: vt in l. 3. in §. si quid. ff. de minoribus, & ita etiam tenet Curt. Iunior in suprà dict. loco.

Limita tertiò nisi feudum esset acquisitũ in castris, virtute armorum: puta quia Vasallus fuisset cum domino in castris, & illo respectu acquisiuisset: quia tunc non magis acquiritur vsusfructus, quemadmodum in alijs castrensibus: ita formaliter limitat Bal. in l. cum oporteat, nu. 18. C. de bonis quæ liberis ex cuius verbis inferuntur etiã aliæ duæ præcedentes limitationes.

REGVLA CCCLXIIII.

FILIO intestato ac sine liberis vel fratribus defuncto, succedunt parentes. Hanc regulam probat tex. in l. in successione, & in Authen. defuncto. C. ad Tertullia. & in Authenti. de hæredibus ab intestato venientibus, in §. consequens, & in §. sequenti, collat. 9. De iure regio est tex. in l. 4. titu. 13. par. 6. Circa quam regulam vltra doct. in l. 6. & 7. Tauri, vide D. de Couarru. in rub. de successio. ab intesta. Ias. in l. post dotem, nume. 105. ff. solu. mat. Arnoldum Ferronium in consuet. Burdegalen. in titu. de testamentis. §. 11. Montal. in glo. l. j. titu. 6. lib. 3. fori. Ioan. Corasium in l. hæres instituta, nume. 3. C. de impube. & alijs. Maturinum Montanum in Auth. de hæredibus ab intestato venietibus. pag. 45. versi. si igitur defunctus. collat. 9.

Hanc regulam cum quinque limitationibus posuit Nico. de Vbaldis. in tract. de successio. ab intestato. nume. 8. cum sequentibus.

Quæ regula hodie corrigitur per tex. in l. 7. Tauri. quæ lex probat ꝙ ad hoc ꝙ frater admittatur ad successionem fratris, requiritur ꝙ non habeat parentes: quia parẽtibus extantibus filij non succedunt cum eis. Quæ opinio probatur etiam per tex. in l. j. titu. 6. lib. 3. fori. & licet ibi text. loquatur quandocunque filius decessit ab intestato, idem est dicendum, quando sit condito testamento: vt in l. 6. Tauri: vbi filius non potest grauare patrem vel matrem in testamento quando non habet descendentes, nisi in 3. parte bonorum: præterquam in ciuitatibus & locis vbi statuta dicunt ꝙ bona deuoluantur radici.

REGVLA CCCLXV.

FILIO, durante lite super hæreditate paterna, facienda est sibi prouisio de alimẽtis. Hanc regulam probat tex. in l. qui de inofficioso ibi, vt interim possideat & alatur. ff. de inofficioso testam. & in l. si instituta, in §. de inofficioso. ff. eod. titu. De iure regio probatur in l. 8. titu. 13. parte 6. circa quam regulam vide Bart. & Doct. in l. si neget. C. de liberis agnoscen. idem Bart. in tract. de alimentis, per totum. Matthæum de Afflict. in decisio. Neapolit. decisione 10. & 11. Pala. Ruuios in repet. capituli, per vestras, in primo notabili, ampliatione 8. §. 39. Petrum Rebuffum in glo. ad Constitutiones regias Galliæ: in j. parte, in tract. de sent. per totum. vbi in art. j. glo. 2. eam limitat aliquibus modis.

Amplia primò siue ipse filius agat super successione bonorum patris, siue contra ipsum agatur: vt in l. si instituta, in §. de inofficioso. ff. de inoffic. testa. & in l. j. & ibi doctor. C. de Carboniano edicto.

Amplia secundò siue filius sit in potestate, siue sit emancipatus: quia hodie quo ad successionem & alimenta nulla est emancipationis & patriæ potestatis differentia: vt in Authen. de hæredibus ab intestato venientibus. in §. si verò neque fratres. in verbo, nulla, collat. 9. ita tenet Ange. in l. nihil. C. de vsucapio. pro hære. Alex. in l. cum quidam, in §. suum hæredem. col. fi. ff. de acqui. hære. Ias. in l. si emancipati, nume. 36. C. de collatio. facit quod suprà dixi in regu. 87. in 3. ampliatione.

Amplia tertiò procedere etiam pendente tempore dato hæredi ad deliberandum: nam filius ali de hæreditate debet, ne deliberationis dilatione pendente fame pereat: vt in l. filius. ff. de iure deliber.

Amplia quartò faciendam prouisionem filio siue in prima instantia siue in secunda: licet tex. in l. si instituta, in §. de inofficioso. ff. de inoffic. testa. loquatur in secunda instantia, & quando filius obtinuit in prima: tamen idem iuris est in prima ex æquitate ne fame pereat: & ne cogatur ob defectum pecuniarum deserere processum, & litibus renunciare, & ita expressè tenet Matth. de Afflict. in decisione 10. & 11. vbi dicit bis sic fuisse decisum in Curia Neapolitana, & ita expressè tenent Domini de Rota in decisione 2. in tit. de iudicijs. incipienti, vtrum filius agens petitione hæreditatis. in nouissimis decisionibus. Aegidius de Bellamera in decis. 88. & hanc opinionem seruari etiam in Francia tenet expressè Petrus Rebuffus in glo. ad constitutiones regias Galliæ: in j. parte tract. de sent. arti. j. glo. 2. nume. 5. licet glo. & ibi docto. in d. §. de inofficioso. in verbo, decerni. contrarium teneant.

Amplia quintò habere locum non solùm in filio, verùm etiam in nepote, pronepote & abnepote: in recta tamen linea, cùm in eis sit eadem ratio. ita tenet Masuerus in practica: in tract. de possessorio. §. item & recredentia. facit quod suprà dixi in regula 87. in 4. ampliatione. & pro ista opinione est tex. in d. §. de inofficioso. qui loquitur de nepote: quamuis Pau. de Cast. intelligat illum text. in filio.

Amplia sextò habere locum in patre: nam si pater litigat cum filio suo, vel petit successionem filij, debet illi fieri etiam prouisio de alimentis: quia non minùs parentibus quàm liberis piè relinqui debet hæreditas, & ex ea ali, vt in l. nam & si parentibus. ff. de inoffic. testa. glo. in c. prædicator. 16. q. j. & in c. cùm Apostolus. de censi. in l. scripto hærede. in fi. & ibi glo. ff. vnde liberi. facit quod suprà dixi in regu. 87. in 7. ampliatione: & in regu. 61. & l. 8. titu. 13. parte 6.

Amplia septimò ꝓcedere in filijs legitimatis per subsequens matrimonium, cùm nihil vel parum à lagitimis differant, vt in c. tanta. qui filij sint legi. & l. cùm quis. C. de natura. liberis. & in §. fin. Institu. de nuptijs. facit quod suprà dixi in reg. 350.

Amplia octauò procedere siue agatur possessorio siue petitorio: cùm vtrobique versetur eadem ratio, vt in L. illud. ff. ad leg. Aquil. vnde si filius minor à primogenito partem hæreditatis petat per actionem familiæ erciscundæ, poterit etiam ad prouisionẽ durante iudicio, vt frater bona possidens teneatur illi aliquid assignare lite pendente.

Amplia nonò etiam si filius esset in vtero: quia ventri fiet prouisio & in possessionem admitti debet, vt in l. j. & per totum. ff. de ventre in possessio. mitten. nam in fauorabilibus qui in vtero sunt pro natis habentur, vt in l. qui in vtero. ff. de statu homi. & ita expressè tenet Masuerus in practica: in titu. de possessorio. nu. 26.

Amplia decimò habere locum in qualibet parte litis, etiam post litem contestatam. ita concludit Io. Gallus in decisione Parisiensis Parlamenti quæst. 128. Ratio est: quia semper oneratur filius cui non fit prouisio: ideo semper poterit fieri ante sententiam definitiuam, & ante conclusionem causæ: iuxta not. in c. cùm dilectus. de fide instru. ita tenet Petrus Rebuffus in suprà dicto tract. de sententijs. in princ. nume. 25. & in d. glo. 2. nume. 1.

Amplia vndecimò etiam si filius longo tempore captus esset ab hostibus: tunc illi reuerso facienda erit prouisio, vt in l. apud hostes. & in l. sequenti. ff. de captiuis & postlimi. reuersis.

Amplia duodecimò siue fuerit vir, siue mulier: quia eadem ratio versatur in vtroque: ergo, &c. argumen. text. in l. maximum vitium. C. de libe. præter.

Primò fallit quando filius non esset in possessione filiationis, nec habitus pro filio vel consanguineo illius cui vult succedere: tunc non fiet sine causæ cognitione illi prouisio. ita tenet Bar. in l. si neget. nume. 2. ff. de libe. agnoscen. per text. in l. j. in §. si ea. ff. de ventre in possessionem mittendo, & in l. 3. in §. causæ. ff. de Carboniano edicto. & in l. si quis à liberis. in §. si vel parens. ff. de liber. agnosc. ibi, si constiterit. & in c. per tuas. de probatio. Stephanus Aufredus in decisione capellæ Tolosanæ, decisione 77. & quæ causæ cognitio requiratᷓ, ponit tex. in l. 7. tit. 19. par. 4.

Secundò fallit quando filius mouens quæstionẽ successionis esset diues, & posset se aliunde alere, vt in l. extraneus. & in l. sequenti. & ibi Bar. ff. de ventre in posses. mitten. & in l. fi. C. de ordine cognitio. Ias. in Auth. res quę. C. communia de lega. Panor. & alij in c. cùm haberet. de eo qui duxit in matri. quam polluit per adulter. De iure regio est tex. in l. 6. tit. 19. par. 4.

Tertiò fallit quando filius esset ingratus, vel aliàs constaret saltem summariè eum esse hæreditate & bonis priuatum: quia tunc sicut non est alendus, ita nec prouisio facienda: quæ maximè ob alimenta fieri debent, vt est glo. in l.si qnis à liberis. in §.idem iudex. in verbo, detulerat. ff. de liberis agnoscen. similis est glo. in l.fin. in verbo, promerueris. C.de alendis liberis. & ibi Bar. quas glo. sequitur Alex. in l.j.colum.3.ff. solut.matri. Stephanus Aufredus in decisio. Capellæ Tolosanæ, decis.77. Philip. Dec. in l.iura. sanguinis. ff. de reg.iur. Franc.de Aret.in l.3.in §.filius. nume.9.ff. de liber.& posthu. Roma. in singulari 222. Franc. Cremensis in singul.19. Gerardus de Petra Sancta in singula.j. Pala. Ruuios in l.49. Tauri, numer.8. Ias.in l.ius autem ciuile. nume.28. ff. de instit.& iure. Chassanæus in consuetud. Burgund. in titu. {Des iustices.} Rub.j. §.4. fol.33. colum.j.nume.19.

Quartò fallit quando filius vel is qui petit hæreditatem vendiderit eam, vel renunciauerit illi: nam etsi contractũ dicat non valere, & eius petat rescissionem, prouisio fieri interim ei non debet. ita tenet Ioan. Gallus, vbi dicit ꝙ ita Parisijs fuit iudicatum, in quæst.122. incipiẽti, Primò fuit dictum contra vxorem. quem sequitur Petrus Rebuffus in dicto tract.de sententijs, articu.j. glo.2. numer.26. nam qui pretio fruitur, non minùs habere intelligtur quàm qui principaliter re vtitur, vt in l.quia. ff. de vsufructu. & remittentibus iura sua non est ampliùs dandus regressus, vt in l. quæritur. §.si venditor. ff. de ædilitio edicto. & in c.quàm periculosum.7.quæst.j.& pretium succedit loco rei, vt in l.Labeo. la j. ff. de verbor. significat.

Quintò limita non procedere in adoptiuis filijs petentibus successionem: quia appellatione filiorum in hac materia non veniunt filij adoptiui. vt in c. in præsentia. & ibi not. Doct. de probat. & in l.fideicommissum. ff. de condit. & demonstrat. facit quod suprà dixi in reg.87. in 2. limitatione. & ita tenet Petrus Rebuffus in dicta glo.2. num.27.

Sextò limita in spurijs & in alijs naturalibus quibus nõ debentur bona paterna, nec legitima in illis: & sic eis nõ debet fieri prouisio, vt in l.j.& per totum. C. de naturalibus liberis. Bar. in l.fin. C.de alend. liberis. quod de æquitate canonica non procedit, vt in c. cùm haberet. de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adulter. Et pro ista opin. est tex. de iure regio in l.8. titu.13. par.6. Circa quam limitationem vide l.9.& 10. Tauri, & ibi doct. D. de Couarru. in Epitome de sponsalib. in 2. part. c.8. §.6. per totũ.

Septimò fallit in alimentis præteritis: quia in illis non competit alimentorum priuilegium, vt in l. de alimentis. C.de transactio. & sic in illis appellari potest, & appellatio recipitur. ita tenet Specu. in tit. de appellatio. §.in quibus, nume.11. Quam limitationem intellige vt per Felin. in c. cùm dilecta. nume.16. de rescriptis.

Octauò limita quando collateralis peteret hæreditatẽ fratris aut consobrini: tunc non fit prouisio: quia fratri non censetur hæreditas quasi debita sicut hæreditas patris, vt in l.in suis. C.de liber.& posthum. quod est verum quandocunque collateralis peteret hæreditatem consanguinei ab intestato: secus si eam peteret ex testamento. ita concludit Petrus Rebuffus in d.glo.3.nu.32.

Regula CCCLXVI.

Filius spurius de iure ciuili nec inter viuos neque in vltima voluntate potest aliquid capere de bonis parentis. Hanc regulam probat tex. in Authen. quibus mod. natur. effic. sui. in §.fin. collat.7. text. in l.j.& in Authen. licet. C.de natur. libe. & in Authen. ex complexu. C.de incestis nupt. De iure regio est text. in l.10. titu.5. lib.3. fori. & in l.10. titu.13. par.6. Circa quam reg. vide Bar. in l.fi. ff. de his qui. vt indig. & in l.si quis ex bonis. & ibi Doct. ff. de vulg.& pup. Abb.& Doct. in c.cùm haberet. de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adulter. Philip. Dec. in c.in præsentia. nu.105. cum sequen. de probatio. Cisfuentes & doct. in l.9.& 10. Tauri. Pala. Ruuios in repet. c.per vestras, in §.10. Roder. Xuarez in lectura l.j.tit.6.lib.3. fori. fol.86. pag.2. versicu. qui autem dicantur filij spurij, vsque ad finem lecturæ. D.de Couarru. in epitome de sponsalibus: in 2. part. c.8. §.5.& 6. Guliel. Benedict. in repet. c. Raynutius. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. decisione 5. nu.122. cum sequen. D.de Segura in repet. l.cohæredi. in §.cùm filiæ. nume.122. ff. de vulg. Ange. de Gambellionibus in tract. de testamen. in glo.85. Ioan. Bessaniũ in consuetudin. Aluerniæ, c.12. de successionibus & testamentis. artic.11. Matthæ. de Afflict. in decisio. Neapol. decisione 96. Chassanæum in consuetud. Burgund. in titu. {Des successions.} Rubr.8. §.3. fol.284. colum.2. num.1. cum alijs. Bermondum in tract. de publicis cõcubinarijs. pag.310. versicu. impropriè Papa. à numer.1. vsque ad nume. fina. Nicol. Boer. in decisione 227. Nicol. de Vbaldis in tract. de successio. ab intestato: in j. parte, num.44. cum alijs. Martinum Lauden. in tract. de legitimatione. nu.72. cum alijs. Io. Gualdensem in tract. de arte testandi: titu.j. cautela 14. per totam. Io. de Garronibus in repet. l.j. nume.101. cum alijs. C.de secun. nupt. Pau. Paris. in consi.11. nume.10. lib.2. Iacob. de Sancto Georg. in l.qui testamentum. nu.5. cum alijs. ff. de probatio. Io. Baptistam de Caccialupis in repet. l.si qua illustris. nume.69. cum alijs. C.ad Orficia. Ioan. Corasium in l.hæres insti. num.5. C.de impuberum & alijs. Barthol. Socin. in consil.69. volu.j. Phil. Corne. in consi.25.& in consi.310. vol.j. & in consi.207. lib.3. Alex. in consi.74. lib.3.& in consil.150. libr.2. idem Corne. in consi.236. lib.2. Laur. Calcaneum in consil.62. Rolandinum Bononiensem in tract. de testa. Rub.18. Ex quibus omnibus amplia & limita sequentibus modis.

Amplia primò in tantum procedere ꝙ non valeat statutum disponens spurios ex testamento, vel alia vltima voluntate posse succedere patri suo: quia statutum præberet occasionem fornicandi, vt in l.conuenire. ff. de pactis dotali. in c.quemadmodum. de iureiur. ita tenet Federicus de Senis in consi.265. numer.1.& in consi.277. Areti. in l.cunctos populos. nume.15.& Bal. nume.13. C.de summa trini. idem Aret. in l.testamenti factio. ff. de testamen. Ias. in l.ait prætor. in princ. nume.12. ff. de iureiuran. Barthol. Socin. in consil.95. nume.9. lib.4. Dec. in c.2. in 2. lectura in 2. notabili, de constitutio. & hanc dicit communem opinionem Ioan. Baptista de Caccialupis in repet. l. cunctos populos. numer.170. C.de summa trinita. Hanc opinionem dicit esse cõmunem Philip. Dec. in c. in præsentia. numer.124. de probatio. Eãdem dicit communem esse Ioan. Gualdensis in tract. de arte testandi. in titu.j. cautela 14. num.1. Eandem dicit esse communem Ferdinandus Loazes in tracta. de matrimonio. in 2. dubio. in 2. fundamento pro parte negatiua, numer.7. vbi adducit alios quàm plures docto. dicentes eam communem, idem Loazes in tracta. de conuersione Paganorum: colum.22. nume.7. versic. ex hac ratione. Nicol. Boer. in decisi.127. numer.9. Guliel. Bened. in repetit. c.Raynutius. in princ. nume.39.& hanc opinionem tenet Bermondus in tract. de publicis concubinarijs: pag.344. à nume.63. vsque ad nume.65. Pala. Ruuios in l.9. nume.6. in ll. Tauri.

Amplia secundò vt hæc nostra conclusio non solùm procedat de iure ciuili, verùm etiam de iure diuino: vt habetur Genesis 21. cap. vbi dictum est Abrahæ, Eijce ancillam & filium: quia nõ erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ. quod idem attestatur Apostolus ad Galatas 4. cap. Quod dictum etiam obseruatur de iure canonico: vt in c. non omnis. 32. q.2.& in cap. dicat aliquis. 32. q.4.& refert Augu. in c.quid est. 35. q.7. vbi dicit ꝙ ex lege Dei statutum est ꝙ illi qui ex incestuoso coitu nascuntur, nullo iure parentibus succedant.

Amplia tertiò quòd si spurio aliquid relinquatur, id à lege legitimis liberis vel cognatis proximioribus defertur, ita tenet Bald.& ibi Sal. in l.j. per text. ibi. C.de natura. liberis.

liberis.Bartol.in l.fin.ff.de his quibus vt indig.Ias.numero 9.in l.2.C.de hæred.instituend. Eandem opinionem dicit communem Alex.in l.hæreditas.C.de his quibus vt indignis.& in cons.74.numero 6.vol.3. Eandem opinionem, vbi notabiliter eam examinat, tenet Bermondus in tract. de publicis concubinarijs,pag.318.numero 21.versic.ego autem puta contrarium. sed si venientes ab intestato agere noluerint, vel dissimulauerint, vel tacuerint intra duos menses inuadit fiscus tales res.ita probat tex.in l.1.in §.quibus tacentibus.C.de natura.liberis. & ita expressè per illũ text.tenet Bald.in l.certum, numero 17.versicul.sed pone bastardus.C.vnde legi.Bermondus in dicto tractat.de publicis concubinarijs, pagina 311. numero 7. Rolandinus Bononiensis in tract.de testamentis: Rubrica.18.num.1. Lud.de Sardis in tract.de naturalibus liberis:in fine,in versiculo,secundò videndum est, nu.j.Io. Garronis in repe.l. j.nu.101.cum alijs. C.de secund.nupt.& pro ista opinione est tex.in l.10.tit.13.parte 6.

Amplia quartò quòd si instituatur spurius,talis institutio est ipso iure nulla:cum ipso iure sint incapaces:vt in Authen.quibus modis naturales effician.sui, in §.fi.colla.6.& in Auth.ex complexu. C. de incestis nuptijs. & in l.si spurius.ff.vnde cognati.& in leg.si pater.& ibi glos.& in l.nec apud.C.de hæred.instituen.

Amplia quintò vt tales filij non possint præscribere sibi relictum à patre.ita tenet Bal.in l. id quod pauperibus.col. fin.C.de episcopis & clericis.& in lege,nulla.versic.secundò quæro. C. de rei vendicatio. pro qua opinione allegat glos.notabilem,in l.nemo.ff.de vsucapione pro legato.vbi probatur quòd spurius vel alias incapax non potest præscribere tali præscriptione in qua requiritur titulus, prout in vsucapione & præscriptione longi temporis, si voluerit præscribere tanquam sibi relictum ab eo à quo capere non potuit.

Eandem opinionem tenet Salicetus in dict.l.nullum.dicẽs istud procedere etiam si iusto errore putasset se esse legitimum:& ita intelligit suprà dictam glo.idem tenet ipse Salicetus in l.1. C. pro hærede. eandem opinionem tenet Alex. vbi hoc duobus fundamentis comprobat, in consil. 74.num.7.vol.3. Bermondus in tract.de publicis concubinarijs,pagina 315.num.16.Philip.Corneus in consil.236. numero 4.vol.2. Eandem opinionem tenet Francis.Balb. in tract.præscriptionum, in 4.parte 4.partis principalis.q. 18.per totam.& in repet.l.Celsus, in prima parte,nume.9. ff.de vsucapionibus.

1. Amplia sextò quòd si pater in testamento mandaret bona sua vel partes distribui inter pauperes vel coniunctos, vel illis executor viderit distribuenda, non poterit executor eligere spurium.ita tenet Bal.in l. id quod pauperibus. C.de episcopis & clericis.num.34.q.22. Ratio est:quia spurius non venit appellatione coniunctorum, nec executor poterit illa bona distribuere contra prohibitionem iuris in personam prohibitam, nec concedatur per indirectum quod prohibetur directè:& si distribueret spurio, videtur esse relictum à patre,quia factum exequutoris exequentis voluntatem, iudicatur idem cum facto testatoris: vt in l. vnum ex familia, in §. si de falcidia quæratur. ff. de leg. 2. vbi dicit text. quòd electus non dicitur capere ab illo qui eum elegit,sed ab illo cuius iussu electus fuit. Eandem opinionem tenet idem Bald. in l.ab eo. C.de fideicommissis. & pro ista opinione est text.in l.si his qui.ff. de vulgari.vbi qui non potest capere per se, nec alio mediante:nec etiam videtur datum arbitrium exequutoris:vt disponat contra ius:vt in l.quanquam.ff.de ritu nupti.& in leg.Lucius.ff.ad municipa.& pro ista opinione est tex.in d.l.j.C.de natura. liberis.eandem opinionem tenet Philip.Corneus in consi. 236.numero 10.volum.2.Bermondus in tract.de publicis concubinarijs.pag.312.nu.8.Ioan. Gualdensis in tract.de arte testandi:tit.j.cautela 14.nu.9. Guliel.Benedi.in repet. c.Rainutius, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam.in 5.decisio.num.122.de testam.Pala.Rubios in l.9.num.16. Tauri.Alex.in consi.54.nu.1.vol.7.Laurentius Calcaneus consi.62.num.7.

Quam ampliationem declara vt per Nicol.Boeriũ vbi ponit Docto.tenentes contrarium in decisio.127.numero 14.& 15.

Amplia septimò habere locum econuerso:nam ita eodẽ modo pater non succedit filio.ita cõcludit Bal. in Auth. licet.C.de naturalibus liberis.quia inter eos nullũ ius agnationis vel cognationis reperitur: vt notatur in l.hac parte. & in l.si spurius.ff. vnde cognati. Hanc opinionem tenet idem Bal.in l.j.C.de episc.& cleri. & ante eum tenuit Azo in Summa.C.de hæredibus instituen.& C.de legiti.hæredib.Bart.in leg.fin. numero 5.ff.de his quibus vt indignis. Guliel.Benedict. in rep.c.Rainutius,in verbo,& vxorem nomine Adelasiam.decisio.5.numero 133.Ias.in §.pœnales.num.61. Instit.de actio. vbi pro hoc allegat text.in dicta l.licet. C. de naturalibus liberis. Hanc etiam opinionẽ tenet Matthesillanus in tract. de successionibus ab intestato.in 2.membro.2.arti.principalis.nu.6.Bermondus in tractat.de publicis concubinarijs,pag.357.num.77.versic.& econuerso notate.vbi hoc notabiliter declarat Alex.vbi allegat Bar.in alijs locis idem tenentem.in consil.150.nu.6. lib.2.Chassanæus in consuetu.Burgun.in tit.{Des successions.} Rubr.7.§.primo.num.primo & secundo, fol.283. col.2.Ioan.Baptista de Caccialupis in rep.l. si qua illustris. num.77.C.ad Orficianum.

Amplia octauò quòd tales filij spurij non succedunt parentibus ex parte patris ab intestato.ita probat tex.in d.l.1. in fine.C.de natura.liberis.& in l.si spurius.ff. vnde cogna. & ita expressè tenet Cinus in Authentic.itaque. C. communia de successio.& in leg.si qua illustris.C.ad Orfician. Io.Faber.in §.nouissimè.Instit.eo.tit.Io. Baptista de Caccial.in repet. d.l. si qua illustris. nu.79. & hanc opinionem tenet Ludo.de Sardis in tracta.de natu.libe.in §.de successione spuriorum.in 7.q.nu.12. Cifuentes, in l.9.Tauri, nu. 4.De iure regio probatur in l.12.titu.13.parte 6. Quod in filijs clericorum locum non habet: quia nec ab intestato nec ex testamento succedunt parẽtibus ex parte patris: vt in l.vigesimasecunda, titulo tertio, libr.j. ordina.& in lege secunda,titulo tertio,lib.quinto ordinamẽti.quę leges approbantur etiam per legem nonam Tauri,& ibi hoc tenet Cifuentes.num.12.

Amplia nonò habere locum in filio incestuoso:nam filius incestuosus scilicet natus ex consanguineo & consanguinea,non succedit parentibus.ita tenet glos.& ibi communiter Docto.in d.l.si qua illustris. C.ad Orficia.in gl.in verbo, cum legitimis.& in §.nouissimè. Instit.ad Orficia. tex.in l.11.tit.17.parte 7.& pro ista opin.est text.quem ibi notat & intelligit Cifuentes in num.11.in d.l.9. Tauri.Roderic.Xuarez in gl.l.j.tit.6.lib.3.Fori,fol.95.pagina 1.versi. hæc in successione parentum.& hanc esse communẽ opinionem tenet Baptista de Caccialupis in repe.d l.si qua illustris,numero 96.

Amplia decimò habere locum in filijs adulterinis: vt est text.quem ibi ad hoc notat Cifuentes, numero 2.in d. l.9.Tauri.

Amplia vndecimò adeò procedere q̄ talis filius nõ poterit aliquid à patre capere ex lucratiuo contractu aut oneroso,per se neq; per interpositã personã: vt in l.j. & ibi gl. Cin.Bar.Bal.& Salic.in d.l.j.C.de natu.libe.licet contrariũ teneat glo.in l.qui testamentum.in glo.2.ff.de probat.quæ in contractu oneroso contrarium dixit.quam sequitur Bal. in l.si is qui.ff.de vulgari & pupilla. sed illam glo.reprehendunt ibi Iacobus Butri.Salic.& Florianus, ne per hunc modum faciliter fraus fieri possit de contractu ad contractũ. Hanc etiam opinionem tenet Io.Gualdensis in tractat.de arte testandi, titu.j.cautela 14.nume.3.Guliel.Benedict.in repet.c.Rainutius,in verbo,& vxorem nomine Adelasiã, in decisione 5,numero 129. Aretin. in l. si is qui ex bonis. num.6.

nume.6.in fine.ff.de vulgari & pupillari.Eandem opinionem tenet Bermondus, vbi eam notabiliter intelligit, in tract.de publicis concubinarijs.pagina 325.num.32.versi. & prædicta conclusio.Iacobin.de S. Georg.vbi eam notabiliter declarat:& glo.ibi,quæ communiter, vt suprà dixi, reprobatur,in d.l.qui testamentum.nume.octauo,cum sequentibus.ff.de probatio.

Amplia duodecimò procedere vt neque substitui possit per patrem.quod procedit in substitutione vulgari:quia virtute talis substitutionis non potest succedere.Ratio est: quia directè & non per interpositam personam per vulgarem succeditur patri, cum sit eius testamentum:vt in prin. Insti.de vulgari.& istud procedit etiam, quando pater grauasset filium naturalem & legitimum restituere hæreditatem spurio.quia per istã fideicommissariam succedere non posset:cum per illã succedatur in bonis testatoris per mediam personam instituti: vt in l.cohæredi. in §. cum filiæ. ff.de vulga.in quibus bonis spurius est incapax. si verò spurius fuerit legitimo filio substitutus pupillariter, tunc eueniente casu substitutionis admittetur ex expressa pupillari ad bona impuberis tantum:ad quæ bona spurius est capax, etiam ex dispositione patris, quia licet sit prohibitus succedere patri,non tamẽ prohibetur succedere fratri:vt est tex. in l.si his qui ex bonis.ff.de vulgari & pupillari. & hanc distinctionem posuit glo.sing.in Authen. quibus modis natura.effician.sui, in §.fin. in verbo, participium. collat.7. Hanc opinionem sequitur D.Couarruuias in 4. Decret.in 2.parte,c.8.§.5.nu.4.Guliel.Benedi.in repet.c. Rainutius, in verbo,& vxorem nomine Adelasiam. decisi.5.nu.128. Eandem opinionem,vbi eam notabiliter examinat,tenet Bermondus in tract.de publicis concubina.pag.316.num. 17.versi.sed an spurius.

Amplia decimotertiò quòd si pater cum non posit aliquid relinquere filio spurio, donauit bona sua ecclesiæ: & ecclesia posteà donauit spurio, non valet donatio:quia secunda donatio præsumitur remuneratio: quæ non potest fieri in persona spurij.ita tenet Bald.in l.eam quam.nu.40. C.de fideicommissis.quem sequitur Pala.Ruuios in repe. Rub.de donationibus.§.30.nume.54. vbi dicit esse valde notandum, & vidisse in practica. Facit etiam quod notat idem Pala.Ruuios in dicta repet. Rubr.§.67.num.19.sed Bald.vbi suprà, concludit, quòd si ecclesia instituta vel cui donatum est à patre,posteà donaret spurio intuitu pietatis & paupertatis, vel expressa causa remunerationis:talis donatio posset sustineri de iure. & ita expresse tenet Alex. in cons.54.nu.3.vol.7.Bermondus in tract.de publicis concubinarijs.pagina 312.num.10.

Amplia decimoquartò vt talis filius non succedat in feudum.ita tenet Bald.in consi.207.num.1.vol.2.pro qua opinione est tex.in c.j.in §.naturales.si de feudo defuncti contentio sit inter dominum & agnat.vasalli.Eandem opinionem tenet Io.Andr.in c.lator.& in c.per venerabilem.qui filij sint legitimi. eãdem opinionem tenet Pala. Ruuios in repet.c.per vestras.in §.10.num.4.Aegidius de Bellamera in decisione 742.sub titu.de donationibus.Bermondus in tract.de publicis concubinarijs, pag.311.nu.6. facit quod suprà dixi in regula 360.

Limita primò non procedere quando filius spurius instituitur sub conditione,scilicet si legitimabitur:quia tunc bene valet talis institutio.ita tenet Bald. Imol.& Alex.in leg. Gallus.in §.instituens.ff.de liberis & posthumis. idem tenet Albe.de Rosate in l.libertas testamento.per illum tex. ff. de manumissis testamento. & in l. quod conditionis. ff. de donatio.causa mortis.pro qua opinione est glo.in l.fi.in 6.intellectu. ff. de regula Catoniana. quam ad hoc allegat Bald.in l.seruus.C.de legatis. facit etiam text. in l.in tempus.ff.de hæredibus instituendis & in l.sicut.& ibi gloss.in princ.ff.quibus modis vsusfructus amittatur. & hanc opinionem dicit esse communem Lancelotus Decius in d.§. instituens.& ibi Ias.numero 5.hanc etiam opinionem dicit esse communem Ioan. Gualdensis in tracta.de arte testandi,tit.1.cautela 14.num.15. Eandem opinionem dicit etiam esse communem Catellianus Cotta in verbo, spurius.el 3.eandem opinionem dicit etiam communẽ Franc. Curt.iunior in consil.84.numer.3. Lancelotus Galiaula in repet.l.Gallus.in §.& quid si tantum. nume.4.ff.de liberis & posthumis.& pendente conditione legitimationis spurius potest petere bonorum possessionem,ex qua obtinebit administrationem hæreditatis, antequam legitimetur, vt in l.si quis instituatur hæres.& ibi Bart.& alij Docto.ff. de hæredibus instituendis.idem tenet Bald. in l.fi.ff.de his qui sunt sui vel alie.iuris. D. Couarruuias in Epitome, de sponsalibus.in 2.parte,c.8.§.5.nu.12.Pala. Ruuios in repe. Rubr.de donationibus.§.29.nu.4.Francis. Curtius Iunior in dict.consil.84.num.4.Ioan.Gualdensis,vbi refert alios Doct.contrarium tenentes, in tract.de arte testandi, in d. cautela 14.num.15.

Limita secundò non procedere in nepote: nam nepos legitimus & naturalis ex filio spurio,deficiente prole legitima,potest ab auo hæres institui.ita tenet Bartol.nume.3. Imo.& Alex.Aretinus,& Iaso.in l.Gallus.in §.quid si his. ff.de liberis & posthumis.idem Bartol.in consil.118. incipiente,Odosius habens filium.vbi dicit quod ita fuit iudicatum pro opinione sua. Panorm.in c.cum haberet.de eo qui duxit in matrimoniũ quam polluit per adult.vbi concludit quòd licet pater non posit instituere filium spuriũ, non tamen prohibetur ab auo. Hanc opinionem dicit esse communem Ias.in l.hæreditas, num.8.C.de his quibus vt indignis.Alex.in consil.74.num.2.lib.3.vbi Carol.Molin. in eius additionibus dicit hanc esse communem opinionẽ. & Philippus Decius in consilio 462.num.17.& 18. Philippus Corneus in consil.25.numero 10.volu.1.Ioan. Gualdensis in tract.de arte testandi, titu.1.cautela 14. numero 12.eandem opinionem,vbi latissimè eam examinat,tenet Bermondus in tractatu,de publicis concubinarijs,pagina 346.num.65.versi.apud Legistas difficilior oritur dubitatio.vbi eam ibi mouet.& in pag.350.num.70.eam determinat Nicol.Boer.in decis.127.num.16. per glo.quam ibi Doctor.sequuntur in d.l.fi. C.de natural. liberis. Didacus del Castillo in l.9.in glo.in verbo,ex testamento in legibus Tauri.Gulielmus Benedictus in repet.c. Rainutius.in verbo, & vxorem nomine Adelasiam.decisione 5.num.131. Hanc etiam dicit communem Roder. Xuarez in lectu.l. 9.tit.11.libro 1.Fori.fol.73. pagina 2.versi. consideratum, & in lectura l.j.tit.6.lib.3. fori.fol.88. pagina 2.versic.circa hoc quæritur de pulchra quæstione.licet contrarium videatur tenere Chassanæus in consuetud.Burgun.in titulo, {Des fiefz.} Rub.3.§.5.fol.513.col.4.num.70.sed in effectu ibi tenet communem opinionem:quia debet intelligi opinio eius stante prole legitimæ:prout in effectu concludit Iason,ad quem se remittit in d.l.hæreditas.

Quæ limitatio in nepote nato ex filio incestuoso non procedit secundum Bald.per textum ibi in l.si quis incesti. num.2.C.de incestis nupt.quem textum dicit esse vnicum idem Bald.in cap.in præsentia.num.35. de probationibus. Hanc opinionem tenet Ant. Corsetus in singul. incipiente,hæres.el 4.Hippol.in singul.543. Alex.in dicto §.quòd si his. Quam opinionem dicit esse communem Salicetus in dicta l.si quis incesti.hanc etiam tenet Cifuentes in l.9. num.7.Tauri. Doct.Couarru.in Epitome,de sponsalibus, in secunda parte, cap.8.§.5.numero 13.Bermondus in tractatu, de publicis concubinarijs, pagina 351.numero 70. versicul. ista conclusio indubitanter procedit. Gulielmus Benedictus in repet.c.Rainutius.in verbo,& vxorem nomine Adelasiam.decisione 5.nume.131.Corneus in consilio 25.numero 15.volum.1.Castillo in dicta leg.9. Tauri, in verbo, ex testament.Roderic.Xuarez in lectura leg. primæ,titulo 6.libro 3.fori,folio 89.pagina 1.licet contrarium teneat Paulus de Castro in filio incestuoso, in dicto §.quod si his.num.6.ad quem respondit Roderic.Xuarez

vbi

vbi suprà.& ab opinione Bal. velit recedere Iaſ.in dict.§. quòd ſi his,num.25. eandem opinionem Bal.in d.l.ſi quis inceſti.dicit eſſe communem Martinus Lauden.in tracta. de legitimatione,nu.73.

Quod in nepote ex filio elerico locum non habet, ſed poſſunt ab auo inſtitui, ita tenet Baldus in dicta leg.ſi quis inceſti.numero 2.verſiculo,quæro nunquid hæc lex.C.de inceſtis nuptijs.Ratio in qua ſe fundat eſt,quia ſuprà dicti filij clerici non ſunt inceſtuoſi,ſed ſpurij & ex ſtupro nati. Quam opinionem tenet Petrus, Cinus,& Salice.in l.2.C. de epiſcop.& clericis.Hanc opinio.tenet Abb.in cap.ex te nore.& in cap.cauſam quæ.& in cap.lator, qui filij ſint legitimi.Alexander in dicto §.quòd ſi his.numero 9. Rodericus Xuarez in lectura leg.9.titu.11.libro 1.fori,folio 73. pagina 2. eandem opinionem dicit eſſe communem Corſetus in ſingu.in verbo,fornicatio.& Ciſuentes in l.9.nu.7. Tauri.pro qua opinione eſt gloſſ.in c.per venerabilem.qui filij ſint legitimi.in verbo,adulterinis.vbi filios clericorum vocat adulterinos.

Tertiò limita quandocunq; pater aliquid relinquit ſpurio ſi ingrediatur monaſterium: nam tale legatum bene valet.ita tenet Guliel.de Cugno, & ibi Bald.in num.3.verſiculo, iuxta hoc quæro,in l.1.C.de ſacroſanctis eccleſijs. quem ſequitur ibi And.de Beſetis in repet.num.11.Ratio eſt ſecundum Baldum quia ſicut per oblationem curiæ filij legitimantur, vt in Authen.quibus modis naturales effician.ſui.in §.ſi quis igitur. collat.7. ita per oblationé monaſterio factam.& illud dictum Bald.ſequitur Alexan. in additio.ad Bartol.in l.cum quis. C.de natu.liber. & in l. neceſſarijs. numero 13.ff. de acquirenda hæreditate.& ibi Francisc.de Aret. Ciſuentes in l.10.nu.15.Tauri.Hippol.in ſingul.273. Iacob.de ſancto Georg.in Auth.non licet.nu. 21.C.de liberis præteritis.

Quartò limita non procedere de iure canonico: nam de iure canonico filio ſpurio,adulterino,vel inceſtuoſo,debentur alimenta: vt eſt text.in c.cum haberet.de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. Ratio eſt,ne filius fame pereat. De iure Regio eſt tex.in l.8.titu. 13.part.6.& Abb.in d.c.cum haberet.in vltimo notab.dicit illum tex.non eſſe alibi ad hoc.& huic iuri canonico ſtatur hodie,etiam de iure ciuili,ſecundum glo.in d.c.cum haberet.in fine,quam glo.ſequitur ibi Abb.Card.& alij.eandem opinionem tenet Antonius Corſetus in ſingulari incipiente, ſpurius.& hác dicit communem opinionem Iaſ. in conſ.26.nu.4.lib.3.Io.Gualdenſis in tract.de arte teſtandi, tit.3.cautela 14.nu.13. & circa hanc limitationem vide quæ dicam in ſequenti regula.

Quintò limita vt pater teneatur filiam ſpuriam dotare, cum dos ſuccedat loco alimentorum.ita tenet Bartol.in d. Auth.ex complexu.vbi dicit ſe ita dixiſſe & conſuluiſſe,quòd vſque ad quantitatem ſufficientem pro alimentis,pater poteſt filio ſpurio relinquere, & eodé modo filiæ ſpuriæ pro dote ſua:cum ſine aliqua dote neque poteſt ali,neque nubere. Quod dictum dicit eſſe menti tenendum Panor.in d.c.cum haberet. numero 5. idem tenet ipſe Bartolus in l. ſi fraudator.in §.qui à ſocero.ff.de reuocá. his quæ in fraudem credit. dicens quòd ſi clericus dotaſſet filiam ſuam ſpuriam, valeret donatio, neque ab ea poſſet auferre quatenus ipſa de iure canonico poſſet capere pro alimentis.idé tenet idem Bartolus in l. finali numero ſeptimo. ff. de his quibus vt indignis. Hanc opinionem tenet Roderic. Xuarez in lectura l.1.tit.6.lib. tertio fori, folio 91.pagina 1.verſiculo,& per dictum c.cum haberet. Circa quam limit.vide quæ dicam in regula ſequenti.

Sextò fallit quandocunque filius eſſet legitimatus: nam tunc poteſt inſtitui à patre.ita probat text. & ibi Ioan.Faber.in l.cum quis.in fine. C.de naturalib. liber.text.in Authent.quibus modis naturales efficiantur ſui. in §. nullum. collatio.7.& ita tenet Bald.in capit.de cauſis. numero 34. de officio deleg. quem ſequitur Iaſ. in Authent.ſi qua mulier. numero 47.C. de ſacroſanctis eccleſijs. & in leg. hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.collat.1. C.de teſtam. Castellianus Cotta in Memoralibus iuris, in verbo, ſpurius.el 3.Philippus Dec.in conſi.258.numero 5.eandem opinionem tenet Bermondus in tractat. de publicis concubinarijs,pagina 327.numero 39.& in pagina 359.numero 81. Ciſuentes in l.12.numero 2.in legibus Tauri.pro qua opinione eſt text. ibi, inquantum dicit quòd extantibus filijs legitimis & naturalibus, non ſuccedat legitimatus: ergo à contrario,ſi non extant, ſuccedit. Facit quod ſuprà dixi in reg.69.& vltra ibi dicta notandú eſt quòd iam quòd filius legitimatus ſuccedat in bonis patris & poſſit inſtitui à patre, tamen non gaudent nobilitate parentum, ſed tenentur contribuere, ſicut ſi legitimati non eſſent, vt in pragma.9. An.1544. per quam pragmaticam corrigitur l.9. in fin.tit.15.part.4.& in d.l.12.in fine Tauri.

Septimò limita in filijs ſpurijs Principum: nam Princeps poteſt eis donare, & filias dotare.ita notabiliter concludit Bald. in conſil. 456.numero 9.volum.5.facit etiam quod notat idem Bald.in conſil.267.numero 11.volum.3. Quem ſequitur Nicolaus Boerius in deciſione 127.numero 17.Hanc etiam opinionem tenet idem Bald. in cap.1. nu. 30.de conſtitutio. vbi dicit quòd Princeps de plenitudine poteſtatis hoc facere poteſt,licet Barba.teneat contrariam opinionem in dicto cap.1. nume.192. de conſtit.vbi dicit quòd Princeps poteſt dotare filias ſuas ſpurias eatenus quatenus ſufficiat ad alimenta:per gloſſ. in dicto cap.cum haberet. & per alia: de quo ibi per eum. & hoc modo dicit quod procedit dictum Bald.ibi.& illud dictum Barb.ſequitur Chaſſ.in conſuetud.Burgun.in tit. { Des ſucceſsions.} in §.3.folio 285.col.2.num.14.ſed ſi hoc eſſet verum, nullum priuilegium eſſet in Principe, cum quilibet priuatus hoc poſſit facere, etiam ſi ſit clericus, vt ſuprà dixi in 5.limitatione. Prætereà pro doctrina Bald.facit quod ſuprà dixi in regula 43.in 5.limitatione.

Octauò fallit in matre:nam non extantibus deſcendentibus legitimis & naturalibus,filius naturalis vel ſpurius ſuccedit matri tam ab inteſtato quàm ex teſtamento.ita probat text.in l.hac parte.& in l.ſi ſpurius.ff. vnde cogn.& in l. 1.in §.ſed vulgò.ff.ad Tertull.& in §.nouiſsimè.Inſtit.eo. titu. Probatur etiam de iure regio in l.9. Tauri. vbi inquit l. quòd extantibus filijs legitimis & naturalibus, tales filij naturales tantum vel ſpurij ex diſpoſitione matris ſunt capaces quintæ partis bonorum. & ita expreſsè tenet ibi Ciſuentes numero 1. Quod tamen eſt verum, niſi talis filius eſſet natus ex damnato & punibili coitu ex parte matris: quia tunc etiam non extantibus filijs legitimis, filius non ſuccedit matri præterquam in quinta bonorum parte duntaxat,ſi ſibi relinquatur, non alias.& ita expreſsè probat ſuprà dict.leg.9. Tauri.& ibi expreſsè hoc tenent Ciſuentes & doctor.& text.ibi ponit in fine quando filius dicatur natus ex damnato & punibili coitu.Quod etiá ponit D.Couarruuias in Epitome de ſponſalibus, in 2.parte, c.8.§.5. nu.15.cum ſequen.

Quod tamen procedit præterquam ſi talis mater eſſet per vim ſtuprata: quo caſu talis filius adulterinus non extantibus legitimis ſuccederet matri.ita tenet Bald.in l.eam quam.num.2.5.C.de fideicommiſ.vbi tenet quòd ſi tyrannus habuit acceſſum ad aliquam mulierem per vim, quòd filius inde natus non dicitur ſpurius. Quam opin.tenet idé Bald.in l.ſi qua illuſtris,num.1. C.ad Orficia.quem ſequitur Ciſuentes in d.leg.9.num.2.& ibi Palat.Ruu.num.15. Nicol.de Vbaldis in tract.de ſucceſ.ab inteſtato. in 1.parte,num.45.Pro qua opinione eſt text.in c.1.2.& 3.& in c. ita ne.32.q.5.& in c.presbyteros.50.diſtin. & in c.15.q.6. vbi probant illa iura quòd ea quę fiunt contra voluntatem facientis,non imputantur ipſi facienti.Probatur etiam per tex.in leg.curia.in verſicu. neque ſi per vim.ff. de munerib. & hono. facit etiam pro hoc illud quod notat Angel. de Peruſ.in leg.1.in §.remouet.ff.de poſtulando.vbi tenet quòd

quòd respon sa violenter cognita ab sponso, potest ingredi monasterium eo inuito, sicut anteà poterat. Quem sequitur Hippolytus in leg. prima, in §. præterea. numero 12. ff. de quæstionibus.

Nonò limita vt posit institui hæres per viam fideicommissi: nam spurius fraude cessante potest institui hæres à patre dummodò grauetur purè alteri restituere suprà d. hereditatem. Ratio est: quia cum pater posit, imò debeat hodie spurio relinquere alimenta: vt in 4. limitatione dixi: & hoc debeat seruari in vtroque foro. Est ergo regula quòd qui aliquid capere potest, licet solidum capere non posit, potest institui hæres, & grauari alteri restituere purè. ita probat text. in l. cogi. in §. hi qui solidum. ff. ad Trebell. vbi glo. j. ponit exemplum in filio naturali. sed cum spurius hodie posit aliquid à parentibus capere, & æquiparetur in hoc filio naturali: vt in d. c. cum haberet. ergo idem est dicendum in filio spurio quod in naturali. ita in specie determinat Ang. & ibi Ioan. de Imol. in l. in tempus. ff. de hære. instituen. idem Ang. in l. 2. C. eod. tit. Alex. in d. §. hi qui solidum. eandem opin. tenet Bermondus in tracta. de publicis concubinarijs. pag. 317. num. 20. Palat. Ruuios in repe. c. per vestras. §. 10. nu. 12. quod etiam videtur tenere Roder. Xuarez, licet non se bene firmet in allegatione 27. fol. 196. pag. 2. versic. præterea imo. ex quo apparet quòd licet decisio glos. in l. eam quam. in verbo, coguntur. C. de fideicommissis. sit iuridica: tamen Doct. ponentes exemplum ibidem de incapace in totum, scilicet de spurio, errant per inaduertentiam, habentes respectum solum ad ius ciuile, vetans spurius à parentibus alimenta relinqui. de quo in Authent. ex complexu. C. de incestis nupt. cum similibus. & non respicientes seu considerantes ius canonicum: de quo in d. capit. cum haberet. corrigens in hoc ius ciuile cui standum est. & hanc limitationem suprà d. intelligo verà, vt suprà dixi, quandocunque constaret in se nullam fraudem continere: alias non procederet secundum Ioann. de Imol. in d. l. in tempus. Alex. in d. §. hi qui solidum. & in d. l. 2. C. de hæred. instit. Philip. Corneus in consil. 217. num. 3. vol. 3. Io. Gualdensis in tract. de arte testandi. tit. j. cautela 14. numero 10.

Decimò limita in fratre: nam frater spurius natus ex eadem matre succedit fratri suo spurio. ita probat text. in l. si spurius. & in l. hac parte. ff. vnde cognati. & ita expresse tenet Ludouic. de Sardis in tractar. de legitimatione. in 3. parte, c. de spuriorum successione. q. finali. Matthæ. de Afflict. in decisio. 96. Bermon. in tractat. de publicis concubinarijs, pagina 358. numero 78. Catellianus Cotta in Memoralibus iuris: in verbo, baltardus. ex 1. Circa quam limitationem vide D. Couarru. in Epitome de sponsalibus: in 2. parte, c. 8. §. 5. num. 19.

Vndecimò fallit quando filius spurius institutus est ab hærede patris. ita concludit Bart. in l. si his qui ex bonis. nu. 3. in 2. q. ff. de vulgar. & pupill. vbi dicit quòd dicta institutio facta in fauorem spurij, est valida: quia ex tali actu testandi non debet præsumi fraus. argum. text. in l. edicto. in §. sed hæredem. ff. de aliena: iud. mutan. cauf. fact. quem sequuntur ibi omnes Docto. secundum Iaf. nume. 10. Hanc opinionem ante Bartol. tenuit Specul. & ibi Ioan. Andr. in tit. de successionibus ab intestato. in §. quid si pater instituit. num. 30. Bald. in l. eam quam. num. 54. C. de fideicommiss. vbi pro ista opinione adducit gl. in Auth. quibus modis natu. effic. sui. in §. fin. in verbo, participium. col. 7. hanc opinionem tenet Alex. in consi. 51. nu. 3. libr. 2. vbi pro ista opinione adducit text. in l. Titij qui testamentum. ff. de his quibus vt indig. in verb. principaliter. vbi dicitur quòd principaliter consideratur institutio quæ fit per hæredem: non autem consideratur institutio remota facta per patrem naturalem in fauorem hæredis. Et hanc opinioně tenet Bermondus in tractatu de publicis concubinarijs, pagina 314. numero 14.

Porrò circa hanc regulam cadit quæstio notabilis, An clericus iam quòd non posit instituere filium vel donare, an posit instituere vel donare nurui. Hanc quęstionem reperio in iure nostro tangi per Host. in c. j. in 2. col. de testa. vbi concludit quòd cum talis donatio censeatur fraudulenta, quòd nullo modo valeat: per iura quæ ibi allegat, & per suprà d. in hac nostra regu. quam opinionem Host. sequitur Io. And. ibi & Card. j. col. nu. 3.

Contra quam opinionem, ibi, in cap. cum in officijs. de testa. quia nullus in iure eam post suprà dict. tangit, videtur mihi magis verum per sequentia fundamẽta: & in primis facit, nam clericus de bonis patrimonialibus potest testari: vt in c. j. & in c. quia nos. de testamentis. & potest etiam testari de bonis acquisitis intuitu ecclesiæ, ex quadam generali consuetudine nostræ Hispaniæ: vt in c. cæterum. de donat. & ibi glo. in verbo, ratum. ita tenet Syluest. in summa in verbo, clericus. in 4. versic. 2. Guido Papa in decisi. 115. Io. Bernar. in practica, c. 124. & ita expresse concludit D. Couarruu. in c. cum in officijs. nu. 9. Quod hodie decisum est per quandam Extrauagantem Iulij Tertij nostri Romani Pŏtificis. vbi permittitur omnibus clericis tam episcopis quàm presbyteris vt posint testari de quibuscunque bonis acquisitis, siue intuitu patrimonij siue intuitu ecclesiæ: & sic dico quòd clericus non solum de proprijs bonis, verum etiam de acquisitis intuitu ecclesiæ potest nurui donare. Et quòd talis donatio in se non contineat fraudem, vt præsupponunt suprà d. Doct. patet ex sequentibus fundamentis. nam ex tali donatione filio spurio nihil quæritur præter alimenta quæ habet ex illis bonis donatis vxori cŏstante matrimonio: vt in l. doce ancillam. C. de rei vendic. & in l. 7. tit. 6. part. 4. traditur per Docto. in l. in rebus. C. de iure dotium. vbi probatur quòd maritus constante matrimonio est dominus rei dotalis. quod intelligendum est improprię: vt in l. 1. §. si vir. ff. ad Syllan. quia maritus tantummodò debet recipere fructus dotis vt alat familiam: vt in suprà d. iuribus. Et patet hoc: quia soluto matrimonio dos reuertitur ad ipsam vxorem, vel ad hæredes eius. & sic talis donatio non videtur fraudulenta, cum clericus posit filio suo alimenta relinquere, ne fame pereat: vt in d. c. cum haberet. de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adult. & in l. 8. tit. 13. part. 6. & ita dixi suprà in 4. limit. & dicam infrà in reg. sequen. & pater clericus tenetur dotare filiam, cum dos succedat loco alimentorum: vt suprà dixi in 5. limitatione. Quod non solum habet locum ex bonis patrimonialibus, verum etiam ex bonis intuitu ecclesiæ acquisitis: vt est glo. in c. omnino, 31. dist. facit quod infrà dicam in regula sequenti, in 3. ampliatione. Et si dicatur quod talis donatio sic facta nurui esset fraudulenta, quæ excederet quantitatem: vt in d. regula sequenti, in 3. ampliat. hoc esset verum in persona filiorum: sed in persona nurus, hoc non est fraus, nec donatio dicitur excedere quantitatem: cum, vt suprà dixi, maritus ex bonis datis vxori suæ à patre clerico præter alimenta, & sic sibi necessaria alia habere non potest. Nec obstant dicta in regula sequenti, in j. limitatione. Quòd si filius posit alias habere vnde se alat, quòd pater non tenetur eum alimentare: hoc est verum quòd pater non tenetur: sed licet non teneatur ita vt posit compelli, si vult bene potest, & sic nubere filium cum vxore cui fecit donationem: licet filius, vt suprà dixi, habeat dominium. Et si opponatur etiam quòd talis maritus potest institui ab vxore, hoc etiam non obstat cum spurius posit institui ab hærede patris, & valeat institutio: vt suprà dixi in 11. limitatione. Præterea quia est in potestate vxoris instituere maritum vel non: nec etiam obstat quòd isti habeant inter se filios, & post mortem matris hæreditas clerici ad eos deueniat: quia tunc donatio non censetur fraudulenter facta, cum clericus posit instituere nepotes ex filio spurio natos: vt suprà dixi in secunda limitatione, in fine. & sic non est fraus quòd post mortem aui clerici, vel matris hæreditas vel donatio perueniat ad nepotes filij spurij clerici. Et sic cŏcludo valere talem donationem per suprà

prà dicta fundamenta, & per alia quæ ex suprà dicta regula & sequenti possunt colligi. verum etiam si post mortem nurus, cui clericus fecit donationem, illud quod ex donatione peruenit ad nurum, & sic ad vxorem filij spurij, veniat ad hæredes vxoris soluto matrimonio: isti hæredes tenerentur maritum, & sic filium spurium alimentare ex hæreditate clerici, si filius alias non habet vnde se alat, non per text. in Authent. præterea. C. vnde vir & vxor. sed per dicta in sequenti regula, in quarta ampliatione. vbi non solù parentes, verum etiam hęredes ipsorum tenentur alere filium spurium. Quæ opinio suprà dicta maximè procedit si talis donatio esset nurui à clerico facta antequam cum filio contrahat matrimonium: licet postea contrahat: cum post donationem sit in arbitrio vxoris contrahere matrimonium cum filio eiusdem clerici vel non.

REGVLA CCCLXVII.

FILIVS spurius de iure canonico, debet habere alimenta à parentibus. Hanc regulam probat tex. in c. cum haberet. in fine: de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. Circa quam regulam vide Doct. suprà positos in præcedenti regula, & Lambertinū, vbi circa alimēta plura adducit, in tract. iuris patronatus: in tertia quęstione principali tertij libri. à primo articulo vsque ad finalem: fol. 392. cum sex sequentibus.

Amplia j. vt dispositio huius regulæ seruetur in vtroque foro: quia ius ciuile in hoc corrigitur per suprà d. text. in d. c. cum haberet. ita probat glo. in d. c. cum haberet. in gl. fin. in fin. verbis. vbi hoc tenent Doct. sequendo d. glo. præcipuè Abb. nu. 5. & hanc opinionem dicit esse communem Philip. Deci. in c. clerici. nu. 4. de iudic. & in c. in præsentia. nu. 115. de probat. Hanc etiam opinionem dicit esse communem Francis. de Ripa in repet. l. si vnquam. q. 27. num. 68. C. de reuocand. donatio. & in Rubric. ff. de verborum obligatio. numero 58. Eandem dicit communem Anton. Cotsetus in singulari incipienti, Filij spurij. & in repertorio ad Abba. in verbo, alimenta. eandem opinionem dicit etiam communem Ioan. de Neuizanis in sua Sylua nuptiali: libro tertio. numero vigesimoquinto. Bermondus in tractatu de publicis concubinarijs: pag. 347. nu. 62. Carcaneus in consi. 62. nu. 12.

Amplia secundò, non solum procedere in vita, verum etiam in morte: nam parentes in morte possunt relinquere alimenta filijs spurijs. ita tenet Bart. in l. fin. num. 7. ff. de his quibus vt indignis. vbi dicit quòd filio potest aliquid relinqui à patre tempore mortis: tantum vt sufficiat illi ad alimenta. quem sequitur Roderi. Xuarez in lectura l. primæ. tit. 6. libri tertij fori, fol. 91. pag. 1.

Amplia tertiò, habere etiam locum in dote: nam pater tenetur dotare filiam spuriam, & potest aliquā rem ei assignare in morte pro dote. Ratio est: quia dos succedit loco alimentorum: & bonum est argumentum de alimentis ad dotem: vt in l. cum post. in §. gener. ff. de iure dotium. & in l. prima. ff. soluto matrimonio. ita tenet Bart. in d. l. fin. nu. 7. ff. de his quibus vt indignis. Abb. in d. cap. cum haberet. nume. 5. Roderic. Xuarez in d. l. 1. tit. 6. libro 3. fori. fol. 91. pagina 1. & vide quòd suprà dixi in regul. præcedenti, in 5. limitatione. Quod non solum habet locum in laicis, verum etiam in clericis: quia clerici tenentur dotare filiam ratione alimentorum, tam de iure canonico quàm ciuili. ita tenet Bartol. in dict. l. fin. ff. de his quib. vt indig. & in leg. vxorem. in §. pater. ff. de legatis tertio. quē sequitur Guliel. Benedi. in repet. c. Rainutius. in verbo, dotem quam ei dederat. numero 43. Ioan. Baptista Caccialupus in repetit. l. si qua illustris. num. 92. C. ad Orficia. Cifuentes in l. 9. Tauri. nume. 9. Quod non solum habet locum ex bonis patrimonialibus, verum etiam ex bonis intuitu ecclesiæ acquisitis. ita probat glo. in c. omnino. 31. dist. & ita tenet per eā, vbi eam notabiliter declarat Palatias Ruuios in repe. c. per vestras. §. 23. nume. 13. Bermondus in d. tractatu, pagina 337. num. 53. & 54.

Quod est verum, nisi dos excederet magnam quātitatem: quia tunc præsumeretur fraus: secundum Bar. in l. j. C. de natu. liberis. eandem opin. tenet Abb. in consil. 115. vol. 2. facit text. in l. filiæ. ff. de leg. 3. & in l. quæro. ff. de iure dotium. Io. Gualdensis in tract. de arte testandi: tit. j. cautela 14. nu. 13. Roder. Xuarez in suprà d. loco. Nicolaus de Vbaldis in tract. de successio. ab intestato: in j. parte, nu. 50. Nicolaus Boerius in decisio. 127. num. 7. Gulielmus Benedictus in repetit. c. Rainutius. in verb. & vxorem nomine Adelasiam. decisione 5. num. 126. de testamentis. Mathesillanus in tract. de successionibus ab intestato: in 3. membro primi articuli, nu. 18. Cifuentes in l. 9. Tauri. num. 10. Chassanæus in in consuetudinibus Burgundię: in tit. {Des successions.} Rub. 8. §. 3. nu. 11. fol. 285. col. 2. Caccialupus in repet. l. si qua illustris. nu. 91.

Quod tamen hodie de iure regio est taxatum vsque ad quintam partem bonorum patris, quam potest relinquere filijs spurijs pater vel mater in vita vel in morte: de qua filij possunt ab libitū disponere in vita vel in articulo mortis, etiam quantum ad proprietatem: vt probatur in l. 9. & 10. in legibus Tauri: & ibi Cifuentes & Doct. Palat. Ruuios in repe. c. per vestras. §. 24. num. 10. Xuarez in lectura l. 1. tit. 6. lib. 3. fori, fol. 91. pagina 2.

Amplia quartò, procedere, vt non solum pater & mater teneantur eos alimentare, verum etiam successores ipsorum. ita tenet Bal. in Auth. licet. C. de naturalib. lib. & notatur in d. c. cum haberet. Chassan. in consuet. Burgun. in tit. {Des successions.} rub. 8. §. 3. fol. 284. colum. 2. nu. 3. Eandem opin. tenet Bermon. in tract. de publicis concubinarijs: pag. 336. nu. 52. Lauren. Calcaneus in consil. 62. nu. 17. Mathesilanus in singu. 148. Abb. in consil. 115. in 2. vol. Et pro ista opin. est textus de iure regio in l. 8. titu. 13. parte 6. Quod etiam procedit si fiscus sit hæres. ita tenet Pala. Ruuios in repet. c. per vestas. §. 24. nu. 8. & 9. & sic quòd quandocunque bona sunt confiscata, fiscus teneatur alimentare filios, etiam spurios.

Quintò amplia habere locum in filijs incestuosis. ita notabiliter per suprà dictum text. in d. c. cum haberet. tenet expressè Nicol. de Vbaldis in tract. de success. ab intestato. in j. parte, num. 46. Quod ante eum tenuit Io. de Imo. in l. ex facto. in §. si quis rogatus. el t. in 5. colum. num. 7. ff. ad Trebel. D. de Segura in l. cohæredi. in §. cum filiæ. nu. 123. ff. de vulgari & pupillari. Hanc opinionem tenet D. Couarruu. in Epitome de sponsalibus, in 2. parte, c. 8. §. 6. nu. 6. in fine. Quæ opinio comprobatur per text. in l. 9. Tauri: vbi permittit matri vel patri relinquere filijs incestuosis quintam partem bonorum suorum ratione alimentorum: licet contrarium teneat Bald. in auth. ex complexu. nu. j. C. de incestis & inutil. nupt. & Palat. Ruuios in d. l. 9. nu. 50. Tauri. & Ludo. de Sardis in tracta. de natu. liberis: in §. de obligatione inter patrem & filium. nu. 4. in fine. & primam opinionem contra Bal. tenet Roderic. Xuarez in l. j. tit. 6. libr. 3. fori, folio 91. pagina 2.

Amplia sextò procedere, vt pater vel mater pro anima filij spurij præmortui possit in vita sua donare, vel in morte relinquere: quia licet post mortem cibo non indigeat corporali, tamen necessarius ei est cibus spiritualis pro anima: & cui debetur cibus corporalis, fortius debetur ei spiritualis pro redemptione animæ. ita tenet Ioan. Faber. in §. pœnales. Institu. de perpetuis & temporalibus actio. numero 8. in fine. quem sequitur Guliel. Benedictus in repet. c. Rainutus. in verbo, & vxore nomine Adelasiam. decisi. 5. nu. 125. de testamen.

Amplia septimò habere locum etiā in nepote vel pronepote: nam auus & proauus deficiente patre vel matre tenentur alere nepotes & pronepotes. ita per text. in dicto c. cum haberet. in fine, tenet Nicol. de Vbaldis in tractat. de successio. ab intestato. in 1. parte, numero 47. quem sequitur Bartholom. Socinus in consil. 161. numero 1. libro 2. colum. 2. versic. quartò & vltimò præmitto. eandem opinionem

nionem tenet D. Couarruu. in dicta Epitome, in 2. parte cap. 8. §. 6. nu. 16. vbi dicit quòd non obstat text. in l 5. tit. 19. par. 4. vbi probatur tex. filios spurios alendos esse à matre, auo, & proauo materni generis, quia tex. ille loquitur secundū rigorem iuris ciuilis: non autem attenta æquitate iuris canonici, de qua in d. c. cum haberet.

Limita primò, hanc regulam non procedere quandocunque filius habet vnde se alat: nam tunc pater non tenetur eum alere. ita probat text. in l. si quis à liberis, in §. sed si filius. ff. de lib. agnosc. eandem opinionem tenet Anto. de Butrio, & ibi Abb. in dicto cap. cum haberet. num. 10. Baptista Caccialupus in repet. l. si qua illustris. nume. 93. C. ad Orficia. Bartholomæus Socin. in consi. 121. num. 47. libro 4. Lauren. Calcaneus in consi. 62. num. 14. Nicol. de Vbaldis in tractat. de succesio. ab intestato. in 1. parte, num. 49. Philippus Decius in consilio 576. Alexan. in consi. 74. numero 4. libro 2. Hanc etiam opinionem tenet Bermondus in tract. de publicis concubinarijs, pag. 339. nume. 58. versicu. sed aduerte. Cifuentes in l. 9. num. 1. Tauri. vbi concludunt, quòd quandocunq; tales filij habent vnde se alāt, vel possunt se alias suis laboribus alimentare, patres ad hoc non tenentur. Quæ limitatio in se maximam æquitatem de iure videtur continere: quia ratio finalis suprà dictæ regulæ est, ne filij spurij priuati alimentis, pereant famę. quæ ratio cessat quando spurius habet bona vel artem ex quibus potest se alimentare: nam tunc cessat dispositio huius regulæ: & cessante ratione, cessare debet dispositio legis: vt in l. adigere. in §. quamuis. ff. de iure patronatus. De iure regio probatur in l. 6. titu. 19. part. 3. Quod tamen intellige procedere nisi dedecus sit filijs artem quam sciunt exercere. ita concludit Bart. in tract. de alimentis. quem sequuntur suprà dicti Doctores. & ita tenet Pala. Ruu. in repet. c. per vestras. in §. 23. nu. 7. D. Couarruuias in d. Epitome de spons. in 2. par. c. 8. §. 6. num. 9.

Limita 2. quandocunque pater eget, & non habet vnde possit prædictos filios alere: nam tunc non tenetur vltrà quàm facere potest. ita probat gloss. in d. c. cum haberet. & ibi Abb. per eum, nu. 50. De iure regio probatur in l. 5. tit. 19. parte 4.

Limita tertiò quando talis filius commisit aliquam ingratitudinem contra patrem: nam omnes causas sufficientes ad exhæredādum filium de quibus in Auth. vt cum de appellatione cognoscitur. in §. causas. coll. 8. glo. in c. Quintauallis. de iureiur. sufficiunt ad priuandum eum alimentis. ita probat glo. in l. si quis à liberis in §. idem iudex. in verbo, detulerat. ff. de liber. agnoscendis. & in leg. finali, in verbo, promerueris. C. de alendis liber. & ita expresè tenet Abb. in d. c. cum haberet. nu. 10. & facit quod suprà dixi in reg. 368. in 3. limitatione.

REGVLA CCCLXVIII.

FILIVS non potest institui à patre sub conditione casuali vel mixta, nisi sub contraria exhæredetur: alioqnin testamentum est nullum. Hanc regulam probat text. in l. si pater. C. de instit. & subst. ibi, iure testatus non videtur. Facit etiam text. in leg. 1. ff. de iniusto rupto. text. in l. Lucius. in verbo, nullius esse momenti. ff. de conditio. & demonst.

Hanc regulam limitat quatuor modis Bernar. de Luco in reg. 727. remittendo se ad Ias. in d. l. si pater.

Eandem etiam ampliat quinque modis, & limitat vno & viginti modis Gerardus Albertinus in repe. d. l. si pater. à nu. 62. vsque ad nu. 531. C. de institu. & substit.

Circa quam regulam notandum est quòd hodie corrigitur suprà d. l. si pater. & talis conditio reijcitur de medio vsque ad legitimam filij, & valet testamentum. ita tenet glos. in d. l. si pater. in verbo, erat: & in lege, suus quoque. in verbo, constat. ff. de hæredib. institu. Quam opinionem tenet Bartolus in dicta leg. si pater numero 2. vbi dicit quòd vsque ad suum tempus omnes Docto. tenuerunt contra suprà dictam glos. in d. leg. si pater. pro qua opinione adducit textum in l. scimus. in §. cum autem. C. de inofficioso testamento. quam opinionem gloss. & Bartol. dicit esse communem Ias. in dicta l. si pater. nume. 19. & ibi Alexand. & Doctor. præcipuè Iacob. de S. Georg. nume. 53. vbi dicit quòd in quæstione facti obtinuit secundum opinio. illius glo. & quòd ita fuit iudicatum per tres sententias. Eandem opinionem vbi latissimè eam examinat, & dicit suprà dictam regulam esse correctam per text. in d. l. quoniam in prioribus. C. de inofficioso testamento. tenuit Roder. Xuarez, vbi plura in hoc adducit, in repet. dictæ l. quoniam in prioribus, folio 6. colum. 3. versic. sed ad pleniorem intellectum huius legis, à nume. 1. vsque ad finem. & idem Xuarez in eadem repetit. folio 14. in 5. ampliatione, per totam, eandem opinionem tenet Franc. de Ripa in rubr. ff. de vulgar. numer. 557. Bernardus de Luco in dicta regula 727. Montaluus in gl. l. 9. tit. 4. parte 6. eandem opinonem tenet Gnliel. Benedi. in repet. c. Raynutius. in verbo, delinquit. num. 28. de testam. Pro qua opinione videtur text. de iure regio in l. 9. & 11. tit. 4. parte 6. & in l. 17. tit. 1. parte 6. in fi. ibi; {deuē la auer libre y quita sin embargo y sin agramamiento y sin ninguna condicinn.} Licet aliqui Docto. quos refert Roder. Xuarez in dicto folio 6. teneant contrariam opinionem glo. & Bartol. & licet opinionem contrariam dicat esse veriorem Philip. Deci. in d. l. si pater. nu. 14. in pen. col. in medio. versi. in fin. glossæ. sed ibi etiam dicit opinionem suprà dictam Bart. & glossæ esse communem: quam opinionem Decij sequitur Io. Corasius in Rub. nu. 9. C. de impuberum & alijs substitutionibus.

REGVLA CCCLXIX.

FILIVSFAMILIAS non tenetur de mutuo. Hanc regulam probat tex. in l. 1. & ibi Doct. ff. ad Maced. De iure regio est text. in l. 4. titu. 1. part. 5. circa quam regulam vide Doct. in l. 4. §. primo. ff. quòd cum eo. Ias. in lege, qui cum se. ff. de re iudic. Bald. in l. Macedoniani. C. ad Maced. in l. si filiusfamilias. ff. si certum petatur. Gomez. in princ. Instit. de actio. nu. 47. Alciatum in tractatu præsumptionum, in 1. regula, præsumptione 42.

Hanc regulam limitat quinque modis text. in l. 2. C. ad Macedo. eandem regulam limitat vndecim modis Pet. de Vnzola, in practica artis notariatus. in §. de filiofamilias & vnde dicatur. nu. 25. vsque ad finem. & ibi à nu. 1. vsque ad numerum 25. tractat materiam huius regulę, quas 11. limitationes ante eum posuit gloss. in §. illud. in verbo, senatus. Institut. quòd cum eo.

Vltra quas limitationes limita 1. quandocunqne filiusfamilias recipit pecuniam mutuo ab altero fratre, qui etiam erat in potestate patris. ita probat glos. in l. frater à fratre. in glo. magna: versi. item quæro. ff. de condic. indeb. quæ vult quòd alter frater obligetur naturaliter & ciuiliter, & cum effectu: & sic glo. non vult quòd habeat locum senatuscon sultum Macedonianum. Quam gl. ad hoc ponderat Salic. ibi. Bal. in l. fin. col. 3. circa finem. C. quod cum eo. eandem gl. dicit esse veram & non habere contradicentem in hoc, vbi assignat rationem huius similitudinis, Iaso. in l. frater à fratre, in 1. lectura, nu. 36.

Limita secundò, non procedere in foro consciētię: nam filiusfamilias qui vtitur exceptione Macednniani, vbi vere fuit sibi mumatum, peccat: ita concludit Innoc. in cap. quia plerique, nu. 5. de immunit. ecclesiæ. quem sequitur ibi Abb. nu. 26. Alex. in addit. ad Bartolum in l. 3. in prima additione. ff. ad Macedonianum. Iaso. in l. si filiusfamilias, num. 5. ff. si certum petatur.

REGVLA CCCLXX.

FILIO studenti mutuum factum, potest repeti à patre. Hanc regul. probat text. in l. sed Iulianus, in §. proinde, & ibi glo. ff. ad Macedo. & ibi Bartolus, glo. in l. Macedoniani, in verbo, non recusaret. C. eod. tit. Hanc opinionem tenet Bal. in l. omni modo, in §. imputari, col. fin. C. de inofficioso testam. Alex. in l. fin. C. de negotijs gestis. Soci. in regula 537. in prima limitatione. De iure regio probatur in l. sexta, tit. primo, parte 5.

Amplia primò habere locum si receperit libros commodatos, & posteà moriatur: nā tenetur pater eos restituere sicut mutuum: ita tenet Io. de Anan. in c. j. de magistris. Pet. Rauennas in Alphabeto suo, in verbo, scholaris. quos sequitur Petr. Rebuff. in tracta. de priuilegijs scholarium: priuilegio 58. num. 2.

Amplia secundò etiam si contra voluntatē patris filius esset in studio: nam tunc pro ea parte quam domi expensurus erat, pater indistinctè tenetur: vt in l. 3. in §. proinde. ff. de in rem verso. & ita expreßè per illum tenet Pet. de Vnzola, vbi hoc declarat, in practica artis notariatus. §. de filiofamilias, & vnde dicatur, nu. 30.

Amplia tertiò habere locum in monacho: nam si Abb. mittit monachum ad studiū, in dubio videtur se obligare ad expensas factas per monachum in studio: ita expreßè concludunt Doct. præcipuè Franc. Aret. vbi hoc notabiliter declarat in c. ex parte, nu. 13. & 14 de accusationibus.

Amplia quartò non solum habere locū in filio studenti, verum etiam in alio quocunq; filio quandocunq; fecisset se debitorem, vt se aleret: quia tunc teneretur pater soluere illud debitum contractum pro alimentis: vt notatur in l. libertis quos, in §. 1. ff. de aliment. & cib. leg. & ita expreßè tenet Math. de Affli. in decisi. Neapol. decisio. 10. nu. 4. Franc. Aret. in d. c. ex parte, nu. 13.

Limita primò quando filius erat aptus ad studium, & studebat: alioquin pater non tenetur: vt in l. Stichus. ff. de leg. 3. Quod tamen est verum quando filius erat in studio contra voluntatem patris: si verò esset in studio de voluntate patris, tunc siue filius bene studeat siue non, pater tenetur: nisi pater crederet filium bene studere, & creditor sciebat eum non dare operam literis: tunc patri daretur exceptio contra mercatorem petentem pecuniam mutuatā, argu. text. in l. si quis cum sciret. ff. de vsucapione pro empto. & in lege, cum quis, ff. de solut. & ita expreßè tenet Petrus Rebuff. in d. tractatu de priuilegijs scholarium: priuilegio 58. num. 6. & 9.

Limita secundò procedere tantummodò vsq; ad eam quantitatem quam pater solebat subministrare filio, non vltrà. ita probat text. in dict. leg. sed Iulianus, in §. quod dicitur. ff. ad Macedon. & ita expreßè tenet ibi Salicet. & Alberic. num. 10.

Tertiò limita habere locum considerata patris facultate & alia familia: & secundum hoc debet iudex arbitrari vt pater teneatur, & non vltrà, ita tenet Alberic. in dict. l. sed Iulianus, in §. quanquam. numer. 11. ff. ad Macedonia. quem sequitur Petrus Rebuffus in dicto tracta. de priuilegijs scholarium: priuilegio 58. num. 7. nam saltem tenebitur pater ad illam quantitatem, quā domi studens erat impensurus, & non vltrà: quia ibi non viuebat vento, vt lupus: vt dicit glos. in l. fin. C. de alimentis pupil. præstan. facit quod suprà dixi in quarta ampliatione. Quam limitationē intellige quando filius erat in studio contra voluntatem patris, vt etiam dixi suprà.

Quartò limita quandocunq; constaret, quòd pater prouidebat filio suo de rebus necessarijs: nam tunc pater non tenetur de mutuo facto per filium etiam studentem, ita probatur de iure regio in l. 2. tit. 19. part. 4. Quod tamē est verum quandocunque is qui mutuauit filio, sciebat quòd pater prouidebat ei de rebus necessarijs: secus tamē si hoc ignorabat: nam tunc bene potest agere contra patrem: vt in l. sed & si pupillus, in §. proscribere. ff. de institoria. & in lege final. ff. pro suo. & ita expreßè tenet Salicetus in dicta lege, sed Iulianus, in §. quod dicitur, in finalibus verbis. ff. ad Macedonianum.

Quintò limita non procedere hodie de iure regio: vt in pragmat. 6. de Valladolid, Anni Domini 1542. vbi fuit statutum quòd si aliquis mutuauerit vel vendiderit aliquam rem filio scholari, non posit mutuum vel debitum à patre vel à matre petere, nisi ab ipsomet filio. Quam pragmaticam intelligo vetam nisi clarisimè constitisset quòd pater non prouidebat filio suo de alimentis necessarijs in studio: quia tunc illud quod appareret esse mutuatum filio, bene posset à patre peti, non obstante suprà dicta prag. vt suprà dictum est.

REGVLA CCCLXXI.

FILIVS scholaris non tenetur libros à patre datos, post eius mortem conferre, licet cum fratribus succedat: sed eos habebit præcipuos, text. est & ibi glo. in l. quæ pater. ff. fam. ercis. & in l. filiæ cuius. C. eo. tit. & ibi Cin. & Sali. Bar. in l. j. §. nec castrense. ff. de collatione bonorum. gl. in prag. sanctione, in titu. de collationibus. in §. vt liberius. & hæc opinio est communis secundum Iaso. in l. filiæ licet, in fin. C. de collatio. Alberic. & Alex. in l. si donatione. in fine, eo. tit. Fabianus de Monte. in repet. Authen. nouisimè. q. 26. in princ. C. de inofficioso testam. Alex. in consil. 50. nu. 17. lib. 6. & in consilio 149. in fine, lib. 7. Ioan. Saxon in Consuet. Turonens. in tit. {Des succesions de gens roturiers.} fol. 309. col. 4. Palat. Ruuios in l. 17. Tauri. nu. 16. & ita expreßè tenui in regul. 222. in 3. ampliatione. De iure regio probatur hæc regula in l. 4. tit. 4. parte 5. in fine, & in l. 5. tit. 15. part. 6. Et circa hanc regulam vide vltra doct. in l. si donatione. & in l. filiæ licet. C. de collat. Vitalem Nemausensem in tractatu de collat. q. 5. nu. 10.

Hanc regulam ampliat quatuor modis, & limitat quinque modis Pet. Rebuff. in tract. de priuilegijs scholarium: in priuilegio 55. à nu. 1. vsque ad finem.

REGVLA CCCLXXII.

FILIVS potest compellere patrem vt sibi ministret sumptus & expensas in studio. Hanc regulam probat tex. in lege, de bonis. in §. non solum. ff. de Carboniano edicto. Cuius verba sunt: Non solum alimenta præstari debent pupillo, sed etiam in studia, & cęteras necessarias impensas debet impendere pro modo facultatum. Et licet non loquatur de patre, tamen tex. & ibi expreßè Docto. in patre loquuntur, in l. Macedoniani. C. ad Macedo. & ita tenet Vitalis Nemausensis in tract. de collationibus. q. 5. num. 11. in finalibus verbis. Barthol. Bologninus in repet. Auth. habita. C. ne filius pro patre, nu. 267. Circa quam regulam vide suprà posita in reg. 270.

Hanc regulam ponit cum quatuor limitationibus Pet. Rebuf. in tract. de priuilegijs scholarium: in priuilegio 53. à nu. 1. vsque ad finem.

REGVLA CCCLXXIII.

FILIA clàm contrahens matrimoniū, potest à patre exhæredari. Hanc regulam probat tex. in l. 49. Tauri. Circa quam regulam vltra Doct. ibi, vide Pala. Ruuii. In repet. c. per vestras. in 3. notabi. §. 6. cum sequenti. D. Couarru. in Epitome de sponsalibus: in 2. parte. c. 3. §. 8. nu. 5. & in ead. 2. parte. c. 6. in princip. nu. 7. Chassanæ. in consuet. Burgun. in tit. {Des instices.} Rub. j. §. 4. fol. 32. col. 4. num. 16. cum sequen. Pau. Paris. notabiliter in consi. 29. per totum, lib. 3. Matth. de Affli. in constitutionibus Neapolita. lib. 2. Rub. 9. num. 1. cum alijs.

Hanc regulam limitat quinque modis D. de Castillo in dicta l. 49. Tauri. numero trigesimoprimo, in gloss. in verbo, {asus hijas.

REGVLA CCCLXXIIII.

FISCI priuilegia quot sint, vide 31. quæ ponit Paulus de Castro in leg. si in te. numero 3. C. de priuilegijs fisci. & trigintaduo priuilegia ponit Io. Gallus in q. per Aresta Parlamenti Parisi. decisis. q. 156. fol. 180. col. 2. cum seq. Sexagintasex priuilegia ponit Iacob. de Sancto Georg. in tractat. feudorum: in verbo, sed an Princeps, à nume. 2. vsque ad finem.

Præterea 91. priuilegia ponit Matth. de Affli. in c. si duo fratres, à nu. 15. vsque ad nu. 106. de fratribus de nouo inuestitis, in vsibus feud.

Ad hæc vide 140. priuilegia fisci, quæ ponit Franc. Luca. de Parma in tract. de fisco & eius priuilegijs: in j. parte, à nu. 7. vsque ad finem.

REGVLA

REGVLA CCCLXXV.

FISCVS ratione partis hæreditatis quam habet cum socio, potest vendere totam hæreditatem. Hãc regulam probat tex.in leg.multum interest. C.de communi.rerum aliena.& in l.vnica.C.de venditione rerum fiscalium,libr. 10.& ibi Bart.& Docto.& hanc regulam per suprà dict.iura vltra doct.vbi suprà ponit Abb.in c.ratio nulla,nu.2.de præbend.Philip.Decius in c.cum omnes.in 2.lectura, nume.38.& de constitutio.& in consil.235. numero 7.Ioan. Gallus in quæstio.per Aresta Parlamenti decisis,quæstio. 156.in 9.priuilegio.Matthæ.de Afflict.in c.si duo fratres: nume.14.de fratribus de nouo beneficio inuestitis,in vsibus feudo.& in tract.de iure protomiseos.in princ.nu.16. & alios quàm plures Doct. quos suprà allegaui in reg.265. in 3.limitatione.

Amplia primò etiam si fiscus in tali re communi haberet minimam partem:ita probat tex.in d.l.j.C.de venditione rerum fiscalium,lib.10.

Amplia secūdò, idē esse in ecclesia.ita tenet Pyrthus Engleber.in d.l.vnica, quam opinionem dicit se consulendo tenuisse,æquiparando fiscum & ecclesiam,Andr.ab Exea in c.cum omnes,nu.154.de constit.Io.de Platea in d.l.vnica.nu.1. C.de venditio.rerum fisca.lib.10.vbi hanc opinionem ante omnes tenuit.

Amplia tertiò,habere locum in re obligata fisco,& alteri priuato:vt etiam fiscus possit totam vendere: vt in l.res quæ.in §.j.ff.de iure fisci.& ita tenet Bal.in d.l.vnica,nu.7. & ibi Bart.nu.3.Io.de platea ibi nu.3.Salice.in d.l.multum, nu.2.C.de communi.rerum aliena.

Amplia quartò, vt etiam fiscus possit totam rem communem pignorare: vt est gloss.in l.vnica. C.si communis res pignori data sit, in gloss.fin.& ibi Petrus de Bellapertica.Salicet.in d.l.multum, numero 2.in fin.verbis, & Bald. Io.de Platea in d.l. vnica, de venditione rerum fiscalium, lib.10.numero 1.

Amplia quintò,etiam si res sit diuidua:ita probat glo.in d.l.vnica, in verbo distrahatur:quam ibi sequitur Odofre. C.de venditio.rerum fisca.lib.10.& ibi Bar.nu.2.vbi dicit quòd si est vtilitas fisci,vt quia maiori pretio venditur tota domus quàm pars:vt in l.Mæuius.in fi.ff.famil.erciſc.indistincte totum potest vendere fiscus: cum hæc regula sit permissa in vtilitatem fisci, vt in d.l.2.& ibi gl.C.de communi. rerum alienatione. alias esset secus: cum nulla tunc fisci verteretur vtilitas.quem sequitur Salic. in d.l.2.nu.1. in fi. Io.de Platea:vbi per illud dictum Bar.limitat suprà dictam regulam in d.l.vnica,nu.1.col.j.

Amplia sextò,vt in tantum procedat quòd totum pretium rei communis debet emptor soluere fisco:& soluendo emptor fisco, liberatur ipse emptor: licet fiscus teneatur socio partem suam pretij tradere. ita tenet Bal.in d.l.2. C.de communi.rerum aliena.facit text. in l.senatus.& in l. res quæ.iu §.j.ff.de iure fisci.Bar.in d.l.vnica,nu.4.quos sequitur Franc.Lucanus de Parma in tract.priuilegijs fisci.in prima parte, nu.36.quam opinionem tenet Salu.in d.l.multum.nu.2.gl.in d.l.vnica:in verbo, redigatur.& ibi Ioã.de Platea.C.de venditio.rerum fisca.

Limita primò, non procedere quandocunque fiscus haberet tantummodò vsumfructum : nam tūc ratione vsusfructus, non potest vendere proprietatem. ita concludit Bald.in dict.leg.multum interest.numero 4.de communi, rerum aliena.

Limita secundò, non procedere quādo fiscus non interpellauit primò socium,an vellet emere partem suam:nam ad hoc vt procedat hæc regula,debet fiscus prius interpellare socium.ita tenet Bald.in d.l.2. C.de communi. rerum alien.quē sequitur Franc. de Ripa in l. serui electione.in §. Labeo.nu.15.ff.de leg.j.Ias.in l.fi.nu.11. C.de iure emphy.

REGVLA CCCLXXVI.

FORMA rei perempta, si aliquid ex materia remaneat, potest durare circa illud quòd remanet prior dispositio ac ius,actio,& obligatio.Hanc regulam probat tex.in l.domo pignori data.ff.de pignorati.Actio. & in l.Paulus.in §. domus.ff.de pigno.vbi combusta domo pignorata, vel diruta,ita quòd ad aream sit redacta,durat pignus in ea.Facit text.in l.seruum filij.in §. si pocula. ff.de legat. 1.vbi legatum poculorum debetur, licet desierint esse pocula, & fuerint ad massam redacta.facit etiam text.in l. si seruus.in §.boue.ff.de cōditione furtiua. vbi mortuo boue mihi subtracto, possum vendicare carnes,corium, & cornua. Eandem regulam probat etiam tex.in l.si ego.in §.adem ait.ff. de Publicia.in rem actio.vbi diruta domo cōpetit habenti Publicianam actio ad aream & cæmenta.

Hanc regulam ampliat decem modis, & limitat nouē modis Albertus Brunus in tract. de interitu & peremptione,in 6.conclusione: à nu.23.vsque ad num.49.in 17.vol. tract.diuersorum doctorum:fol.91.col.4.

REGVLA CCCLXXVII.

FORVM suæ originis mutat mulier nubendo viro alterius fori.Hanc regulā probat text.in l.cum quædā puella.ff.de iurisdi.omn.iudi.& in l. exigere dotem.ff.de iud.& in c.j.de sponsa.& in l.fi.in §.idem rescripserunt.ff.ad municipal.Circa quam regulam vltra Doct. in suprà dictis locis,vide Chassanæ.in consue.Burgnn.in tit.{ Des droitz.} Rub.4.§.2.fol.134.col.3.nu.12.in versic. aduerte quòd si vir.Franc.Curt.Iun.& ibi Iacobinum in d.l.cum quædam puella.& in d.l.exigere dotem.Feli.in d.c.1.nu.24.de sponsa.Ias.in l.si arrogator.nu.42.de adoptio.Augustinum Beroum in q.108.Tiraq.in legibus connubia.in glo.1.nu.50. Hieronymum Gratum in cons.13.lib.2.& ea quæ infrà dicam in regula incipienti,Statutum.

Hanc regulam ampliat tribus modis Ias.in d.l.cum quędam puella.a nu.j.vsque ad nu.4.

Limita primò,non procedere in vxore putatiua,vt in l. de iure.in §.fi.ff.ad municipa.gl. in c.eos.32. dist.& in c.3. in glo.ad finem.11.q.1.& in l.vltima, in §. item rescripserunt.el 2.in 3.quæstio. ff.ad munici. Bald.in cap. inrauit.in prima columna, & ibi Felin.vltima col.de probatio.And. Tiraq.vbi refert alios Docto.in legibus connubialibus:in glo.6.nu.238.

REGVLA CCCLXXVIII.

FORVM sortitur quis ratione delicti.Hanc regulam probat tex.in c.postulasti.& in c.fin. de foro competen. & in l.prima,& in Autbent.qua in prouincia. C.vbi de criminibus agi opor.in l.1.C.vbi senato. vel clari.in c.si peccauerit.2.quæst.1.& in c.placuit.6. quæstio.3. cum alijs.de iure regio est tex.in l.32.tit.2.par.3.ibi,{la dozne es por razon de hierro o de mal faltria que houiesse echo en la tierra. } & in l.15.titu.1.parte 7.Circa quam regulam vide Abb.& Docto.in c.primo,de rapto.Hippol.in l.vnica.nume.123. C.de raptorib.virginum.eundem Abb.& ibi Docto.in c. fin.numero 6. de foro competen. Marian. Soci.vbi ponit 27.quæstiones circa hanc regulam in c. postulasti. à nu.5. vsque ad numerum 13.de foro competen. Nicol.Boer.in decisione 29.Chassanæ.in consuetud.Burgun.in tit.{ Des adueuz. } Rub.12.§.vnico.fol.364.col.2.à no.1.vsque ad finem.Alciat.in c.perniciosam.à nu.66. vsque ad num.73. de officio ordina.

Hanc regulam limitat sex modis Socinus in regula tricentesimatrigesimaquinta.

Amplia primò, procedere in Imperatore vel Rege:qui si delinquat in territorio episcopi, poterit per eum puniri, vt est glo.in c.duo.96.dist.& in c.quoniā.18.dist. facit tex. in c.cum apud Thessal.11.q.3. quod intellige præmissa tamen monitione canonica:iuxta text.in c.nouit.de iudi.ita tenent Hostien.Anton.& Io.de Imo.in c.perniciosam.de offic.ordi.Quod ipsi restringunt nisi princeps delinquens esset nimis seuerus vel iniuriosus: quia tunc delinquens, episcopus non debet eum punire, sed relinquere iudicio Papæ. Quod dictū videtur potius esse de consilio quàm de iure:secundum Alciatum ibi,nu.71.

Amplia

Amplia secundò, vt si iste delinquẽs euaserit & alibi carceretur, debeat iudex remittere puniendum ad iudicem delicti, vt est tex. in Auth. si verò crimen. & ibi Salic. C. de adulter. & in Auth. vt nulli iudicum. in §. si quis verò comprehensorũ. coll. 9. gl. in Clem. Pastoralis. in verbo, de more. de re iudi. vbi dicit quòd de necessitate iudex debet hoc facere. Eandem opinionem tenet Cynus, sequendo Petrum de Bellapertica, in d. Authen. qua in prouincia. Hanc etiam opinionem putat veram Bar. in l. si cui. in §. cum sacrilegium. nume. 1. ff. de accusatio. Hanc opinionem tenet Guido Papa in decisio. 102. Salycet. in dicta Auth. si verò criminis. C. de adulter. Nicol. Boer. in decisione 29. nume. 2. licet dicat quòd Bart. in d. l. si cui. in §. cum sacrilegium. teneat contrariam opinionem: scilicet quòd de vrbanitate hoc iudex debet facere, & non de necessitate. Quæ opinionem Bar. non tenet: imò contrariam. & ibi post gl. suprà dictam hoc notabiliter declarat. & pro ista opinione est tex. in l. 2. tit. 17. lib. 8. ordinamenti.

Amplia tertiò, habere locum non solum ratione delicti, verum etiam ratione mandati: vt si aliquis existens in ciuitate Salmantina, mandauit fieri delictũ in ciuitate Toletana, ille mandans fieri delictum sortitur forum Toleti: & ita poterit puniri Toleti sicut principalis occisor. ita tenet Paulus Cast. in l. si vt proponitur. ff. de fideiusso. Quod dictum dicens se alibi non legisse, sequitur Hippo. in sing. 404. incipienti, Forum. sed ante Paul. de Cast. istam opinionem per text. ibi tenuit Alberic. de Rosate in l. hæres absens. in §. apud Labeonem. ff. de iud. Quem sequitur ibi Iacobinus de sancto Georg. numero 1. & hanc opinionem, licet Hippolyt. referat Paul. de Castro, tenet Bart. post Iacobum de Arenis in dicta l. si vt proponitur. numero 2. ff. de fideiusso. Eandem opinionem tenet Franc. Curtius Iunior in dicto §. apud Labeonem numero 2. & 3. vbi refert quòd Pau. de Cast. in l. 1. C. vbi de possessione agi oportet. dicat quòd vtrobique possit ille mandans conueniri: sed nihilo minus primam opinionem esse veram & communẽ, & ab ea non recedendum, tenet expressè Lancelotus Decius in dicto §. apud Labeonem. eandem opinionem dicit esse communem Marianus Socinus in cap. postulasti. numero 5. de foro competenti. & Abb. in dicto cap. fin. num. 27. de foro competenti.

Limita primò, non procedere in foro pœnitentiali. ita probat glo. in cap. placuit. el 1. in verbo, sepeliat. 16. q. 1. vbi dicit quòd si aliquis delinquit in aliena parochia, non potest confiteri peccata sua sacerdoti illius parochiæ, nec ab eo recipere pœnitentiam. Quam opinionem gl. dicit esse communem Abbas in capitulo primo, numero quarto, & ibi Ioan. de Anania, numero 4. de rapto. eandem opinionem glo. sequitur And. Alciat. in cap. perniciosam. numero septuagesimo, de officio ordina. And. Barbat. in cap. fin. numero 5. de foro competenti. & in Rubric. numero 53. Roma. in singul. 453. Ratio potest esse: quia in foro contentioso & iudiciali imponitur pœna, vt delinquens satisfaciat reipublicæ læsæ quam scandalizauit: & ideò talis pœna debet imponi vbi delictum fuit perpetratum. & ob hoc delinquens quo ad istam pœnam sortitur illius iudicis forum: sed in foro pœnitentiali imponitur vt satisfaciat Deo quem lęsit. vnde cum in hoc foro habeat delinquens sacerdotem proprium loco Dei, vt in c. omnis vtriusque sexus. de pœniten. & remis. ideò à proprio sacerdote non ab alio debet iudicari in foro animæ: quia quo ad pœnam spiritualem quilibet dicitur iudex extraneus, nisi iudex domicilij: dato quòd alibi deliquerit.

Limita secundò, vt non procedere quando delictũ commissum non esset cõmuniter, sed in illo loco tantum: tunc succurretur delinquenti: qui cum esset forensis verisimiliter ignorauit illud esse delictum. vnde si talis conduceret triticum extra territorium contra formã statuti quod verisimiliter ignorasset debebit restitui in integrum ex clausula, si qua mihi iusta causa videbitur. de qua in l. 1. ff. ex quibus causis maiores. & ita tenet Inno. Ant. de But. & Imol. in Rubr. de consuetudine. Card. & Moder. in capit. finali, quęstio 12. eod. tit. Docto. in l. cunctos populos. C. de summa trinitate, & fide catholica. & hanc limitationem ponit And. Alciat. in cap. perniciosam. num. sexagesimooctauo, de officio ordinarij.

Limita tertiò, non procedere in delictis leuibus. ita probat tex. in l. desertorem. in princ. sumpto argum. à contrario sensu. ff. de re milita. & ita expressè tenet per illum tex. Melchior Kling in cap. fin. numero 10. de foro competenti; quam opinionem probat tex. in Auth. vt nulli iudicium. §. si quis verò cõprehensorum. coll. 9. & ita expressè tenet Chassan. in consuet. Burgun. in tit. {Des adueuz.} Rub. 12. §. vnico, fol. 364. nu. 7. col. 3. & ita communiter teneri dicit Abb. in d. c. fi. nu. 15.

Quartò limita, non habere locũ in vagabundis. ita probat tex. in l. 1. C. vbi de crimi. agi oportet. quæ habet secundum verum intellectum ibi, quòd vagabundus delinquẽs habeat iudicem vbicunque inuenitur. per quam glos. dicit Bar. in d. l. hæres absens. in §. proinde. nu. 4. ff. de iudi. quòd multi ribaldi suspẽduntur in ciuitatibus vel castris vbicunque inueniuntur: cum non habeant alicubi forum. & ibi Franc. Cur. Iunior nu. 20. Hanc opinionem tenet Io. Calderinus in c. primo, de rapto.

Contrariam tamen opinionem tenet Inno. in dicto capitulo primo, de rapto. vbi concludit quòd vagabundus debet remitti ad locum vbi deliquit, quem sequuntur Anto. de Buttio & Panorm. in dict. cap. fin. de foro competenti. quia eadem ratio remissionis est in vagabundo quæ in nõ vagabundo, vt scilicet fiat remissio propter exemplum & ad tollendum scandalum. imò addit Panormi. in dicto capitulo finali, de foro competenti. nume. 21. se putare quòd in vagabundo magis debeat fieri remissio, quàm in non vagabundo: cum talis remissio fiat sine iniuria alicuius iudicis. pro hoc facit tex. in dicto §. si quis verò comprehensorum. & in d. cap. primo, de rapto. & in d. l. desertorem. ff. de re milita. & in l. solent. ff. de custodia & exhibitio. reorũ. quia iura indistinctè loquuntur, nec faciũt distinctionem inter vagabundum & non vagabundum. & hanc opinionem tenet expressè Bonifacius de Vitalinis in tractatu maleficiorum. in Rubr. de inquisitionibus & earũ formis, nu. 56. eandem opinionem tenet Montaluus in glo. l. 32. tit. 2. par. 3. in glo. in verbo, {la onzena.} & non obstat text. in d. l. j. C. vbi de crimi. agi oportet. Nã licet ibi caueatur quòd delinquens vagabundus possit conueniri in loco vbi reperitur, tamen inde non sequitur quòd remissio sit sublata. quam opinionem dicit esse veram Io. de Anania in c. primo, num. 2. de rapto.

Circa quam limitationem, sic distinguo: quòd aut delinquens non est omnino vagabundus, quia habet aliquã habitationem, & tunc debet remitti. ita sentit Abb. in d. c. fin. nu. 13. de rapto. quem sequitur Chassan. in consuet. Burg. in tit. {Des iustices.} Rub. 1. §. 5. fol. 21. col. 1. nu. 14. & in tit. {Des adueuz.} §. vnico, fol. 364. col. 3. nu. 12. Melchior Kling in d. c. fin. nume. 9. & 10. de foro compet. aut delinquens est omnino vagabundus, ita quòd certam habitationem nusquam habet, & tunc non debet remitti: & ita debet intelligi tex. in d. leg. 1. C. vbi de crimi. agi oportet. pro qua vide tex. in l. 15. tit. 1. par. 7.

Porrò quis propriè dicatur vagabundus, ponit Bar. post glo. in l. 4. in §. prætor. ff. de damno infecto. gl. in l. eius qui. in §. fina. ff. ad municipa. vbi dicit quòd ille dicitur vagabundus qui non habet domicilium certum vel habitationem. quam gloss. sequitur Panormit. in d. c. fin. num. 13. de foro compet. De iure regio est text. qui hoc probat, in l. 4. tit. 12. lib. 8. ordina.

Quintò limita, non procedere in crimine furti. Nam si fur reperiatur in alio loco cum re furtiua, in quocunq; loco cum ea reperiatur, puniri potest. ita tenet Bartol. per text. ibi, in l. si dominum rei. nume. 2. ff. de furtis. post Dinum.

Quam opinionem tenet Pan.de Cast.in consil.458.num. 2.lib.2.plures alij Doctores tenent hanc opinionem Bartoli,quos refert Alex.in additionib.ad eum,in dicta l.si dominium.eandem opinionem tenet Ange.in tract.maleficiorum:in verbo,& vestem cœlestē.nu.15.& ibi August. Ariminensis in additione notabiliter eam declarat, & adducit quàm plures Doct.pro vtraque parte.

Limita sextò, non procedere in crimine raptus:quia raptores fugientes possunt vbique capi & puniri. ita probat tex.in l.vnica,in fine principij:ibi, sine fori præscriptione. C.de raptu virgi.& ibi expressè hoc tenet Bal. per illū tex. nu.8.vbi dicit quòd tanquam vagabundos non habet priuilegium fori.eandem opinionem per illū tex. tenet Chassanæus in consuet.Burgun.in tit.{Des adueuz.}Rub.12. §.vnico,fol.364.col.3.nume.11.pro qua limitatione facit etiam tex.in l.raptores.C.de episco.& cleri.

Sed hæc limitatio,non videtur vera nec probatur in suprà dictis iuribus: quia ibi tantum modò loquitur quando aliquis est priuilegiatus vt non posit conueniri nisi sub certo iudice: nam dicunt suprà d.iura quòd si iste priuilegiatus est raptor,illud priuilegium sibi non prodest.& ita expressè tenet gl.in d.l.vnica,in verb.sine fori præscriptione. & ibi Ang.per eam.nu.3.& Sali.nu.10. Raphael.Fulgo.in d.l.raptores,nu.5.facit tex.& ibi Odofred.& idem Fulgo. in l.1.C.vbi senato.vel clarissi.

Limita septimò,non habere locum in crimine hæresis: quia de tali crimine potest vbicunq; puniri, nec fiet remissio: vt in l.Ariani.C.de hæreticis.ita tenet Pau.de Leazar. in Clem.Pastoralis.de re iudi. Chassanæ.in consuet.Burg: in tit.{Des adueuz.}Rub.12.§.vnico,fol.365.col.1.num. 17.Io.de Imo.in d.Clem.num.64.& alia circa hanc regulam vide per Docto.suprà allegatos.

REGVLA CCCLXXIX.

FORI in cōpetentia semper allegari potest. Hanc regulam probat tex.& ibi glos.in l.non erit.in §.dato.& ibi glo.& Ange.de Perusio.ff.de iureiur.& in l.fideiussor.in §. Prætor ait.& ibi Bald.ff.qui satisd.cogan. text.etiam & ibi Bald.in l.qui testamento.C.de testamen.text.in l.secunda, in §.fin.ff.de pœnis.& in l.scire oportet.& ibi Bal.ff.de excusatio.tutorum.& in l.si quis.ff.de iniusto rupto. gl.fin.in Clemen.vnica:& ibi Cardin.& Docto. de sequestratione possessio.& fruct.

Circa quam regulam, vide Hippol.in sing.10.vbi allegat quàm plures Doct.

Hanc regulam, cū duabus ampliationibus, & quatuor limitationibus ponit Io.Bernar.in reg.251.remittendo se ad Fel.in Rub.de foro compet.nu.2.

Quam regulam limita triginta quinque modis, vt per Anto.Corset.in repertorio.ad Abb.in verbo, fori in competentia, vbi per quatuor columnas congerit suprà dictos casus.

Quas limitationes ad literam posuit And. Barb.ante eū in Rub.de foro compet.à nu.10.vsque ad finem.

Hodie tamen de iure regio fori in competentia debet intra 9.dies allegari: vt in l.8. in ll. de Madrid. per quam l. corrigitur tex.in l.1.tit.8.lib.3.ordina.

REGVLA CCCLXXX.

FORTVITI casus non continentur appellatione periculi in dubio.Hanc regulam probat glof.in l.sed & si quis. in §.quæsitum,in glo.magna,in fine.ff.si quis cautio.& ibi Bar.& Doct.præcipuè Iacobi.de sancto Georg.nu.13.Ias. nu.30.pro qua opinione allegat tex.in l.1.in §.sæpe.ff.depositi.text.in l.quæ fortuitis. C.de pignora. actio.& istam esse communem opinionem dicit Franc.de Ripa in tract. de peste:in princ.in c. de priuilegijs contrahētuum causa pestis.fol.48.col.4.nu.70.cum seq.

Hāc regulam ampliat vnico modo, & limitat quatuor modis,vbi etiam adducit alia quàm plura circa eius materiam,Franc.de Ripa vbi suprà.Aliam limitationem ponit Iacobi.de S.Georg.in d.§.quæsitum,num.14.

Qui autem sint casus fortuiti, vltra text. De iure regio qui eos ponit in leg.3.tit.2.parte 5.vide quamplures quos ponit Ioan.Igneus in repe.l.contractus.nu.77.cum alijs.ff. de regulis iuris.

REGVLA CCCLXXXI.

FRATRES Minores sunt in capaces bonorum.Hanc regulam probat tex.in Clem.Exiui de Paradiso.de verb. signi.in §.proinde.& in c.vnico,de religio.domi.libr.6.& ibi gl.in verbo,domum.& in c.vnico,de excessibus prelato.lib.& in c.exijs.de verbo.signi.lib.6.

Circa quam regulam, vide Abb.& Docto.in c.in præsentia.de probatio.præcipuè Paul. Parisi.nu.170.cum alijs Bald.num.15.& Docto.in Authen.ingressi.C.de sacrosan. ecclesi.Bart.in tract. Minoricarum, lib.1.cap.3.Philippum Decium in consil.499.per totum,Feder.de Senis in consi. 12.num.3.& in consil. vigesimosexto.numero 1.Stephanus Bertrandus in consi.178.num.1.volum.2. primæ impressionis:& in consi.152.nume.1.volum.1.2.impressionis:& in consil.206.numero quarto, volumine tertio primæ impressionis.Paul.Parisi.in consil.21. numero 1.cum alijs,libro tertio, Gulielmum Pontanum in l.per omnia. num.47.ff.de leg.1.Ias.in l.ex facto,in §.Iulianus.numero 10.ff.de vulgari.Alex.de Imol.in consil.88.numer.1.cum alijs, lib.2.Robertum Maranta in repet.l.is potest.numero 173.ff.de acquir.hæred.Petrum Bellugam in suo Speculo Principum.Rubr. 16.§.vnico,nume.1.Aluarum Pelargum in lib.2.de planctu ecclesiæ:artic.55.& 56.& in articulo.64.65.66.& 67.Nico.Boe.in tractat.de vita & statu Eremitarum,nu.9.And.de Besetis in repet.l.1.nu.11.cum alijs.C.de sacrosan.ecclesi.Nicol.de Vbaldis in tract.de successio.ab intestato,in princ.num.1.cum alijs Domi.de sancto Geminia.in consi.40.per totum.Ioan.Gualdensem in tract.de arte testandi,tit.1.cautela 11.

Amplia primò, procedere in fideicommisso vniuersali: nam relinqui non potest fratribus minoribus,eò quia succedit loco hæreditatis: vt in l.si filius, in §.primo.ff.quod cum eo.& in l.prima,in §.de illo.& ibi Bart.ff.ad Trebell. Bart.in tract.Minoricarum,in libr.1.in secunda distinct.c. 1.nu.11.quam opinionem tenet Ias.in l.1.nu.99.ff.de legatis 1.& ibi Guliel.Pontan.nu.47.And.de Besetis in repet. l.1.nu.11.C.de sacrosan.ecclesi.Bal.in Auth.ingressi,num. 15.C.de sacrosan.ecclesi.

Amplia secundò, vt non posit eis relinqui locus in quo debeat construi noua ecclesia, vt ibi fratres commorētur, & relinquatur pecunia ad constructionem nam tale relictum omnino est inutile:quia prohibitum est dictis fratribus nouum locum acquirere,vt in d.c.vnico,de excessib. prælat.lib.6.& in Clem.cupiētes.de pœnis.& ita tenet Pet. Bell.per suprà d.iura in d.Rub.16.de religiosis mendicantibus.nu.1.Io.Gualdensis in tract.de arte testandi.tit.1.cautela 11.nu.3.Bal.in d.Auth.ingressi.nu.19.

Amplia tertiò,habere locum etiam in hereditate parentum:nam parentibus non succedunt: cum hæc regula habeat locum in successione quarumcunque & quorum cunque bonorum sunt incapaces.ita tenet Bald.in l.1.C.de sacrosan.ecclesi.quem ibi sequitur Andr.de Besetis in repet. nume.12.vbi dicit quòd si pater cum non instituerit, non ideo testamentum vitiabitur. Quam opinionem sequitur Gulielmus Benedictus in repet.c. Rainutius, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. præludio 4. numero 215.& in verbo,in eodem testamento relinquens, el 1.num.122. de testamen.Bartol.in tractat.Minoricarum.lib.1.in 1.distinctione,capitulo primo,facit generalitas tex.in d.Clem. exiui.de verborum signifi.Nicol. Boer.in decisio.354.nu. 10.Felin.in capitul.in præsentia.numero 52.de probat. & ibi Decius.num.266.

Ampila quartò, vt nec beneficia habere posint. Facit text.in Clement. vt professores.de regula. vbi dicit quòd nec aliquam curam, nec quodcunque animarum regimē tales possunt obtinere nec exercere. ita tenet Federic. de Senis

Senis in consi. 161. facit etiam tex. in Clement. exiui, de verborum signifi. & in c. cum ad monasterium. de statu regula. & ita expresse tenet Gulielmus Benedictus in d. repe. c. Rainutius, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. præludio 4. nume. 218. Eandem opinionem tenet Petrus Rebuffus in tract. de pacificis possesso. nume. 258. facit etiam quod notat ipse Rebuffus in practica beneficiorum in tit. de vicarijs episcoporum. nu. 32. Io. de Imol. in c. cum dilectus. nu. 8. de cleri. non residen.

Amplia quintò, quòd neque naturaliter eis debetur, & hæredet in foro conscientiæ licitè possunt retinere eis relicta. um. ita tenet Bartol. in tractat. Minoricarum libr. 1. dist. 1. c. 3. per totum, maximè nu. 8. quem sequitur Ioan. Gualdensis in tract. de arte testandi. tit. 1. cautela 11. nu. 1. Bald. in Authent. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. vbi allegat S. Thomam, quem sequitur Andr. de Besetis in repet. leg. 1. num. 11. C. eod. tit.

Sextò amplia, quòd non possunt esse executores testamentorum: vt in d. Clem. exiui. §. proinde, & §. verum. de verb. signi. ita tenet Bal. in d. Auth. ingressi. C. de sacrosan. eccle. & in Auth. si qua mulier. eo. tit. in quo Bar. distinguit in tract. suo Minoricarum: in tertio lib. c. 4. & 5. nu. 5. & 6. Quòd si quis relinquit decem Florenos vt expendantur inter decem pauperes qui eleganter per talem fratrem Minorem: quia tunc nullum litigium fiet per talem fratrem, nec distributio pecuniæ: nam testator ipse distribuit: sed per fratrem fiet sola electio personarum. & in hoc casu putat ipse quòd possit fieri: quia cessant omnes rationes prohibentes fratribus minoribus proprium habere. Præterea ex hoc fratribus nullum ius quæritur: ista enim nominatio est merè facti. Quod patet: quia cadit in deportatú, qui non est capax eorum quæ sunt iuris ciuilis: vt in l. cum pater, in §. hæreditate. ff. de legatis 2. & in l. ex facto, in §. si quis rogatus. ff. ad Trebell. & hanc opinionem tenet idem Barto. in dicta l. cum pater, in §. hæreditate. quem sequuntur ibi Pau. & Io. de Imo. Petrus de Ancharano, in consil. 412. num. 3. Ias. in l. 1. §. item acquirimus, num. 52. ff. de acquir. poss. Alexan. in consi. 57. nu. 8. vol. 2. Couarru. vbi citat Bald. pro opin. Bart. & contrarium expressè tenet in c. tua. num. 1. de testamentis.

Contra quam opinionem tenet expressè Bald. in d. Authent. ingressi. num. 20. vbi dicit quòd nullo modo cadit in fratrem Minorem officium executoris: ideo quia de facili hoc officium possit trahi ad quæstú pecuniarium. Quam opinionem Bald. sequitur Card. in d. Clement. exiui, in §. verum, nume. 14. & ibi Petrus de Ancharano, nume. 23. & in consil. 202. numero 2. Iacobus de Canibus in tractat. de executione vltimarum voluntatum. in prima particula, numero 23. Dominicus de sancto Geminiano in c. 1. colum. 2. de testament. in 6. & ibi Francus. Quam opinionem tenet etiam Felin. in c. ex parte, numero 6. de consti. Barb. in consi. 22. volu. 1. nom. 3. versi. ex istis infert. Eandem opinionem contra Barto. tenet Franc. à Ripa in d. §. si quis rogatus, num. 5. vbi dicit quòd verior & salubrior est suprà d. opinio Bal. per text. in d. Clemen. exiui. in §. dubitauerunt. ibi, in ea quomodo oculos habere ad bona videatur. Quæ ratio militat etiam in casu Bartoli: cum possint eligere aliquos pauperes cum quibus participarent de lucro: & ibi respondit ad fundamenta Bartoli.

Opinioné tamen Bartoli dicit, ibi possè procedere, quæ communis videtur nemine se opponente: quia tunc valet electio, secundum Federic. de Senis in consi. 293. ad finem. & in istis terminis loquitur Roman. in consi. 409. numero 5. & in singu. 242. & in consi. 235. numero 4. & vltra doct. suprà dictam opinionem Bal. contra Bart. dicit esse puram veritatem Barb. in d. c. tua nobis. numero 9. & 10. & dicit quòd communiter eam sequitur: & latissimè examinat & allegat quàm plures docto. Eandem opinionem Bald. dicit de iure veriorem, licet opinio Bart. videatur communior, Ioannes Gualdensis in tractat. de arte testandi, tit. 7. caute-la 7. num. 3. sed ex suprà dictis patet quòd verior & communior est opinio Baldi.

Amplia septimò, quòd etiá annuos redditus acquirere non possunt. ita probat tex. in d. Clem. exiui de paradiso, in §. cumq; annui. & ibi Card. nu. 12. quam opinionem tenet Phil. Dec. in c. in præsentia. nu. 272. de proba. Pet. de Anch. in d. Clem. exiui. nu. 14. Abb. in d. c. in præsentia. nume. 63. Barb. nu. 155. Bart. in tract. Minoricarum. in 2. lib. dist. 6. c. 1. nu. 32. Quam ampliationem declara vt Phil. Dec. vbi suprà: & per Io. Gualdensem in tract. de arte testandi. tit. 1. cautela 11. nu. 2. Nicol. Bellon. in consi. 23. nu. 9.

Amplia octauò, procedere non solum respectu proprietatis & dominij, sed etiam respectu æstimationis: vt bona non possint vendi, & capi æstimatio ipsorum per tex. in d. Clementina, exiui. in §. cupientes, in verbo, nec liceat eis. de verborum signific. & ita tenet Bal. in d. Anthen. ingressi. nu. 19. in c. vnico, in verbo, domum. de religiosis domibus. lib. 6. Card. in dicta Clem. exiui. in §. proinde. numero 11. & in consi. 102. in 2. dubio. Decius in dicto cap. in præsentia. num. 279. Nec obstat si dicatur hoc debere intelligi quádo æstimatio esset magna & tanta quæ induceret fraudis suspicionem: secus autem si esset modica, taliter quòd cessaret fraudis suspicio: quia tunc liceret illam modicam æstimationem habere, per text. in d. Clem. exiui. in §. cupientes. & in d. versic. ne liceat eis. Nam procederet obiectio quando per viam legati esset relictum modicum, vt illa litera dicit: secus autem quando sumus in causa inesta ti: quia tunc etiam modicum non potest capi, siue illud modicum consistat in proprietate siue in æstimatione, & ita concludit Paul. Parisius, vbi hoc notabiliter declarat & limitat in dicto cap. in præsentia. num. 175. Quam ampliationem tantummodò dico procedere in fratribus Minoribus, non autem in fratribus Prædicatoribus, & alijs mendicantibus: quia possunt capere bona immobilia, non vt retineant, sed vt vendant, & pretium in eorum vsum in necessitatibus conuertatur. ita probat gl. in c. vnico, in §. confirmatos. in verbo, domum. de religio. domibus. libro 6. & ita expressè tenet Spec. in tit. de statu monacho. §. 1. versi. tertiò quæritur. Bald. in l. cum quæritur. C. de leg. Alex. ibi refert alios quàm plures Doctor. in l. apud Iulianum. in §. constat. col. 3. ff. de leg. 1. Eandem opinionem tenet Decius in c. post cessionem. numero 68. de probationibus. & eam dicit esse communem opinionem in cap. in præsentia. nu. 270. eodem titu. Eandem opinionem dicit esse communem Alex. in consi. 88. num. 1. lib. 2. Abb. in dicto c. in præsentia. numero 63. & ibi Feli. numero 52. vbi tenent hanc opinionem. Hippolyt. in singula. 132. & in repet. l. si. nu. 165. ff. de iurisdi. omnium iudic. Bertrandus in consil. 152. numero 1. & 2. volum. 1. secundæ impressionis. Hanc opinionem dicit esse communem Nicolaus de Vbaldis in tractat. de successio. ab intestato, in prima parte, numero sex 10. Mathesilanus in tract. de successio. ab intestato, in 3. articu. numero 41. Paulus Parisius vbi hoc notabiliter declarat in dicto capitulo, in præsentia. num. 177. & 180. Card. in dicto §. proinde. num. 11. & ibi Docto. Pro hac opinione allegat quàm plura Maturinus Montanus in Authent. de hæredibus ab intestato venientibus. pag. 63. versi. quartus casus. collatione 9.

Amplia nonò, procedere etiam si monachi promoueantur ad episcopalem dignitatem, prout de iure possunt, vt in cap. quorundam. de electio. libro 6. nam propter hoc nó efficiuntur capaces, secundum gloss. notab. in dict. cap. quorundam. in verbo, mendicantium. Ratio est: quia licet efficiatur episcopus, adhuc est de ordine mendicantium, secundum suprà dict. glos. quem sequitur Iason in Auth. ingressi. nume. 16. C. de sacrosan. eccles. & in l. ex facto. in §. Iulianus. nu. 10. ff. ad. vulg. Nicol. de Vbaldis in tract. de successio. ab intesta. in prima parte, nume. 3. Matthesillanus in tract. de successio. ab intestato, in 3. artic. principali, nume. 41. Maturinus Montanus in Auth. de hæredib. ab intesta.

venientibus.pagina 63.versic.quartus casus. Ratio etiam est:quia illa dignitas superueniens non liberat fratres Minores à continentia seu voto paupertatis,secundum glo.in cap.de Monachis.in verbo,discedere.16.q.1.nec etiam liberat ab habitu,vt est gl.in c.in noua.16.q.7. & in c.sancti monialis.23.distinct.& in d.c. de Monachis. & bona prouenientia eis post dignitatem assumptam essent illius ecclesiæ ad quam assumpti fuerunt. ita probat tex.in c.statutum.& ibi gl.18.q.1.gl.1.in c.quia in tua.12.q.1.plus etiam dicit Bald.in Auth.licentiam. C.de episcopis & cleric. nu. 3.quem sequuntur suprà dicti Doct. habere locum etiam si talis Monachus esset Cardinalis:nam nulla dignitas liberat monachum à substantialibus regulæ:bene tamen eximuntur tales assumpti ad dignitates prædictas ab obedientia suorum prælatorum, vt in d.c.de Monachis.16.q.1.& in d.c.statutum.18.q.1.

Limita primò , hanc regulam non procedere quandocunq; aliquid est eis relictum pro alimentis. ita tenẽt Bar. & Bal.in l.legatam.ff. de capitis diminutio. & in l.cum pater.in §.hæreditatem.ff.de legat.2.& l.si in metallum.ff.de his qui pro non scriptis habẽtur.& in l.seruos.ff. de alimẽ. & cibar.lega. Ioan .de Imo.in l.inter dicit.in fi.ff.de condi. & demon.Angel.in l.si Stichum.in §.si stipulatio.ff.de verborum obligat. Rolandinus Bononiensis in tractat.de testamentis,in Rubr.20.nume.5. Quod est verum nisi esset annuum:quia habet aliquid proprietatis:nam tunc capere non possunt,secundum suprà dictos Docto.pro quo facit quod suprà dixi in 7.Ampliatione. Hãc etiam opinionem tenet Troilus Maluezius in tractatu oblationum.in 3.parte.nu.4.Pau. Paris.in d.cap.in præsensia.num.178.& videtur pro hoc tex.in dict.Clemen. exiui de Paradiso.in §.rursus. & ita concludit Dominicus de sancto Geminiano in consil.40.uum.8.& 9.

Limita secundò, non procedere quandocunque Monachus efficeretur capax ex priuilegio apostolico, cuius tenor & verba sunt attendenda, vt in capitulo,porro.& in capitulo , præcipimus.de priuileg.nam tunc talis Monachus liberatus ab ordine authoritate summi Pontificis, ius succedendi recuperat,eo quia censetur constitutus in statu in quo erat ante ingressum.ita concludit Bartol.post longam disputationem in tractat.Minoricarum,libr.4.distinct.3. capitu.3.num.10.allegat ad hoc text.in cap.statuimus.19. quæst.3.& in l.1.de sentent.pas.& in l.1.in §.filio qui mortis.ff.ad Tertul.quem sequitur Ias.in l.ex facto.in §.Iulianus.nu.10.ff.de vulgari.facit quod notat Pau.Paris.in cons. 22.nu.2.vol.3.Stepha.Bertrandus in consil.152.nu.3.vol. 2.secundæ impressionis. Feli.in c.in præsentia.nu.52.in fine,de probationibus.

Tertiò limita non procedere quando isti fratres Minores recipiunt & retinent hæreditates nomine Romanæ ecclesiæ.ita tenet Bertrandus per quandam bullam Clementis & Sixti Papæ 4.in consi.166.nume.2.in 2.volu.primæ impressionis. Quæ limitatio olim procedebat per text.in dicta Clement.exiui.in §.proinde. ita tenet per illum text. Petrus de Vbaldis in tract.de canonica, episcopali,& parochiali.q.14.num.46.

Quartò limita, quando aliquid recipiunt ab ingredientibus eorum religionem : quia ab eis possunt recipere per modum eleemosynæ,dum tamen quantitas bonorum nõ sit talis quòd possit præsumi contra eos quòd in fraudem fiat.ita probat tex.in d.Clemen.exiui.in §.cæterum.quam limitationem intelligo veram & supra d. tex.de receptione rerum,quæ fit,propter necessitatem instantem,vt quia tempore ingressus,monasteriũ eget pane,vino, ornamentis ecclesiæ & alijs necessarijs:quia illud nõ repugnat mendicitati:non tamen permittit ibi text.quòd annuum reditum possunt super illis bonis recipere , cum hoc repugnet eorum statui,& expressè prohibitum sit in d.Clement.& ita expressè illum tex.intelligit Dominicus de sancto Geminia.in d.consi.40.nu.10.

REGVLA · CCCLXXXVII.

FRATER pro fratre testificari potest. Hanc regulã probat text.in l.1.§.1.ff.de testib.vbi habetur quòd edictũ de testibus est prohibitorium:qui ergo prohibitus non est testificari , est in testem admittendus , sed frater non prohibetur,ergo debet admitti.& ita expressè tenet gloss.in l. parentes. C.de testibus.in gloss.fin.& in capitu. consanginei.in gloss.in verbo,parentes.3.quæstio.5. & in capitulo, insinuante.in verbo,familiarem.& in capitul.cum R.canonicus.in verbo ,cum sint eius socij.de officio delegat.& in capitu.literas.in verbo, de fratre.de præsumpt.De iure regio probatur in l.15. titu. 16.part.3. & hanc regulam vltra Doct.in locis suprà dictis,ponit Specula.in titu.de teste.§. 1.numero 8.Abb.in capitu.cum oporteat.numero 3.de accusationibus.& ibi Ioan.de Imol.numero 10. & Doctor. Bartol.in leg.qui testamento.in princip.ff.de testament.& quòd in causa ciuili admittatur , dicit vidisse seruari Albericus in dicta leg.parentes.nume.2. hanc eandem opinionem tenet Stephanus Bertrandus , vbi allegat quàm plures Doct.hanc opinionem tenentes, in consi.212.num.9. volum.1.secundæ impressionis.Marcus Ant.Baueria.in §. patet.nu.23.Insti.de testamentis.Marianus Soci.iunior in consi.38.vol.2.Albericus de Rosate in tract.de testibus:in 2.par.princip.num.5.Andreas Alciatus in tractat.de præsump.in 1.regula præsump.13.nu.1.Hanc etiam opin.dicit communiter teneri idem Maria.Soci. Iunior in consil. 29.nu.12.vol.2.Anto.Cors.in sing.in verb. testis. & circa hanc regul.vide Soc.in reg.427.Berna.de Luc.in reg.736.

Hanc regulam cum sex limitationibus ponit Felin.in c. cum oporteat.num.3.de accus. easdem limitationes ponit idem Fel.in c.in literis.num.11.de testib. Quas limitationes Fel.ponit etiam Hippol. in l.1.§.ad quæstionem.nu.7. ff.de q.quas sex limitationes sublimitat alijs sex modis idẽ Fel.in d.c.cũ oporteat.in d.nu.3.Eandẽ regu.cum ijsdem limita.& sublimita.posuit idem Feli.in c.literas.nu.4. vsque ad 17.de præsumptionibus. Easdemmet limitationes & sublimitationes posuit Stephanus Aufredus in tract.de reprobationibus testium,in nu.25.

REGVLA CCCLXXXIII.

FRATER pro fratre in criminalibus testificari non potest.Hanc regulam probat text.in l.lege Iulia.ff.de testibus.canonizata in c.si testes.§. lege Iulia. 4.q.3.text. & ibi glo.in d.l.parentes.C.de testibus.probatur etiam hæc regula in glossis adductis in regu. præcedenti : & vltra ibi dicta tenet Albertus Gandinus in tract.malefic.in regula de testibus,& qui repellantur.nu.7.Ratio est:quia in criminalibus testes debent esse omni exceptione maiores. Hanc etiam opinionem tenet Specu.in titu.de teste.§.1.num.8. Abb.in c.cum oporteat. numero 3.de accusatio. & in cap. literas.numero 8.de præsumptio. Alexand.in consilio 70. numero 6.volumine 1. Albericus in d.l.parentes.num.2. & Bald.& docto.Iacobus de Bellouiso in pract.c.de causis criminalibus.num.70.

Amplia primò,procedere in causa iniuriarum. ita tenet Bart.in l.lex Cornelia.in princ.ff.de iniurijs.quem sequuntur Bart.de Salic.& Ang. de Perusio in l.vnica. C.de raptu virg.Hippol.de Marsil.in l.1.§.ad quæstionem.nu.7.ff.de quæstio.Felin.in c.literas.num.8.de præsumpt.& in dicto c.cum oporteat.num.3.& ibi Ananias nume.3.Stephanus Aufredus in tract.de reprobat.testium.nume.25.Eandem opinionem tenet idem Bart. in l.quia testamento.§. quæcunque.num.7.ff.de testam. & tunc quilibet de generatione & casata venit vsque ad quartum gradum repellendus. Ratio est:quia iniuria quæ fit defuncto, dicitur fieri omnibus de casata : vt in l.1.ff.de liberali causa. & in l.lege Iulia. & in l.lex Cornel.ff.de iniurijs.facit tex.in l.qui iurisdictioni præest.ff.de iurisdi.omnium iudicum.& ita etiam tenet Bartol.in l.tutor.§.si tutor inimicus.ff.de suspec.tut. Idem Felin.in cap.ecclesia sanctæ Mariæ.nume.99.de constitut. Iason in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætor, numero 12.ff.de

noui

noui operis nuntiat. Marcus Antonius Blancus in d.l.fina. num. 172. ff. de quæst. & ideo quando tractatur de propria iniuria testificantis, non est idoneus testis: vt in l. nullus idoneus. & in leg. omnibus. C. de testibus. & hoc etiam tenet Abb. in d.c. cum oporteat. num. 3. & ibi Aret. num. 8. Florianus in l. testis idoneus. nume. 7. ff. de testibus. & Marcus Ant. Baueria in §. pater. nu. 23. Instit. de testa. Andr. Alcia. in tract. præsum. in 1. regula: præsum. 23. nu. 3. Et hæc ampliatio probatur de iure regio per tex. in l. 1 t. tit. 16. par. 3. & in l. 9. tit. 30. part. 7.

Amplia secundò, habere locum in causa ciuili omnium bonorum, vel maioris partis: nam frater non potest esse testis pro fratre. Ratio est: quia causa omnium bonorum vt maioris partis æquiparatur criminali, vt in leg. propter litem. §. primo. ff. de excusatio. tutor. & in capitul. primo. de restitutio. spoliato. & ita tenet Bald. in leg. parentes. numero 1. colum. 1. & 2. C. de testib. & ibi Salice. nume. secundo Franc. Aret. in dict. c. cum oporteat. num. 10. Marcus Antonius Baueria in §. pater. nu. 23. Instit. de testam. Hippol. de Marsil. in l. 1. §. seruus municipû. nu. 9. ff. de quæst. Lanfrancus de Oriano in tracta. de testibus, nu. 80. Iacobus de Bellouiso in pract. in 2. parte c. de causis criminalibus, nu. 70. Barth. Soci. in consil. 17. num. 6. & 7. volu. 1. & in consi. 235. nu. 7. vol. 2.

Limita primò, procedere in causa matrimoniali pro illa parte quæ stat pro matrimonio, nisi inter illam partem & aliam sit disparitas in diuitijs, vel in honore, vel nobilitate, vt in c. super eo. el 2. de testib. & ibi Doct. Iacobinus de sancto Georg. in l. ex eo. nu. 6. ff. de testibus. Marianus Socinus Iunior in consi. 29. nume. 11. cum alijs, volum. 2. vbi dicit hoc procedere etiam si simul habitent & sint de eadem familia: licet causa matrimonialis dicatur grauis & ardua, vt in c. 1. de consanguinit. & affinit. & notat Abb. in c. si pro debilitate, de officio deleg. & videatur æquiparare causæ criminali, vt videtur concludere Alex. in consi. 143. nu. 4. vol. 4. & Deci. in consi. 133. col. 2. num. 2. versi. sed in his non obstantibus. facit quod suprà dixi in regula 315. ampliatione prima.

Limita secundò, habere locum in crimine hæresis, vt est text. in dicto c. literas. de præsumptionibus. vbi frater purgat fratrem à crimine hæresis. & ibi Abb. numero 1. & num. 8. & cæteri Docto. Bald. in dict. l. parentes. num. 1. & ibi Salic. nume. 2. Florianus de sancto Petro in l. testis idoneus. nu. 6. ff. de testibus. Iacobinus de sancto Georgio in l. pater & filius. nume. 2. ff. eodem titul. de testibus. Marcus Antonius Baueria in §. pater. num. 23. Instit. de testa. Gul. Benedictus in repe. c. Rainutius. in verbo, qui cum alia matrimonia contrahens. nu. 216. Hippol. in singul. 508. Iacobus Septimancensis in suo libro Catholicarum institutionum, c. 62. num. 14.

Tertiò limita, non procedere ad purgandam innocentiam fratris: nã in causa criminali frater bene admittitur, scilicet quòd frater commisit delictum ad suam defensionem. ita tenet Bald. in dict. leg. parentes. nume. 1. colum. 1. & 2. & ibi Salicet. nume. 2. Iaso. in leg. sed & si quis. nume. 5. ff. si quis caut. & in leg. vt vim. num. 5. ff. de iusti. & iure. Florianus in leg. testis idoneus. nume. 6. ff. de testib. Franc. de Ripa in leg. damnum. nu. 12. ff. de damno infecto. Marcus Antonius Baueria in §. pater. num. 23. Insti. de testam. Gulielmus Benedict. in repetit. cap. Rainutius. in verb. qui cum alia contrahens. num. 257. de testam. Alexan. in consi. 4. num. 10. volum. 6. & in consi. 5. num. 8. vol. 1. & in consi. 212. num. 9. & in consi. 44. num. 39. volum. 2. Hippoly. de Marsilijs in l. vnius. §. cognitum. nume. 52. ff. de quæst. & in singul. 508. Andreas Alciatus in tract. præsumptionum: in reg. 1. præsumpt. 23. num. 2. Felin. in c. cum oporteat. nu. 3. de accusat. & in c. literas. nu. 15. de præsumptionibus. & in hoc casu non attenditur an simul habitent vel non, secundum Salic. in d. l. parentes. quem sequitur Alex. in consi. 119. nu. 6. vol. 7.

Limita quartò, si frater est adeo bonæ opinionis, vt nõ præsumatur deierare à veritate: nam tunc tanquam bonus vir admittitur. ita tenet Abb. in c. cum oporteat. num. 3. de accusat. vel aliquis religiosus. Eandem opinio. tenet Io. de Imo. in c. cum R. canonicus. nu. 8. de offi. dele. quem ibi sequitur Barb. nu. 16. Fel. in c. literas. nu. 11. de præsum. Hipp. de Marsilijs in pract. criminali, in §. princip. nu. 11. & in repe. Rubricæ nu. 124. ff. de fideiuss. Steph. Aufre. in tract. de reprobationibus testium. nu. 25. Ias. in repe. l. admonendi. nu. 180. ff. de iureiur. Hanc eandem opin. tenet Ioan. de Anania in d c. cum oporteat. nu. 4. & Areti. nu. 13. allegat pro hoc gl. in summa. 3. q. 5. vbi hoc Alanus tenet. quæ opinio reprobatur ibi à gloss. sed opinio Alani potest saluari in nostro casu. & pro hoc est text. in c. in literis. in fin. de testibus. & in l. 9. tit. 8. lib. 2. fori.

Limita quintò, quando frater testificaretur inter duos fratres: nam tunc erit idoneus testis in causa criminali. Ratio est: quia paritas consanguinitatis tollit suspicionem: vt in l. non solum. §. 1. ff. de ritu nuptiarum. & in l. extraneos. §. 1. & in l. in hoc. C. de quæstionibus. vbi licet alias seruus non possit torqueri contra dominum: vt in l. 1. §. diuus. cũ alijs. ff. de quæst. tamen si seruus torquetur inter duos dominos, bene potest. Nam tunc ratione æqualitatis dominij valebit tortura. facit tex. in l. sed & milites. versi. coæqualitas enim. ff. de excusat. tutor. & hanc opin. tenet Specu. in tit. de teste. §. 1. numero 9. Bart. in l. qui testamento. §. quæcunque. numero 8. ff. de testamentis. Hippolytus. in l. 1. §. seruum. num. 6. ff. de quæst. Florianus de sancto Petro in l. testis idoneus. nu. 8. ff. de testibus. Eandem opinionem tenet Anto. Baueria, vbi pro hoc adducit alia quàm plura in §. pater. nu. 22. Instit. de testamentis. Stephanus Aufredus in tract. de reprobat. testium. nu. 25. Fel. in d. c. literas. num. 13. & in d. c. cum oporteat. nu. 3. De iure regio probatur in l. 9. tit. 8. lib. 2. fori.

Limita sextò, quando causa criminalis ciuiliter est mota: nam tunc frater admittitur pro fratre, sicut in mera ciuili. ita tenet Abbas in dicto c. cum oporteat. num. 3. per tex. in d. c. literas. de præsumpt. & ibi Io. de Imol. post Gulielmum, num. 10. Ioan. And. & Io. de Ana. in d. c. cum oporteat. & ibi Additionator Aretini, in additione ad numerũ 8. vbi dicit quòd ibi Aretin. hoc non bene intellexit. Facit quod suprà dixi in regu. 315. limitat. 1.

Septimò limita, non procedere quando à parte contraria non fuit oppositum: nam tunc bene admittuntur fratres, etiam in causa criminali. ita concludit Bald. in l. si quis testibus. num. 7. C. de testibus. quem sequitur Feli. in d. c. literas. nume. 14. & in d. c. cum oporteat. num. 3. Stephanus Aufredus in d. tract. de raprobat. testium. num. 25. Ias. in l. certi condictio. §. quoniam. numero 13. ff. si cert. pet. & Bald. vbi suprà loquitur in exceptionibus fauore partis introductis: secus dicit in inductis odio testis: vt in excommunication. vel bannis: vt in l. tametsi. ff. ad Macedonia. & ita dicit intelligendum tex. in l. præsentium. & in c. ex parte. de testib. & in Authen. si dicatur. C. eod. titu. & dicit ibi quòd cauti aduocati semper debent protestari exceptiones sibi saluas esse in personis, & dicta testium in prin. productionis: nam per talem protestationẽ reseruatur ius opponendi, cum excludatur tacitus consensus. argu. l. si filius. ff. ad Maced. quæ procedunt in testibus productis contra præsentes: sed quando producuntur contra absentes non est necessaria protestatio, quia absens non intelligitur consentire, cum non habeat causam contradicẽdi: vt notat Cinus in Authentica, si dicatur. C. de testibus.

Circa quam regulam est notãdũ, quòd in suprà dictis casibus in quibus frater admittitur pro fratre, de quibus in hac regula & in suprà proxima, detrahitur fidei eius: & sic non erit omnino integer testis, nec facit tantam fidem sicut alius. ita tenet Speculator in titu. de teste. §. 1. versic. sed nunquid frater. nume. 8. Barto. in l. qui testamento. §. 1. nu. 6. ff. de testamentis. Imola in d. c. cum oporteat. nume. 10.

Guido Papa, vbi hoc declarat, In c.cum regula canonica. nu.2.de offi.deleg.And.Alciat.in tract.præsump.in 1.reg. præsumpt.23.num.5.Marcus Ant. Baueria in §.pater.nu. 23.Instit.de testa. Barthol.Soci.in consil.20.num.18.& in consi.130.nume.10.volum.1.Ioan.de Amicis in consilio 61.num.19.Aretinus in d.c.cum oporteat.numero 11.t1. Iasin repetitio.l.admonendi.numero 180.ff.de iureiurando.pro qua opin.est glo.in l.etiam matris.ff.de probationibus.& Iaso.vbi suprà,intelligit hoc duobus modis: & alio modo intelligitur quando est testis instrumentarius,& sic rogatus ab vtraque parte: nam tunc est integer testis, & plene probat.ita Bal.in d.l.parenti.nu.1.

REGVLA CCCLXXXIIII

FRATER contra fratrem non cogitur testificari. Hanc regulam probat text.in l lege Iulia.ff.de testibus canonizata in c.si testes.§.lege Iulia.4.q.3.& tex.in l.parentes.C. de testibus. De iure regio probatur in l.11.tit.16.part.3.& in l.fin.tit.30.part.7.& vltra docto.in locis suprà dictis ita tenet Abb.in c.literas.nu.8.de præsump. & ibi Feli.nu.16. idem Fel.in c.cum oporteat.nu.3.& ibi Io.de Imo.nu.12. de accusat.Bar.in l.qui testamento.§. quæcunque.num.6. ff.de testamentis. Stephanus Aufredus in tract.de reprobationibus testium.num.25.in fine. Albericus in tract.de testibus.nu.1.in 2.parte.

Amplia primò,habere locum in omnibus transuersalibus,vsque ad quartum gradum:vt in d.l.11.tit.16.par.3.& in d.l.fi.tit.30.par.7.

Amplia secundò, habere locũ tam in causa ciuili quàm in causa criminali,ita probat glo.in d.l.lege Iulia.ff.de testibus.cum qua gl.in hoc dicit ibi Iacobi.de S.Georgio nu.2. in fine, quòd transeunt doct.communiter. Eandem opinionem glo.sequitur Montaluus in glo.l.11.tit.16.part.3. Abb.in c.literas.nu.8.de præsumptionibus.

Limita primò, non procedere quando veritas alibi haberi non possit:nam tunc frater potest cogi.ita tenet Speculator in tit.de teste.§.de testium.num.1. quem sequitur Albericus in d.l.parentes.nu.2.Eandem opinionem tenet Host.Ioan.And.Panormitanus, & Imol.in c.j.de testibus cogẽdis.Iacobinus de sancto Georgio in d.l.lege Iulia.nu. 1.& ibi in nu.2.ponit cui incumbat onus probandi, quòd veritas aliter haberi non potest. Eandem opinionem tenet Federicus Schenk in tract.de testibus.num.31.Ludouicus Romanus in singul.383. vbi additionator eius addit quàm plures doct.idem tenentes. Eandem opinionem tenet Montaluus in gloss.leg.9.titu.8.libr.2.fori.in glos.1.in princip.& in glo.in parte, hermanos.in fine.idem Iacobinus contra gloss.ibi,qui contrarium tenet,in lege,inuiti.la 1.ff.de testibus, facit quod suprà dixi in regula 315.in secunda limitatione.

Limita secundò, quando est testis Instrumentarius rogatus ab vtraque parte:nam tunc cogitur inuitus testificari.ita tenet Bal.in d.l. parentes.nu.1.col.1. versi.vel dic latius.Facit gl.in l.Inuiti.la 1.in gl.magna,in fi.ff.de testibus. & in Auth.de testibus.§.licet.in verb.& supplicijs.coll. 7.vel etiam testis testamentarius,quia est rogatus à testato re.idem tenet Salic.in d.l.parentes.nu.2.Alberi.in tract.de testibus.in 2.part.nu.2.

Limita tertiò,non procedere quando frater producitur ad defensionem fratris,& sic ad purgandam eius innocentiam: nam tunc potest compelli,etiam in causa criminali; scilicet quando prodest fratri, & nemini nocet.ita tenet Bal.in d.l.parentes.quia d.l.lege Iulia. cessat quando agitur de ipsius fauore.arg.tex.in l.quod fauore.C. de legibus.& in c.& si necesse.de donatio.inter virum & vxorem.& ita tenet Abb.in d.c.literas.nu.8.

Limita quartò, quando frater producitur pro fratre:nã tunc potest cogi etiam contra fratrem dicere. ita probat gloss.in c.cum nuntius.& in c.fraternitatis. de testibus. & est text.optimus in c.quanto. de iudi.& in l.3.in princip.& ibi Bartol.ff. de legit. tutoribus. & ita tenet expresse Stephanus de Federicis in tractat.de interpretatione iuris: in 1.parte.num.85.

Limita quintò, quando vtraq; pars ex litigantibus consentiret,vt frater produceretur contra fratrem.:tunc etiam inuitus compellitur. ita tenet Albericus post Iacobum de Arenis in tract.de testibus.in 2.parte glo. & quod ibi notant docto.in l.2. C.de testi.quam limitationem intelligo veram quando vnus ex ipsis litigatoribus esset frater:nam si essent extranei , etiam de consensu ipsorum non credo posse cogi, maximè in causa criminali, vel in causa ciuili si est de maiori parte bonorum , per rationes suprà dictæ l. quæ hanc regulam probant.

REGVLA CCCLXXXV.

FRATER in feudis nouis non succedit fratri:sed Vasallo sine sobole mortuo, feudum ad dominum reuertitur. Hanc regulam probat tex.in c.1.§.filia verò.in fine,de feudi succesisione.& in c.1.in §. si duo fratres. de feud. Marchiæ.& in c.1.& 2. de duobus fratribus à capitaneo inuestitis.& in c.1.qualiter frater fratri succedat.in vsibus feud. De iure regio probatur in l.7.tit.26.parte 4. & hanc opin. vltra doct.in locis suprà allegatis. tenet Cald.in tit. de feudis.consi.9.Abb.in consi.82.volu.1.& in consil.3.volu.2. Iacobinus de sancto Georgio,in tractat.feud.in verb.nobiles.num.1.Albertus Brunus in consi.63.numero 2.& in consil.73. nume.5. & Iacobus de Leonardis inter consilia eiusdem Alberti Bruni,in consil.113.num.143.Alexan.in consi.30.num.8.vol.1.Carolus Ruinus in consil.12.nu.2. & 8. volum.1. & circa hanc regulam vide Matthæum de Afflict.in dicto c.j.§.in alio verò feudo.num.2.cum alijs. de successio.feudi.& in d.c.1.§.si duo fratres.de feud. Marchiæ.nu.1.cum alijs.& in c.1.§.& quia num.14.de his qui feu.dare possunt.& in c.1.nu.1.de fratribus de nouo beneficio inuestitis.& in c.1.nu.j.cum alijs,de duobus fratribus à capitaneo inuestitis.& in constit.Neapol.lib.3.Rub.24. nu.11.Bartho.Soc.in consi.19.num.10.vol.j. Pau.Pari.in consi.16.num.4.vol.4.

Hanc regulã,vbi eam limitat tribus modis,ponit Franciscus Curtius Senior in consil.49.num.69. Eandem regulam cum quatuor limitationibus ponit Matth. de Affli.in c.1.nu.8.de beneficio fratris.in vsibus feudorum.Eandem regulam cum vnica ampliatione, & sex limitationibus ponit Vldaricus Zasius in tractatu feudorum,in 8.part.à nu. 34.vsque ad numerum 44.

REGVLA. CCCLXXXVI.

FRVCTVS beneficiorum percipiũt scholares dum sunt in studio,ac si residerent. Hanc regulam probat text.& ibi Panormitanus in c.super specula.de magistris.tex.in c. 2.de priuilegijs.lib.6.Eandem opinionem tenet idem Abbas,per tex.ibi in c.tuæ.& in c.relatum.de clericis non residentibus.idem Abb.etiam per illum tex.in c.licet.de præbendis.Eandem opin.tenet idem Abb. in consi.588.in fi. colum.versi. tertiò quia his cessantibus. volum.1.eandem probat tex.in Clementina prima.§.cæterum.de statu monachorum.gloss.in pragmatic.sanctio.§. verum tamen.in verbo,libertus. Lucas de Penna tenet hanc opinionem in l.hac lege.C.de proximis sacrorum scriniorum.lib.12.Iacobus Rebuffus in l.in sacris.l.2.eod.tit.& in l.1. C.qui ætate.lib.10.Ioan.de Platea in l.2.C.de incolis.lib.10.Ioan.de Imol.in Clement.1.in fine, de magistris.Federicus de Senis in consil.246. Nicolaus Boerius in decisione 18.Eandem opinionem probat tex.in c.olim.de verborum signi. & in c.cum ex eo.de elect.lib.6.& ita expresse tenet Ioan. Copus Parisiensis in tractat. de fructibus.tit.3.c.4.num.5. Ratio est: quia ab ecclesia non censetur absens qui causa studiorum abest:vt in l.quæsitum. in princip.ff.de legat.3. ibi,si studendi causa misisset,non quòd de fundo eũ aliorsum transferret.& in l.Seiæ.§. Panphilæ.ff.de fund.instru. Eandem opinionem tenet Blasius Ariolus in c.eam te.nu. 137.de rescriptis.

Hanc

Hanc regulam, vbi eam limitat duodecim modis, ponit Pet. Rebuf. in tractatu de priuilegijs scholarium: in priuilegio trigesimoprimo, à nu. 1. vsque ad finem.

Regvla CCCLXXXVII.

Frvctvs restitui debent deductis impensis. Hanc regulam ponunt docto. per illum tex. in l. fructus. ff. solut. matr. glo. & ibi Bar. & Ang. in l. in fundo. ff. de rei vendi. in verbo, deducto. & in l. ex diuerso. versicu. certè illud. & ibi doct. Inst. de rerum diuisio. & gl. in c. cum contra. in verb. fructus. & ibi Barb. col. 2. de pign. Facit etiam gl. in c. grauis. in verb. fructus. de resti. spol. tex. in l. si à patre vel à domino. ff. de petitione hæreditatis, in §. fructus. De iure regio probatur in l. 6. tit. 8. & in l. 38. & 40. & 43. tit. 28. parte 3. & in l. 1 1. tit. 1 5. partita 5. & in l. 4. tit. 14. par. 6. & circa hãc reg. vltra doct. in locis suprà alleg. vide Andr. Tiraq. in tract. de vtroque retract. in tit. de retractu {linagier.} glo. 1. §. 5 5. fol. 192. pag. 2. nu. 1. cum alijs. & in tract. de primo genitura. q. 74. nu. 7. cum alijs. Catellianum Cottam in Memoralib. iuris, in verbo, fructus. Feli. in c. ad nostram. nu. 3. de iureiur. Paulum Parisium in consi. 94. nu. 25. & in cons. 96. num. 25. vol. 2. Ias. in l. cum quædam puella. §. quoties. nu. 6. ff. de iurisdi. omn. iudi. Vincentium de Herculanis in d. l. fructus. nu. 8. & in d. diuortio. nu. 5. ff. solu. matri. & Ias. in d. l. fructus. nu. 7. Didacum Couar. in lib. 1. Variarum resolutionum. c. 3. nu. 3.

Hanc regulam, vbi in princ. eam not. examinat, & adducit aliquas extensiones ad eam, & posteà à nu. 10. vsque ad numerum 24. eam limitat 8. modis. ponit And. Tiraq. in d. tract. de vtroq; retract. in d. tit. de retract. {linagier.} §. 15. glo. j. fol. 192. d. pag. 2. & ibi à nu. 24. vsque ad finem ponit alias octo quæstiones in proposito.

Regvla CCCLXXXVIII.

Frvctvs percepti per creditorem ex pignore, computantur in sortem. Hanc regulam probat text. in l. si dominium. & ibi doct. C. de pignoribus. & in c. cum contra. de pig. & in l. creditor. 1a j. & in l. fin. C. de pig. actione. De iure regio probatur in l. 2. & in l. 2 1. tit. 13. parte 5.

Hanc regulam cum sex ampliationibus & sex limitationibus ponit Anto. Negusantius de Fano, in tract. de pignoribus: in quinto membro quintæ partis principalis, à num. 1. vsque ad finem.

Regvla CCCLXXXIX.

Fvga non probat delictum. Hanc regulam probat tex. in l. lege Cornelia. ff. ad Syllan. & in l. s. in §. sin autem post commissum. C. de raptu virginum. in l. raptores. C. de episcop. & eleric. in Auth. de exhibendis reis. coll. 5. Hanc regulam limitat sex modis. Feli. in c. nullus. de præsumpt. à num. 1. vsque ad finem. quas limitationes ponit Hippol. in repet. Rubr. C. de probat. num. 2 59. cum alijs. & in practica criminali, in §. diligenter. numer. 41. Easdem limitationes posuit Bernard. de Luco in regula 303. & quia ibi confusè loquuntur, ideo ex eis quæ ibi tradunt, & ex alijs quã pluribus quæ doctores tradunt in diuersis locis, facio sequentes regulas.

Amplia primò, vt non valeat statutum quod fuga probet delictum: quia esset contra ius commune. vbi habetur quem ex præsumptionibus damnari non posset: vt in l. absentem. ff. de pœnis. & in l. 1. in §. diuus. & in l. fin. ff. de q. & in l. milites. in §. oportet. ff. eo. tit. ita concludit Ludo. Rom. vbi pro ista opinione allegat quàm plura fundamenta, in l. lege Cornelia. nu. 3. ff. de sicarijs. Quam opinionem sequitur Ang. Aret. & ibi August. Ariminensis in additionibus in tract. maleficiorum. in verbo, quod fama publica. nu. 47. & 48. Eandem opinionem Romani per eadẽ fundamenta, licet de eo mentionẽ non faciat, tenet Cato Sacchus in repet. l. admonendi. nu. 61. ff. de iureiur. Quam ampliationem intelligo veram, nisi essent manifesta delicta contra fugientem, & qualitas delicti pœnam mortis postularet: quia tunc valet suprà dictum statutum. ita concludit Philip. Dec. post Fel. & alios doctores, qui tenent contra suprà dictam opinionem Rom. in capitulo, sicut. numer. 56. cum seq. de probatio. vbi pro vtraque parte adducit quàm plura fundamenta.

Amplia secundò, quòd talis fuga purgatur iuramento ipsius fugientis, dicentis ob aliquam fuisse causam. ita voluit expresè Cinus in l. fin. C. de requirend. reis. quem sequitur Philippus Corneus in consi. 58. vol. 2. Hippolyt. in singu. 115. & in l. qui falsam. num. 93. ff. de falsis. & in Rub. C. de probar. nume. 121. & in practica criminali, in §. diligenter. nu. 43. Nicol. Boerius in decisi. 215. nu. 26. Francis. à Ripa in repetit. l. admonendi, nume. 168. ff. de iureiuran. Contra quam ampliationem per plura fundamenta tenet Marcus Antonius Blancus in tractatu de indicijs & tortura. num. 283. cum alijs.

Limita primò, non habere locum in officiali notato de barataria, & pendente causa fugit: quia habetur pro confesso. ita probat text. in l. consiliarios. C. de assessoribus. quẽ tex. tenet Felin. in cap. nullus. num. 2. de præsump. vbi allegat alios docto. Eandem opinionem tenet Hippol. in d. §. diligenter. num. 45. & in Rub. C. de probat. nu. 260. Rom. in repet. l. admonendi. num. 58. ff. de iureiur. & ibi Francis. Curtius. num. 561. & ibi etiam Petrus de Ptolomæis num. 81. & Fran. à Ripa numero 73. Cato Sacchus, numero 57. Ioan. in l. lege Cornelia. nume. 55. ff. ad Syllania. & Roma. vbi suprà in hoc concludit, quòd aut aufugit ante finitum officium, & tunc illa fuga hoc inducit quòd punitur tanquam committens crimen læsæ maiestatis. ita probat tex. in Authen. de administratoribus. in §. si quis autem. collatio. 7. aut aufugit post finitum officium, & intra quinquaginta dies per quos debet stare ad syndicatũ ex forma iuris communis: vt in leg. 2. C. vt omnes iudices tam ciuiles quàm criminales. & in Auth. vt iudices sine quoquo suffragio. in §. necessitatem. collat. 2.

Quod de iure regio hodie correctum est: nam sufficiũt triginta dies: vt in l. 6. tit. 16. lib. 2. ordi. & tunc aut est reductus, licet inuitus ad locum ex quo aufugerat: & tunc fuga contra eum nullam facit probationem, sed vt condemnetur debet legitimè probari. ita probat text. in Authent. vt iudices sine quoquo suffragio. in §. necessitatem. collat. 2. aut non est reductus ad locum à quo aufugit: & tunc fuga contra eum tantam facit probationem quòd iuramẽtum illi additum sufficit ad eum condemnandum. vt in Auth. de collatoribus. in §. nulli. versicul. super hoc. collat. 9. hanc distinctionem Ludou. Roma. sequuntur suprà dicti doct. & Iason in dicta leg. admonendi. num. 177. & ibi Ioan. Baptista Caccialupus num. 85. idem Iason in lectura dictæ l. admonendi. num. 90.

Limita secundò, quandocunque effractis carceribus. ita probat gloss. & ibi Bartol. per illum text. in l. in eos. ff. de custodia reorum. quem sequitur Felinus in dicto cap. nullus. numero 3. de præsump. Hippolytus in pract. in dicto §. diligenter. numero 46. & in Rubric. C. de probatio. nu. 161. Ias. in lectu. l. admonendi. numero 90. & in repet. nu. 172. ff. de iureiuran. & Rom. num. 57. idem Rom. in l. lege Cornelia. num. 7. ff. ad Syllan. Lanfrancus de Oriano in repet. dictæ l. admonendi. num. 56. & hoc communiter teneri dicit ibi Cato Sacchus nu. 56. Pau. Grillandus in tract. de relaxatione carceratorum. c. de fuga carcerati: nu. 12. quam limitationem infrà latius explicabimus, in regul. 393. in prima limitatione.

Tertiò limita, quãdo famulus aufugit à domino, & sibi aliquid erat furatum: nam tunc per fugã præsumitur subtraxisset res domini: ita probat glo. in Auth. de exhibendis reis, in §. si verò etiam quidã iurent. colla. 5. & ita expresè diximus suprà reg. 307. in princ. & vltra doct. quos ibi allegaui, ita tenet Ias. in lectu. d. l. admonendi, nu. 91. Hippo. in practica, in d. §. diligenter, nu. 47. Pau. Grillandus in tracta. de relaxatione carceratorum. c. de fuga incarcerati, nu. 17.

Franc. Curtius in repet. l. admonendi, nu. 171. Nicol. Boerius in decisione 215. nu. 29.

Quartò limita quandocunque cum fuga adesset fama publica. ita probat text. in Auth. de exhibendis reis, in §. si verò. collat. 5. & in Auth. de sanctißimis episcopis, in §. si quis autem. coll. 9. facit quod suprà dixi in reg. 305. in 4. limit. & ita tenet Io. de Amicis in consil. 85. nu. 1. nam tunc talis fuga facit indicium ad torturam: vt in suprà dicta limitatione dixi.

Quintò fallit in milite fugiente: nam tunc probat delictum, vt in l. 1. & 2. C. de desertoribus, & in l. desertorem, & in l. qui cum vno, in §. qui post desertionem. ff. de re militari. ita tenet Oldrad. quem sequitur Ioan. And. in additionib. Speculator. in tit. de præsumpt. in §. præsumitur. versi. violenta, in additione magna. Eandem opin. tenet Hippol. in repet. rub. C. de probat. nu. 263. & in pract. in §. diligenter, num. 47. Franc. à Ripa in repetitio. l. admonendi, num. 165. & ibi Francisc. Curt. numero 163. Ioan. Corasius, nu. 83. ff. de iureiurando.

Limita sextò, in casibus in quibus sola suspicio sufficit ad probationem ipsius criminis: vt in l. impuberibus, in fine. ff. de suspectis tutor. ita tenet Fel. in d. c. nullus, num. 9. Hippol. in practica criminali, in §. diligenter, nu. 47. & in repet. rub. de probat. num. 263. Franc. à Ripa in d. l. admonendi, num. 167.

Septimò fallit quo ad tollendam incertitudinē & dubitationem, quando dubitatur quis commiserit delictū: ita concludit Hippol. in d. repe. rub. nu. 264. C. de probat. & in pract. in d. §. diligenter, num. 47. allegat Bal. in l. voluntatis. nu. 11. ff. de fideicommissis. qui hoc tenet.

Octauò limita non habere locum in istis mercatoribus fallitis, seu cambijs cessantibus soluere & fugitiuis: nā ipsi habentur pro confessis ex sola fuga, & possunt torqueri vt indicent pecunias eis datas vel depositas, quas habere denegant: & illas perdidisse, & subtractas per institores esse dicunt: ita tenet Paris de Puteo in tract. syndicatus. c. an in causa pecuniaria & ciuili, nu. 2. quem sequitur Hippol. in l. diuus, nu. 5. ff. de quæst. & in d. pract. in §. expedita, nu. 62. Francisc. Purpuratus in leg. singularia, numero 94. ff. si cert. petat. Nicolaus Boerius, vbi hoc latißimè prosequitur, in dicta decisio. 215. num. 5.

Et isti mercatores non habent beneficium immunitatis ecclesiasticæ. arg. tex. in Auth. de mandatis principum, in §. publicorum verò tributorum. ibi, quoniam fiscalium ratio, & militibus, & priuatis, ipsisq; templis, & cunctis rei publicæ vtilis est necessaria, collat. 3. & in l. plenè. C. de exactoribus tributorum, libr. 10. & ita expressè tenet Nicol. Boer. in dict. decis. 215. nu. 7. quem sequitur Remigius de Gonny in tract. de immunitate ecclesiarum: fallentia 38. De iure regio probatur in pragma. 80. in antiquis, fol. 76. vbi etiam ponitur pœna qua puniri debent, & in l. 8. tit. 8. libr. 5. ordin. & non solum quandocunque iste talis absentasset personam, verum etiam quando bona celasset, debet puniri eadem pœna contenta in suprà dict. ll. vt in pragma. 24. de Madrid, anni 1528. Contra quod fuit etiam disposi tum in pragma. 111. Segouianis, Anni 1532. quòd debeat puniri etiam si sint nobiles. Quæ leges regni confirmantur per pragmat. 122. de Valladolid, Anni 1537.

Regvla cccxc.

Fvga in criminalibus facit indicium ad torturam. Hanc regulam ponit Bar. in l. fi. ff. de quæst. Bal. in l. voluntatis, num. 11. C. de fideicommissis. Ioan. de Imola, & ibi Felin. num. 3. in c. nullus, de præsump. Hippol. in practica criminali: in §. diligenter, num. 41. Iacobus de Bellouiso in practica iudiciaria: in tit. de quæstionibus, nu. 5. Hanc opinionem tenet Marcus Anto. Blancus in tractat. de indicijs & tortura, nu. 258. Ang. Aret. in tract. Maleficiorum, in verbo, quod fama publica. nu. 46. Roma. in repet. l. admonendi, nu. 57. ff. de iureiur. & ibi Ias. in lectura numer. 88. dicit hoc communiter teneri: & in repet. nu. 169.

Limita primò, quando fugiens, prius reputabatur bonæ vitæ & famæ: ita tenet Archid. in c. decernimus. 3. q. 9. quē sequitur Cataldus de Boncompagnis, in tract. de syndicatu, nu. 76. Quam opinionem tenet Hippol. in consi. 49. nu. 38. vbi dicit quòd hoc fuit de mente Bal. in l. in bonæ fidei. C. de iureiur. vbi dicit quòd absentia alicuius semper præsumitur in bonam partem.

Secundò limita quando cōstat quòd quis debet capi de facto: nam tunc ad euitandam violentiam facti licet aufugere, & tunc fuga ipsa non operabitur aliquid cōtra ipsum ita concludit And. de Isernia in gl. ad constitutiones Neapol. Rub. 29. de iniurijs Curialibus illatis, incipienti, vt participatio. nu. 10. quem sequitur Paris de Puteo in tracta. de syndicatu, in c. an iudex, nu. 3. Pau. Grillandus in d. tract. de relaxatione incarceratorum, c. de fuga incarcerati, num. 9. Thomas Grammaticus in voto 19. nu. 7.

Limita tertiò, habere locum solum contra illum qui aufugit, sed non contra consocios de eodem crimine culpatos: ita concludit Io. And. in addit. ad Spe. in tit. de præsum. in §. species. in additione magna, ad nu. 4. vbi per text. in l. 2. C. de fide instru. & per. tex. in l. fin. C. de falsis. concludit quòd si quis accusat de falso eum qui produxit falsum instrumentum, & etiam notarium qui eum confecit, quamuis notarius aufugiat, eius fuga non facit indicium ad torturam contra producentem quamuis simul accusatum. Quē sequitur Ias. in lectura l. admonendi, nu. 89. & in repet. nu. 176. ff. de iureiur. Bernardus de Loco in reg. 303. in 4. sublimitatione Boerius in decisione 215. nu. 25. Ripa in repet. l. admonendi, nu. 174. ff. de iureiur.

Limita quartò, qn quis aufugit à familia potestatis, & citatus posteà venit ad potestatem: quia per talem comparitionē fuga purgatur: ita tenet Bart. in l. quis sit fugitiuus, in §. j. per illum tex. ff. de ædilitio edicto, & ibi Cæpola nu. 6. & 15. idem Bar. in l. aut facta, in §. tempus, col. j. ff. de pœnis. Hanc opinionem sequitur Ias. in l. admonendi, in lectura, nu. 89. & ibi Franc. Cur. nu. 158. Rom. nu. 156. Franc. à Ripa nu. 168. ff. de iureiur. Marcus Ant. Blancus in tracta. de indicijs & tortura, nu. 278. Felin. in d. c. nllus, nu. 7. de præsumpt. Thom. Grammaticus in consil. 42. numero 2. in criminalibus. Bertrandus in consi. 61. num. 7. vol. 2. primæ impressionis. Boerius in d. decis. 215. num. 27. pro qua opin. est tex. in l. s 30. styli.

Quintò limita, quando quis aufugisset ex loco ob aliquam causam rationabilē, scilicet ratione partialitatis seu inimicitiæ: quia si inculpatur de homicidio, non præsumitur contra eum: quia non est locus ei tutus, facit tex. in c. ac cedens, el i. vt lite non contestata, & ita deciditur per Bal. in l. in bonæ fidei. C. de iureiuran. allegat text. in Clement. pastoralis, de re iudi. glos. in cap. statutum, in §. 1. de rescrip. libr. 6. Felin. in dict. cap. nullus, numero 7. Iaso. in l. admonendi. in lectura, num. 89. & in repet. num. 169. ff. de iureiur. & ibi Franc. Curt. num. 157. Roma. num. 56. Petrus de Ptolomæis nu. 76. Cato Sacchus nu. 55. Marcus Antonius Blancus in tract. de indicijs & tortura, num. 285. Barthol. Soci. in reg. 163. in 2. fallentia. Eandem opin. tenet Stepha. Bertrandus in consi. 55. nu. 32. vol. 2. secundæ impressionis. Dec. in consi. 410. nu. 30. Ioan. de Amic. in consi. 7. nu. 22. & in consi. 86. nu. 5.

Sextò limita, nisi iste talis aufugit propter sæuitiam iudicis: ita tenet Lucas de Penna in l. si coloni. C. de agricolis & censitis, libro vndecimo, pro qua opinione facit textus in leg. quis sit fugitiuus, in princip. versicul. item ne eum quidem qui à prætore cui in disciplinā traditus esset fugisset, & in versi. sicuti ne eum quidem qui in dominum animaduerteret. ff. de ædilitio edicto. & ibi Cæpola nu. 6. Io. Ignæus in leg. lege Cornelia, numero 55. ff. ad Syllanianum. Ioan. de Amicis in consilio 7. numero 19. facit quod suprà dixi in regul. 303. in limit. 3. Paulus Grillandus in tractat. de relaxatione carceratorum, in Rubr. de fuga incarcerati, numero 10.

Limita septimò, habere locum quandocunque aliquis aufugit ante accusationem vel inquisitionem contra eum factam: secus tamen est si fugit post accusationem: nam tunc hæc regula non habet locum: quia cuilibet est licitū redimere sanguinem suum, ita tenet Bart. in l.j. ff. de bonis eorum, numer. 5. vbi dicit, ꝙ quando aliquis est accusatus de crimine capitali, si aufugit, non est præsumptio contra eum. Quod dictum sequitur Fel. in d. c. nullus, nu. 6. Ang. Aret. in tract. maleficiorum: in verbo, quod fama publica, nume. 47. Mathesillanus in singu. 146. Barthol. Soc. in regu. 163. in 3. limitatione. & ita expresse dixi suprà in regu. 307. in 1. limitatione, & vltra ibi allegata hanc opinionem tenet Hippo. in practica. in §. diligenter, numer. 41. & in consi. 49. numer. 37. & in singu. 119. & 497. Iason in lectura l. admonendi, nume. 89. & ibi Franc. Curt. in repet. nume. 160. & 178. Marcus Antonius Blancus in tract. de indicijs & tortura, nume. 285. Io. Corasius in repetit. l. admonendi, nume. 79. pro qua opinione est text. in c. si iudex, de pace tenenda & eius violatoribus. ibi, qui si de sua diffisus sit innocentia, in vsib. feud. & in l. fi. in §. fraudis. ibi, metu imminentis accusatoris. ff. de bonis damnatorum, & in auth. de exhibendis reis, in §. si verò etiam, in versicu. penes sui accusatorem per fugam factum, collat. 5. Monial. in glo. l. 13. titu. 29. part. 7. pro qua opinione est text. in l. 130. in ll. styli. quæ limitatio latius declaratur in regula sequen.

REGVLA CCCXCI.

FVGA post accusationem non facit indicium ad torturam. Hanc regulam ponit Bar. in l. j. nu. 1. ff. de bonis eorum, quod expresse & plenè comprobaui in præcedenti regula, in finali limitatione.

Amplia primò, habere locum etiam si post libellum, vel accusationem, seu inquisitionem comminatam, licet nondum factam, aufugisset: quia tum iustus fuisset timor fugiendi, & iustè debuit timere comminationē, per text. in l. miles, in §. socer, ff. de adulterijs. ibi, sed accusationem parante, & probationibus insistente ac imminente, & ita expresse per illum tex. tenet Ludo. Roma. in l. lege Cornelia, nume. 2. ff. ad Syllan. & ibi Ioan. Ignæus. numer. 151 facit etiam text. in l. edicto, in §. stat. ff. de iure fisci. Hanc opinionem sequitur Ang. Aret. in tract. maleficiorum, in verb. quod fama publica, nume. 46. Dec. in consi. 324. nume. 3. Ioan. de Amicis in consi. 135. numer. 3. Io. Corasius in l. admonendi, nume. 89. & ibi Franc. Cur. nu. 560. Petrus de Ptolomæis nume. 80. Cato Sacchus nume. 58. Marcus Anto. Blancus in tract. de indicijs & tortura, numer. 282. doct. suprà allegati in reg. 390. in 6. limit.

Limita primò, quando alia indicia seu suspiciones laborarent contra fugientem: quia tunc etiam fuga facta post accusationem, facit contra eum maximum iudicium & suspicionem. argu. tex. in l. fi. C. qui numero tutelarū se excusant, & ita expresse per illum tex. tenet Roma. in d. l. lege Cornelia, in fi. Eandem opinio. tenet Soc. in regu. 162. in 2. limitatione. Io. de Amicis in consi. 37. numer. 7. Ioan. Corasius in d. l. admonendi, nu. 79. & ibi Petrus de Ptolomæis. nu. 77. Franc. Curt. in dicto nume. 560. Io. Ignæus in d. l. lege Cornelia. nu. 53. in fi.

Limita secundò, quandocunque delictum erat capitale ex quo aut debebat occidi, aut membris mutilari: secus si esset imponenda pœna pecuniaria. ita expresse sentit Bar. in d. l. j. ff. de bonis eorum, & doct. suprà allegati. & ita expresse tenet Soc. in d. reg. 593. in 3. limitatione, Io. de Amicis in consi. 7. nume. 11. & in consi. 86. nu. 4.

Tertiò limita, nisi post accusationem de eo institutam fractis carceribus aufugiat: quia tunc contra eum vt de crimine confessum proceditur, vt not. in l. in eos. & in l. fi. ff. de custodia reorum. & ita expresse tenet Soc. in reg. 162. in 3. limitatione, Phil. Dec. in consi. 234. num. 3. Petrus de Ptolomæis in repet. l. admonendi, nu. 77.

Quartò limita, nisi post accusationem quis esset relaxatus à carcere sub fideiussoribus, & pendente accusatione aufugisset: nam tunc talis fuga etiam post accusationē facit eum haberi pro confesso. ita probat rex. in l. 3. in fin. titu. 8. lib. 2. fori. & in l. 9. titu. 11. lib. 3. ordin.

REGVLA CCCXCII.

FVGA quæ fit ex carceribus, facit fugientem haberi pro confesso. Hanc regulam probat text. in l. in eos. ff. de custodia & exhibit. reorum. & ibi glo. & Bar. & in l. mi lites agrorum. in §. pen. ff. de re milit. ita tenet Specu. in titu. de præsumpt. in §. 2. numer. 3. & ibi Io. And. in additione magna. Ange. in tract. maleficiorum: in verbo, quod fama publica. nume. 46. & ibi Augu. Ariminensis in addit. Hippo. in practica. in §. diligenter. num. 46. & in §. attingam. nume. 44. & in repet. Rub. C. de probatio. nume. 261. Ias. in lectura l. admonendi. nume. 90. & in repetit. nu. 172 ff. de iureiur. Barthol. Soc. in regu. 162. in 3. limitatione. Fel. in d. c. nullus. nume. 3. de præsumpt. Chassan. in consuetud. Burgun. in titu. {Des iustices.} Rubr. j. §. 5. fol. 54. col. 4. nume. 116. Eandem opinionem tenet Franc. Curt. in repetit. l. admonendi. num. 169. & ibi Petrus de Ptolomæis, nume. 77. De iure regio probatur in l. 13. titu. 29. part. 3. & in l. 34. titu. 18. lib. 8. ordina.

Amplia primò, ꝙ si re vera non commisit delictum pro quo erat carceratus, tunc habetur pro confesso, & punitur ac si re vera crimen commisisset: ita probatur in d. l. eos, & ibi glo. in verbo, puniendi. ff. de custodia reorum, & ibi Bar. & Ange. nume. 3. Iacob. de Belloui. in practica iudiciaria, in titu. de quæstionibus & qualitatibus tormentorum, nume. 103. Hiero. Zanetinus in tract. differentiarū iuris canonici & ciuilis, differentia 95. nume. 159. Abb. in d. c. à nobis, nume. 3. & ibi doct. de apostatis. Hanc opin. tenuit Fel. in d. c. nullus, nume. 3. de præsumpt. vbi dicit ꝙ in hoc casu plus operatur ficta confesio quàm vera: & cum hoc non inueniat ab alio tactum, transit cum opinione Bar. in d. l. in eos.

Albericus tamen in d. l. in eos, determinat, ꝙ licet per suprà dict. tex. in l. in eos, innocentes sint puniendi, tamē quia illa l. non determinat pœnam, credit eam arbitrariā, & arbitrio iudicis puniendam, & determinādam, per tex. in l. j. in §. expilatores. ff. de effractoribus, licet glo. suprà dict. aliter teneat. Eandem opinionem tenet Raph. Cum. in d. consil. 106. nume. 2. & 3. Boerius in d. decis. 220. nume. 22. Thom. Grammat. in dict. voto 37. nu. 5.

Amplia secundò, quandocunque aliquis post accusationem fuit carceratus, & relaxatus à carcere sub fideiussoribus, & pendente accusatione aufugisset: nam tunc talis fuga facit eum haberi pro confesso: vt in l. 2. in fi. tit. 8. lib. 2. fori, & in l. 9. titu. 11. lib. 3. ordin. & dixi in reg. suprà proxima in 4. limita.

Amplia tertiò, habere locum si fuisset aliquis repertus cum velit exire carceres: nam habetur pro confesso. ita cōcludit Nicolaus Boerius in decisione 215. nume. 12. facit tex. in l. quis sit fugitiuus, in §. idem Celsus, cum alijs per eum allegatis. ff. de ædil. edicto. Hanc opinionem tenet Hippol. per alia fundamenta quæ ibi allegat, in rub. de probationis, nume. 265. & in practica in §. diligenter, nu. 49. & quod no. Soc. in consi. 99. nume. 2. lib. 4. vbi dicit ꝙ ille dicitur fugitiuus qui est in actu fugæ. Franc. Purpuratus in l. rogasti, in §. si fugitiuus, numer. 32. ff. si cert. petat. & hanc opinionem tenet Iac. de Belloui. in pract. iudiciaria: titu. de quæstionibus & qualitate tormentorum, nu. 103.

Amplia quartò, habere locum etiam in fugiente ex aliqua camera, vel ex palatio potestatis, in quo detinebatur sub custodibus. argu. tex. in d. l. in eos. ff. de custo. & exhibitio. reorum, quia loca ipsa siue palatium dicitur esse carcer, quando quis detinetur in eo mandato iudicis, vt est tex. & ibi not. doct. in l. j. ff. de custodia reorum. Hanc opinionem tenet Hippol. in pract. in §. diligenter. nu. 46. Paulus Grillandus in tract. de relaxatione carceratorum, c. de fuga incarcerati. nume. 13. Quod tamen est verum quandocunque recessit ianua scissa & fracta, vel muros transcenderit,

scenderit, vt in l.fin.ff.de rerum diuisione. secus si retentus in palatio fugiat per portam; quia tunc non dicitur frangere carcerem; quia licet carcer largo modo possit appellari, tamen propriè non est carcer: nec dicitur in carcere inclusus qui retinetur in palatio.ita tenet Bar.& ibi Rom. nume.57.in repet.l.admonendi.ff.de iureiur. quem sequitur Franc.Curt.in repet.nume.164.& ibi Petrus de Ptolo mæis,nume.78.& hanc opinionem tenet Innocent. in c. nuper.de senten.excommu.facit etiam tex. in l.nemo carcerem.in verbo,aperta & libera.C.de exactoribus tribut. lib.10.per quem tex.dicit Bal.in d.l.admonendi.in lectura antiqua. q non dicitur frangere carcerem, qui retentus in palatio fugit per portam.Nicol.Boer.in decisi.215.nume.15.& hanc opinionem expressè tenet Sal.post Guliel. de Cug.in l.succurritur.in j.& 2.lectura. ff.ex quibus causis maio.Socin.in regu.162.in 3.limitatione. licet contrarium teneat Albericus in d.l.succurritur.ff.ex quibus causis maio.nume.3.quem sequitur Ias. in repet. l.admonendi.nume.174.ff.de iureiur.vbi dicit quod detentus in palatio vel camera,& non in publico carcere, si inde aufugiat fracto ostio,non inde habetur pro confesso.idem in lectura d.l.nume.90.& licet alleget Bal. in d.l.succurritur.dicēs hoc tenere,firmat tamen contrarium, vt suprà dixi.

Quintò amplia, q etiam punitur pœna capitali, vt in d.l.j.ff.de effractoribus.& in d.l.milites agrum. in §.eius fugam. ff.de re milita. quod latiùs explicabo in regula sequenti.

Limita primò, habere locum quando quis aufugit effracto carcere: secus autem si aufugit de carcere aperto: quia tunc non habetur pro confesso.ita concludunt Iaco. Butr.Guliel.de Cug.Bal.& Alberi.in d.l.succurritur. ff.ex quibus causis maio. Ange.in l.vinum.la 2. per illum tex.ff. de furtis & in l.j. ff. de effractoribus. vbi dicit q ille qui exijt de carcere,quia inuenit ostium apertum non tenetur pœna effracti carceris,& sic nec pœna illius tituli. ff.de effractoribus,quos sequitur Ias.in d.l.admonendi.in lect.nu me.90.& in repet.nu. 174. & quia præsens limitatio plus attinet ad reg.sequentem, ideo ad ibi dicēda me remitto.

Limita secundò,in eo qui aufugit animo reuertendi,& deinde sponte reuersus fuerit: quia ille non habetur pro confesso, nec incurrit pœnas de quibus in d.l.in eos.ff.de custo.reorum.vt in l.desertorem. in §.j.& ibi glo.ff.de re milit.& in l.quis sit fugitiuus.in princ.& in §.apud Labeonem.& ibi Bar.ff.de ædil.edicto. Hanc opinionem tenet Paulus Grillandus in tracta.de relaxatione carceratorum. c.de fuga incarcerati.nu.7.& 14. Quæ limitatio in regula sequenti latiùs declarabitur.

Tertiò limita,quando quis post fugam esset incarceratus,licet inuitus.ita concludit Ias.in d.l.admonendi. in lectura,nume.90.ff.de iureiur.vbi dicit q ita tenet Bart. per illum tex.in l.raptores.C.de episco. & cler.in quo casu isti arbitrio iudicis puniendi sunt, vt in l.13.in fi.titu.29.par.7. & ita tenet Boerius in decisi.215.nume.20.

Quartò limita nisi quis esset incarceratus pro generali inquisitione: secus si pro speciali.ita tenet Fel. in d. c.nullus.nu.4.de præsumpt.Hippol.in repetit.Rubr.C.de probatio.nume.262.& in practica,in §.diligenter. nume.46. Paulus Grillandus in tracta.de relaxatione incarceratorū. c.de fuga incarcerati.nume.1.Io.And.in additio. ad Spec. in tit.de præsumptio.in §.2.in additione magna, ad nu.3. Bal.in d.l.in eos.ff.de custod.reorum.

Quintò fallit,quandocunque mulier aufugit de carcere causa euitandæ libidinis:nam tunc talis mulier non habetur pro cōfessa.vt probat tex.in Autb.nouo iure.ibi,ne castitate iniurietur.C.de custo.reorum.ita tenet Bal.in l.j. nume.11.C.de ædilitijs actio.Pau.Grillan.in tracta. de relatione carceratorum.c.de fuga incarcerati.nume.17.Boerius in d.decisi.215.nume.18.

Sextò limita,non habere locum nisi fuga fuerit habita cum conspiratione priùs habita in carceribus cum socijs: nam hoc modo habetur pro cōfesso:alias non.ita expressè tenet Bal.vbi dicit q ita debet intelligi tex.in d.l.in eos. in consi.32.nume.1.volu.3.vbi dicit q ita tenet Guliel.de Cugno in l.succurritur. ff.ex quibus causis maio. dicit tamen ibi Bal.q in hoc casu punitur iste arbitrio iudicis. & illam opinionem Bal.sequitur Paulus Grillandus in d. tracta.de relaxatione carceratorum.c.de fuga incarcerati. nume.13.io si.Thomas Grammaticus in voto 37.numer.8.

Regula CCCXCIII.

Fugiens fractis carceribus punitur pœna capitis. Hanc regulam probat tex.in l.j.in princ.ff.de effractoribus.& in l.milites agrum.in §.eum tamen. ff.de re milita.ita tenet Bar.in tract.de carceribus. in 3.col.Hippol.in practica,in §.attingam.numer.37. Thomas Grammaticus in voto.37.numer.1.Petr.de Anchar. Io.de Anan. & Abb.in cā nobis.de apostatis.

Amplia primò, in eos qui huiusmodi fugitiuos celant vel occultant, vt in l.consiliarios.in §.pro confesso. in verbo,subtraxit.C.de assessoribus.ita tenet Io. Igneus in l.lege Cornelia.nume.16.ff.ad Syllania.pro qua opinione facit tex.in l.j.ff.de recept.& in l.j.& 2.C.de his qui latrones occulta. vbi probatur q si aliquis receptauerit in domo sua malefactorem,debet eadem pœna puniri sicut ille qui cōmisit delictū. Quam ampliationem verū intelligo nisi isti receptatores essent consanguinei, ista est glo.notabilis & semper mente tenenda in c.felicis.in verbo, receptauerit.de pœnis.lib.6.quam glo.sequitur ibi Io. Monachus nume.3.& alij doct.Eandem glo.sequitur Fel.in c.literas. nume.20.de præsumptio.& in c.cùm quidam. nume.11. de iureiur. Marcus Anto.Blancus tenet hanc opinionem, licet suprà dicta gl.mentionem non faciat, in tract.de indicijs,& tortura, nume.202.Hanc opinionem, vbi dicit ita vidisse seruari, tenet Chassanæ.in consuetud. Burg. in titu.{Des iustices.} Rub.j.§.5.fol.39. col.4.in princ. nume.12.in fi.& nume.13.& pro ista opinione est tex.in l.2. ff.de receptatoribus.

Amplia secundò,habere locum non solùm in ipsos fugientes,verum etiam in personas ipsorū qui per vim carceratos à carcere relaxant sine licentia custodis. ita probatur in l.14.tit.29.part.7.& in l.11.titu.14.lib.4.fori.

Amplia tertiò,adeò procedere q ille qui accusat volentem frangere carcerem,debet consequi liberationem. ita probat tex.in d.l.in eos.in versic.eos verò. & ibi glo. ff.de custod.& exhibit.reorum.& ita per illum tex. tenet Hippo.in practica criminali:in §.attingam.nu.50.Nico.Boer. in decis.215.nu.22.

Limita primò, habere locum quando quis aufugit effracto carcere: secus si aufugit de carcere aperto:quia tūc non debet puniri pœna effracti carceris. ita concludunt Guliel.de Cugno, Alberic. & Bal. in d.l.succurritur. ff. ex quibus causis maio. Ange.per illum tex.in l.vinum. la 2.ff. de furtis.& in l.j.ff.de effracto.vbi dicit quod ille qui exijt de carcere eo quia inuenit ostium apertum, non tenetur pœna effracti carceris:& sic nec pœna illius tituli.ff.de effracto.quod dictum vltra docto. allegatos suprà in regu. 389.in 2.limitatione,& in regu.392.in j. limitatione: vbi etiam hoc dixi,tenet Chassan.in consuet. Burgun. in titu. {Des iustices.} Rub.j.§.5.fol.54.col.4.nume.116.Raph. Fulg.in consi.41.nume.1.Franc.Curtius Iunior in repet.l. admonendi.nume.164.& ibi Lanfrancus de Oriano. nume.56.& Franc.à Ripa nume.160.ff.de iureiurand.Ioan. Igneus in l.lege Cornelia.nume.51.& 53.ff.ad Syllan.Socin.in regu.262.in 3.limitatione.Hippo.in dicta practica, in §.attingam. nume.17.vbi dicit q mitiùs debent puniri:scilicet arbitrio iudicis. quod etiam tenet Nicol. Boer. in decisione 215.nume.15.& 23.facit tex.in d.l.j.in versi. q si per negligentiam custodum euaserint, mitiùs puniendos.ff.de effracto.Thom.Grammat.in voto.37. nume.9.

Limita secundò,in eum qui aufugit in animo reuertendi,& deinde sua sponte reuersus est: quia ille non incurrit

in suprà

in suprà dictam pœnam de qua in d. l.j. cum similibus.ff. de effractoribus.facit pro hoc tex.in c.vulgaris.in §. diuor tiom.de pœniten.distinct.j.& in c.præsenti.lib.6.glo.in c. postquam. de electio.lib.6.quia non dicitur aufugisse qui recessit animo redeundi, vt in l.retroceditur.ff.de captiuis & postlimin.reuer.& hanc opinionem vltra suprà dicta in reg.392.in 2.limitatione, tenet Pau. Grillandus in tracta. de relaxatione carceratorum.c.de fuga incarcerati. nu. 14. Curtius in repet.l.admonendi. nume. 159.ff.de iureiuran. & ibi Franc.à Ripa nume. 169. Marcus Anto. Blancus in tract.de indicijs & tortura.nume.287.And. Tiraq. in repet.l.si vnquam.in verbo, susceperit liberos. numer. 179. Nicol.Boerius in d.decisione 215.numer. 18. Ratio est: quia propter spontaneam comparitionem purgatur omnis suspicio: vt in l.j.ff.de requiren.reis. & in c.cum contumacia,de hæreti.lib.6.eandem opinionem tenet expressè Petrus de Ptolomæis in d.repet.l.admonendi. numer.79. Stephanus Bertrandus in consi.61.nume.7.& 8. vol.2.primæ impressionis.Iaco.de Belloui. in pract.iudiciaria: titulo,de quæstionibus & qualitate tormentorum. nu.106.

Tertiò limita, non habere locum quando quis frangit carcerem vt iret ad superiorem: quia iste talis non punitur pœna effracti carceris: quia non dicitur fugere. ita tenet Host.in c.vt debitus.de appellationibus. facit etiam, quia itineris arreptio ad iudicem ad quem, habetur loco appellationis: vt est text.quem ibi ad hoc not. Bald. in l.sed & si per pretorem.in §.si.ff.ex quibus causis maiores. facit etiā tex.in l.capitalium,in §.ad statuas.ff.de pœnis. & in l.quis sit fugitiuus,in §.apud Labeonem. ff.de ædilitio edicto,in l.milites agrum. in §. desertorem. ff. de re milita. & hanc opinionem tenet expressè Cæpola, vbi dicit ita fuisse decisum.in l.quis sit fugitiuus,in princ.num.2 1.de ædili.edicto.Eandem opinionē tenet Iacob.de S. Georg.in l.j.nume.9.C.de seruis fugit.Nicol.Boer.in decisione 215. nume.28.Thomas Grammaticus in voto 39.nume.12.Io. de Amicis in consi.7.nume.20.facit quod suprà dixi in re gu.307.in 4.limitatione.

Quartò limita, quandocunque incarceratus erat iustè detentus in carcere: nam si iniustè erat detentus, frangens non punitur pœna mortis. ita concludit Bart.in l.vis eius. quem ibi sequitur Salic. C.de probationibus. Alex.in l.sed eximendi,in §.si quis.circa finem.& ibi Iaco.de S. Georgio.num.3.ff.ne quis eum qui in ius vocatus est,vi eximat. idem Iacob.in l.j.nume.21.de seruis fugit.Hippo.de Marsilijs in dicta practica,in §.diligenter.nume.50.& in §.attingam.nume.38.Nicol. Boer. in d.decisione 215.nu.30. Ripa in d.repet.l.admonendi,numer.71.ff.de iureiur.vbi ponunt quando dicatur quis esse incarceratus. facit etiam glo.in Clementina,Pastoralis.in verbo,per violentiam.de re iudi. vbi dicit ꝙ quando aliquis est iniustè incarceratus & est relaxatus sub iuramento de redeundo ad carcerem, ꝙ iste talis si est iniustè incarceratus non tenetur redire.Quam glossam sequitur Ias. in l.si duo patroni, in §. fin.num.4.ff.de iureiur. quod putat Abb.verum in c.inter alia,in fi.de immunitate ecclesia.quandocunque imminet periculum mortis: aliàs secus. Quem sequitur Hippol.in singula.177.Franc.Curt. in dicta repet. l.admonendi. nume. 168.Ias.in repetitione l.admonendi,numer.169. ff.de iureiur.Ioan. Igneus in l.lege Cornelia,nume.19. & in l.3. in §.subuenitur.num.123.ff.ad Syllania.And.ab Exea in c.j.nu.246.de constitutio.Boer.in decisione 215.num.19. Et hanc opinionem dicit communiter teneri D. Couarruuias,in lib.j.variarum resolutionum.c.2.nu.11.Fel.in d. c.j.nu.43.de constit.

Quintò fallit,quando aufugit,de licentia custodis: quia hoc casu tenebitur custos,& nō ipse fugiens.ita tenuit Gulielmus de Cug.in l.quoties.C.de exacto.tributo.libr.10. Bal.in l.ad commentariensem. eod.titu.Ioan.And. in additio.ad Spec.in titu.de præsumptionibus, in §.2.in additione magna ad numer.3. Paulus Grillandus in tracta. de relaxatione carceratorum: c.de fuga incarcerati, nom.15. facit tex.in l.consiliarios. C.de assessoribus. De iure regio probatur in l.12.tit.14.lib.2.ordina.vbi probatur,ꝙ quandocunque carceratus aufugit culpa custodis vel de licentia ipsius, debet puniri eadem pœna qua ipse carceratus puniri debebat.per quam l.declarantur l.9.& 12. tit.29. part.7.

Sextò fallit, quandocunque mulier aufugit de carcere causa euitandæ libidinis: nam tunc ista mulier excusatur. ita probat tex.in Auth.nouo iure.ibi, ne castitate iniurietur. C.de custo. reorum. & ita dixi suprà in reg.382.in 5. fallentia.

Limita septimò, quādo aufugit de carcere timore ignis & aquæ: nam isto casu etiam si fregit carcerem non debet puniri: cùm instus timor ipsum excuset. ita probat tex.in l.habitatores,in §.fi.ff.locati. Hanc opinionem vbi allegat alia iura, tenet Iaco.de Belloui.in practica iudiciaria,in titu.de quæstionibus & qualitate tormentorum. nume.104. Quod dicit esse verum dum tamen ille qui frangit carcerem non aufugiat. quam opinionem sequitur Nicol.Boer.in d.decisio.215.nume.22.in fi.& in numer.30. licet ibi teneat ꝙ etiam si aufugiat. Sed opinio Iacobi. de Belloui.procedit ad hoc vt habeatur pro confesso, vel arbitrio iudicis puniatur: sed ad hoc vt capite puniatur, etiā si aufugiat, procedit opinio Nicolai Boerij, ꝙ quando aufugit de carcere timore ignis vel aquæ, etiam si aufugiat non puniatur pœna capitis.

Octauò fallit, quando carcerem fregerunt, sed nō perfecerunt fracturam: nam tunc non pœna capitis, sed arbitrio iudicis puniendi sunt. ita concludit Thomas Grammaticus in dicto voto 37.per totum. licet contrarium teneat Raphael Coma.in consil.106.num.3. Hanc opinionem per text. in d. l. in eos.tenet ibi Albericus, scilicet ꝙ arbitrio iudicis puniatur. numer.2. Boerius in suprà dict. decisio.215.nume.28.

Nonò limita & intellige suprà dictam regulam: quia cum suprà dicta iura loquantur tantùm in pœna capitali, & non in pœna vltimi supplicij, non debet puniri pœna mortis, sed alia mitiori pœna. ista est glo.notabilis quæ pro singulari solet allegari in l.j. C. ne christianum mancipiū. in verbo, capitali. sed est alia similis in l. ne frumentum. & ibi Bal.& Salic.C.quæ res vendi non possunt. & in l.transigere.C.de transactio.glo.de iure canonico & ibi Io.Andreas per eam in c.quanto, in verbo, defraudatam.de iureiur.pro qua opinione est tex.in l.hos accusare,in §.omnibus,in verbo, capitis.ff.de accusatio.& in l.cùm patronum.ff.de iure patronat.& in l.præsenti.in princ. C.de his qui ad ecclesi.confu. vbi imperator videns nō sufficere esse factam mentionem seu expressionem de pœna capitali, quia ex hoc non inferebatur pœna mortis, ideò ibi dixit capitali & vltimi supplicij, idem probat text. in l.eos, in §.super his.C.de appellationibus.& in l.qui cùm maior. in §.his demum.ff.de bonis libertorū. & in l.edicto. in §.j. ff.de bonorum possess.& in l.capitalium.in princ. ff.de pœnis.& in l.2.ff.de publicis indicijs. & hanc opinionem sequitur Felin.in c.qualiter & quando, el 2.vbi eam quadrupliciter limitat in §.fin.num.52. de accusatio. & ibi Fran. Aretin.nume.144.Abb.in d.c.quanto.de iureiur. Ias. in l. diuortio.nume.15.ff.solu.matrim. & in l.3.in §. pœna.ff. quod quisque iuris.& in l.transigere.col. fin. C. de transactio.& ibi Riminaldus Maria nume.4.Augu. Ariminensis in additionibus ad Ange.in tract.maleficiorum.in verbo,& caput à spatulis.nume.32.And.Alciat.in l.licet capitalis.ff.de verbor.signi.Ioan.de Villamati in repet.l.diuus, col.70.nume.40.ff.ad l.Corneliam de sicarijs.Io.de Imo. vbi hoc notabiliter declarat,in l.2.nume.3. in fi. ff.de publiciudic.Philippus Dec.in c.ex literis.nume.48.de constitut.Chass.in consuet.Burgun.in tit.{Des iustices.} Rubri.j.§.5.fol.43.col.4.numer.3. & in eod.titu. Rubr.& §. fol.54.col.4.nume.1 19. & hanc opinionem communiter teneri testatur Hippol. vbi allegat alios doct. in dicta practica,

ctica,in §.opportunè. numer.40.vbi dicit ꝙ assessores ita practicant ꝙ in sententijs capitalibus & vltimi supplicij apponunt illa verba: videlicet quod talis moriatur, & anima à corpore separetur. Facit etiam pro hoc quod notat Cyn.in l.j.C.de falsis, vbi dicit ꝙ pœna capitalis interpretanda est in mitiorem partem, vt comprehendat deportationem & non mortem naturalem. allegat ad hoc text.in l.si de interpretatione.ff.de pœnis. cùm delicta semper debeant interpretari in illam partem in qua pœna venit euitanda: vt in l.proximè. ff.de his qui in testamen.delentur. cum alijs.facit etiam pro hoc gl. in Authen. sed nouo iure in verbo, vna.C.de ser.fugit. vbi dicit ꝙ si quis est condemnatus in amputatione manus, intelligitur de debiliori: & si reus haberet vnam aridam, illa esset amputanda. quam glo.sequuntur ibi Iacob. de Butrig. Alberi. Salic.& Paul.de Castr.& Cæpola nume. 34. idem Alberic. in tracta.statutorum,in 3.parte,quæst.60. & hanc dicit communem opinionem Ioan.Andr.in additio.ad Specu. in Rubri.de pœnis,in additione j.in fi.versicu.2.quæstio. Eandem opinionem sequitur Ange. in tracta. maleficiorum, in verbo,quasi non soluerit.col.j. Ange. de Peru. per text. ibi in l.3.in §.Labeo.ff.arborum furtim cæsarum. Maria. Socin.in repet.c.ad audientiam.numer.42. de homicidio. vbi allegat pro illa glo.tex.in c.sicut vrgeri.j.q.j. Eandem opinionem tenet Felin.in c.inter cæteras. numer.8.de rescriptis. Ias.in l.fin.num.3.ff.de officio eius. & in l.de quibus.nume.37.ff.de legibus.reprobato Cyno, Bal. & Barto. qui contrarium tenuerunt in dicta Authenti. sed nouo iure.

REGVLA CCCXCIIII.

FVNDARE & construere ecclesiam pro iure patronatus acquirendo non sufficit, sed requiritur eius perfectio. Hanc regulam ponit Paul.de Citadinis, vbi adducit quàm plura pro ea, in tracta.iuris patronat. in 3.parte, quæstio. 14.nume.22. Eandem regulam, vbi eam examinat & quàm plura etiam pro ea allegat, ponit Cæsar Lambertinus in tractatu, de iure patronatus, in j. parte primi libri.articu.2.quæstio.4.principali, nume.1.cum alijs, fol. 28.colum.4.

Hanc regulam ampliat duodecim modis, vbi eas latissimè examinat & limitat quatuor modis. idem Lambertinus in dicto tracta.iuris patronatus, in j. parte primi libri,in 14.articu.4.quæstio.princip. fol.32.col.j. numer.2. vsque ad fi.

REGVLA CCCXCV.

FVNDI parte apprehensa censetur possessio totius fundi apprehensa. Hanc regulam probat tex.in l.possideri.ff.de acqui.possess.& in l.vulgaris quæstio. ff.de furtis. & rationem huius regulæ ponit Socin. ibi numer.37.

Hanc regulam ampliat quatuor modis, & limitat vno modo Vldaricus Zasius in d.l.possideri. nume.20.

REGVLA CCCXCVI.

FVNDVS datus filiæ spuriæ in dotem vel pro alimentis, post eius mortem reuertitur ad patrem vel ad hæredes eius. Hanc regulam ponit Bald.in l.eam quam. nume.41.C.de fideicommissis. vbi dicit ꝙ legatum factum filiæ spuriæ pro alimentis, non transit ad hæredes spuriæ: quia non ratione proprietatis, in qua non valet legatum, nec ratione alimentorum, quia cum vita extinguuntur: vt in l.cùm 2.in §.si vni.ff.de transact. & in l.dominus, in §. fin.ff.de vsufructu. Quam opinionẽ sequitur Philip.Dec. in consi.311.nume.4. vbi dicit ꝙ pro ista conclusione est tex.in l.j.& ibi Bar.C.de natura.libe. Eandem opinionem sentit idem Bal.in d.§.si vni. & in repe. l.si.ff.de his quib. vt indig.quem sequitur Ioan.Baptista Caccialupus in repet.l.si qua illustris.nume.91.C.ad Orficia. Pala.Ruuios in repet.cap.per vestras.§.24.incipienti,in constituenda tamen dote.vbi plura pro hoc adducit in num.4.cum alijs.

Hanc regulam limitat quatuor modis Bermondus in tract.de publicis concubinarijs.pag.341.à numer. 60. vsque ad numer.62. quas limitationes ante eum declarando suprà dictam regulam posuit Pala.Ruui.vbi suprà.

Et ibi Pala. Ruui. addit aliam & quintam limitationẽ: scilicet ꝙ non procedat de iure regio: quia cùm hodie sit taxatum ꝙ parentes possunt relinquere filijs spurijs quintam partem bonorum, vt in l.9.& 10.Tauri: ipsi filij spurij tam in vita quàm in morte possunt ad libitum disponere, etiam quantum ad proprietatem, ita tenet Pala. Ruui. vbi suprà, nume. 10.doct.in d.l.9.& 10.Tauri. Rodericus Xuarez in lectura l.j.titu.6.lib.3.fori, fol.91. pag.2. & ita expressè dixi in regu.362.in 3.ampliatione in fi.

REGVLA CCCXCVII.

FVNERARIA actio in multis priuilegiata est. Ratio est propter vtilitatem publicam, ne sine sepultura cadauera iaceant: vt in l.sunt personæ. & in l.nec corpora. ff.de religiosis & sumptibus funerum. quia expedit reipublicæ non minus mortuos humari, quàm viuentes conseruari. ita tenet Bal.in l.fi.col.2.C.de nego.gest.& ob id si hæredes nolint expensas pro funere præstare. iudex per modum prouisionis solet eos condemnare, salua repetitione si opus sit. Quæ repetitio fieri poterit actione funeraria: vt in l.si quis sepulcrum. & in l.at si quis. in §. hæc actio. ff.de relig.& sumpt. fune. & quæ requirantur antea quàm hæc actio funeraria competat, ponit Specu.in Rub.de sepulturis.& ibi Io.And.in additionibus ad eum tradit octo requisita in versicu.porrò, in nume.13. quæ habuit à Rofredo in tract.libellorum, in 3.parte, in Rubr. de actione in factum funeraria.in versicu.quia multoties. nume.1.& quia ibi satis obscurè procedunt Petrus Rebuffus in gl. ad constitutiones Regias Galliæ, in j.parte, in tract.de sententijs præiudicialibus, nume.43.pag.230. ponit suprà dicta requisita.

Et primò requiritur ꝙ aliquis sit mortuus: quia viuens non sepelitur, vt in c.fraternitatem.de sepulturis.

Secundò ꝙ sumptus fiant in funus mortui: nam si ad aliam causam fierent, hæc actio non competeret, vt in l. at si quis.in §.hæc actio.& in l.si quis sepulcrum.ff.de religio.& sumpti funerum.

Tertiò ꝙ sumptus facti sint animo recuperandi, vt in d.l.si quis sepulcrum.in §.prætor.uam si quis pietatis causa faceret, non repeteret, vt in d.l.at si quis.in §.interdum. eod.titu.l.12.titu.13.par.j.& in dubio non præsumitur factum causa donationis, vt in l.cùm de in debito. ff.de probationibus. nisi aliud suaderent persona & causa, vt in l. quod in vxorem.ff.de nego.gest.

Quartò ꝙ funerales fiant sumptus pro qualitate personæ & dignitate eius qui funeratus est, & pro modo facultatum, vt in d.l.at si quis.in §.hæc actio. in versic. æquum autem.per quem text. Alex.in l.ex facto. in §.si quis rogatus.in j.colum.in fi.ff.ad Trebellian.dicit, ꝙ maior pompa funeris debet esse in nobili quàm in ignobili, quem sequitur Bonus de Curtili in tractatu,de nobilitate, in 5.parte, nume.82. & ideo si quis fecerit impensam funeris tam modicam quæ potiùs in contumeliã cedat mortuo quàm honorem, non potest illam repetere, vt in l.at si quis.in §. iudex.& ibi Ludo.Bologninus in secundis interpretationibus.ff.de religio.& sumptibus funerum. & ita expressè tenet Vincentinus de Herculanis in l.j. in §. de impensa. in 5.col.in versic.dicit tamen Imo.hic.ff.ad leg.Falcid. quod dicit esse notandum contra auaros Petrus Rebuffus vbi suprà, nume.52.

Quintò, ꝙ habeatur ratio temporis: plus enim expenditur in hyeme quàm in æstate, vt d.§.hæc actio.versicu. æquum autem.& ibi glo.expressè tenet in verbo, ex tempore.& ita tenet Rofredus vbi suprà.

Sextò requiritur, ꝙ alia actio non competat: quia si fuerit promissa impensa funeris reddi per stipulationem, hac non ageretur, vt in d.l.at si quis.in §. si quis dum. & in §. Labeo.& ibi glo.hoc dicit. ff.de religio.& sumpti.fune.

Septimò requiritur ꝙ fiat protestatio, maximè à consanguineis,

sanguineis, ꝙ animo repetendi tales sumptus faciunt, vt in d.l.at si quis.in §.sed interdum.in versic. oportebit igitur. & in §.sequenti, & in l.quod in vxorem. C.de negot. gestis.

Octauò hæc actio datur contra hæredem, bonorumve possessorem, cæterosq; successores, vt in d.l.at si quis. in §.datur autem hæc actio.quod est §. fina. ff. de relig.& sumptib.funer.& ita per illum text. ponit Io.Hannibal in repet.Rub.ff.solu.mat.nume.426.& 427.

An autem hæc actio detur contra successores in beneficijs, Panormi.in disputatione sua incipienti, Sempronius clericus.quem sequitur Phil.Dec.in consil.157. incipiente, Quæritur de expensis funeraliũ.vbi concludit, ꝙ consanguinei qui succedunt clerico in suis bonis, tenentur ad funeris impensas: secus si nihil habeat: quia tunc successor in beneficio tenebitur ad illas, secũdum eundem Abbatem in c.ex præsentium. & ibi Barbat. & alij Doct. de pigno. hæc tamen actio non datur contra illum qui non succedit defuncto ex sua dispositione sed alterius: argum. tex.in l.cohæredi.in §.cùm filiæ. ff.de vulgari.ita consuluit Stephanus Bertrandus in consi.311.nume.2.lib.j.primæ impressionis.nisi in subsidio, vt suprà de beneficiato dixi, secundum Rebuffum vbi suprà, nu.57.

His sic præhabitis, hæc actio in multis est priuilegiata.

Et primò quia interdicta est appellatio in ea, ne cadauer sepeliatur, vt in l.fina.ff.de appellatio.recipien.in c.ex parte.el j.& ibi glo.in verbo, post appellationem.de sepul. Specu.in titu.de appellationibus.in §.in quibus. versicu.8. De iure regio probatur in l.8.titu.15.lib.2.fori, & in l.11. titu.16.lib.3.ordina.& in l.13.tit.9.par.7.& in l.15. tit.13. par.j.& in l.5.tit.18.lib.4.fori. Quod etiam procedit, etiã si contra defunctum pro debito habetur instrumentum guarentigium, secundum Fel.in c.sicut Iudæi. in 2.col.de Iudæis.in versic. item nota. Rodericus Xuarez in repet.l. post rem iudicatam.in 5.extensione. ff.de re iudic. Didacus del Castillo in l.30. Tauri.nume.15.versic. extra nota. Gulielmus Benedi.in repe.c.Raynutius. in verbo, mortuo itaque testatore.el j.nume.56.ff.de testamen.

Licet contrarium teneat Ange.in Authen. vt defuncti seu funera eorum non iniurientur à creditoribus.in princ. nu.1.in versic.nota hic casum. collat.5.vbi tenet, ꝙ quandocunque debitor obligatus est vigore instrumenti guarentigij, potest impediri à creditore ne cadauer eius sepeliatur. Quem sequitur in hoc D.de Segura in repet. l.si ex legati causa.num.73.ff.de verb.oblig.

Secundò, quia nunciatio noui operis non habet locum contra facientem fossam vt mortuus sepeliatur. argumen. tex.in l.de pupillo.in §.si quis riuos. ff.de no.oper. nuncia. & ita per illum tex.tenet Franc.à Ripa in tract. de peste, c. de præseruatiuis remedijs contra pestem. num.138.versicu.& hac ratione attenta.& ibi in nume.70.

Tertiò, qui funus ducit non potest in ius vocari, vt in l.2.ff.de in ius vocan.nec ante nouem dies vel quadraginta pro more regionum, vt in c.quia alij.13.quæstio.2.& in Authen.sed nec ante nouem dies. C. de sepulcro violato. Sed de iure nostro Regio vsque ad nouem dies non possunt hæredes conueniri, vt in l.5.tit.13.par.j.& in l.13. titu.9.par.7.& ita tenet Iacob.de S.Georgio post Bald.in l. interdum.nume.8.ff.de iudic.

Quartò si quis funere domestico impeditus non venit ad iudicium, debet ei exceptio dari, vt in l.sed & si quis.in §.præterea.ff.si quis cautio.

Quintò, qui exequias prohibet excommunicando infirmum, aut alio modo, priuatur suo debito, & aliàs punitur, vt in Authen.item qui domum. C.de sepulcro violato.ita tenet Franc.de Ripa in c. cùm M. Ferrariensis. nume.147.de constitutio.probatur etiam per text. in Auth. vt defunctus seu funera.in §.sancimus.el j.& in §.si verò. collat.5.

Sextò, competit hæc actio funeraria contra hæredem prohibentẽ expensas fieri, licet regulariter aliæ non competant, vt in l.at si quis. in §.item Labeo. ff. de religio. & sumptibus funerum.quem tex.ad hoc dixit esse notab.Ludoui.Roman.in consil.428.nu.10. Franc. de Ripa in tracta.de peste, in Rub.de remedijs præseruatiuis contra pestem, nume.132.Ant.Corsetus in singula.incipiente, Expensa.el j. vbi scribit quinque casus in quibus impensa cõtra voluntatem facta repetitur. quod est verũ quando expendisset iuxta patriæ consuetudinem in causis pijs: secus si in conuiuijs, vel in alijs rebus non necessarijs, vt notant Doct.in l.quod in vxorem.ff.de neg.gest.

Amplia hoc intantum procedere, ꝙ punitur cũ illa qualitate pœnæ, cũ qua ipse principalis delinquens: vnde præstans opem parricidio, punitur tã grauiter, sicut ipse committens: tenet Bart. in d. l. is qui opem. & in l. vtrum. ff. de parric. quod refert, & clarius ponit Abb. in c. j. col. fin. in princ. de offic. deleg. ex quo venit casus in quo ille qui auxilium præstitit parricidæ, grauius punitur, quàm si ipsemet solus occideret, cum tunc veluti extraneus puniretur. Istam ampliationem limita & declara, nisi talis præstans opem, ignoret illam qualitatem aggrauantem. Ita tenet Ange. vbi suprà. Sequitur Anan. in d. c. sicut. Fel. tamen ibi in j. col. in fin. & latius in d. c. j. col. 7. de offic. de legat. dicit ꝙ moderni tenent contrarium.

Secundò amplia & declara istam regulam, etiam si qualitas aggrauans delictum, non adesset tempore quo quis dedit principium auxilij, sed tempore maleficij: vnde si volenti occidere priuatum, dedi scienter arma, & interim ille occidendus constituatur in dignitate, eo occiso imputabitur mihi mors, etiam quo ad illam qualitatem. Ita Bar. in d. l. is qui opem. sequitur Felin. in d. c. sicut dignum. in 2. col. in princ. & in d. c. j. d. 7. col. & ista ampliatio facit contra dictum Ange. in præcedenti ampliatione relatum: & vide Io. Brunel. in repet. c. j. de homi. in 4. parte. in conclusione 18. vbi huic regulæ tradidit sex declarationes, inter quas inseruit hanc, & præcedentem ampliationem.

Limita prædictam regulam septem modis, vt per Fel. in d. c. sicut dignum. col. 2. ferè per totam: & vide eundem in d. c. j. col. 7. & seq. vbi etiam ponit huic regulæ 7. limitationes, quarũ sex primæ sunt eædem cum præcedentibus: earum tamen septimam poteris addere cum alijs, & sic habebis octo limitationes. Vide Hippo. in l. fi. col. 6. cum duabus sequen. ff. ad leg. Cornel. de sicar. vbi refert plures ex dictis limitationibus Felin. & postea vltra eum ipse tradidit alias duas. Sed tu aduerte, quia vltimam earum posuit Felin. quem ipse non refert in d. capitu. j. in 7. limitatione, ex quibus colliges nona. limitationes ad regulam

suprà

ſuprà ſcriptam. Et vide Io. Brunel. in d. repe. in alleg. concluſione 18. in fi. vbi ponit ſex limitationes ad hanc regulam. Et vide Io. Villemati in repet. l. diuus. ff. ad leg. Corn. de ſicar. in col. 2. & ſeq. vbi hanc regulam ampliat dupliciter, & limitat 7. modis. Vide per te an differant ab alijs limitationibus ſuprà relatis.

REGVLÆ BARTHOLOMAEI SOCINI.

De litera I.

REGVLA CCXIX.

IGNORANTIA in facto proprio non præſumitur, nec excuſat. l. fina. ff. pro ſuo. & in c. ab excommunicato, de reſcript. in 6.

Primò fallit, vbi tractatur de damno euitando. nam tunc etiam in facto proprio præſumitur ignorantia: vt l. ſi poſt diuiſionẽ. C. de iur. fac. igno. & l. ſed & ſi me præſente. in prin. ff. de proba. & gl. ĩ l. ſi res obligata. ff. de leg. j. no. tenet Bar. in l. qui fundũ. §. ſeruus meus. per illũ tex. ff. pro empt. vbi etiam dixit, ꝙ in hoc caſu obliuio eſt iuſta cauſa ignorantiæ.

Secundò fallit, vbicunq; eſſet factum multũ antiquũ: nam tunc in eo excuſat ignorantia: vt no. Dy. in reg. præſumitur. nam ex longitudine temporis præſumitur obliuio. l. peregre. ff. de acqui. poſſ. & no. Bar. in l. ſi quis delegauerit. ff. de noua. & in d. l. ſi res obligata. & idẽ tenet Bar. in l. ſi non fatetur. ff. de confeſ. & l. 2. §. quod obſeruari. ff. de iur. cal. facit glo. & ibi no. Bal. in c. j. de feu. guar. niſi factũ eſſet arduũ & notabile. quia tunc non toleratur ignorantia. c. cum illorum. & ibi Abb. in vlti. nota. de ſent. excom. quod etiam limita, niſi iuramentum interueniſſet ſecundum Bal. in c. j. de no. for. fid.

Tertiò limitatur, non procedere in facto antiquo obligatorio vigore promiſsionis illius, qui allegauit errorem propriũ facti antiqui. & ita no. limitat Bald. in l. j. in 4. col. C. de cõfeſ. quod procedit niſi tractareĩ de lucro captãdo: vt ſing. dicit Bart. in l. qui fundũ. §. qui ſeruus. ff. pro empt. vel niſi factũ ſit graue vel no. quia tunc pręſumiĩ obliuio. tex. eſt ſing. in c. cũ illorũ. de ſen. excom. & ita tenet dom. Ant. de But. in d. c. ab excommunicato. de reſcript.

Quartò fallit, vbicunq; factum eſſet multum intricatum: nam propter eius difficultatem præſumitur obliuio & toleratur. l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. & d. l. nõ fateſ. & ibi Bar. & no. in d. l. ſi res obligata. & d. l. ſi quis delegauerit. & in l. magnã. C. de cõtrah. & cõmit. ſtipul. & in l. cum falſa. ff. de acqui. hær. vbi etiã Paul. de Caſtr. nec mirũ quia etiã difficultas iuris excuſat ab ignorania, vt Inſti. de obli. quæ ex qua. delict. & no. Bal. in l. j. C. ſi quis rem, &c.

Quintò fallit, quotieſcunque tale factũ non fuiſſet implicatum per ſe, ſed per ſeruum, vel filium, vel etiam procuratorem.[a] quia tunc talis ignorantia toleratur, vt eſt gl. quæ ſemper allegatur in d. l. ſi res obligata. ff. de leg. j.

ADDITIO.

a *Procuratorem. Adde eundẽ d. Barth. Soc. in conſi. 263. inci. circa primum. verſi. ſecunda ſpina. circa medium in ſecunda parte. Bened. Vad.*

Secundò fallit, vbicunque quis eſſet implicitus multis negotijs: quia tunc etiam in facto ſuo præſumitur ignorãtia. ita tenet Bar. in l. 2. §. quod obſeruari. in 4. col. C. de iura. cal. & de materia iſta vide glo. de iur. cal. in c. ab excommunicato. de reſcript. in glo. in ver. de facto. & dicit Inno. in c. olim. de reg. iur. ꝙ ſi iudex facit vnam ſententiam interlocutoriam, poſtea vnam contrariam non facta mentione de prima, præſumitur ignorare primam: cum multum iudex ſit implicitus: ita no. in l. quod iuſsit. de re iudic.

Septimò fallit, vbi aliquis in mortis articulo obligaſſet aliquid, quod poſtea legauit alteri: quia tunc fideicõmiſſarius vel leg. debet id luere, & nõ hæres. l. ſi res obligata. de leg. j. & ratio huius fallentiæ quare præſumitur tunc ignorantia eſt, quia quando obligauit erat in mortis articulo: & tunc homines ignorare poſſunt, per l. hac conſultiſsima. C. qui teſta. face. poſſ.

Octauò fallit, vbi tractaretur de valore rei de futuro, & non de præſenti. per l. qui in fraudem credito. ff. qui & à quibus. §. in fraudem. inſtit. quib. ex cauſ. manumit. non licet. ibi, ſperant.

REGVLA CCXX.

b IGNORANTIA circa factum [b] regulariter præſumitur. l. verus. de appella.

ADDITIO.

b *Alienum. Adde d. Pet. Phil. Cor. in conſi 219. incip. ex duplici in literam. in 2. parte, quod talis ignorantia reſtitutionem in integ. inducit. & adde d. Barth. Soc. in conſi. 214. inci. in cauſa. ver. in hac difficultate. & in conſi. 168 incip. in primis. verſi. ſed contra hanc. in 2. parte. Bened. Vad.*

Primò fallit, niſi eſſet tale factum, quod quis ſcire teneretur: quia tunc habetur pro ſciente: vt l. quod te. ff. ſi cert. pet. & eo caſu præſumitur ſimulata. l. j. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſt. vbi Bal. etiam hoc tenet.

Secundò fallit, quando quid eſſet publicè factum: quia in eo, quod publicè agitur, non præſumitur ignorantia: vt no. glo. in c. j. de poſtulatio. prælato. & in l. ſi tutor. de per. & commo. rei vendi. & ibi Bar. niſi in abſente, & in infirmo: vt l. is poteſt. ff. de acqui. hær. & in forenſe etiam. ff. de decret. ab ordi. faci. l. j. & no. Bar. in quæſt. per eum diſputata, de adunantia generali.

Tertiò fallit, vbicunque eſſet denunciatum ad eius domum: vt no. glo. in d. l. ſi tutor. nam præſumitur perueniſſe ad eius notitiam: vt no. Bal. in l. ſcire oportet. §. illud. ff. de excuſ. tuto.

Quartò fallit, vbicunque fuiſſet notatum illud, quod fuiſſet factum: vt no. glo. in l. j. ff. de exce. & eſt glo. ſingula. in l. ſi tutor. C. de excu. tuto. & no. in l. quicunque. C. de ſer. fugit. Bal. in l. j. in princ. C. de cadu. tollen.

Quintò fallit, quando tali facto quis fuiſſet præſens: vt dicit gl. in d. l. ſi tutor. ſed intelligo niſi fuiſſent facta interualla: vt dictum eſt in præcedenti regula.

Sextò fallit, in eo, quem conſtat inueſtigaſſe factum: vt ſi vnius tantùm habuit notitiam, & cenſeatur habuiſſe notitiam totius. arg. l. non eſt ſerendus. ff. de tranſact.

Septimò fallit, in eo apud quem ſit ſcriptura teſtium: vt præſumatur habere notitiam dictorum ſuorũ: vt eſt text. iuncta glo. & ibi per Innoc. in c. conſtitutus. de teſtib. & probatur in authen. ai qui ſemel. C. de probat.

Octauò fallit, in hærede extraneo vt præſumatur habere notitiã tenoris totius teſtamenti: vt in l. eius qui in prouincia. ff. ſi cer. pet. & in l. cum hærede. de lib. lega. Bal. in d. l. tutor. ſed Pau. de Caſt. in d. l. nõ eſt ferendus. dicit quod hoc non videtur ſibi iuri conſonum: cum ipſe hæres poſſit adire hæreditatem etiã clauſis tabulis, vt in d. l. j. §. nouiſsime. C. de cadu. tollen.

Nonò fallit, in factis nobilium perſonarum: nam in his de facili non admittitur allegatio ignorantiæ: ſed præſumitur in alijs, vt no. in c. illorum. de ſent. excom. & not. Abb. Siculus in c. tuam. de ordine cogni.

Decimò fallit, vbicunque aliquod factum eſſet ſæpius tractatum: vt in l. procula. ff. de probatio. & in l. patronus. ff. de confirman. tuto. & not. Bal. in l. alienam. C. de legat.

REGVLA CCXXI.

IGNORANTIA in dubio pręsumitur.l.verus.de appellationi.& ibi nota.

Primò fallit, vbi & inquantum fama laborat, nam fama facit opinionem. l.cum quidã. §.quæ dicitur. ff.de acquir.hær.& ratum falsum inuenitur: quia vniuersi dicuntur ciues.

Secundò fallit, in facto proprio: quia non præsumitur ignorantia.l.fi.ff.pro suo.

Tertiò fallit, in factis vicinorum.l.domus.ff.locati.& in factis consanguineorum.l.de tutela. C.de in integr. restit. & etiam in factis domesticorum. l.consensu.§. super seruis.de repu.& has limitationes ponit Bald. in l.quicquam. in j.col.C.de ser.fugit.

REGVLA CCXXII.

INCENDIVM regulariter habitãtium culpa venisse pręsumitur.l.venditio.ff.de peri.& commo.rei vendi.& no.glo.in l.si modo.ff.de legat.j.& in l.4.§.j.ff.de offic.proconsul.& leg.

Primò fallit, vbi ex parte habitantis probetur, ꝙ incendium aliunde processit, & absq; culpa sua & suorum, pro quibus tenetur.in l.insulam.§.fi.ff.loc.& ita videtur sentire Bar.in l.si quis ex argentarijs.§.pen.ff.de edendo quod est menti tenendum secundum Io.de Imol.in d.l.si modo culpa.sed in contrarium facit, quia conductor non tenetur nisi de lata & de leui culpa: vt l.contractu.ff.de regu.iur.l.si vt certo loco. §.nunc videmus. ff.commo. nisi in casu l.si metus. & ibi notatur.ff.locati.sed culpa, quæ præsumitur in incendio, est leuissima: vt est glo.singu. in §.præter eorum.Instit.qui.mo.re contrahi.ob.&c.

Secundò fallit, quotiescunque ille, qui habitabat in domo, consueuit esse vigil & diligens, & alia indicia contra eum non apparerent. nam tunc in dubio non tenetur de incendio.ita no.domi.Bal.in quodam suo consilio, quod incipit, quidam testator decernere.alleg.in arg. l. non omnes.§.à Barbaris.ff.de re milita.& l.argentum.ff.commodati.quod est notandum: & de hac materia habetur per Saly.in l.quæ fortuitis.in vlti.col.C.de pignoratitia actione.vbi dicit quod hoc est not.

REGVLA CCXXIII.

INCERTITVDO quantitatis vitiat actum.l.cum post.§.gener.& ibi doct.ff.de iure dotium.

Primò fallit, in casu legis, quidam in testamento.ff.de leg.2.& in l.ad instructiones.C.de sac.san.eccl.vbi valet legatum incertum ad refectionem viæ publicæ.

Secundò fallit, in dote, vbi incertitudo quantitatis vel rei non vitiat.d.l.cum post. §.gener.quod intellige etiam procedere si promissio dotis esset facta pro muliere incerta: vt si diceretur quamcunque duxeris in vxorem, &c.l.à Titio.ff.de verbor.oblig.

Tertiò fallit, fauore alimẽtorum: vt probatur in l.si cui annuum.ff.de annuis lega.de quo tamen vide per Cyn. in l.j.de dotis promissione.

Quartò fallit, in legato ad pias: vt est glo. in c.nos quidem.& ibi doct.de testa. glo. & Barto. in l.si cui annuum. ff.de annu.lega.

Quintò in relicto incerto facto causa studij, vel alterius artificij addiscendi: quia tunc nõ vitiatur propter incertitudinem: vt est tex.in l.si Stichus.ff.de leg.3.

REGVLA CCXXIIII.

INFAMIS regulariter efficitur qui actione famosa conuenitur & condẽnatur.l.athletas.§.calumniator.cũ seq.ff.de his qui not.infam.& l.infames. ff.de publi. iudic.

Primò fallit, vbicunque quis litigaret non per se sed per procuratorem: nam tunc licet ipse conueniretur, & eius procurator procuratorio nomine, iuxtà l.j.de sentent.& interlo.om.iudi. Tamen hoc casu nec dominus, nec procurator efficitur infamis: vt probatur per text. & glo.in l. furti.in §.qui alieno.ff.de his qui notantur infamia.

Secundò fallit, quando reus soluit antequam lis contestetur: vt no.Bart. in l.ictus fustium.ff.de his qui not. infa. per l.si reus paratus.ff.de procu.& ibi hoc no.Bar.qui dicit ꝙ sufficit soluere ante condemnationem.

Tertiò fallit, quando tertius successor mãdato ipsius rei solueret: vt tenet Ange.no.in l.non potest.ff.de fur.& hoc etiam est naturale: quia aliquando ex hoc solo crimine sequitur infamia: quia est cõfessus vel conuictus, vt est casus in c.testimonium, extrà, de testi.licet aliquando non efficiatur infamis ex solo crimine, sed demum secuta sententia: vt est casus in d.§.calumniator.& ideo vbi ex solo crimine non infertur infamia, nisi per cõdemnationem, sufficit quod reus soluat ante litem contestatam vel ante sententiam: & ita seruatur cõmuniter in illis qui debent condemnari in arengo: quia si soluunt ante cõdemnationem, & non legitur sententia in arengo tunc talis, non efficitur infamis: sed si ex solo crimine, quando de eo est confessus vel cõuictus, sequeretur infamia: vt d.c.testimonium. non esset bona cautela quòd ipse reus solueret ante lit.cõtesta.vel ante sententiam: quia per solutionẽ, videtur crimen confiteri: vt in l.ad solutionem. C.de re iud.& l.quoniam.ff.de his qui not.infa. & ideo hoc casu est necessariũ quòd alius soluat pro eo siue eius mandato: quod no.

REGVLA CCXXV.

INGRESSI monasteriũ bona & iura omnia in mo-
a nasterium trãseunt.c.in præsentia.[a] & ibi doct.de probat.& in auth.ingressi.de sac.san.eccl.

ADDITIO.

a *In præsentia. Vbi omnino vide Fel. & domi. Ias. Mayn. in d. authen. ingressi.*

Primò fallit, quando ipse haberet descendentes, quibus debetur legitima: cum tunc eius bona transeant in monasterium salua ipsa legitima. 19.q.si.c.j. secundum Io.And. & Inno.in d.c.in præsentia.& hoc habetur in auth. si qua mulier.C.de sac.san.eccl.& facit ad hoc quod not.de regu. c.cum scimus.& extra qui fil.sint legi. c.j.imò & si supersint ascendẽtes, eorum legitima erit salua, vt voluit Innoc. & Io.Andr.in d. c.in præsentia.per id quod habetur.ff.de inoffic.testa.l.nam & si parentibus. & hoc quod habetur in authen.presbyteros.C.de episc.& cle.sed licet ipsis descendentibus detur legitima & seruetur, tamen eam petere non possunt ante mortem naturalem ipsius ingrediẽtis. sed postea: vt voluit Bar.in d.authen.si qua mulier. per illum text.pro quo facit quod not.extra de testi. c.Raynutius.interim tamen ipsi descendentes habebunt alimenta ab ipso monasterio: vt voluit Cy.in d.auth. si qua mulier. cum quo transit domi. Nicol.in c.in præsentia. cum forte non procedat respectu legitimorum filiorum seu descendentium, & dici possit fortasse per tex.no.in d. c.cum scimus.vbi tex.ad literam videtur probare ꝙ filius possit legitimam petere in vita patris.& hoc sentit ibi Io.Andr.& Pet.de Anch.& do.Flo.& Bal.in auth. ingressi.de sac. san. eccl.secundũ d. Nic.qui hoc tenet pleniùs ĩ d. c.in p̃sentia.

Secundò fallit, in eo, qui ingreditur ordinem siue monasterium mendicantium, vt fratrum minorum, prædicatorum mendicantium, circa quos licet fuerint opiniones, quibus eorum bona deputentur, de quibus per Inno.in c. in præsentia.& alios moder.tameq dici & concludi poterit ꝙ si ingrediatur monasterium fratrum minorum, ꝙ tunc bona eius veniunt ad succedẽtes ab intestato: cũ ipsi fratres nõ possint capere, nisi quod habet̃ in cle. exiui.de verb.sign.prout Fed.de Sen.in cõsi.26.& Bar.in tract. minoricarum.ad hoc l.si in metallum. ff.de his quæ pro non scrip.ff.de test.milit.l.neque fratres. C.de hæred.instit.l.j. secundum do.Ant.in d.c.in præsentia. vbi latiùs per Can.

Tertiò fallit, quando tales ingredientes monasterium decederent intra annum probationis: cum tunc eorum bona non perueniant ad monasterium: vt tenuit Cyn.in d.authen.si qua mulier.& dom.Anto.in d.c.in præsentia.

sed

ſed ad illos, quibus reliquerint ſi fuerint teſtati, cum teſtari poſsint intra annum probationis, vt voluit Io. And. in c. beneficium. de regu. iur. in 6. ſi vero non fuerint teſtati, & tunc ad venientes ab inteſtato deuoluuntur, ex quo expreſsè vel tacitè non fuerint collata in monaſterium. arg. l. ſi quis cum nullum. & l. conficiuntur. de iure codi. ſecundum Io. de Imo. in d. c. in præſentia. & hoc etiam diſputando tenuit Petr. de Anchar. prout ipſe refert in d. c. beneficium. de reg. iur. quod etiam habet locum in alijs caſibus, in quibus plenè per Cano. in d. c. in præſentia.

Quartò fallit, quando ipſi ingredientes primò diſpoſuiſſent de eorum bonis: nā tunc diſponere poſſunt prout eis placuerit, vt habetur 18. q. 3. quia ingredientibus. & in auth. de monaſterijs. §. illud quoque decernimus. cum eorum bona non deuoluantur effectualiter & irreuocabiliter ad monaſterium illud: quia diſpoſuerunt ingrediendo. vt per Cano. in d. c. in præſentia.

Quintò fallit, vbicunque perſuaſione alicuius abbatis vel prælati quis ingrediatur monaſterium: quoniam hoc caſu bona ingredientis non applicabuntur monaſterio: ſed debebunt reſtitui eis, qui forent ſui hæredes. text. eſt ſing. 20. q. 3. conſtituit. quem tex. allegat glo. in c. pe. de offic. deleg. de limitatione d. auth. vide per Imo. in l. cū mulier. in 10. col. ff. de ſolut.

REGVLA CCXXVI.

INSTANTIA cauſæ appellationis non poteſt prorogari. l. nemo. C. de temp. appel. Bal. in l. fi. §. fi. eod. tit. & per Antō. de But. in c. ex ratione. de appella.

Primò fallit, niſi fiat compromiſſum in arbitrum: quia tunc illo pendente non currit tempus proſequendi appellationem. per tex. in auth. ſi tamen. C. de tēpo. appel. Spec. in titu. de legato. §. reſtat videre. verſic. item ſi inſtantia. quod intellige ſi fiat compromiſſum poſt appellationem interpoſitam, & ſi partes egerint coram arbitro: ſecus ſi facto compromiſſo nihil egerint, argu. legis, contra maiorem. C. de appel. & ita conſuluit Fulg. in conſi. 120. & Pet. de Anchar. in conſi. 286. incip. Io. And.

Amplia prædictam fallentiam vt non ſolum procedat in arbitro: ſed etiam in arbitratore: vt per Bald. in l. eos. §. apoſtolos. C. de appellationibus.

Secundò fallit, quando eſſet taxata à ſtatuto: quia tunc poteſt per partes prorogari: vt per Bald. in extrauagan. in verbo, in cauſis. de pace Conſtan.

REGVLA CCXXVII.

INSTANTIA conteſtata lite cum defuncto in ſucceſſorem b tranſit. l. tam ex contractibus. ff. de iudi.

ADDITIO.

b In ſucceſſorem. Adde Fel. in c. quia V. circa princ. 3. col. de iudi.

Primò fallit, in fiſco. l. ſi conſtante. in fi. ff. ſol. mat.

Secundò fallit, quia inſtantia non tranſit in ſingularem ſucceſſorem. vt no. Ange. in d. l. tam ex contractibus.

Tertiò fallit, quia ſiue agatur reali ſiue perſonali actione, nunquam tranſit inſtantia in ſucceſſorem poſt concluſionem in cauſa: vt not. Ange. in l. nam & ſi actor. ff. de rei vendicat.

REGVLA CCXXVIII.

INSTANTIA cauſæ principalis tantùm biennio durat. l. fi. C. vt infra cer. tem. cri. quæſtio. termi.

c Primò fallit, ſecundum Io. And. in c. venerabilis. c extrà de iudi. quando verteretur inter clericos, cum tunc infra duos menſes debeat terminari: vt in auth. apud prop. epiſcopos. §. ſi tantū m. in 6. col.

ADDITIO.

c In c. venerabilis. Vide ibidem Fel in princ.

Secundò fallit, in l. vnica. §. 1. C. vt omnes tā ciui. quàm crim. vt eſt in officiali, quando ſyndicaretur, vt ibi, de quo per Bar. in l. 2. ff. ad l. Iul. repet. & in d. c. venerabilis. per domi. Anto. & domi. Nicol.

Tertiò fallit, in caſu l. de ſubmerſis. C. de naufra. lib. 10.

Quartò fallit, in caſu l. fin. C. de dolo. ſed dic aut loquimur de inſtantia cauſæ ciuilis, & hæc regulariter durat trienniо: vt in l. properādum. de iudi. & hoc de iure ciuili, in iſtis caſibus, de quibus per glo. in d. l. properandū. & per Io. And. in d. c. venerabilis. & hoc etiam voluit Io. And. in addi. Spec. in tit. de leg. §. reſtat. verſic. quid ſi ſtatutum. & Bar. in d. l. properandum. vbi plenius de hoc. & ita tenetur ſecundum Io. And. in d. c. venerabilis. nec etiam per iuramentum prorogari poteſt vt voluit glo. in d. l. properandum. quod eſt verum de iure ciuili. l. non dubiū. C. de legibus. ſecus de iure canonico. vt in c. cum contingat. extrà, de iureiuran. ſecundum Imo. & canoniſtas in d. c. venerabilis. vbi latè vide per eos.

REGVLA CCXXIX.

INSTITVTIO facta ſine præſentatione patroni eſt ipſo iure nulla: vt probatur in c. decernimus. de iur. pat.

Primò fallit, quando præſentatus per patronum ſine ſcandalo inſtitui non poteſt: quia tunc epiſcopus poterit inſtituere quem velit ſine præſentatione. tex. eſt & ibi no. Abb. in c. quoniam. de iure patr. & quomodo dicatur imminere ſcandalum in caſu noſtro, declarat Hoſt. in ſumma eiuſdem tituli. verſic. quid iuris.

Secundò fallit, quando non conſtat eccleſiam eſſet patronatam, dato quod aliqui intra ſe contendant ſuper iure patro. quia tunc epiſcopus poteſt inſtituere ibi clericū ſine eorum præſentatione: vt colligitur ex doctrina Abb. in c. ſi vero. eod. titu.

Tertiò fallit, iſta regula in patrono eccleſiaſtico: quia eo ſprero poteſt fieri inſtitutio per legatum de latere. c. cū dilectus. & ibi not. de iure patron.

REGVLA CCXXX.

INSTRVMENTA poſt cōcluſionem in cauſa produci non poſſunt: vt eſt text. gl. & doct. & in c. cùm dilectus. extrà, de fide inſtru. & nor. in l. iubemus. C. de iudi.

Amplia primò, vt locum habeat etiam coram arbitro vel arbitratore, ſecundum Romanum in l. 1. in 3. colum. ff. de arbitr.

Amplia ſecundò, etiam ſi producantur non ad probandum, ſed declarandum priores probationes, ſecundū Roman. in l. admonendi. 6. col. ff. de iureiur. contrarium tamē vide tenentem Fel. in d. c. cùm dilectus. in hac eadem ſecunda ampliatione per eum ibi relata.

Amplia tertiò, etiam ſi ſtatim poſt ſentētiam quis vellet producere, ſecundum Bal. in d. c. cùm dilectus. pro cuius ampliationis intellectu vide ibi Fel. eam referentem.

Amplia quartò, ſi ſit talis probatio facti, quę poteſt opponi poſt ſententiam: quia non ſequitur quòd poſsit opponi poſt concluſionem in cauſa: vt ſing. per Car. in c. licet cauſam. in princ. in pen. quæſt. de proba. vbi dicit ſe vidiſſe obtineri in facto, q. poſt concluſionem in cauſa non poteſt opponi exceptio falſitatis, per tex. in d. c. cum dilectus. pro qua ampliatione vide ibi latiùs. Felin. & dic prout ibi per eum.

Primò fallit, quando inſtrumenta fuiſſent de nouo reperta poſt ipſam concluſionem: vt eſt caſus in l. admonendi. ff. de iureiur. ſecundum vnam lecturam. quam ſequitur ibi Barto. etiam plenius in c. paſtoralis. extra de cauſa poſ. & proprie.

Secundò fallit, in caſu, in quo iudex procedit ex officio: cum poſsit inſtrumenta producere, ſi eidem hoc videatur expedire: cum eidem non ſit præcluſa via. argu. d. c. paſtoralis. & hoc voluerunt domini de Rota deciſio. 5. quę incipit, item ſi poſſunt. & ſequitur ad hoc etiam quod no. extra de teſti. c. cùm clamor.

Tertiò fallit, in cauſis criminalibus cum etiā in eis reus probare poſsit etiam poſt concluſionem in cauſa. arg. l. diui fratres. ff. de pœnis. hoc expreſsè tenetur in l. 1. ff. de quæſtio. ad hoc etiam quod notat. in l. 2. de vulg. & pupil. adde Bar. in l. 2. vi bo. rap.

Quartò fallit, vt in d.c.pastoralis.de causa poss.& proprie.de quo ibi.

Quintò fallit, quando ipsa instrumenta producta fuerunt post ipsam conclusionē parte altera præsente & non contradicente: adeoquod si admittantur non poterit appellari.argu.c.cum dilectus.extrà, de fid.instr.& d.c.pastoralis.Quinimo si producerentur eo non contradicente & admittantur,tenebit admissio:cū ex hoc videatur renunciatum ipsi conclusioni: vt no.per Dom.de Rota. in decisione suprà alleg.argu.c.petitiones.extrà, de causa poss. & proprie.& quod notatur in clemen.sæpe.extrà, de verbo. signi.in verbo,interrogauit.

Sextò fallit, quando conclusio esset facta in causa principali, & in causa appellationis producantur instrumenta antè quàm esset conclusum: cum non solum instrumenta,sed etiam testes quandoq; produci possint, nam disponitur ex ipsa conclusione,secundum Inno.in d.c.cum dilectus.de fid.instr.& c.j.extra de except.

Septimò fallit, in causa publica, pupilli, vel ecclesiæ.vt no.in d.l.admonendi.& in locis pijs, vt not.in c.inter monasterium.de re iudic. isti enim omnes post conclusionē etiam in causa possunt producere instrumenta de nouo reperta:ergo fortius ante sententiā & post publicatum processum.

Octauò fallit, in causis summarijs,in quibus ad instantiam vnius partis post conclusionem in causa iudex poterit aliam partem interrogare,& petere ab ea q etiā producat instrumenta: vt est glo.sing.in clem.sæpe.de verb.sig.

Nonò fallit, vbicunque iudex ex aliqua iusta causa peteret apertè,vt producerentur instrumenta: vt tenet Specu. in tit.de alleg.& conclu.§.j.& not.Bald. in l.j.C.de rescin. nou.pos.

Decimò fallit, nisi quis produceret instrumenta post conclusionem in causa ad declarationem instrumentorū productorum ante conclusionem in causa. text.est no.in c.auditis.de restit.in integr.& prædictæ limitationes procedunt, videlicet quod instrumenta nouiter reperta possunt produci post conclusionem in causa in casibus suprà dictis.Sed limita hoc esse verum,quando terminus ad probandum fuerat assignatus ab homine: secus autem si à lege vel à statuto: quia tunc post conclusionem in causa,nō potest amplius produci, etiam cum iuramento ignorātiæ, ita sing. voluit Bal.in l.exceptionem.C.de probat.per tex. not.in l.qui procuratorem dat. ff.de procur.iuncta glo.ibi, quæ dicit sciens vel ignorans.& dicit ibi Bal.q pluries vidit obtineri, q lapso tempore ad probandum ordinato, non admittitur quis ad producendum instrumenta nouiter reperta cum iuramento ignorantiæ. Aduerte quia hoc dictum non videtur verum, primò quia mitius agitur cū lege,quàm cum instrumento legis, seu cum homine: vt l. Celsus.ff.de arbit.item quia text.in d.l. qui procuratorem dat.dicit ex pœnitentia. ergo patet quòd ibi ante litē contesta,omisit sciens:quia in ignorante non cadit pœnitētia: cum illa sit mutatio voluntatis in contrarium. Nec obsibi dum dicit sciens vel ignorās, quia intelligitur per ignorantiam iuris,secus si per ignorātiam facti,secundū Sal.ita intelligentem l.ita demum. de probationibus. & in l.error, de iur.& fact.igno. per quem reprobatur Bal.& hanc opinionem tenuit Io.de Prato in quadam sua solenni repetit. l.admonendi. ff. de iureiur.in 2. char.& ita dicit se pluries de facto obtinuisse,quod est benè notandum & menti tenendum.

Regvla ccxxxi.

Instrvmenti cuiuscunque publicatio partis citationem requirit,& sic vt aut præsens sit, aut per contumaciam absens: vt per cano.in c.fi.de fid.instr.alleg. no. c.penult.eod.titu.& in c.cùm dilecta.de confir. vti.vel inutil.& de priui.in c.ex parte.& l.fin. C.de fid.instru.& l.de vnoquoque.ff.de re iudic.& c.inter quatuor.de maior. & obedient.

Primò fallit, quando talis exemplificatio fieret per illū notarium qui fecit primum instrumentum,cum talis possit exemplificare & publicare absque citatione alicuius: vt not.in c.cum P.Tabellio.de fid.instrum. & C.de eden. l.si quis in aliquo.& ibi per Bar.

Secundò fallit,quando pars, contra quam fuit exemplificatio vel publicatio facta, fuerit vocata ad contradicendum exemplificationi, & ipsa non contradixit, sed fortè illud,in quantum pro se facit, produxit: cum tunc illi noceat, vt no.domini de Rota decisio.248.

Tertiò fallit,quando imminet periculum in expectando partē:quia tunc possunt talia instrumenta statim transcribi vel publicè exemplari, etiam non præcedente citatione secundum Innoc.in d.c.fi.de fide instr. quod tamen procedit saluo iure absentium: cum ipsi obijcere possint contra hanc secundam scripturam, sicut & poterant contra primam:sicut habetur in c.quoniam.extrà, vt lite non contesta.& de confirma.vtili vel inutili. c.cum dilecta. §. ne igitur.secundum Io.And.in d.c.fin.

Quartò fallit, quando ageretur de innouandis priuilegijs vel indultis in curia Roma. cum transeant per multas manus:quia tunc non exigitur talis citatio, per c.cum dilecta.extrà de confir.vtili vel inutili.& Specu. de instrum. edi.§.ostenso.versi.porro. secus autem si extra curiam: vt per domi.Anto.& domi.Abba.in d.c.cum dilecta.

Quintò fallit, quando statutum vel cōsuetudo eodem modo disponeret, secundum quod not. in d. c.cùm dilectus,de fide instrum.& per Bal.in authen.si quis in aliquo.

Sextò fallit, nisi exemplatio instrumenti fiat de mandato Papæ & authoritate ordinarij: quia non requiritur citatio,secundum Host.in c.peruenit.de fideiussoribus.quem sequitur ibi Imo.in vlti.col.Bened. Vad.

Septimò fallit, nisi aduersarius sit præsens & sciens, secundum Io.And.in simili in c.fin.de elect. in 6.& Bart.in l.j.ff.de in ius voc.secus si esset sciens, licet non præsens: quia tunc requireretur citatio secundum Host.do. Anto. & Imo.in d.c.fi. Bened. Vad.

Regvla ccxxxii.

Instrvmentvm si penes debitorem repertum fuerit,creditor ipsum liberasse præsumitur: vt per Bal. in l.3.ff.de pactis.

Primò fallit, quando appareret de alia causa traditionis ipsius instrumenti: vt est si creditor tradat instrumentum venditionis,in quo erat debitum, vt defenderet emptam rem,vel si creditor tradit instrumentū fideiussori ad hoc, vt agat contra debitorem: cum tunc ex eo non videatur liberatus,si ex causa sit traditum:cum illa causa iusta iudicetur.argu.c.cum voluntate.extra de senten. excom. & in l.qui iniuriæ. ff.de fur. & quod not. in l. cum quidam. ff.si cert.peta.secundum domi.Nicol.in c.ecclesia. extrà vt lit. penden.& hoc voluit Bar.in d.l.3.ff.de pact.

Secundò fallit, si in instrumento debiti apparerent duo obligati, tunc vterque non videtur liberatus, sed præsumendum est, illi cui apparet traditionem factam esse, remissum itidem esse debitum proprium, & eidem cessa actio,& non contra alium:arg.l.j.ff.de donat.& l.si is qui. ff.de libe.legata.& hoc voluit Bart. post Guliel. in d.l.4.ff. de pact. quod procedere poterit,quando apparet tale instrumentum traditum ex aliquo titulo lucratiuo, vt legati vel donationis: alias in dubio videtur potiùs constituisse vnum procuratorem contra alium quàm actionē cessisse secundum domi. Anto.in d.cap.ecclesia.ad hoc quod not.ibi.

Tertiò fallit, quando ex coniecturis appareret animus non remittendi,sed potiùs ob aliquam causam instrumentum fore traditum: cum ad ipsas coniecturas sit recurrendum,vt voluit domi.Nicol.in d. c.ecclesia.adducens no.in c.2.de renun.in 6.

Quartò fallit, quando appareret instrumentum debiti primò traditum per creditorem ipsi debitori, & postea

per

per eum restitutum ipsi creditori: cum tunc per istam secundam traditionem videatur factum pactum de petendo, pro quo nõ dicitur facta liberatio. ff. de pactis. l. si vnus. §. pactum. vt voluit Bart. & Gulie. in d. l. 3. quorum dictũ procedere posset, quando appareret ipsum instrumentum traditum ex aliquo titulo lucratiuo. alias in dubio præsumitur traditum instrumentum ipsi debitori potius, vt se informet, quàm vt videatur debitum remissum, quando appareret postea restitutum re integra: maximè quando appareret infra breue tempus restitutum. argument. capit. in his. extra de verborum signific. & de pœnit. distin. 1. in dubio enim præsumitur titulus donationis. secundum dom. Nic. in d. c. ecclesiam.

Quintò fallit, quando redditur instrumentum tale, in quo non continetur ius in re, sed ad rem prius quàm in re: & sic quodammodo ius est relatum ab ipso instrumento, vt est si resignentur literæ concessæ super re instituta ferenda post institutionem factam: cum tunc non videatur resignatum ipsum ius ex ipsa institutione, quantumcunq; sit quodammodo separatum ab ipsis literis: vt colligitur in d. c. ecclesia. & gl. & ibi per doct.

REGVLA CCXXXIII.

INSTRVMENTVM si per aliquem producatur, regulariter in totum, & non in parte ei stare cogitur: vt per Cynum in l. t. C. de confes. & in leg. secunda. C. de dona. ante nupt. cum simili.

Primò fallit, vbicunque in eadem scriptura continerentur plura capitula separata: quia tunc pro parte approbare potest, & pro parte non: vt probatur in leg. Publia. ff. depositi. in fine.

Secundò fallit, nisi ille, qui produxit instrumentum habens tantum vnum capitulum seu plura connexa habeat præsumptionem iuris cõtra se: quia modo in hoc casu quis poterit pro parte approbare, & pro parte non approbare. vnde si confitearis te occidisse hominem pro tua defensione, possum stare confessioni, inquantum dicis te occidisse. Sed non cogar stare inquantum dicis ad tuam defensionem, quia ius præsumit contra te. vt in l. secunda. C. de sicar. & in l. si non conuitij. C. de iniurijs. ita singulariter tenet Bar. in l. Aurelius. in §. idem quæsiuit. ff. de liber. legat. quod est singulariter notandum.

REGVLA CCXXXIIII.

INTERDICTO vti possidetis seu retinendæ agens, se possidere & in sua possessione turbari dicit: ideo vt contrarius audiendus non est: vt in cap. solicitudinem. de appellationibus.

Primò fallit in corporalibus, in quibus potest possessorium retinendæ, & petitorium ab eadem parte proponi ratione iuris incorporalis, putà ratione seruitutis, pro qua competit interdictum retinendæ: vt not. extra de causa possess. & proprie. capitu. ecclesia. & ff. si serui. vndic. leg. secunda. §. Aristo.

Secundò fallit, in corporalibus quando petitoriũ & possessorium proponeretur ab eadem parte, respectu diuersarum specierum possessionum: quia tunc proponi potest, vt extra de causa poss. & prop. c. pastoralis. de quibus duabus fall. potest intelligi tex. in c. cum dilectus. extrà, eod. tit. secundum Imo. & dom. Nic. ibidem. & latius per eos.

REGVLA CCXXXV.

a INTERDICTVM retinendæ possessionis cũ petitorio [a], secundum communem conclusionem intentari non potest, ne sibi quis contrarius videatur: cum interdictum tale intentans in illa perturbari dicatur, & intentans petitoriũ & rei vendicationẽ alium possidere præsupponat: & actus contrarij simul intentari non possunt, vt l. incerti. C. de interd. & in l. fi. ff. de iud. & in l. ordinaria. C. de rei vendi.

ADDITIO.

a *Cum petitorio. Vide latè per Lanfran. in repe. rub. de causa poss. & propriet.*

Primò fallit, quia potest simul intentari, quando agitur super re incorporali, secus si ageretur super re corporali. casus est in c. pastoralis. de causa pos. & prop.

Secundò fallit, quando potest intẽtari simul diuer. respectibus, idest ratione diuersarum possessionum: putà quia intentat petitorium propter possessionem naturalem, qua possidet alius, & ipse habeat ciuilem: & posteà intentat interdictum retinendæ, quia ille molestat eum in sua ciuili: ita dicit Barto. in leg. naturalem. §. nihil commune. ff. de acquirenda possess.

REGVLA CCXXXVI.

INTERDICTVM recuperandæ vel adipiscendæ possessionis simul cum petitorio secundum communem opinionem intentari põt, vt in l. fundi. ff. de vi & vi arm. & gl. & doct. in l. incerti. C. de interdi. & in l. si de vi. & lege, ordinaria. C. de rei vendicat. & in lege, cum fundum. & in l. naturalem. §. nihil commune. & ibi Bar. de acqui. poss.

Primò fallit, vbi petitum esset iudicium petitoriũ & conclusum in eo, & vult intentare possessorium ad hoc, vt impediat sententiam super petitorio: nam potest, vt est casus in cap. pastoralis. de causa possessionis & proprietatis.

Secundò fallit, vbi nollet intentare possessorium & petitorium ad hoc, vt transfundat onus probandi in aduersarium: putà quia intentaret interdictũ recuperandæ possessionis, & vellet posteà intentare petitorium ad hoc, vt aduersarius probaret illum non esse dominum. ita dicit Bar. in l. naturaliter. § nihil commune. ff. de acquir. poss.

REGVLA CCXXXVII.

b INTERASSE per solum iuramentum [b] probatur, si aliter probari non potest: vt in l. si quando. C. vnde vi. & gl. optima in c. qualiter. de accus. quæ dicit, quòd quando prælatus aliter rationem reddere non potest, suo iuramento statur: vt not. gloss. in l. t. ff. quod vi aut clam. & not. in c. t. quod metus causa.

ADDITIO.

b *Per iuramentum. Vide ad materiam Fel. in capitulo, veniens. el 2. post medium in 4. colum. versicul. quinta conclusio de test.*

Primò fallit, quando ageretur contra aliquem, qui teneretur de dolo alicuius alterius, & non contra illum, qui cõmisit dolum, vt in hospite: quoniam tunc debebit probari per veras probationes. ita not. dicitur in l. t. ff. furti aduer. naut. & in l. si quãdo. C. vnde vi. l. 1. in §. sic ista. ff. depositi: dicit tamen Bar. in locis prællegatis, quòd licet hospes teneatur probare per veras probationes, tamen quando difficile esset, sit probatio per coniecturas verisimiles, scilicet quas vestes solebat portare Venetijs, & considerata conditione sua, vna cum iuramento fiet probatio.

Secundò fallit, vbicunque fuisset commissus dolus: quoniam tunc non probatur per iuramentum, sed solum quando non fuisset commissus dolus. vt d. leg. si quando. C. vnde vi. item quando dolus constat in faciendo: secus autem quando dolus resultat in non faciendo vel committendo: quoniam tunc testes probant, vt est casus in l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. quem ad hoc reputat Ludoui. de Ro. in quodam suo sing. in nu. 401. incipien. interesse & c. pro quo etiam facit tex. in l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. & tex. in c. in primis. 2. q. 1. & pro hoc etiam facit text. in l. pen. C. de don. qui dicit quod in donationibus, quas magistri militum conferunt in militia, & in illis, quæ donantur in reparationem domus combustæ, quòd in casibus prædictis si sit pecunia expensa, probatur iuramento. pro quo facit etiam quod not. tenet Bal. in l. fi. C. de eden. vbi de notario quòd tenetur ad interesse.

REGVLA CCXXXVIII

INTERPELLATIO extraiudicialis regulariter debitorẽ in mora constituit. vt in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verbo. oblig. & in l. si pœnam. ff. quando dies leg. ce. & not. glo. in lege, vinum. ff. si cert. peta. in glo. magna.

Ampliа

Amplia istam regulam procedere etiam si interpellatio fieret per verba enunciatiua, vt si diceret ego illa pecunia, vel scio quòd est discretatus, vel similia.ita not.Bart.in l.& hoc modo.de legat.j.& idem Bar.in l.si quis mihi bona.§. sed quid si mandauit.& ibi doct.de acqui.hæredi.

Amplia secundò, dictam regulam vt non solum interpellatio extrà iud. sed etiã sola notificatio debiti extra iud. constituat debitorem in mora.ita Bal.in l.vinum.ff.si certum petatur.in fine.

Primò fallit,nisi alia mora præcessisset:quia tunc interpellatio non constituit debitorem in mora:sed etiam purgat moram præcedentem.l.Aemilius.versi.dicebam.iuncta glo.ff.de minoribus.

Secundò fallit, quando debitor tempore interpellationis sibi factæ non poterat soluere. ita singul. vult gloss. in leg.vinum ff.si certum petatur, & ibi Angel.& Salycet. & Alexander.

Tertiò fallit, nisi quando peteretur illud quod solũ erat debitum per officium iudicis:quia tunc per talem interpellationem extraiudicialem, non constitueretur debitor in mora: imò requiritur quòd fiat interpellatio iudicialiter: tex.est quem ad hoc reputat sing.Bar.in l.cum postulasset. in princ.ff.de dam.infec.per quem signanter loquitur Bar. in l.si ex legati causa.in si.ff.de verb.oblig.

Quartò limitatur, dicta regula, nisi creditor prius fuisset in mora recipiendi:nam si ipse posteà velit in mora constituere debitorem,non posset per interpellationem extra iudicialem:sed requireretur litis contest.ita sing. dicitur in l.sed & si alia.ff.de compen. per illum tex.in l.si pacto quo pœnam.C.de pac.quem ipse ad hoc intelligit, & dicit esse singu.& videtur suum nouum dictum.Sed in contrarium allegatur text.in l.Celsus.§.fin. cum l.sequen.ff.de arbit.& ad d.l.sed & si alia.responderi potest,quod ibi ante lit.contest. fuerat facta per actorem interpellatio:vnde nihil mirum si expectatur lit.contest.vel potest dici quòd ille text. debet intelligi,prout intelligit Bartolus ibi, & plenius in l. interdum.§.fin.ff.de verbo.obligat.Bald.in leg.acceptam. in 3.q.C. de vsu.& de hac etiam limitatione aliquid tangit Baldus in dicta lege, si ex legati causa.ff.de verborum obligation. & tandem se remittit ad dicta in leg. si alia. ff.de constitut.pecu.

Quintò limitatur, vbicunque fuisset in dolo creditor:vt quia constabat debitorem pecuniam habere,& noluit creditor recipere, & posteà,cum sciuit eum non habere petit: nam tunc debitor non constituitur in mora,etiam per interpellationem iudicialem: & sic vltima mora non nocebit ipsi debitori,vt est gl. valde not.in l.si per emptorem.ff. de actio.emp. & ideo tenebitur expectare creditor per aliquod tempus arbitrio iudicis statuendum, donec debitor possit congregare pecuniam, quam expendit.ita not.Spe. in tit.de arbitris.§.fin.versi.sed pone igitur,&c.

REGVLA CCXXXIX.

INVECTA & illata in domum conductam tacitè pignori obligata sunt.l.item quia.ff.de pactis.& in l. certi iuris. C.locati.

Primò fallit,in casibus alle.in gl.l.item quia.ff.de pactis. & in d.l.certi iuris.

Secundò fallit, quando imposita non sunt ibi duratura: vt est textus in d.l.item quia. vt est pecunia, vel merces venales, quæ domini vsu consumuntur:nã tunc illa non sunt tacitè obligata, vt l.debitor.de pign.& l.Caius.de leg.2.l.generaliter.in §.vxori. ff.de vsufr.leg. facit leg. quæsitum.de legatis tertio.

Tertiò fallit, quando imposita conscribũtur in loco:vt quia in quibuslibet imposuisset instrumentum contra debitores:vt dicit Bal.in d.l.Caius.de legatis 2.

Quartò fallit, quando fuit datus fideiussor.tex.in l.plures.in quib.cau.pig.tacit.contra.

Quintò fallit, quando conductor non esset legitimæ ætatis:vt quia esset minor:vt per glo.in d.l. item quia.licet Bart.tenuerit contrariũm in l.si constante.ff.solut.matr.gl. in l.fin. C.de leg.tut.& has fallen. ponit d. Bened.in l.item quia.ff.de pact.

Sextò procedit prædicta regula in his,quæ in obligatione generali veniunt, secus autem si sunt talia,quæ non veniunt in obligatione generali, vt suppellex, vestis,& ea quæ in ministerio hominis necessaria sunt, & reliqua,quæ quis verisimiliter non esset obligaturus:cum talia non veniant in obligatione generali: vt in l.obligatione generali.C.de pig. quia non veniunt etiam in tacita quæ insurgit ex intectione bonorum, ne plus operetur tacitum quàm expressum:vt in l.cum quid.ff.si certum pet.& l.item quæritur.in §.qui impleto.ff.locati. & hoc tenet Bald. in l.certi iur.C. loc.& refert.Ang.Are.in §.item seruiana a.Instit.de actio. Et prædicta regula debet intelligi non tantum in primo inquilino: sed etiam in secundo inquilino inquilini.l.solutã. §.solutam.ff.de pig.actio. si secundus inquilinus gratuito à primo inquilino haberet:vt l.si gratuitam.in princ.ff.quib. mod.pig.vel hypoth.ta.contra.

ADDITIO.

a *Item Seruiana.Vbi ad hoc vide Iasonem Mayn.*

Septimò item procedit dicta regula nedum in inquilino, verum etiam in colono partiario:vt est gl. sing.in d.§. item seruiana.Insti.de actio.quam Bal.sequitur in d.l.certi iuris.& etiam Bar.in l.si proprie conductor. & not.gl.in l. licet.C.locati. quia nec est etiam proprie socius vt est text. in l.merces.§.vis.ff.locati.ibi,quasi societas.

REGVLA CCXL.

IVDEX vel superior potest authoritate sui officij moderare dilationem legalem.glo. in capi.cum sit Romana.de appella.vt in authen.hodie. C. eod.titulo & ibi doctores.

Primò fallit, in dilatione statuta à lege in actu modici præiudicij, quam etiam ex causa iudex non potest prorogare.glo.& Dominicus in c.pia.in verbis, octo dierum.de except.libro 6.

Secundò fallit, quando iudex moderando dilationẽ legalem se intromitteret de iurisdictione superioris.c.ex insinuatione.de appellationibus.

Tertiò fallit, in principe, quia etiam sine causa omnem dilationem abbreuiat.c.ex ore. de his quæ fiunt à maiori parte capituli.

Quartò fallit, vbi iudex velit in totum tollere terminum legalem.gloss.in l.quod iussit.in fine gloss.magnæ.ff. de re iudi.Specu.in titulo de citatione.§. nunc de emptione.versi.sin.

Quintò fallit,vbi l.assignat certam dilationem, & post ipsam aliquid statuit: quia tunc dilatio non potest mutari, ita Bald.in l.t.C.de requir. reis.& Roma.in l.2. in 11.col. ff.de re iudicata.

REGVLA CCXLI.

IVDEX ab interesse inuito actore reum absoluere potest, cum fauore rei talis solutio introducta sit. l. stipulationes non diui.§.Celsus.ff.de verb.oblig.& not.Bal.in l.t.in 16. col.in fin.C.de sent.quæ pro eo quod interest.

Primò fallit, propter prætoris mortui contemptam authoritatem.vt ff.de oper.noui nunt.l.stipulatio.§.siue.

Secundò fallit, propter rigorem iudiciorum conseruandum:vt ff.de procu.l.non cogen.§.Sabinus.

Tertiò fallit, propter publicam vtilitatem,saltem secundario vt in scriptore qui promisit scribere libros legũ, vel medicinæ vel alios similes, nõ vnam cantilenam:nam iste scriptor potest in compedibus poni, vt d.§.siue.

Quartò fallit,si super ipso facto est appositum iuramentum.ff.de condic.ob causam.l.si pecuniam. in principio.in gloss.parua.

Quintò fallit, si debet fieri aliquod opus piũ vel ad honorem Dei:putà sepulcrum vel capella:vt l.fideicõ.de leg. 3.& has fallentias ponit Bal.in d.l.j.in 9.col.C.de sent.quæ pro eo quod interest.post med.in versi.modò quæri ur.

REGVLA

Regvla CCXLII.

IVDEX ad hoc, vt ad primum & secundũ decretum peruenire posſit, necesse est quod reus latitet: vt not. in l. cũ proponas. C. de bon. auth. iudi. posſid.

Primò fallit, vbi agitur contra reum damnatum & iudex peruenire vult ad executionem sententiæ: quia isto casu non est necesse vt latitet: vt l. properandum. §. sin autem reus. C. de iud. & per not. in l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudic.

Secundò fallit, in eo qui est absens causa reipublicæ & dolosè: quia non est necesse quòd latitet: vt in l. eum qui. la prima. ff. de reb. aut. iud. posſid.

Tertiò fallit, in debitore fisci: quia potest perueniri ad primum siue secundum decretum absque eo quòd latitet reus: vt est casus in l. 1. C. si propter publicas pensitat.

Regvla CCXLIII.

a IVDEX in causa propria [a] quis minime esse potest. l. j. C. ne quis in sua causa ius sibi dicat.

Additio.

a *Propria. Adde Felyn. in capitu. cum venissent. in fine de iudiciis.*

Amplia quòd sicut quis iudex in causa propria esse non potest, ita nec arbiter esse potest. text. est not. in l. pen. ff. de arbit. facit reg. l. j. ff. eo. quod est verum, vt arbiter, sed bene vt arbitrator. lege, si libertus. ff. de operis libertorum.

Primò fallit, quando agitur vtrum sit competens. leg. si quis ex aliena. ff. de iudi. & Pau. in d. l. 1.

Secundò fallit, quia quis pōt arbitrari in causa propria: vt est glo. sing. 28. dist. can. nunc autem. in versi. aut ex ore.

Tertiò fallit, vt ponit Ant. de But. aliquos casus in c. nostri. in vlt. col. de elect.

Quartò fallit, quia ciuitas potest condere statutum & priuilegium maxime vt in causis suis summarie procedatur: vt dicit Baldus in leg. prima. C. quorum appellat. non recipiuntur.

Quintò fallit, in casibus nonnullis alijs positis per Iasonem Mayn. in leg. qui iurisdictioni. de iurisdict. omnium iudicum.

Regvla CCXLIIII.

IVDEX causam in sententia exprimere non debet. leg. in summa. ff. de re iudi. & ita dicit glo. in l. si me & Titium. ff. de excep. rei iudic.

Primò fallit, vbi victus absoluitur ab expensis. nam in illa absolutoria debet exprimi causa, vt est not. tex. in auth. post vsuc. C. de iud.

Secundò fallit, in sententia absolutoria ab obseruatione iudicij. vt l. properandum. §. illo. C. de iudicijs. & ita tenet Ant. de But. in c. examinata. de iudicijs. in 3. col.

Tertiò fallit, vbi sententia fertur contra actorem, qui habet fundatam intentionem suam in aliqua causa superuenienti, & fertur sententia pro reo: vt quia soluit pendente iudicio. nam tunc debet reus absolui expressa causa: quia soluit: vt probatur per gloss. in l. vtique. de rei vend. & potest iudex in sententia adijcere secundum Ang. in l. absoluimus. quia soluit pendente iudicio, in quo erat condemnatus nisi soluisset.

Quartò fallit, quando sententia esset lata expressa falsa causa: quia iudex appellationis si reperiat causam expressam esse falsam, & reperiatur alia causa vera, propter quam sententia debeat infirmari tūc debebit exprimere causam veram in sententia sua iudex appellationis. glo. est sing. secundum Ang. in l. fin. ff. quod cum eo.

Quintò fallit, in sententijs Cardinalium: quia communiter Card. reddunt causam sententiarum, secundũ Hosti. in c. Cardinalibus. vt ibi refert Ioan. And. in 6. col. in vers. fin. in nouel. & vide per Flor. in hac materia in l. aduer. in princ. ff. si mens. fals. mod. dixerit.

Sextò fallit, quando sententia est pro parte condemnatoria: quia debet intus inseri ratio quare potius pronuntietur in vno capitulo, quàm in alio. ita dicit Bald. in cap. cum olim. de præscript.

Septimò fallit, quando quis absoluitur propter ineptam petitionem: vt in c. examinata. de iud.

Octauò fallit, quando quis absoluitur propter ineptam petitionem & iudex recedit à iure communi. l. sciendum. de appel. recip.

Nonò fallit quando iudex absoluit eò quia nō posſidet, ne posteà actori agenti de noua possessione, exceptio rei iudicatæ obstet: vt in c. pen. de except.

Decimò fallit, in sententia excommunicationis, vt in c. medicinalis. de sententia excommunicationis. & in cap. sacro. eod. titu.

Vndecimò fallit, in causa criminali. lege, præsens. ff. de pœnis.

Duodecimò fallit, vbi sine expresſione causæ sententia est incerta. l. 2. §. ignominia. de infa. & Spec. in tit. de sent. §. quod autem. prope finem. & has quinq; fallen. & alias ponit Bal. in c. sicut. de re iud. in 1. col.

Decimotertiò fallit in sententia, in qua oritur regressus de euictione: quia debet exprimi causa concludens in primo regressu. item debet constare quod emptor succubuit propter malam causam, & non propter culpam. ita dicit Bal. in c. sicut à nobis. in 2. col. de re iudic.

Decimoquartò fallit, quia si apparet quod quis habet bonam causam: licet male egerit, iudex debet illam actionem bonam in sua sententia reseruare. ita dicitur in l. clandestina. ff. qui potiores in pignore habean.

Decimoquintò fallit, in causa appellationis: vt in c. sicut. de re iudi. & ibi per glo.

Decimosextò fallit, quando sentētia fertur contra eum qui habet fundatam intentionem suam. gl. est in lege, vtique. ff. de re iudi. & ibi hoc notat Bal. vt patet in alia rubrica, & vt supra dixi in tertia fallentia.

Regvla CCLXV.

a IVDEX petitus [a] suum interponit officium, & non alias. l. 1. C. vt quæ desunt aduoc. par. iu. sup. & in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto.

Additio.

a *Petitus. Adde dom. Pet. Phil. Cor. in consi. 293. incip. in hac. in litera f 3. parte.*

Primò fallit quando iudicis officiũ concernit id, in quo
b versatur publica vtilitas [b]. ff. de offic. præsidis. l. congruit. & in auth. vt nulli iudicum. §. 1. & §. quoniam. & C. de episc. & cler. lege, si quis in hoc genus.

Additio.

b *Publica vtilitas. Quam fallentiam limita prout infra in reg. 100. Bened. Vad.*

Fallit secundò, in casibus in quibus licet vertatur priuata vtilitas: tamen concerneret honorem iudicis. ita intelligatur. C. de appel. l. eos. §. fin. & l. iudicibus. eod. tit. & Bar. sequitur in d. §. hoc autem. in tertia oppositione.

Fallit tertiò, vbi officium iudicis concernit miserabiles personas: vt in l. nec quicquam. §. aduocatos. ff. de offi. proconsul. & C. de administ. tuto. l. sancimus. §. 1. & tenet Bar. vbi supra in 4. oppositione.

Fallit quartò, in his quæ concernunt principaliter personam iud. & iur. publici obseruantiam: vt dicit Bart. in d. l. 1. C. vt quæ desunt aduoc.

Quintò fallit, in emergētibus post litem contestatam, etiam si partium vtilitatem concernant. ff. de ædilitio edicto. l. ædiles. §. item sciendum. ex quo inferas quòd in expensis potest ferre sententiam iudex, etiam si partes non petierint: licet pars non teneatur si iudex non condemnasset. & ita intelligatur gl. in l. fin. §. beneficia. quando appell. non est necesse. de quo per Bar. in d. §. hoc autem. in 6. q. & idem dicendo de fructibus, de quo tamen vide in Spec. in tit. de alleg. §. fin. versi. fructus.

Sextò fallit, in his, quæ concernunt ius prætoris. l. quos prohibet.

prohibet.ff.de postul.de quo vide quod tangit Bart.in l.prima,de iurisdi.omn.iudic.

Septimò fallit, vbi iudex ad sui informationem repeteret testes post didicita testificata.l.vbi tenet.ff.de interrog. act.& in auth.de testibus.§.illud.& extrà,de testib.c.cum clamor.& de fide instrumen.c.cum Io.eremi. Bar.in d.§. hoc autem.in 2.oppositione.

Octauò fallit, vbi supplet defectum partis absen.inducendo instrumenta & alias probationes,de quo in authen. qui semel.C.quo.& quan.iudex.& l.ampliorem.§.1.ff.de appel.de quo per Bar.in d.§.hoc autem.

Nonò fallit, vbi inquirere vellet ad reperiendam veritatem post instrumenta in iudicium producta:vt in auth.de tabell.in princip.cum ibi not.

Decimò fallit, vbi iudex vellet inquirere post conclusionem testium productorum.gl.est not.in l.licet.in versi.inimicitiæ.ff.de testibus.

Vndecimò fallit,in causa criminali, in qua potest quærere defensionem accu.l.si non deferri.ff.de pœnis.& de appel.l.non tantum.vbi per Angelum.

Fallit 12.in quæstionibus omnibus,quæ veræ sunt,vt l. 1.ff.vt quæ desunt adu.& in Spec.de elig.& postu.§.fi.

Decimotertiò fallit,in his,quę sunt ei cognita vt iudici, etiam si in facto consistant:vt gl.in l.vbi pactũ.C.de transf. & Gul.de Cu.in d.§.fi.ver.item sicut.& probatur in l.si interruptione.ff.fin.regundo.

Quartodecimò fallit,in his,quæ veniũt ex natura actionis.in l.bonæ.§.fin.ff.de ædil.edic.& Guliel.in dict.§.fin. versi.creditor.

Decimoquintò fallit, in electione, in qua iudex debet supplere ea,quæ illius substantiam concernunt. 67. dist. c. Petro.& 61.dist.c.suffraganeis.de elec.c.pro nobis.& Spe. in d.§.fi.& Arch.in d.c.quia.

Decimosextò fallit, & hoc est singulare,vbi vertitur cõmune periculum, putà si contrahatur matrimonium cum consanginea:quia tunc iudex ne talia fiant interponit officium,tex.est de clandest.despon.capitulo,in iudicio.Guli. in d.§.fin.& Archid.in c.pia.de except.

Decimoseptimò fallit, vbi cognoscit partem sine actione experiri:ita dicit glo.in d.l.vbi pactum.C.de transact. ad hoc tamen vide quod not.Bar.in l.si Titius aut Seius.de verbo.oblig.

Decimooctauò fallit, vbi actio præsupposita fuisse inepta.l.1.ff.si mens.fals.mod.di. de quo vide Bal.in l.1.ff.de iur.omn.iudi.

Decimononò fallit, e in notorijs, de quo per Bal.in l.1. vt quæ desunt aduoc.par.& glo.in leg.1.C.qui & aduersus quos.Bal.in l.1.ff.de pet.hæred.

ADDITIO.

e *Fallit.Huic Fal.adde d.Pet.Phil.Corn.in consi. 2.incip. hac.in litera b.in 2.parte.*

Vigesimò fallit, in causa criminali, in eo, qui promisit stare sub pœna, & non stetit secundum Bartol.in l.si quis. ff.de cu.reorum.& est casus extrà, de iureiuran.cap.ad nostram.el 2.

Vigesimoprimò fallit, vbi iudex cognosceret per inquisitionem vt not.dixit Inn.in c.extrà,de postu.præ.de quo vide Bal.in l.2.§.si publico.ff.de adul.

Vigesimosecundò fallit, vbi fuisset proposita inepta exceptio.l.Labeo.& ibi per Bar.ff.de fide instru.

Fallit 23.vt per Odof.& Bald.in l.j.vt quæ desunt aduo. par.& l.1.C.de edendo.

Vigesimoquartò fallit, in casu leg. apud Labeonem.§. quod ait.ff.de iniur.

Fallit 25.secundum quosdam in omnibus contractibus bonæ fidei, quod tamen non est semper verum vt dixi in l.3.de transf.& in l.age.de quo dic vt ibi.

Vigesimosextò fallit,in casu incidenti vel emergenti coram iudice,secundum gl.in l.filiusf.ff.de procu.§.veteri.

Vigesimoseptimò fallit, in casibus gestis coram se:quia tunc supplere poterit. C. de iudicijs.leg. properandum.§. sinantem.

Fallit 28.in allegando consuetudinem,quæ est notoria vt quando dicitur esse iuris & non facti.ita dicit Bald.in d. §.veteri.licet aliter sentiat in d.leg.1.vt quæ desunt.ad.sed pro primo dicto videtur casus in d.c.ad audientiam.extrà, de simonia.vbi iudex se mouet ad faciendam seruari consuetudinem laudabilem.

Fallit 29.in casu mirabili.§.fin.de petit.hær. quem aliter allegat Inno.in c.Ray.in vlt.gl.in fin.& Arch.1.q.7.c. adierit.facit l.si pater.ff.fam.ercis.

Trigesimò fallit in casu, in quo executio iurisdictionis esset offensa.l.2.C.de sportu.& C.de testi.l.nullum.

Fallit 31.in arbitrarijs,per ea quæ habentur in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his quæ not.infam. & in l.si seuerior.C.eod.tit.

Fallit 32.in casu c.tua.de consang.& affi.& in c.fideiuss. de offic.ord.

Fallit 33.etiam,quia inquiritur ex officio in causa principis l.si vacan.& l.pen.de bon.vac.C.

Fallit 34.etiam quia inquirit episcopus vel Papa de iuribus causæ.c.cum venissent.de institutionibus.

Fallit 35. quia interponet officium non petitum ad concordiam partiũ inducendam.l.æquissimum. ff.de vsusf.l.1. §.operis.ff.de noui oper.nun.vltimò adde gl.sing.28.q.1. c.iudicandum.quã refert & sequitur Bal.in d.§.pœna grauior.in 2.opp.primæ partis principalis.quòd omnibus alijs casibus,quibus potest iudex officium suũ interponere non petitum,eidẽ iudici semper incumbit onus probandi causam propter quam se mouet ad officium interponendum: ideo dicit not.Bal.in l.vbi pactum.C.de transf.quod iudex potest suppere defectum personæ,non causæ,&c.

REGVLA CCXLVI.

IVDEX de qua re cognouerit,de ea pronuntiare debet:vt in c.cum super.extrà, de cauf.pof.& propriet.& l.de qua re.ff.de iudic.

Primò fallit hęc regola in quamplurimis casibus,de quibus per gl.in fi.d.c.cum super.circa quæ vide & not.in c.j. de postu.prael.in 6.

Secundò fallit,vltra glo.in causa criminali patricij consultoris, & multorum similium : vt C. vbi senatores vel clarissimi.

Tertiò fallit, in priuilegijs sedis apost.extrà, de iu.cap. cum venissent.

Quartò fallit,propter appellationem,& recusationem, vel reuocationem:pronuntiare enim potest iudex, qui cognouit.extrà de appell.c. dilectus.c.secundo requiris.& c. intimasti.& extrà vt lite penden.c.ecclesia.el 2.secundum Io. Andr.in d.c.cum super.secundum quem fallit ibi in c. constitutus.el 2.de appel.

REGVLA CCXLVII.

IVDEX de actis gestis in causa testificari potest.tex.est & gl.& doct.in c.cum à nobis.extrà,de testi.& ibi Io.Cald. & Bar.& Bal.in leg.nec in arbitris.C.de arbitris.

Primò fallit,tamen in casibus,de quibus per Cano.in d. c.cum à nobis.Et primò fallit, quando non ad probãdum sed ad formationem & pręsumptionẽ inducendã produceretur:cum ad hoc induci possit,per id quod habetur 18. dist.consimilis.& hoc modo potest intelligi c.non sine.extrà,de arbit.secundum vnum intellectum.

Secundò fallit, quando induceretur de voluntate partium cum tunc induci posit.& probatur per c.romana.de testib.in 6.

Tertiò fallit quando induceretur ad testificandum non pro ipso actu gesto, sed contra ipsum:cũ tunc possit testificari:vt d.c.non sine.secundum alium intellectum.

Quartò fallit, quando non induceretur ad testificandũ super eo, quod nõ venit ad testimonium, sed ad iustificandum quod fecerunt:nec in eis potest ascribi laus aut vituperium

perium: cum tunc testificari possit, per not. in d. c. inter dilectos. de fid. instr.

Quintò fallit quando induceretur ad testificandum in defectum aliorum: cum tunc testificari possit, per not. in dictis iuribus: vt voluit d. Nicol. in d. c. cum à nobis. extrà, de testi. ad hoc adde quod habetur in c. 1. & c. peruenit. extrà, de testi. cogen.

REGVLA CCXLVIII.

IVDEX ex officio suo ad priuatam vtilitatem, etiã in criminalibus, procedere non potest, nisi petatur: vt in c. innotuit. extrà, de elec. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. insec. & l. cum postulassent. eo. tit. vbi per Bar. & doct.

Primò fallit, quando debitor iurasset non repetere vsuras: cum tunc repetere iudex ecclesiasticus possit, & ex officio inquirere ad commodum ipsius iurantis. vt est tex. expressus in d. c. ad nostram. el 2. de iureiur. secundum Ioan. Andr. & Imo. ibidem.

Secundò fallit, quãdo iudex ecclesiasticus inquirere vellet de statu & iuribus ecclesiarum: cum possit hoc ex officio facere, si sit Papa: quia ex plenitudine potestatis potest, secundum Innocen. ibidem. & extra de Inst. c. cum venissent. secus autem si sit episcopus, vel inferior à Papa: cum talis teneatur iura seruare. extrà, de testib. c. cum olim. secundum Inno. ibi. cum quo transit Io. An. in d. c. ad nostrã. el 2. remittens se ad not. in c. fi. extrà, de foro compet. in 6. imò non solum Papa, sed etiam inferior iudex ecclesiasticus, potest inquirere de rebus ecclesiæ, quando sunt malè occupatæ, vel malè detentæ: cũ tunc detur excessus, ad hoc quod habetur extrà, vt lite non contest. c. quoniam. §. sunt & alij. & ibi per Inn. & Ant. quod tamen non videtur simpliciter verum, per not. in c. cum olim. extrà, de restit. spol. secundum Ioan. de Imol. in d. c. ad nostram. vbi vide. sed secundum Inno. indistinctè poterit iudex ecclesiasticus inquirere super iuribus ecclesiæ ex officio: cum tunc teneatur inquirere super rebus principis: vt plenè per dom. Nicol. in d. c. ad nostram.

Tertiò fallit, quando vellet inquirere ipse iudex de iuribus principis cum possit. C. de bonis vac. l. pen. & fi. lib. 11. secundum ipsum Inn. & Io. An. in d. c. ad nostram. cũ quibus transeunt communiter doct. ibidem.

Quartò fallit, quando inquirere vellet inter cõiuges de consanguinitate: vt extrà, de diuor. c. porro. vel de aliquo alio vinculo: cum subsit eadem ratio, secundum Inn. & Io. And. in d. c. ad nostram.

Quintò fallit, quando vellet inquirere ad commodũ miserabilium personarum: cum possit, si sint oppressæ. vt no. extrà, de resti. spol. c. solitæ. vt dicit Io. de Imo. post ipsum do. Ant. in d. c. ad nostram. imò poterit indistinctè pro miserabilibus personis inquirere, quando actus est pius. l. nec quicquam. §. aduocatos. ff. de offic. proconsul. ad hoc quod not. in l. 1. §. præterea. ff. de suspect. tut.

Sextò fallit, quando vellet se intromittere pro obseruatione propriæ causæ. vt in c. ad audientiam. secundum In. & d. Ant. & Io. de Imo. in d. c. ad nostram.

Septimò fallit, quando vellet inquirere pro executione testamenti ad piam causam, cum possit. vt d. c. tua. extrà, de testam. & in authen. de ecclesi. tit. §. præterea si quis voluerit ædificare.

REGVLA CCXLIX.

IVDEX sententiam per alium regulariter recitare non potest. tex. est & gl. in c. fi. de sent. & re iud. in 6.

Primò fallit, in episcopis: vt vult tex. in d. c. fin. quod verum est, si sit confirmatus & consecratus: cum dignitas & honor principalis alijs non competat: vt in d. c. 1. de translat. epis. & in d. cap. j. de excess. prælat. & ita disputando tenuit Dom. de S. Gemin. vt refert do. Ant. in d. c. j. & si alibi gl. fin. dicit quòd episcopus ante consecrationem non vocatur episc. sed electus: vt est gl. in l. 1. ff. de reli. do.

Secundò fallit, in iudicibus illustribus & superioribus in l. 2. C. de sent. ex breuiculo recitan.

Tertiò fallit, quando ex pluribus iudicibus vnus recitat sententiam ex mandato, & in præsentia aliorum: vt in capitulo, cum ab vno. extrà, de sent. & re iud. lib. 6.

Quartò fallit, in conseruatoribus: vt in c. fin. de offic. vica. in sexto.

Quintò fallit, in inquisitoribus hæresis, vt c. commissi. de hæreticis. in 6.

Sextò fallit, in sententia interlocutoria: vt per Bal. in l. fi. C. de sent. ex breuiculo recit. per glo.

Septimò fallit in casibus, in quibus valet sententia sine scriptura: vt in d. c. fi. de re iudi. & gl. super verbo, illustriũ. in istis enim casibus sententia poterit legi, & recitari per alium præsente & mandato iudi. vt in dic. c. ab vno vbi de hoc plenius vide.

REGVLA CCL.

IVDEX in causa sua [a] aut liberorum, seu suorum familiarium, quis regulariter esse non potest. l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdi. omn. iudio.

ADDITIO.

a *Sua. Vide Feli. in c. cum venissent. in 1. col. de iud. in fi. & d. Ias. May. in d. l. quid iu. Bened. Vad.*

Primò fallit, in iurisdictione voluntaria: vt l. si consul. ff. de adopt. l. apud filium. alias est l. j. ff. de offic. præs. & ideo quis in sua causa potest filium coram se emancipare. dict. l. si consul.

Secundò fallit, quando actio esset tempore peritura: vt puta quia esset periculum in mora: & tunc permittitur ei cognoscere vsque ad lit. contest. & sic quousque perpetuetur actio: vt tenet gl. in d. l. qui iurisdictioni. in verbo testis. pro quo facit quod habetur in l. sed si restituatur. versi. sed cum duo. ff. de iudi. & tenet Ludo. de Roma in l. si verò. in §. de viro. in 2. fallen. ff. solu. matr.

Tertiò fallit, in breuibus & leuibus causis ratione paruitatis suæ. l. senatusc. ff. de offic. præsi. facit quod tenet Lud. de Ro. in §. de viro. in 5. fal. de paruitate rei.

Quartò fallit, vbi consuetudo disponeret quòd possit esse iudex in facto proprio: per tex. notabilem in c. j. de pœnis. quod videtur mirabile quòd talis consuetudo valeat tribuens facilitatem, & occasionem delinquendi. in c. non putauimus. de consu. lib. 6.

Quintò fallit, si inter litigantes consanguineos sit paritas affectionis respectu iudicis. vt in l. non solum. ff. de ritu nupt. & in c. postremo. de appell. in gl. in c. cum R. canonicus. de offic. deleg. & 3. q. 5. c. 1. vbi loquitur de testam. per Lud. de Roma in d. §. de viro. in 18. fallent.

Septimò fallit, si conuenirentur liberi vel alij corã patre officiali: nam si actor confidit de eo, non est deneganda iurisdictio, secundũ Io. de Imo. in d. l. qui iurisdi. sicut alias ratione inimicitiæ quis repellitur à testimonio, & tamen, si inimicus vult inducere in testem suum inimicũ potest: vt probatur in principio ibi, barbaricæ gentis.

Septimò fallit vbi persona iudi. esset talis, ꝙ omnis suspicio verisimilis cessaret: vt si esset monachus, ita singulariter dixit Speculator in titulo, de iudice delegato. §. superest. versiculo, si non est consanguineus. arg. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mi. & in l. j. in princ. ff. de testibus.

Octauò fallit, in iudice delegato secundum glo. in l. j. ff. de iudi. & ratio differentiæ est: quia ordinatus non potest recusari tãquã suspectus de iure ciuili, vt in l. nemo. & ibi not. C. de iud. om. iud. & ideo grauissimum fuisset quòd talis posset recusari, sed delegatus, tanquam suspectus, bene posset recusari. vt leg. apertissimi. & ibi plene notatur. C. de iudi. & in auth. ibi posita. & ideo poterit esse iudex: vt tenent Bar. & Bal. in l. qui iurisdictioni. eo. tit.

Nonò fallit in officiali, putà notario vel assessore, qui de liquit in officio: quoniã ille cuius fuit ipse officialis potest esse iudex. & ab eius sententia non poterit appellari: vt est tex. in l. nulli. C. quorũ appel. non recip. & 2. q. 5. ulli. quod ita intelligit Bart. & Ang. in d. l. nulli. post antiquos. & not.

Spec.

Spec.in tit.de cõpetẽtis iudicis additione.§.sequitur.verſ. in materia reliqua.vide per Spec.in d.§.excipitur.verſi.itẽ quia maritus.& per eundem in titu.de remiſſ.§.1.& vide per gl.& doct.in d.c.poſtremo.de appel.vbi habetur vſque ad quem gradum conſanguinitatis prohibeatur quis iudex inter ſnos.& vide per Bar.in d.l.qui iuriſdictio.& per doc. poſt glo.in c.mutuante.de offi.deleg.plura inter cætera tangit ibi Card.& Imo.an conſanguineus conſanguinæi mei prohibeatur eſſe iudex in cauſa mea, quemadmodum & meus conſanguinæus, ſe remittunt ad not.in c.poſtremo, ad quod facit quod not.per Bal.in l.1.C.ſi quacunq; præd. po.vel ad eum pert.& Cy.& Bal.in l.ſi quis.C.de teſtibus. in vlt.colum. vbi tenent quod non ſolum inimicus meus, ſed etiam amicus inimici reddatur ſuſpectus.ad quod facit text.in l.1.§.patronus.in verbo, inimicus.ff.de offic.præſ. vrb.& in l.liberi.C.de inoſ.teſtam.

REGVLA CCLI.

IVDICIS authoritas regulariter quem à pœna excuſat. text.eſt in l.ait prætor.§.penult.ff.de min.&ibi glo.& in leg.furti.§.qui iuſſu.ff.de his qui not.infa.& in l.2.§.caſus. ff.de aqua plu.arcen.& not.gloſſ.in l.id quod.ff.de iuriſdi. omnium iudic.

Primò fallit, niſi authoritas iud.iniuſtè eſſet interpoſita:quia tunc non excuſaret à pœna. ita not.Bart.in l.iuſtè. ff.de acq.hær.& in l.meminerunt. C.vnde vi.quod tamen intellige niſi authoritas iudicis eſſet interpoſita iuris ordine ſeruato:quia tũc excuſat à pœna,licet iudex iniuſtè pronuntiet.ita tenet do. Abb.in c.ad noſtrã.extrà, de iureiur. quia imputandum eſt parti,quę non appellauit:ſed qui nõ ſeruat ordinem iuris actus eius eſt ipſo iure nullus, & non excuſat,nec eſt neceſſaria appellatio: vt ibidem ipſe tenet. eodem modo iuſſus patris excuſat regulariter filium vel ſeruum:vt not.glo.in c.mulieres.in glo.fin.de ſent. excom. quod ſing.limita, videlicet quod mandatum patris vel domini mitius debeat puniri.& pro hoc alleg.duos text.egregios vnus eſt in l.ſeruus.C.ad l.Iuliam de vi.alius eſt in l.2. C.de ſepulcro violato.& pro hoc alleg.tres glo. ſingulares hoc idem tenentes in l.ſeruus.ff.de act. & obliga. bene faciunt ea,quæ notat Bar.in l.non ſolum.in §.non mandato. ff.de iniurijs.& eſt optima gl.in lege, ſi ea.ff.de regulis iur. Bald.& Sali.in d.l.ſi ſeruus. quod perpetuo tene menti, vt ſcias adiuuare illos, qui interficiunt homines de mandato dominorum ſuorum.

REGVLA CCLII.

IVRAMENTVM in probationis ſupplemẽtum defertur. Primò fallit,quia iuramentum in ſupplementum probationis non defertur vbi lex,vel ſtatutum, vel alia diſpoſitio requirit probationes exactiſsimas vel pleniſsimas, vtendo ſuperlatiuo,vel euidentiſsimas,vel liquidas,ſeu dilucidas,vel manifeſtas, ſeu veras,vel plenas, ſeu legitimas. glo.eſt ſingul.quam doctores ſequuntur in l.fin.quod metus cauſa.Ludoui.in ſuo ſing.12.quod incipit, tu ſcis quod datur omnis.& Bal.in l.ſi. C.de ſecundis nup. pro quo etiã vide not.per Inn.in c.cognoſcentes.de conſti.& quod per Card.ibidem in 6.oppo.& quod per tex.in l.ſi creditor.C. de pig.& vt per Bald.in cap.ſacramentum.de confuet.rec. feu.& per glo.ſing.in c.cupientes.in ver.plenam.de elect. & vide gloſſ.in l.cum de indebito.in princ. in verſi. legitimam.ff.de probat.& gloſſ.in l.ſemper.§. offi. quod vi aut clam.& per Alberi.de Roſa.in d.l.cum de indebito.& videquæ habentur per Lud.Rom.in l.admonendi. de iureiur.per c.2.de probatio.& per glo.in c.ſtatutum.§.inſuper. de reſcript.in 6.

Fallit 2.quia tale iuramentum non defertur vbi dicitur quod procedi poſsit facta fide.gloſ.eſt in c.cupientes.in §. quod ſi per 20.in verbo,facta fide.de elect.

Fallit 3.vbi probatio deducitur in conuentione, vt quia dicatur in ſtatuto vel teſtamento,ſi probaueris,vel probatum fuerit:quia non defertur tale iuramentum.iſtud ſing. tenet Bartol.in l.ait prætor. ſi iudex.iuxta. fin.ff.iudi.ſol. & Bald.in leg.in bonæ fi. C.de inreiuran.& ratio eſt, quia non eſt propriè probatio : vt leg.ſed & ſi poſſeſſ[illegible].§.fina. ff.de iureiuran.

Fallit 4.ſi in ſententia dicatur condemno, ſi probarum eſt iſto caſu non videtur abſolutus propter inopiam probationis.ita dicit Bald.in c.quò ad conſultationem in prin.2. colum.extrà,de re iudi.per Bart.in l.Lucius.ff.de condit.& demon.& hoc etiam alleg.Bal.in l.j.& 5. C.de ſen.quæ ſine certa quantitate.

Fallit 5. quando ſtatutus eſt terminus ad probandũ per omne genus probationis:quia tunc elapſo termino nõ poteſt peti tale iuramentum:vt not. Bal.in c.cum contingat, de iureiur.& idem videtur tenere Angel. in l.certum. §.ſi quis abſentem.ff. de confeſ.& vide Domi. de ſancto Geminia.in c.1.§.2.qui in 2.col.de exceptio.idem tenet.& ratio eſt ſecundum Bal.quia iuramentum eſt loco probationis,vt ſuprà dictum eſt.

Fallit 6.vbi agitur de legitimatione perſonarum : vt eſt in procuratore ad agendum:nam licet probauerit ſemiplenè, iuramentum prædictum in ſupplementum probationis non defertur.& iſtud tenet Ange.in l.non ſolum.§.qui in alieno.ff.de procur.& Lud.in l.admonendi.præalleg.licet Fran.Accur.tenuerit contrarium in l.1. C.de procu.in ſuis addi. & eſt ratio:quia mandatum debet liquere vt per Bal.in d.§.qui in alieno.& vide Inn.& doct.in c.inſinuante.& in c.cum dilectus.de ſuc.ab inteſt.licet ſecus ſit in reuocatione mandati probanda:quia in illo caſu defertur iuramentum prædictum vt in c.inſinuatione.de procura.

Fallit ſeptimò,quia procurator non admittitur ad recipiendum ſolutionem cum cautione de rato,nec ſufficit ſemiplena probatio cum iuramento: quia debet liquere de mandato:vt in authent.de collat.§.eos.ſecundum Bald.in d.§.qui in alieno.

Fallit octauò , quia ſi quis eſt procurator in rem ſuam, & vult ſibi ſolui,debet hoc probare,nec defertur hoc caſu prædictum iuramentum. ita dicit Bald. in dict. §. proximè allegato.

Fallit 9.ſi quis agit vt ceſsionarius:nam liquidè debet docere de ceſsione,nec prædictum iuramentum defertur.ita Bal.in d.§.proxi.alleg.

Fallit decimò , in executione iudicis : nam mandatum ſuum debet liquere. & ideo prædictum iuramentum non defertur:vt per Bald.in d.§.qui in alieno.in fine tertiæ columnæ,&c.

Fallit 11.vbi eſt quæſtio. vtrum filius ſit legitimus.quo caſu non defertur iuramentum in ſupplementum probationis.ita dicit Bal.in l.bona fide.C.de iureiur.

Fallit 12.in cauſa criminali, quia in ea non defertur iuramentum tale:glo.eſt in l.3.§.1.ff.de iureiurando.& Spec. in titulo de iura.dela.§.1.& Bald. & alij in l. in bonæ fidei. C.eodem.ſed Ludo.in l.admonendi. dicit hoc eſſe arbitrarium, per textum in c.fin.in fine.extrà, de iureiur.& vide Bald.in l.ſi.C.de teſti.& vide Bar.in l.maritum. ff.de quæſtio.vbi per ipſum.

Fallit 13.in cauſis ciuilibus & criminalibus à priuato defeendentibus, & infamiam irrogantibus : quia in iſtis non præſtatur iuramentum tale. & ita not. Spec.in tit.de iuramen.dela.in ver.ait autem plenius inſtrueris.vt quæſt.Bal. in leg.bonæ fidei.de iureiuran.& vide de hoc gloſ. in capitulo,tam is.extrà, de teſtib.& ibi per doctores & not.Cardina.in capitulo , cognoſcentes.in 6.quæſt.extrà, de conſtitutionibus.licet Bart.ſenſerit contrarium in l.maritus.ff. de quæſtionibus.

Fallit 14.in cauſa ſyndicatus:quia ſi eſt ſemiplene probatum contra officialem , non defertur ſibi tale iuramẽtum. ita tenet Ang.in l.1.C.vbi de ratiocinijs agi oporteat.

Fallit 15. in cauſa vſuraria : quia non defertur tale iuramentum.ita dicit Baldus in l.in bonę fidei.C.de iureiuran. quod intelligo quãdo ageretur criminaliter,vt puniatur ex ſtatuto:alias ſecus.& facit quod no.Ioan. And.in capitulo, quanquam.

quanquam. de vsuris. in nouella. & ista causa vsuraria sapit vim criminalis: vt habetur in clement. exigendi. de vsur. & vide Bald. in l. in bonæ fidei.

Fallit 16. quando probanda est ingratitudo: nam si probatum est semiplenè, non defertur iuramentum tale, casus est in l. fin. C. de secundis nuptijs.

Fallit decimoseptimò, vbi est causa vsuraria famosa: quia iuramentum tale non defertur, licet non sit criminalis. ita tenent Canonistæ in capitulo finali. extrà, de iureiurando. & Specul. in §. vt plenius. de iuramen. dela. sed contrarium tenet Bartolus in leg. nam & postea. §. si damnetur. ff. de iureiurand. sed ibi loquitur de iuramento iudiciali vel conuentionali.

Fallit decimooctauò, vbi agitur de dolo: quia non defertur vt dicit Bald. in l. 1. C. qui & aduer. quos. & gl. in l. 3. §. 1. ff. de mino.

Fallit decimononò, quando obijcitur exceptio excommunicationis: quia in vim dilatoriæ non defertur. quia requirit aptissimas probationes: vt est textus in capitulo, qui. in verbis, aptissimis documentis. extrà, de exceptionibus. in 6. & ita tenet Ludo. de Roma in quodam sing.

Fallit vigesimò, vbi est quæstio, vtrum aliquis sit filius spurius: quia non defertur in tali causa, quæ est quodammodo famosa: cum sit in famia quædam esse illegitimum secundum Azo. in summa de infami. & not. Bal. in dicta l. in bonæ fidei.

Fallit vigesimoprimò, vbi causa est ciuilis & magna: quia tale iuramentũ non præstatur: gl. videtur hoc tenere in d. l. admonendi. & in d. l. in bonæ fi. & quia causa ciuilis magna æquiparatur criminali: vt in l. propter litem. de excusa. tut. & vide gl. in l. 2. & ibi hoc not. Bal. C. de probationi. & sentit glo. in c. cum contingat. extrà de iureiur. & vide Bald. & Cyn. in l. in bonæ fidei.

Fallit 22. vbi pœna petitur ex contractu: quia tale iuramentum non defertur. ita dicit not. Bald. in l. 1. in 3. oppos. in 2. columna. C. de his quæ pœ. no. quia ad istud probandum debet liquidè probari, secundum eundem facit. l. fin. C. de probat.

Fallit 23. dicta regula vbi agitur ad interesse: quia ratione lucri debet plenè probari, nec defertur tale iuramentum. ita not. dicit Bald. in dict. leg. 1. C. de sent. quæ pro eo quod interest.

Fallit 24. in causa beneficiali secundum Bal. in l. in bonæ fidei. quia causæ beneficiales regulariter sunt graues. item quia tractatur de præiudicio tertij, scilicet, ecclesiæ. & de hac quæstione vide Domi. de S. Gemin. in c. j. in vlt. col. in tit. de eo qui mit. in pos. causa rei seruandæ.

Fallit vigesimoquintò, vbi tractatur de probando præscriptionem, quæ est inducta in pœnam negligentiæ, ita dicit Bald. in leg. admonendi. licet quidam illum reprehendant. igitur, &c.

Fallit 26. vbi agitur de rescindendo sententiã: quia tunc istud iuramentum non habet locum. ita dicit Bal. in l. fi. C. si minor se maiorem dixerit, per illum tex. & Lud. Roma. in d. l. admonendi. igitur, &c.

Fallit 27. in causa feudali, vbi est quæstio de feudo: quia non defertur nisi possessori. ita dicit Bal. in l. j. §. si vasalli. de consue. rec. feu. idem ponit Bal. in l. in bonæ fidei.

Fallit 28. & isti casus non continentur amplius sub primis tanquam extrà, vbi factum in iudicio deducitur, quod de sui natura debet esse pluribus apertum: tunc probatio vnius testis non sufficit pro semiplena probatio. & sic non potest deferri tale iuramentum. vt not. Barto. in d. l. admonendi. & doct. in c. cum contingat.

Fallit 29. vbi debet probari notorium: quia nõ defertur iuramentũ. & ratio huius, & præcedentis est, quia tale quid debet similiter sciri per plures. & ita tenet Bald. in l. de quibus. de legi. quod not. &c.

Fallit 30. vbi probanda est consuetudo: vt dicit Bald. per prædictam rationem in d. l. de quibus.

Fallit 31. vbi agitur de communi vsu loquendi vel intelligẽdi: quia largo modo appellatur consuetudo, secundũ Bal. in d. l. de quibus. vide Bar. in l. Labeo. ff. de supel. legata. & in lege, liberorum. §. quod tamen Cassius. de leg. 3.

Trigesimosecundò fallit vbi est tale pactũ, quod verisimiliter venit ad notitiam eius. nam & hoc casu non defertur iuramentum. istud ponit Bar. & Bal. in l. in bonæ fidei.

Fallit 33. vbi lex requirit certum numerum testium pro solennitate formali: quia tale iuramẽtum non defertur. vt dicit Bal. in l. 2. C. de bon. pos. secundum tab. & Lud. in d. l. admonendi. probatur in l. cum quærebatur. de leg. 2. & ibi gl. & Bal. in c. j. §. item si vasallus. qui succes. teneantur.

Trigesimoquartò fallit in executione vltimæ voluntatis. & sic in vltima voluntate non defertur tale iuramentũ in supplementum probationis, secundum Baldum in l. nõ solum. §. qui in alieno. ff. de procurato in 3. colum. & idem tenet ipse Bald. in vlt. q. C. de bonorum possessione secundum tabulas.

Trigesimoquintò fallit, in casu monachali, vt est gl. ord. in d. l. 3. §. 1. & ibi per Bar. & doct. ff. de iureiur. & per Ant. de Butr. & alios in dicto capitu. cum contingat. & est ratio quia per monachationem quis obligatur Deo, & inferior illam tollere non potest: vt in capitu. cum inferior. de maiorita. & obed.

Trigesimosextò fallit, quia contra præsumptionem consuetudinis non defertur hoc iuramentum: tex. est not. in d. §. præterea. in tit. quid sit inuestitura. in vsibus feudorum. & ibi hoc tenet etiam Bald.

Trigesimoseptimò fallit in cõtractu in scriptis celebrato: nam eo semiplenè probato non recurritur ad hoc iuramentum. vt in auth. sed nouo iure. C. si cert. peta. & ita dicit Salyc. in l. in bonæ fidei. C. de reb. creditis. & idem dicit in auth. sed nouo iure. in vltimo notabili.

Fallit 38. quando pars aduersa non fuit citata ad videndum deferre iuramentum: quia talis delatio non tenet, secundum Bar. in tit. de controuersia inuesti. in 3. col. in fi. & idem tenet Ang. in l. certum. §. si quis absente. ff. de conses.

Fallit 39. si iudex deferat iuramentum parte non petente, talis enim delatio non tenet: vt not. Bar. in l. admonendi. circa fi. & est ratio: quia iudex non debet impartiri officium suum non petentibus. vt l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto.

Fallit 40. vbi in causa est conclusum: quia pars non potest petere sibi deferri iuramentum. vt not. Bald. in titu. de controuer. inuesti. per Bal. in l. admonendi. & Bal. in c. cum contingat.

Fallit 41. quia iuramentum tale nunquam defertur, nisi viso & discusso quod talis sit effectus probationis. nam causæ cognitio in eius delatione requiritur: & partis citatio, secũdum Bal. qui ita notauit in c. j. de gradi. succes. in feud.

Fallit 42. vbicunque causa omittitur, vt sub hac forma procedatur de iuris rigore, & non de æquitate. nam hoc casu iudex non poterit deferre iuramentum, vt colligitur ex doctrina Bald. in capitu. 1. si de feu. fue. contro. vbi dicitur quòd iuramentum potius debet deferri ei ex æquitate, quàm ex legis rigore, vide Baldum in capitulo primo. de gradi. succe. feud.

Sequitur vide de personis propter quas iuramentũ non defertur, & primo de persona eius cui defertur, secundo de persona testis. hoc dicit.

Fallit 43. quando ille, qui debet iurare, est talis quod non potest esse testis vel non est omni exceptione maior, vt infamis infamia facti, Iudæus, vel alius infidelis. vide Bald. in l. qui accusare. C. de eden. & Bal. in d. l. admonendi.

Fallit 44. si ille est vsurarius, cui defertur, secundum Bal. in l. improba. C. de infami.

Fallit 45. quia non defertur prædictum iuramentum stipendiario, qui est infamis infamia facti, secundum Albericum de Rosa. in l. 3. §. lege Iulia. ff. de testi. & Bald. in d. l. qui accusare.

Fallit quadragesimosextò, quia non defertur iuramentum illi, qui semel iurauit falsum. tex. & ibi gl. ordin. in capitulo, per nullius. 22. q. quinta, & est text. in c. non potest. in fine. 2. quæst. 7. & idem 23. quæst. 1. quinque. & not. in capitulo, testium. de testi.

Fallit 47. quia non defertur iuramentum tale excommunicato in causa defensionis, vbi potest comparere si semiplenè probauit. ita not. dicit Bald. in cap. inter priorem. de except.

a Fallit a quadragesimooctauò, quia non defertur hoc iuramentum ei qui facilis est ad iurandū. istud not. dicit Bal. in l. qui sub condit. ff. de condit. institut.

ADDITIO.

a *Fallit. Adde eundem dom. Bart Soci. in consi. 155. incip. præstantissimus. ver. 41. & vlti. in 2. parte. vbi dicit, quod nunquam defertur periuro, nec de facili defertur rustico, cum ipse non dicatur legalis, & sit facilis ad deierandum. Bened. Vad.*

Fallit quadragesimononò, quia non defertur ei qui sua culpa amisit instrumenta, vt quia laceranit ea, vel offuscauit. ita not. dicit Bald. & Paul. de Castro in l. 1. C. de fide instrumentorum.

Fallit quinquagesimò, quia si agitur contra aliquem debitorem, qui est furatus instrumentum creditori, non sufficit probare amissionem, si amisit aliquo casu: ideo probare debet de instrumenti tenore, & demū deferre sacramentum: alias non. ita dicit Ange. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. alleg. ad hoc glo. singul. in l. si quis iniquum. C. de fide instrumentorum.

Fallit 51. quando semiplene probans fuit negligens in faciendo semiplenam probationem: quia eidem non defertur prædictum iuramentum.

Fallit 52. quia non defertur tale illi, qui nescit veritatem rei. glo. est not. in l. maritus. & ibi Barto. ff. de quæst. & not. per docto. in c. cum contingat.

Fallit 53. quia hoc iuramentum nō defertur pupillo, sed tutori deferendum est, si probatum est semiplenè. ita not. Pau. de Cast. in l. videamus. incip. ff. de in lit. iuran.

Visum fuit de persona cui defertur, nunc videndum est de persona testium.

Fallit 54. quādo testis non est omni exceptione maior, vt quia affinis, colonus, vel alia persona domestica. quo casu non defertur iuramentum: vt dicit Bar. in l. admonendi. & Bald. in c. fin. de iureiur. & in c. sacramentum. in titu. de consuetudine recti feu. & dicitur quis omni exceptione maior, cum nihil potest contra eum opponi: vt est gloss. in capitulo primo, de consan. & affinit. & in §. item verò. Institu. de inuti. stipula.

Fallit 55. quando testis est fœnerator, vel spurius: vt Azo in summa de infami.

Fallit 56. quando testis est infamis infamia facti: quia non defertur hoc iuramētum: cum non sit integer homo. l. Cassius. ff. de Sena. & vide ad hoc gloss. & Nico. de Mata. Cyn. & Bald. in l. 1. C. de sum. trinit.

Fallit 57. quia non defertur iuramentum si testis deposuit primò, & postea tractu temporis variat: quia per istam variationem minor adhiberetur fides primo dicto. & pro hoc vide Io. An. in c. præterea. extra de testi. cogen.

Fallit 58. quando testis non fuit legitimè examinatus, licet fuisset habilis: vt quia à notario nō à iudice: vt per Bar. in l. admonendi. & per doct. in d. c. cum contingat. quo casu tale iuramentum non defertur. ita not. dicit Bal. in c. sacramentum. in tit. de consue. recti feud.

Fallit 59. si testis interrogatus non reddit rationem sui dicti: vt dicit Bald. in cap. sacramentum. de consuetu. recti feu. in 2. facie. & pro hoc facit optimè quod not. Bal. in leg. presbyteri. C. de episcop. & clericis. vbi dicit quòd duo testes, non reddentes rationem dicti sui, non reprobant instrumentum.

Fallit 60. si contra partē aduersam, & testem in me productum, ego protestor me velle opponere contra eius personam, & postea ille testis deponat pro me. nam etiam si sit nobilis non inducit semiplenam probationem: cum iudex præsumat collusionem inter me objicientem & testē. istud est dictū not. Archi. 37. dist. c. si quis velit. & ita Lud. in quodam suo sing. quod incipit, tu scis: & pro hoc videtur tex. in c. præsentium. de testibus.

Fallit 61. vbi est aliqua præsumptio contra semiplenam probationem: nam tunc, quia semiplena probatio est elisa, non defertur hoc iuramentum. glo. est nota. in l. j. C. qui & aduer. quos. & ibi Bar. Bal. & doct. & not. Angel. in l. fin. ff. quod metus causa. quod fallit nisi esset leuis præsumptio: vt not. Præposi. in c. super eo. ante finem. de testibus.

Fallit 62. licet sit facta semiplena probatio, si non est verisimilis: quia in contrarium sit aliquid verisimile dicitur semiplena elidi. & sic non defertur iuramentū. ita dicit Bald. in l. j. in 2. col. circa me. C. qui & aduersus quos.

Fallit 63. vbi contra semiplenam probationē est aliqua præsumptio etiam leuissima, per d. gl. in d. l. 1. C. qui & aduersus quos. vt si esset testimoniū de auditu, qui facit æqualem probationem: vt not. Anto. de But. & Innoc. in c. præterea. de testibus.

Fallit 64. si probādus est error notarij: quia licet quis probauit per vnum testem, non defertur sibi iuramentū: quia præsumptio est contra eum, quòd notarius non errauerit. & ita dicit Bal. in l. Imperatores. de statu ho.

Fallit 65. vbi probandum est pactum contrarium extraneum à natura contractus, quod non solet poni in simili contractu. ita not. dicit Bald. in capitulo primo. quid sit inuestitu. & vide Bal. in addit. Spec. in titu. de iure dotium.

Fallit 66. vbi propter defectum iustitiæ secularis habetur recursus ad iudicem ecclesiasticum, iuxta not. in cap. nouit. de iudi. & in c. licet de suspecto. de foro compet. & not. Bald. in cap. si quis per 30. annos. §. fin. versic. postremo. si de no. fue. inuesti.

b Fallit b 67. vbi sunt testes singulares, quia non defertur tale iuramentum vt not. Bald. in l. de quibus. ff. de leg. & est ratio, quia testes singulares, etiam si essent mille, non faciūt semiplenam probationem: vt habetur l. iureiur. C. de testi. & per Bal. in l. 1. eod. tit. Sed hoc fallit in singulari, qui comprehenditur sub aliquo principe vel vniuersitate: vt si volo probare possessionem, vnus dicit quod collegi frumentum alicuius vel vinum: vel vidit arare. nam hoc casu probat. idem si quis vult probare quod aliquis dixit missam & vnus deponit quod vidit dicere confessionem. alius quod vidit dicere euangelium alter leuare corpus domini. quod isti probant. ita not. Inno. in c. qualiter & quando. de accu. & habetur. 1. quæst. 1. in c. nihilominus. per glō. & doct. in l. hoc carmen. §. fin. ff. de test. & per Ang. in sua disputatio. quæ incipit, Alien. miles, &c.

ADDITIO.

b *Fallit Vide Lanfranc. in repe. l. admonendi de iureiur. in 19. col. versi. 2. conclusio. & adde quod habetur per Pau. de Cast. in consi. 166. in princ. 2. col. quòd singularitas tunc nocet tantum, quando probatio remanet dubia: quia potest se habere ad esse & non esse, aliàs non, quando omnia tendunt ad esse & ad eundem finem sine quacunque dubietate. alleg. not. per Bal. in l. 1. circa si pen. col. C. de testa. Bene. Vad.*

Fallit 68. vbi adest præsumptio minor semiplena probatione. gloss. alleg. pro not. & ibi per doctor. in leg. licet. §. si minor. de mi.

Fallit 69. vbi est sola fama probata: quia nō potest deferri prædictum iuramentum. & ita not. Bal. in c. fi. de iureiu.

Fallit 70. quando testis deponit in causa vniuersitatis: quia non est omni exceptione maior, & ideo iuramentum prædictum non defertur. ita dicit Bald. in leg. in tantum. §. vniuersitatis. de rerum diuisione. allegando Speculatorem in tit. de testibus.

Fallit 71. vbi aliqui testes requiruntur pro forma: quia non præstatur iuramentum in supplementum probationis. ita not. dicit Bald. in c. 1. in §. quia vasallus. de controuer. inuesti.

Fallit 72. si statutum vult quod solutio non posit probari nisi per instrumentum: nam facta semiplena probatione non est locus iuramento. ita dicit Bald. in additio. Spec. in tit. de probatio. circa medium.

Fallit 73. quia non defertur iuramentum alicui, vbi aduersarius eius plene probauit. ita dicit Bald. in addi. Spec. in tit. de iura. dela.

Fallit 74. quando vnus testis asignat bonam rationem, alius testis malam pro dicto suo: quia diminuit fidem alterius, & ideo non defertur iuramentum, sicut si nullam causam baberet. ita dicit Bald. in l. de quibus. 124. col. ff. de legibus.

Fallit 75. in alio casu in l. imperator. ff. de statu homi. vbi Bald. ponit.

Fallit 76. si actor ꝓbauit plenè & reus semiplenè: quia reo non defertur dictum iuramentum. vt dicit Bald. in c. sicut. extrà, de probatio. in vltim. col.

Fallit 77. quia non defertur illi qui plenè probauit. ita dicit Bald. in capit. sicut, in 1. col. extrà, de probatio. per illum text.

Fallit 78. quia contra matrimonium, scilicet, quod non tenet si per vnum testem est probatum, non defertur iuramentum. secus si pro matrimonio, ita dicit Bal. in l. mulieri. in fin. extrà, de iureiur. vide suprà in 42. fallen.

Fallit 79. si est dubium super intellectu legis vel statuti, & cum non consistat in facto, non defertur iuramentum prædictum, vt dicit Bald. in c. iuramentum: in 2. col. extra de iureiuran.

Fallit 80. si est statutus terminus ad probãdum per omne genus probationis: quia post illum terminum non posset deferri prædictum iuramentum, nisi ad purgationem. ita dicit Bald, in c. fi. in pen. col. extrà, de iureiur. & de hoc vide suprà in duodecima fallentia, & similiter infinitas similes fallentias in locis ibi allegatis.

REGVLA CCLIII.

IVRAMENTVM habet vim clausulæ codicillaris. l. cùm pater. §. filius matrem. de leg. 2. Bart. in l. si quis pro eo. de fideiusso.

Primò fallit vt procedat in iuramento testatoris, secus in iuramento delato per testatorem hæredi. ita singulariter Bart. in l. 2. per illum tex. cũ gloss. C. communia de leg. verum est quod dicit ipse contrariũ. d. §. filius matrẽ. vbi formaliter summando tex. dicit iuramẽtum testatoris vel hęredis. de quo per Ias. in d. l. 2. infrà, communia de lega.

Secundò fallit dict. §. filius matrem, vt procedat quãdo testamentum deficit ratione solennitatis omissæ: tunc iuramentũ bene vim habet clausulæ codicillaris, secus quando deficeret ex defectu substantiæ in persona testatoris, vel ratione deficientis consensus. ita limitat Ludouic. in consil. quingentesimo decimoseptimo, incip. in casu propositæ consultationis arche celeberrimorum docto. consilia in 9. col. in fin. & sequitur. d. Franc. de Aret. in cõsi. 24. incip. quatuor dubia, in secunda col. facit l. finalis, de non numerata pecunia. vbi iuramentum nihil facit quia deficiebat consensus.

REGVLA CCLIIII.

IVRAMENTVM recipit interpretationem secundũ subiectam materiam, super qua præstatur. l. finali. C. de nõ numerata pecunia. l. fin. ff. qui satis. cogan.

Primò fallit cùm intelligitur hoc procedere in contractu, in quo deficit consensus: quia iuramentum non intelligitur nisi quatenus quis verisimiliter consensit. ita tenet Imol. in cap. per tuas. & Alexand. in l. si conuenerit, & alij ibi allegati per mod. & ita communiter tenetur. pro quo facit quod not. Aret. l. 1. §. si quis ita. in 5. col. ff. de verborum oblig.

Secundò fallit, & intellige prædictam conclusionẹm vt reguletur secundum naturam primordialẽ, non autem secundum accidentalem. argum. l. item veniunt. §. cum præ diximus. ff. de peti. hæred. gloss. & scriben. in l. certi condictio. in princ. ff. si certum peta. intelligitur autem natura primordialis, quæ considerata regula, semper habet locũ nisi ex causa: tunc est natura accidentalis: facit quod not. Bald. in cap. 1. in 3. col. infrà, de his quę metus causa.

Tertiò fallit quia debes intelligere prędictam conclusionem, vt iuramentum ita reguletur, ꝙ faciat aliquẽ obligari efficacius, non autem plus. ita tenet Decius in c. 1. de iud. arg. not. per Alex. in l. 1. ff. de pact. & Mod. in l. miles. §. decem. ff de re iudicata. de quo dic vt per eum, cuius ratio non impugnat hoc dictum.

Quartò fallit vltra dicta ibi per Moder. quod d. l. fi. procedit in iuramẽto simpliciter & generaliter prolato: quia regulatur secundum naturam cõtractus: secùs in iuramento explicitè prolato: quia illud ad vnguem seruandum est. ita tenet Baldus in cap. quæ in ecclesiarum, in sexta colũ. de constitut. & Cald. in consi. 1. in rubr. de iureiuran. quæ tamen limitatio videtur contra nota. in l. si quis maior. C. de transactio. & not. per Iason. in l. sancimus. vbi allegat quasdam decisiones Bald. C. de testi. in secunda colum. & Bald. in consilio quadringẽtesimo quadragesimo primo, in, quinta parte. vbi dicit quod iuramẽtum factum in parte instrumenti intelligitur factum super toto. adde ꝙ iurans in contractu implicitè, intelligitur iurare super omnibus, Alexand. in consil. 21. in penult. col. versi. & ex prędictis, in 3. volumine.

Quintò fallit quia d. l. finalis, procedit solùm de iure ciuili, secùs de iure canonico, quo iure iuramentum maiorẽ efficaciam habet. l. pactum quod dotali. C. de colũ. iuncto. cap. 2. de pacto lib. 6. l. non dubium. C. de legibus, iuncto cap. cùm contingat. extrà de iureiur. & ita Mod. sequútus contrarium tenet do. Anto. in c. Quintauallis. in 25. colũ. de iureiuran. refert in consilijs Francis. de Cur. in cons. 3. in secunda columna.

Sextò fallit ꝙ l. fi. procedit in iuramento de non contra ueniendo, secus in iuramẽto assertorio, putà, quia iurando dixi, iuro prædicta omnia vera esse, &c. & ita tenet Io. de Imo. in l. nemo potest, & ibi Ias. ff. de leg. 1. de quo per Angel. Aret. Instit. de exceptio. §. 1. c. 18.

Septimò fallit d. l. finalis vt non habet locum quando quis soluere promisit in aliquo loco: nam quamuis pœniteat, tamen sortietur ibi forum ratione contractus: quia lex fingit eum ibi contraxisse. ff. de actio. & obligatio. cũ si. l. 3. ff. de bo. auto. iudic. poss. & l. hæres absens. §. fi. ff. eod. & ista conclusio procedit etiam quò ad accessoria, in quibus quis sortitur forum in loco, in quem collata est solutio: vt Abb. dicit in c. dilecti, per illum tex. in tit. 1. de foro comp. & sequitur simpliciter Decius ibi, sed in contrariũ facit quod not. Bar. in l. 1. de vsu. per l. si fundus. ff. de euic. sed solue vt ibi per Bart. ex cuius dictis collige, quòd vsuræ attenduntur non pro consuetudine regionis in qua cõtractum est. sed pro consuetudine regionis in quam destinata est solutio, quod procedit etiam si reus alibi conuentus sit: vt declarat ibi Saly. post gloss. facit regula, quòd in quo cognoscitur de principali, in eo etiam cognoscitur dę accessorio. l. minor. 25. annorum. in fi. princi. ff. de euictio. Bald. in l. ordinarij, in 2. not. C. de rei ven. Mod. in rubric. super eodem. in prima col.

REGVLA CCLV.

IVRAMENTVM ille, cui defertur, iurare vel referre necesse habet: aliàs verò in magna turpitudine est. tex. est in l. manifestæ turpitudinis. ff. de iureiurando.

Primò fallit in eo, qui iam plenè probauerat intentionem suam antequam deferretur iuramẽtum: quia tunc ipse non cogitur referre nec iurare. imò consuetudo contraria dispositioni legis non valeret: vt est tex. not. in c. 1. de probationibus.

Secundò fallit vbicunq; actor nihil probauit: quia actore nihil probante, reus absoluitur.l.qui accusare.C.de edē. & in c. vnico, vt ecclesia, beneficia, & hæc regula. dict.l. manifestæ, debet intelligi quando actor aliquid probauit, sed non plenè: ita singula. limitat illam l.Specu.in titu. de iuramen.delatio.§.1.versic.si autem actor.per c.fi. de iureiur. Sed Paul.de Castro in d.l.manifestæ.& in l.iusiurandum.§.ait prætor.ff.de iureiur. tenet contrarium per l.generaliter.C.eod.titu.& respondet ad l.manifestæ,per d.§.ait prætor quia illa limitatur prout ibi per eum, & etiam dicit quòd tex. in d.c.fi.§.fane,de iureiur.non obstat,quia loquitur in iuramento necessario seu prærogatiuo: cum deferatur a iudice non à parte, & hanc secundam opinionem tenet Bald.in d.l.manifestæ,in lectura antiqua non tamen facit mentionem de dicto Specul.idem videtur etiam esse de mente Angel.in dicta l.manifestæ, sed Abb. in dicto capitulo, sequitur opinionem Specul.& dicit quod ita sentit Ioannes Andr. in dicto capitulo fin. super text.in verbo, & nihil præstiterit. super gloss. 2. & pro hoc adducit dom,Bartol.in l.bonæ fidei. C. de ireiurando, dum dicit quod causa seu lis decidi debet per iuramentum: ergo ex simplici delatione, & dicit quod ita videtur sentire gloss. & Bartol.in dicta l.in bonæ fidei, et in l.admonendi, de iureiuran.& dicit hoc intelligi tam in iuramento, quod defertur à iudice, quàm quod defertur à parte. quia si ex hac causa potest recusare iuramentum necessarium deferendum à iudice: vt d.cap.fina. magis etiam iudiciale, & pro hoc facit secundum eum quod not.Ioan. Andr. in cap.1. de clandestina desponf. & text. in c. 2. eodem tit.& Bart. opinionem puto veriorē.& pro hac opinio.adduco text, in dicto cap.finali, inducendo sic.Nam ibi primò dicitur, quòd si actor omnino in probatione defecerit, reus dicitur obtinere si nihil præstiterit: postea autem dicitur, præsumptione verò fauente pro illo, reo potest deferri iuramentum sed nota dictionē verò, quæ est aduersaria & dicitur aduersari in iure & in facto.l.iureiur.& fi. lege.ff.de peti, hæred.& in l.1.ff.ne quis eum.l.vsusfruct. ff.de verborum obligat. vt ergo aduersetur in iure & in facto, necesse est intelligere versiculum, fanè, dum dicit quòd si actor omnino in probatione defecerit, quòd nihil omnino præstabit. ita quòd nulla præsumptio est pro eo. nam verbum omnino est vniuersale negantis, vt notatur in capitulo, & si CHRISTVS, in glos.in verbo, omnino, de iureiurando, & est text. & ibi per Bartol. in l. Græcè. §. illud. ff. de fideiuss.item est necesse exponere verba, si nihil præstiterit, dato quod nō iurauerit: quoniam ille qui iurat aliquid prestat: quia prestat ipsum iuramentum. & ita etiam exponit Ioan. Andr. quæ expositio est facienda, vt verba intelligantur semper secundum subiectam materiam.l.si in stipulationibus.ff.de verborum signific. & in c. ex literis.cum ibi not.de sponsa.vnde in versi.præsumptione.in verb. optime nouit. aduersatur in facto & iure, in facto, quia ibi loquitur quādo est presumptio pro actore, in versicu.autem fanè, loquitur quando nulla præsumptio est pro eo. item aduersatur in iure. quia ibi reus absoluitur si ne iuramento: sed in verbo præsumptione alleg. vers. debet deferri iuramatum. vnde eo iudicio ibi aptissime probatur, quòd ibi nulla præsumptio est pro actore, & reus debet absolui sine iuramento, & dicit ibi dominus Abbas hoc esse notandum: quia multi decipiuntur credentes generaliter quòd aduersarius vel iudex posset deferre iuramentum.& istam opin. expressè tenet Hostien.in summa, de iureiurand. in rubr.de iura.assertio.§.1. versi. vel posset aliter intelligi, vbi dicit lex quòd manifestæ turpitudinis est, nolle iurare vel iuramentum deferre. quod debet intelligi quando est præsumptio pro deferente: sed si non est aliqua presumptio pro deferente, tunc potest indistinctè recusari iuramentum: quia non committit aliquam turpitudinem, ex quo non est præsumptio pro deferente.

Limitat ibi Paul.de Castr.dicit enim q. illa l.cum fini. habet locum quando actor vult deferre iuramatum reo, antequam constet quòd ipse actor nō probauerit: vt quia non omnes sunt examinati testes.nam quando vult deferre iuramentum reo, tenetur reus, & tunc reus debet iurare vel referre iuramentum, postquam omnes testes essent examinati & publicatus processus & sic apparet intentionem rei fundatam: nam non posset actor ipsum compellere ad iurandum, sed debet simpliciter absolui. & dicit quod hoc multum sibi placet. & quod habet æquitatem: quia econuerso si intentio actoris esset fundata, non audiretur reus volens deferre iuramentum actori: vt l.in contractibus.§.illo.C.de non num.pecu.& in c.2.de prob. & pro ista opi.allego bonum text.in l.tutor.in princ. ff. de iureiuran.vbi dicit text. quod tutor deferens iuramentū omnibus probationibus deficientibus, audiēdus est. ad idem. facit l.cum de indebito.§.in quibus.ff.de probat. vbi tex. dicit quòd ille, cui probandi onus incumbit, potest deferre iuramentum aduersario suo de veritate dicenda, dummodo priùs iuret de calumnia: debet tamen ille, cui defertur, habere facultatem referendi iuramentum. ex his concludo quòd quando loquimur de iuramento necessario, quòd tunc iudex non debet ipsum deferre, nisi aliqua presumptio sit pro actore: vt suprà dictum est, dicit tamen Dyn.in d.c.mulieri de iureiur. quòd ad hoc vt reus teneatur subire iuramentum purgationis, quòd sufficit minus quam semiplena probatio. Ad hoc facit quod not.Bald.in d.c.1.§.item vasallus.de controuersia inuestit.in 3.col.vbi respondendo ad dictam l.qui accusa.dicit quòd non tenetur actor vel reus iurare, nisi stantibus indicijs. & vide gl. quæ ibi incipit, per guardiam, & istum intellectū tenuit Bart.in d.l.admonendi. in penul.col.& Butri.& do. Abb. in d.c.fin.§.fane, de iureiur.

REGVLA CCLVI.

IVRAMENTVM seruandum est, vt per Cano.in c.si verò, de iureiur.& c.2.85. distinctio. vbi per gl. & Archid. in cap.animaduertendum.23.quæstione 2.

Primò fallit quando tale iuramentum vergeret in interitum salutis æternæ: vt patet per tex.in d.c.si vero.

Secundò fallit quando intenderet in interitum salutis corporalis. & vide glos.in d.c.si vero.& 22.quæst.3.c.vlt. versi.quisquis ergo. in fine.

Tertiò fallit quādo vergeret in peiorem exitum: vt patet in dicto cap.si vero.

Quartò fallit quando esset contra bonos mores, scilicet, naturales: vt si præberet occasionem delinquendi: vt c.queādmodum, de iureiur.& not.in regula, nō est obligatorium, in 6. secus si esset contra bonos mores ciuiles: vt extra, eodem c.cum contingat.& c.2.de pactis.in 6.

Quintò fallit quando prestitum esset ratione iracundię & temeritatis, cum tunc consensum iurans non videatur habere, ad hoc quod not.in cap.ex literis.extrà, de diuortijs, & hoc vult dominus Antonius in cap.sicut extrà, de iureiur.vbi de hoc vide pleniùs.

Sextò fallit quando iuramentum esset reprobatū à iure canonico vt ibi in d.c.sicut, & extrà, de foro competenti c.si diligenti. si vero sit reprobatum à iure ciuili, tunc dicendum est vt per docto.in cap.cùm contingat, extrà, de iureiur.c.quemadmodum eod.tit.

Septimò fallit quondo conditio in eo iuramento subintellecta non adesset: vt est conditio, si Deo placuerit, vt d.c.quemadmodum, & conditio intelligitur, si res in eodē statu permaneat: vt notatur ibidem.

Octauò fallit in casu quo autoritas superioris interueniret contra iuramentum: cùm tunc secus esset, vt in c. venientes.extrà, de iureiurā.& extra, de testib.cap.constitutus.vbi de hoc latiùs tractatur.

REGVLA CCLVII.

IVrare de calūnia principalis psona tenetur.vt est tex. & glo.in c.in pertractādis, vbi per doc.extra de iuram. cal.

Primò fallit quando dominus esset absens à longe, q in breui haberi non posit: cum tunc admittatur procurator ad iurandum, dummodo habeat speciale mandatum: vt voluit Bartol.in l.2.C.de iura.cal.l.si longius.ff. de iudi. cap.fin.de iuram.calumniæ.in 6.secũdum dom.Nicol. in dicto capitulo,in pertractãdis. quod an procedat vide notat.gloss.& docto.in c.cæterum.eodem titulo.

Secundò fallit quando esset procurator ad negotia, qui haberet agere & defendere,vt habetur in cap.generali. de procura. in 6.& latiùs per doct.in d.c.in pertractandis. de iura.calum.

REGVLA CCLVIII.

IVRARE debenti de calumnia terminus ad deliberandum non datur: vt per doct. in c.cum causam. extrà, de iuramen.calum.

Primò fallit quando quis habens iurare de calũ.respondisset libello: vt quia sit hæres vel procurator illius,qui respondit: cum habere debeat tempus ad deliberandum, vt se informet: cum tũc cesset ratio prædicta secundum do. Nicol.in d.c.cum causam,de iura.calum.

Secundò fallit quando superuenisset causa: propter quã verisimiliter posset dubitare, vt quia reperit aliquid in arca paterna, quod faciat eum dubitare, secundũ do. Nicol. in d.cap. cum causam. pro quo facit quod not. de iureiur. l.iuris gen.§.fi.per Bart.& Bald.vt ibi patet.

REGVLA CCLIX.

IVRARE de calumnia actor & reus recusantes incidunt in pœnam, vt actor ab instituta actione cadat, reus verò pro confesso habeatur. c.fin. & ibi per doct. extrà, de iuram. cal.

Primò fallit quando recusasset iurare de calumnia ante litem contesta. non enim super tota causa iurare tenetur, sed tantum post litem contesta.vt extrà,de iura.cal.capit. cum causam,& per dom.Anto.in d.c.finali.

Secũdò fallit quãdo ipse reus recusans iurare,vellet purgare contumaciam,& iurare: cum tunc admittendus sit: vt per doct.in l.2.C.de iura.calum.& Ioan.Andr.in addi. Spec §.fi.eod.ti.ver.sed nunquid. arg.l.si quis libellos, de appellat.C.quod non tantum verum est de futuro sed etiã de præterito,secundum do.Anto.in d.c.fin. item hoc verum quando pœnitet vsque ad sententiam condemnatoriam vel declaratoriam: cum tũc ipse postea pœnitere nõ posit.arg.l.quia viator.§.qui accusare.ff.de bo.quæ lib.secundum dom.Nico.in d.c.fi.de iura.cal. de quo extrà, de foro competenti.c.si diligenti.

Tertiò fallit quandò ambæ partes nolunt iurare: quia conuenissent fortè de non iurando.vt voluit Spec.in eod. tit.§.fi.ver.sed quid si.& Iõ.And.in d.c.fin.compensat.n. delictum cum delicto quo ad hanc pœnã euitandam, sed non quo ad hoc, vt iudex procederet in causa sine iuramento, cum si procedat non valet sententia, ex quo tale iuramentum expresse remitti non potest l. 2. §. sed quia. C.eod.tit.l.prolatam.C. de sen. secundum dom. Nicol. in d.c.fi.de iura.calum.

Quartò fallit in parentibus & patrono, vt parentes seu patroni qui nolunt iurare de calumnia, non teneantur.l. iusiurandum.ff.de iureiur. vnde in hanc pœnam nõ incurrunt,vt voluit Io.Andr.in d.c.fi.

Quintò fallit in tutore & procuratore: quia licet nolint iurare, minor tamen in prædicta causa non habetur pro confesso,nec eidem nocet: vt voluit Spec.in d.c.fi.eod.ti. versi.quid si tutor.& idem quod habetur in d.l.1.§.2.ff.si quis ius dicen.non obtem.ad hoc quod not.in d.l. non est ignotum.C.de administr.tuto.

Sextò fallit in prælato vel syndico qui quantumcunq; nolint iurare,non præiudicant ecclesiæ. vt voluit Io.And. in addi.Spec.in d.§.quid si tutor. per id quod habetur 16. q.6.episcopus. & ibi plenius per eum. similiter concludit hoc procedere quando causa esset calumniosa ex parte ecclesiæ,arg.l.quoties.§.si est.ff.de admini.tutorum.

REGVLA CCLX.

IVRARE faciens aliquem, quem falsum iuraturum scit, peccat.c.qui hominem. 22.q.5.

Primò fallit in iudice vel in alia persona publica, qui defert iuramentum ad instantiam alicuius secundum ordinẽ iuris: quia tunc non peccat, licet sciat illum, cui defertur, Iuraturum falsum.Ita tenuit sanctus Thom.j.q.2.artic.4. vbi facit differentiam inter personam publicam & personam priuatam,quę exigit iuramentum: quia si scit ipsum iuraturum esse falsum,quia scit eum fecisse cõtra id,quod iurat,tunc talis cogens iurare est homicida: quia suppresit manum illi,quẽ cogit iurare,vt suo periculo se interimat. & hoc modo loquitur ca.ille,qui hominẽ 22.q.5.sed persona publica cogit iurare ad petitione alterius, secundum quod ordo iuris exigit, siue sciat eum iurare falsum, siue
a verum a: quia non videtur ipse exigere iuramentum, sed ille, ad cuius instantiam exigit, & ex hoc habes singularem limitationem ad pręallegatum c.qui hominem. 22. quęst. 5.

ADDITIO.

a *Verum. Vide do.Ias.May.in l.ambiguitates.de indi.vidui.toll.nu.5.& seq.Bened.Vad.*

REGVLA CCLXI.

IVRECONSVLTVS qui format aliquam quæstionem & ei expresse non respondet, præsumitur q ei respondeat Prout quæstionem formauit.l.in rebus,in prin.& ibi glos. ff.commodati l.quod sepe.§.si res.ff.de actio.empti.

Primò fallit quando formaret quęstionem, & argueret ad partes, vel ferret opiniones: quia tunc, si nihil determinat, intelligitur pro opinione, quã vltimo loco posuit: vel pro qua vltimo arguit.ita Bart.in l.bona fides. ff. depositi. & glo.in l.qui filium.§.Sabinus.ff.ad Treb. limita tñ, nisi prima opinio saperet æquitatem, vltima verò rigorẽ. ita in specie notat Aret.in cõs.163.incip.diligẽter & mature.

REGVLA CCLXII.

IVRISDICTIO per vasallos prorogari non potest inuito domino, doct.in c.cęterùm, de iudicijs.

Primò fallit nisi feudum esset franchum: quia tunc possunt vasalli prorogare iurisdictionem: vt per Bal.in l.C.si à non cõpetenti iudice, de quo tamen vide per Ioan.Andream in additionibus ad Spec.in rubr.de præscript.

Secũdò fallit vbi esset quæstio inter vasallum & alium tertium quem constat non esse vasallum. vt per gl.in d. c. cæterum. in fine.

Tertiò fallit quando est quæstio inter vasallos non tangens feudum, seu quam non decidunt leg. feudorum: vt per doctores in d.c.cęterum.

Quartò fallit in Libellarijs: quia quæstiones eorum deciduntur ab ordinario. ita Baldus in proœmio secundi decreti.

Quintò fallit quando quæstio feudalis habet radicem in materia iuramenti. nam decisio tunc pertinet ad ordinarium ecclesiasticum vt per Calderinum in titulo, de iudicijs.c.2.

REGVLA CCLXIII.

IVRISDICTIO ordinaria respectu certi generis nõ potest prorogari ad diuersas causas & dissimiles expresse doctores in c.cæterùm, de iudic. & Ant.de Butr. in c. 1. de offic.deleg.

Primò fallit nisi non reperiretur iudex in loco: vt tempore pestis. vt per Ang.in l.si vacantia.C. de bonis vacantibus. libro 10.

Secundò fallit nisi prorogatio oriretur ratione incidentis: quia tunc de ipso iudex causę principalis cognoscere posset.ita Bart.in lege, interdum §.qui furem.ff.de furtis.

Tertiò fallit nisi fieret prorogatio de minori ad maiorem: quia nõ est diuersum genus: sed maior intentio: vt probatur in lege, de qua re.§.penul.ff.de iudicijs.

Quartò fallit in iurisdictione voluntaria: quia illa pro-

rogari poteſt, gloſſ.in l.1.ff.de iudicijs, quam Baldus dicit ſingularem in lege, ſecundum diui Leonis C. de donat.

REGVLA CCLXIIII.

IVRISDICTIO voluntaria non terminatur territorio: ideo extrà exerceri poteſt. l.1. de officio proconſul. gloſ. in l.extra territorium.ff.de iuriſdict.omn. iudicum.

Primò fallit quando conceditur ex priuilegio: vt in c. ſtatutum,in fi.de priuil.

Secundò fallit ſi exercetur per minorem iudicem,non forte etiam proconſul. vel iud.qui haberet poteſtatem co gnoſcendi à principe. l. ſecunda.ff.de offic. proconſul. & ibi not.

Tertiò fallit in notarijs,qui ſunt creati à comitibus,qui non poſſunt exercere officium extra territorium, in quo ſunt creati notarij: vt not. Bart. in l.his verbis,& in l.non aliter.ff.de adopt.& in l.1.C.de ſumma trinit.& has fallen tias poſuit Bened. de Barſ.in d.l.extra territorium. de iuriſd.omn.iud.

REGVLA CCLXV.

IVRISDICTIONEM prorogare errantes non intelliguntur.

Primò fallit maximè vbi partes conſenſerunt in iudicē per errorem,cui tradita fuit iuriſdictio per vniuerſitatem vel populum iuxta l. Barbarius. de officio præſidis. ita ſignanter tenuit Bald.in l.2.C.quæ ſit longa conſuetudo.in 10.col.& habetur in c.nihil, de elect.& in c. cōſultationibus.de iure patr. & tamē limitatio iſta dependet an error impediat conſuetudinem iudicij,de qua materia vide per gloſſ.in l.de quibus.ff.de legi. & ibi per Gul. de Cuneo, & per gloſ.& doct.in l.2.C. quæ ſit longa conſuetudo.

Secundò fallit & non procedit dicta regula in his, quæ ſunt fundamenta: ſecùs in his,quæ veniunt in conſequentiam:quo caſu non impediunt conſenſum. ita tenet Bald. in l.prima, in 17. colum. de confeſſis, motus per legem, regula eſt. §. qui ignorauit.ff.de iuris & facti igno. vbi eſt notabile exemplum.

Tertiò fallit quando litigatur corā iudice habente iuriſdictionem,ſed non plenum vſum ſeu exercitium iuriſdictionis:quia tunc litigantium error non attenditur exemplum,ſi duo fuerunt iudices delegati. quorū vnus fuit incompetens:nam tunc talis conſenſus ſuperueniens à partibus per errorem non nocet, quin ſit iudex cōpetens.ita tenent Paulus & Angelus in d.l.ſi per errorem. allegant capitulum,in cauſa.& capitulum, prudētiam.de officio delegati.& legem , duo iudices . de re iudic. & Innocentius in prædicto c.prudentiam.Sed ego allego Bald.in l. ſi conuenerit.ff.de iuriſ.omn.iud.& Ang.in l.1.ff.de iud.& in l. Pōponius,aliàs eſt l.1.ff.de iud.& idem tenuit conſil.159. incip.petita fuit.alij autem doct.non firmant hāc limitationem,imò contradicunt,vt Card.Flor.& Ioan.de Imo. in d.c.prudētiā.in principio. Fulg.in l.ſi per errorē. qui alleg. c.ſuper,de offi.deleg.idem tenet Io.de Imo.in d.l. Pomp.

Quartò fallit ſi per errorem fuerit pronuntiatū talem eſſe competentē:vt tenet Inno.in c.ſuper literis. de reſcriptis.& Bal.in l.2.ff.ſi quis in ius vocat.non ierit. & Pau. in d.l.ſi per errorem.imo fortiùs dixit Bald.in d.l.2. φ idem tenet in dubitante:quia errans & dubitans æquiparantur, in l.finali.C.de condiction.indebiti.& notat Bartolus in l. manifeſtum.C.de furtis. & ſic ampliat d.l. ſi per errorem. videlicet,vt illa habeat locum etiam in dubitante.

Quintò limitatur regula illius l. procedere in declinatoria fori:quia ſi per errorem forum non declinatur, poteſt ſemper declinari, & geſta nō valent,& per conſequēs nec lit.cōteſ. ſecus in alia exceptione dilatoria:quia ſi quis per errorem omiſit eam ante litis conteſt.opponere, non poterit poſteà eam vlteriùs opponere:vt eſt gloſſ.in l.qui procuratorem dat.ff.de procu.in verbo, omiſit. quod tamen intelligitur,vt per Cano. in c. paſtoralis, de elect. & gloſſ.in c.ad aures, in glo. magna. de reſcript. & per Ang. in l.dedit. §.ſi ſeruus.ff.qui ſatiſd. cog. & ſic per hoc limitatur lex,etiam.C.de prob. quæ dicit exceptionem dilatoriam ante lit.conteſt.opponi deberi. nam illud non procedit de iuriſdictione iudic.incompetentis: vt hic.& ideo dixit Bald.in d.l.ſi per errorem.dando cautelam quādo quis eſt aduocatus ſeu procurator rei, & videt actorem coram iudice incompetente, quem actor credit eſſe competentem. nam non expedit opponere exceptionem incompetentiæ vt eatur ad alium iudicem competētem, ſed ſileat & dimittat procedere, poſteà opponat & irritet totū proceſſum & ſententiam:quia ſola ſciētia rei non facit ipſum iudicem competentem.& ſic ille poſteà fatigabitur laboribus & expenſis, & citiùs veniet ad concordiam tecum. tamen licet iſta ſit bona cautela in foro, caueas tamē ne ipſa vtaris:quia docet damnare animā,vt dicit Paul.de Caſt. in d.l.ſi per errorem.allegans Cyn.in l.vnica.C.vt quæ de ſunt aduoc.parti. dicens hanc cautelam non eſſe ſeruandā propter damnationem animæ.

Adde tamen ad prædicta not.dictum Ioan.de Imol. in l.ſciendum.ff. de verborū obligationib. vbi dixit, φ licet exceptio procuratoria,quę reddit iudicium retro nullum poſſit opponi quandocūq; et poſt ſententiam,vt eſt caſus in l.licet.C.de procur.vt eſt quando quis opponit quē nō eſſe procuratorem. tamen non incumbit onus probandi ei qui dicit non fuiſſe procuratorem, ſed eo ipſo, φ ſtetit in iudicio vſq; ad finem cauſæ, præſumitur ipſum fuiſſe procuratorem. quod perpetuò tene menti,quia eſt de pane lucrando, quia iſta eſt quæſtio quę ſæpiſsimè vertitur in palatio.nā ſæpenumero fertur ſententia contra aliquem.& poſteà lata ſententia ille cōtra quem fuit lata opponit, dicens procuratorem non fuiſſe legitimum & non potuit facere ſi non de mandato,ideo,&c.

REGVLA CCLXVI.

IVS accreſcendi alia parte deficiente vel etiam repudiata locum habet, vt l.re coniuncti. de legat.3. & l. vnica. C. de caducis tollendis.& l.1.de vſufruct.accreſc.

Primò fallit quando pars deficit ex beneficio ſpeciali: quia tunc non accreſcit alteri ius. l. ſi minor.de acquir.hæreditate.

Secundò fallit quando quis excluditur per exceptionem ipſo iure. lege,ſi duo patroni. in princip.ff.de iureiurando.

Tertiò fallit quādo vna pars fuit ſemel acquiſita,poſteà deficiat, quia non accreſcit alteri.l.prima. §. finali. de vſufruct.accreſc.

Quartò fallit quādo duo ſuccedunt ex diuerſo iure.l.ſi cum pat.ff.de contra tab.l.mulieri & Titio.ff.de condi. & demonſtra.

Quintò fallit ſi vnus excludit ſe facto ſuo,vt per pactū de non petēdo. ita tenet Floria.in l.antepenult.ff.de vſufr. accreſ.allegat not.in l.ſi duo patroni.in principio.ff.de iureiur.facit l.pater filium.ff.de inofficioſo teſtamento.

Sextò fallit in teſt.diuerſorū:quia non habet ius accreſcendi.l. ſi ſub conditione. in fine. ff. quibus modis vſufru. amit.

Septimò fallit vbi eſt coniunctio verbalis in rebus penitus diuerſis : quia tunc non habet locum ius accreſcendi. tex.eſt not.in l.huiuſmodi legatū.§.quibus ita.de leg.2.

Octauo fallit in his quæ dantur gratia conditionis implendæ,quo caſu non habet locum ius accreſcendi.l. pen. ff.de cond.& demonſt.

Nonò fallit in coniunctis coniunctione legali.l.Proculo.ff.de leg.2.

Decimò fallit quando portio in principio eſt pro non ſcripta: quia in coniunctis coniunctione legali non habet locū ius accreſcēdi: vt eſt in caſu l. Plautius.ff.ad.l.falcidiā.

Vndecimò fallit quando legatur piæ cauſæ : vt quando filius teſtatur ad piam cauſam, & in illo legat fundum eccleſiæ,vt accreſcat eccleſiæ.ita dicit Bald.in l.fenium,in fine.C.qui teſtamenta facere poſſunt, & hoc quando filius teſtatur ad piam cauſam cum conſenſu patris.

Duode-

Duodecimò fallit inter eos, quibus legatur à diuersis heredibus. lege penultima & finali, de vsufruct. accresc. quod limita per text. in l. plane. §. si coniuncti, de legatis primo.

Tertiodecimò fallit inter eos, qui habent communionem in re, sed vni expressa est dispositio, alteri verò tacita. l. 1. in 2. & 3. responso. & l. item si apud §. 1. de vsufru. accrescendo.

Quartodecimò fallit in contractibus inter viuos, vt l. fundus cum Titio. ff. de ver. obl. præterquam in vsufru. l. 1. §. interdum. ff. de vsufru. accre.

Quintodecimò fallit inter eos quibus legatur res ad vnam causam, quæ non recipit pluralitatem impletionis, l. dominus, de vsufru.

Sextodecimò fallit inter legatarios, quibus est legata pecuniæ quantitas secundum Pet. in l. 4. ff. de leg. 1. si inter. de leg. 3. in 1. chard.

Decimoseptimò fallit si illi cuius portio vacat substitutus suppositus est: vt l. vni. §. in 1. & §. pro secundo. C. de cadu. toll. & in l. si seruus communis. ff. de acqu. hæred.

Decimooctauò fallit vbi per fideicomissum ob alimenta fructus pluribus relinquitur: nam si alimentarij diminuuntur, legati commoditas non augetur. l. dominus. postremo responso. ff. de vsufru.

Decimonono fallit vbi testator prohibuisset ius accresc. d. l. dominus, in princ.

Vigesimò fallit vbi nō relinquitur vsusfr. sed eius commoditas. casus est in d. l. dominus. de vsufruct. secundum voam lect.

Vigesimoprimò fallit vbi sunt plures vsufructuarij. nā illis non competit ius accrescendi. l. non multum. & l. Titium. ff. de cond. & demonst.

Vigesimosecundò fallit per tex. l. ex contractu. de re iu dic. de quo vide Pau. in l. pen. ff. de acqu. hæred.

REGVLA CCLXVII.

IVs accrescendi in contractibus locum non habet. l. si mihi & Titio. & ibi per doctores. ff. de verborum obligationibus.

Primò fallit in his, quæ indiuidua sunt, vt seruitutes. lege, proprium. ff. communia prædiorum, et in l. si. ff. quibus ad libertatem proclamare non licet.

Secundò fallit in casu l. communi diuidundo. §. si debitor. ff. communi diuidundo, & in l. Iulianus §. idem celsus. ff. de actiõ. empti.

Tertiò fallit in assignatione libertorum.

Quartò fallit quando esset concessio in contractibus ex liberalitate principis: vt l. 1. C. si lib. imper. soc. sine hæred. decess. lib. 10.

Quintò fallit in vsufru. l. 1. §. fin. ff. de vsufruc. accresc.

Sextò fallit quādo interest promissoris vel stipulatoris: vt est casus in l. fundus ille. ff. de contrahenda emptione.

Septimò fallit in donatione causa mortis, per text. in l. 1. in fi. C. de cadu. toll.

Octauò fallit in mortis causa capione l. mo. causa capió ne, de don. causa mortis, & de ista materia vide plenè per Bart. in d. l. si mihi & Titio. ff. de verb. oblig.

REGVLA CCLXVIII.

IVs ciuile in eius foro seruandum est. c. quod clericis. & ibi per doct. de foro compet.

Primò fallit quando tale ius odiosum esset odio irrationabili: prout voluit Bald. in l. 1. de summa trin. vbi pleniùs vide per eum, de quo etiam per ipsum in c. si clericus, extrà, de foro competenti.

Secundò fallit quando tale ius cōcernit personam non subiectam: prout est si statutum disponat quòd nullus possit facere testamentum sine certa solennitate. Nam tunc cum statutum non afficiat non subditum, vt l. 1. de ma. lib. & l. 1. de tut. et cur. nō ligat clericum, vnde secundū ipsum non iudicabitur etiam in foro seculari, sed Imo. aliter in c. quod clericis, extra de foro cōpet. Ant. in c. ecclesia. extra, de cōst. & not. per Bar. in l. 1. de summa Trin. & fide cath. quod sic disputãdo tenuit Lapus in quæst. sua, quę incipit, statuto Mutinensi. & Petr. de Anchar. in c. 1. de constitut.

Tertiò fallit quando ius laicorum disponeret circa modum decidendi. vt si dicat quod stetur libris mercatorum: quia tunc nō statur tali statuto in preiudicium clerici, etiā in foro seculari, cui non subiectus est. ad hoc facit text. in dict. c. quod clericis. intelligendo q̃ loquitur generaliter, & non loquitur specialiter: vt voluit glos. & tex. et dicit q̃ causæ clericorum decidi debent secundum ius canonicū, etiam si clerici agant cōtra laicum in foro seculari. & hoc nisi ipse clericus vellet librum pro se inducere, secundum do. Nico. in d. c. quod clericis. extrà, de foro comp. vbi plenius per ipsum.

REGVLA CCLXIX.

IVs superueniens actori lite pendente regulariter ei non prodest. c. fi. & ibi per doct. extrà, vt lit. pēd. & colligitur in l. non potest. ff. de iud.

Primò fallit quando post litem contestatam accederet aliquid, quod esset accessoriū ad id, quod est in iudicio deductum. ff. de ædil. edict. l. ædiles. §. item sciendum, & hoc etiā voluit glos. in dicta l. non potest. ff. de iudicijs.

Secundò fallit quando esset defectus non ex parte actoris, vt quia non possidebat, cum incipiat possidere post litis contestationem, & hoc eueniret iudicio pendente: vt l. 3. ff. de pet. hæred l. si autem. ff. depos. & not. de excep. capitulo, aduersario.

Tertiò fallit quādo superueniret ius ex causa in iudicio iam deducta. ff. de pign. act. l. si rem. §. fin.

Quartò fallit quando fuisset generaliter actum non expressa aliqua causa: cùm tunc superueniens ius prosit ex quadā equitate: vt pleniùs not. c. abbate sanè, extrà, de iud. in 6. & pleniùs de hoc per Bart. in d. l. non potest. ff. de iud. & in l. an eandem §. actiones. ff. de excep. si vero ius ex parte rei, tunc regulariter prodest eidē: vt d. l. si autem. ff. depositi. & c. aduersario, extrà, de excep. adde l. rei iudicatæ. ff. sol. mat. cū simil. quod tñ fallit si post vsucaptū, vt l. si post ff. de rei ven. vbi nō prodest reo vsucapio cōpleta pendēte iudicio. & hoc quia est odiosa: vt ibi notatur, de quo pleniùs in l. 1. ff. de expen. & per Io. And. in addition. Specul. in tit. de causa possess. §. nunc videndum, ad fin. & quod ibi habetur per doct. can. in d. c. fi. extrà, vt lite pend. circa quę vide quæ notantur in d. l. nō potest. ff. de iud. & ibi per Bal. & Bart. & doct. in d. c. abbate sanè, extrà, de iudi. in 6.

REGVLA CCLXX.

IVs patronatus regulatur prout alia iura spiritualia. cap. quanto de iure patronatus.

Primò fallit in casibus in contrarium expressis.

Secundò fallit etiā in odiosis, quia appellatione spiritualium non venit causa iuris patronatus: vt per Abb. Pan. in c. 2. de iuramento calumniæ. de quo etiam in c. translato. de constit.

Tertiò fallit quò ad actionem personalē quæ competit ad constituendū ius patronatus: quia non regulatur vt alia spiritualia, nec est de foro ecclesiast. & per consequens nō habet priuilegium: vt per Anto. de But. in d. c. quanto. & idem vult Barb. ibi in antepenult. col. & Fel. in fine.

REGVLA CCLXXI.

IVs patronatus coram iudice seculari tractari nō potest vt in c. quanto. de iudic.

Primò fallit quando interuenit accessoriè cum vniuersitate seculari: in qua esset patronatus: cum tunc potest de ipsa causa cognoscere: vt vidi, & dicit dom. Flor. se ita consuluisse per c. ex literis, extrà, de iure patronatus. pro quo facit glossa singularis vigesima quæstione septima, filijs. secundum dom. Antonium in c. quanto. de iudicijs.

Secundò fallit quando ageretur de iure patronatus nō actione reali: vt in dict. cap. quanto, sed ageretur regulariter actione personali, putà exceptione vel promissione de donando: cum & tunc possit secularis de tali causa cognoscere,

gnoſcere,ſecundum dominum Ant.in d.c.quanto,cuius dictum non videtur tutum : cum text. ibi generaliter loquatur. ad hoc duodecima diſtinctio.c.ſi Roma.

Tertiò fallit quando patronus eccleſiæ fuiſſet excluſus de cuſtodia eccleſia vacante, vel in ea turbatus: cùm tunc agere poſsit actione iniuriarũ corã iudice ſeculari. agit.n. tunc de iniuria commiſſa in perſona ſua:omnis.n.violentia dicitur iniuria perſonalis:vt ſing.no.ff.de fur.l.quæ falſo.ſecundũ Bal.qui ad hoc etiam adducit quod no.in c.cęterùm,extrà, de teſtibus, vbi latiùs vide per canoniſtas.

REGVLÆ IOANNIS BERNARDI DIAZ.

De litera. I.

REGVLA CCCXXIII.

IGNORANTIA regulariter probatur per iuramentum.Gloſ.ordinaria in regula præſumitur,de regu.iur.in 6.& gl. in c.innotuit.de elect.& in c.2. in verbo,ſcienter,de tempor,ordin.in 6,probat tex.in c.ſi verò.el 2. de ſent. excõ.

Limita ſeptem modis iſtã regulam, vt per Felin c.2. de cõſtit.in col.6.cum duabus ſequẽtib.

REGVLA CCCXXIIII.

IGNORANTIA probabilis abſq; ſimplicitate excuſat in beneficialibus,in materia ſurreptionis, ſicut ipſa ſimplicitas,quando ea quæ debent exprimi, tacentur per ignorantiã.Caſus eſt in c.gratiam,de reſcript.lib.6.vbi Domi, col.2.qui non eſt caſus ſpecialis contra Ioan.Andr. ibi, vt tenet Imol.Butr.& Abb.vbi Fel.colligit hanc regulam in c.ſuper literis.colum.3.ad fin.de reſcriptis.

Limita quinq; modis,vt per eum ibi col.4.

REGVLA CCCXXV.

IMPEDITVS aliquid agere,debet proteſtari,vel vtile eſt ꝙ proteſtetur:notat Abb. poſt Inno. in c.ex tranſmiſſa, de præſcript.facit text.in c.ſciſcitatus, de reſcrip.vbi idem tenet Abb.facit gloſ.aurea in c.cupientes §.ꝙ ſi per viginti,in verbo,propoſita, de electione.lib.6. Et hãc regulam confirmat Fel.in d.c.ex tranſmiſſa 2.colum.

Et vide in doctrinis meis magiſtralibus, doctrina 14. in.c.Actum facere impeditus.

Limita tribus modis nouiſsimis,vt per eundẽ Felin.ibi.

REGVLA CCCXXVI.

IMPEDITVS morbo,vel alio iuſto impedimento,mittere procuratorẽ nõ tenetur l.2.§.quod diximus, vbi glo. & Bart.ff.ſi quis cautio.gloſ.in l.quæſitum ff.de iudicijs.

Amplia hanc cõcluſionem procedere ,etiam caſu quo aliquis non ſit impeditus , arduam tamen vel grauem defenſionem vel cauſam habeat.Text.in c. querelam , verbo,grauibus cauſis. de procur.

Limita ſex modis notandis, vt per Zaſium in l. quæſitum.ff. de rę iudicata , ſecunda columna , in fine cum ſequentibus.

Primò fallit in perſona actoris.l.t.ad fi.vbi Bar.ff.de diuer.& tempor.præſcript.

Secundò,niſi impedimẽtum ſit perpetuum,vel dignitatis,quia factus epiſcopus,vel morbi,quia perpetuo morbo laborat.Textus eſt in l.finali.C.de procuratoribus l.1, & 2.ff.de in ius vocando, tex.in l.pars literarum ff.de iudicijs, in quibus tangitur etiam de impedimentis propter dignitatem accedentem.Extende hanc limitationem etiã ad impedimenta longo tempore duratura , licet non ſint perpetua. Speculator in titul. de procuratoribus §.ſecundo. ad fin.& eſt notandus tex.in argument.in l.ſi longius. ff. de iudicijs.

Tertiò,niſi ſit impeditus voluntario impedimento,puta nuptiarum,vel peregrè profectionis,l.1.§.vſus, de procurat.ff.ſicq; intelligendus Innoc.in c.cum dilecti.de dolo & contum. ſecundum Imol.in d.l.queſitum.

Quartò, ſi impedimentum non eſt probabile, quia ex abſentis delicto cauſatur vel emergit: vt quando quis relegatur in exilium l.Papinianus exuli.de minorib.ff.l.ſed & ſi per prætorem §.aduerſus, ex quibus cauſis maiores. ff. Sublimita primò hanc limitationem, ſi non ſit copia procuratorum apud iudicem,ad quem citatus eſt.

Secundò,ſi ſit in vinculis & carceribus eatenus cuſtoditus,vt nemo ſecum loqui audeat:quomodo enim procuratorem mitter, qui ab hominum communicatione excluſus eſt? Paulus in dicta lege quæſitum.quod etiam tangit Imol.

Tertiò & finaliter, ſi cauſa ſit ardua & grauis, per d.c. querelam,de procurat.

Quintò in cauſa electionis, quæ eſt cauſa grauis & ardua c.quàm ſit,de elect.libro 6. text.eſt in c.cupientes,in prin.& in §.quòd ſi per viginti,eod.tit.lib.6.

Sextò & vltimò, ſi ſit leue impedimentum vel leuis febricula , aut infirmitas quæ ſperni poſsit. Text. in dicta l. quæſitum.

REGVLA CCCXXVII.

IMPETRANTI, aſſerenti non valere beneficium pluſquam expreſſerit, incumbit probandi onus. Ita Car. in c.fin.de præſump.dicens ſe ita conſuluiſſe: & notant Ioã. de Fanno & Cald.quos ſequitur Felin.vbi hoc confirmat in c.ad aures col.4.de reſcript.

Limita,vt per eum ibi.

REGVLA CCCXXVIII.

IMPETRATIO de beneficijs in aliqua eccleſiarum dioœceſi non comprehendit eccleſiam cathedralem, ideo oportet eam exprimere. Text.in c.quamuis.lo 1.de preben.lib.6.cum his quæ allegat Felin.in c.in noſtra col. 24. de reſcript.

Limita ſeptem modis,vt per eum ibi,col.25.

REGVLA CCCXXIX.

IMPETRANS,debet facere mẽtionem de primo reſcripto.Tex.in c.cæterùm, vbi doct. de reſcript.

Amplia quatuor modis,& limita ſeptem : rurſus primam ampliationem limita decem modis,vt per Felin.in d.c.cæterum,per quatuor col.

REGVLA CCCXXX.

IMPETRATIO facta ab excõmunicato eſt nulla. Text. eſt in c.1.de reſcrip.lib.6.notant omnes doct.in c.venerabilem. de except.

Amplia tripliciter,& limita ſeptem modis, vt per Feli. in d.c.venerabilem 1.& 2.col.

REGVLA CCCXXXI.

INCENDII timore ſi à vicinis fuit domus alicuius deſtructa,tunc vicini tenẽtur domino damnum reſarcire. Text.eſt in arg. ſecundum Bar.ibi, in l.2.ad l. Rhodi. de iactu.in princip.tenet Alber.in 2.parte ſtatut.q.114.Ang. in conſil.95.

Limita, niſi probaretur quòd domus illa omnino comburetetur. Text. eſt in l. ſi alij §. eſt etiam alia. ff. quod vi aut clam.per quem ita reſtringit Felin.in c.tua nos,de ſent.excõmu.& regula procedit ſecundum eum, quando domus fuit deſtructa ad abundantem cautelam.

REGVLA CCCXXXII.

INDICARE furem,vel alium malefactorem quis nõ tenetur. Text. eſt expreſſus in l.1.§. ſi tibi.ff.de condi.ob tur.cauſ.tenet Bal.in l.j.C.eod.tit.gloſ.& doctores in l.ciuile.C.de fur.Holt.in ſumma,tit.de fur.rub.de cond.furti. §.fin.verſic.illud ſciendum.

Amplia vno modo hãc concluſionẽ,& limita quatuor modis,vt per Iaſ.d.§.ſi tibi 1.col.

REGV-

REGVLA CCCXXXIII.

INDICIVM sufficiens ad torturam, fama sola non est, voluit Bald.in l.milites,de quæst. C. Ant.in c.veniens,el 1.de testi.col.4. & istā dicit magis cōmunem & æquiorē sententiā Hipp.in l.de minore §.pluriū,col.5.ff.de quest. contra Barb.ibi,qui refert plures alios idem tenentes.

Limita dupliciter secundum eundem Hippol. vbi supra,in col.6. quas limitationes omissis allegationibus, libet in summa referre.

Primò,si fama esset vehemens,quia talis sufficeret.

Secundò, quando constat quòd fama habuerit ortum ab honestis personis:quem vide,quia plura alleg.pro vtra que limit.

REGVLA CCCXXXIIII.

INFIDELITAS præcedens,non nocet conuerso in pro motionibus. Text.quem ibi ad hoc simpliciter notant gloss.& doct.in c.eam te.de rescript.

Limita tripliciter,vt per Fel.ibi,col.8.

Iniuria,vide in verbo, veritas.

REGVLA CCCXXXV.

INFINITIVVM licet sit aptum comprehendere omnia tempora,tantum in dubio est ferendæ sententiæ, & sic potius futuri quàm præteriti & præsentis naturam sortitur.Glos.verbo,imminere.in authen.de incest.nupt.& c. 1.verbo,sustinere 2.q.3.Card. Alexand.in cap.1.in princ. quibus modis feud. amitt. & in c.domino col.2. si de feu. defunc.conten.sit inter domin.& agnat.vasal.

Limita vnico modo, vt per Tiraquel. in repet.l.si vnquam C.de reuoc.donat.col.364.in fin.cū princ.seq.post Corn.consil.15.incip.ex quo dictus Francisc.col.5. lib. 1. videlicet quòd hæc regula procedat quādo agitur de pœna imponenda, vel aliàs in materia odiosa, secus si in alia materia loquamur in qua fauorabilius esset verbū dubiū interpretari in sensu directo.i.vt ipso iure & sine alterius adminiculo,quàm in sensu obliquo : quam limitationem vltra Corneum confirmat ibi Tiraquel.optimo simili.

REGVLA CCCXXXVI.

INQVISITIONIS iudicium dicitur extraordinarium, & non ordinarium,vt voluit Innoc.in c. cum oporteat. de accus.quem sequuntur communiter doct.in rub.de iu dic.& sequitur Bar. & alij in l.si maritus §.si autem exiēs. ff. de adult.

Limita dupliciter, vt per Ioan. Fran.de Ripa in allega. rub.de iud.in col.13.quē vide prius in col.10. in fi.& seq. vbi plures refert ꝓ ipsa principali regula,et in duabus col. seq.varias opiniones describit, quæ fuerunt in hoc artic.

REGVLA CCCXXXVII.

INQVISITIO regulariter nō est permissa in ciuilibus, ob priuatam vtilitatem principaliter. Istam regulam de scripsit Prep. in c. de accusatione 2. q. 8.in col. 22. referendo Ang.

Limita decem & nouem modis,vt per eundem Præp. in d.col.22.& in seq.

REGVLA CCCXXXVIII.

INSTANTIA de iure cānonico non perit,secundū com munem opinionem doct.vt firmat Felin.in c.venerabilis,in princip.de iudi.per tex.in c.si. de probat. iuncta declaratione Host.ibi,licet aliter teneat Barb.in d.c.venerabilis.& ita etiam dicit communiter teneri,& sic seruari in curijs ecclesiasticis Ias. in l.properandum,in princ.in col. fin.C.de iudic.

Limita dupliciter, vt per Felin. in d.capit. venerabilis, in princip.

REGVLA CCCXXXIX.

INSTITVTIO facta sine præsentatione veri patroni,est ipso iure nulla.Tex.est melior. de iure in c.illud de iurepatr.& nor.Abb.ibi,in princ. & circa fi.& in c.ex insinua tione. in 2.not.eo.tit & in c.cum Bertholdus, col.quarta, versic.& ex hoc notabiliter,de re iudic.& ponit Thomas Ferrarien.in cautelis vltra Cępol.in cautela 45.in col.1. & Felin.referendo Cardin.in tractat.quando literæ apostolicæ noceant patrono.in col.penultima.

Limita tripliciter,vt per Paul.de Citadinis in suo tract. de iure patr.in 6.parte,artic.3.versi. trigesimoprimò quæro,& limitat etiam 6.modis Fel.in d.c.cū Bertholdus, de re iud.in 3.col.cum 2.seq.& vide Roch.in trac.de iure pa tro.in verbo,honorificum,in prin.& in col.1. vbi etiam limitat tripliciter istam regulam.

REGVLA CCCXL.

INSTITVTVS in re certa, vel in certis rebus, dato vniuersali cohærede, vel hærede instituto in quota hæreditatis,habet loco legatarij. Regula est quæ sumitur ex tex. in l.quoties C.de hered.insti. vide de materia per Bart. in l.ex facto,la 2.ff.de hered.instit. Vide l.14.tit.3.parti.6.

Limita quadrupliciter,vt per Ias.in d.l.quoties,in 2.col.

REGVLA CCCXLI.

INSTRVMENTO reprobato, corruit confessio orta tacitè ex eius productione: notant Inno.& Doct.in c. cū venerabilis,de except.& Card.in c.inter dilectos.in fi. de fide instrum.

Limita tribus modis, & subtiliter, vt per Felin.in d.c. cum venerabilis,col.7.vers.secunda conclusio, cū duabus sequentib.vbi regulam istam optimè declarat.

REGVLA CCCXLII.

INSTRVMENTVM producens, videtur confiteri cōtra se contenta in eo,& condēnari potest ex eo. Inn.& omnes in c.cum venerabilis,de excep. Bart. in l. post legatū. col.2.de his quib.vt ind.Bal.in l.scripturę.C.de fid.inst.

Limita hanc conclusionem dupliciter,vt per Feli. in d. c.cum venerabilis,col.5.vers.prima conclusio. & col.6. in princi. ponit 4.casus, in quibus procedit limitatio secunda, aliàs non.

REGVLA CCCXLIII.

INSTRVMENTVM alienationis rei ecclesiasticæ,in quo narratur præcessisse tractatus, & licentiam, non probat dictos tractatus,& licentiam,nisi aliter de eis cōstet: not. Bart.in l.& si fortè.ff.de castren.pec.& notant alij,quos rē fert Hippol.in l.1.§.si quis dicatur.ff.de quæst. in col.2.& Purp.in authen.si quis in aliquo C.de eden.col.pen.

Limita quatuor modis, vt per Purpuratum vbi suprà.

Primò quādo talia verba essent in instrumēto antiquo.

Secundò, quando talia verba essent apposita à prælato & toto capitulo,cum iuramento.

Tertiò,vbi de modico præiudicio ageretur.

Quartò, vbi coniecturæ essent pro enuntiante.

REGVLA CCCXLIIII.

INSTRVMENTA publica, confecta manu notarij publici,non habēt executionem paratam de iure communi: sed requiritur solennis libellus, & alius processus iudiciarius.Tex.est melior de iure in l.minor 25. annis cui fideicom.in princ. ff. de min. quem ad hoc allegat Ias. in l. pactum inter hæredem.ff.de pact. & alleg. etiam l. 1. C. de execu. rei iudic.

Limita sex modis,vt per Iason,in l.fi. col.2. C. de edic. diui Adria.tollen.

REGVLA CCCXLV.

INSTRVMENTORVM amissio,iuramento probatur:tenet Bart.in l.emancipatione C.de fid.instru.per l. fin. C. eod.& Flor.in l.in lege Aquilia si deletū.ff.ad l.Aquil.Notat etiam hoc Hippolyt.qui ad hoc plures refert in repet. rub.C.de prob.col.28.

Limita tripliciter,vt per eundē Hippol.vbi suprà. Aduerte tamen,ꝙ Fel.in c.sicut,in 6.col.de re iudic. facit regulam contrariam, videlicet ꝙ amissio instrumenti debet probari per probationes legitimas,sicut etiam amissio eius iusbbet alterius rei:pro qua alleg.Bar.& omnes in l.si quis ex argentarijs §.fi.ff.de eden.quam limitat dupliciter.

Primò, vbi agitur de modico præiudicio.

Secundò, quandò quis teneretur ad exhibendum officio iudicis tantum.

REGVLA CCCXLVI.

INSTRVMENTA, si eodem die appareant confecta, nec constat de prioritate, nec posterioritate: dolis instrumẽtum præsumitur prius confectum. Text. in arg. l. in ambiguis. ff. de reg. iur. Bart. in l. j. ff. solu. matrimonio, Ias. in §. fuerat. col. 13. nume. 70. Insti. de act. & in l. j. ff. soluto matrim. in princ. & in l. fin. C. de edict. diui Adriani.

Ampliaquatuor modis, & limita tripliciter secundum Ias. in d. l. j. col. j. cum seq.

REGVLA CCCXLVII.

INSTRVMENTA confecta per notarium putatiuũ, non legitimè creatum, nihil valent: tenet Spec. in tit. de instr. edi. §. restat. vers. quid si is, & Bart. in l. actuarios. C. de numer. & actua. lib. 12. & in l. Herennius. ff. de decurionib. & ita est communis sententia, licet aliqui dissentiant.

Limita quinq; modis, vt per Ias. in l. Barbarius. ff. de offic. præt. in col. penul. in fine, & per totam seq. quem vide prius col. 8. & 9. vbi ipsum regulã principalẽ bene examinat, & tandem dicit eam communem sententiam esse.

REGVLA CCCXLVIII.

INSTRVMENTI falsitas in vna parte vitiat totum instrumentum. probat glos. 1. c. si scripturas. 9. dist. tenet Innoc. in c. fraternitatis. de hær. & in c. cũ in iure. ante fin. de offi. deleg. & Bar. in l. quintus. ff. de aur. & arg. leg.

Amplia istam conclusionem etiã si falsitas esset in verbis narratiuis notarij, vt in appositione confinium loci in quo est factum instrumentum, vel in alia narratione facta ab ipso notario, non à partibus, in qua non asserit aliquid de visu suo, nam tunc vitiatur totum instrumentum: tenet Innoc. in d. c. cum in iure, & Arch. in c. si papa. de priuil. in 6. quos refert, eis assentiendo Fel. in d. c. fraternitatis. penul. col. in princ.

Limita primò, quando falsitas est præsumpta, quia tũc si esset in vno capitulo non vitiat reliqua: firmat Iac. But. & Bal. in l. iubemus. per illum text. de testamen. C. refert Fel. in d. col. pe. ver. fallit autem. scripsit hoc etiam Ias. qui latius in hoc allegat quàm Fel. in l. si ex falsis. col. fi. de transac. C. qui firmat idem in quasi falsitate, vt puta si fit rasura instrumenti in vna parte.

Secundò fallit, quando est vitium in accessorio, quia tunc nõ vitiabitur principalis dispositio instrumẽti, puta in fideiussore, vel in pœna secundũ Bal. in l. 2. C. de falsis. per illũ tex. & gl. & sequitur Fel. in d. pen. col. ver. 2. fallit.

Tertiò fallit, quando falsitas est in parte non substantiali instrumenti: puta in demonstratione alicuius rei, de cuius corpore aliter constat. Ita restringit Fel. in d. pen. col. & Ias. in d. l. si ex falsis. in pen. col. in fi. versi. limita. qui referunt Doct. hoc tenentes.

Quartò fallit, nisi fit falsitas commissa sine vitio notarij, sed ob falsam partis assertionem, quia tunc non vitiantur capitula separata ab illa parte in qua inest falsitas: tenet Fel. vbi supra, qui refert Bal. in c. ad audientiam. de rescript. & in d. l. ex falsis.

Quintò fallit, nisi pars contra quam producitur tale instrumentum, acceptet ipsum in partibus non falsi, redarguendo ipsum solum in partibus falsis: tenet Bal. in d. l. 2. C. de falsis. Fel. in d. pen. col. ponit etiam Ias. in d. l. si ex falsis. in fin. qui melius loquitur alios referendo, & rationem assignando.

REGVLA CCCXLIX.

INSTRVMENTA, nec alij actus, non possunt recipi, nisi parte præsente, vel saltem citata, vt est tex. quem dicunt ibi sing. Ang. & Alexand. in l. properandum §. sin autem reus. C. de iudic.

Limita tripliciter, vt per Ias. ibi, in 2. col.

REGVLA CCCL.

INTERESSE lucri cessantis, potest peti etiam iure canonico: tenet Abb. in c. cum venerabilis. de excep. & idem in consil. 65. & alij plures doct. relati per Felin. in d. c. cum venerabilis 2. col.

Limita & intellige dictam conclusionem quadrupliciter, vt per Felin. vbi supra.

REGVLA CCCLI.

INTERLOCVTORIA à qua fuit bis appellatum, & semper fuit confirmata, non potest amplius per iudicem reuocari. Glos. est sing. in clem. fin. de appell. in verbo, super eam. quam sequitur & commendat Abb. in cap. cum cessante. de appell. in col. 3. commendat etiam Felin. vbi plura pro ea refert in c. qualiter. el 1. col. 6. de accusat.

Limita dupliciter, vt per Felin ibi.

REGVLA CCCLII.

INTERLOCVTORIA qualibet, potest reuocari per iudicem, siue concernat processum, siue emergẽtem, siue incidentem quæstionem: vt in l. quod iussit. ff. de re iudic. & in c. cum cessante. de appella. & in l. diem proferre. in princ. ff. de arbi. facit c. fi. de appel. in 6. notat Innoc. c. quo ad consultationem. de re iudica.

Limita 12. modis, vt per Feli. in cap. qualiter. el 1. de accusa. in col. 4. cum 9. sequentibus, vbi aliquibus ex limitationibus, alias sublimitationes interserit. Vide Alexan. qui ante ipsum illas 12. limitationes scripsit, licet non tam copiosè examinauit in d. l. quod iussit. in 5. col. cum tribus sequen. ff. de re iud. vbi Ripa ampliat istam regulã vndecim modis, & limitat alijs tredecim. & vide Prępo. in d. c. cum cessante, col. 12. cum tribus sequẽtibus de appell. vbi eam restringit 22. modis: vbi vide Philip. in col. 3. cum 6. seq. qui eam 14. modis restringit.

REGVLA CCCLIII.

INTERLOCVTORIA habens vim diffinitiuæ, reuocari non potest, quoniã de illa, prout de diffinitiua iudicatur: not. Bart. in l. quod iussit. ff. de re iudi. refert eum Maria. in c. qualiter. el 1. de accusa. tenet Abb. in c. cum cessante ar col. in fi. de appel. & in c. peruenit. el 2. eod. tit. & voluit gl. in c. fi. in verbo, inanes. de electione. in 6. quã commendauit Felin. in c. causam matrimonij. de offi. deleg. in princ.

Limita duobus modis: vt per Felin. in dicto cap. qualiter. col. 4. in fin. & sequ. de accusa. per quem vide in dicta colũ. 4. quæ sit interlocutoria habens vim diffinitiuę: de quo etiam per Bald. in l. penul. in 1. col. C. si aduersus rem iudic. & per Barba. in addit. ad Bald. in l. minoribus C. de his quibus vt indig. in addi. incip. debet intelligi, in litera B, & in addit. sequen. Et vide quod notaui in meis doctrinis magistralibus, in doctrina incipien. interlocutoria, & vide Philip. in d. cap. cum cessante. de appell. in col. 3. melius per eundem in col. antepen. vsq; ad fin. vbi describit vltra 26. sententias interlocutorias, quarum aliquæ habẽt vim diffinitiuæ.

REGVLA CCCLIIII.

INTERLOCVTORIA per quam iurisdictio iudicis est finita, vt si pronunciat se iudicem incompetentem, vel non esse procedendum ad vlteriora, vel si absoluat conuentum ab obseruatione iudicij, non potest reuocari per eum. Text. not. in c. significantibus, de offic. deleg. bonus tex. in c. iudex ab apostolica §. 1. in fi. eod. titu. in 6. notant Abb. Imo. Rom. Maria. Bal. et Ant. in locis relatis per Fel. in c. qualiter. el j. col. 4. in fi. vers. fallit secundò. de accusa.

Limita quatuor modis, vt per Fel. ibi, quas limitationes transcripsit Ripa, & si aliquid addens in l. quod iussit. col. 3. de re iudic. ff. quas in summa transcribere libet.

Primò fallit in iudice ordinario: pro quo allegant Feli. & Rip. Bal. Paul. & Ias. hoc tenentes, & postea referunt alios doctores contrarium firmantes.

Secundo fallit, vbi à tali interlocutoria esset appellatũ, quia tunc poterit reuocari, secundum Feli. & Ripam vbi supra: quam tamen limitationem dicit idem Ripa, sibi non videri tutam, ex ratione de qua per eum, ex quo relinquit cogitandum.

Tertiò fallit, quando iudex declarauit se incompetentem super aliquo dependenti à principali negotio, seu incidenti tantum.

Quartò

Quartò fallit, quando iudex qui pronuntiauit se non iudicem, non est datus principaliter. sed accessoriè, vt exe cutor: quia potest talem sententiam reuocare. Ita not. singulariter Dominic. post Paul. in c. si super. de offic. deleg. in 6. quos refert Feli. qui dicit hanc limitationem notandam, quia multa ex ea elici possunt: quam simpliciter sequitur Ripa, referendo Felin.

REGVLA CCCLV.

INTERPELLATIO extraiudicialis cõstituit debitorem in mora, vt not. glo. in l. qui Romæ. §. cohæredes, in verbo, testato. ff. de verb. oblig. & in l. fideiussor obligari §. fi. ff. de fideiussor. in verbo, reus, & in l. amplius non peti. ff. rem ratam hab. per quas ita tenet Bar. in l. si ex legati causa. ff. de verb. obl. idem in l. qui vxori. in princip. ff. de adulte. alia glos. est in l. vinum, si cert. pet. ff. in glos. mag. in princip. tex. pro eis in l. denunciasse. in princ. ff. de adult. quem ad hoc dicit mente tenẽdum Bart. in d. l. qui vxori. in prin. cum qua legit simul eandem legem., denunciasse. Et hoc tenet Segura, vbi plures gl. alleg. in repet. l. si ex legati causa. in fol. 14. col. 3. ff. de verborum oblig.

Amplia etiam si talis interpellatio fieret per verba enũtiatiua: vt si creditor debitori dicat, egeo pecunia quã mihi debes, vel similibus verbis vtatur, not. Bart. in l. & hoc modo. ff. de legat. 1. Angel. & Flor. in l. mora. ff. de vsur. qui adducunt text. in l. Paulus §. 1. ff. de bon. liber. & notant alij, quos refert Ias. in d. l. vinũ, in col. 8. ff. si certum pet. in d. l. si ex legati causa, in col. 6. ff. de verb. obli. & ista est magis communis sententia secundum eum, licet alij, quos ipse enumerat, ab ea dissentiant: & tenet etiam Segura in d. fol 14. & dicta colum. 4.

Amplia secũdò, quod etiam sola notificatio debiti extraiudicialis constituit in mora. Ita Bald. in d. l. vinum, quod ibi sequitur Ias. in d. colum. 8. dicens hoc raro reperiri alibi: & not. etiam Segura in dicta col. 4. in fin.

Amplia tertiò, vt sufficiat etiam vna interpellatio. Ad hoc textus est iuncta glossa in l. mora. ff. de vsur. & not. Bartol. in l. Titia. §. vsuris, per illum textus. ff. de leg. 2. notat Didacus de Segura in alleg. l. si ex legati. fol. 15. colũ. 1. vbi describit tres casus vbi hoc fallit, & sic non sufficit vnica interpellatio.

Limita istam regulam quadrupliciter, vt per eundem Ias. in d. l. vinum, in d. col. 8. & in d. l. si ex legati d. col. 6. cũ duabus seq. quarum limitationum duæ vltimæ differunt à tribus descriptis per Socin. huic regulę in suis fallentijs, in regula 191. incip. interpellatio. & duæ primæ, quæ cum alijs concordant. Latius & melius a Ias. examinantur, quàm sint ab ipso Soci. descriptæ, qui huic regulæ nullam ampliationem assignauit: & suprà scriptas quatuor limitationes rescripsit etiã idem Didacus de Segura, in allegata l. ex legati, fol. 15. col. 4. & in duabus col. sequentibus.

REGVLA CCCLVI.

INTERPELLATIO ad hoc vt constituat debitorem in mora, debet fieri congruo tempore. Text. est in l. cum filius §. fina. ff. de verborum oblig. Et dicas idem si cõgruo loco non fiat, vt in l. si soluturus. ff. de solut. & notat gloss. in l. mora. in princip. ff. de vsuris, cum de tempore ad locũ argumentum teneat, vt sunt iura in l. fi. ff. de tritic. in l. vinum. ff. si certum petatur. in c. 1. de plus petitio.

Limita dupliciter vt per Ias. in d. §. fi. col. 1.

REGVLA CCCLVII.

IRREGVLARITAS contrahitur, quando aliquis ministrat in ordine, quem non habet: vt in c. 1. & 2. de cle. non ordi. mi.

Limita sex modis vt per Syluestrum in sua summa, in verbo, irregularitas, versic. duodecimò quæritur.

REGVLA CCCLVIII.

IVDEX potest parcere reo contumaci, expectando eum etiam actore inuito & contradicente. Text. est in capit. consuluit. de offic. delega. quod dicit ibi Felin. singulariter notandum.

Limita tripliciter, vt per Felin. ibi, col. 1.

REGVLA CCCLIX.

IVDEX si ex pluribus pœnis vnam eligit, non potest aliã imponere: vt in l. prætor edixit. §. fi. ff. de iniur. & not. Bart. per illam l. in l. 1. in fin. ff. de vi bonorum rap. ida in l. senatus. in 2. col. ff de accusa. vide Bald. in l. data opera. colum. 2. C. de accus.

Limita tripliciter vt per Felin. in cap. quod olim. de Iudæ. in fine.

REGVLA CCCLX.

IVDEX non potest reuocare diffinitiuam sententiam. Text. est in l. Paulus, & in l. iudex. ff. de re iudic. faciunt iura notanda, quæ in criminalibus loquuntur in l. moris. §. sed enim, & in l. diui fratres. ff. de pœn. quæ commendauit Abb. in c. suborta. de re iudica. in colum. penul.

Habes Hispane text. in l. 2. tit. 22. parti. 3.

Limita 12. modis, vt per Præposi. in cap. cum cessante. de appell. in colum. 17. & sequent. quam etiam regulam 8. modis restringit Felin. in cap. qualiter. el 1. colum. 13. cum 8. sequen. de accusatio. vbi plenissimè hoc examinauit: & vide Ripam in l. quod iussit. in colum. 10. cum duabus sequen. ff. de re iudic. vbi ampliat istam regulam octo modis, & limitat alijs nouem.

REGVLA CCCLXI.

IVDEX delegatus non potest cognoscere de nullitate suæ sententiæ, vt in l. si vt proponis, la 1. C. quomodo & & quando iud.

Amplia tripliciter, & limita quinque modis, vt per Ripam in l. quod iussit. ff. de re iudic. in col. 13. & sequen.

REGVLA CCCLXII.

IVDEX secularis non potest cognoscere de causa spirituali, nec principaliter, nec incidenter: vt probat text. in cap. tuam. de ordi. cogni & in cap. lator. qui filij sint legiti. & in cap. si iudex laicus, de sententia excommunicationis, in sexto.

Limita nouem modis, vt per Alexand. in l. Titia. in 4. & 5. col. ff. solu. matrimo. Vide Ias. qui addit alias quatuor limitationes in l. quoties 2. colum. ad fin. & in sequen. C. de iudi.

REGVLA CCCLXIII.

IVDEX propter sententiam nullam, non facit litem suã: not. Angel. in l. 1. §. hæc verba. ff. quod quisque iuris. quod dicit singul. Feli. in cap. ex tenore. de rescript. in col. 3. qui allegat gloss. in l. fin. ff. de varijs & extraordi. cogni. & ibi Bartol. Adde vltra eũ Barto. in suis quæstionibus, in quæstione 9, incipien. iudex per imperitiam. in colum. 1. versiculo decimò probatur, vbi sequitur prædictam glos. Ex quo colliges rationẽ huius regulæ, quæ est, videlicet, quia talis sententia non lædit partem: & vide Imo. in c. fin. de empt. & vẽd. qui dicit nõ esse alibi illã glos. eam etiã commendat ad hoc Ias. in l. 4. in §. condemnatum, in princip. ff. de re iudi. vbi etiam refert Ange. vbi suprà, not. etiam Paul. in l. si filium familias. ff. de iudic. allegando d. glo. Et vide tu Hispane l. 11. tit. 22. parti. 3. quæ ponit plures casus in quibus sententia est nulla.

Limita primò, nisi fuisset eam executus secundũ Bald. in l. obseruare §. proficisci quæst. 21. ff. de offic. procons. quem sequitur Felin. vbi suprà. & tenet etiam Paul. in dicta l. si filiumfamil. Adde vltra eos Ange. in l. 1. §. hæc verba suprà alleg. vbi etiam per Alexan. in princip. qui refert Fulg. hoc sublimitantẽ, nisi executio possit retractari per grauatum, quia tunc debet eam retractare grauatus, & sic quòd limitatio procedat, quando executio est irretractabilis: quam sublimitationem nota, & credo eam intelligẽdam, siue sit irretractabilis ex natura ipsius actus, qui fuit executus, siue quia lapsum est tempus quo pars debebat illam retractare, quia ista negligentia non poterit opponi parti per iudicem, ex his quæ infrà in 4. limitatione describam. Ex hoc habes vnum effectum, quòd actus sit irretractabilis: confirma eo quod not. Philip. in cap. vt debitus.

bitus 6.col.de appella. vbi tenet quòd à futuro grauamine potest appellari, quando grauamen est irreparabile, vt puta à tortura, vel captura: & vide Felin.in cap. si quando de offic.delega.in col.penult. vbi ponit 5.effectus actus irreparabilis, contra regulas iuris communis. Vide etiam alium per Alexand.post Paul.ibi, in l.4.§. condemnandū. col.fin.versic.& per istam.ff.de re iudi.videlicet, quando per executionem sententiæ infertur infamia vel præiudicium irretractabile: tunc allegatio nullitatis vel restitutionis in integ.impedit executionē. Vide alium per Ias.in l.vt vim, in col.4.circa fin.ff.de iustitia & iure.

Secundò declarat, quod regula procedit quo ad totale interesse, sed quo ad expensas propter hoc factas & damna, bene facit litem suam. Ita Bart.in solutione quæstionis 9. supra allegatæ.in j.col.in fin.& tenent Ange.& Alex. vbi suprà: tenet etiam Paul.in dicto loco.

Tertiò limita, nisi nullitas sententiæ prouenerit ex eo, quia iudex pretio corruptus tulit eam: quia tunc licet sententia sit ipso iure nulla, vt in l.venales C.quan.prouo.nō est necess.& in l.seruo inuito §.cum prætor. ff. ad Trebel. vbi Docto.& not.gloss.in c.cum ab omni.in gloss.fin. de vita & honesta clem.& in l.si per imprudentiam, in verbo, autore.ff.de euic.tamen tenetur parti in totum, vt est text.& Bart.in l.fin.C.de pœn.iudi.& in d.q.9.in col. ante pen.in fi.in versi.decimò probatur, & vide Alexā.in d.§. hæc verba, in 1.colū. vbi idem tenet per allegat.l.& refert plures idem firmantes, licet de Bart.vbi suprà, non meminerit. Et aduerte quod Alexand.vbi suprà, generalius tradit hanc limitationem, dicendo quòd quando sententia nulla fuit dolo iudicis lata, tunc iudex tenetur ad integram litis æstimationem: licet vt videre poteris, illa lex finalis solum loquitur, quando iudex præcibus vel pretio tulit sententiam.

Quartò crederem, saluo meliori iudicio, suprà dictam regulam restringendam, nisi esset lapsum tempus agendi de nullitate (quod ex iure nostri regni Hispaniæ est tempus sexaginta dierum, vt in l.2.tit.15.lib.3.in ordi. rega.) vel si elapsi sunt triginta anni, infra quos potest agi de nullitate, iuxta notata per Bart.in l.si expressim. ff.de appell. quem refert Lanfran.in repet.cap.quoniam contra.fol.3. col.2.de probat. & per Cardin.in clement.1.de re iudic.in 14.quæst.& per Philip.in cap.dilecto.de appell. in col. 5. & per Ias.in l.1.colum.fina.ff.de ferijs, qnia tunc cùm sententia lædat partem, & ratio huius regulæ cesset, meritò cessabit eius dispositio. Nec arbitror quòd poterit iudex imputare parti quare de nullitate non egerit, sicut nec imputare potest, quòd ab eius sententia iniusta non appellauit, vt voluit gloss. in l.1.§.1. in verbo, noui iuris.ff.quod quisq; iuris, & probat gloss.in d.l.si per imprudentiam. ff. de euict.& notat Bart.in solutione d.quæst.in princip. & tenet Inno.in c.sacro, de sentent.excommu. quem refert & sequitur Bald. qui hoc comprobat rationibus optimis in cap.1.§.iudices, de pa.iura.firman.in colum.penul.ver. quæro nunquid.& tenet Ang.in l.4.§.si.ff.de damno infecto, vbi vide Alexand.qui plures refert, & tandem cōcludit quòd ita est communis cōclusio. Imo fortius opinor quòd etiam si pars cœpit agere de nullitate, & causa nullitatis sit deserta, adhuc possit cōtra iudicem agere: quod infero ex illa magis communi conclusione, relata per Alexand.vbi suprà, quæ habet, quòd etiā si appellatio sit deserta, pars agit contra iudicem qui iniquè pronunciauit; dum tamen lapsu temporis, & non renunciatione ipsius appellantis, sit appellatio deserta: & sic eodem modo intelligo de desertione nullitatis, vt iudex teneatur.

Quintò generalius restringe, nisi aduersarij intersit, quia tunc bene facit litem suam. Ita tenet Bald. in l. si vt proponis in 1. in fin.C.quomodo & quādo iudex.& consonat illud quod firmat idem Bald. in allegato §. iudices, in colum.1.vers.quæro nunquid. vbi tenet, quòd in casu nostræ regulæ iudex facit litem suam, in eo quòd partem damnificat: facit etiam quod voluit idem in l.pen.C.de pactis, prope fin. vbi tenet quod quando sententia nulla generat præiudicium parti, iudex facit litem suam.

REGVLA CCCLXIIII.

IVDEX vel is cui fit commissio, non se excusat prætextu infamiæ, vel alterius inhabilitatis. Text.in l.nec infames. C. de decurio. libr. 10. per quem ita tenet Speculat. titu.de legato §.excipitur. versi.sed nunquid.tenet Inno. & communiter alij Doctor. in capitulo, suscitatus, de rescriptis.

Limita sex modis, vt per Felin.ibi, col.4.

REGVLA CCCLXV.

IVDEX ad quem, non inhibit iudici à quo, sed prius debet præmittere cognitionem vtrum appellatio sit recipienda: & si eam recipit veluti emissam ex probabili causa, poterit postea innibere iudici à quo, ne procedat text. in cap.Romana.§.quòd si obijciatur.de appel.libr.6.iuncto Innoc.in cap. dilectus lo 2.de rescripti. Illud dictum sequitur Compostella.& communiter alij ibi.Bald.in addit.ad Specul.titu.de appella.versic.per appellationem ab interlocutoria. idem tenet domini de Rota in decis.412. in nouis.incip.item si appellatur.tit.de appellat.et eod.tit. decisio 6.in antiquis.

Limita quadrupliciter vt per Felin.in d.c.dilectus, lo 2. colum.9.

REGVLA CCCLXVI.

IVDEX debet pronuntiare sententiam, secundum partium conuentionem & concordiam. Text.est in lege, si conuenerit.ff.de re iudic.facit l.1.§.pòst operis.ff.de ope. no. nuntia. Exempla ad hāc regulam ponit Vldaricus Zasius in d.l.si conuenerit.col.1.& in 2.col. dicit per eam limitari tex.in l.iudicium.ff.commun.diui.item text. in l.il licitas.§.veritas.ff.de offi.præsi.item tex.in l.rem non nouam.C.de iudic.

Limita hanc conclusionem quinque modis notabilibus, vt per Iason.in d.l.si conuenerit: & adde sextam limitationem per Vldar.Zasi.vbi suprà.

REGVLA CCCLXVII.

IVDEX potest supplere in accessorijs, postquam tulit sententiam, debet tamen illud facere eodem die.l. Paulus respondet rescindere.ff.de re iudic.facit l.iudex posteaquam, eod.tit.

Amplia hanc regulam in prima parte, scilicet quòd iudex potest supplere in accessorijs duobus modis, vt per Vldaric.Zasi.in d.l.Paulus 1.col.

Limita tripliciter, vt per eum vbi suprà 2.col.

REGVLA CCCLXVIII.

IVDEX alterius territorij, non potest mandare executioni sententiam ab alio iudice latam, nisi ad literas & requisitionem iudicis, qui eam tulit, tex.est, quem ibi notat Angel.in l.properandum §.sinautem reus, C. de iudic. in col.1.quem tex.dicit ibi Paul.alibi in corpore iuris nō reperiri meliorem. Et vide Hispane l.1.tit.27.part.3.

Limita duobus modis notabilibus, vt per Iaso.ibi, in col.1.& vide Alexand. quem ipse Ias.non refert in l.à diuo Pio. §. sententiam, in colum.5.ff.de re iudic.vbi describit dictas duas limitationes, & aliam tertiam, & in materia bene loquitur.

REGVLA CCCLXIX.

IVDEX etiam delegatus, cognoscit an sua sit iurisdictio; probat text.in l.2.ff.si quis in ius vocat, non ierit. & in l. Præscriptione C.si con. ius vel vtilit. & in c. super literis, de rescripi.

Amplia istam regulam tribus modis, & limita alijs.14. vt per Felin. in d.c.super literis, in col.12.cum alijs 12. colum.sequen.

REGVLA CCCLXX.

IVDEX quando procedit super delicto ex præsumptione, debet multum temperare sententiam suam, & maximè ne condemnet, nisi rarò & modicè ad pœnam, nec pecunia-

pecuniariam, nec corporalem. Verba sunt aurea Innoc. in cap. quia verisimile, de præsumpt. quæ commendat Abb. in c. auditis, in col. penult. de præscript. Ant. & idem Abb. in c. quanto, de præsumpt. & celebrant hãc doctrinam Innocen. Specul. Oldrad. Petr. de Anchar. Bald. & Cæpol. & Feli. in pluribus & varijs locis satis diffusè relatis per Hippolyt. in repet. rubr. C. de probat. in col. 50. quos etiam ferè ad literam retulit idem Hipp. in l. repeti. ff. de quæstio. in col. 6. in fin. & sequent. quæ loca referre nolui breuitatis affectu. Sat sit autorum tibi referre nomina, vt noueris qui fuerint tantæ decisionis celebratores, vltra quos vide Iasonem in l. vt vim, in 3. col. ff. de iustit. & iure Alexand. in l. 1. in col. 9. ff. si certum petatur, & ibi Ias. in 5. col. in fi. qui allegant glos. in c. inter solicitudines, de purgatio. canonic. in glos. fi. licet Iason in loco proximè relato, corruptè eam alleget. Commendat etiam Tho. Ferr. in cautelis vltra Cæpol. cautela 5. in col. 2.

Amplia istam regulam verbis Pauli de Castro notãdis in consil. 197. incip. visa inquisitione. vbi voluit quòd ad condemnandum quo ad pœnam ordinariam delicti: non sufficiunt argumenta, vel indicia quantumcunque vrgentissima, etiam si sint talia quæ mentem iudicis adeò coarctarent, quòd aliud credere non posit: & ibi describit plura exempla, quod refert Hippol. in d. col. 50.

Limita & intellige prædictam conclusionem, quando iudex ꝓcedit ex hominis præsumptione, secus si ex præsumptione iuris. Ita limitat Abb. in c. accedens. in col. 2. de accus. in versic. nec obstat. Dat rationem, quia illa non ita fallit, sicut præsumptio hominis: confirma hanc conclusionem 12. differentijs, quas cumulat Felin. inter ea quæ sunt hominis, & ea quæ sunt iuris in c. pastoralis §. fi. pen. col. de offic. deleg.

REGVLA CCCLXXI.

IVDEX ex causa potest pœnam à iure statutam moderare. Tex. est in l. quid ergo §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. not. Inno. in c. qualiter & quando. el 2. de accus. text. gloss. & Bald. in l. & si seuerior C. in quib. caus. infam. irroga.

Limita istam regulam 6. modis, vt per Felin. in d. c. qualiter & quando. in §. ad corrigendos. in col. 6. & vide per totam col. seq. septem causas iustas alternandi pœnam.

REGVLA CCCLXXII.

IVDEX si incipiat à præcepto executiuo, tale præceptũ factum sine causæ cognitione, quãdo in eo nun est clausula iustificatiua, est ipso iure nullum, & potest sperni, & quamuis citatus non compareat, non incurrit pœnam præcepti: notat Bartolus in l. 1. C. de execut. rei iud.

Limita quatuor modis, vt per Ias. in l. nec quicquam §. vbi decretum, in colũ. 3. ff. de offic. proconsul. & legat. qui eam per supradicta verba descripsit, sic esse magis communem conclusionem firmando.

REGVLA CCCLXXIII.

IVDEX secularis cuiuscunque pręeminentiæ sit, non est competens, quando tractatur de materia iuramenti, cũ sit spiritualis: notat Hostien. in capitulo tua, super glo. fin. de ordin. cognit. Abb. in capitulo significante. de pignor. in 1. notab.

Limita quinq; modis, vt per Felin. in c. 2. de spõs. in col. 10. vbi, & in seq. col. vide plenè de materia.

REGVLA CCCLXXIIII.

IVDEX potest sententiam diffinitiuam à se latam declarare, seu interpretari: notat Card. Anton. Abb. Ioan. de Anan. & Maria. in c. qualiter, el 1. de accus. vide bonam gl. in c. loci nostri §. his ita, 35. q. 9. in gloss. magna, per Barto. in l. ab executore, col. 2. ff. de appellat. Vide Hispane l. 2. titu. 22. part. 3. in fine.

Limita quatuor notabilibus modis, vt per Felin. in dicto cap. qualiter. el 1. in col. 13. & seq. vbi vide sing. de materia: & pro ipsa principali regula vide eum in col. 13. post medium, quia bene loquitur. Vide l. 3. tit. & part. alleg. in regula.

REGVLA CCCLXXV.

IVDEX non tenetur impartiri officium nõ postulatum, vt in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damn. infect. & in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de noui oper. nuntiat.

Amplia sex modis, & limita alijs sex, vt per Ripam in d. §. hoc autem, in col. 2. cum tribus sequent.

REGVLA CCCLXXVI.

IVDEX ecclesiasticus non potest inhibere iudicem secularem, nisi parte citata: notat Anto. & cano. in c. tuam. de ordin. cognitio, & hanc dicit magis communem sententiam Alexand. in l. 4. §. condemnatum, col. 6. ff. de re iudic. idem in l. Titia. in fi. ff. solut. matr. & vtrobique refert plures Doct. Hoc etiam tenet Ias. in l. si opus, col. 2. ff. de noui oper. nuntia. qui etiam varia loca describit, vbi hæc fouetur opinio, licet aliquos doct. tenentes contrarium referat: & idem Iaso. in l. nec quicquam §. vbi decretum, col. 6. in princip. ff. de offic. procõsul. & sequitur etiam Thomas in cautelis vltra Cæpol. cautela 28. in col. 3.

Limita primò, vt per Ias. in l. ab administratione. C. de lega. cuius limitationem refert Thom. vbi suprà.

Secundò limita, quando iudex ecclesiasticus inhiberet ex officio suo, vt voluit Alexan. in consil. 9. in 4. volu. incipit d. consil. præstantissima doctor. & refert Thomas, vbi suprà, & ponit etiam Ias. in lectura l. admonendi, col. 6. ff. de iureiur. & in repet. col. penult.

REGVLA CCCLXXVII.

IVDEX omissa conscientia, secũdum acta & probata pronuntiet: tangit Abb. allegando sanctum Thom. in c. pastoralis. §. quia verò. de offic. deleg. tenet Ricardus de media villa, in 4. distin. 18. quæst. 3. arti. 2. Inno. in cap. cum dilecta, in glos. magna, in fin. de rescriptis. Bart. & Bald. post gloss. ibi in l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præsidis.

Limita septem modis hanc conclusionem, vt per Feli. in d. c. pastoralis. §. quia verò, col. 7.

REGVLA CCCLXXVIII.

IVDEX ex causa potest mutare omnem dilationem legalem: notat Bartol. in l. 2. ff. de re iudic. vbi vide Imo. Roma. & Alexand. & Butr. in c. 2. de dilat. & probatur in d. l. 2. iuncto c. quoad consultationem. de re iudic. & in c. personas. de appel.

Limita octo modis, vt per Felin. in cap. cum sit Romana. 1. & 2. col. de appella & in materia huius regulæ Vide Ripam in d. l. 2. ff. de re iudic. in col. 3. vbi ponit pro regula conclusionem negatiuam, contrariam huic regulę, & limitat sex modis & postea limitat istam regulam dupliciter, limitando opinionem Bartol. ibi.

REGVLA CCCLXXIX.

IVDEX cuius arbitrio aliquo casu pœna est relicta, potest vsq; ad pœnam mortis arbitrari, gloss. est sing. §. in summa. Institut. de iniur. verbo, extraordina. quam sequitur Abb. in c. ex literis, de constit. & in c. cum te A B. de re iudic. Barto. in l. fin. ff. vbi pupil. educa. deb. quam etiam sequitur Pręposi. in cap. 2. de sponsa duorum, ex qua dicit notabiliter, referendo Anton. ꝙ secundum qualitatem personarum, poterit iudex punire eum, qui duas vxores accepit in pœnam mortis: puta quia ignobilis accepit nobilem, cum aliam haberet.

Limita istam conclusionem tripliciter, vt per Felin. in c. inquisitionis, in princ. col. fin. de accusatio. vbi vide omnino per totam illam col. de veritate illius singularis glos. & vide eundem Felin. in c. ex literis, col. 10, & 11. de constit. vbi tractat de dicta conclusione, & ponit quinq; declarationes circa eam, & vide ibi Decium col. pen. & fin. qui etiam ponit 8. declarationes.

Iudex secularis. vide infrà in verbo, matrimonij.

REGVLA CCCLXXX.

IVDICES ordinarij plures, licet habeant iurisdictionem & exercitium insolidum, tamen si omnes simul cœperunt de causa cognoscere, non debet pronuntiare vnus sine alio, sed omnes simul debent iudicare: notat gloss. quã ibi omnes sequuntur in lege, si vni. ff. de re iud. in verbo, proferre.

Limita hanc regulam tripliciter, ut per Ias. in d. l. si vni. 3. columna.

Primò, nisi vnus eorum iuret sibi non liquere,

Secundò, nisi in sententia interlocutoria.

Tertiò limita, si aliquis eorum sit impeditus aliqua iusta causa.

REGVLA CCCLXXXI.

IVDICI resistere non licet. Tex. in c. qui resistit 2. quæst. 3. gloss. singu. in c. præsentium 7. quæst. 1. allegat eã Abb. in c. ex insinuatione, de procurat. col. 1. & ibi eam facit singularem: & est text. in l. addictos C. de episco. audien. imò resistens puniri debet pœna criminis læsæ maiestatis. Barto. in l. 4. in fi. ff. ad l. Iuliam maiestatis.

Limita quatuor modis, vt per Feli. in c. si quando. de offic. deleg. col. 2. & 3.

REGVLA CCCLXXXII.

IVDICIVM vbi semel acceptum est, ibi finem accipere debet. Verba sunt text. in l. vbi acceptum. ff. de iudicijs.

Limita vndecim modis, vt per Felin. in cap. ex tenore. de rescriptis, col. 7. cum duabus sequen.

REGVLA CCCLXXXIII.

IVRA canonica ligant omnes. Text. iunctis gloss. in c. 1. de constit. vbi omnes Doctor. quam ibi confirmat Feli.

Limita decẽ modis, vt latissimè per eum ibi per 15. col.

REGVLA CCCLXXXIIII.

IVRAMENTVM per metum præstitum, obligat. Firmat hanc regulam Felin. in c. si verò. de iureiur.

Limita sex modis, vt per Ioan. de Selua, in tractatu de iureiur. in fol. 6. col. 1.

REGVLA CCCLXXXV.

IVRAMENTVM in litẽ de veritate ad hoc vt deferatur, requiruntur duo. Primum, difficultas probationis. Secũdum, dolus aduersarij. Doctrina est Bartol. post gloss. ibi in l. in actionibus. ff. de in lit. iuran. notant Canonistæ in c. fin. quod met. causa. facit text. cum glos. in l. semper §. hoc autem edicto. ff. quod vi aut clam. & dicit eam communẽ Ias. in d. l. in actionibus. 8. colum.

Limita hanc conclusionem duobus modis, vt per Iaso. vbi suprà.

Primò, vt nõ procedat in actionibus bonæ fidei, in quibus etiam si non concurrat difficultas probationis, sufficit dolus aduersarij, lege, nummis. vbi Fulg. not. eodem titulo.

Secundò limita quando quis conuenitur ex dolo proprio, secus si alieno: quia tunc non defertur iuramentum in litem de veritate.

REGVLA CCCLXXXVI.

IVRAMENTVM non transit ad hæredes, cum sit personale, vt in cap. veritatis, de iureiurando, vnde licet iurãs possit cogi ad factum, vt est gloss. singularis in l. si pecuniã ff. de condictione ob causam tamen eius hæres non poterit. Ita not. Bald. in præludijs feudo. col. 7. nec hæres iurantis efficitur de foro ecclesiæ, vt not. idem Bald. in l. 1. versi. extra quæritur. C. de reb. credit. & in authent. sacramenta puberum C. si aduers. vendit.

Amplia, quòd sicut non transit iuramentum, ita nec facultas iurandi: not. Bald. in l. 2. C. de contract. indeb. Vide quatuor notabiles conclusiones pro declaratione huius ampliationis, per Marc. Anto. in loco infrà allegando.

Limita non procedere in iuramento cõfirmatorio cõtractus, sicut in casu text. in cap. cum contingat. de iureiuran. & in c. licet. eodem titulo, in 6. & in authẽt. sacramenta puberum, quia tunc sicut ipse contractus validatus transit ad hæredes, eodem modo transit effectus iuramẽti tanquam eius sequela. Ita pulchrè Paul. de Castr. in consil. 65. & 67. idem in authent. quod obtinet. C. de probat. Petr. de Anchar. in d. c. veritatis, quos & alios refert ad hoc Marc. Anton. in tractat. de virtute iura. in effectu 45. Et idem videtur velle Fel. in c. cum sit generale. col. 6. de foro compet. quem vide ponentem aliam, & secundam notabilem limitationem ad hanc regulam.

REGVLA CCCLXXXVII.

IVRAMENTO acquiritur obligatio, & per consequens actio: probat text. in cap. qui sacramento 22. quæst. 4. & in cap. fin. de foro compet. lib. 6. probat gloss. in c. quoties cordis. 1. quæst. 7. & est communis opinio doc. vt latius vide bis in loco infrà alleg.

Limita 24. modis, vt per Ioannem de Selua, in tractatu de iureiurando 3. par. quæst. 1. per 12. columnas, quem vide in duabus primis colum. pro ipsa principali regula, vbi refert primò aliquos contrariam sententiam tenentes.

REGVLA CCCLXXXVIII.

IVRAMENTVM in fauorem alicuius præstitum, potest ab eo, sine periurij nota remitti. Tex. in capitulo primo, de iureiurand. in cap. 2. de renuntiat. in cap. significanti. de censibus, & in l. fi. ff. qui & à quibus. Abbas & doct. in c. 2. de sponsalibus.

Limita vnico modo, vt per Felin. colum. decimatertia, in d. c. 2.

REGVLA CCCLXXXIX.

IVRAMENTVM appositum in testamento, habet vim clausulæ codicillaris, & sic operatur repetitionem à venientibus ab intestato. Text. singul. in l. cum pater. §. filijs matrem. ff. de legat. 2. ita tenet Bald. per illum text. l. si iure. C. de testa. manu. Et Bartol. in l. si quis pro eo, col. pen. ff. de fideius. & l. si quis in princi. ff. de leg. 3. & l. 1. §. si quis ita. ff. de verborum oblig. l. eam quam, col. penult. C. de fideicommis. versi. sextus casus, & Socin. in regula 98. incip. testamentum si non valet. fallentia 3. & Ias. §. item si quis postulante. Instit. de actio. col. 2.

Limita dupliciter, vt per Ias. in d. l. eam quam, col. 9.

REGVLA CCCXC.

IVRAMENTVM sapit naturam actus, super quo interponitur. Text. est not. qui ad hoc solet allegari l. fi. C. de nõ nume. pecunia. & ibi Bart. & Bald. dicunt eum singul. idẽ Bald. in e. quæ in ecclesiarum. de constitut. Anton. de Butrio c. 1. de iud.

Limita istam conclusionem octo modis, quibus multum declaratur ista regula, vt per Marcum Anto. in tractato de virtu. iuramen. in 72. effectu, col. fina. quem omnino vide, quia prius per duas colum. et vltra corroborat suprascriptam regulam duodecim fundamentis notandis: quod non obliuiscaris, quia cum plura sint, in quibus iuramentum alterat contractus naturam, vt per Iason. in l. si conuenerit. in secũda, & tertia colum. ff. de iurisd. omn. iud. vbi plura cumulat ex prædictis limitationibus. Optimè declaratur materia, & habes illum tractatum in 3. volum. Tractatuum.

REGVLA CCCXCI.

IVRAMENTO omni semper intelligitur autoritas superioris excepta. Tex. in c. venientes de iureiur. facit tex. in c. ea, & in c. ad nostram, eod. tit.

Limita quatuor modis, vt per Io. de Selua in d. tract. de iureiur. fol. 6. 4. col. vbi prius vide aliqua exempla pro ipsa regula: & vide Felin. in c. constitutus. in col. 6. cum tribus sequentibus de rescript. vbi ampliat tripliciter regulam istam, & limitat etiam quatuor modis.

Iuramẽtum, vide suprà in verbo, absolutione. & in verbo, authoritate. & in verbo, clausula. lo 4. & in verbo, deponens. & in verbo, episcopus. & in verbo, iudex.

REGVLA CCCXCII.

IVRANDI facultas (in casu l. si quando. C. vnde vi, & in casu cap. fin. de his quæ vi, metusve caus.) transit ad hæredes

redes damnum passi, si sit mortuus damnum passus antequam iuret: notant Paul. Romanus, & Alexand. in l. si per alium. §. fi. ff. ne quis eum qui in ius voca. est vi exi. ponit Ias. vbi hoc ratione confirmat in d. cap. si quando. penult. col.

Limita & intellige, quando hæredes sunt in tali conditione q̃ possunt iurare, quia sunt bene informati, aliàs nõ: ideoq; oportet q̃ sint tales hæredes, qui morati essent cum defuncto, & gessissent negotia eius. Ita Bal. in cap. 1. col. 1. si de inuest. inter do. & vers. lis ori. & refert sequendo Ias. in d. col. pen. pro quo facit gloss. 1. iuncto tex. in l. maritus. ff. de quæst. ex qua not. ibi Hippol. in 2. col. quòd iuramentum non defertur habenti vnum testem, quando ille non potest scire veritatem rei. Et ponit exemplum in hæredibus, & in successoribus in ius alterius, quibus dicit non deferendum iuramentum per prædictam gloss. quod est notandum, quia sæpè contingit in practica.

REGVLA CCCXCIII.

IVRISDICTIONEM ordinariam & delegatã habens, si procedat simpliciter videtur procedere principaliter ex delegata: not. Io. Andr. in c. si postquam. super verb. ordinaria. de elect. in 6. per l. 3. ff. de test. mili. & sequitur ibi Domi. in princ. in 2. col.

Amplia dupliciter, & limita duobus modis, vt per Feli. in c. cum ex officij. de præscrip. col. 12. & seq.

REGVLA CCCXCIIII.

IVRISDICTIONIS perpetuario circa expressa in rescripto, non operatur regulariter quo ad non expressa. Gloss. Ioan. Andr. & communiter Doct. in c. quoniam. de præscript. Bald. in c. licet vndiq;. de offic. deleg. quam conclusionẽ probat, defendit, & dicit communiter teneri Fel. in d. c. quoniam. col. 3.

Limita 5. modis notabiliter, vt per eũ ibi, & in col. seq.

REGVLA CCCXCV.

IVRISDICTIO ordinaria, respectu certi generis, non potest prorogari ad diuersas causas, & dissimiles expressis. Istam regulam ponit Abb. in c. cæterùm. de iud. quam ibi refert Felin. in 1. colum. & allegat Anto. idem tenentem in cap. 1. de offici. deleg. col. 16. facit notabilis doctrina, quam inserui in meis doctrinis magistralibus, in doctrina incip. iurisdictio.

Limita quadrupliciter, vt per Felin. in d. col. 1.

REGVLA CCCXCVI.

IVRISDICTIONEM contẽtiosam non potest quis exercere in alieno territorio. Text. in l. fi. de iurisd. omn. iud. ff. & in c. fi. de constit. lib. 6. facit text. in l. fi. ff. de offic. præf. vrb. & in l. 2. ff. de offic. proconf. & leg. Probat hoc l. 7. tit. 4. par. 3. quasi in medio. quæ lex punit simili ordine supplicij iudicem, qui homini alieni territorij corporalẽ pœnam infligit.

Limita quatuor modis, vt per Marian. Socin. in capitulo finali, columna 37. de foro competen. vide Iaso. vbi eam limitat 17. modis in d. l. fina. inter quos includit dictas limitationes Mariani, preter vnam, etsi eũ nõ referat.

REGVLA CCCXCVII.

IVRISDICTIO de iure ciuili præscribitur spatio longi temporis, videlicet decem annis inter presentes & viginti inter absentes: exigitur tamen scientia & patientia illius contra quem præscribitur, quæ habet vim tituli, per l. 2. C. de seruitut. & aqua. & facit text. in l. fin. C. de long. temp. præscript. ita concludit Maria. in cap. cum contingat. de foro competent. in columna 10. de quo vide notabiliter & latè per egregium Doctorem nostrum, Ioan. Lupum de pal. rub. in sua vberrima repet. c. per vestras. de donat. inter virum & vxorem, fol. 19. col. 3. cum duabus sequentibus.

Limita quinq; modis, vt per eundẽ Maria. in d. col. 10. quem vide in Materia per tres col. præcedentes.

REGVLA CCCXCVIII.

IVRE communi sublato, intelligitur sublatum statutum illi simpliciter conforme: colligit Felinus. post plures hanc regulam, defendit, & dicit eam communem in c. 1. de rescript.

Limita duodecim modis, vt per eum ibi, columna decima, cum sequent.

REGVLA CCCXCIX.

IVS superueniens ex causa de præterito, pendente lite prodest, & potest sequi condemnatio, etiam de iure ciuili. Text. in l. si rem §. fi. ff. de pigno. action. & in l. si tibi mã dauero vt à Titio exigeres. ff. mandat. Ista est communis conclusio doct. in l. non potest. de iud. ff. & in d. §. fi. vt firmat Marian. in c. significantibus. col. 38. de libel. oblatio. quem vide in materia, per tres col. præcedentes.

Limita tripliciter, vt per eum ibi, col. 39. per totam: vide Paul. in d. l. non potest, in fin. vbi hanc regulam limitat dupliciter.

REGVLA CCCC.

IVRI patronorum nunquam censetur Romanus pontifex per literas derogare, nec præiudicare. Ita tenet Hostiens. in c. dilectus, de offi. deleg. & Lapus allegatione 96 incip. beneficia vacantia. Domin. post Io. Andr. in c. 2. de præben. lib. 6. reprobata ibi gloss. & Abb. in c. cum dilect. de iure patronat. & plura ponit Felin. in tracta. quando literæ apostolicæ noceant patronis ecclesiarum.

Amplia hanc regulam vndecim modis, & limita totidem, vt per Felin. vbi supra, col. 2. cum 7. sequen.

REGVLA CCCCI.

IVS patronatus potest vendi cum vniuersitate, & transit in emptorem. Textus in c. cum seculum. de iure patronatus, not. in cap. ex literis. eod. tit. Vide in materia Roch. in tract. eiusdem titu. folio. 33. in col. 1. in versi. vigesimo quintò quæro.

Limita quadrupliciter, vt per Paul. de Citadinis in tractat. de iure patronatus. in 9. parte, col. 3. in versiculo, nonò quæro.

REGVLA CCCCII.

IVS, seu priuilegium reuocandi domum, si competat alicui, & cœpit alium conuenire durante causa concessiua dicti iuris, seu priuilegij: tunc potest conueniri, & cogitur defendere se. textus est in lege secunda §. sed si agant. ff. de iudicijs, & tenet glossa, & doctores in capitulo finali, de foro comp. Habes Hispane legem idem disponentem, in part. tertia. titulo 3. l. 4. quæ etiam seipsam limitat.

Limita quinque modis, vt per Marian. in d. cap. fin. in colum. vigesimaoctaua, qui in materia ista iuris vocandi domum pulchrè & ordine singulari per sex columnas præcedentes, & per quinque sequentes plura describit, quas quinque limitationes transcripsit Felin. ibi, in col. antepenult.

REGVLA CCCCIII.

IVS accrescendi cessat, vbi portio vacans fuit acquisita. Ita textus in l. aquam. ff. quemadm. seruit. amit. in l. 1. §. interdum. ff. de vsufruct. accresc. Platea in l. 1. C. si liber. imper. socius lib. 10.

Limita nouem modis per Ias. in l. re cõiunct. ff. de leg. 3. colum. 47. cum duabus seq. à nu. 221. vsque ad 238. & eundem Ias. in l. si mihi & Titio. ff. de verb. obligat. à nume. 5. vsque ad 10.

REGV-

REGVLÆ BARTHOLOMAEI SOCINI.

De litera. L.

REGVLA CCLXXII.

LEGANS rem communem cū alio scribendo meam, partem suam legare intelligitur. l. serui §. cū fundus. ff. de leg. primo, & l. si colonus. §. fin. & l. quod in rerum §. 2. ff. eod. tit. per glos. in l. vicino §. fundus. ff. de leg. secundo. & in lege, Stichus. ff. de vsufruct. leg. & l. vxor. C. de legatis.

Primò fallit vbicunq; testator nō scriberet partem fundi esse suam sed putasset fuisse alienam in totū: nam tunc, quia legatur tanquam aliena, & intēdit grauare hæredem onere redimendi in totum, ideo totus fundus debebitur. ita tenet Paul. de Cast. in d. §. cum fundus. quia lex nihil sequitur nisi volūtatem defuncti quia sic voluit grauare redimendo in totum, à fortiori in parte redimēdo. ita tenet manifestè dom. Pau. de Castro per rationem in l. 1. C. qui testam. facere poss. qui dicit ita notabiliter limitari debere dictum. §. cum fundus. & ita fuit etiam de mēte Bar. in l. seruum filij. de legatis primo.

Secundò fallit quādo testator dixit, lego tibi talem fundum, qui erat communis testatoris & ipsius hæredis: quia illo casu videtur legasse nedum partem suam, sed etiā partem hæredis. ita tenuit Bart. in d. §. cum fundus. quem sequitur Bald. & Ang. ibi. adde Petrum de Anch. & Imo. in l. filius. C. de testa. & Bal. in l. cum alienā. C. de leg. per tex. in l. cum filius. §. donationis. ff. de lega. 1. qui tex. nō est alibi secundū Ang. in d. §. cum fundus. hoc tamē intelligunt, nisi testator dixisset, lego fundū meum. quia talis dictio meū, restringit legatū ad portionē testatoris per d. §. cum fundus. sed certè illud quod ipsi dicunt allegādo d. §. donationis. non videtur iure seruari: quia ibi loquitur de vsufructu, qui erat hæredis: quo casu idem fuisset, si fuisset alterius: vt est casus in l. vicino. §. fundū legatū. de leg. 2. secundū Dyn. & Ray. & Imo. ibi, intelligēdo ꝙ vsusfruct. erat alienus: licet Bart. ibi dicat illum text. aliter intelligi.

Tertiò fallit vbicunq; testator dixisset, lego tale fundū. quia dato ꝙ sit cōmunis, nihilominus totus debetur, per textum. singula. in l. Iulianus. in principio, de legatis 2. per quem textum ita tenuit Bar. in d. l. cum alienam. C. de leg. Bart. & Angel. in d. l. Iulianus. in principio.

Quartò fallit quando testator haberet proprietatē nudam rei, quā legaret, & vsusfructus esset alicuius: quia tūc legando fundum non videtur tantùm legasse ius quod habet, sed etiam vsumfructum: quoniā tale ius vsusfructus deficiens auferret ipsum emolumētum fundi legati, vt est tex. valde notabilis in d. l. Lucius. §. fundo legato. ff. de legatis 2. secundum intellectum Dyn. Ray. & Ioan. de Imo. ibi. & idem Io. de Imo. de d. c. pastoralis. post alios, extrà, de donationibus. licet Bart. in d. §. fundū. aliter intelligat.

Prędictas fallentias, & nōnullas alias habes per doc. omnes in l. hac consultissima. C. de testam. & in l. qui se patris C. vnde lib. & de lib. & posthu. per totum, & latissimè per Cano. in c. Raynutius. & c. Raynaldus, extrà, de testam.

REGVLA CCLXXIII.

LEGARI ædibus affixa regulariter non possunt. l. circa. ff. de leg. 1.

Primò fallit vbi aliqua essent illicitè ædibus affixa: quia tunc talia legari possunt, vt est text. in l. fideicōmissa. §. si quis illicitè. ff de leg. 3.

Secūdò fallit in rebus affixis quas remouere possumus sine ædium destructione seu deformatione, text. est sing. in l. inuiti. §. 1. de leg. 3. quem tex. ad hoc reputat singu. Io. de Imo. in d. l. circa §. sed si ea.

Tertiò fallit nisi leuarentur ea, quæ essent affixa paruæ domui. vt est textus singul. in l. senatus §. Marcellus de legatis primo.

Quartò fallit in casu l. Marcellus. cum ibi not. de donatione inter virum & vxorem.

Quintò fallit, vt in d. l. circa. §. si quis. de leg. 1.

REGVLA CCLXXIIII.

LEGATAE rei dominium à testatoris morte rectà via in legatarium transit. l. à Titio. ff. de fur. & ibi per doc. in l. cum pater. §. surdo. ff. de leg. 2. & vide glos. & Bart. in l. si quis ita. ff. de cond. instit.

Primò fallit quādo testator dixerit, lego partem bonorum meorum: quoniam in tali legato non transit dominium rectà via in legatarium, vt vult Bar. in l. si quis bonorum. ff. de leg. 1. quē ibi sequitur Bald. Ang. & Pau. de Cas. tamen idem Bar. videtur tenere contrarium in l. non amplius §. fin. eod. tit. quem sequitur ibi Io. de Imo. qui conatur repellere primam opin.

Secundò fallit in legato tacito: quia non transit dominium in legatarium, secùs in expresso: vt l. seruum filij §. fi. ff. de leg. 1. secundum Bal. in l. si à socero §. Lucius. ff. solu. matr. Ad cuius limitationem vide ibi Io. de Imo. Paul. de Castr. & doct. moder.

Tertiò fallit in legato cōditionali, vt lege, si cui in principio. ff. de legatis 1. & l. si quis ita hæreditatem. ff. de condition. instit. & est glossa reputata singular. in lege, si rem, in princip. ff. de rei vendicatione. ponit Iacobus de Aretio in lege, si Stichum. §. si decem. ff. de nouationibus, & in lege, verum. C. communia de legatis.

Quartò fallit dicta regula & limitatur habere locum, quando res per testatorem relicta erat testatoris, secùs si esset hæredis: quia tunc dominium rei legatæ non transit in legatarium rectà via. tex. est melior, quàm sit in iure, in l. si quis inquilinos. §. cum seruum, ff. de leg. 1. quod not. ad dicta in l. si hæredis seruus, eod. tit.

REGVLA CCLXXV.

LEGATVM continēs alterius vtilitatem, si est validum producit actionem ex testamento. Bart. in l. 1. ff. de legatis primo.

Amplia siue factum sit legatum in testamento, vel codicillis: vt per glos. in l. 3. de iure codicillorum, & in l. 1. ff. de testamentis.

Amplia etiam si testamentum rūperetur ex causa præteritionis vel exhæredationis: quo casu legata & fideicōmissa sustinentur. authent. ex causa. C. de liberis præteritis. nam etiam tunc competit actio ex testamēto, per tex. in l. si. ad fi. fi. de hære. inst. & Bart. in l. 1. in 9. q. ff. de iure codicillorum.

Primò fallit quando legatum non concernit vtilitatem alicuius, sed solùm honorem testatoris: quia agitur officio iudicis, vt per Bar. in l. 1. de leg. 1. & per tex. in l. hæreditas, in fi. ff. de petitione hæreditatis.

Secundò fallit quando legatum continet vtilitatem nō æstimabilem per pecuniam: vt in grauato emancipare filium, vt probatur in l. si cui legatum. ff. de condition. & dēmonstration. & in l. filiusfam. §. secundum vulgarem. ff. de leg. 1.

Tertiò fallit quando conditio adiecta legato habetur pro impleta de iure speciali: vt in casu l. cum ita datur. ff. de cond. & dem. quia tunc competit actio in factum, vel officium iudicis: vt tenent Bar. & Imo. in l. in testamento. in 2. ff. de condit. & demonst.

Quartò fallit si testator voluisset, vel per statutum caueretur, quòd legata debeantur hæreditate etiam non adita. ita tenet Baldus in l. 1. in fine. C. si quis omissa causa testament.

REGVLA

REGULA CCLXXVI.

Legatum per rei legatæ alienationem extinguitur.l.si decommissi.§.si rem.ff.de leg.2.

Primò fallit quando testimonium redderetur nullū vel subiaceret querelæ, vt quia esset legatum factum filio. nā hoc casu alienatio voluntaria non extinguit legatum, sed saltem debetur æstimatio.ita not.doctor.in l.Lucimus,in princ.C.de inoffic.testam.

Secundò fallit quādo alienatio fuisset nulla, & legatum erat expressum: secùs si erat inclusum sub generalitate verborum:vt probatur in l.3.§.fi.ff.de fun.instru.& ita intelligitur gloss. in l. seruum filij. §. idem seruus, & gloss. quæ incipit quod filius.& ibi Paul.de Cast. & vide in simi li l.cum dominus.§.filius.ff.de penu leg.Bald.in rub. C.de verb.sign.ad finem,& vide text.omnino in l.penul.§.fi.ff. de auro & arg.leg.

Tertiò fallit si alienātur res vnde testator solui designa uerat:vt est in l.testamento,de leg.1.

Quartò fallit si soluit contractum vel conuentionē factam alienando,non autem tradendo sibi rem, vel pretiū recipiendo:quia solus contractus non extinguit leg.l. præ dia.de fun.instru.ff.& Bald.in l.3.C.de negot. gestis.

Quintò fallit si leg. fuit conditionale si res mea erit.casus est in lege, Pomponius.in fine.ff.de auro & argento le gat.& not. per Ludouicū de Roma.in l. Stichus qui meus erit.ff.de legatis 1.& est text. in l. falsa demonstratio.ff. de cond.& demonstr.

Sextò fallit si legetur res vel æstimatio, vt in l. Lucius, de leg.2.& ibi glossa & Bald.in d.l.3.C.de legatis.

Septimò fallit in libertate vt si seruus cui relicta est libertas alienatur,& à priori patrono redimatur.ita no.Bal. in d.l.3.C.de leg.licet secus sit in alijs, per tex.in l.cum ser uus.de adim.leg.ff.

Octauò fallit quando testator alienauit titulo oneroso: quia in dubio videtur alienasse ex necessitate, secùs si tit. lucratiuo. ita dicit Butrig.in d.l.3.C.de legatis.

Nonò fallit si testator permittit hæredi ꝙ alienet rem legatam. nam non videtur reuocari leg. tex.est in l. 10. in fi.ff.vt l.nomine caue.& Bald.in d.l.3.

Decimò fallit vt not.Bartolus in l.Iulianus.§.secundo, de legatis 1.

Vndecimò fallit vt per eundem Bart.in d.l.apud Iulianum.§.2.de leg.1.vbi omnino vide per Bald.duas limitationes, seu fallentias.

REGULA CCLXXVII.

Legatum in genere si minimum vtile sit: tunc illud minimum debetur. in lege, legato generaliter. de legatis primo.

Primò fallit in §.quod autem, authē.de fideiussoribus. vbi creditor potest eligere rem meliora. debitoris. & hoc est,quia cogitur accipere rem pro pecunia.

Secundò fallit in l.Stichus, de leg.3.vbi quando legatur seruus cum hoc,ꝙ exerceret artem,tunc debet inspici ingenium serui ad quam artem est magis idoneum.

Tertiò fallit in l.si cui.ff.de ali. leg. quando legata sunt alimēta: quia debet etiam inspici conditio personæ cui alimenta sunt legata.

Quartò fallit quando datur electio legatario,qui debet eligere medium:vt est glos.in l.cum post.§.gener.ff. de iure dotium.

REGULA CCLXXVIII.

Legatum à debitore creditori factum regulariter nō valet.l.si creditori.§.Marcellus, cum l.seq. de leg. 1.& Instit.de legat.§.ex contrario.

Primò fallit quando legatum determinatum nō fuisset purum,sed sub aliqua conditione,& ex tali legato sentiret commodum:quia tunc deberetur purè. vt est casus in d.l. si creditori.§.Marcellus,cum l.sequenti,& dict. §.ex contrario.& in l. 1.§.si quis rem. de legatis tertio.

Secundò fallit in aliquo casu valde notabili, vt quando creditor cui fuit legatum determinatè, dum peteret illud deter.in iudicio habuisset sententiam contra,vel quia probare non potuit,vel alia legitima causa, quia tunc incipit valere legatum,ex quo apparet non fuisse debitum ex alia causa.& sic à vero debitore vt legatum peti potest. vt est casus in l.Aurelius.§.fin.ff.de liberat.lega.

Tertiò fallit quando istud debitum nō fuisse legatum: cum intersit creditoris plures habere debitores, ad hoc vt magis tutus sit. casus est in l. tertia. §.fin. in fi.de libe. legata.

Quartò fallit,quia licet non valeat tale legatum per viā directam,quò ad probationem determinati, quia prodest creditori talis confessio testatoris ad probandum suum debitum. & ideo tale suum commodum ad hoc facit valere legatum. vt not.dicit Bald.in l. 1.in 6.col.C.de fur. dicit tamen ibi quòd talis confessio testatoris non facit plenam nec semiplenam probationem, sed aliqualem præsumptionem.de quo articulo,quantam fidem faciat testatoris confessio,etiam vide Bart.in l.cum quis §.codicillis. de leg.3.& in lege, generaliter.C.de non numerata pecunia,& Baldum in l.prima.C.ad legem falcid.& Bart. in l.si quis in graui §.primo.ff.ad Syllan.

Quintò fallit etiam quo ad interrumpendam præscriptionem,quæ currebat,vt dicit Bald.in l. 1.in 6.colum.C. de furtis.

Sextò fallit generaliter quādo creditor quoquo modo ex tali legato sentiret commodum.vt per doctores in d.l. si creditori, de legatis 1. & est text. in d.l.1.§.ex diuerso, & §. si quis rem, & l. 1. §. si quis creditori.ad l. Falc. & l. verbis, eodem titu.

a Vltimò fallit:[a] quando legatum factum à debitore creditori in dubio videatur factum animo compensandi. vide Bald.in l.quoniam in prioribus C.de inoffic.testamen. & l.si adiecta.C.de hære.actio. & l.si vxor. C.de bonis auctoritate iudic.posidend.l.controuersia,& ibi etiam Angelus.ff.de transactionib.Bartolus & doctores in l.si cum dotem. §. si pater.ff.soluto matrimonio,& l.2.§.penul.ff.de legatis 3. & doctores in l.homini.§.si pater. de legatis primo.Baldus in l.vnica.§.illo.C.de rei vxor.actio.Paulus de Castro in consilio 64.65.& 66.

ADDITIO.

a *Vltimo fallit. Ad hanc fallent. adde dominum Petr. & Philip. Cor. in consil. 115. incipien. quanquam, per totum in quarta parte & in consilio 258. incipient. quo ad princi. in litera c.*

REGULA CCLXXIX.

Legatum rei alienæ regulariter non valet.l.proprias. C.de legatis.

Primò fallit vbicunq; talis res potest afferre aliquā commoditatem legatario; quia tunc legatum valeret.casus est sing.secundum vnam lecturam Cy.& doct.in l.si tibi homo.§.1.ff.de leg.1.

Secundò fallit in re mea,quæ alij debebatur, nō solùm per actionem sibi competētem, vt in l.apud Iulianum. in §.si Titius.de legatis 1.sed etiam per officium iudicis, vt est casus in lege,de vno quoq;.§. si ex bonis. eod. tit. not. gloss.in d.l.si tibi homo.in §.1.de legatis primo.

REGULA CCLXXX.

b Legibus non exemplis[b] iudicandum est.l.nemo. C. de senten.& interl.omn.iud.cum simil.

ADDITIO.

b *Exemplis. Et an quando exemplis sit iudicandum vide Fel. remissiue in c. 2 in princip.de præsumpt.*

Primò fallit nisi sint exempla publicę personæ vt est Imperator aut Papa,& ita not.in c.verum.extrà,de iureiur.ad hoc facit tex.in c.causis.de re iud.& in c.si.20. dist. & ibi hoc not.tenet glos.

Secundò fallit quando appareret exempla publica personarum

sonarum plurium: quia plurium personarū exemplis iudicandum est, non paucorum: vt no. in c. quoniā de iureiur.

Tertiò fallit quando ius nō reperitur expressum. nam tunc iure deficiente, iudicandum est secundum exempla aliorum. ita limitat glos. in prællegato c. si. 22. distinctio. quam teoe menti.

REGVLA CCLXXXI.

Lex secunda. C. de rescind. vend. an & quando locum non habeat.

Primò locum non habet vbicunq; instrumento dicatur ꝙ quis vendit rem pro tanto, & illud plus quod valebat dedit & donauit emptori, ita tenet Bar. in l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. quod habet locum etiam io haben te errorem rei, vt not. Bar. in d. l. 2. in 4. colū. & sequitur ibi eum Bal. in l. cùm filius. §. pater. de leg. 2. & idem tenet Io. de Imo. in c. cū cōtingat. in 35. char. de iureiur. Pet. de Anchar. & Innoc. in d. c. cum contiogat. dicunt hoc esse verū quando in instrumento diceretur & illud plus quantumcunque sit. quia tunc propter verbum, quaotumcunque, non habebit locum remedium d. l. secunda vt ibi per eos. & istud fuit de mente Gul. in l. si tibi. 10. in prio. ff. de pac. vbi tex. not. in l. fi. §. idem quæsiuit, & ibi Bar. ff. de condit. indeb. & ibi Bal. & in rub. C. de contrahen. empt.

Secundò locum non habet vbicunq; venditio facta esset cum decreto iudicis l. 1. C. de prædi. cur. lib. 10. quā ad hoc ibi ponderat Bart. in verbis, immoderatus venditor & emptor iniustus inuenitur, sed contrarium tenuit Ioan. de Imo. & Lud. de Ro. in d. l. si quis cùm aliter. per tex. in l. 2. C. de fide instru. & iur. hast. fisc. lib. 10. vbi propter iniustum pretium vēditio rescinditur, & tamen in illo contractu interuenit decretū iudicis requisitum: vt ibi iūcta l. 2. C. si propter pub. pen. quia aliàs sequitur ꝙ rei vēditæ per minorem cum decreto nō posset peti restitutio in integ. l. si quidem. C. de præd. min. & c. Adde tamen quod cum opin. Bart. concordat Ang. in consil. 148. incip. tutor vxoris, in fin. & idem tenuit ipse in l. pretia rerum. ff. ad l. Falc. per tex. quem dicit esse singu. in d. l. & idem tenuit Bal. in l. eadem. & in d. c. cùm dilectus. de empt. & vend. sed eandem opin. tenuit Bart. in l. 1. C. de præscrip. 30. annor. sed vt idem dicit Barto. fuit defectus circa iniustitiam pretij, & sic rescinditur & idem etiam tenuit Imo. in d. l. pretia rerum. & Bald. in repet. d. l. 2. in verbo, super quanta. C. de rescind. vend. Abb. in d. c. cum causam, vbi pro hoc allegat l. magis. §. penul. ff. de verb. obl. & in c. 1. de reb. eccle. non alien. lib. 6. & ista pars de iure videtur verior.

Tertiò locum non habet quādo venditio esset facta ad publicum incantum. Ang. in repe. l. sciēdum. in 6. col. ff. de verb. obl. per tex. oot. in l. 1. C. de præd. curia. lib. 10. & idē tenuit in d. l. pretia, & in l. 1. C. de præscrip. 30. annorū. per tex. sing. in d. l. 1. C. de præ. curia. Bart. tenuit cōtrarium in l. 1. C. de præscrip. 30. anno. per tex. in l. si quos. C. de resc. vend. Lud. Rom. idem tenuit in d. l. si quis cum aliter. sed Ang. in præalleg. l. pretia, respondet quòd ibi clarè probatum fuit quòd fraus & ambitio intraueerit in subhastatione, quæ tamen responsio violat dictam l. si quis cum aliter, & ideo teneo opinionem Bartoli.

Quartò locum non habet in adiudicatiooe insolidum facta creditori per iudicem, quæ habet vim quasi transactionis: vt l. à diuo Pio. §. pignor. ff. de re iud. Bal. in l. ordo, C. de excep. rei iudic.

Quintò locum non habet in venditione facta per aliū quàm per dominum, putà per procuratorem: quia tunc non requireretur quòd esset deceptus in dimidia, sed sufficit ꝙ sit deceptus in sexta parte totius: vt singulariter voluit Bartolus in l. si societatem. §. arbitrorum in sexta col. ff. pro socio, iuncta l. vnde si Neruа. eodem titulo. quod tamen non firmat: sed contrariū tenuit Ludouicus de Roma in dicta l. si quis cum aliter. per l. si voluntate. C. de rescind. ven. per quam l. ita teouit Io. de Imo. in de c. Quintaual is, in 6. q. & idem tenet dom. Abb. in 2. art. & Imo. in d. l. si quis cùm aliter. in fi. ff. de verbor. obligat. Abb. in d. c. cum causam, quia imputari debet domino qui talē procuratorem elegit, arg. l. cum mandato §. fi. ff. de mino. circa quod vide etiam per Bald. in repet. d. l. 2. in 4. colum.

Sextò locum non habet vbicunq; facta esset venditio minòs quam sit dimidia iusti prætij, cum hoc, vt si pretiū conuentum non sufficeret, pacificatur vt suppleatur iustū pretium. ita tenet Baldus io cap. 1. qualiter, de appellatione in princip. per rationem de qua ibi per eum.

Septimò locūnon habet quando quis esset grauatus à testatore de vendendo fundum Sempronio, & vendidit minus quàm esset dimidia iusti pretij. nam tūc non habebit locum d. regula: quod intellige tamen, vt ibi per Imo. & Bal. io l. si fideiussori. §. memioisse p illū tex. ff. de leg. 1.

Octauò locum non habet in contractu trāsactionis: vt tenet glossa io d. c. cum causam, & ibi hoc tenet Imola Innoc. & Ioan. Andr. & Petr. de Anchar. & Specu. in titu. de empt. & vend. §. nonc videndum. ver. restat. Gul. de Cun. in l. ex causa. C. de vsuc. pro emp. Bald. in l. ordo. C. de exe cu. rei iudic. & in l. tertia §. 1. ff. de transact. & ibi gloss. in verbo, debere. Bal. in l. 1. in princip. C. communia de leg. & idem in l. 2. C. de pac. & est tex. optimus in l. in summa. in princip. in verbo. nulla res. & ibi not. ff. de cond. indeb. ad idem tex. in l. à diuo Pio. in §. pignora. ibi, veluti & c. ff. de re iudic. & in l. si super. iuncta l. secunda C. de do. sed Bart. in d. l. si quis cum aliter. tenet contrarium: dicit tameo quòd haberi debet respectus ad æstimationem dubij euentus, super quo traosactio est facta, & non ad veram æstimationem rei, & ita intelligit gl. io dict. l. Lucius. ff. ad Trebel. & idem tenuit Rayn. Bartol. & Angel. & Imo. & Ludou. de Rom. in d. l. si quis cùm aliter. & Ioan. de Imo. in d. c. quinta oallis. in 6. char. de iureiu. & Abb. in d. c. cum causam. de empt. & vendit.

Nonò locum oon habet in contractu feudi. quia feudū sapit naturam gratiæ, vt not. in Specul. in titu. de feudis. §. nunc videndum, vers. sed nunquid. refert Bald. in d. l. 2. versi. an habeat locum.

Decimò locum non habet in contractu emphyteutico: vt dixit Spec. in d. versic. §. nunc videndum. sed Bald. tenuit cōtrarium & bene in d. l. 2. vers. sed nunquid, & est ratio quia ille contractus emp. similis est locationi: vt in §. adeo. Iostit. loc. in qua constat remedium d. l. 2. habere locum etiam in omnibus contractibus bonæ fidei: vt ibi per glos. & doct.

Vndecimò locum nō habet vbi super contractu interuenisset iuramentum ex certa scientia: vt not. Bal. in l. quę sub conditione. §. 1. ff. de cond. instit. nisi aduersarius eum induceret ad iurandum suis persuasionibus: quia tunc non obstante iuramento & tali scientia, retractari potest venditio quantumcunq; iurata sicut etiam posset retractari si interpositum est per errorem facti: vt colligitur ex oot. in tex. d. l. 2. versic. 9. quæro.

Duodecimò locum nō habet vbicunq; quis renuntiat beneficio illius l. quia renuntians est similis scienti. l. quæritur §. venditor. ff. de ædil. edic. nisi renuntiatio processerit ex renunciantis simplicitate vel facilitate. nam tunc nō præsumitur scientia sed error nisi talis renūtians appareat certificatus de beneficio d. l. ita no. dicit Bal. io d. l. 2. versi. 4. quæro, si autem renuntiaret omnibus beneficijs, talis renuntiatio non porrigitur ad renuntiationem illius l. & de materia vltra prædicta vide Bart. in d. l. si quis cum aliter. vide etiam ponit an remedium d. l. 2. habeat locum io stipulatione, in qua quis fuit deceptus vltra dimidiam iusti pretij: & communis conclusio est quòd sic, & vide etiam plene per Bal. in rep. d. l. 2. & circa istam transactionem vide & adde dato quòd cessaret remedium d. l. 2. tamen si apparet contra me motam esse litem, super qua traosigendo deceptus sum. tunc transactio est ipso iure nulla. text. est notat in l. in summa, de condi. indeb. & prædictis adde quòd remedium d. l. 2. non tantum competit vēditori sed

etiam

etiam emptori: vt not.gloss.in præalle.l.2.& ibi not.tenet Bar.& Bal. & etiam creditori cui res est obligata, & vendita est infra dimidiam iusti pretij: vt est gloss.not.in l.vend. §.1.ff.de bon.auto.iud. pos.secus autem si ipse creditor illam rem in solutum accepisset, sed iudicis autoritate: vt Bal.in l.1. C. de exec. rei iud. & de materia vide plene per Cano.in c.cum causam.de empt.& vend.

REGVLA CCLXXXII.

LEx, Barbarius, de offic. præf. an & quando locum nõ habet.

Primò fallit & locum non habet si Barbarius sit factus prætor electione non præcedente, secundum Inno.in c.nihil est. in fi.de elect. & per Bart.in l.actuarios. C. de num. & adiu.lib.12.

Secundo debet limitari quando officium Barbarij fuit publicum authoritate & vtilitate: secus si autoritate sit publicum, vtilitate priuatum: vt de tutore dicit Bal.in conclusionibus Spec.in tit.de actore.

Tertiò quando valerent gesta per Barbarium, tamen quia ipse non fuit prætor, non deberet habere salarium: vt ibi dixit Bartol. in repetitione.& Bal.in l.2.C.de seruit. & aqua.

Quartò debet limitari quando inhabilitatis, licet sit facta, tamen non est imponẽda: vt no.dicit Bal.in l.2. de ma. vin.& in l.si arbiter.C.de sen.Barba.licet esset seruus, tamẽ poterat fieri liber. sed quando foret infamis, quo casu esset inhabilis habito & actu, non procederet d.l. Barbarius. & de intellectu d.l. vide quæ notat Bald. in l.testium.ff.de testamen.

Quintò limitari potest si iudex excommunicatus, qui communiter habeatur pro habili, excommunicauerit vel absoluerit aliquem ab excommunicatione: quia non valet talis sententia: vt est glo.24.q.1.in secunda.Inno.in c. si verò, de sen.excom.

Sextò fallit quando illa cõmunis opi. vel tolerantia non est probabilis, vt quia quis nõ fuerit publicè excõmunicatus, quia gesta per eum valent, per not.in c.1.de post.præal. nisi iam diu fuisset excommunicatus, & in loco lõginquo: vt per dom.Ant.in c.ad probandum. de re iudic.

Septimò fallit quando talis sciebat vitiũ: vt per Io.And. in c.dilectus.el 2.de præb. has tres vltimas fallentias ponit An.Barb.in d.c.dilectus.de preben.

REGVLA CCLXXXIII.

LEx pen.C.de prędi.min.& l.pupillorum.ff.de re.eorũ. qualiter limitetur.

Primò fallunt vbicunq; minor faceret suam conditionẽ meliorem, & dicitur facere suam cõditionem meliorem, si habeat rixosum vel damnosum vt est text. notab. in l. si conuenerit.ff.pro socio.& no.Bal.in l.1.si aduer.transact.

Secundò fallunt quando maior dilapidaret bona, vt habetur per Gul.de Cu.in d.l.pen.& per Dy.& doct.in l.inter pupil.ff.de auto.tut. adde tamen quod vna ecclesia potest aliam ad diuisionem prouocare, vt not.in c. ex literis. de prob.gl.in d.l.iubemus, & quod suprà dictum est quod minor potest maiorẽ ad diuisionẽ prouocare [a] limita hoc esse verũ nisi minori esset bonis interdictũs quia tunc non poterit ad diuisionẽ prouocare, vt in l.ex castrensi, in prin. de castrensi peculio. qui tex. reputatur à doctoribus sing.

ADDITIO.

[a] Prouocare. Vide Baldum in d.l. si conuenerit. ff. pro soc. & Fran. Aret. in d.l. 1. si aduer. transf.

REGVLA CCLXXXIIII.

LEx generaliter loquens generaliter intelligi debet.l. de pretio.ff.de pub.& Lud.de Ro.in l.si vero.§.de viro.soluto matrim.

Primò fallit quando est facta in fauore, quia intelligitur si hæres non erit, quia non potest: vt est glo.valde not.in l.Gallus.§.quidam rectè.de lib.& post.ratione dignæ personæ.l.si condi. §.si arbit.ff.de arbitr.l.2.C.de sent.ex breuic.rec.& l.sed & reprobari.§.amplius.ff.de excu tutor.facit ad hoc l, & no. singularitatis secundum aliquos & l. ad bestias. ff. de pœnis.pro quo vide do.Laur. de Palazo.in l. quorum.ff.de pig.in 2.char.in repe. sua.& omnino vide & ibi signa per me.

Secũdò fallit propter vtilitatem personæ. nam licet mulier non possit carcerari vt in l.1.& in auth.ibi posita.C.de offic.ciui.iudi. tamen mulier vilis poterit secundum Bald. in l.consentaneum. C. quomodo & quando iudex. quod limita vbi esset maritata quia tunc etiam vilis habet priuilegium secundum Io. And.in addi. Spec.in tit. de iniur. & de dam. dato.in princ.fallit tamen regula in d.l.1. in authẽ. ibi posita in tribus casibus, qui habentur per Bart. saltem duo in l.si quis ita. de testa.tutel.videlicet quãdo esset meretrix.item quando mulier conuinceretur ex administratione tutel.vt ibidem.

Tertiò fallit propter modicitatem rei: nam licet ex forma statuti puniatur ille, qui extraxit sanguinẽ alicui, nõ puniretur ille qui extraxit guttam tantùm Bald. in l.1.§.item secundũ.ff.de ædil.edic.pro hoc facit vna glo.sing.13.q.2. c.non licet.quę docet ꝙ licet regulariter licitum sit aduocato seu doctori consulenti petere salariũ, tamen hoc non habebit locum in eo qui paucissimo labore & sine chartarũ reuolutione laborauit consulendo vel aduocando.illam tamen glos.reprobat Io.And.in addit.Spec.in tit.de salario aduoc.§.sequitur.circa prin. eo quia debet remunerari labor præteritus propter quem de præsenti sine chartarum reuolutione potest, aliàs essent deterioris conditionis periti quàm ignorantes, & intel.dictũ Io.An. quando propter laborem pręteritum in puncto consuluit: si autem consuluisset sine reuolutione chartarum quia casus erat clarus, quem omnes sciũt, vt putà si aliquis esset interrogatus de casu.§.gallinarum.Instit.de re.diui. tunc locum habeat gl. supra alleg.& ita soluunt doct.illam glos.

Quartò fallit. nã ratione dignitatis quis non potest citari nisi in scriptis, licet aliquis alius posset sine scrip.text.est in l.quoties.C.de dign.lib.12.

Quintò fallit.nã licet regulariter tantũ illi, qui sunt sufficientes debeant promoueri ad doctoratum, vt l.meminerint.C.de aduoc.di.iu.fallit nisi quis fuerit præstantis ingenij, qui licet non studuerit legitimo tẽpore, tamen est spes futuræ scientiæ secundũ Inn.c.cum iussionis.de elec. facit tex.iuncta gl.l.1.C.quibus & aduer.quos. vbi si minor 25. ann.est pręstan.ingenij & diligens paterfa. ita quod nõ fuerit verisimile per ætatem esse læsum non restituitur.

Sextò fallit ratione pacis.nam ratione futuræ pacis matrimoniũ contrahi potest inter eos inter quos regulariter propter ætatẽ esse nõ potest, vt not.in c.1.de despõ.impu. lib.6.ego addo ad hoc dictũ Io.An.in reg.actus legitimi.de reg.iu.in 6.vbi dicit ꝙ ratione futuræ pacis Papa põt dispẽsare cum monacho & moniali vt virũ vel vxorẽ accipiat.

Septimò fallit ratione futuri periculi, vt l.si quis officiũ. §.si.ff. de ritu nup. nam ratione futuri periculi licitum est officiali maritare filiam suam in loco cui pręest, licet aliquis ciuis non posset vxorem deducere.

Octauò fallit ratione promotionis & dignitatis vt per Sal.in l.1.vt dig.or.seruet. & ideo solet dubitari an doctorati per Imperatorẽ debeant ꝓferri doctoribus creatis per collegia, & est dicendũ ꝙ aut imperator creauit ipsum doctorẽ cum examine rigoroso, & tunc præfertur, aliàs non. ita dicit Paul.de Cast.in l.quoties.C.vbi de cri.agi.opor.

Nonò fallit ratione publicæ vtilitatis, vt l. portio. C. de offi.rec.prouin.

Fallit 10.ratione loci, vt in c.licet.de pœn.& remis.vt in Mediolanensibus, qui faciunt regulam hebdomadarum.

Fallit 11.ratione sterilitatis, vt in l.2.C.de agr.& censit. lib.11.& ibi per Bar.nam licet quis conducat aliquam possessionẽm, & promittat eam colere per quadriennium, & eam non deserere, si superuenit magna sterilitas eam tenetur colere, vt ibi probatur.

Fallit 12.ratione nimiæ austeritatis & crudelitatis.nam licet dominus posit seruum suum impunè verberare, vt Insti.de iure personarum.tamen si nimium ipsum crudeliter verberat, tenebitur,vt Inst.de his qui sunt sui vel alie. iur.§.fin.& l.1.eod.tit.ff.

Fallit 13.ratione ciuitatis : nam si sunt in rotulo duo doctores, vnus aduena, & alius ciuis,cæteris paribus non erit locus gratificationi,licet aliquis alius esset,sed ciuis præfertur: vt l.ecclesias. de epis.& cler.

Fallit 14.ratione hostilitatis:vt l.minimè. de religiosis. ff.nam licet filio patrem offendere impune si est hostis patriæ. licet aliàs secus.

Decimoquintò fallit ratione coniunctionis sanguinis, vt l.1.& 2.ff.de recep. nam coniunctus sanguine celās maleficium non punitur ita,sicut puniretur alius,qui non esset coniunctus.

Decimosextò fallit ratione coniunctionis hinc inde:vt l.non solum. §. de vno. ff. de rit. nup.nam licet frater non posset cogi deponere contra fratrem vt l. Iulia. ff.de testi. hoc verum, nisi deponeret pro alio fratre contra fratrem per illum text.

Fallit 17.ratione æquitatis. nam licet quis per formam statuti non posit legere per substitutum , hoc verum nisi substitutus esset æqualis scientiæ: vt not. Bald.in l. abolendæ. de episcop.& cler.

Fallit 18.ratione subrogationis.nam licet rector nō possit facere aliquid in vniuersitate,nisi adsit maior pars consiliariorum,hoc verum nisi essent alij subrogati deficientes. ita voluit Bald.in l.1.C.quando non peten.

Fallit 19.ratione magnæ meliorationis : vt in to. tit. ff. & C.locati.& per Bart.in l.qui tenet. C.de omni agro deser.libro 11.

Fallit 20. ratione metus : vt in clem. 1.de foro compet. nam ratione metus quis potest exercere iurisdictionem extra territorium : licet regulariter secùs : vt l.fin.ff.de iurisd.om.iud.

Fallit 21.ratione concessionis. nam princeps reuocādo priuilegia concessa ciuibus alicuius ciuitatis, non videtur in dubio reuocare priuilegia clausa in corpore statutorū, per glo.in authen. qua in prouincia.C.vbi de cri.agi oportet, & l.hæres absens.ff.de iud.& l.2.§.1.eod.titulo.

Fallit 22. si priuilegium concessum per principem transit in contractum. nam tunc non poterit illud reuocare, licet aliàs posset Bald.in d.l.ambitiosa,de decre.ab or.fac.& in l.qui se patris.C.vnde liberi.

Fallit 23. ratione paupertatis.nam iudex,qui habet multas causas,primò debet expedire causam pauperis gl.est. 1. q. 1.c.primis.& in l.non obstante.de iure fisci.

Fallit 24. ratione futuri scandali : vt in c. quàm cito. de consuet. nam licet subditi debeant obedire superiori, hoc verum nisi sequeretur scandalum . & ideo tunc debet rescribere superiori si timet de scandalo : vt in c. si quando. de rescript.

Fallit 25.ratione personæ.§.iste frater.ff.de pen.leg.vbi est iste casus.

Fallit 26 ratione amicitiæ: vt est glo.in l.semper in stipulationibus.ff.de reg.iur.nam si aliquis legat centum , ratione amicitiæ cognosceretur nunquid de maiori vel minori summa legauerit.facit l.sed & hæc.ff.de procu.& in l.exigendi, eo.tit. vbi vuus amicus potest admitti sine mādato pro amico.l.inter amicos,de verb.signific.

Fallit 27. ratione absentiæ paternæ : vt l. si longius. §. filiusfamilias. ff. de iudic. nam ratione absentiæ paternæ filius admittitur ad agendum, qui aliàs non admitteretur.

Fallit 28.ratione affectionis paternæ vt l.qui officij. de contrahen. empt. nam ille, qui præest venditioni, potest emere,etiam filius in potestate,licet aliàs non posset.l.si in emptione.ff.de mi.

Fallit 29. ratione si finiatur causa. nā licet ex forma statuti vxores bannitorum debeant expelli de ciuitate , non debent expelli si vxores remanserunt viduæ secundū Bar. in l.Titia.§.vsuras. de leg.2.

Fallit 30.ratione famæ.nam licet regulariter ille,qui doctoratur,debeat examinari,fallit si est aliquis bonæ famæ, qui publicè visus est legere, & conferre, vel facere alia, ita quòd ex fama sit doctus. nam iste poterit sine alia examinatione licitè doctorari a secundum Io.Andr.in c.consti-tuti. el 2. extrà,de appel.

ADDITIO.

a Doctorari. Adde idem tenentem Feli. in c.cleri.circa finem.2 col.de iudi.

Fallit 31. ratione geminationis. nam licet confessio facta per principem bonorum alicuius banniti non valeat; vt l. 1. C. de pet. bono. sub. lib. 11. fallit nisi geminauerit suam confessionem . vt est text. in l.nec damno.C.de pracib. imper. offeren. sicut & aliàs dicimus in simili in l. si quando. de rescript. item licet confessio facta absente parte non probet. l.certum. §. si quis absente. de confes.fallit nisi æmanauit geminata confessio . nam talis probabit secundum Bartol.in l. cum scimus.de agric. & censit. lib. 11.fallit,vt in l.1. in fine.de const. pecu.& in l.antiquis.C. ad Velleia.

Fallit 32.ratione magnæ iniquitatis.nam licet ex forma statuti contra sententiam non posit opponi exceptio, fallit nisi opponatur exceptio euidentis iniquitatis, secundū Ioannem Andream in additione Specul.in titulo, de sent. §.vt autem,& facit quod not. Oldr.in consil. 18.& Baldus in l.1.C.ne liceat tertio prouoc.nam quando latę sunt tres sententiæ conformes, licet non posit regulariter opponi exceptio, poterit opponi exceptio nullitatis vel iniquitatis euidentis, vel etiam exceptio non rectæ formatæ inquisitionis, secundum Franciscum de Capil. in lege, licet. C. de procuratoribus.

Fallit 33. ratione præiudicij : nam si princeps promisit seruare statuta,non promisisse intelligitur de illis, per quæ generatur sibi præiudicium: vt in cap. si gratiosè.de rescriptis.& Cyn. in lege, cum oportet.de bonis quæ liberis.

Fallit 34. ratione perseuerantiæ: vt l.fin.ff. de exceptio. nam priuilegium, quod datur aliquibus, qui sunt in aliqua arte,non intelligitur datum illis, qui desciuerunt de illa arte.pro hoc facit quod notat Bald.in authent.habi.C. ne fil. pro pa.vbi voluit ꝙ scholaris, qui nō intrat, sed vadit vagabundus,nō posit dare vocem.pro hoc facit glos.in lantea. §.si quis.ff.de acquir.poss.nam aliud est esse in studio, & aliud studere,pro hoc etiam vide gloss. in l.vnicuiq;. C. de sac.san.ecele.& 3.q.2.c.gloria episcopi. qui voluit quod ad probandum quem peritum,non sufficit allegare ꝙ diu studuit, sed bene studuit. facit glo.not.in c.literis.de in integr. restitu.

Fallit 35 ratione affectionis paternę. nam si auus diligat nepotes & eos tractat vt filios, continebuntur filiæ appellatione: vt l.alimenta.de alim.& cib.leg.

Fallit 36. ratione affectionis.nam licet tres tutelæ procurare posint excusationem, vt l. tria onera.de excus. tut. hoc verum nisi fuerit affinitas.l.spadonem.in princi. ff. de excus.tut.

Fallit 37. ratione necessitatis officij.nam licet ex forma statuti debeatur premium capienti bannitum,non tamen debetur capienti officiali potestatis. secundum Bart. in l.si quis maior.in.§.vtrum.ff.ad Syllan.

Fallit 38. ratione reprobationis. nam nunquam quis poterit petere officium , a quo fuit expulsus tanquam indignus, vt c.nullus.de pact.lib.6.

Fallit trigesimonono ratione necessitatis propriæ personæ : nam licet ex forma statuti omnes lapides qui extrahuntur ex lapidicinis padi debeant vendi communitati : tamen quis non tenetur vendere illos quos extrahit pro sua necessitate l. venditor. §. si constat. ff. communia prædiorum.

Fallit

Fallit 40. quando esset periculum in mora. nam potest capi debitor nullo iuris ordine seruato, secundum Bal. in l. consentaneũ. C. quõ & quando iudex, et per Bar. in l. si ere ditores. ff. de priuil. credi. & est gloss. not. & Bal. in l. fi. C. de ferijs. iuncta alia gl. Insti. de act. in prin. in verbo, iudicio.

Quadragesimoprimò fallit ratione absentiæ iudicis. nã si aliquis non habeat copiam iudicis poterit in eius absentia appellare, quamuis aliàs non posit: vt notatur in l. 2. §. biduum. C. quando app. sit. facit quod no. in c. ex suscepto. extrà, de foro comp. & quod no. Bal. in c. 1. de vasal.

Fallit 42. ratione simulationis. nam statutũ puniens mulieres portantes monilia, siue perlas, non obligauit eã quæ portat monile contrafactum, vel perlas simulatas, secundum Bar. in l. 1. ff. de fonte.

Fallit 43. ratione viduitatis. nam vnum verbum vel vna oratio recipit interpretationem ratione clausulæ, vel orationis præcedentis vel sequentis secundum Bartolum. in lege, qui filiabus. de leg. & gl. ordin. in l. si seruus plurium. eodem tit.

Fallit 44. ratione infirmitatis. nam legatus, qui finita legatione rediens domum moratur infirmus in aliquo loco, habet priuilegium, quamuis si moraretur non haberet vt l. si cui. §. tamen dominus. ff. ex quibus cau. maiores.

Fallit 45. ratione impedimenti. nam licet caupo, postquam apposuerit signum in caupona, teneatur omnes hospitari: tamen nõ tenebitur si habet multos in domo, adeo quòd non posit omnibus sufficere, vel locus esset incapax. & hoc probatur in l. facti aduersi. ff. nautæ caupo. stab. & idem notatur in iudice 1 vt per Barto. in l. munere. ff. de mune. & hono.

Fallit 46. ratione immunitatis criminis. nã ratione immunitatis criminis potest pœna alterari secundum Innoc. in c. 1. extrà, de constit. quem refert & sequitur Bal. in authen. sed nouo iure. C. de ser. fugi. & intellige quod poterit alterari per principem, non autem per minorem à principe: vt l. diuus. de sal.

Fallit 47. ratione magnæ contumaciæ. nam poterit prætor ratione magnæ contumaciæ mittere aliquem in possessionem ex primo decreto. & quod non admittat dominum in possessione: sed regulariter secus vt l. 4. §. duas. in verbo, deceditur. ff. de dam. infec. eodem modo poterit iudex denegare audientiam. l. sed & si per prætorem. §. sed si decreto. ff. ex quibus cau. maio.

Fallit 48. ratione beneficij præteriti circa rempublicã, de quo non fuit quis remoratus. nam ea ratione quisquã minimè punitur ex delicto. l. non omnes. §. si. ff. de re mili.

Fallit 49. ratione personæ concedẽtis dignitatem. nam ille, qui primus descriptus est in matricula præfertur alijs, nisi postea esset primo descriptus & receptus ex permissu dignitatis. ita vult Bart. in l. 1. de albo scriben. & Bald. in c. is qui. de præben. in 6.

Fallit 50. ratione inuentionis de nouo. nam licitum est alicui aliquando vti instrumentis de nouo repertis, aliàs non posset vti. l. admonendi. ff. de iureiurand. & l. sub prætextu. C. de transact. & facit dictum Bald. in l. inuitus. C. de procur. vbi vult oppo. quando quis appellat ab interlocutoria.

Fallit quinquagesimoprimò, ratione ignorantiæ: nam quis excusatur ab incestu. l. qui contra. C. de incest. nupt. & not. in c. 2. qui filij sint legitimi. & dicitur quis facere ignoranter, qui contraxit palam. l. 1. C. de interd. matrimo. vbi est gl. singu. in d. l. qui contra.

Fallit quinquagesimosecũdò ratione ætatis. nam testib. antiquioribus creditur, vt l. ob causam. de testi. ff. §. fi. & ibi glo. itẽ senior Canonicus potest conuocare capitulũ quando decesset prælatus. secundũ Inn. in c. 1. de maiori. & obe.

Fallit quinquagesimotertiò ratione conclusionis in causa. nam licet emptor posit denuntiare venditori quolibet tempore, hoc verum nisi esset in causa conclusum. l. si tem §. quodlibet. de euic.

Fallit quinquagesimoquartò ratione necesitatis, vt in l. 2. ad legem Rhodiã de iactu. & probatur in l. 1. C. de ope. li. & l. si vsusfruct. ff. de iure dotium. vbi est casus, quod valet stipulatio facta ex necesitate de vno nummo, licet regulariter secus. l. si quis vno nummo. ff. de locato.

Fallit 55. ratione aliqualis probationis, not. per Inno. in c. cùm dilectus. extrà, de accus. et per Bar. in l. qui libertatẽ. ff. de peti. hæte. quod licet res inter alios acta alijs non præiudicet hoc verùm quõ ad plenam probationem, secus quõ ad aliqualem præsumptionem. hoc tamen limita secundũ Bart. in l. admonendi. ff. de iureiur. in 10. colũ. si testes sunt mortui, secùs si essent viui, & pars vellet quod examinarentur de nouo. nam tunc nullam faciunt præsumptionẽ secundum Bart. ibidem.

REGVLA CCLXXXV.

Lex abrogata regulariter allegari, nec ex ea argui potest tex. est not. & ibi Barto. & docto. in l. fi. ff. de fur. & per Archid. in c. frequens. de restit. spol. in 6. & per Cano. in c. nouit. extrà, de iudic.

Primò fallit quando allegatur ad hoc vt habeatur notitia de ea: vt nihil antiquitatis ignoretur. vt voluit gloss. in d. c. nouit.

Secundò fallit quando allegaretur ad finem ostendendi effectum concedentis eam: vt glo. in d. c. nouit. & not. 1 t. quæst. 1. qui tenet.

Tertiò fallit quandò eius ratio durat: quia tunc allegari potest: vt gloss. in d. c. nouit. & not. in d. c. qui tenet. & do. Anto. & Inno. in c. 1. extrà, de constitu.

Quartò fallit vltra glos. si allegaretur per principem, cũ per eum allegari posit. & extat. arg. C. de constitut. pecu. l. 2. §. penul.

Quintò fallit quando ipsa lex trãsisset in priuilegium concessum ecclesiæ, vt not. per tex. in d. c. nouit. extrà, de iud. & ibi per Inno. pro quo facit d. c. cum suis concor. secũdum Ioã. And. qui hoc tenet: imò videtur velle ex eorum not. singulariter secundum dom. Flo. & dom. Anto. quod vbi lex vel statutum transit in priuilegium non subditi, reuocari nõ potest nisi per condemnationem. & hoc etiam voluit Archid. in d. c. qui tenet. 1 t. quæst. 1. idem si transit in contractum cum non subdito. l. qui semel. cum ibi not. per Bart. ff. de decre. ab ordi. fac. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. Et hoc etiam voluit Ang. in quadam sua disputatione, secundum quod eam recitat do. Nico. in d. c. nouit. extrà, de iudi. aliàs verò si non transijsset in priuilegium subditi, vel contractum cum subdito, & tunc reuocari potest per id quod not. Inno. in c. in nostra. extrà, de iniurijs, secundum do. Anto. & Flo. qui ita transeunt. d. c. nouit. quod vltimum dictum procederet quando iusta causa subsisteret, aliàs si causa non subesset tolli nõ posset per id de quo habetur in c. quæ in ecclesiarum. extrà, de constitu. per Inno. secundum Ioan. de Imo. circa finem.

Sextò fallit quando ipsa lex abrogata fuisset Canonizata, & tunc reuocari non posit per id quod voluit glo. not. in verbo, vbi lex 6. q. 1. in primis. quod verum est quando esset canonizata per habentem potestatem in hoc: aliàs aliud esset. per no. extrà, de rescript. vbi vide in c. 1.

Septimò fallit quando lex abrogata consonat cum iure nouo. nam tunc allegari potest cum concordantia iuris noui: vt in prima constitutio. C. ad hoc quod not. in c. fi. de officio. deleg. in 6. imò etiam vt det aliquod robur. extrà, de restit. spo. super eo, quod tamen fallit si allegaretur ad decisionem casus de præterito vel tempore quo non erat allegãda, in authent. vt cum de appel. cog. in princ. & quod. not. per Bart. in d. l. fi. & per do. Anto. in d. c. 1. circa quod ibi vide, vbi plene not.

REGVLA CCLXXXVI.

Lex suum non tuũ tollit auxiliũ. l. fi. C. de pact. conuen.

Primò fallit nisi auxiliũ legis habeatur pro expresso per viã legis: quia tali casu prouisio hominis tollit per prouisionẽ legis vt per Roma. in cõs. 1 2 1. inci. circa primum

Secun-

Secundò fallit & limitatur ista regula habere locum in casibus expressis in iure, sed extrà illos casus prouisio hominis bene potest tolli per legem: vt tradit notabiliter Vitalis de camba.in tract.clausularum in clausula 103.char.3. secundum primam impressionem.

REGVLA CCLXXXVII.

LIBELLVS sine conclusione regulariter non procedit neque valet: vt not.in l.edita.C.de eden.& in c.examinata.de iudi.

Primò fallit in iuribus realibus quia etiam libellus inhabilis toleratur sine conclusione.ita dicit Inno.in c.1.de lit. contef.& in c.in eū,de sepul.Bald.in l.vsusfructus.in prin. de vsufru.in apostil.& adde.1.quæst.4.præsulatus.

Secundò fallit quia sine conclusione libellus procedit coram Papa,& forte etiam coram alio,si conclusio sit vniformis & responsio colligi possit:arg.ff.de auto.tuto.l.1.& not.1.quest.4. præsulatus. & vide ad hoc Innoc.in c.1. de lit.contest.

Tertiò fallit in libello criminali. casus est in c.licet. de simo.& vide Bart.in l.libellorum.in fi.prin.de accu.

Quartò fallit si libellus formetur hoc modo,conqueror q Titius alienauit bona sua in fraudem meā.quia ista verba satis concludunt,vt no.in l. oēs §. Lucius.ff. de his quæ in frau.cre.& idem si quis dicat cōqueror de Mar.cui mutuaui 10.quæ reddere recusat.allegatur ad hoc l.Paulus respondit.§.Lucius.ff.quæ in frau.credi.

Quintò fallit in possessorio,1.q.4.quia presumitur Inn, in c.1.de lit.conte.& in c.dilectus.de ordi.cog.& vide Anto.in d.c.ex literis.in 3.col. in princ. vbi dicit tutius tamen esse quod ponatur despoliatio.& per eundem in c.causam de cau.poss.& pro.Bald.in l.edita.C. de edendo. vbi ponit despolia.agentis possessorio recuperandæ.

Sextò fallit in his in quibus iudex potest supplere ex officio suo:quia tunc non requiritur conclusio ita Bart.in l.si ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui no.infam.

Septimò fallit si sic generaliter concludatur, peto mihi iustitiam ministrari, & omnes prædictas limitationes ponit Ant.de But.in c.examinata,in 10.col.extrà,de iudi.vbi ponit plures conclusiones circa materiam conclusionis libelli.

REGVLA CCLXXXVIII.

LIBELLVS ad hoc vt lis contestari possit, petitionem seu conclusionem cōtineri debet, aliàs recipiendus nō est: cum sententia sine petitione dici non possit.l. fundus. ff.commu. di, & extra, de simo. c. licet. el 2. pro quo videde etiam quod voluit Inno.in c.1.extrà,de litis contes.vbi etiam per gloss.& doct.

Primò fallit & non tenet hæc regula quādo factum proponeretur coram Papa: cùm tunc sufficiat ipsa facti narratio & responsio rei ad ipsam litem inducendam.extrà, de institu.c.cùm venissent. supplet enim princeps eius omnē solennitatem. extrà, de transl.capit.1.secundum Innoc.in dicto capit.1.& hoc tenet Gul. de Cu.secundum Io.And, ibidem.

Secundò fallit quando agitur de electione seu postulatione ecclesiarum,secundum Host.in d.cap.1. §. certum, in his enim hodie procedi potest sine litis conte. vt in cle, sępe de ver.sig.

Tertiò fallit quando agitur de spiritualibus inter religiosos. extrà, de iudi.c.dilecti secundum Host.in d.c.1. de lit. contest. & de his plene dicendum est, vt in ca.1.extrà, de transact.

a Quartò fallit a secundum quosdam quando agitur possessorio; cum tunc admittatur talis libellus, conqueror de tali, qui me spoliauit, absq; alia petitione: prout not.glos. 3.quæst.4. præsulatus. per illum text. & 2.quæst.1.non tamen.extrà,de causa posses.& proprie. sed hoc non est verum:cum in possessorio requiratur lit.contest. c.1.& 2. de lit.conte.not.extrà,de offi.dele.c. consultationibus : vt in alijs nō procedat talis libellus:vt not.Inno.in c.nostra.extrà,de sep.& etiam tenent Domi. de Rota decisione 511. secundum dom.Anton.in d.c.1.extrà,de lit. contest. Nec obstant in contrarium inducta: cum constet quod exceptio ibi facta fuit. Et hoc voluit Host.in d.c.1.& Nic.in d. c.secundum quem credi poterit quod dicta iura loquātur, quando factum fuit propositum coram Papa.

ADDITIO.

a *Quartò fallit. Pro qua fallen. vide d.Petr.Philip. Cor. in consi.429 incip.ostenso per totum. in 1.parte.*

Quintò fallit in summarijs in quibus potest procedi sine strepitu & figura iudicij prout voluit Barto.in extraua. ad reprim. in verbo, sine figura.sed certe in his requiritur quod saltē apud acta appareat talis petitio vt patet ex not. in d.cle.sæpe de ver.si.

Sextò fallit in casibus in quibus iudex procedere potest ex officio: cum in eis sufficiat sola narratio sine conclusione siue petitione:vt not.Ioan.de Lig.extrà,de resti.spol.c. 1.dicens,sic intellige c.qui præsulatus.secundū dom.Ant. in d.c.1.de quo plenius extrà,de iudi.c. examinata. & per do.Nic.in d.c.1.qui dicit idem esse eadem ratione in quibus exuberat officium iudicis,vt in eis sufficiat sola narratio absq; conclusione ad hoc quod not.Inno.extrà,de iureiur.c.ad nostrā. el 2.& quod not.in l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de damno infe. Et pleniùs in d.c. per eundē Host, qui ponit de generali conclusione libelli. Et quando conclusio est latior quàm narratio vel econtra, vide extrà, de lib.ob.c.1.& extrà,de ord.cogni.c.cùm dilectus.

REGVLA CCLXXXIX.

LIBELLVS in qualibet causa offerendus est, nec etiam si à parte non petatur,admitti potest: cum de iudicij substantia, tam de iure ciuili, quàm de iure Canonico requiratur, vt in c.1. & ibi per doct. extrà,de lib.ob. & facit 5. quest.1.c.1.

Primò fallit quando proceditur pēr viam inquisitionis: cum in ipsa inquisitione, quæ procedit ex mero officio iudicis dari non possit: cum non sit qui offerat, sed loco eius danda sunt capitula super quibus inquirendi sunt.extrà,de acc.c.qualiter. §.debet. secundum Host.& Ioan.Andr. & dom.Anto.in d.c.1.de lib.ob. secundum Imo.in tit.de quisitio.erit offerendus si petatur, & tempus ad deliberandū debebit eidem dari.l.2.ff.de requi.reis,& in authen.offeratur.C.de lit.conte.& secundum Bald.in d.c.1.& hoc quando procedit ur ad inquisitionē ex mero officio & neutro præsente: aliàs si procedatur ad eam aliquo præsente, eo scilicet qui eam impetrauit, tunc erit dandus, cum requiratur lit.conte. prout est text. in d.c.1. & c. cum dilectus, extrà,de priui.vbi de hoc.& extrà,de re iu.c.cum L.extrà, vt lit.non conte. c. quoniam.§. sunt & alij. secundum do. Nico.in d.c.1.de lib.obla.

Secundò fallit in causa quę celeritatem desiderat: vt in causa dam.infe.secūdum Do.in d.c.1.quod procedit quando iudex hoc arbitraretur arbitratu suo: sed an in hoc requiratur libellus vel non,no.in l.4.§. quoties.ff. eod. tit.& l.1.§.si.ff.de fer.secundum Host.& Io.And.in d.c.1.& ita resideas ibi cum dom.Anto.& dom. Nic. circa quod vide quod not.Bal.& alij in d.l.4.§.hoc autem iudicium.

Tertio fallit quando contra neminem specialiter ageretur,nec aliquis appareret contradictor: cum tunc non sit cui offeratur: vt in d.authen.offeratur. ad hoc autem si casus tales erunt.secundum Host.& Io.And.& dom.Ant. in d.c.1.de lib.ob.sed certè & tunc licet nō requiratur quod libellus alicui specialiter offeratur, vt contra aliquem recipiatur,nec tunc litis contest.sit facienda,vt not.in d.authē. si omnes. libellus tamen generaliter erit iudici offerendus secundum Bald.in d.c.1.circa quod vide quod not. extrà, de offic.iud.c.si.

Quartò fallit in casibus vilibus seu modicis, vt voluit glo.in c.fin.extrà,de lib.ob.& per doct.Cano.in d.c.si quis cum clerico, ad hoc authent. nisi breuiores.C.de sent. ex breuic.

breuic.rec.& tunc non requiritur ſcriptura, prout ibi habetur. quæ autem dicatur modica cauſa vel vilis, qualitate perſonarum attēditur.l.pleniùs.§.æquitate.ff.de vſu & ha. vt voluit Ioan.Andr. in addit. ad Spec.§.nunc videndum. & ſecundum dom. Anto. in d.c.1.qui hoc videtur tenere, quod placet Nic. ibidem ſecundum quod Barto. voluit in d.authent.niſi breuiores.

Quintò fallit cum litigantes rudes ſint, vt agricolæ vel ſimiles. ad hoc facit text.in authent. de man.prin.§.ſi tibi. & in authent.de quæſt.in 6.col.extrà,de reſcrip.c.1. ſecundum Inno.& Ioan.And.in d.cap.1.de lib.obl. facit ad hoc quod not.in d.verſi.per Gul.

Sextò fallit quando eſt talis cauſa in qua nō exigitur lit. conte.quia tunc non requiritur libellus ſecundum Innoc. & d.Anto.in d.c.1.qui ita tranſeunt in præal.c.1.quod non eſt verum. quia iſta duo,ſcilicet,libellus & lit.conteſt. ſunt duo ſubſtantialia iudicij ſeparata, vnde vna ſublata nō intelligitur alia.Inſt.de nup.§.affinitas.adde quod not.per gl. in d.c.1.ſecundum Inno.ibi.

Septimò fallit quando vertitur negotiū inter epiſcopū & ſuos clericos: vt d.c.ſi quis cum clerico.quod vt dicūt quidam locum habet etiam ſi agerent coram delegato: cū non ſit diuerſitatis ratiò.extrà,de conſti.c.translata. quod etiam placet Imo.& Gul.de Cug.in d.§.nūc videndū.ver. ſed nunquid.ſed hoc nō videtur verū,cum ſit contra text. in d.c.1.de libel.obla.ſecundū Hoſt. ſecundū quē non obſtat d.c.ſi quis.cū loquaē in cauſis breuib.ſiue modicis,&c.

Octauò fallit quando agitur de reddenda ratione per adminiſtratores, ſeu officiales, vel ex ſyndicatu: vt in authent. vt iudices ſine quoquo ſuff. §. neceſsitatem. & C. vt omnes tam ciuil.quàm cri.l.fi.ſecundum Hoſt.& Ioan. And.in d.c.1.

Nonò fallit quando factum proponeretur coram Papa. de quo extrà,de lit.conteſt.c. vnico. ad hoc quod not. in l. enim.C.de teſta.

Decimò fallit quando agitur inter religioſos,de his quę pertinent ad religionem. extrà, de ap. c. reprehenſibilis. & de reli. c.fin.

Vndecimò fallit etiam in notorijs.1 1.q.1. de manifeſta. & extrà,de accu.c.euidentia.& de iureiur.c.ad noſtram.ſecundum Inno.& Io.And. ad hoc quod habetur extrà, de fi.inſtru.c.conueniatur.

Duodecimò fallit quando agitur de beneficijs authoritate reſcripti Apoſtolici committēdis,ſecundum aliquos: vt not.extrà,de æta. & quali.c.accepimus, ſecundum Inn. & Ioan.And.in d.c.1.cum reſcriptū loco habeatur libelli: vt in d.§.nunc videndū.ver.tunc,ſed Bal.in l.1.& Imo.dicunt non ſolum de beneficijs obtinendis vigore reſcripti, ſed etiam cum agitur de cauſa beneficiali nō requireretur libellus: vt expreſſum eſt in clem.diſpendioſam.de iudi.

Decimotertiò fallit in cauſa matrimoniali, ſi in ea iudex ex officio procedat: vt extrà, de clan.deſpon.c.fi.

Decimoquartò fallit in cauſis in quibus ſufficit ſummaria cauſæ cognitio, vt.ff.ad exhi.l.2.& 3.§.ibidem.ſecundū Hoſt.& Io.And.in d.c.1.& ibidem dom. Ant. ita tranſit. quod verū eſt ſi tales cauſę ſunt ita ſummariæ ꝙ in eis procedit poteſt ita ſimpliciter de plano, & ſine figura iudicij, vt ſunt duæ cauſæ prædictæ.l.quando agiē.de vſuris,aliud ſi ſint tunc ſolum ſummariæ, & tunc vnius cognitio non ineſt ſub alia cauſa,& ſic nec libellus nec lit.conte.ſed ſolū inducuntur vt breuiter & breuioribus dilationibus procedatur: vt no.per Bar.in extraua.ad reprimēdum.in verbo, ſummariè,ad fi.quod not. per gloſ.in ver.figura in d.clem. ſæpe,ſecundum Inno.circa quæ vide eundem ibi de quolibet inſtrumento verboſo. fallit tamen in cauſis merè ſpiritualibus.extrà,de dolo & contu.c.1.ſecundum Io.And. & dom.Ant.in c.1.extrà,de lib.ob.ſed hoc nō probatur ibi, nec eſt verum per d.cle.diſpendioſam. quæ enumerat certas cauſas ſpeciales.vnde ſecùs eſt in alijs.extrà,de præſcri. not.in l.maritus ſecundum Imo.in d.c.1.

Decimoquintò fallit quando cōſuetudo diſponeret circa libellos,& eſſet ſeruanda: cum talis conſuetudo valeat. vt C.de priui.fiſ.lib.12.& extrà, de eo qui mit. in poſ. c. 3. ſecundum Imo.& Ioā.Andr.in præall.c.1.quod procedat non ſolum in conuentione,ſed in ſtatuto alicuius municipij vt voluit Bald.in d.c.1.& in l.nec quicquam.§.præfinito.ff.de offi.procon.& in d.cle.ſæpe. & quod habetur in c. fi.de appella. in 6. nec poteſt conſuetudo vel ſtatutum inducere, quòd ſaltim petitio non fiat apud acta, cum eſſet rationabilis,quod not.in dicta clementina,ſæpe.

Decimoſextò fallit quando imploratur officium iudicis à parte incidenter, & deſeruiens actioni, vt ſi petatur mitti ex ſecundo decreto,ſecundū Inno.in c.1.de lib. obl. ad hoc quod not.ff.de inoſ.teſt.l.Papinianus.§. ſed ſi filius. & ff.de ædil.edi.l.ædiles.§.item ſciendū. extrà, de ſepul.c. certificari.et d.l.nec quicquā.§.vbi decretū.vbi de hoc.vel quādo extraordinariè imploratur.ff.de cōd.& dem.l.quibus diebus,in princi.aliàs regulariter requiritur libellus vt not.in d.c.fi.ſed illud voluit gl.in rub.ff.de interrog. actio.

Decimoſeptimò fallit in caſibus in quibus nō eſt neceſſe quod ſentētia referatur in ſcriptis: vt not.in gloſſ.in d.authent.offeratur,ſecundum dominum Antonium in d.c.1.

Decimooctauò fallit quādo agitur de re per ſententiā, tranſactionem, vel cōpoſitionem finita,ne lites ex litibus oriantur.l.fi.C.de fide inſtr.ſecundū Imo.in d.c.1.quod verum eſt,ſi excutitur liquidè & imploratur offi. iu.cū tunc non requiratur libellus. ad hoc quod not.per gloſ.de inoſ. teſt.& quod habetur in l.minor.25.annis.ff.de mino. aliàs intentatur per executionē ſententiæ actio iudicati,vel alia actio deſcendens ex ipſa ſententia, trāſactione vel compoſitione: quia tunc libellus,&c.vt voluit Bart.de in lit.iu. & ſuprà,de re iud.Bald.in d.c.1.de lib.obla. dom.Anto.quod procedit vt not.Inno.de except.in c.cum venerabilis.

Decimononò fallit in appellatione,cū appellatur ab interlocutoria: cum tunc non requiratur libellus,vt not. per Gul.in d.§.nunc videndum.verſi.nunquid in cauſa appel. vbi dicit ita in curia ſeruari ſecundū Bal.in d.c.1.qui tamē dicit hoc verum,ſi vtraq; pars ſit præſens: cum tunc offerendus ſit libellus, ſecus quando cōteſtatio litis eſt neceſſaria.C.de tēpo.appel.l.illud.§.fi.& extrà,de teſta.c.Raynal.

Fallit 20.quando libellus fuiſſet productus contra illum à quo quis haberet cauſam, & proceſſum: cum teneat lit. conte. facta cum habent cauſam. nam proceſſus cùm eo agitatur abſq; alia productione libelli, pro quo facit quod habetur.ff.de re iud.l.ſæpe.extrà,de re iudi.c.quamuis. vbi de hoc per dom. Anto.

Fellit 21.quando partes in hoc conueniunt, quòd iudex non in figura iudicij, ſed de plano ex officio veritatem audiat, qui reperta veritate dicat & ordinet quod vult. & ita procedit caſus in l.quoties.in fi.C.de priuile.& hoc ſecundum ipſum Hoſt.in d.c.1.qui etiā ad hoc not.extrà,de arbi.cum tēpore,& in authen.de offi.iud.§.ſi non contingit non tamen poſſet fieri ex conſenſu partiū pactum, ꝙ iudex omiſſo libello ſentētiā ferat. ad hoc not.in c.fi.de iud. in 6.ſecundū Io.And.in d.c.1.qui ita reſidet.ſed Inno.nec paciſci voluit poſſe partes, vt procedat iudex de plano & non in figura iudicij: cum non poſsint renuntiare partes ipſis ſolennitatibus ſubſtantialibus iudicij: vt not.de offi. deleg.c.de cauſa. per gloſſ.& 2.quæſt.1. in primis. nec illis de ipſis loquentibus.ff.de leg.1.l.nemo poteſt.extrà,de foro competen.c.ſi dili.ſed vide de his latius per Cano. in d. c.extrà,de libel.oblatio.& ſic ſufficit.

REGVLA CCXC.

LIBELLVS ſiue actione reali agatur, ſiue perſonali, ſiue in iudicijs ſingularibus,ſiue particularibus, res ſpecificè continere habet: vt in c.finali & ibi per glo. & doct. de libelli obla.

Primò fallit quando contra ipſum libellum non opponeretur nec peteretur ipſum declarari, vt dicit text. in d.c. fi.& vt habetur in l.fin.C.de annali exceptio.

Secundò fallit qn̄ res ipsæ petitæ per ipsum actorẽ, probabiliter certificari non possunt, tunc admittitur libellus non facta aliqua specificatione. & ita procedere poterit dictum Inno. in d. c. fi. dicens, ꝙ sufficit petere fructus ex tali fundo absque expresſione. & si non extant poterit peti æstimatio in sententia, & non erit exprimenda quantitas, vt C. de sen. quæ sine certa quantitate l. 2. & 3.

Tertiò fallit quando res accessoriè veniũt, cum in ipsis accessorijs admittatur libellus incertus. sed non procederet libellus iste, peto mihi restitui talẽ fundum cum fructibus perceptis, vt voluit Inno. in c. certificari, de sepul. & c. tanta, qui fil. sint le. & not. extrà, de ordi. cog. cũ dilectus. & per Cyn. in l. certum. C. de rei ven. l. cum propria. C. si quis alteri vel sibi. secundum dom. Anto. in d. c. fi. ad hoc quod not. per glo. in l. fundi. ff. de excep. rei iud. & per Bar. in l. 1. ff. de eden. circa princi. vbi hoc tenet, quæ opi. omnino seruatur & cõsuetudine interpretatur. vnde est seruanda. c. cum dilecti. extrà, de consuetudine.

REGVLA CCXCI.

LIBELLVS ante litem conte. emendari & corrigi potest, vt est glo. in cap. fin. extrà, de libel. obla. & in l. edita [a]. C. de eden.

ADDITIO.

a L. edita. Vbi vide Franc. Arex. in ver. secundum, & in ver. 2. fallit & se.

Primò fallit quãdo lapsus temporis impediret agi, cum tunc pariformiter impediat edi: vt habetur in l. bonorum l. 1. ff. rem ra. ha. & l. cauere. de adul. prout est si statutum sit quod potestas non posſit punire delictum retro commissum per duos menses ante principiũ officij: cùm tunc si hoc tempus sit elapsum emendatio fieri non posſit secundum do. Anto. in d. c. fi. de libel. obla.

Secundò fallit quod emendatio adderet aliam rem nõ inclusam in libello actione deducta: vt voluit Barto. in l. edi. & Cyn. in d. l. fin.

Tertiò fallit quando semel emendasset, cum non posſit iterum emandari vt C. de rebus credi. l. 2. secundum Bal. in c. fin.

REGVLA CCXCII.

b LIBELLVS post lit. contesta. emendari [b] non potest: vt l. edita. C. de edendo. & cap. fin. & ibi per doc. extrà, de libelli oblat.

ADDITIO.

b Emendari. Vide Fel. in c. significantibus in. 1. col. ver. ad illam materiam. & in 11 col. versic. circa mutationem. & in 12. col. ver. vnum vltra omnes de lib. obla.

Primò fallit quando vellem emendare detrahendo aliquid à re petita, & quò ad id liti renuntiando, cum posſit etiam vsq; ad sententiã: nam sicut potest in totum detrahere & liti renunciare: vt l. postquam. C. de pact. ita etiam potest in parte. ad hoc quod not. extrà, de pact. c. cum pridem. ff. si cer. pet. l. quidam. d. Anton. & Imol. videntur etiam velle in d. c.

Secundò fallit quando talis emendatio esset circa accessoria occurrentia pendente lite, cum in his posſit etiã fieri litis contestatio, de ædil. edicto. §. ædiles. & §. item sciendum. C. de iud. l. 2. & secundum Ant. & Nic. in d. c. fi.

Tertiò fallit quando emendatio fieret circa qualitatẽ, quæ non habet immutare substantiam facti nec formam suam, sed solùm habet diuersificare exceptionem suam, cùm tunc fieri posſit vsq; ad sententiam. l. delictis. §. si de tracta. ff. de noxa. secundum Inno. qui circa hoc voluit in d. c. fi. & communiter per docto.

Quartò fallit in iudicijs vniuersalibus, cum in eis posſit fieri emendatio & additio post litem contest. vsq; ad sententiam. & hoc voluit Inno. in d. c. fi. & gloſſ. in d. l. edita. ad hoc Instit. de act. §. si minus. de peti. hære. l. 4. quia procedit non solum si conclusio fuisset generalis, vt quia petat declarari se hæredem, quia nõ fuit sibi satisfactum: sed etiam si actor ponat in libello exceptionẽ legitimam cõpetentem, puta si dicat peto decem, quæ mutuaui & es mihi obligatus non ob. pacto de non petendo, ipse actor est audiendus si non probat aliquid allegando ea, pro hoc apparet libellũ esse in iustum, debet. n. libellus contra libellantem seruari. C. de libe. causa. l. cum per. & extra, de iudi. c. examinata. per Cano. in c. fi. extrà, de verb. sign.

Quintò fallit vbicunq; libellus relatiuè non narratiuè loquatur, vt quia dicit quod tale quid sic fuit vt continetur in instrumento. ita not. Paul. de Cast. in l. Gallus. §. idẽ credendum. in fi. ff. de liberis & posthu.

Sextò fallit quia dicta regula procedit quando lis est cõtestata super re, antè verò litem contestatam potest emendari iuxta materiam l. edita. C. eodem.

Septimò fallit quando pars aduersa acceptat id, quod in libello est narratum, secus autem si illud negat. ita tenet Bald. in d. l. eum, & idem dicendum est in narratis exactionibus, quia ille fuit libellus rei vt l. 1. C. de his quæ pœnæ nomine. & ideo dicitur quod in exactionibus reus est actor. & ideo non potest quid narratiuè dici in libello vel in exactionibus per pœnitentiã reuocari: vt est glo. notabi. in d. l. eum, nisi ante litem contesta. vt not. gloſſ. in l. qui familiæ. ff. fa. er. & Bald. in l. ex hac scriptura. in fi. ff. de do. & vide Paul. de Castr. in l. exempla. ff. de pactis.

REGVLA CCXCIII.

LIBELLI verba ambigua in libellantis fauorem interpretari debent. l. si quis. ff. de iudi.

Primò fallit quia dicta regula procedit in libello ciuili, secus autem in criminali: vt not. Lud. de Roma in l. diuortio. ff. solut. mat. pro quo alleg. decisionem Bal. in l. quoties §. si quis. ff. de hæred. instir. quod esset valde singu. si verũ esset: sed hoc non puto verum, nec de iure probatur.

Secundò fallit quando in criminalibus proceditur ad instar ciuilium causarum. vt l. absentem. ff. de pœnis.

Tertiò fallit quia in bis terminis Bart. contrarium voluit in l. libellorum. in prin. ff. de accusa. ver. quæro, aliquis percusſit aliquẽ per aliquot dies, & c. quem sequitur Io. Fabri Instit. de act. in prin. nec obstat decisio Bald. in l. diuortio, & in dictis locis alleg. quia illa procedit ex eo, quia in d. l. quoties. §. si quis. ff. de hęred. insti. præsumitur id ꝙ etiã probatio accusationis non aliter concludebat quàm concludebant verba accusationis: & ideo cum probatio ambigua debeat interpretari contra ipsum probantem, vt in c. in præsentia. de pro. non interpretantur dicta verba incõtinenti contra accusatorem, & ita aperte declarat Bald. in d. §. si quis. el 2. de hæred. instituen.

REGVLA CCXCIIII.

LIBRI seu scriptura quantumcunq; antiquiſsima plenam fidem non facit, præsumptionem verò inducit, quæ arbitrio iudicis relinquitur. l. in coniunctiorum. C. de reli. & sum. fu. & vt voluit Io. An. in c. cum causam. extrà, de prob. & in rub. de consecra. eccle. vel alta.

Primò fallit in libris seu scripturis repertis sub custodia publica, & fideli, seu in loco vbi reponunt solùm scripturæ authenticę, vt in archiuo publico, cum tales faciant fidem: vt voluit Io. An. in d. c. cũ causam. cũ ibi reponuntur ad hoc. not. per gl. in l. 2. §. exactis. in vet. p resti. de ori. iur.

Secundo fallit in scripturis quibus ab antiquis nostris communiter est creditum, vt in libris historialibus seu chronicis: vt voluit Bartol. in l. prima. ff. si certum petatur. vbi ex hoc dicit quod credendum est libris Aristotelis & Hypocratis, cum magistris maioribus communiter sit fides adhibita. ad hæc quod not. per gloſſ. in verbo magis. in c. inter dilectos. extra, de fi. instru. & per gloſſ. in verbo, transtulit. in c. per venerabilem. extra, de loca. quod similiter locum habet in scripturis quæ olim fiebant in albo, hoc est in loco dealbato ante domum pretoris, de quibus gloſſ. in verbo albo. extrà, de iudi. cum & istæ faciant fidẽ, ex quo ab antiquis nostris fides fuerit adhibita.

REGVLA

REGVLA CCXCV.

Lis propriè dicitur quando est facta cõtestatio.ita Bar. Ful.& Paul.de Castr.in l.causa².C.de transact.intellige quando verbum lis,inferatur ad actus iudiciales, seu referatur in materia iudiciali: vt probatur in c.sæpe.in fi.de appel.& ibi Abbas.

Primò fallit quo ad inducendũ vitium litigiosi:quia inducitur sola citatione,gloss.in verbo exordium,in c.super quæstionum,de officio deleg.& Bart.in l.1.ff.de litig.

Secundò fallit etiam quò ad perpetuandam iurisdictionem,vt probatur in c.gratum,de officio deleg.

Tertiò fallit quò ad inducendam litis pendentiam,quę inducitur sola citatione: vt in lite pendente.

Quartò fallit vbicunq; tractatur de liberatione:quo cã su lis etiam dicatur ante litem contestatam.

REGVLA CCXCVI.

Lite non contestata ad sententiam diffinitiuam perueniri non potest: vt not.in l.fin.§.illud.C.de tempo.appella.& Bald.in authen.qui semel.in 3.colum.C.quomodo & quando iu.& ibi per Bal.& doct.in c.quoniam frequenter.vt lit.non contest.

Primò fallit in causa appellationis: vt in d.§.illud.

Secundò fallit in causa nullitatis annexa appellationi. Bald.in l.ambę.in 4.col.C.quomodo & quando iudex.

Tertiò fallit quando actor se absentat:vt per Bart.in d. authent.qui semel in 3.col.& ibi etiam Bald.

Quartò fallit quando imentaretur officium iudicis, vt pars se absentet,vt dicit Bald.not.in d.authent.qui semel, in 3.col.vide Baldum & Bartolum,in lab eo, & in dict.§. illud. qui examinat istam materiam.

Quintò fallit in causa criminali, in qua potest ferri sententia etiam lite non contest.vt est glo.sing.in l.absentem ff.de pœn. sed contrarium tenuit Azo in summa.C.de re qui.reis,& istud est verius.

Sextò fallit quando iudicium non dirigitur contra certam personam,nec ab ea petitur aliquid dari vel fieri, concluditur tamen iudicium:nam tũc poterit procedi ad sententiam lite non contest.vt l aut si omnes.C.si in adh. & ita procedere poterunt iura Legistarum secundum dom. Anto.& Imol.in c.3.vt lite non contestata.

Septimò fallit quando agitur de libertate obtinenda:vt habetur in l.1.C.de asser.tol.& l.1.§.si verò subuentum. ff.de fideiuss.pro quo facit quod not. in simili in c.cũ olim. extrà,de iud.

Octauò fallit in causa beneficiali vt est expressum in c. 1.C.de eo qui mittitur in 6.

REGVLA CCXCVII.

Lite non contestata in causa appellationis, ad sententiam diffinitiuam perueniri potest: vt est casus in §.illud.ff.de tempo.appel.

Primò fallit coram iudice à quo,secus coram iudice ad quem:vt dicit Bald.in c.per tuas. de appel.

Secundò fallit quãdo partes essent præsentes tempore litis conte.quia debent litem contestari, aliàs non audiuntur.ita dicit Bald.in authen.qui semel.in 1.col. C. quõ & quando iudex.qui dicit quod si comparet in medio tẽpore probationis,non debet audiri ne lis cõtestetur vt patet.

REGVLA CCXCVIII.

Item contestandi animus in dubio tam ex parte rei quàm actoris præsumitur vt in c.1.& ibi per doc. extra de lit.contest.

Primò fallit quando in loco esset cõsuetudo talis vt animus lit.conte.exprimatur:cum tunc nisi exprimatur non præsumitur talis animus,nec inducitur lit.conte.vt voluit dom.Nico.in d.c.1.de lit.contest l.semper.ff.de regu.iur.& l.liberorum.§.quod tamen Cassius ff.de regulis iuris.

Secundò fallit quando illud apparet, videlicet, de non lit.contest.quia actor proponẽdo factum, & reus respondendo protestatus fuit, ꝙ hoc facit non tamen animo lit. contest.cũ talis protestatio ipsam lit.contest. impediet:vt voluit glo.in d.c.1.& in l.vnica.C.de lit.conte.Inno. in c. cum M.de consti.& Domin.in c.1.de lit.conte.

REGVLA CCXCIX.

Lite non conte.testes regulariter recipiendi non sunt: vt in toto tit.legis vnicæ,& in c. quoniam frequenter. & ibi per doct.extrà, vt lit.non conte.& in c.veritatis.extrà,de dolo & contu.

Primò fallit hæc regula in pluribus casibus ennmeratis per glo.in d.c.1.vt lit.nõ cõte.& per glo.3.q.9.in summa.

Sunt & vltra gloss.singulares alij casus in quibus similiter recipi possunt lite non contestata.quandoq; vnus est etiam notarius,qui recipit testes ad cautelã,extrà,de elec. c.bonæ.el primo.

Secundus est in vniuersalibus actionibus post sententiam diffinitiuam.C.de pet.hære.

Tertius est quando agitur de re iud.vel transacta à defuncto.vt lit.pen.c.1.in 6.

Quartus casus est in his quæ lit.non conte. sunt mota. extrà,de consti.c.cum M.de consti.

Quintus casus est in bonis ecclesiæ alienatis,& suspensis,vel excommunicatis post inhibitionem. extra de do. & contu.c.veritatis.in fin.

Sextus casus est quãdo agitur contra clericũ,qui de maleficijs suis publicè gloriatur,extrà,de exces.prælat. q̃ sit.

Septimus casus est quando curant admittere iuramentum. extrà,de testi. veniens.

Octauus casus est in incidentibus vel emergentibus quæstionibus: vt not. per gloss.sing.in d.c.extrà,vt lit.non conte.imo & in omnibus casibus in quibus non est necessarius libellus.extrà,de lib.c.b.c. 1.secundum Paul. qui has post glos.enumerat in d.c.extrà, vt lite non contesta.

Et de bis omnibus in Specul.in tit.de leg.vbi enumerat 36.in quibus testes recipi possunt lit.non contest. quibus adde alium casum in c.quamuis.de offic. ordi. in 6. alium casum in c.pro humanis. de homi.eo.lib.& alios in clem. dispen.de iudi.& ibi dom.Nicol.

Nonò fallit quando procederetur per viam inquisitionis:vt plene per canonistas in d.c.veritatis.

Decimò fallit quando procederetur super crimine dilapidationis.ibidem per Cano. & habetur per Cano. 3.q.2.

Vndecimò fallit quando procederetur ex mãdato personæ:vt patet in glo.in d.c.veritatis,& ibi etiam per doct.

Duodecimò fallit in crimini hæresis,in quo etiam post mortem ferri potest sententia.24.quæst.2.sanè.& vt not. in c.insinuatione.

Decimotertiò fallit quando infamato de crimine inducta fuisset purgatio, cum tunc si non veniat intra terminum pro confesso habeatur & conuicto eo elapso: adeò ꝙ possit contra eũ ferri sententia & lis conte. per id quod voluit glos.in c.1.de simo. ad hoc etiam de pur. Cano. c. cum P.quod voluit gl.in c.decernimus.prout refert dom. Anton.in d.c.veritatis.

REGVLA CCC.

Lite non contestata contra absentem regulariter procedi non potest: vt per Inno.in c.veritatis.extrà,de dolo & contu.

Primò fallit quando ipse actor agere non posset de pręsenti:vt quia debitum sit conditionale in diem, vel pendeat ex alterius arbitrio: cum tunc recipi possit lite conte. ff.ad l.Aquil.& extrà,de ver.si.& ea quæ,vt plenè videtur in dictis iuribus.

Secundò fallit quãdo ipsa pars esset præsens & impediret litẽ cõtestari,per id quod habetur extrà,de iud.c.pe. & fi.

Tertiò fallit quando dignitas excitaretur. extrà, ne sede va.c.vlt.circa quod vide quod ibi not.

Quartò fallit quãdo exigitur parte præsente,quòd vnũ malitiosum tyrannum conuenire actor non audeat nec recipit testimoniũ eadem denũ. cum tũc iudex subueniat eidẽ actori iuste timenti.ar.extrà,de ap.c.si iustus.& cõsiderata negotij qualitate, & alijs circũstãtijs,recipiet testes

quoad poterit, & diligenter sustinebit interesse rei in ipsorum examinatione, seruando sibi exceptionem in personas in d. causa, secundum Host. & Ioan. And. in d.c. quoniam, vt lit. nō conte. & not. ad hoc etiam in c. fi. extrà, de hæret. in 6. secundum Nico. non ob. text. in præal. c. quoniam, faciens mentionē de reo, quando est contumax vel absens, cum habeat respectum ad id quod communiter accidit, secundum dom. Nicol. in præal. c. quoniam frequēter, vt lite non contesta.

REGVLA CCCI.

LIs inter patrē & filium regulariter esse nō potest, vt in l. lis. ff. de iud. & l. actiones. ff. de act. & obli. sine veniæ petitione: vt l. fin. C. de in ius voc. & sic eodē modo contractus non valet. l. 1. §. fin. de contrahen. empt. & §. post mortem. Insti. de inu. stipu. & l. 1. C. de inoffi. dona.

Primò fallit vbicunq; vellet filius agere contra patrem extraordinario officio iudicis: quia tunc posset bene agere, venia tamen petita. vt in gloss. valde not. iuncto tex. in l. cogi. §. si pater filio. ff. ad Trebel. & not. in l. 3. §. si ea. ff. de bon. poss.

Secundò fallit in causa alimentorum: nā si pater denegat alimentare filium, vel filius patrem, tūc eo casu inter eos poterit esse lis: vt est tex. in l. si quis à liberis. in princ. ff. de li. agno. & est text. in l. fi. §. ipsum autem. C. de bonis quæ liberis. & in l. nec filius. C. de pat. pote.

Tertiò fallit in castrensi vel quasi castrensi. nam in his bonis poterit esse lis inter patrem & filium, vt est tex. iuncta glo. in l. adop. in princ. ff. de in ius voc. & tenet gl. in d. l. lis nulla, & est text. in l. cum oportet. in §. eo. C. de bo. quæ liberis.

Quartò fallit vbicunq; inter patrem & filium esset facta obligatio, & firmata iuramento: quia tūc inter eos poterit esse obligatio. ita notanter tenet Bal. in l. 3. C. pro donato. Quia iuramentū est de iure naturali, quo iure non cōsideratur patria potestas. Et idem etiam tenuit Io. An. in tit. de test. glo. in ver. Vber. de gobijs. in addit. Specu. Et hoc est secundū eum: quia ista donatio non est prohibita per legem, nec reprobata, secundum ea quæ not. in l. cum lege, de fideius. et per Bal. in l. non dubio. ff. de leg. Sed Pau. de Castr. in suo consi. 103. consuluit contrarium & malè: nec fuit recordatus de eo quod dixit Bald. in d. l. 3. C. pro don. nec de regulis quas ponunt doct. in c. cum cōtingat. de iureiur. vbi dicunt quod quando actus est prohibitus, quia est contra bonos mores ciuiles, nō vitiatur iuramentum quod est de iure naturali. vnde ius canonicum non considerat aliud, nisi an iuramētum posit seruari sine peccato, vel non, istud ponderat tex. in d. c. cum contingat. & in c. licet mulieres. eod. tit. lib. 6. & c. 2. de pac. eod. lib.

Quintò fallit si filius alieno nomine, putà tutorio vel curatorio nomine conueniat patrem: quia hoc casu pōt. vt est tex. l. quæsitum. ff. de in ius voc. & auth. vt liceat matri & auiæ, in princ. quod secus esset si esset procurator in rem suam quia non licet filio accipere cessionem actionū contra patrem, vt est casus secūdum vnam lecturam in l. actiones. ff. de act. & obl. & ita tenet Ang. in d. l. lis nulla. qui dicit illum tex. esse ad hoc perpetuò notandum.

Sextò fallit quia ista regula procedit de iure ciuili. secùs autem de iure canonico: quia de omni causa inter patrem & matrem & filiū potest esse iudicium. ita not. Io. An. in c. in anima. in gl. pe. de iud. li. 6. & idē tenet Angel. in d. l. lis nulla, qui dicit hoc esse vtile in terris ecclesiæ. & ego allego de hoc gl. de iure cano. valde not. vna est. 13. q. 4. c. si ecclesia. alia 2. q. 7. quare. tertia est in c. fi. in gl. pen. de iud. lib. 6. quas cōmuniter sequuntur, & pro hoc allego bonū tex. in c. non est nobis, de spons. qui tex. vult quod in causa matrimoniali inter patrem & filium posit esse iudicium.

Septimò fallit quando pater filium maledicit, & cōtra pietatem tractat: quia tunc filius potest cogere patrem vt ipsum emācipet. vt no. in l. quidā cùm filiū. ff. de verb. obl.

Octauò fallit quando pater dissiparet fideicōmissum: quia tunc obligatur filio existenti in potestate restituere ante conditionis euentum: & sic filius poterit petere vt remoueatur ab administratione, vt est casus not. in l. imperator. ff. ad Treb. & ibi per doct. per Bar. solum in l. fi. in fi. de sent. pal. & per eundem in l. 2. §. quod si mihi patris. & in l. fi. in prin. ff. solu. matr. alios casus vide per gl. & doc. in d. l. lis nulla, de iud. & per tex. in l. ius certum. ff. eod.

REGVLA CCCII.

LITIGARE tenetur quis per se in iudicio, maximè criminali. l. fin. C. de procur. & in c. pastoralis, de iudi.

Primò fallit in magistratibus, quia ratione officij possunt per alium litigare. l. non solum. ff. de procu.

Secundò fallit in excōmunicato, quia per alium debet litigare. vt in c. intelleximus. de iudic.

Tertiò fallit in episcopo, qui per alium litigare potest. vt 5. q. 3. c. quia episcopi.

Quartò fallit in vniuersitate, vt in l. eorum. & in l. 1. ff. quod cuiusq; vni. nomine.

Quintò fallit in illustribus personis, quæ per alium litigare possunt. vt d. l. fi. C. de proc.

Sextò fallit in his, qui non habent discretionem. vt sunt pupilli, prodigi, & furiosi, & similes. vt not. dicit Anto. de But. in c. pastoralis. de iudi. qui ponit 6. suprasc. fallen.

Septimò fallit quando delinquens esset positus in carceribus: quia propter necessitatem datur procurator, nisi pro alio delicto fieret inquisitio contra eum in alio loco: vt dicit Bal. in l. eos. §. sup his, in fi. ff. de app. & vide quod not. Bald. in l. minimè. C. de appellat.

REGVLA CCCIII.

LITERIS ordinarij iudicis non creditur, si in eis testes descripti non sunt. vt in c. 1. & in c. quoniā, de proc. & plenè per cano. in c. post cessionem. extrà, de prob.

Primò fallit quando cōsuetudo loci est quod credatur cum ipsa consuetudo loci attendenda sit in hoc. vt voluit Inno. in d. c. 1. de proc. in 2. op. & Io. An. in d. c. post cessionem, & Io. Cald. ibidem, & ita cōmuniter tenetur per c. cum dilectus, extrà de fide instru. & per id quod habetur in l. 1. & 2. C. de summa Trinitate.

Secundò fallit quando tales literæ eius sigillo sunt sigillatæ, vel contra producētem facerent fidem, per id quod habetur in l. si procuratorem. ff. de proc. & C. de reb. cred. l. 2. & extrà, de sim. c. si ad quorundam. & in cle. 1. de proc. secundum Ioā. Cal. & Io. de Imo. & dom. Nic. in d. c. post cessionem. de probat.

Tertiò fallit in literis commissionis iurisdictionis, vt quia per eas delegatur iurisdictio: cum talibus literis credatur sigillaris sigil. ipsius ordinarij. extrà, de offi. delega. c. cū in iure. ad hoc quod not. domini de Rota, decisi. 248. quę incipit. Item voluerunt, & quod habetur in l. si per calumniam. C. de episcopis & cler. & Gul. de Cu. & Bart. in d. l. si procuratorem. pro quibus facit quod habetur in c. significauit. extrà, de appel. à contrario sensu. & quod not. Arch. in c. 1. de offic. deleg. in 6.

Quartò fallit in literis citatorijs, monitorijs, seu requisitorijs: cum talibus literis cum sigillo ipsius ordinarij credatur, per id quod habetur 70. di. non det. & extrà, de offic. deleg. prudentiā. in princ. & c. cum causam. 18. dist. si episcopus, imo & creditur literis sigillatis per capitulum, per ipsas. n. recognoscitur canonicus ad electionem. 18. q. 3. statutum. extrà, de elect. c. cum inter I. & P. & etiam secūdum Io. Cald. & Imol.

Quintò fallit in leuibus, seu in his quæ sunt modici præiudicij: cum in his credatur literis ipsius ordinarij suo sigillo sigillatis, & vide de his plenè per cano. de d. c. post cessionem. extrà, de probat.

Sextò fallit in literis testimonialibus attestantibus factum, de pręsenti emanantibus super his, quæ fuerunt in iudicio de pertinentibus ad officium ipsius scribentis, seu scribi facientis. & hoc si fecerit ad requisitionē propriam cum tunc eis credatur: præsertim si Papa in commissione

dixerit

dixerit se fidem relationi habiturum.extrà,de appel.c.intimasti,& de purg.ca.c.cum dilecti. ver.is igitur. secundũ Io.Cal.& Imol.

Septimò fallit in his literis testimonialibus emanátibus super his,quę fiunt in iudicio tempore datæ.de pertinentibus ad officium scribentis,quando in his literis concurrerent plura sigilla plurium ordinandorũ: ordinariorum: cum tunc ipsis literis credatur. extrà, de dolo & contu. c. cum olim,& d.c.veritatis.secũdum ipsos Io.Cal.& Imol. d.c.post cessionem.extrà,de probat.

Octauò fallit in ipsis literis testimonialibus attestantibus factum extrà iudicium, præsertim commissum cord se ad officium ipsius scribentis: cum tunc credatur ipsis literis secũdum Host.in d.c.post cessionem,& Imo.in d.c. 2.ad quod not.in d.c.1.in 3.opposit.

Nonò fallit in factis valde antiquis,in quibus fortè sufficit præsumptiua probatio:cum tunc credatur literis testimonialibus ordinariorum,etiam enuntiatiuis,si enũnciẽt fines antiquos. vt capit.si Papa, de priuilegijs. in sexto, & capitulo,cum causam.extrà, de probationibus. vbi etiam notabiliter in literis Papæ.

REGVLA CCCIIII.

LOCVTIO indefinita ad futura regulariter extenditur: vt l.fi.C.quæ res pig.obli.pos.& in l.senatus,& in l. seruitus.C.de seru.vrb.præd.& in c.quia circa,de priuil.& habetur plenè per Bar.in l.si ita.ff.de auro & argen.leg.

Primò fallit in iuramento,quia iuramẽtum est stricti iuris, & ideo non debet de facili extẽdi propter periculum periurij, etiam si sit generale. ita tenet Holt. in c. pe. extrà,de iureiur.& ibi etiam hoc tenet d.Abb. qui dicit hoc bene esse notandum,& idem tenet d.Gasp. Cal.in c. cum contingat eod.tit.

Secundò procedit hoc in fauorabilibus, secus autem in odiosis:vt tenẽt præfati doct.in locis præall. & de hac materia habetur etiã per Bal.in l.si ex toto,in §.1.ff. de leg. 1. vbi etiam in materia format talem quæstionem de eo,qui promisit nõ offuscare domum alicuius luminibus suis, an etiam intelligatur promisisse & stipulatum etiã fuisse de futuro.Et eodẽ modo dicas si alicui concessa sit immunitas collectarum, & postea veniant guerræ & ponãtur nouæ collectæ,an illic cui cõcessa est immunitas teneatur collectam soluere? de quibus omnibus habetur per Bald. in loco præall.qui alleg.in hac materia text. valde not. in d.l. seruitus.de seru.vrb.præd. qui tex. innuit quod talis promissio de præsenti,extẽdatur etiam ad futurũ.quem text. habeo pro not.& videtur esse in simili per Io.An.in addi. ad Spec.in tit.de treu.& pace.in pen.q.& per Bart.in simili in l.damni infecti.§.si vicinus.ff.de dam.infe.& per Bal. in l.iubemus.C.de sacr.san.eccl.& per Pau.de Cast.Raph. & Imol.in d.l.si ex toto.

REGVLÆ IOANNIS BERNARDI DIAZ.

De litera. L.

REGVLA CCCCIIII.

LEGANS extraneus mihi rem meam alteri tertio pignoratam, censetur grauare hæredem vt illud pignus liberet, soluendo debitum principale. Text. est in l.si tibi homo.in princip. ff.de leg. 1.

Amplia vno modo, & limita quatuor modis hanc regulam, vt per Iaso. in d.l.si tibi homo.col. 2.cum seq.

REGVLA CCCCV.

LEGATARIVS habens electionem legati alternatiui, non potest eligere partem in vno,& partem in altero, quando in vna parte alternatiuæ legatũ est vnum,& in altera plures quantitates subrogatæ loco vnius.text. est in l. si ex toto §.si ita legatum.ff.de leg.1.

Limita tripliciter hanc regulam,vt per Ias.post Petr.de Bexu.in d.§.si ita legatum.

REGVLA CCCCVI.

LEGATARIVS, cui facultas eligendi competit, debet rem mediocrẽ eligere.Text.in l.fin.§.t. cõmu.de leg, tex.in l.si quis argentum.§.2.C.de donat. Tex. in l.legato generaliter,& in l.si hæres generaliter.ff.de legat. t.

Limita dupliciter,vt per Ias.post omnes doc.ibi,in d.l. generaliter.

REGVLA CCCCVII.

LEGATARIVS, qui rẽ legatam propria authoritate occupat cũ vitio cadit ab omni iure suo.Tex.est in l.non est dubium.C.de leg.qui sing.est secundum Pau.ibi.

Amplia,siue sit legatum generis,siue speciei,notat Bar. & communiter doct.in l.extat.ff.quod met.caus. & notat Alex.in d.l.non est dubium.

Limita non habere locum in legatario, cui data est licẽtia propria autoritate apprehendere rem legatam, vt in l. Titia cum testamento §.1.secundum vnum intellectum glos.ff.de leg.2.& Alex.in d.l.nõ est dubium.vbi vide Ias. latius in hoc scriben.

Secundò limita nõ habere locum in legatario, qui esset exequutor testamenti:not.Bald.Ang.Sal.& Pau.in d.l.nõ est dubium. quos ibi refert Alex. alios etiam ad hoc referendo; & vide ibi Ias.qui idem sequitur.

Tertiò limita in instituto in re certa,quia licet talis censeatur legatarius dato cohærede vniuersali, tamen potest illam rem propria autoritate apprehendere,nec incidit in pœnam priuationis. Ita limitat Ias.in d.l.non est dubium, in fin.col.

Quartò fallit in eo cui relicti sunt annui fructus certi fundi,qui si hæres neglexit facere coli & seminare fundũ, potest legatarius propria autoritatẽ apprehendere possessionem talis fundi. Notat Bal.in l.vnica. §.excepto. C. de cadu.toll. quem refert Ias.in d.fin. col.sic restringas istam regulam: consultiũ tamen Bald.vbi suprà, quòd tutius sit in hoc protestari.

REGVLA CCCCVIII.

LEGATARIVS, si stipuletur ab hærede seruum in specie sibi legatum non esse fugitiuum, nihil plus sibi debetur,quàm esset in legato per stipulationis adiectionem. Tex.est in l.si à substituto §. fin.ff.de leg.1.& in l. si legati serui.eo.tit.vbi notatur:facit text.in l. 5.§.conuentionales ff.de verb.obli:& tex.in l. t.§.si quis sub conditione.ff.vt. leg.vel fideicom.nom.cauea.

Limita dupliciter, vt per Ias.in d.l.si legati serui, col. t. nu.3.vsque ad finem.

REGVLA CCCCIX.

LEGATARII in causa testamẽti testes esse possunt. Ita concludit Abb.in cap.insuper.de test.cui assentitur ibi. Fel.col.antep.post medium,licet dicat quod est passus difficilis,de quo ad varia Doct.loca se remittit:& ita videtur. tenere Ias.in l.dictantibus.in princ.C.de testa.probat tex. in §.legatarijs.Instit. de testam. & in l.qui testamenta, in princ.ff.eod. Text.melior.de iure in l.si quis ita.ff.de reb. dubijs. Vide tu Hispane l.1 t.tit.t.parti.6.

Limita dupliciter,vt per Fel.in d.c.insuper, col. penult. in princip.

REGVLA CCCCX.

LEGATA reuocantur per solas inimicitias superuenientes post factum testamentum, licet hæredis institutio non vt in l.ex parte.ff.de adim.leg.ponit Iason in l.hæreditas 2.col.circa medium.C.de his quib.vt indign. vbi vide rationem diuersitatis.Et nota ꝙ tales inimicitiæ debẽt

probari

probari per quinque vel septem testes: ita dicit Bart. post Dynum in l. hæredes pals. §. si quid post. ff. de testa. quod dicit mirabile Ias. in d. 2. col. & sequitur hoc commendando idem Ias. in l. filio quem pater. ff. de lib. & posth. 2. col. contrarium tenet idem Ias. referendo Pau. ibi, in l. fideicommissum. C. de fideicom. imo quòd duo testes sufficiunt.

Limita primò, nisi inimicitiæ processissent culpa testatoris: tenet Bart. in l. cum tabulas. §. quoniã. ff. de his quib. vt indig. qui sic summat illum §. quod dicit singu. Ias. & non legisse alibi, in d. 2. col. quod tamen ibi dicit falsum esse, & adducit quatuor fundamenta in contrarium, quæ vide: & asserit quod neminem vidit qui illud dictum Bart. approbet, nec reprobet. Et idem contra dictã doctrinã Bart. dicit ipse Ias. in l. si filiam. in 3. col. C. de inoffic. testamen. vbi eadem posuit, quæ in d. l. hæreditas. in hoc passu: et opinioni Ias. contra Bar. assentitur Gerardus de Petra sancta in singul. 5. incip. regula est. & Io. Lup. in repetit. rubr. de don. inter vir. & vxor. fol. 48. col. 3. in fin. & in prin. sequẽtis, vbi per totam col. aliqua cumulat, quæ contra Bart. vrgent. Et dictæ opinioni Ias. contra Bart. assentitur etiam nouissimè Ioan. Franciscus de Ripa in c. 1. de iudic. col. 3. versi. 1. conclusio. & respondet ad dictam l. in qua se fundat Bart. tu vide Barb. in c. 1. in 19. col. de probat. vbi dicit ad hoc illum tex. valde celebrem, & nõ refert doctrinam Bartol. refert Philip. in c. cum speciali. in colum. 7. in princ. de appel. Istam etiam regulam aliter limita, vt per Gerar. in d. singul. quinto.

REGVLA CCCCXI.

LEGATA peti non possunt, hæreditate non adita. Tex. est in l. si nemo. ff. de testa. tutel. & in l. si quis omissa. ff. si quis omis. cau. testam.

Limita viginti & vno modis, vt per Barb. in rub. de testam. in col. 65. cum duabus seq. vbi prius assignat tres rationes huic regulæ.

Vigesimo secundò limita, quia hodie ex l. nostri regni Castellę, etiam non adita hæreditate debentur: vt in l. 1. ti. de los testamentos. lib. 5. in ordi. regal.

REGVLA CCCCXII.

LEGATVM domus factum simpliciter, est derisorium, & sic inutile quando testator nullas domos in patrimonio habebat, neque hæres tenetur aliam domum extra patrimonium testatoris redimere. Tex. est ibi, Alex. rationẽ assignat, Iason verò ibi reprobat, & addit alterã in l. si domus. ff. de lega. 1. in princ. versicu. quod si nullas. aliam ponit Zasius libr. intellectuum singularium c. 5. de oblig. gener. pag. 6. col. 2. & videndus Gul. Bened. in repetit. c. Raynutius, de testam. verbo, domum.

Ampla vno modo, & limita tribus, vt per Ias. in d. l. si domus. col. 3.

REGVLA CCCCXIII.

LEGATVM quantitatis similis in eodẽ testamento, pluries relictũ, in dubio semel tantum debetur. Tex. est in l. plenè. §. si eadem. ff. de leg. 1. quem ibi notant doctores.

Limita tripliciter hanc regulam, vt per Iason. ibi, columna. 3.

REGVLA CCCCXIIII.

LEGATVM non vitiant angustiæ temporis, & difficultas præstationis, seu impossibilitatis, quę cõcernit eius executionem, seu præstationem. Tex. est in l. si mihi & tibi. in §. si quis seruos. ff. de leg. 1. per quem ibi notãt Doc. communiter. facit tex. in l. non tantum. C. de legatis.

Limita tribus modis, vt per Iasonem in d. §. si quis seruos. colum. 2.

REGVLA CCCCXV.

LEGATVM factum seruo sine libertate non valet, nec reconualescit, licet post mortem testatoris efficiatur liber. Tex. est in l. seruus. C. de lega. facit tex. in l. ex fideicõmisso. C. de fideicõ. & in l. si legatarius §. 1. ff. de lega. 3. & in l. quidam. §. illo. C. de necess. ser.

Limita quadrupliciter, vt per Ias. in d. l. seruis. 1. col.

REGVLA CCCCXVI.

LEGATVM rei alienæ factum à testatore sciẽter, valet. Tex. in l. cum alienã. C. de leg. & §. non solum. Institu. eo. Habes tu Hispane l. 10. ti. 9. par. 6. quæ idem disponit.

Ampla quatuor modis, & limita tribus, vt per Ias. in d. l. cum alienã. in colum. prima. & in materia huius regulæ, vide aliam regulam, quam habes suprà, in litera A. in verbo, alienę.

REGVLA CCCCXVII.

LEGATA non reuocantur, sine necessitate ductus testatorem legatam alienauerit. Tex. est in l. fideicõmissa §. si rem. ff. de leg. 3. & in l. rem legatam. ff. de adimen. leg. per glos. & doct. in l. qui post testamentum. C. de legat. confirma, quia actus necessitate celebrati non eos effectus operari solent, quos si voluntariè fierent, fortirentur: vt per plura cumulata comprobat Hippol. in l. 1. §. præterea. in col. 3. & 4. ff. de quest.

Limita procedere quando illa necessitas sit circa res familiares, secus si à lege inducta vel imposita. Ita tenet Albericus in l. filia legatorum. C. de leg. quod dicit mirabile ibi Iason circa ptinc.

Legatum. vide supra, in verbo, actione, & in verbo, alienæ, & in verbo, alimentorum.

REGVLA CCCCXVIII.

LEGATVS de latere, nec cardinalis ei æquiparatus, non potest causam appellatione remota committere, glos. in Clem. sæpe, verbo, mandamus. de verbo. signific. & in Clem. ne Romani. in princip. de elect. & in cap. quod trãslationem. de officio deleg. & in c. indemnitatibus. verbo, sine strepitu. de elect. in 6. & in Clemẽ. 2. de rescript. Tex. ibi & glossa in cap. dilectus. de præbendis.

Limita dupliciter vt per Ias. in l. nemo potest. col. 2. in. §. ff. de leg. 1.

REGVLA CCCCXIX.

LEGATVS non creditur quis, nisi ostendat literas: probat tex. à contrario sensu in c. ad eminentiam. de sent. excom. & in c. quod translationem. de offic. legat. & in l. 1. C. de mand. princ.

Limita hanc conclusionem tripliciter, & omnes tres limitationes sublimita semel, vt per Feli. in d. c. ad eminentiam. in principio.

Legatus. vide supra, in verbo, absoluere.

REGVLA CCCCXX.

LEGATVS non committit causam sublato iuris ordine. Abb. in c. 1. de rescript. allegat glos. in c. si. in glos. maior. quasi in fin. de hæret. lib. 6. & vide quæ allegat Felin. in d. c. 1. col. 2.

Ampla dupliciter, & limita quinque modis, vt per eũ ibi, alibi secundum eum non reductis: & vide Iason. in lege, nemo potest. in 2. col. ff. de leg. 1. vbi hanc regulam scripsit per generaliora verba, videlicet quòd cardinalis vel legatus de latere, non committit causam, vt in ea procedatur summarie, simpliciter, & de plano, iuris ordine non seruato: quam limitat dupliciter.

REGVLA CCCCXXI.

LEGITIMA quanta esse debeat, inspicimus tẽpus mortis, nec curatur, an alijs tẽporibus habuerit defunctus ampliores facultates. Text. est ex quo ibi istam regulam colligit Ias. in l. cum quæritur. C. de inoffi. testa. facit text. in l. in quantitate, in princi. ff. ad legem Falcid. & notat Didacus de Segura commendando ad hoc dictam l. cũ quæritur. in l. Imperator. ad Trebel. fol. 11. col. 2. qui refert Bal. idem tenere in l. si qua pœna. prima lectura, ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.

Limita tribus modis, vt per Iason. in d. l. cum quæritur. & vide eum latius in authent. nouissima. 3. col. vbi duas ex dictis limitationibus latius ponit, quas etiam descripsit Segura in d. fol. 11. col. 4.

Legitima. vide suprà in verbo, consuetudo, & in verbo, conditio.

REGVLA CCCCXXII.

Lex Barbarius.ff.de offic.præto. habet locum etiam in delegato. facit glo.& ibi communiter doct.in c.ſciſcitatus.de reſcript.

Limita tripliciter vt per Felin.ibi col.3.in princ.

REGVLA CCCCXXIII.

Lex non fingit ſuper eo,quod eſt impoſsibile.gloſ.in l. Gallus.§.ſi eius.ff.de lib. & poſthu. probat tex.in l.qui ad certum.ff.loc.& in l.certè.in princ.ff. de preca. vide gl. ſingularem in l.talis ſcriptura. in verbo,hanc autem.ff. de legat.1.de qua fecit mentionem Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore.ff.de vſuc.pro empt.col.37.vbi refert Bal.commendantem eam in varijs locis.

Limita ſeptem modis,vt per Io.Crotum,in repet.d.l.ſi is qui pro emptore.col.21.& 22.

REGVLA CCCCXXIIII.

Lex vbi introducit actioné pro pœna pecuniaria ſimpliciter impoſita, propter delictú,tunc pœna applicatur parti,vt in l.3.vbi gloſ.& Bart.ff.de ſepulchro violato.

Amplia tripliciter,& limita duobus modis, vt per Ioã. Franc.de Ripa in rubr.de iud.col.pen.per quem vide aliã bonam cõcluſionem in materia,cum duplici limitatione, ſcilicet q vbi lex non introducit nec actionem nec accuſationem tunc pœna applicatur fiſco.

REGVLA CCCCXXV.

Lex, vel ſtatutum prohibens fieri actum vel contractum,licet non procedat vltra annullando, tamé actus eſt nullus.Tex.eſt melior de iure,& ibi not. Bar. & doct. in l.non dubium.C.de legib.

Limita quinq; modis,vt per Iaſ.ibi,col.5.

REGVLA CCCCXXVI.

Lex, bene à Zenone.C.de quadrien. præſcript.limitatur 8.modis,vt per Matt.Laudenſ.in tract.de principibus,fol.1.col.2.§.11.incipien.notãdus eſt.Vide latius per Ioan.Franc.Balbum in illo ſuo eleganti tractat. de præſcriptio.vbi limitat 11.modis,in 2.parte quintæ partis principalis.col.antepen.& pen.& vide Felin.in cap.quę in eccleſiarum.col.12.num.34.de conſtit.vbi ponit quinq; limitationes.Et his limitationibus potes tu Hiſpane reſtringere legem 53.titu.5.parti.5. quæ lex eſt conformis dictæ l.bene à Zenone.

REGVLA CCCCXXVII.

Lex canonica,ciuilis,aut alia, maximè præceptiua,ſeruãda eſt in foro conſcientiæ.

Limita iſtam regulam 11.modis,vt per Syluestr.in ſua ſumma.in verbo,lex.§.9.quæritur. Et vide Feli.in c.1.de conſtit.col.3.nume.11.vbi ponit decem limitationes.

REGVLA CCCCXXVIII.

Lex incipit ligare poſt duos menſes, à tempore publicationis.Tex.eſt in auth.vt factæ nouę cõſtitu.in princip.coll.5.tex.in c.nouerit. de ſent.excom.

Limita ſex modis,vt per Fel.in c.cognoſcétes.de conſt. col.2.cum duabus ſequ.

REGVLA CCCCXXIX.

Lex noua diſponens in vno caſu procedit in alio, qui eſt ei æquiparatus per l.antiquam. Probant regulam iſtam gloſſ.in l.ſi quis ſeruo.C.de furt.& in l.2.C. de cura. fur.& in l.quòd verò contra.ff.de legib. notat Bart.in l. & tantum per illum tex.ff.de ſeru.corrupt.Iaſ.in l. transfigere.col.6.C.de tranſact.& §.ex maleficijs.col.8.Inſtitu. de act.Calcaneus conſi.15.col.15.poſt medium.& conſ. 57. col.6.in fin.& Barbat.c.at ſi clerici.de iudi.col.25.in fi. vnde dicit ipſe,q ita infamat confeſsio,ſicut ſententia, cùm iſta ſint æquiparata: & tenet contra Bart.in l.infamem. ff. de publi.iudic.qui aliud voluit.

Amplia iſtam regulam procedere etiam in exorbitantibus à iure communi,vt not.Alex.in l.Centurio.in col.2. ff.de vulg.& pupil.pro quo allegat gloſ.quam dicit elegantem in d.l.2.C.de cura.fur.quæ voluit ſecundum eum,q omnia priuilegia conceſſa minoribus, extenduntur ad furioſos minoribus æquiparatos:de qua gloſ.Bald. meminit in pluribus locis,ibi deſcriptis ab Alexand.

Limita ſex modis, vt per Io.Crotum,de monte Ferrato in repet.l.ſi conſtante.2.lectura. in col.25.& ſeq.ff. ſol. matrim. quos libuit in ſumma referre,tum quia repetitio illa non erit ſic in poteſtate omnium, tum quia aliqua intendo ſuperaddere.

Primò videlicet quãdo lex noua,quæ aliquid diſponit, illud non diſponit in materia in qua à lege antiqua fuit ſacta illa adæquatio, ſeu æquiparatio, pro quo allegat gloſſ. in c.1.in verbo declaramus. ne cler.vel mon.lib.6. & Ro. conſil.179.

Secundò fallit,quãdo diſpoſitio eſt correctoria, ſecundum Aret.ibi,què ad hoc refert dictus Ioã. Crotus,cuius tamen contrariũ tenet per optima fundamenta,& reſpondet ad fundamenta Areti.Tu adde q idem tenet Barto.in l.Marcellus.in princ.ff.ad Treb.& in authé. ſed cum teſtator.C.ad leg.Falci.vt refert Iaſ.in d.l.transfigere.in d.col.6. & ſic q regula iſta procedat etiam in correctorijs, vnde iſta fallentia non eſt vera, imo poteris ampliare regulam, vt etiam militet in correctorijs, & tenet hoc etiam idem Iaſon in lege,qui condemnare.ff.de re iudic.

Tertiò fallit ſecundum eundem, quando diſpoſitio eſt pœnalis,pro quo etiam refert Aret.ibi, & tandem cõtrarium tenet per gloſſ. in c.ſi poſtquam.de elect.in 6,& reſpondet ad fundamenta Aretin. Et vltra eum adde quòd eandem ſententiam, & ſic quòd iſta regula procedat etiã in pęnalibus,tenet Panor.per glo.ibi,in c.de multa.de pręben.quod ſequitur Iaſ.in d.l. transfigere. & pro hac etiam concluſione allegat d.glo.in c.ſi poſtquam,& in c. de multa.Iaſ.in d.§.ex maleficijs.in d.colũ.8.reprobata gloſſ.ibi, quæ contrarium voluit: & vide Philippum Decium in regula,in pœnalibus.col.fin.verſi.5.fallit.ff.de regu.iur.& vide Syluestrum in ſua ſumma,in verbo,pœnam. verſic.4. quæritur vbi dicit,quòd tunc habet locum iſta concluſio, quando aliqua duo ſunt parificata communiter,& eſt eadem ratio expreſſa, vel indubitatè præſumpta, qui nihil allegat. Fundatur iſta ſua ſententia ex 5. & 6. limitationibus infra poſitis : vide tamen Ioã. Crotum vbi ſuprà, qui ſaluat iſtam fallentiam Aret.in vno caſu,ex quo dat quartam limitationem,quæ ſequitur.

Quartò fallit,quando per legem nouam imponitur pęna ipſo iure.Allegat gloſſ.in c.licet canon.in verbo, parochialis. de elect.lib.6.

Quintò fallit, quando non eſſet eadem ratio in caſu ad quem fit extenſio, quia in illo non videtur facta æquiparatio ex mente legi. Allegat Bar.in l.hæres abſens.§.1.ff. de iudic.

Sextò fallit, qñ adæquatio fit dè iure antiquo, ſed non per modũ regulæ.Allegat tex.què ſic intelligit in l.fi.iuncta authent.quas actiones.C.de ſacroſanctis eccleſijs.

REGVLA CCCCXXX.

Legem diuinam poteſt princeps ſecularis limitare,ſeu interpretari ex cauſa:tenet Inn.originaliter in c.quę in eccleſiarũ de conſtit.Anto.Imo.et Abb.ibi, ſequẽtes Inn. Bart.etiam in 1.conſtit.ff.col.5.gloſ.etiam in l.1. in gloſ.fi. ff.de conſtitutio.princip.Bald.in authent.ad hæc.col.2.C. de vſur.& in l.2.ad fi.C.de prec.imper.offer.latiſsimè Fel. d.c.quę in eccleſiarum.col.2.cum tribus ſeq.

Limita hanc concluſionem tripliciter, vt per Felinum ibi,colum.5.

REGVLA CCCCXXXI.

Legem ſi à principio aliqui ſuſcipiunt in eodem loco, & aliqui non,& Papa ſimpliciter ſuſtinet,nec aliquid ſuper illo diſponit,tunc tolerantia Papæ non excuſat à peccato,nec diſpenſationem inducit:notat Abb. in c.cum olim 2.col.de cleri.coniugat.& in cap. treugas.de treu. & pace. per c.cum iamdudum.de præbẽ.& Butrig.in c. quia circa. ad finem.de conſangu.& affinitate.

Limita tripliciter,vt per Fel.in d.c.treugas.colum.7.qui in col.

in col. 6. in fine. versi. quinta declaratio. ponit supradictam regulam.

REGVLA CCCCXXXII.

LEGIS verba an sint consilij, vel præcepti attenditur, & secundum illorum naturam denominatur lex, quando non constat an materia eius sit præcepti, vel cõsilij: & potest se habere ad vtrunq;. Hanc regulam colligit Fel. in c. nam concupiscentiam. col. 2. de constit. vbi addit exempla & alia pro ornamento materiæ.

Limita sex modis, vt per Fel. ibi, co. 3.

REGVLA CCCCXXXIII.

LEGES transgredi ex causa licitũ est, Doctrina est Inn. in c. 1. de cõsti. refert Bal. in l. & si seuerior. C. de infam. & ibi Salic. idem Bal. in authen. sed nouo iure. C. de seru. fugit. col. pen. de qua doctrina vide Fel. in d. c. 1. col. 14. de cõstitu. & Ias. in l. 1. col. 1. C. de prec. imperat. offer. de quo dicto Inn. meminit Decius in regula, quoties æquitatem, in prin. ff. de reg. iur. quod dictũ etiam celebrant & sequũtur plures Doct. in varijs locis relati ab Hipp. in l. vnius §. cognituru. col. 14. ff. de quæstio. vide etiam eundẽ in l. 1. in colum. 9. ff. de quæstio. dicit etiã singulare illud dictum Inn. Io. Francisc. de Ripa in rubr. de iudic. in col. 5. quasi in fine. Dicit etiam sing. Barb. in c. at si clerici. in princ. in colũ. 32. de iudi. & vide eundem postea in col. antep. eiusdem principij. vbi allegat l. diuus. iuncta glo. ff. de falsis. quem text. dicit destruere illum dictum singul. Innoc.

Limita hanc conclusionem dupliciter, vt per Iasonem in d. l. 1. in col. 2.

REGVLA CCCCXXXIIII.

LEGES Imperatorum regulariter comprehendunt clericos. Text. optimus in c. 1. de noui oper. nunt. in c. si in adiutorium. 10. distin. & in c. quoniam. & in c. de capitulis. & in c. quis autem. cum multis ibi positis, eadem distinct. & confirmat Felinus in c. ecclesia sanctæ Mariæ. 13. colũ. de constitut.

Limita quatuor modis notandis, vt per eum ibi, per septem colum. vbi ex secũda limitatione infert ad aliqua bona in materia, & ad tertiam limitationem ponit octo declarationes, & etiam ad quartam subnectit totidem.

REGVLA CCCCXXXV.

LEX, cum de in rem verso. ff. de vsu. limitatur supra in verbo, allegans. & lex 2. C. de rescind vend. in verbo, defectus, & l. vbi acceptum. ff. de iudic. supra in verbo, iudicium.

REGVLA CCCCXXXVI.

LIBELLO non est necessarium locum & tempus exprimere: tenent Inno. Ioan. Andr. & Dom. in c. abbate sanè. de re iudic. in 6. Barto. in l. an eandem. §. actiones. ff. de except. rei iudic.

Limita quinq; modis, vt per Maria. in c. significastibus: 21. col. de libel. oblat.

REGVLA CCCCXXXVII.

LIBELLVS licet debeat esse clarus, si tamen nõ sit, & nõ opponatur, proceditur. Ita notat Bald. in l. edita. in 2. col. C. de eden. probat tex. in c. abbate sanè. de re iudic. in 6. in versicu. secus notat Ias. in l. 1. in 2. not. C. de success. edict.

Limita quinq; modis vt per Purpurat. in d. l. edita. C. de eden. in col. 4.

Primò dũmodo non sit tanta incertitudo libelli, vt reo auferat defensionem.

Secundò fallit in criminalibus, in quibus libellus generalis non recipitur, etiam parte non opponente: & ponderat etiam Barto. velle idem in ciuilibus descendentibus ex crimine.

Tertiò, quãdo aliquo casu speciali iurisdictio competit. quia coram tali iudice libellus generalis non admittitur.

Quartò, quando iudex vellet cogere ad declarandum, etiam parte non petente.

Quintò, quia licet talis libellus à principio procedat, tamen ex postfacto debet declarari, etiam parte non opponente. Allegat gloss. sing. in l. 1. §. si quis argentum. ff. depositi.

REGVLA CCCCXXXVIII.

LIBELLVS nõ potest esse alternatiuus. Tex. est in l. prætor edixit. §. quòd autem. ff. de iniurijs.

Limita nouem modis, vt per Marian. in c. significantibus. in col. 51. de libel. oblatio. & per totam col. seq.

REGVLA CCCCXXXIX.

LIBELLVS non potest esse conditionalis: probatur in l. non quemadmodum. ff. de iudi. & in l. si. ff. quan. dies lega. ced. notant Doct. in c. 1. de libel. oblat.

REGVLA CCCCXL.

LIBELLVS non potest emendari vel mutari post litem cõtest. etiam si in eo sit clausula, saluo iure addendi, vel minuendi: vt est gloss. sing. in c. inter dilectos. de fide. instrumen. in verbo, addendi. quam ibi sequitur Abb. in col. 7. & sic asserit teneri communiter. Eam dicit sing. Ias. in l. non solum. §. morte. ff. de noui operis nunciatione. col. 5. & sequuntur eam plures doctores relati ibi à Felin. col. 7. vide Thomam Ferrarien. in cautela. 34.

Limita tripliciter, vt per Ias. in l. edita. C. de eden. in fin. pro quarum finali limitatione, vide melius per Felin. in d. colum. 7.

REGVLA CCCCXLI.

LIBER rationum non probat pro scribente: notat Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. in colum. 6. probat tex. in l. exemplo. C. de probat.

Limita septem modis. vt per Ias. in d. l. admonendi. in col. 16. in fin. & in sequen. & de duabus primis limitationibus se remittit ad Bart. & ipse addit alias quinq;: & vide in materia huius regulæ quod habetur supra, in regula, cõsuetudo. la 1.

REGVLA CCCCXLII.

LITERAE ad lites impetratæ sine speciali domini mandato, non valent, nisi impetrentur per coniunctam personam. Tex. est in c. nonnulli. §. sunt & alij. de rescriptis.

Amplia septem modis, & limita octo modis: quarum vltimam limitationem limita sex modis, vt per Felin. ibi, 19. colum.

REGVLA CCCCXLIII.

LITERAE priores in data, regulariter præualent. Tex. in c. capitulum, secundum communem intellectum. de rescript. text. in c. si duobus. cum gloss. verbo, non apparet. eod. titu. lib. 6. tex. in c. eum cui. de præben. lib. 6. & ibi glos. quod tanquam regulariter præsupponunt Doct. in c. eam te. de rescrip.

Amplia vno modo, & limita tripliciter, vt per Fel. in d. c. capitulum. col. 3. cum tribus sequent. vbi primam limitationem ampliat vno modo, & limitat dupliciter.

REGVLA CCCCXLIIII.

LITERAE ad lites surreptitiæ, non sunt nullæ ipso iure, sed ope exceptionis: probatur in c. si autem, & in c. plerunq;. de rescrip. & doct. tenẽt in c. ex terũ. eod. tit. firmans domini de Rota in decis. 13. tit. de offic. deleg. in nouis.

Amplia vno modo, & limita vndecim modis, vt per Felin. in c. ad audientiam. lo 2. col. 11. cum duabus sequen. de rescript.

REGVLA CCCCXLV.

LITERAE beneficiales surreptitiæ, sunt ipso iure nullæ, Inno. & communis opinio doct. in c. ad audientiam. ita 2. de rescript. vbi vide Felin. col. 13.

Amplia tripliciter, & limita dupliciter, vt per eum ibi. & col. sequen.

REGVLA CCCCXLVI.

LITERAE plures ad diuersas ecclesias, sub eadem data impetratæ, non valẽt. Host. & Io. And. Cald. But. Imo. & Abb. in c. in nostra. de rescript. & est communis opinio secundum Felin. col. 2. ibidem contra glo. Innoc. & Abb. antiquum.

Limita dupliciter vt per Fel. ibi. d. col.

REGVLA

REGVLA CCCCXLVII.

LITIS contestatio in iudicijs possessorijs, videlicet retinendæ, adipiscendæ, & recuperandæ, requiritur: tenet glo. & Bart. in l. 1. C. si de moment. possess. glo. & ibi Ioan. Andr. Bal. Abb. & alij in c. consultationibus, de offi. deleg. & ita dicit communiter teneri Salicet. in l. fin. C. si per vim vel alio modo. & eam dicit communem sententiam Alex. in l. naturaliter §. nihil commune. ff. de acquiren. possess. in col. pen. qui multa allegat in materia.

Limita dupliciter, vt per Claudium Marmerium in repet. §. nihil commune l. naturaliter. ff. de acqui. poss. in col. pen. quem in antep. col. vide singulariter loquentem circa ipsam principalem regulam, quas limitationes ante eũ descripsit Lud. Bologni. in repet. d. §. nihil commune, in col. pen. & habebunt eas ab Alex. ibi d. col. pen.

Primò in possessorio recuperandæ, in quo delegata est iurisdictio iudici ad certum tempus limitatum, quia tunc potest procedi contra reum etiã lite non cõtestata, etiam ad diffinitiuam sententiam. Ita limitat Io. And. in c. consultationibus. de officio delegati. vt refert Bulognin. & Claudius, vbi suprà, post Alexandrum.

Secundò, quando periculum est in mora, quia tunc nõ requiritur litis cõtestatio. Ita Bald. in l. incerti. C. de interd. Sed hanc limitationem dicit nõ esse veram Alex. in d. §. secundum Bologn. vbi suprà: & vide nouissimè Ripam in d. §. nihil cõmune, in col. 34. & seq. vbi istam regulam ampliat duobus modis, & limitat alijs nouem.

REGVLA CCCCXLVIII.

LITIS pendentiæ mẽtio fieri debet in rescripto ad lites. Glos. in c. prudentiam. §. sexta. verbo, ob causam, de officio deleg. quam ibi valde notat Abb. col. 3. gl. in c. vt debitus. verbo, dicat. de appell.

Amplia quadrupliciter, & limita bis, vt per Felinum in c. super literis, col. 7. cum media sequentis. de rescript.

Lite pendente. vide suprà, ius superueniens.

REGVLÆ BARTHOLOMAEI SOCINI.

De litera M.

REGVLA CCCV.

MAGISTRATVS mulctam taxatam in l. eos. C. de mo. mulctan. excedere nõ potest. vt in d. l. eos.

Fallit, quia dicta lex procedit quando iudex in precepto suo nullam expressit quantitatem: secus si iudex diceret, præcipio tibi vt compareas ad talem diem sub pœna centum: quoniam si tunc non comparuerit, & posteà citatus non allegaret excusationem legitimam, iudex poterit ipsum punire in centum, vel in illa quantitate quam expressit. ita dicit sing. Old. in cõs. suo 12. incip. cur processum, & cabi alleg. tex. in l. si quis reum. ff. de cust. reorũ. Spec. etiam dicit & idem videntur innuere verba Hos. in tit. de sen. & re iudic. & in §. item not. quæ sit nulla. ver. posit etiam. vbi alleg. l. 1. §. 1. ff. de seru. fug. & l. diuus. quę est l. 4. eod. ti. & adducit ratione in l. quod quis. ff. de reg. iu. & dicit ꝙ hoc etiam de consuetudine deductũ seruari debet. l. minimè. de leg. c. cum dilectus, de cõsuetudine, quod perpetuò tene menti: quia est dictum singulare & aureũ.

REGVLA CCCVI.

MAgistratus durante magistratu conueniri non potest. Amplia quod etiam nõ tenetur per procuratorem comparere, aliàs nullum esset eorum priuilegium. Bart. in lege secunda. §. si quis in iudicio. ff. si quit cau.

Primò fallit quando magistratus citatur vt compareat durante magistratu, secus si citetur vt compareat finito magistratu. l. si tempus. ff. de hær. insti. gl. in c. prohibentur. 2. q. 1. cano. in c. legebatur. de maio. & obedien.

Secundò fallit quando cõuenitur pro delictis in officio commissis. glos. & Bart. in l. nec magistratibus. de iniu. l. iubemus, & ibi glos. C. ad l. Iul. repetũdarum. quam dicit singularem Romanus consi. 415.

Tertiò fallit quando haberent dignitatem sine administratione, vt sunt comites, marchiones, & duces: quia tales possunt cõueniri. l. 2. C. vbi senatores vel clarissimi, & Bar. in d. l. nec magistratibus.

Quartò fallit quando magistratus esset extra locum sui officij. vt in patria sua. gloss. l. si præsens. C. de episcopali audientia.

Quintò fallit nisi imponatur à iure pena remotionis ab officio: nam tunc poterit durãte magistratu cõueniri. quia si expectaremus finẽ officij. frustra fieret talis amotio. ita Bal. in tit. de pace constan. in verbo, prudentia, ad finem.

Sextò fallit quando faciunt aliquid contra iurisdictionẽ superioris: tunc etiam si sunt maximi magistratus possunt diminuto officio conueniri. l. si appellationem. & ibi Bald. C. de appellation.

Septimò fallit in furto, de quo durante officio potest cõueniri, vt in §. 1. in authen. vt iudi. sine quoquo suffra. & in §. si vero, in authen. de defenso. ciuitatis, & tenet glo. in d. l. 2. de in ius vocan.

Octauò fallit si coram principe cõueniatur, qui solutus est legibus: vt not. gl. in authen. de man. princi. & in d. §. si vero. in authent. vt iudi. sine quoquo suffra.

Nonò fallit in magistratu perpetuo sine dubio: quia iudicantur perpetui. argu. l. sufficit. de condi. in de. & gloss. in cle. 2. de rescri. qui bene possunt conueniri dum sunt in officio: vt not. in l. principalibus. ff. si cert. pet. & idem dixit Bart. in l. de pupillo. in §. si quis pretori. ff. de no. oper. nun. & Ang. in d. l. 2. ff. de in ius vocan. & Spec. in tit. de actio. §. 1. ver. illustres, & Bal. in d. l. principa. fallit etiam vbicunq; magistratus esset extra suum territorium: quia tunc poterit citari, vt voluit glos. in l. prius. C. de epi. audien.

Decimò fallit quãdo actio esset tempore peritura: quia potest tunc in ius vocari ad præscriptionem interrumpendam, vel actionẽ perpetuandã. vt l. senatus. ff. de offi. præsi. facit l. sed si restituatur. §. sed si dies. ff. de iudicijs.

Vndecimò fallit si subijciat se alterius iurisdictioni. Nã & Imperator potest se subijcere cuiuslibet iurisdictioni, secundum gl. singul. in c. statuto. de offic. deleg.

REGVLA CCCVII.

MAlæ fidei possessor si quis à principio fuerit, ex postfacto vero bonę fidei pro rata tẽporis malæ fidei & bonę fidei iudicandus est, secundũ d. Ant. & Inno. in c. grauis. extra, de rest. spol. quicquid dixerit Bart. in l. ex diuerso. ff. de rei ven. qui non decidit secundum Can. in d. c. grauis.

Primò fallit quando efficeretur bonæ fidei possessor ex postfacto, non superueniente aliqua legitima causa: cum & tunc reputetur malæ fidei possessor. l. non solum. §. 1. ff. de iureiur.

Secundò fallit quando effectus fuisset bonæ fidei possessor repræsentatione talis personæ, quæ repræsentat primã personam: vt quia hæres, qui est in bona fide, successit defuncto qui erat in mala fide: nam cum tunc ipse repræsentet primum defunctũ censetur esse in mala fide. C. de fru. & lit. expen. & l. cum hæres. ff. de diuersis & temp. præscri. & l. sequitur. ff. de vsuca. in §. fructus. vbi gl. & Bar. hoc voluit secundum d. Nic. in d. c. quamuis. de rest. spo. qui idem tenuit per d. l. ex diuerso. ff. de rei vendi.

REGVLA CCCVIII.

MALAE fidei possessor de perceptis fructibus propter titulum excusatur. l. si fundum. ff. de rei vendi. per Cano. in c. grauis. de resti. spoliato.

Primò

Primò fallit in eo qui in fraudem creditoris emit. vt.ff. de his quæ in fraudem crediro.l.emit.§.prætor air.

Secundò fallit in eo qui emit contra interdictum legis, C.de agricol.& censi.l.quemadmo.& l.fi.libro 11.

Tertiò fallit in eo qui emit à fisco non seruata solennitate,C.de fide instrum,libro.11.

Quartò fallit in eo qui emit à vendente per metum.ff. quod metus causa.l. sed & si parens, & ibi per gloss. de his quatuor casibus, qui procedunt quando cõstat eum fuisse malæ fidei,cum in dubio præsumatur esse bonę fidei iusto titulo vsq; ad litem conte,vt voluit d.Anton. in d.c.quamuis.& Dom.de Rota in decisi.3 a.secundum dom. Nico.in d.c.grauis,ad hæc adducit quod not. extra,de præben.c.de mulcta,& extrà,de cau.possess.& proprie. c.cum super. & de præscript.c.si diligenti.

REGVLA CCCIX.

MANDATI fines diligenter custodiendi sunt.l.diligenter.ff.mandati.

Primò fallit quando actus sunt connexi & dependẽtes: quia quãdo mandauit vnum, etiã videtur mandasse aliud. vt not.Ang.in lege,qui procuratorem.ff. de procurat.

Secundò fallit quando dedisset mandatum ad confitendum, & peruenisset aliquid ad aures procuratoris propter quod non deberet confiteri: quia non debet confiteri. vt not.Bal.in c.1.extrà,de lit.contest.

Tertiò fallit quando procurator excedit mãdatum præsente domino & non contradicente:vt not.Bald.in authẽ. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi oportet. vbi omnino vide plene per eum & per alios doct.in alijs allegatis locis in d.l.diligenter.

REGVLA CCCX.

MANDATVM habens ad aliquid emendum vel faciendum,si illud emit vel emere fecit, nomine mandantis fecisse præsumitur, vt est glo.& Bart.in l. qui verò aliena. ff.de itine.actu q; priua.§.qui seruum.

Primò fallit cum mandatum fuisset repudiatum; quia non præsumitur nomine mãdantis emisse vel fecisse, Bal. in l.qui literas.C.man.& satis paret per Ang.in d.l.

Secundò fallit quando illud fecisset ex interuallo longi temporis: quia tunc non præsumitur illud fecisse nomine mandantis, vt est glo.Insti.de ob.quæ ex malefi.§.ope, In noc.in c.ad audientiam.de homic.

Tertiò fallit in multis casibus de quibus Ang.in l.procurator.& Bald.in l.1.§.denuntiatio.ff.de ope.no.nunt.

REGVLA CCCXI.

a MANDATVM regulariter morte mãdantis reuocatur a, l.& quia.ff.de iurisdi.om.iu.

ADDITIO.

a *Reuocatur.Vide Felin.in c.relatum.circa fi.de off.dele. & in c.licet. in fi.infrà eod.tit.*

Primò fallit quando res desinit esse integra vt in dictis iuribus.

Secundò fallit quando esse mandatum cum iuramento, quoties mandantem abesse contigerit. c. si dilectus. de offic. deleg.

Tertiò fallit quando mandatum est adhibitum ad placitum sedis apostolicę: vt c.gratiose. de rescri.

Quartò fallit quãdo executores essent deputati ab Apostolica sede. vt in c.super gratia.de offi. deleg. in 6.

Quintò fallit quando executores sunt dati super re, ad quam tradendam quis erat obligatus: vt l.fundum.de acquir. poss.

Sextò fallit in institore. l.si quis emancipatus.§.si impubes,& ibi glos.de instir. act. & ratio est quia ibi erat mandatum generale secundum vnum intellectum: vt not. ibi Paul.de Cast. vt l.si quis per epistolam.de acqui.hære.& in l.eius qui.ff.si cert.pera.

Septimò fallit in mãdato seu in cõmisione facta nuntio curiæ ab ipso iudice: vt not.Bar.in l.fundi.§.1.ff. de acqui. poss. & Paul.de Cast.in d.l.si per epistolam. in fi.vide omnino Lud.de Ro.in consil. 22. quod inci.morte mandantis,& c,vbi dicit q̃ si dominus credebat procuratorẽ mortuum viuere,reuocasset mandatum: calius sing.in l.libera. ff.de peri. secundum eum.

Octauò fallit quãdo est mandatum ad pias causas: quia hæres non potest illud reuocare: vt in cle.exiui de paradiso.§.in verbo.& non est alibi secundum Bal.in authent. si qua mulier.C.de sacrosan.eccle.in fin.& not.etiam Bal. in l.fin.de sol.vbi etiam dic quod idem in mandato de donando aliquid per l.si ego.§.1.ff.de iure dotium.

Nonò fallit quãdo dominus satisdedit procuratori, etiã in instrumento procuratorio:quia tunc res desinit esse integra:vt not.Bart.in l.si defuncti.ff.de procu.

Decimò fallit quando mandatum debet & potest exequi post mortem: vt in cle.registrando,& not.Alb.de rosa. in l.si vero non remunerandi.§.mandati.

REGVLA CCCXII.

a MASCVLINVM regulariter fœmininum a concipit:vt in l.si quis id quod.ff.de iu.om.iud.l.mãcipia.C.de ser. fug. bonus tex.in l.qui duos milites.ff. de leg.3. & habetur plenè per Dyn.in l.1.ff.de verb.sig.cum si.

ADDITIO.

a *Fœmininum. Ad materiam vide d. Petr. Philip. Cor.in consi.50 inci.pro decisi.in litera i,& in consi 13.inci. ad huius,in litera m,& in consi.94.inci.circa per totum, & in consi.138.inci.placet.in litera d, & in consi. 199.inci. In præsenti. in litera o,la 2.in 2.parte & in consi.96.inci.licet per totum,& in consi.171.inci. Repetito per totum.& in consi. 211.inci quanquam.in litera a,& in consi. 222. inci. quanquam per totum. in 3. parte.*

Primò fallit in contractibus: quia appellatione filiorũ non comprehenduntur filiæ fœminę. ita dicit Arch. in c. si quis suadente diabolo.17. quæst.4. Et ideo eleganter dicit Ioan. de Imol.in c.potuit. de locato. quod si in instrumento concedatur feudum pro me & filijs, &c. & ita tenet Bald. in l. 1.ff.de li. & po.allegando Arch.in d.c.si quis suadente diab.

Secundò fallit vbicunq; esset consuetudo, vel esset statutum in ciuitate quod filiæ fœminæ non succedant: quia tunc appellatione filiorũ non debebunt cõmprehẽdi filiæ fœminæ.ita mirabiliter Petr.de Anch.in l.tres fratres.ff.de pact.pro quo facit quod signãter tenuit Bart.in l.pen.ff.ad Tre.& tex.not.& atiã Raph.Ful.in l.1.C.de cond. infer.facit quod not.tenuit Bartol.in l.heredes mei. §. non ita. ad Treb.& l.iurifiurandi.ff.de ope.li.vbi dicit quod si quis acceperit feudum pro se & filijs, & tunc appellatione filiorũ non comprehendentur filiæ fœminæ, vbi in ciuitate vigeret consuetudo quòd filiæ fœminæ non succedant.

Tertiò fallit d.regula vbicunq; in statuto fieret mentio de filijs, quia tunc appellatione filiorum non includerentur filiæ fœminę. ita Car.Za.in c.quintaucallis.extrà, de iureiur.qui ita dicit se consuluisse: ratio est secundum eum quia licet appellatione filiorum comprehẽdantur filiæ fœminę,vt in d.l.si quis id quod.de iur.om.iud.cum si tamen hoc non est ex propria significatione: sed per interpretationem & extensionem vt in l.iusta.ff.de verb.sign.vbi dicitur quod iusta interpretatione sæpe filij appellatione cõtinetur filia.& sic non semper. ad id est gloss.not. in l. Lucius.§.quæsitum.ff. de leg.3.quæ dicit quòd si nomen fratris consertur in plurali, quod etiam continetur soror: vt in l.Lucius. iuncta glo.ff.ta.er.habet locum non ex vi verborum, seu ex propria significatione verbi: scilicet ex eo quòd masculinum concipit fœmininum. sed statuta non recipiunt extensionem,cũ propriè debeant intelligi: prout in l.3.§.hæc verba.ff.de ne.gest.l.non aliter.ff. de leg. 2. & l.1.§.is qui nauem. de exercitor. & ideo infert ipse do. Card.in loco præal.quòd modo statuti appellatione filiorum non includunt filiæ fœminę per rationem de qua supra,&

prā,& de materia habetur per Cyn. & doct.in l.quicunq;. C.de ser.fug.per Bald.in l.si ita,de irri.& ru.testa.& in l.cū ex filio.§.ex filio.ff.de vul.& pu.& in l.in multis.ff.de statu hom.& per Bal.in l.1.in princ.ff.de libe. & posth. & in clem. prima, de elect.

Quartò fallit d.regula,vbicunq; tractaretur de odio, & sic masculinū conferetur in materia odiosa & pœnali : quia tunc masculinum non concipit fœmininum. gl.est reputata sing.quæ alleg.l.1.§.quæritur.ff.de ven.inspi.iuncta l. si quis exhæredato,et in l.si quis.ff.ad leg.Iul.maie.et est optimus tex.in c.quāuis.de pœ.in 6.no.Do.de hæc.eo.li. vbicunq; alia esset mens loquentis:quia tunc in hoc casu masculinum non concipit fœmininū;vt in l.Lucius. in §.quæsitum.ff.de legatis tertio.& ibi casus.& ita tenet glos. in d. l.1.digestis,de verborum significatione.

Quintò fallit vbi masculinum profertur à iure qualificatum,sicut si esset doctor,medicus, religiosus: nā hoc casu masculinum non concipit fœmininū. casus est in cle.5.de consang.& aff.& ibi hoc tenet Paul.de Lea.Car.Flo.

Sextò fallit vbicunq; masculinum profertur in materia differenti,quæ non congruit fœminæ sicut viro.nam tunc etiam masculinum non concipit fœmininū: vt in l.si.ff.de tut.iūcta l.fœrè.ff.de regulis iuris, & hoc est quod dicit Bal. in lege,in multis.ff.de statu homi. vbi dicit quod masculinum non concipit fœmininum in his, quæ differunt ratione consuetudinis vel causæ finalis. & ponit exemplum de consuetudine. putà dicit statutum quòd magnates possint intrare palatium.nam tale statutum non extenditur ad fœminas.quia non conuenit mulieri intrare palatium.

Septimò fallit vbi profertur masculinum & fœmininū separatim, nam masculinum non concipit fœmininum. ita concludit Bald.in d.l.in multis.ff.de statu homi. & probatur in l.fi.in princip.C.ad Tertul.

Octauò fallit vbicunque quis prolatus est sub nomine proprio.nam tunc etiam non concipit fœmininum: vt l.si quis ita.cum ibi nota.digestis,de testa.tutela. & est conclusio omnium.hæc tamen regula patitur vnam limitationē. nam tale masculinum est probatum à iure condendo legem. vt in prima conclusione. & tunc efficitur lex continens,quia lex debet esse vniuersalis,vt lege, omnes populi.& ibi per Bart.ff.de iustitia & iure. de quo vltra prædicta habetur per docto.in cle.1.de electione in 6.& Specul.tractat in tit.de disput.in §.post hæc. vbi omnia copiosè Bal. in lege fi.C.de hæred.instit.& dicta lege, in multis.de statu hominum.habetur in lege,qui domum.cōiuncta l.mater.§.mulieres.ff.ad legem Iuliam de adul.& l.vnica iuxta finem.ff.de rap.vir.

Nonò fallit vbicunq; sequeretur correctio legum:quia tunc masculinum non concipit fœmininum.ita Bald. in l. quicunq;. quas limitationes bene not.

REGVLA CCCXIII.

MARITVS constāte matrimonio ex causa donationis dotem vxori constituere non potest.l.si constante.de dona.ante pen.

Primò fallit fauore libertatis:vt in l.1.C.de ser.pig.

Secundò fallit in alienatione, quam fecit fiscus. & hoc eius fauore:vt l.si hypothecas.C.de dis.pig.

Tertiò fallit in alienatione pignoris, quasi sit vn° de creditoribus cū solēnitate per proclama vocatus, & tacētibus præiudicat taciturnitas: vt l.si eo tempore.C.de dis.pig.

Quartò fallit nisi studiosè & dolose faciat vt decipiat illum,qui super esse suum contrahit:vt C.de lati.li.tol. auth. ad hæc.& l.si res alienas pigno.l.2.C.de distra. pig. mulier. & d.l.si senten.&c.

Quintò fallit ratione sanguinis seu cōiunctiones: vt l.si seruus communis.ff.de donatio.inter virum & vxorem.

Sextò fallit si potior sum eo in iudicio eodem cuius primo loco mihi competit prosecutio:vt l.sæpe.de re iudi. & in c.quamuis,de re iudi. vide de hac materia per Ludo. de Ro.in l.quæ do.ff.solut.matri.

REGVLA CCCXIIII.

MARITVS regulariter non tenetur nisi inquantum facere potest vt l.maritum.ff.solut.matri.

Primò fallit in marito procuratore : vt est tex.in c.1. de do.inter vir. & vxor.secundum communem intellectum Io.And.& doc.quicquid gl.aliter dicat & idem tenuit Iac. de Belui.in disp.sua quam ponit in l.1.C.de rei vxo.actio. & Ioan.de Imo. in l.diuortio.§.impedienda.ff.sol.mat. & l.filio.ff.eod.tit.

Secundò fallit vbicunq; maritus conuenitur constante matrimonio, & ad dotem, eo quia male vtitur substantia sua,secundum gl.in l.adhuc.C.de iure dot.in verbo, ita tamen . & in verbo substantiam. sed de hoc dic vt per Bart. & alios in l.si constante.in 8.q.& vlt.ff.sol.matr.

Tertiò fallit si maritus à prin. sciens se non posse solidā dotem reddere illam accepit, vel confessus fuit illam accepisse: vt est glo.not.iuncto tex.in l. pe.in fi.ff.de iure dotiū. Bart.in l.maritum.§.eleganter.ff.sol.matri.

Quartò fallit si res dotalis existit apud maritum, quia species sit in dotem data : quia marito videtur concessum hoc priuilegium, nisi quando data esset in consistentibus in pondere numero vel mensura vt l.vnica.§.cum autem. C.de rei vxo.actio.pro hoc bene facit l.in bonæ fi.in prin. de no.feu.& Io.de Imo.in l.si fundum.ff.sol.mat. Bart.in l. Nesennius.§. si fundus.ff. de re iud. & latiùs in d.l.si filio. tenet expressè contrarium. quod dic vt ibi per Dominic. & idem videtur dicendum si res dotalis non extaret, sed alia empta & acquisita ex re dotali per l. si cum dotem. §. fin.ff.sol.matri.argu.l.Imperator.§.fi.ff.de leg.3. & in terminis videtur text. in l.maritus.ff.de dona. inter virum & vxorem.

Quintò fallit si maritus conuentus negauit se fuisse maritum per l.sed hec ita.in fi.de reg.iur.& l.verum.§.fin. & l.si vnus ex socijs.§.fi.ff.pro socio.& in terminis firmatur per Bar.per verbum,puto,in l.etiam.sol.matr.

Sextò fallit nisi maritus promisisset alteri quàm mulieri dotem restituere,per d.l.Nesennius.in prin. & procedit secundum dist.glo.not.ibi,& in l.si prior.ff.sol.matr.

Septimò fallit si mulier in iudicio iurasset maritum sibi debere centum ex causa dotis:vt est text.not.in l.eum.§.si mulier.ff.solut.matr.

Octauò fallit si vltra dilationem legalē, marito esset cōcessa longior dilatio in restituenda dote, quàm habere deberet de iure cōmuni:vt in casu l.licet. & ibi not.ff.de pac. dot.tex.est not.secundum vnam lecturam gl.in l. si ex parte.§.sed an etiam.ff.quod cum eo.quam limitationem posuit Lud.de Ro.in d.l.maritum, sed Bar. ibi tenuit contrarium secundum aliam lecturam.

Nonò fallit si maritus vel eius liberi artifices sint : quia ex artificio commodè viuere possent : vt est gloss.in l. maritus in id.& ibi doct.ff.sol.mat.& not. gl.in l. si quis argentum.ff.de donat.limita etiam vltra prædicta, regulam prædictam sex alijs modis, vt per Bar.in d.l. maritum.ff.soluto matrimo.

REGVLA CCCXV.

MARITVS vxorem alere non tenetur si dos sibi promissa non detur,vt est glo.not.in authent. de non eligen.secundò nu.§.si.vers.onera.& eam expellere poterit, probatur in l.si.C.ad Velle.& illum text. ad hoc ponderat Bal.Cy.& Saly.in l.quod in vxore.C.de nego. gest.Bal. in l.diuisione.ff.sol.ma.& in l.si cum dotem.in §.sin autem.ff. eod.tit.vbi etiam per moder.& per Bart.in l.si donaturus. ff.de condi.ob causam.

Primò fallit nisi mulier, quæ dotem promisit, dedit id, quod potest marito:quia non tenetur nisi quatenus facere potest:vt l.ex diuerso. circa princ.solut.matr.

Secundò fallit vbicunq; alius,vt putà pater vel alia persona promisisset, & daret pater id quod potest : quia hoc casu non posset mulier expelli : quia pater mulieris habet beneficium ne teneatur genero,nisi inquātum facere potest.

test.vt l.pen.ff.de iure dot. & d.l.ex diuerso. in prin.ita tenet Raph.in d.l.si cum dotem.§.si maritus.cum l.seq.ff.so lu.mat.& optimè,& probatur in authen.de resti.& ea quę parit.§.quia vero.& not.Mod.in d.l.si donaturus.

Tertiò fallit vbicunq; nulla dos fuisset promissa viro: quia hoc casu etiam tenetur alere,nec eam posset expellere. vt probatur in §.qui autem.in authen.quib.mod.natura efficiantur sui. bene facit l. quod si nulla.ff. de religio. & sump.fu.& c.per vestras.de dona.inter virum & vxorem. & ita etiam tenet Bald.in l.pro oneribus.§.fi.ff. de iure do tium.vbi pro hoc alleg.rationem:quia mulier tenetur operari viro.vt not.in l.sicut.C.de ope.libe.

REGVLA CCCXVI.

Matrimonivm côtrahere metu pœne astringi quis non potest: tamen spe præmij & lucri ad eum contrahendum inuitari potest.l. Titia.& ibi doc.ff.de verborum obligat.

Primò fallit quando lucrum percipiēdum est ante contractum matrimonium ab altero ex futuris coniugibus vt si dixerit promitto tibi centum si consenseris in me, vt in maritum:quia tunc non valet cum contineat turpitudinē & causam turpis amoris, vt in l.si ita stipulatus fuero te sisti.in fi.& ibi Bart.ff.de verb.olig.

Secundò fallit quādo esset amissio magni lucri:quia tūc induceretur iustus metus:vt per Petrum Anchar.in c.1. in fin.quod metus causa. in 6.

Tertiò fallit in matrimonio spirituali, in quo nec metu pœnę nec spe premij quis potest induci. vnde si fieret promissio abbati vel abbatissę ab aliquo dando si receperit talem in monachum vel in monialē, non valet: imo esset simonia.c.non satis.c.quoniam,& c.dilectus.de simo.

Quarto fallit & quantū ad instituendū hæredem : quia aliquo modo non potest inuitari per pœnam nec per præmium.vt in l.stipulatio hoc modo.ff.de verb.oblig. & per doct.in l.cum donationis.C.de transact.

REGVLA CCCXVII.

Materfamilias etiam vt ducatur ad iudicium,personaliter capi non potest.l.1.& authen.ibi posita.C.de offi.diuer.iud.& in authent.nouo iure.ff.de custo.reo.

Primò fallit secundū Angel.in l.consentaneum. C. quo & quando iudex. hoc debet esse verū nisi absq; eius præsentia iudicium expediri nō posset: quo casu absq; suo debitore in iudicio esse possit.l.1.§.quod agitur.ff. de ventre inspici.& ibi patet exemplum secundum Ang.

Secundò fallit secundum Bald.in d.l. consentaneū. illud quod dicitur q̄ materfamiliās non potest capi: quia nō habet locum in muliere honesta,secùs in meretrice vel luxuriosè viuente,quæ potest personaliter capi.ar.authen.de restit.& ea quæ parit in 11.mense.§.fi.col.4.& per Bal.ibi facit etiam l.1.de off.diuersorum iudi.& glos.in d.l.consentaneum.loquitur de matrefa.licet materfa. dicatur illa, quæ honestè viuit.vt not.gl.in d.l.mancipijs, in princ.ff.de his qui,sunt sui vel alie.iu.itē de illa,quæ est notæ authoritatis: vt est tex.in l.3.§.si iull ū.ff.de libe.exhi.sed meretrix.& luxuriosa,& leno,& similes nō:quia Bal.in d.l.consentaneū. limitatur de l.1.& authen.ibi posita.C.de offi.diuer.iudi.

Tertiò fallit & hoc limita verum nisi ista meretrix haberet maritum:quia tunc propter reuerentiam mariti gauderet priuilegio d.l.1.& authen.ibi positæ. & fuit dictum Io.And.in addi.Spec.in tit.de iureiu.vbi dixit quod si ex forma statuti puniatur meretrix,impunè,offendi non poterit si est maritata.l.si vxor.§.diuus tyranno.& §. adul.ff. de adul.melius facit tex.in ver.precedenti.in d.l.si vxor.& ponent Mod.in l.si viro.§.de viro.ff.sol.matr.

Quartò fallit quia non habet locum quando in crimina li proferendo testimonio duceretur : quia tunc bene posset cogi ad iudicium.glo.est sing.in c.1.de test.cogen.secū dum Lu.de Ro.in sing. suis. ratio potest esse quia tunc nō curatur de honore. secùs quādo pro suo crimine conueniretur: quia tunc capi non posset nec duci ad iudicium.l.ad carcerem.vt est tex.in authē.vt nulli iudicū. §.nouit. verf. si verò.col.8.in authen.sed neuo iure.C.de custo. reorum.

Quintò fallit vbi mulier pateretur, & esset contenta venire ad iudicium.c.mulieres. de iudi. lib.6.ibi, in illæsas, & ita transit do.Pet.de Anchar.sed Cyn.& Petr.in l. nec honores.C.de episcopis & cle.dixerunt quod priuilegio dato eminenti personæ, putà quòd iudex accedat ad illam. vt l. ad egregias,de iureiu.nō potest renuntiari,& Lud.de Ro. in 70.sing.dicit de hoc dicto Cy.esse casum in c.2.§. cæteris. de iudi.in 6. sed dic quod fortè ille tex. loquitur in casu speciali in monialibus: ergo in contrarium est ius commune.Lius sing.de leg.

Sextò fallit nisi rescripto Apostolico hoc exprimeret: quia tunc ad hoc iudicium etiam plures casus not.in c.1.de iudi.in 6.

Septimò fallit in muliere quæ acceptauit tutelā filij sui: & renuntiauit nuptijs,& velaminibus, & omni alij legum auxilio: quia tunc isto casu pro tali debito potest capi mulier,& incarcerari,licet alias non posset.ita sing. dicit Bart. in l.si quis sub conditione. in 7. col. ver. quæro quid si renuntiauerit secun. nup.ff.de testa. tu.ita no. Bart. in authē. neq; & à vero.C.quando mu.tute.fun. potest.col.4. versi. & isto casu.

REGVLA CCCXVIII.

Mensis mentio quando fit,in dubio de mense 30.dierum intelligitur secundum Bart. in l. cum bisextus.ff. de verb.signi.& Bal.in authent.qui semel.C.quomodo & quando iudex.& in l.eos.C.de appel.

Primò fallit quando prosequeretur vltra lex vel statutū vsq; ad 31.diem:quia tunc intelligitur de mensa habente. 31.diem.& est casus in c.cum interiotibus. extrà, de tem. app.& secundum doct.in locis præalleg.

Secundò fallit vbi assignantur menses à iudice pro termino partis, vel aliter profertur ab ipso: quia tunc intelligitur de mense habente tot dies,quot habet mensis ille, in quo fuit assignatus ille mensis pro termino suo. Io. An. in c.quam sit periculosum.de electio.in 6.& ita tenet Bar. in l.cum dixit.de verb.signi.

REGVLA CCCXIX.

Minor si ex forma statuti contrahere non potest sine consanguineorum consensu,si contrahat,talis contractus ipso iure [a] est nullus.ita Bald.in l.si quis mihi bona.ff. de acqui.hæredi.§.q̄ si mandata.

ADDITIO.

[a] *Ipso iure. Vide ad materiam quæ habentur per Bald. in consi.487.in 3. parte, & per Firmianum in suo aureo repertorio,in versi. statuta de contractibus.versi.57.*

Primò fallit nisi talis pupillus contraheret cum parte: quia in eo casu cessat ratio. nam statim pater eū decipere non præsumitur l.si in prin.cum si.de cur.fu. & hac ratione requiritur consensus consanguineorum . ita consuluit Bal.& ipse Bal.ponit in l.pactum dotale.C.de colla.

Secundò fallit in quasi contractibus, in quibus talis solennitas statim non requiritur: vt voluit idem Bald. in l. 1. ff.de acquir.hæred.

Tertiò fallit si contractus pupilli esset ad sui lucrum,secùs si ad suum dannum, quia hoc casu requirerentur consanguinei,vt per Bald.in d.l.1.

Quartò procedit quando ipse pupillus habet cōsanguineos,sed si non habet tunc procedit contractus absq; eisdem,secundum Bal.in l.turpia.in fin.depositi,& in l.1.& l. si cum dotem.§.eo autem tempore.& § si aut em.in fi. ff. sol.mat.& Ang.in l.1.in fi.ff.quod cuiuiq; vni.no.&c.

Quintò fallit si habet consanguineos inhabiles, quia absq; eis contractus procedit secundū Bal.in l.1.C.qui admit.tutius est tamē in his duobus casibus interponi decretum iudicis.l.viduæ & l.furioso.& ibi per Bal.C.de nup.

Sextò fallit nisi isti consanguinei reperiantur furiosi, cū eorum consensus nō possit interuenire.l. qui seruum.ff.de acqui.

acqui.hæ.secundum Bal.in l.cum hæres.eo.tit.has limitationes ponit Ludo.de Ro.l. si quis mihi bona.§.si quis in bona.ff.de acquir. hæredi.

Septimo fallit quando mulier & pater gessere actũ minoris, qui principaliter ordinatur ad acquirẽdum, licet in consequentiam ad obligandum. vt not.in le. quamuis.in prin.de acqui.poss.& Iaco.de Are.& ita Ang. in l.mutũ. §.1.ff.de acquir. hæred.

Octauò fallit qñ minor diu possedit hæreditatẽ vel curator:quia præsumitur habuisse cõsensum propinquorũ.l. similis.ita dicit Ang.in l.qui alienas.ff.de acquir.hær.§.1.

Nonò fallit qñ illud decretum fuisset in hæreditate.nã valuisset aditio minorum sine consensu consanguineorũ. quæ probatio transfertur in aduersarium: quia in dubio factus quis non præsumitur debitor. & hoc dicit Ang.de Perusio in l.intuitu.ff.de acqu.hæred.§.j.quod bene not. quia est subtilis materia & quotidiana . nam cõmune est illud statutum per ciuitates Italiæ.

REGVLA CCCXX.

MINOR publicatis attestationibus regulariter restitui debet, vt testes producere posit Bar. in l.1.§.nuntiatio.ff.de ope.no.nun.

Primò fallit nisi minor diligenter inquisitionẽ fecisset in perquirẽdis testibus, antequam attestationes publicarẽtur:& eos inuenire non potuit.nã ex hoc non fuit læsus dolo aduersarij nec sui facilitate. & ideo non debet restitui.ar.l.fi.C.de in inte.restitu.mi.ita singulariter voluit Spec.in tit.de resti.in inte. in §.fi.versi.quid si causa.

Secundò fallit nisi peteretur restitutio ad producẽdos testes super aliqua exceptione dilatoria vel declinatoria iudicij,quæ non concerneret merita causę: quia illud diceretur modicum in iure, dato quod non probaretur.ar. le.si fideiussor.§.quædam.ff.man.& pro modica læsione non competit restitutio.l.sicut.de in inte.restit.ita fuit de mente Inno.in c.causam felicis.de resti.in inte.,& Bal.l.licet.& in l.peremptoriam.circa 4.col.C.quæ sent.resc.nõ po. vbi etiam ad hoc allegat Archi.

Tertiò fallit vbicunq; minor poterat restitui ad probandum crimem, quod opposuit contra aduersarium:vt putà minor opponit contra aliquem qui erat infamis vel aliquem accusauit de aliquo crimine. & doctri.Bald.in d. §.nũtiatio.nõ habet locũ in criminali.vt ẽt gl.not.in cle. non põt.in ver.pen.de procu.& not.Spe. in tit.de resti.in inte.in §.si quis aũt.versi.sed pone.bene facit tex.in d.l.auxilium.in princ.& hoc not.Bart.ff.de mino.& quod not. gl.in l.1.§.accusationis.in verbo,merito consequẽti.ff.ad Tur.Adde ẽt quod idẽ voluit Anto.in c.quod electio.& Abb.in c.auditus.de resti. in inte.Lud.de Ro.in d.§.nũtiatio. sed in contrariũ allego gl.in l.si minor 25.annis omissam.ff.de mino. & ibi Bal. qui dicit quod inuenitur quædam deci.Spec.quæ dicit quod minor 25.annis non restituitur in inte. vt posit publicatis attestationibus producere nouos testes super eisdem articulis. ita dicit Bald. in addi.& non in lec.postea dicit quod ego allego gl.in l.minor 25.annis omissã.& postea soluit,aut in tali causa criminali veniebat aliquid quærendum minori & non restituitur.aut nihil tunc procedit doctri.Spec. & de hac materia habetur per Bar.& Bal.post gl.in d.l.minor 25.ann. omissam.per Ange.post antiquos in l.vbi.ff.de eden.& per Bart.in l.nam & postea.§.si minor.ff.de iureiu.& in l.minor si sit quasi contumax.ff. de mi.& per Car. in cle.1.de resti.in inte.& 16.q.per Io.An.Ant.de Butr. & per Imo. in d.c.auditis.vbi dicitur quod iura,quæ dicunt ꝙ publicatis attestationibus admittitur minor, debent intelligi, quando sui facilitate fuit deceptus, de qua deceptione debet pręcedere causæ cognitio; & sic debet citari pars aduersa.& idẽ in ecclesia.vbi dicit Car. in præal.cle.1. quod si etiã habetur testis qui melius ꝓbat,& si vult eum producere super eisdẽ capitulis, ꝙ prius requiritur cognitio causæ super suę deceptionis facilitate. & videt etiã verũ circa prædicta.sed adde quod Iac.But.in d.l.minor 25.annis.ff.de mino.tenet cõtrarium, scilicet,quod nunquam restituitur.quem textum ibi Bart. etiam putat singu.in l. qui res.ĩ prin.ver.tũc applicat.in gl.sua.ff.de so.vbi dicit ꝙ restitutio in integrũ cõcessa maiori nunquã prodest ęius, aduersario in aliquo,si lęsio minoris aduersarij pręcessit.

REGVLA CCCXXI.

MINOR aduersus solutionẽ sibi factã restitui debet.

Primò fallit vbicunq; pecunia esset deperdita casu fortuito non aũt facilitate ipsius minoris:quia tunc nõ poterit restitui in inte.aduersus dictam solutionem.ita not.tenet gl.in l.verũ.§.sciẽdum.ff.de mino. quam ibi Bar.dicit ad hoc esse notandam & eam reputat esset singularẽ Pau. de Cast.in d.le.1.C.si aduer.so.pro limitatione d.gl.

REGVLA CCCXXII.

MITTI in possesionẽ si quis velit,contradictorem citari facere debet,qui si compareat, & tẽpore missionis expulsus sit,& non appellet,ad contradicendum amplius non admittitur.l.1.C.si de momen.pos. fue.appel.

Primò fallit vbicunq; fuisset citatus simpliciter ad cõtradicendũ,nõ aũt sub cõditione,vt si haberet ius cõtradicẽdi & cõpareat.& ideo cõpareat seu cõparere debeat: quia mõ hæres vel alius, qui fecit eũ citari pro legitimo cõtradictore, nõ admitteretur posteà ad dicendũ ꝙ nõ esset posteà legitimus cõtradictor. ita sing. limitat Bal.in l. fi.C.de edi.di.adri.tol.alle.no. per Inn.in c.cũ inter.extrà de exce.& licet.& not.Bar.& Bal. & docto.in l.mulier.ff. sol.mat.& Bal.in l.suscepta.C.de inof.test.& Ant.de Butr.in c.exhibita.in antepe.col.C.de iud.Cano.in d.c.cũ inter.& facit quod dicit Bal.in l.testamẽta in fi.C.de test.& Ang.in l.j.in §.hære.stipul.in 8.col.ff.si cui plusquã per l. Fal.Et ideo si statutũ dicit quod propinqui, vel collaterales,vel vicini possint præsentare sup venditionibus vsq; ad certũ tẽpus , & elapso tẽpore emptor denuntiat alicui affini,ꝙ si vult se præsentare super vẽditione prędicta debeat cõparere,iste affinis cõparet,emptor vidẽs quod affinis cõparuit, opponit ꝙ nõ põt:quia elapsa sunt tempora cõparendi.Dicendũ est ꝙ si emptor citauit ipsum probabiliter & citatio fuit facta purè & nõ cõditionaliter,vt specialiter fuit facta illi affini , emptor nõ poterit posteà opponere de inhabilitate:quia citãdo ipsũ simpliciter videtur reputare ipsum legitimũ contradicẽtẽ vel præsentatorẽ.Et idẽ esset ẽt dicẽdũ si statutũ diceret sicut est Taruisij,& citatus cõparuit: nã tunc nõ poterit citans opponere,ꝙ non sit habilis ex forma statuti,ex quo videtur ipsum approbasse citãdo ipsum simpliciter: quia paria sunt exceptionẽ nõ cõpetere, & nõ posse ipsam opponere: vt vt est glo.no. in l.habebat.ff.de ma.rest.Et ideo sitis cauti in talib. prædictis & in similibus qñ vultis specialiter aliquẽ citari facere , vt cõcipiatis citationem cõditionaliter hoc mõ, citetur talis vt cõpareat si habet ius cõparendi, vel præsentandi,vel aliquid aliud faciendi, vel si sua putauerit interesse, quod non creditur , debeat comparere.& non dicatis vt faciunt ignorãtes compareat talis, vel si talis vult præsentare debeat comparere ad deponendum pecuniam,vel aliquid simile faciendum:quia tunc videretur approbasse personam suam : vt dictum est.quod singulariter not. quia est valde vtile & quotidianum.

REGVLA CCCXXIII.

MISSVS in possesionem si reus infra annum veniat fructus non lucratur.c.quoniam.§. in alijs. & ibi gl. extrà,de vtilit.non contest.

Primò fallit hæc regula quando ipse reus non veniret infra annum.nam cum per annum efficiatur verus possessor retinebit ipsam rem cum fructibus: non enim audietur ipse reus nisi super proprietate vt d.§.in alijs.

Secundò fallit quando statutũ vel cõsuetudo ita disponeret, vt ipse missus lucraretur fructus infra annũ.ad hoc gloss.in auth.de exhi.reis.§.si verò. per quam gloss.Bald. in d.§.in alijs. hoc videtur velle. & loquitur in personali

bus.sed vide Abb.in §.in alijs, & distingue vt ibi per eũ.

Tertiò quando iudex propter nimium contumaciam rei hoc decerneret, vt ipse missus recipiat, vel quod lucretur fructus: vt est casus sing.ff.ex qui.cau.in poss.ea.l.Fulcinius.§.fin.secundum dom.Nic.in d.§.in alijs.

REGVLA CCCXXIIII.

MISSVS in possessionem in personali secũdo decreto interposito fructus [a] non lucratur, sed reus contumax: licet ipse custodire possit: vt per glo.in c.quoniã.§.in alijs.& ibi per doct.extrà, vt lit. non contest.

ADDITIO.

a *Fructus. Vide Felin.in ca.consultatio.in fin.circa prin. 3. col de offic.deleg.*

Primò fallit quando iudex propter vltẽ contumaciã hoc decerneret: vt lucraretur. pro eò casus est sing.in l.Fulcinius.in.§.fi.ff.ex quib.cau.in poss.ea.

Secũdo fallit qñ consuetudo hoc disponeret vt voluit sing.gl.in auth.de exhi.reis.§. si verò.quod locum habet pariformiter in statuto, si ita dispõnat, cum sit seruandũ: vt voluit Bald. in d.§.in alijs.non enim æstimantur dicti fructus per personam, si sint consumpti: cum percipiantur vitio cõtumaciæ iudicialit secundum Bald. in di.§.in alijs quod vere procedere posset qñ consuetudo vel statutum ita disponeret propter contumaciã. ad hoc d.l.Fulcinius. sed si nõ ita disponat sed potius respectu ad ipsum creditorem vt lucretur fructus: & tũc eu sapiat speciem vsuræ, non valeret ipsa consuetudo vel statutum: vt voluit Bar.in l.si finita.§.Iulia.de dam. infec.& dom.Nic.in d.§.in alijs.ad hoc quod not.in d.clemẽ.vnica, de vsur.

REGVLA CCCXXV.

MONACHI vel clerici in obsides dari nõ possunt: vt not.in l.2.C.de pac.& in l.2.C.de pat.qui fil. di.& gl. in c.ex rescripto.de iureiur.

Primò fallit quãdo darentur per Papam, cum ipse eos dare possit, vt hic vidi. & propriè obsides sunt dummodo dentur pro pace vel simili causa, arg.8 q.3.cap.cuncta per mundum.& c.principalem.& ita procedit gl.in d.ca. vt prædictum est, 23.q.9.secundum dom. Nico.in d.cap. ex rescripto.

Secundò fallit quando ipsi darẽtur non vt sint propriè obsides, sed vt sint in certo loco: quo casu si quæratur de clericis secularibus ipsi dari poterũt per interiorem à papa, puta per episcopum dũmodo velint & iurent ita manere.sicut supradictum fuit de laicis, idem erit de monachis per Abbatem suum: vt in præallegatis locis Canonistæ sequuntur.

REGVLA CCCXXVI.

MONACHVS testamentum condere non potest, c. quia ingredientibus. de testa.

Ampliaquia licet statutum vel consuetudo posit hãbilitare filiumfa.ad testandum vt per Bart.& alios in le.si quæramus.ff.de test.& Imo.in c.2. extrà, eo.tamen consuetudo vel statutum non possunt habilitare monachũ ad testandum: quia repugnat regulę monasticę.c.cum ad monasterium.de stat. monacho.

Primò fallit nisi fuerit sibi data licẽtia à Papa ante vel post: vt per Bal.in l.fi.C.vnde legi. sequitur Paul.de Cast. l.militibus.C.de testa. mili.

Secũdò fallit quãdo monachus efficeretur episcopus: quia tunc potest testari, non de bonis iam quæsitis monasterio, sed de alijs postea obuenientibus secundũ Spec. in tit.de statu mona. ver.23.& ibi Bald.in additio.

REGVLA CCCXXVII.

MONITIO in denunciatione facienda duplex requiritur: vt in c. nouit [b] extrà, de iudi.

ADDITIO.

b *Nouit. Vbi vide Feli. circa medium 7 col. & seq.*

Primò fallit quando peccatum esset notorium, vt in dic. Canone secundum illud.45. distinctio.

Secundò fallit in matrimonio impediendo, cũ tũc nõ requiratur aliqua monitio.extrà, de despon.impu.ad dissolutionem.secundum d.Ant. qui dicit idem esse in peccato cõmittendo, vt voluit in d.c.nouit.sed certe non ca dit in his proprie denuntiatio prædicta: imò potius quędã iudicis intimatio facta, vt procedat ad peccatum impediendum, in qua nõ requiritur aliqua monitio. ad hoc est quod not.extrà, de iureiur.c.t.& ca.ad nostram.

c Tertiò fallit in denũtiatiõe faciẽda in foro ciuili [c] eo, casu quo fieri potest de plano, vt non requiratur monitio: prout voluit Inno.in d.c.nouit per ea quæ habentur. ff.de offi. præfect.vrb.l.1.§. quod autem.& §.vicarius.& de officio proconsul.l. neq;.§.de plano. Sed requiritur in tali denuntiatione iudiciali pro eius forma, quod exiltat in peccato, vt patet in textu, in d.ca.nouit.vbi de hoc.& alia pro solennitate requisita in tali denuntiatione facienda, plenissimè ibi vide per Canonistas.

ADDITIO.

c *Ciuili. An autem in ciuilibus monitio requiratur. uide Fel in c.2.ante p. vers not. vberius vbi quod inc uilibus de ac cu.& in c.1.*

REGVLA CCCXXVIII.

MORA aliter quàm per interpellationem non committitur: vt not.in l.si ex legati causa.ff. de verb.obli. & gl. in l.amplius.ff.rem ra. habe.

Primò fallit in eo quod debetur fisco.l.cum quid.§.fiscus.ff.de vsur.& ibi not.& est sing.gl.de hoc.& not.Bart. in l.t.C.de his qui.vt indig.& not.Rom.in d.l.si ex legati causa.ff.de verb. oblig.

Secũdò fallit in eo quod debetur ecclesię in vltima volũtate: vt est gl.sing.in §. itẽ mixta.Inst.t.de actio,& not. Bal.in authẽ.hoc amplius.in 2.col.C.de fideicõ. & Pet.de Anch.in c.accessoriũ.extrà, de reg.iur.in 6.Io.de Imo.in c.breui.extrà, de iureiur.& Roma.in d.l.si ex legati causa.

Tertiò fallit in his causis ex quibus debetur minori.l. in minorum.C.in quib.caus.in integr.resti.non est neces.

Quartò fallit in dote post biennium.l.1.§.præterea.C. de iure dot. quo casu per lapsum biennij constituitur in mora absq; interpellatione.vt ibi.& not.in l.diuisione.ff. solu.matri.

Quintò fallit in eo qui tenetur ex delicto.quo casu cõmittitur re ipsa: vt in l.1.§.rectissimè.& l.meritò.ff. de vi & vi arma. æquiparantur enim fur & morosus.l.inter stipulantem.§.pen.ff.de verb. oblig.

Sextò limitatur in contractibus vltro citroq; obligatorijs, in quibus vnus adimpleuit.nã videtur re ipsa alius constitutus in mora: vt in l.curabit, de iure emphyt.& l. Iulian.§.ex vend.ff.eod.tit.

Septimò fallit vbi quis iurauit aliquid præstare alicuĩ & illi dare rẽ promisisset: nã propter iuramentũ absq; interpellatõe constituitur in mora.ita est de mente Io.Andr. in c.breui.extrà, de iureiur.& ibi Ioan.de Imol.ponderat verba Io.And.quod valde nota. tñ nõ puto hoc iure probari.imo in contrariũ allego text.in c.licet.si de feu.fuer. controuers.inter do.& agna.cõiuncto ca.1.de for.fide.ad de quod specialiter in vassallo est permissum qñ dño suo erat necmagnũ periculo, nisi præstet suũ subsidiũ ad quod tenetur ex iuramẽto fidelitatis, dicitur esse in mora.& non, alias; vt ibi 1.c.j.§.ad hęc mutatio.hic finit l.Cor.& not.in ca.1. in verbo, inquisitio.hic de noua for.fide.& vide etiã quæ dixi tenendo oppositum in l. quod te.ff.si cert.peta.

Octauò limitatur vbicunq; quis promisit se facturum & curaturum: nam tũc non requiritur interpellatio, quia intelligitur quamprimum potest: tenet sing.Bal.in d.c.j. §.ad hoc per iura ibi alleg. per eum.

Nonò limitatur vbicuq; quis promisisset mihi dare cẽtũ vsq; ad pascha ad mei petitionẽ.nã adueniente die paschatis est in mora absq; aliqua interpellatione. ita Bar.in singu.in l.ita stipulatus.in fi.ff.de verb. oblig.

Decimò

Decimò limitatur vbicunque quis promisisset aliquid consistens in faciendo habens tractum successiuum, putà ædificare domum: nam inest dies infra quem cómodè fieri potest, & ideo transacto illo die remittitur stipulatio ad interesse ratione moræ, in quã quis incurrit per interpellationẽ domini tacitè. l. si ita stipulatus, & ibi not. ff. de verb. oblig. & in l. si insulã, et not. Bar. in l. si ita stipulatus, in q. 2. principali. ff. eod. versi. quæritur quãdo committitur stipulatio, dum allegat l. si insulam, & clarè notat dom. Paul. de Castr. in d. l. si ita stipulatus essem abs te.

Vndecimò limitatur non habere locum vbicunq; debitor ipse interpellasset, & creditori dixisset se velle adimplere quod promisit, vt debet: quia est casus qui æquipollet interpellationi vt probatur in d. cap. 1. §. ad hæc. hic finitur l. Cor. vnde videmus ꝙ ille qui dicit se velle ad causam cóparere, non est de necessitate ampliùs citandus neq; requirendus. c. 1. extrà, de dolo & cont. libr. 6. & not. glo. & doc. in l. tres denuntiationes. C. quomodo & quando iudex. & in l. si de in integ. rest. & alios casus vide etiam latè per gl. in l. mora. in princ. gl. magnæ. ff. de vsur.

REGVLA CCCXXIX.

MORA vltima nocet. l. illud. ff. de peri. & commo. rei ven. cum simil.

Primò fallit si fumus in diuersis personis: quia vltima mora rei principalis nõ nocet fideiussori, qui cõstituit creditorem in mora ei offerẽdo: vt est tex. sing. in l. mora, & ibi Pau. de Cast. ff. de verb. oblig.

Secundò fallit fauore reipublicæ, quia attẽditur prima, & non vltima mora. tex. est & ibi Bar. in l. nulli. C. de erog. milit. anno. lib. 12.

Tertiò fallit quando hoc fieret in fraudem: quia tunc vltima mora nocet. vt l. si per emptorem. in fi. cum glo. ff. de actio. empti.

Quartò fallit in editione. casus est & ibi Bar. C. de erog. mili. annonæ. lib. 12.

Quintò fallit quãdo quis fuit in mora, & per morã habebatur conditio pro impleta: ita dicit Bald. in l. 1. in fine. de institu. & subst. sub cond. factis. & vide Pau. de Castr. in l. si seruus. §. sequitur. ff. de verb. oblig.

REGVLA CCCXXX.

MORA purgari potest vsq; ad litem cõtestatam, ad eui tandem condemnationem, interesse, vel pœnam. l. si insulam, & ibi Bar. ff. de verb. oblig.

Primò fallit nisi intersit actoris. l. si ita quis. §. Seia. ff. eodem titu.

Secundò fallit quando est adiecta dies & pœna: quia tunc non admittitur purgatio moræ: vt per Bar. in d. l. insulam. in tertiam opposit.

Tertiò fallit in Iudæis, qui non admittuntur ad purgandum moram: quia contra eos seruatur rigor, & non æquitas: vt per Iaf. in l. si insulam. in 3. not. ff. eod.

Quartò fallit in casu quo esset ꝓhibita appellatio: quia etiã tunc repellitur remedium purgãdi moram. gl. in c. cupientes. §. quod si per viginti. in verbo, expectari, de elec. in 6. & ibi Gemin. de quo tamen dubitatur per Imolã ibi. Quintò fallit quando intercesit geminata interpellatio, et sic geminata mora: vt per Bart. in l. si insulam. in 1. q. ff. de verb. oblig.

REGVLA CCCXXXI.

MORA purgari potest per eum, cui iudex terminum assignauit, vt instrumentũ producat, si ille in mora producendi sit. tenet Ang. in l. insulam. ff. de verb. obli. Cyn. in l. quandiu. & l. 2. de acquiren. hæred. & in l. 1. §. edenda. ff. de eden.

Primò fallit nisi terminus esset præfixus à lege, vel à statuto: nam tunc elapso termino non poterit reus vel actor purgare morã. ita sing. tenet Inn. in c. cum in tua. qui mat. ac. pos. & idẽ tenet Bald. in authen. ad hoc. C. de vsur. & in l. diffamari. C. de inge. & manumis. & in c. 1. quo tempore miles, faciunt not. per Bar. in l. postquam liti. C. de pact.

Secundò fallit nisi iudex assignasset terminum alicui in causa modici præiudicij, vt putà interloquendo: vt est tex. in c. pastoralis. de except. & hoc voluit Cœpol. in l. iudicis C. de iudic.

Tertiò fallit nisi iudex assignasset terminum alicui ad respondendum positionibus, & ille sit in mora in respondendo: quia tunc non poterit amplius moram purgare, ita tenuit Angel. & Ioan. de Imo. & Lud. de Roma. in d. l. si insulam.

REGVLA CCCXXXII.

MVLIER quæ infra tempus luctus nubit, infamis est, & etiam pœnas patitur ad quibus habetur in l. 2. C. de secundis nuptijs. & est glos. in c. cum omnes. sexta quæstione prima.

Primò fallit nisi mulier nubat de consensu filiorum mariti primi: quia tunc euitabit pœnas prædictas. ita tenuit Angel. in l. mater. C. ad Trebell. alleg. gloss. singu. in authen. de non elig. secun. nub. in princip. in verbo, copulatiuè. quòd etiam fortificatur ratione. nam ratio quare mulier transiens ad secunda vota infra tempora luctus venit punienda, est, quia per secundum matrimonium facit iniuriam filijs primi matrimonij: vt §. certo. in authen. de nupt. Sed hic cessat filijs consentientibus: quia scienti & volenti non infertur dolus l. 1. §. vsque. cum ibi not. in glo. ff. de iniur. & l. 1. de actio. emp. quod etiam videtur sentire Bal. in l. hac edictali. versic. pone statutũ, &c. C. de ser. sug. & propterea dico quod statutum vel dispositio l. hac edictali. quæ vult matrem transeuntem ad secunda vota teneri reseruare lucrũ primi matrimonij filijs eiusdem matrimonij. & hoc per ea quæ habetur in l. fœminæ. C. eod. titu. non vendicat sibi locum quando filius consentit ad matrimonium matris: & propterea si cupis: viduam habere in vxorem prouideas habere filiorum consensum. & quæ dicta sunt in matre habent etiam locum in patre: cũ & ipse in pœnas multas incidat propter transitum ad secũda vota. vt in authentico, de non eligendo secundò nubentes. §. est qnoq;.

Secundò fallit vbicunq; mulier nubata infra annum de consensu primi mariti dantis licentiam in eius testamento: quia tunc vxor non pateretur pœnas legales. ita singul. tenet Bald. in l. filium quem habentem. C. famil. erc. & in l. 1. C. de secun. nupt. quia habet licentia à testatore, videtur habere hanc licentiam à lege, per illum tex. sed Lud. de Ro. in singu. suo numero 263. incip. tu scis. ponit istam quæstionem, & in ea ita distinguit, quòd aut maritus ita permittit quod nubat infra annum & hoc casu nõ euitat pœnas iuris. & mouetur ista ratione, quia nubit infra annum, quod est contra bonos mores de iure ciuili, & alleg. casum singu. in dicta l. 1. ibi, ne in his quæ corruptionem morum, &c. cum in his testator disponere non possit: vt l. turpia, & l. si quis inquilinos. ff. de legat. 1. & c. aut de promissione viri nubit post annum & in tali casu non incidit in pœnas. & dicit de hoc esse gl. sing. secundũ eum in d. §. duo. in authen. de nupt. versicu. vnum. & pro hoc ipse adducit rationem quare mulier punitur si post annũ nubat, quia facit iniuriam animæ primi mariti per secundas nupt. vt in §. quia verò. in authen. de nupt. vers. nos igitur, sed marito permittente nulla fit iniuria. d. l. 1. ff. de act. empt. in princ.

Tertiò fallit in muliere minore 25. ann. argu. glo. sing. que hoc probat in l. 2. C. si aduer. delictum. alleg. l. pen. C. de his qui not. infam.

Quartò fallit quia d. regula procedit de iure ciuili. secus autem de iure cano. quia d. ll. sunt correctæ: vt dicit gl. l. 1. C. de secun. nupt. per illum dictum, quod mortuo viro nubat in domino. & idem tenet glo. in l. liberorum. §. non tamen. ff. de his qui not. infa. sed contrarium tenet gloss. in l. decreto. C. de infa. & idem tenet in c. fi. de sec. nup. & in c. ex parte, de appel. vide per Bal. in d. l. 1. C. de secun. nupt. vbi de hoc disputat.

REGVLA CCCXXXIII.

MVLIER de Velleiano non certiorata, si renuntiet, nõ tenet renuntiatio[a], l. antiqua. §. ne autem. C. ad Velleianum.

ADDITIO.

a Renuntiatio. Vide Felyn in c. si diligenti. de fo comp. circa fi. 3. col. in vers. circa primum corrolarium. & in c. ex rescripto, in 4. col. vers in gl pen. de iureiur.

Primò fallit quando renũtiatio facta est in iudicio, quæ tunc calore iudicij absq; certioratione valet. vt l. fin. ff. ad Velleianum, argum, glo. in l. rem. §. fin. ff. de pign. actione.

Secundò fallit nisi interueniat iuramentum, secundum Bart. in l. sciendum. ff. de verbo, oblig, facit quod no. in l. si duos. §. iurauerit. ff. de iureiur. & quod not. Bal. in auth. sacramenta pub. C. si aduer. vend. & in l. 1. C. de reb. cred. & in l. 2. C. de peri. & commo. rei ven, & per Can. in c. quamuis. de pact. in 6.

Tertiò fallit in renũtiatione facta prætextu tutelaris officij quod pro filijs suscepit, per authen. matri & auiæ. C. quãdo mul. offi. tu fungi po. facit quod not. Bar. in l. si quis sub cõditione. ff. de testa. tut. & istas limitationes ponit Ludou. de Roma in l. repudianda. ff. de acquiren. hæreditate.

REGVLA CCCXXXIIII.

MVLIER Velleiano regulariter renuntiare non potest, gl. & ibi doc. in c. si diligenti. extrà, de foro cõpetenti.

Primò fallit quando ipsa mulier renuntiat in iudicio, l. si mulier. §. planè. ff. ad Velleia.

Secundò fallit quando ipsa mulier renuntiat iuris autoritate, vel iure permittente. C. quando muli. tu. offic. fun. potest. authent. & iure.

Tertiò fallit qñ mulier renuntiat per contractum ex interuallo: vt per bienniũ. lege, sed mulier. C. ad Velleianum.

Quartò fallit quando interuenit iuramentum, cum tũc potest absq; dubio. extrà, de iureiur. c. cum contingat. & dicit Ioan. And. in c. si diligenti. extrà, de fo. compet. & præsumitur tunc certiorata, vt voluit Archid. in c. 2. de pac. in 6. secundum dom. Ant. in d. c. si diligenti. & hoc etiam voluit Bart. in l. sciendum. ff. de verborum obligationibus, vide plenius in d. c. cum contingat.

REGVLÆ IOANNIS BERNARDI DIAZ.

De Litera. M.

REGVLA CCCCXLIX.

MAIOR pars collegij, vniuersitatis, vel capituli quicquid facit, valet in reb. ipsorũ l. quod maior. ff. ad municip. glo. in c. 1. verbo, tractatus. de reb. eccles. non alie. lib. 6. glo. in clem. pastoralis. in princip. verno, plures. de rescript. Abb. c. cum in veteri. 4. col. de election.

Amplia vno modo, & limita 14. modis, vt Felin. in capit. cum omnes. col. 8. ad medium, cum duabus sequent. de constitut.

REGVLA CCCCL.

MANDATO quantumcunq; generali, nunquam intelligitur mandatum procuratori, quòd indebitum recipiat, aut illicitum faciat. Probatur ista regula in l. si procurator. ff. de cond. indeb. & in glos. c. dilecto. de præben. vbi Imo. notat. in col. 2.

Amplia tripliciter, & limita octo modis, vt per Ias. in d. l. procurator. 1. col. cum duabus seq.

REGVLA CCCCLI.

MANDATI solennitas non præsumitur ex diuturnitate alicuius temporis: notat Bald. in l. 1. col. 2. vers. sed pone quòd aliquis. C. de reb. alien. & ibi Salic. idem Bal. in l. 2. ibi: vsque ad mille annos. C. si ex fals. instru. sequitur Alex. in l. sciendum. in col. 5. ff. de verb. oblig.

Limita dupliciter, vt per Fel. in c. sicut. de re iud. col. 16.

REGVLA CCCCLII.

MANDATVM procuratoris intelligitur ipso iure reuocatum, mutatione conditionis eius in deterius: puta si bannitus efficiatur, vel ribaldus. Tex. est in l. cum quis. vbi not. Bart. & in l. si cum Cornelius. ff. de solu. & in l. cum qui §. qui filio. vbi Alex. ff. de verb. obl. & in l. rogasti §. si fugitiuus. vbi Ias. & allegat alia iura. 1. col. ff. si cert. petat.

Amplia & limita istam regulam quatuor modis, vt per Ias. d. §. si fugitiuus.

Primò idem in tutore. l. pater hærede. §. finali. de testa. tutela.

Secundò idem in executore vltimæ voluntatis. l. liberto. §. largius. ff. de annuis leg.

Tertiò amplia, etiam si statũ mutaret in melius. Alex. & Ias. post Bart. in d. §. si fugitiuus. licet Decius cõtrarium teneat cum eodem Barto. aliàs sibi contrario.

Quartò amplia, vt etiam certioratio domini non requiratur. Bald. ibi.

Primo limita dictam regulam procedere quo ad debitores scientes conditionem mutatam: secus si non scirent.

Secundò limita in mandato volũtario, secus in necessario: puta legitimi administratoris.

Tertiò limita, nisi vnum esset promissum principali, aliud adiecto ad solutionem: quia per mutationem status adiecti, principalis non reuocatur.

Quartò limita in procuratore simplici: secus si in rem suam.

REGVLA CCCCLIII.

MANDANS facere homicidium, & mandatarius, qui illud perficit, æquali pœna puniũtur: vt notat Bar. in l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. ff. de acquir. hære. & in l. si pecunia. §. si seruus. ff. de condict. ob turpẽ cau. & Bal. in l. mandatum. C. mandati. col. fin. quos refert & sequitur Alex. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniurijs.

Amplia istam regulam tribus modis, & limita alijs tribus vt per Io. Villemati in repe. l. diuus. ff. ad l. Corneliam, de sicar. in col. 3.

Mandans, vide supra, in verbo, dominus.

REGVLA CCCCLIIII.

MARITVS si ex forma statuti debet lucrari certã partem dotis, & vxor aliquid ei leger in testamenro. tale legatum quamuis simpliciter factum, computatur in lucro talis statuti. Hanc dicit communem sentẽtiam Ias. in auth. præterea. col. pen. C. vnde vir & vxor.

Limita dupliciter, vt per eum ibi.

REGVLA CCCCLV.

MARITVS non potest concedere licentiam seu cõsentire vxori vt secum contrahat, casu quo mulier vigore statuti, sine licentia viri non potest contrahere, prout cauetur lege nostri regni Hispaniæ in l. Tauri. Ita concludit subtilis Didacus de segura in elegãti repetitio. §. si vir. l. 1. ff. de acquir. poss. fol. 10. col. 4. post medium. & vide doctor. de Castillo, in commento legum Tauri. in l. 55. in gl. in verbo, sine licentia, vbi refert Roma. in l. pactum quod dotali. 6. col. C. de collat. & Bart. in l. cum pater §. libertus. ff. de leg. 2. ad hoc quòd quando mulier contrahit cum marito, non requiritur licentia.

Limita quatuor modis, vt per eundem Didacum de Segura in d. loco, per totum fol. 11. seq.

REGVLA CCCCLVI.

MASCVLINVM in contractibus non continet fœmininum. Ista est commu. opin. prout tẽstatur Ias. l. si quis id quod. ff. de iurisd. omn. iud.

Limita quatuor modis, vt per Iaſ. in d.l.ſi quis id quod eolum.4.nume.23.

REGVLA CCCCLVII.

MATER meretrix non poteſt filiam ſuam exheredare, propter ipſius filiæ meretricium. Ita Bar. Bal. & Fulg. in l.in arenam.per tex.ibi.C.de inoffic.teſt. quod ibi ſequi tur Iaſ.in col.2.verſ.4.nota.

Limita dupliciter, vt per eum ibi, in col.ſeq.quarum limitationum primam examinat.

REGVLA CCCCLVIII.

MATER, quæ filio ſuo impuberi infra annum tutorem non petijt, priuatur eius ſucceſsione. Text.eſt in §.fi. Inſt.ad Tertul.& in l.ſciant cūcti.C.de legit.hæred.& probat tex.in l.fi.C.ſi aduerſ.deli.& in l.matres.C. ad Tertull. per locum ab ſpeciali.

Ampla vndecim modis, & limita quatuordecim, vt copioſè per Ioan. de Neuiz. in ſua ſylua nuptiali. fol.7.col.2. cum duabus ſeq.in nouiter verò impreſſa, in fol.39. & 40. Adde vltra eum decimamquintam reſtrictionem ad regulam, quando mulier propter mortalitatem non poſſet adire iudicem, quia tunc excuſaretur. Ita notat Bartolus in l. interdum.in princ.ff.de iudicijs.

REGVLA CCCCLIX.

MATRIMONII cauſa vel ſimilis, poteſt per ſecularem iudicem tractari, quādo queſtio facti incideret, ſecus ſi iuris: voluit Bar.in l.Titia.ff.ſolu.mat.in lectura antiqua. & in Lomni nouatione ceſſante.C.de ſacroſanct. eccleſ. & in l.quoties.C.de iudi. & Abb. vbi dicit ꝙ iſta opinio videtur magis communior in c.cum ſit generale.de foro cōpe. in col.6.& vide Alex.in d.l.Titia.col.3.& 4.vbi plures refert idem ſequentes: & hanc dicit communem opinionē, licet aliqui contrarium teneant.

Limita decem modis, vt per eum ibi in d.col.4. cum ſequent.

REGVLA CCCCLX.

MEDICINA recipiens à Iudæo, peccat mortaliter. Eſt text.in c.nullus.28.queſt.1.quem not.Doct.ad hoc in c.1.de Iudæis.

Limita dupliciter, vt per Felin.in d.c.1.in fi.

REGVLA CCCCLXI.

MEDICI, vel alij periti, qui de peritia artis debent deponere, debent eſſe ſaltim duo: probat tex.in c.ſignificaſti.el 2.de homic.iuncta regula, pluralis. de reg.iur.lib. 6.notant Bart.& Bald.in proœmio ff.in fine princ.Sal.in l. comparationes.C.de fide inſtru.Ang. in auth.de nō alien. §.quod autem.collat.2.

Limita tribus modis, vt per Fel. in d.c. ſignificaſti. el 2. col.2.de homic.

REGVLA CCCCLXII.

METVM, aut turpitudinem commiſſam in contractu, purgat ſolutio ſpontanea ſequens. Probatur iſta regula in l.2.C.quod met.cau.& in l.ſi ob turpem.ff.de condic. ob turpem cauſam.cuius rationem aſsignat gloſ.in d.l.2.

Limita ſex modis, vt per Iaſon. in d.l.ſi ob turpem. in col.2.& 3.

Metus. vide infra, in regula, patris.

REGVLA CCCCLXIII.

MILITIA non eſt dignitas: probat tex.in l.ſi quis in cōſcribendo.C.de pactis.

Limita tripliciter, vt per Iaſ. ibi, in col.2.

REGVLA CCCCLXIIII.

MINIMVM quod eſt, in dubio cenſetur eſſe in legato. Text. eſt in l.qui concubinam.§.1.& in l. nummis.ff. de lega.3.in l.ſi ita.ff.de verb.oblig.& in l.apud Iul.§.Scio. & in l.ſi ita ſit ſcriptum.ff.de leg.1.

Limita tripliciter ſecundum Iaſ. in d.l.ſi ita ſit ſcriptū. colum.3.

REGVLA CCCCLXV.

MINOR viginti annis, non admittitur ad probādum in cauſis criminalibus. Tex.eſt in l.in teſtimonium.ff. de teſtib.& in §.in teſtimoniū.4.q.3. Sed habes Hiſpanę textum in l.9.tit.16.3.par.qui in cauſa accuſationis exigit, ꝙ teſtes 25.annū cōpleuerint, & idem in cauſa inquiſitionis, quam rex præcipit fieri cōtra aliquem de delicto mortis, membri, vel relegationis pœnam infligente infamatum.

Limita primò, quando aliæ probationes haberi nō poſſunt: vt puta ſi duo minores viginti annis viderūt aliquod delictum, & alij non, quia tūc admittitur. Ita tenet Alber. in d.l.in teſtimonium.& Ioan.And.in addit.ad Spec.in tit. de teſte.verſicu.item excipitur ꝙ eſt impubes, quod dicit, pulchrum & vtile Iaſ.in l.ſi.col.ſi.C.de his quib. vt indign. Aduerte tamen an obſtet huic dicto, quod habes infra in regula incip.teſtes qui aliàs non ſunt idonei.

REGVLA CCCCLXVI.

MINORI etiā pupillo currit præſcriptio conuētionalis procedēs ex cōtractu defuncti, ſicut cucurriſſet cōtra defunctū, ſine ſpe reſtitutionis. Caſus eſt in l.Aemilius.ff. de mino.& in l.ea quæ à patre.C.de reſti.mili.notāt Doc. in l.fi.C.in quib.cau.in integ.reſ.vbi Pau.in vl.col. aſsignat rationē, & eſt glo.in l.ſi cum militaribus.C.de reſtit. milit.

Ampla tripliciter, & reſtringe tribus modis, vt per Bal. in trac.de præſcript.in 6.parte.principali, in col.12. & ſeq.

REGVLA CCCCLXVII.

MINORI etiā pupillo currit præſcriptio legalis inchoata cum defuncto, ſed datur reſtitutio. Caſus eſt in l.1. C.ſi aduerſus vſucap.

Ampla vt procedat etiam contra exiſtentem in vtero. Caſus in l.eriam ei, & ibi gloſ.& Bar.ff.de mino.

Limita in præſcriptione 30.annor. quæ etiam inchoata cū defuncto non currit contra pupillum, durāte tempore pupillaris ætatis, ſed interim dormit. Caſus eſt in l.ſicut. C. de præſcript. 30.ann.& ita Bal.ibi, in fi.1.col.ponit Balb. ſu pradicta in d.tract.de præſcrip in 6.parte.col.1 3.

REGVLA CCCCLXVIII.

MINORI non currit hodie præſcriptio 10. vel 20. annorum, vel minoris temporis, vt in l.fin.C. in quibus cau.reſtit.in integr. non eſt neceſ.& ibi Doct. Vide Hiſpane l.8.tit.19.par.3.

Limita ſex modis, vt per Balb.in d.tract.preſcr.in 6.parte principali col.16.& ſequent.

REGVLA CCCCLXIX.

MISSIO in poſſeſsionem ex ſecundo decreto, non fit in bonis pupilli, donec ad tēpora pubertatis veniat: & in hoc creditoribus expectandū erit. Tex.eſt in l.apud Iu lianū.poſt principiū.ff.ex quib. cauſis in poſſeſsion. eatur.

Limita hanc concluſionē tripliciter, vt per Vldar. Zaſi. in l.contra pupillum.col.2.ff.de re iudic.

REGVLA CCCCLXX.

MODVS mixtus pendens ex facto honorati, & alterius tertij, ſi deficiat per factum illius tertij, vel per caſum fortuitum mortis, nō facit deficere legatum. Text. eſt ſecūdum commu.lecturam in l.ſi Titio.ff.de leg.1.vbi idē tex. aſsignat rationem, quam ibi confirmat Iaſ.num.2.& 3.

Limita dupliciter hanc regulam, vt per eum ibi.

REGVLA CCCCLXXI.

MOLENDINVM habenti in parte ſuperiori licet recolligere aquam tēpore ſiccitatis inuito domino molendini inferioris, Not.Bart.in l. quominus.ff.de fluminibus. t.4.quæſt.quia aqua quouſque eſt in ſua formula, propria eſt: vt in l.1.§.illud Labeo.ff.de aqua quoti.& æſtiuali.

Limita quinq; modis vt per Ripam in repet.d.l.quominus.18.colum.

REGVLA CCCCLXXII.

MONACHVS non poteſt teſtamentum condere. Tex. in auth.ingreſſi.C.de ſacroſanc.eccleſ. & in c.quia ingredientibus.cum ſeq.19.q.3.

Concordat lex 17.tit.1.6.part.

Ampla ſemel, & limita ſex modis, vt per Iaſ.in d.auth. ingreſſi.2.col.vide Philip.in rub.de teſtam.in 6.in col. 34. & 35.qui dupliciter tantum limitauit hanc regulam.

REGVLA CCCCLXXIII.

MONACHVS non poteſt agere nomine proprio. Ita cõcludunt Doct. in c. cum dilecta. de reſcrip.

Limita octo modis, vt per Felin. ibi, in col. 23. cum tribus ſequentibus.

Monachus. vide infra, in verbo, vſusfructus.

REGVLA CCCCLXXIIII.

MONITIO requiritur ad incurrendam pœnam, quãdo lex loquitur negatiuè, videlicet, ſi non ſecerit reſidentiam, ſi nõ ſecerit inuentariũ, vel quid ſimile: ſecus, ſi affirmatiuę, vt ſi quis percuſſerit clericũ, ſi acceſſerit ad monialem, quia tunc non requiritur monitio. Iſta eſt aurea doctrina Innocen. in c. extirpandæ. ante ſi. de præben. quam ibi ſequuntur doc. Eam dicit elegantem Alex. in l. ita ſtipulatus. {la grande.} in 3. col. verſicu. in contrarium autem. ff. de verb. oblig. vbi vide in col. ſeq. Eam refert etiam poſt Bald. idem Alexand. in l. ſi mora. in col. 6. verſicu. ſubdit. ff. ſolu. matrim. vide eundem Alex. in l. 1. colum. penul. C. de his quibus. vt indig. & per Franc. de Aret. notab. in c. cum olim. de teſtib. 5. col. & ſequen. dicit eam auream Feli. in c. 1. colum. 3. verſi. quinimo plus. de conſtit. vide eundem in c. ſi autem. de reſcrip. 2. col. prope fin. Hippol. in l. vnius §. cogniturum. in 4. col. in princip. ff. de quæſtio. vbi refert plures eam commendantes. Hanc concluſionem dicit eſſe communem Syluester in ſua ſumma, in verbo, excommunicatio, lo 7. in excommunicatione 20. verſic. ſecundò dubitatur,

Limita primò, niſi eſſet appoſitum tempus ad incurrendam pœnam in facto negatiuo; quia tunc non requiritur monitio. Ita reſtringit Fel. in c. 2. de magiſtr. col. 1. in fi. poſt Bald. & Anchar. quos refert: quam limitationem tripliciter declarat.

Secundò fallit, niſi eſſet conſtitutio ſynodalis, cõtinens id quod ius commune, imponens facto negatiuo pœnam quia tunc illa incurritur omittendo, ſine monitione. Ita tenet Fel. in d. c. 2. de magiſt. referendo Fed. de Sen. cõſ. 109. & Anton. in c. quoniam frequenter. §. ſin vero. vt lite non conteſta. quos ante eum retulit Alex. ſic reſtringendo dictam doctrinam in d. l. ſi mora. d. 6. col. qui loquitur in ſtatuto. Et vide eundem Fel. in d. c. ſi autem. in d. col. 2.

Tertiò fallit, quo ad Deum, quia quo ad ipſum, ſatis incurritur pœna, vel culpa, ſine monitione. Ita reſtringit Felin. in d. c. 2. de magiſt. poſt Abb, quem refert in duobus locis: & vide eundem Fel in d. c. ſi autem. in d. col. 2.

Quartò notabiliter limita, quando illud quod non eſt factum, non habet in ſe aliquam veriſimilem rationẽ excuſationis: quia tunc eo ipſo ꝙ quis potuit facere, & non fecit, incurritur pœna abſq; monitione. Ita limitat Feli. in d. c. 2. de magiſt. col. 2. verſ. quartò limita. poſt Abb. in locis per eum relatis.

REGVLA CCCCLXXV.

MORAE purgatio in conditionibus non admittitur: notat Bald. in l. ſi ſuper poſſeſsione. in fine. C. de tranſact. per tex. in l. Thais. §. intra. ff. de fideicommiſ. libertat. not. Iaſ. per eandem l. in l. 1. C. de inſtit. & ſubſtitu. col. 4.

Limita duobus modis, vt per eundem Iaſo. ibi, qui huic regulæ aſsignat duas rationes.

REGVLA CCCCLXXVI.

MORAE purgatio non admittitur, quando executio eſt facta à lege, vel ab homine. Text. eſt in l. ſi is cui. ff. de leg. 2. tenet Bart. in l. ſi inſulam. in 4. q. ff. de verb. oblig. vbi Iaſ. ex hac regula infert duo notabilia.

Limita hanc regulam dupliciter, vt per Iaſ. in d. l. ſi inſulam, col. 17.

REGVLA CCCCLXXVII.

MORA principalis debitoris, perpetuat obligationem fideiuſſorum. Tex. eſt in l. ſi ſeruum Stichum. §. nunc videamus, & in l. mora. ff. de verb. oblig.

Amplia vno modo, & limita dupliciter, vt per Iaſ. in dicto §. nunc videamus. col. 1.

REGVLA CCCCLXXVIII.

MVLTA requirit nouam citationẽ: not. Bar. in l. 1. in fin. princ. ff. ſi quis ius dicenti non obtem. et ibi Ang. in §. j. Anch. in c. j. de do. & contu. in 6. & Arch. in c. certum. 11. quæſtio. 3.

Limita quatuor modis, vt per Fel. in c. 1. de iud. in col. 6.

REGVLA CCCCLXXIX.

MVLIER ſi iurauit non alienare in futurum rem dotalem, & poſtea alienet cum iuramento, nihil valet alienatio iurata, propter iuramentum primum. Gloſ. eſt ſing. in c. licet mulieres. in gloſ. fin. de iureiur. lib. 6. quam tenet Bart. in l. ſi prædium. C. de iure dot. & in l. ſi quis pro eo. in tertio membro princ. ff. de fideiuſſor. & vide Alexan. in l. duobus reis. §. idem Pomponius. ff. de iureiur. vbi dicit ꝙ illa glo. in terminis ſuis eſt magis communiter approbata. Eam dicit ſingu. Iaſ. in authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vend. in col. 17. in quinta limitatione, vbi eam extendit ad minores, & ſic reſtringit d. authẽ. & allegat Doc. pro ea, licet idem Iaſ. in §. item ſi quis poſtulante aduerſario. in col. 1. in fin. Inſtit. de actio. atteſtetur, & male, quòd illa gloſ. ſolet communiter reprobari: vide eundem Iaſon. in d. §. idem Põponius. vbi ponderat & allegat contra dictam gloſſam quatuor deciſiones, in quibus valet actus contra iuramentum prius præſtitum celebratus, & tandẽ tenendo eam limitat tribus modis.

Primò, vt procedat in terminis ſuis, ſcilicet quando mulier iurauit non alienare rem dotalem, & ſic iuramentum fuit pręſtitum ſuper eo quod erat prohibitum à iure communi: quia tunc tale iuramentum quod concurrit cũ prohibitione iuris communis, bene impedit actum ſecũdum in contrarium factum, quamuis iuratum. Ita limitat Io. de Imo. in c. dilecto. de præbend. & in iſtis terminis procedit tex. in c. intellecto. de iureiur. qui ſolet allegari pro illa glo. & ita limitat Iaſ. vbi ſuprà.

Secundò limita quia regula procedit quando ille cum quo celebratur alienatio, vel actus, ſciebat talem actum fieri contra iuramentum prius præſtitum: ſecus ſi ignorabat (prout in dubio præſumitur) quia tunc valebit actus, non obſtante primo iuramento. Ita Iaſo. vbi ſuprà, referendo Imo. in l. cum vir. in pen. char. ff. de vſucap. & ante eũ Io. Fab. Inſtit. quib. alien. licet vel non, in prin. refert etiam ad hoc Alex. in conſ. 381. & vide addit. Alex. in d. §. idẽ Pomponius, qui refert aliquos pro iſta limitatione.

Tertiò limita dictam gloſ. quando iuramentum fuit præſtitum à muliere in manibus patris, vel alterius cuius intereſſe poterat: aliàs ſi non iurauit in manibus alicuius, tanquam iuramentum ſit nudũ, non impedit actum fieri. Ita limitat Bald. in d. §. idem Pomponius. vbi Iaſ. refert eundẽ Bald. alibi, & Alexan. idem firmare, quibus limitationibus ſic extenuata eſt dicta glo. nimirum ſi vera ſit.

REGVLA CCCCLXXX.

MVLIER etiam pro filio ſuo nõ admittitur in iudicio ad defendẽdum: licet filius eſſet pupillus. Caſus eſt in l. alienam. C. de procur. facit tex. in l. quia abſente. eod. titu. & io l. neq; fœminæ. ff. eod.

Limita nouem modis, vt per Iaſonem in d. l. alienam. in 1. & 2. colum.

REGVLA CCCCLXXXI.

MVLIER mortuo viro alenda eſt infra annum ab hæredibus viri, ſi non habet vnde alatur aliunde. Glo. eſt, quam communiter ibi Docto. ſequuntur in l. diuortio. in princ. in verbo, facto. ff. ſol. matr. & in l. vna. §. exactio. in verbo, redimendis. de rei vxo. actio. C.

Limita dupliciter, vt per Iaſ. in §. fuerat. in col. 6. in prin. Inſtit. de action.

REGVLA CCCCLXXXII.

MVLIER non poteſt eſſe teſtis in teſtamentis: probat tex. in l. qui teſtamẽto. §. mulier. ff. de teſta. in §. teſtes. Inſt. eod. tit. vbi Faber ponit rõnes, & in l. 17. tit. 16. part. 6.

Fallit

Fallit quatuor modis, vt per Deci. in l. fœminę. ff. de reg. iuris. num. 28. vsq; ad 35. incluſiuè: quarum tres priores deſcripſit Doctor del Caſtillo in commento leg. tertię, in parte, {liete teſtigos.} immemor Decij, vbi ſuprà.

REGVLA CCCCLXXXIII.

MVLIERES non poſſunt intereſſe ad ſtatuta cōdenda: probat tex. & ibi not. Bar. in princ. l. 1. ff. de legib. & ſic in condendis legibus, vel ſtatutis non eſt exquirēdum mulierum conſilium, propter earum fragilitatem, ſecundum Cynum, & Bal. ibi.

Limita tripliciter, ſecundum Iaſ. ibi, in col. 6.

Primò in comitiſſa, quia illa poteſt leges, ſtatuta, ſiue cō ſuetudines in ſuo territorio condere, ſiue introducere. Facit l. 4. titu. 4. parti. 3.

Secundò, niſi ex ſpeciali priuilegio mulier haberet iuriſ dictionem.

Tertiò in his quæ ad mulierum artem ſpectant: & iura quæ allegant breuitatis cauſa non tranſcribo. vide per textum.

REGVLA CCCCLXXXIIII.

MVTVS & ſurdus inſimul à natura, non poteſt teſtari, nec vltimam voluntatem condere. Regula eſt text. in l. diſcretis. C. qui teſt. facere poſſunt. vbi eam ponit Iaſ. Habes Hiſpanè tex. in l. 13. tit. 1. 6. parti.

Limita tripliciter, vt per Iaſ. ibi, in 1. & 2. col. vbi quamlibet limitationem examinat.

REGVLÆ BARTHOLOMAEI SOCINI.

De Litera. N.

REGVLA CCCXXXV.

NEGATIO rem dubiam facit. l. 1. C. de procur.

Primò fallit quando notorium eſt in contrarium, argum. l. 3. §. duæ cauſę. ff. ad Carbon.

Secundò fallit quando fit poſt concluſionem in cauſa: vt not. 3. quæſtione prima. nos. & l. Pomponius. ff. de procurat. §. rati.

Tertiò fallit quando negatur calumnioſe vt eſt glo. not. in l. poſt rem. ff. de tranſact. & in l. quidam exiſtimauerūt. ff. ſi certum pet. & vide de hac materia per Inno. in c. ſtatutum. de officio delegati.

REGVLA CCCXXXVI.

NOTARIVS ſubſcribens in inſtrumento mutui verbum numerauit, ſi non viderit pecuniam numerari, punitur de falſo, ſi probatur quòd nulla pecunia fuerit numerata.

Primò fallit niſi cōſuetudo & ſtylus notariorum illius, loci eſſet apponere verbum numerauit, quādo partes con ſitentur, licet pecunia non fuerit numerata: quia tunc con ſuetudo excuſat notarium. Bald. in cap. 1. in 2. col. de feud. cogni & in l. 1. C. de confeſ. circa fin.

Secundò fallit quando notarius atteſtatur in inſtrumento ſe vidiſſe pecuniam actualiter numeratam antequam eſſet rogatus. ita Bald. in l. ex his verbis. C. de teſtamen. milit.

Tertiò fallit quando notarius fuit rogatus, vt conficeret inſtrumentum de conſilio ſapientis. ita in ſimili notat Bal. in l. capatorias. in 2. col. C. de teſtam. milit.

Quartò fallit quando notarius in inſtrumento dicat, ꝙ talis fuit confeſſus habuiſſe & recepiſſe cētum à Titio dante & numerante: quia iſta verba cenſentur verba confeſſionis partium. ita concludit Bal. in l. 1. in 8. col. C. de confeſ. idem Bald. in l. ſi ex pretio. C. eod. tit. & in l. ſi ex cautione. C. de non numer. pecu.

REGVLÆ IOANNIS BERNARDI DIAZ.

De Litera. N.

REGVLA CCCCLXXXV.

NEGANS de mendacio cōuictus, ſæpè primatur iure ſuo. Probatur iſta regula per tex. in l. fin. ff. de rei vend. cui conſonat lex 3. tit. 3. part. 3. & dicta per Abbatem in c. ceterū. de iud. pen. col. poſt Inn. & per Iaſ. in §. omniū. col. 3. de acti. Inſtit. vbi inter alia refert notabile dictū Ang. ꝙ ſi emphyteuta negat rem eſſe emphyteuticā, & de mendacio cōuincitur, priuatur iure ſuo.

Limi. quinq; modis, vt ꝑ Fel. in d. c. ceterū. pe. col. de iu.

REGVLA CCCCLXXXVI.

NEGATIO reddit rē dubiā. l. 3. C. quib' ad liber. procla. non licet. gloſſ. in c. 1. de offic. deleg. lib. 6. gloſſ. magna in medio gloſſ. 1. in cap. veniens. de renuntiant.

Limita hanc concluſionem quatuor modis, vt per Fel. in c. coram. col. 3. de offic. deleg.

REGVLA CCCCLXXXVII.

NEgatio quando præcedit verbū poteſt, inducit neceſſitatē præciſam, & priuat potentiam: vt eſt glo. ordin. in c. 1. de reg. iur. in 6. tenet Bart. in l. de his. ff. de tranſac. Bald. in l. 1. qui admit. in penul. col. & ponit hanc concluſionem Iaſ. allegando illam gloſ. in l. 1. in princ. ff. de verb. oblig.

Limita primò, quando talis negatio poneretur ab eo, qui non habet poteſtatem priuandi potentiam.

Secundò, qñ reſultaret abſurdus intellectus. Ponit has limitationes Iaſ. in l. Gallus. in prin. col. 5. ff. de lib. & poſthu. quem vide prius notabiliter in col. antece. pro ipſa regula.

REGVLA CCCCLXXXVIII.

NEgatiua fundās ſe agendo, ſiue excipiēdo, tenetur illā probare. Bar. in l. in illa ſtipulatione. ff. de verb. obl. poſt Inno. in c. ſuper his, de accuſat. & ita communiter tenetur ſecundū Alex. in d. l. qui allegat multas concordantias: & ſequitur Iaſ. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. col. 2.

Limita quinq; modis, vt per Iaſ. in d. l. in illa 5. col. cum duabus ſequen. quem vide in d. 5. col. allegantē plures text. & in eis Bart. & alios pro ipſa regula princip.

REGVLA CCCCLXXXIX.

NIHIL additum tale, facit rem delinere eſſe talem. Exemplum eſt in homine, quia licet ab infantia creſcat, & augeatur, ſemper eſt idem homo: & in grege, in populo, & ſimilibus.

Iſtam regulam deſcribit, declarat, et ſeptē modis limitat Alber. Brun. in tract. de augmento & dimin. monetarum. fol. 7. col. 3. verſ. quarta concluſio. cum quatuor ſeq. col.

REGVLA CCCCXC.

NOMEN delinquentis deſignandū eſt, vt certi hominis factum arguatur: probat tex. ex quo ibi notant Baldus & Floria. in lege, licet. §. poſſumus. ff. nautę, caupon. ſtabu.

Limita tripliciter, vt per Felin. in c. auditis. col. 15. num. 27. ad fin. de præſcript.

Primò, niſi probetur per teſtes, ꝙ aliquis qui eſt captus commiſit maleficium, licet ignoretur eius nomen.

Secundò limita, quando accuſatus, quamuis non ſit præſens, habet notabile ſignum, in quo errari non poteſt.

Tertiò limita, niſi agatur actione, quod metus cauſa, ad recuperandam rem, & probaretur de violentia illata à pluribus: vet de nocte, quia licet nomina vim inferentium ignorentur, obtinebit.

REGVLA CCCCXCI.

NOMINATIS contractibus, etiam re integra, non eſt locus pœnitentię, vt reſoluatur cōtractus, ſed bene debet agi vt impleatur: vt in l. ſicut. C. de actionib. & oblig. & in l. commodato. §. ſicut. ff. commoda. iuncta l. in ciuilem. C. de rei vend.

Amplia dupliciter, & limita tribus modis, vt per Iaſ. in l. ſi pecuniam, in 5. & 6. col. ff. de cond. ob cauſ.

REGVLA CCCCXCII.

NOTARIVS, ſi in inſtrumento mutui apponat verbũ numerauit, & probetur ꝙ tempore celebrati contractus nulla pecunia fuit numerata, poteſt puniri de falſo, nec poteſt aliquo modo excuſari. Bart. notab. in l. ſingularia. colum. 7. ff. ſi certum pet. quæ doctrina eſt communis ſecundum Dec. ibi, fin. col. & totus mundus eum ſequitur ſecundum Iaſ. ibi, col. 17. num. 48. contra eundem poſt Iaco. in l. prædia. ff. de acquir. poſſ.

Amplia vno modo, & limita quadrupliciter, vt per Iaſ. vbi ſuprà. Ampliatio eſt, quod doctrina Bar. nedum procedit quando nulla apparuit pecunia, ſed etiam quando apparuit, in burſa tamen, vel in ſacculo, non tamen numerata fuit. Bart. ſingul. rubr. C. de fide inſtru. 4. colũ. quod alibi in ſpecie Iaſ. dicit, vbi ſuprà non legiſſe.

Limita primò ſingulariter, niſi conſuetudo, & ſtylus notariorum eſſet apponere verbum numerauit, quando partes confitentur, licet pecunia nõ fuerit numerata: quia talis conſuetudo excuſaret: & refert aliàs defendiſſe ita notarium Placentinum à falſo. Allegat Bald. in tribus locis: & confirmat hanc limitationem optimè.

Secundò limita hanc regulam, vt non procedat quãdo notarius atteſtatur in inſtrumẽto, ꝙ vidit in præſentia ſua pecuniam actualiter numerari, antequam eſſet rogatus à partibus de confectione inſtrumenti: quia tunc tanquam priuatus vidit, non tanquam notarius, & ideo non poteſt de falſo puniri. Verba ſunt ſingularia Bal. in l. ex his verbis 2. col. de teſtam. milit. vbi refert iſtam doctrinam eſſe Innoc. in c. quoniam contra. de probat.

Tertiò limita hanc regulam non procedere, quando notarius fuit rogatus conficere inſtrumentum de conſilio ſapientis, quia tunc excuſatur. Bal. in ſimilibus terminis l. captatorias. de teſtam. milit. C.

Quartò limita, & vltimò non procedere, quando notarius in inſtrumento mutui diceret, ꝙ Titius fuit confeſſus accepiſſe & habuiſſe centum à Sempronio dante, & numerante: quia tunc licet probetur quòd nulla numeratio fuerit, tamen notarius non poſſet puniri de falſo, quia iſta verba cenſentur verba confeſſionis partium. Notat. Bald. in l. 1. circa 8. colum. C. de confeſſis. & alibi, vt per Iaſo. vbi ſuprà.

REGVLA CCCCXCIII.

NOTARIVS, ſi nõ commiſit falſum, ſed aliter deliquit, ex quo eſt effectus infamis, valebunt inſtrumẽta confecta per eum. ita Barto. in l. 3. ff. ad l. Iul. repetun. Sequitur Abb. & Ancha. in c. fraternitatis, de hære.

Limita quatuor modis, vt per Fel. in d. cap. fraternitatis col. 2. verſic. fallit ſecundò.

REGVLA CCCCXCIIII.

NOTARIVS qui commiſit falſum, perdit poteſtatem conficiendi inſtrumenta: tenet Inno. in c. fraternitatis, de hære. probatur in l. ſi aliqui. C. de ſuſcept. & arca. lib. 10. not. gl. in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. ff. de eden.

Amplia etiam inſtrumenta ad pias cauſas: tenet Bald. & Imol. in l. in fraude. §. ſi quis. ff. de teſta. milit.

Limita decem modis, vt per Feli. in d. c. fraternitatis. de hereti. 2. & 3. col. vbi etiam refert & ſequitur ſupraſcriptã ampliationem: & vide Iaſo. in l. Barbarius. in col. antepen. ff. de offic. præto. vbi ponit quinq; limitationes, & ponit regulam in notario condemnato de falſo.

REGVLA CCCCXCV.

NOTITIA vndecunq; ſufficit, quando non præiudicat iuri parti, nec arctatis cui fit intimatio, aliàs debet fieri cum ſolenniitate, de qua in Cle. cauſa, de elect. Hanc concluſionem colligit Fel. in c. cum cõtingat, col. 5. de reſcrip.

Limita dupliciter, vt per eum ibi.

REGVLA CCCCXCVI.

NOTORII ratione iudex aliàs incompetens, non fit competens. Iſtam regulam ponit Felin. pro qua ponderat text. ibi, in c. 21 ſi clerici. in 2. col. de iud.

Limita dupliciter, vt per eundem Felin. ibi.

REGVLA CCCCXCVII.

NOTORIVM licet releuet ab onere probandi, ſecus tamen ab onere proponẽdi. Ita gloſ. ſingularis in Clem. appellanti. de appella. facit text. in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Pollioni. ff. de adult. Felin. & Doct. poſt gl. in c. ſuper literis. de reſcript. Abb. & ſcribentes poſt glo. in c. ſi duobus. de appel. Scriben. poſt gloſ. in c. veniens. de appel.

Limita iſtam regulam ſeptem modis, vt per Fel. in c. cũ ordinem, col. 8. de reſcript.

REGVLA CCCCXCVIII.

NVLLITATI ſententiæ poteſt quis pacto renuntiare, & ſic ſe aſtringere, vt de ea non poſſit agere vel excipere. Ita notat Ang. in repet. §. qui prouocauit. in l. tale pactum. ff. de pact. in col. 16. verſic. iuxta prædicta quæro. & conſuluit idem in conſi. 197. incipien. A, & B, facit text. & glo. in l. ſi creditorib. C. de ſeruo pign. dat. manu. facit quod notat Bart. in l. properandũ. 1. col. in fin. C. de iudi. & Imo. in c. pen. in col. fin. in prin. de iudicijs.

Limita in quatuor caſibus, vt per Philip. in c. dilecto. de appella. in col. 32. in quæſt. 50.

REGVLÆ BARTHOLOMAEI SOCINI.

De Littera O.

REGVLA CCCXXXVII.

OBLIGATIO perſonalis vniuerſalem nõ ſingularem fundi ſucceſſorẽ ſequitur: vt l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Treb. cum ſimili.

Primò fallit in poſſeſſore rei feudalis, vt poſſit compelli ad præſtandum iuramentum fidelitatis quaſi quodammodo ſit ius reale. ita tenet Ang. in d. l. 1. in §. ſi hæres. ff. ad Treb. alleg. l. omnes. §. fin. cum glo. in verbo, ciuem. ff. vſuf. quemadmo. caue. ſed Io. de Imol. & Lu. de Ro. in d. §. ſi hæres, dicunt quod nec ille text. nec etiam glo. hoc dicit: quia illa gloſ. loquitur in hęrede ſeu ſucceſſore vniuerſali de quo non eſt dubiũ vt habetur per Cyn. in l. 1. C. de noua. & ponit Iacob. & alij in l. 2. ff. ſolut. matr. Barto. in l. debitorem. C. de pactis. & in c. dilecti. de maio. & obedientia.

Secundò fallit in caſu l. pe. ſecundum Ange. ibi. ff. de acquirenda hęredit.

Tertiò fallit in ſubſidium: vt in l. 1. §. ſi is qui. ff. ad Trebel. & plenè not. gloſſ. in eadem l. in §. ſi. in gloſſ. magna. & de materia vide plenè per Ang. in l. ſi debitori. per illum tex. C. ſi aduer. cre. etiam per Bald. in l. 1. C. communia de leg. in verbo, not. hic de dictione ſuper. vbi ſingu. dicit ꝙ ſi ſtatutum diſponat quod in cauſis vertentibus ſuper inſtrumentis procedatur omni modo, non habebit locum ſi agatur non contra debitorem, ſed contra tertium poſſeſſorem per d. §. ſi hæres. quod dictum ſequitur etiam Pet. de Anch. in repet. c. canonum ſtatuta. de conſtit. in ver. cõtra iſtam extenſionem, &c. quod perpetuo tene menti. prò quo bene facit quod voluit Ioan. de Imo. in l. ſi. in pe. char. in ver. aduerte tamen inquantum dixi. ff. à quibus ap. non licet. & faciunt no. per Bal. in repet. l. creditores. in 3. queſt. principali. in ver. item dubitatur quia de ſucceſſione vniuerſali. C. de pigno.

REGVLA CCCXXXVIII.

OBLIGATIO facti non obligat quem præciſè ad factũ, ſed ſoluendo intereſſe liberatur. l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verbo. oblig. & in l. ſi quis ab alio. ff. de re iudicata.

Primò

Primò fallit quando obligatio ad factum inducitur à lege præter propositum principale eius, qui obligatur: quia tunc potest præcisè compelli ad factum. l. si cum exceptione. §. sed & si quis. & ibi Bar. ff. quod metus causa. & idem Bart. in l. 1. §. 1. ff. de no. ope. nun.

Secundò fallit vbi quis obligatur ad factum ex dispositione testatoris: quia tunc præcisè tenetur, nec soluendo interesse liberatur. l. fideicommissa. §. fin. ff. de legatis tertio, & ibi Bart.

Tertiò fallit quando est tale factũ, quod de facili potest expediri, quia tunc præcisè compellitur ad factum: vt per Io. And. in addi. Spec. in titu. de rebus eccle. non alie.

REGVLA CCCXXXIX.

OBLIGATIO ad interesse, & sic ad pecuniam, dicitur diuidua: & ideo ad quemlibet ex hæredibus promissoris agi debet pro portione hæreditaria: Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig.

Primò fallit quando interesse petitur iure actionis & obligationis: vt per Bar. in l. 2. §. ex his. ff. de verb. obl. secùs autem quando interesse veniret accessoriè per officium iudicis necessarium: quia tunc censeretur in diuiduum, vt per Bart. in dicto loco.

Secundò fallit quando ageretur ad interesse ratione moræ commissæ, secus si ratione doli in faciendo circa speciẽ restituendam: quia tunc cõpetit actio insolidum in quemlibet committentem dolum l. 1. §. si apud duos. & l. si duo. §. si lancem. ff. depositi.

REGVLA CCCXL.

OBLIGATIO personalis & instantia cõtra successorem non transeunt. l. 1. C. si cert. peta. & not. in c. quia verò. extrà, de iudi.

Primò fallit in casu d. c. quia. extrà, de iudi. in quo transit in odium succedentis scienter in vitium: vt ibi not.

Secundò fallit quando esset inchoata cũ filio: quia transit ad patrem ex quo succedit in bonis: vt l. si tam ex contractibus. ff. de iud. ex eo quia hodie pater succedit vt hæres. vt in authen. de hære. quæ ab intesta. §. si autem.

Tertiò fallit quando fuisset inchoata cum defuncto sub nomine dignitatis vel administrationis: cum tunc transeat in successorem in dignitate vel administratione secus autẽ si non sub nomine dignitatis sed procuratorio, secundum Imo. in d. c. quia. & ibi circa hoc dic vt habetur in c. 2. vt lite pendente. in 6.

Quartò fallit quãdo fuisset inchoata cum procuratore: quia tunc transit: vt in l. qui nomine. ff. de procura.

Quintò fallit quando mortuo accusatore constaret de crimine accusati per eius confessionem: quia tunc si crimen remanet impunitum, inde poterit prosequi illum impunitum & illum punire. l. quamuis. C. de adult. secũdum Inno. & Ioan. And. in d. c. quia extrà, de iud.

REGVLA CCCXLI.

OFFENDENS stipulatorem, vel eius personam repræsentans non tenetur ad interesse. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. oblig. & l. cum pœna. ff. de arbi.

Amplia etiam si non offendatur repræsentans stipulatorem, sed etiam extraneus expressus in stipulatione: quia & tunc non attenditur interesse: vt in l. stipulatio ista. §. alteri. de verb. oblig.

Primò fallit quando stipulator est stipulatus pœnam si bi quando non daretur illi tertio: quia tunc committitur pœna, dato quod omnino interfit dari illi tertio, vt in d. §. alteri. vt probatur in l. arbiter intra certum, & ibi Bart. & Bal. ff. de arbi. & Bart. in l. 1. ff. de iu. fis.

Secundò fallit quando pœna fuit apposita nudo pacto iuxta contractũ quia tunc nõ potest agere ad pœnam nisi sua interesset. l. ege, seruus, ea. l. ff. de ser. exportandis.

Tertiò fallit in pœnis iudicialibus vel prætorijs, in quibus consideratur an intersit, aliàs peti non possent: vt probatur in l. 2. & ibi Ang. ff. si quis in ius voca. non ierit. & gloss. in §. alteri. in verbo, ci. Institut. de inuti. stipulat. & Bald. in lege, & si post tres. ff. si quis caution.

Quartò fallit quando pœna est adiecta stipulationi accessoriè, non autẽ principaliter, vt in stipu. de iudi. sibi sub pœna, &c. quia talis non potest committi nisi intersit. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. intelligendo vt per Bart. in l. qui eum. ff. eodem tit. & ita voluerunt Rapha. & Fulg. in l. fina. ff. si quis caution.

Quintò fallit nisi petitio pœnæ fundetur super aliqua causa finali: quoniam si in illa causa non vertitur interesse partis, nulla potest committi pœna. ita nouiter limitat Pe. de Ancha. in consilio. 66. quod consilio. incip. pro clariori decisione.

Sextò fallit in curia mercatorũ vbi non potest peti pœna vltra quàm realiter & effectualiter intersit: ut per Ang. in consil. 219. incip. arbitra. d. Pet. nam & Aret. §. Cato, in 1. col. de verb. oblig.

REGVLA CCCXLII.

OFFICIALIS dum est in officio cum subditis contrahere non potest. l. non licet. ff. de contrahenda emptio. & l. 1. C. de contracti. iudi.

Primò fallit quando contraheret non per se sed per vniuersitatem, cui præest. l. Cains. ff. de vsu.

Secundò fallit quia in loco originis potest contrahere: vt in l. præsidis. ff. si certum petatur. secundum vnam lecturam.

Tertiò fallit cum contraheret cum nõ subditis: vt not. in d. l. præsidis.

Quartò fallit quia causa necessitatis potest contrahere: vt d. l. vnica. C. de contra. iudi. &c.

Quintò fallit quia palam & publicè potest contrahere. glo. in d. l. non licet. de contrahen. empt. licet Ricar. teneat contrarium.

Sextò fallit quando conceditur à rege vel à principe vt possit contrahere. vt d. l. licet. & d. l. 1. C. de contra. iudi.

Septimò fallit quando esset officialis perpetuus. vt d. l. presidis. si certum peta.

REGVLÆ IOANNIS BERNARDI DIAZ.

De litera O.

REGVLA CCCCXCIX.

OBLATIONES non tenẽtur facere Christiani ex præcepto, nec ex debito in dominicis diebus, vel festiuis in ecclesijs parochialibus, nec in alijs. Ita concludit S. Thomas 2. 2. in quest. 86. in art. 1. quẽ refert & sequitur Calcaneus in cons. 57. in col. pen. in fi. de quo per Ioã. Andr. & Car. Flor. in rubr. de paroch. & vide l. 3. & 4. tit. 20. par. 2.

Limita in quatuor casibus, vt per sanctum Thom. vbi suprà, quos remissiuè sequitur Calcan. in loco iam alleg. & ponit Abb. in d. rubr. de paroch. & Syluest. in verb. decimæ. §. 2. quæritur.

REGVLA D.

OBLIGATIO vel onus augetur, aucta re: ex qua vel propter quam, aliquid debetur. Probatur ista regula in l. & si contra. ff. de vulg. & pupil. notatur in l. paterfa. §. duobus. ff. ad l. Falcid. descripsit eam, corroborat & limitat sex modis Alber. Brun. in tract. de augmen. & dimi. mone. fol. 14. col. 1. cum duabus sequen. versic. decimatertia conclusio.

REGVLA DI.

OBLIGATIO est mater actionis. gl. est Institu. de actio. in princ. in verbo, actio. in medio glo.

Limita dupliciter vt per Iaso. ibi, in col. 2. versic. ista tamen conclusio.

REGVLA DII.

OBLIGATIO dandi in contractibus innominatis succedit

cedit ad intereſſe,nec eſt præciſa.Tex.in l.naturalis.§.j.de præſcript.verb.& in l.j.ad fin.ff.de rerum permut.gloſſ.in l.cum precibus.C.eodem tit.gloſſ.in l.vnica.C.de ſent.

Amplia vno modo, & limita dupliciter, vt per Iaſ.in l. ſtipulatiunes non diuiduntur.14.col.ff.de verb.oblig.

REGVLA DCII.

OBLIGATIONIS conditio non mutatur per perſonarum mutationum.Tex.in l.2.§.ex his.ff.de verborum oblig.& in l.in executione.§.pro parte.eod.titu.& in l.2. C.de fruct.& lit.expen.

Limita duobus modis, vt p Iaſ.in d.§.ex his.col.2.nu.3

REGVLA DCIII.

OBLIGATIO ad intereſſe,& ſic ad pecuniã,dicitur eſſe diuidua: & ideo contra quemlibet ex hæredibus promiſſoris agi debet pro portione hæreditaria. Text.eſt vbi notatur in l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verb.obli.

Limita dupliciter, vt per Iaſ.in d.l.ſtipulationes. col.ij. numero 7.vbi primam dicit ſingularem.

REGVLA DV.

OBLIGATIONIBVS dandi, non ſuccedit obligatio ad intereſſe,ſed obligatus tenetur preciſè dare,& ſic dominium transferre. Text.eſt, qui ad hoc ſecundum Iaſo. ibi tota die allegatur in l.fundi.§.hæc ſtipulatio.ff.de verb. oblig.tenet Bart.in l.ſtipulationes non diuiduntur. & in l. vbi autem.eod.tit.

Limita octo modis, quarum ſex limitationes ponit Iaſon in d.l.ſtipulationes non diuiduntur. col.15. & 16.alias duas ponit idem Iaſ.in d.§.hæc ſtipulatio.col.j.

REGVLA DVI.

OBLIGATIONIBVS facti,non tenetur quis præciſè ad factum,ſed ſoluendo intereſſe,liberatur. Text.eſt in l. ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verb.obli.& in l.ſi quis ab aliu.ff.de re iud.

Limita quatuor modis, vt per Ialo.in d.l.ſtipulationes. col.antepen. vbi dicit quòd alias quatuor limitationes ponit Alexand.ibi, & alias quinque Bald.in addit.ad Specul. in tit.de intereſſe.verſic.& nota quòd aut merum factum. & dicit quòd alio modo limitat Roma.in qua limitatione licet non fuerit auſus deciliuè ſe aſſirmare, refert tamen Abb.in duobus eam tenentem contra Anto.

REGVLA DVII.

OCCIDERE alium eſt licitum etiam pro rerum defenſione.gloſſ.eſt in l.vt vim.ff.de iuſt.& iur.not.Bart.in l. furem.ff. ad l. Cornel.de ſicar.hanc opinionem approbat lex noſtri regni, in ordi.reg.libr.8.titu.8.l.4. hanc etiam ſententiam tenet Ioan. Villemati in repetit.l.diuus. ad l. Cornel.de ſicar.ff.col.6.& vide Syluest.in verbo excommunicatio. la 6. in 4.notabili.verſic.nonò in eod.

Amplia tripliciter, vt per Iaſ.in dicta l.vt vim.in 5.col. verſic.in gloſ.ibi: & vide Ioan. Villemati vbi ſuprà, qui ampliat dupliciter.

Limita quatuor modis, vt per eundem Iaſ.vbi ſuprà,in col.6.quem vide pro ipſa princi. regula in dicta 5.col.vbi aliqua ponderat contra eam poſt Anan.in c.2.& in c.ſuſcepimus.de homicid. & tandem reſidet in opinione dictæ gloſſæ,quę eſt communis ſecundum eum.Sed opinionem Ioan.de Ana.in locis ſuprà allega.defendit,& ſuſtentare videtur Fortunius Garcia de Eralla, præclari ingenij, Hiſpanus Doctor nunc, & meritò vnus ex conſiliarijs Cæſaris inuictiſſimi, ac catholici regis noſtri in militarium ordinum conſilio,ac ob eius magnam iuris peritiam, prudentiam,ac virtutum copiam, quas ipſe ſum ſæpius expertus, omni honore, ac extimatione digniſſimus, in d.l.vt vim. in col.6.cum tribus ſequent. vbi etiam reſpondit fundamentis Iaſ.adductis pro communi: & vide Iaco.Boullen, in repet.§.ſamoſos.l.capitalium.ff.de pœ.fo.16.cum duobus ſequen.vbi etiam decem fundamenta confirmat opinio. Ioan.de Ana.& reſpondet ad fundamenta vrgentia pro contraria parte, & reſidet in opinione prædicta, licet dicat quòd opinio gloſſ. & Bart.eſt communis: & vide Philip.in d.l.vt vim.in col.20.& ſequen.

Occidere.vide ſuprà,animus.& in verbo, conſulens.& infra,rebannitus.

REGVLA DVIII.

OFFICIALES non poſſunt mutuare, nec alios contractus facere,durante officio eorum. Text.in l.principalibus.ff.ſi cert.petat.vbi vide per gl.concordantia iura.

Amplia hanc regulam vnico modo,et limita 10.modis notandis,& bene diſcuſſis,vt per Iaſ.in d.l. principalibus. per 3.priores col.

Officialis. vide ſuprà,dominis.

REGVLA DIX.

OFFICIO iudicis præſcribitur ſpatio triginta annorum notat glo.in lege,ſicut.C.de præſcript.30.vel 40.anno. in verbo perſequutione,& in l.querela.C.de fal.

Primò fallit,quando officium iudicis ſuccedit loco exceptionis,quia tunc eſt perpetuæ vitæ.

Secundò fallit,quando officium habet cauſam ex iure, quod in futurum ſemper inſtat.

Tertiò fallit ratione ſubiectæ materiæ, pro qua competit, quia ſecundum eam aliquando prorogatur in longius, aliquando durat breuius. Iura & alia in fauorem horum regulę & reſtrictionum ſuarum vide per Bald.in tract. reſcript.in 4. par.partis principalis. in 30.q.prin.per 2.col.

REGVLA DX.

OFFICIVM iudicis poteſt implorare, timens ab aliquo offendi, vt ipſum compellat ad præſtandam cautionẽ. Ita Bart.in l.illicitas. §.ne potentiores.ff.de offi.præſid. & in l.ſanctum.ff.de rer.diuiſ. & in l.denuntiamus. C. de his qui ad eccle.confu.& in l.qui bona.§.damni.ff.de dam.infect.& ibi Ang.Bald.in authent.habita.C.ne fil.pro pat.& in l.ſi.ff.de offi.præfect.vigi. Abb. Panor.in rub. de treug. & pace. vbi Fel.col.5.nume.10.

Limita & declara iſtam regulam 9.modis, vt per Felin. in d.rubr.num. 10.col.5.& duabus ſeq.

REGVLA DXI.

OFFICIO duplici poteſt quis fungi extra iudicium,vel in iudicio iuriſdictionis voluntariæ,vbi non eſt impedimentum iuris vel facti. Iſtam regulam tradit Felin. in c. ex literis. de probat. in 4.colum.quam ibi limitat quatuor modis.

REGVLA DXII.

ONVS non augetur aucta re, circa quam, vel in qua aliquid oneroſum verſatur, vel debetur.

Iſtam regulã tradit Alber.Brunus,cum quinque limitationibus, in alleg.tract.de augmen.& diminu.moneta. fol 13.14.& ſequent.

REGVLA DXIII.

OPEM præſtans punitur vt faciens.Glo.in clem.1. verbo,defenſauerit. de pœn. Docto.vbi allegant iura in c. 1.de offic. deleg.

Amplia tripliciter, & limita ſeptem modis, vt per Feli. ibi col.5.& ſequent.

REGVLA DXIIII.

OPINIO vltima videtur approbari,quando ſtatutum l. gloſſ. vel doctor. plures opiniones enumerat. Notat Bald. & Ange. & text. ibi in l. ſi idem cum eodem.§. fin. de iuriſdictio. omn.iud. ff. probat gloſſ. in l. qui filium. §. Sabinus.ff.ad Trebell. notat Barto. in l.ſi bona fides.ff depoſi. per illum text.

Limita tripliciter, vt per Iaſ. in d.§.ſi. quem refert deſcribendo eaſdem limitationes Ioan. de Neuiza.in ſua ſylua nuptiali. fol. 20.colum. fin. & in earum duabus vltimis copioſius allegat, quàm ipſe Iaſo. & vide eundem in eadem ſylua nupt. in ea quæ hoc anno 1524. fuit impreſſa, in fol. 116. in tertio. vbi dictis tribus limitationibus addit alias duas.

REGVLA DXV.

ORDINARIVS vnus ex duobus datis in ſimul, poteſt ſententiam interlocutoriam ferre ſine alio. Gloſſ. eſt, quæ

quæ sic communiter intelligitur secundum Alexan.ibi,in col.2.in l.si vni.ff.de re iud.voluit Bald.in l.cum magistratus.C.quan.prou.non est neces.col.fi.

Limita dupliciter secundum Alex.vbi suprà,quas limitationes transcripsit Fel. de Alex. non faciendo mentionẽ in c.causam matrimonij.de offic.deleg.in princ.

Primò,in interlocutoria habẽte vim diffinitiuę: & hæc limitatio fuit Bart.d.l.si vni.

Secundò,quia non potest talis ordinarius sine aliò citare ad audiendam sententiam diffinitiuam, vt per eos, vbi suprà.

REGVLA DXVI.

ORDINARIVS vnus ex pluribus ꝓcedere potest,quia habet insolidum iurisdictionem: tenet Bal.in l.1.ff. de offic.proconsul.Abb.in c.prudentiam. super gloss.verbo, teneatur, de offici.delega.

Limita tripliciter, vt per Felin.ibi,col.1.

REGVLA DXVII.

ORDINARIVS potest causas meri vel mixti imperij delegare ex causa infirmitatis. sicut ex causa absentiæ. Communis est conclusio Doct. in l.1.ff. de offic. eius cui man.est iuris.& ibi ita dicit cõmuniter teneri Ias.in princ. in col.pe.pro qua opinione ipse aliqua adducit, licet Fulg. ibi & Roma.aliter sentiant. Et tu Hispane poteris extendere cum ista regula l.18.tit.4.part.3,quæ quando ordinarius vocatur à rege,vel iustè abesse debet,permittit talium causarum delegationem.

Amplia dictam conclusionem,non solum si infirmitas sit propria ipsius iudicis,imo si sit filiorum vxoris, vel suorum.arg.gl.in c.communis. in verbo,suorum.23.distinct. quam gl.commendat Abb.in c.querelam.in 1.col.de procura.& Alex.in l.quęsitum.ff.de re iud. & per illam gl.motus ita in specie extendit istam regulam Iaso.in dict.l.1.in princ. col. fin.licet non referat prædictos doct. illam commendantes.

Limita quatuor modis vt per eundem Ias.vbi suprà.

REGVLÆ BARTHOLOMAEI SOCINI.

De Littera P.

REGVLA CCCXLIII.

PACTVM quòd debitor bonis cedere nõ possit, non valet, cum ad carcerem se obligare videatur, quod est contra bonos mores: vt l.alia §.eleganter.ff.solut. mat.vbi etiam per Bart.& Cyn. & Bal. in l.1.C.qui bo. ce.pos. vbi refert id qđ per Iac.de Are.consultũ fuit. facit quod habetur in authen.imo.C.de actio. & ob. vbi idem voluit Ricar.Mal.

Primò fallit quando debitor dilapidauit omnia bona. l. creditor fisci.in fin.ff.quæ in frau.cre.& pro hoc vltra Bar. facit quia ex delicto vel propter dolum in contractu commissum perdit quis beneficium,ne condẽnetur vel ne cogatur vltrà quàm facere potest.l.si rem.ff.de re iud.l.2.§.1. ff. sol.matr.

Secundò fallit quando tempore cõtractus debitor sciebat se non esse soluendo.l.pretium.ff.de iure dot.

Tertiò fallit secundum Angel.in d.§.eleganter.quando debitor vellet cedere bonis nec acceptare velit inducias quinquennales: vt l.fi.cum ibi not.ff.qui bo.ce.pos.

Quartò fallit secundum ipsum quando acceptauit inducias quinquennales: quia tacitè videtur renuntiasse facultati cedendi bonis vt ibi per glos.

Quintò fallit secundum Imo.in d.§.eleganter. quando statutum prohiberet cessionem bono.& hoc voluit Bart. per plures rationes in l.Titio.§.2.de condi.& demon.

Sextò fallit quando debitor pręcisè tenetur ad factum: quia tunc potest cedere bonis, per Cyn.in 1.q.C.qui bo. ced. poss.

Septimò fallit quando debitor negat debitum: quia ad hoc vt possit cedere bonis requiritur quòd confiteatur à princ. aut quod negans conueniatur & condẽnetur, vt est text. in l. fi. ff. de ces. bo. vel est postfacto confiteatur vel neget:& hoc est quod subtiliter sensit Bald.in d.l.1.C. qui bo.cede. pos. quia multũ facit quod negans maritum perdit beneficium de quo in l.maritum. sol. matr. & est text. in l.sed hoc ita.§.fi.de re iud.

Octauò fallit quando persona est affecta, non respectu alicuius præstationis,sed officij: quia tũc cessio bonorum nihil sibi prodest.l.si quis vniuersale.C.de epi.& cle. secundum Bald.ibi in fin.

Nonò fallit, quòd sicut in foro pœnitentiali non habet locum beneficium in condemna. vt exigatur vltrà quàm facere possit,& secùs sit in contentioso vt est glo.not.in c.cum tu.in vers.facultatibus.extrà,de vsu.& ibi Abb.Sicul. ita videtur quod bonis cedere nõ possit sed dubium facit: nam facilius denegatur primum tanquam beneficium specialius.ar.l.eius militis.§. militia mis.ff.de mili.test.sed non videtur debere consequi dictum beneficium post cessionem ne cõdemnetur vltrà quàm facere potest: licet secus in contentioso:vt est glo.not.in d.c.cum tu.vers. facultatibus.extrà,de vsu.& ibi Abb. & ita dicit videtur quod non possit cedere bonis,iuxta l.qui bonis,& l.1.ff.de ces.bo.& hoc casu loquitur glos.& Abb.in d.c.

Decimò fallit nam non potest quis cedere bonis in præiudicium reip. vt l.nemo cedere.C.de exact.trib. lib.10.

Vndecimò fallit quando quis est obligatus ex instrumento guarentigiæ,quod habeat executionem paratam, contra quam guarentigiam possit opponi exceptio cessionis bonorum: nam per huiusmodi cessionem bonorum debitor non liberatur: vt d.l.1.C.qui bo. ced. pos.& ita dicit Ang.in l.nemo carceratus.C.de exac.lib.10.in sua repetitione,sed diceret aliquis quod Bal.in d.l.1.tenet cõtrariũ, dum dicit q̄ stante statuto q̄ instrumentum guarentigiatum mandetur executioni per carcerem,vel aliam iustitię viã,quæ placuerit creditori, potest cedere bonis: per not. in d.l.fi.§.in computatione.C.de iure deli.quia non potest videri beneficium sublatũ cessioni:sed dicas quod Bald.& Ang.in diuersis casibus loquunt̃ in terminis.nec ob.Ang. & Bar.nec gl.nec Ang.in apostil.in d.§.in cõputatione.vbi tenet q̄ stante statuto q̄ instrum. confessionatum habeat executionem contra debitorẽ & eius bona,intelligitur nisi hæres fecerit inuentarium. & sic statutum recipit interpretationem à iure communi.l.2.C. de noxa. cum si. nam eadem ratione videtur interpretandum,nisi cedendo bonis:quia exceptio cessionis permissa à statuto in terminis simpliciter,confirmat regulam statuti in non exceptuatis. l.nam qui.ff.de penu.leg. & si statutum remouet vniuersaliter omnem aliam exceptionem,& cessionis bonorum, quod facere potest: vt dixi suprà in 5.fallen.cum per huiusmodi factum suum deludat creditorem & statutariam dispositionem. dictum vero Baldi non præsupponit statutũ recipere aliquam exceptionem quæ habeat confirmare regulam in nõ exceptuatis. & ratio vero dicitur in terminis suis: licet Paul. de Cast.in d.§.eleganter improbauerit Bald.contra quem dicit vidisse Florentiæ seruari, & quòd ibi omnes fauent dicto Bal. sed parcat mihi reuerẽtia sua, malè dicit & non aduertit ad ea, quę dixit: & ideo tene menti: quia faciet tibi magnum honorem.

Duodecimò fallit si maritus est conuentus de dote constante matrimonio:quia non potest cedere bonis.sicut nõ habens beneficium ne condẽnetur vltrà quàm facere possit. & sic etiam dicto casu receditur à quibusdam alijs regulis, per ea quæ dixi in d.§.eleganter. & in d.l. si constante, per alios. nam dicto casu nõ potest facere mulier eum incarcerari eo non existente soluendo.facit tex.in l.si cum dotem:

dotem.§.si autem in sæuissimo per doct.in d.vers.d.l.constante.& sic cessat ratio propter quam fuit inuentum beneficium cessionis bonorum, causa euitandi carceres. C. qui bo.ce.poss.l.1.

Tertiodecimò fallit quando non vult præstare cautionem, quod si ad pinguiorem fortunam peruenerit, satisfaciat insolidum, aliàs quatenus facere poterit: imo debet de vltima causa cautionem offerre.l.vnica.§.cum autem. de rei vend.vbi tex.in fi.loquitur conditionaliter per ablatiuum absolutum, per quem tex.etiam solenniter limita.l.maritus.& l.si miles.ff.solu.matr.nam si vult gaudere illo beneficio: debet cautionem præstare, & vltra etiam offerre & quod præstare deberet & etiam cautionem: vt voluit Rapha. Cumanus in dicta lege, maritus.

Quartodecimò fallit secundum quosdam quando non confecit inuẽtarium: quia præsumitur eum esse malignũ, & sic esse in dolo.vt in authen.de here.& Fal.§.sancimus. col.1.ideo non potest cedere bonis vt suprà, in prima et secunda fallent. Tu autem super hoc casu diligenter aduerte, quia si facit inuentarium, propter tale inuentarium nõ potest personaliter capi, vt tenet Bal.& moder.in l.fi.in §. in computatione. de iu.de l.ergo tunc non est opus beneficio cessionis bonorum, ne propter non confectũ inuentarium videatur & dicatur adeo delinquere, quod perdat beneficii cessionis per d.l.1.quæ indistinctè loquitur & lex ponit remedium & beneficium ad euitandum seruitutem carceris. & vlterius potes imaginari plures alios casus, in quibus quis nõ potest cedere bonis, videlicet in omnibus, in quibus non potest quis personaliter capi & incarcerari: quia tunc cessat ratio inductiua facultatis cedẽdi: vt d.l.1. C.qui bo.ce.pos.& dicta locum habent in clerico qui regulariter cedere potest. vt in c.dominus.extrà, de sol. & habet beneficium. ne exigatur vltrà quàm facere potest: vt est gl.in l.miles.in princ.ff.de re iud. & etiam ecclesia quæ similiter bonis cedere potest, vt solet allegari tex. fin.in authen.vt determinatus sit numerus clericorum.in §. cũ vero demonstrabiles. in 1.col. ibi secundum Adria. omnem infelicissimam causam, &c. Ex quibus etiam dico quod sicut in duabus primis fall.Bar.potest renuntiari per pactionem beneficio cessionis bonorum, eadẽ ratione & in aliis fallatiis prædictis, sicut est in eisdem: sicut etiam dicimus valere pactum, vt creditor possit capere debitorem propria autoritate, iuxta ibi notata, hoc accommodari potest ad antedictas fallentias, & idem sequitur eadem ratione, vt valeat pactum quod obliget ad crimen publicum vel priuatum, secundum l.5.ff.de adul.& facit, quia hæc pacta dictis calibus concordant iuri communi.l.legitima. C. de pact.cum ibi nor.per glos.& doct.& in habentibus symbolum facilis est transitus.l.in rem.§.item perforationem ff.de rei ven.& l.sed cum paruo.ff.de bon.poss.& quia cõstat ratione quod non est contra bonos mores.

REGVLA CCCXLIIII.

PACTVM de hæreditate certo modo disponenda vel diuidenda non valet.l.fi.C.de pact.& l.quidam de iure.§. fi.ff.de dona.

Primò fallit si interueniret consensus illius, de cuius hæreditate agitur & in eo perseueret vsque ad mortem, per dictam l.fi.C.de pact.

Secundò fallit quotiescunque fit pactum super hæreditate incerti hominis: vt probatur in l.3.ff.pro socio.

Tertiò fallit quotiescunque tale pactum fieret in consequentiam alterius contractus liciti præcedentis: vt est casus in l.si seruum. in prin.de act.empt.

Quartò fallit vbi fieret pactum ad liberãdum paciscentem, putà quia filius daret certum quid creditoribus hoc pacto quod ipsum non molestent si contingat eum succedere patri.l.& suum, §.filius.ff.de pact.

Quintò fallit vbi hæreditas veniret accessoriè: vt quia in hæreditate vendita contineatur substitutio pupillaris. l.2.§.illud, in verbo, maximè.ff.de hære.vel actio.vendita.

Sextò fallit in patre emancipante filium, & accipiente aliquid in præmium emancipationis.l.1.§.si vel parens.ff. si quis à parente fuerit emanumissus.

Septimò fallit in filio spurio, vel naturaliter legitimato: quia tempore quo legitimatur, potest facere pactum de non succedendo patri: vt per Bartol. in l. quæ filium.ff.de adoptio. sequitur Roma. in l. qui superstitis. de acquiren. hæreditate.

Octauò fallit quando filius paciscens accepisset tãtum à patre, quantum ascendebat sua legitima: quo casu valet pactum, secũdum alium intellectum per d. §. si vel parẽs. & per Bald.& Ang.in l. stipulatio hoc cum modo concepta.de verb.oblig.& per Bart.& Bald.in l.fi.C. de pac.cõtrarium tamen tenuit idem Bal.in l.pactum.C.de colla.

REGVLA CCCXLV.

PACTVM factum de hæreditate perdenda non valet.l.fi. de suis & legitimis.& l.pactũ.C.de colla. & c.quamuis. de pact.in 6.l.si quando.C.de inoffic.testam.& ibi ponitur ratio, sed non generalis: quia in filiis tantũm. aliam ponit Bart. in l.stipulatio hoc modo. de verb. obli. Sed contra eam facit tex. in l.t.C.de pact. aliam ponit Bald.in l.pacta quę contra.cod.titu. Aliam ponit Bal.in l.quamuis.C. de fideicom.

Primò fallit quando habet admixtum delictum: vt in l. 1.§.si vel parens.ff.si quis à part.fue. ma.secundum vnum intellectum.

Secundò fallit quando recipit suum debitum ab illo qui renuntiat: vt in d. §. si vel parens. secundum alium intellectum.

Tertiò fallit quando pater paciscitur de non succedendo filio, quia potest, quia non est contra sed præter ius naturale: vt dicit Bald.in d.l.quãmuis.

Quartò fallit secundũ Ang.in repeti. sua d.l. stipulatio. quando pactum non est inter patres & filios, sed fit inter alias psonas de hereditate: quia tũc dicit quod valet prout occurrit in Esau qui remisit iura sua primogenituræ fratri suo Iac.sed hoc dictum reprobat Raph.& cõcor. Moder. in l.de quæstione.C.de pac. sed post et responderi dictæ legi, de quęst. quod ibi non erat pactũ de perdẽda possessione.

Quintò fallit quando interuenit iuramentum vt in c. quamuis. de pac.in 6.

REGVLA CCCXLVI.

PACTVM factum de succedendo cum eo, de cuius hereditate agitur non valet.l.ex eo. C. de inutilibus stipulationibus.l.fi.C.de pact.cum simi.

Primò fallit quotiescunque tale pactum esset approbatum à statuto vel consuetudine: vt per Bal.in l. cum archimedoram.C.vt in possessio. leg. de quo tamẽ per Moder. Bonon.in l.pactum.C.de collationibus.

Secundò fallit in militibus tendentibus ad bellum, inter quos valet pactum de inuicem succedendo. l. licet.C. de pactis.

Tertiò fallit vbi pactum de succedendo non tollit directò facultatem testãdi, sed reseruatur alia forma disponendi de bonis.l.quidam cum filium. de verbor. oblig. iuncta glo.magna in fi.secundum Ro.in l.stipulatio hoc modo.in 12.col.eod.titu.

Quartò fallit vbi pater, cui pactum factum est, decederet intestatus: nam tunc valet inter liberos: quia nihil refert, quomodo declaret voluntatem suam, in l. fin. C. famil. ercisc.

REGVLA CCCXLVII.

PACTVM factum per patrem filio, quod nõ possit eum exheredare propter ingratitudinem, valet.l. omnimodo. C.de inoffi.testa.

Primò fallit vbi non remitteretur ingratitudo præterita, sed futura: quia tale pactum inuitat ad delinquendum. l. cum venire.& ideo non valet.ff.de pac.dota.l. quidam decedens.ff.de admini.tuto.

Secũdò fallit in casu.l.2.C. de libertis & eorum liberis.

Tertiò

Tertiò fallit nisi remaneret incapax hęreditatis in genere, non obstante tali remissione, secũdum Imo. & Gemi. in c.2.de pact.

REGVLA CCCXLVIII.

a PATER filiam dotare tenetur. lege, filiam a. C. de dotis promissione.

ADDITIO.

a *Filiam. Adde do. Pet. Phi. Corneum in consi. 242. in litera n, in tertia parte, & Feli. in 1. c. quæ in eccles. in 25. col. statim post medium. de constitutio.*

Primò fallit si filia esset Iudęa vel hæretica quia non tenetur illam dotare. glos. est singula. in l. si vero. ff. de in rem verso.

Secundò fallit quia non tenetur dotare filiam naturalem nisi sit pauper. ita notat Bald. in l. si de iure. ff. de iure dotium.

Tertiò fallit si pater esset egenus & non posset eum dotare secundum Ludouic. in l. 1. in tertia columna, soluto matrimonio.

Quartò fallit quãdo accepit virum indignum sine consensu patris. ita not. Ludo. in d. l. 1. aliàs Bald. in l. fi. C. de do. promis.

Quintò fallit quando esset contractum cum viro sine dote: quia non tenetur illam dotare pater. Lud. in d. l. 1. & ita dicit Bar. tenuisse. Sed Bal. tenet contrarium in auth. res quæ. C. de leg.

REGVLA CCCXLIX.

PATER promittens 10. pro filia, si post ei leget, animo cõpensandi dotem promissam legare videtur. l. si quis mandati. §. cũ pater. ff. de leg. 1. cum concordan. de quibus in glo. tex. in auth. præterea. in fi. l. 3. C. vnde vir. & vxor.

Primò fallit secundum Old. Bar. Bal. & Paul. in d. §. si pater. vbicunq; in legato esset species relicta. & pro dote fuisset promissa quantitas & econtra. & ita intelligunt l. si pater pro filia. ff. de col. dot. Bal. in l. quoniam in prioribus, in penul. col. C. de inoffi. testam. & in l. si vxor. C. de bo. auth. iud. pos. idem tenet Bal. in l. Nesennius. C. de negot. gest. cũ regulariter de quantitate ad speciem non fiat cumpẽsatio: vt in l. si conuenerit. in princ. ff. de pign. act.

Secundò fallit hæc limitatio quia est contra §. si pater. & contra authẽ. præterea. in fin. vbi dicta iura non admittunt hanc distinctionem, & istam vniuersalem tenet Ioã. de Imo. in dicto §. si pater. & in dicta authen. præterea.

Tertiò fallit dicta regula nisi filia esset cum alijs hæredibus extraneis instituta, vel etiã cum fratribus, qui ex parte tantũ præcipui lucri percepissent quantũ fuit legatum: & tunc dotem præcipuã habebit, nec compensabitur cum legato, vt in institutione relicta de ipsa filia. & ita tenuit Bal. Raph. & Lud. de Roma in d. §. si pater, & allegant tex. singu. in l. fi. C. communia vtri. tamen in contrarium videtur gl. in d. l. Titia. §. qui inuita. in vers. verisimile, ibi dum glos. maximè dicit in illa implicatiua. & etiam Imo. ibi.

Quartò fallit secundum Ioã. de Imo. in d. §. pater filiæ, & in d. §. cùm pater. vbicunq; pater non dixisset filię lego pro dote sed simpliciter dixit lego. quia tunc vtrunq; debetur: vt in d. §. si pater. sed contrarium tenuit ibi Bar. & scribentes, quia obligatus ex causa necessaria à l. inducta, prout est pater, qui ex necessitate tenetur dotare filiam, videtur legare animo cõpensandi, secũdum d. auth. pręterea. & l. etiam, & l. debitor. ff. de bon. quæ lib. nam arctat patrẽ ad duo, scilicet ad cõiungendam filiam in matrimonium: & ad dandum dotẽ: vt l. qui liberos. §. fi. ff. de ritu nupt. & not. gl. reputata sing. in l. obligamur. §. lege. ff. de act. et obl. quam magis communiter sequuntur doc. Bal. in auth. res quæ. C. communia de leg. & Nic. in rub. ff. solu. matr. Bald. Imo. & Raph. in l. 1. eod. titu. Bald. in l. fin. C. quæ sen. sine cer. quan. Bal. & Ang. in l. nupta. in princ. ff. sol. matri. & per Abb. in c. 1. de adul. licet Bar. in d. authen. res quæ & in d. l. obligamur. teneat contrarium. & benę not. quia est pulchrum. Item pro hac opin. facit, quia pater simpliciter legãs videtur sine dubio pro dote legare: vt sing. dicit Bar. in l. quod autem in stipulatio. ff. de iure dot. per illum textum & probatur in l. tali. §. fin. coniuncta glo. ff. eod. tit. cũ vulgaribus. Item quia si dixit lego pro dote, perinde est ac si dixisset lego causa cõpensandi pro dote. textus est menti tenendus secundum Bald. in l. 1. C. de rei vxo. action. & hæc est communis opinio quam tenet glos. in dicto §. si pater, in verbo, eadem, & eam sequitur Dynus & Iacob. de Are. Petr. Bar. Bald. & communiter omnes ibi, & Cyn. & Bal. in l. filia. post glos. ibi C. de leg. & est de mente glos. fi. in l. cum pater. §. fi. ff. de iure dot.

Quintò fallit dicta regula vbicunq; quantitas legati nõ concurreret cum quantitate dotis: quia tunc non pręsumitur animus compensandi. & hoc tenet Pau. de Cast. in d. §. si pater in lectura Bon. alleg. l. cum centum. ff. de adim. leg. secũdum Imo. Iac. de Are. & Bar. in d. §. si pater. sed istud non videtur verum per d. auth. præterea, vbi non attenditur an fuerint quantitates relictæ pares & dispares: quod etiam tenet Bal. in l. Titia. §. inuita, de lega. 2. Bald. & Imo. in d. l. cum pater. per l. Lucius. ff. de leg. 2. Bald. & Angel. & Imo. in d. l. si pater. ff. de col. dot.

REGVLA CCCL.

PATER filium sua legitima regulariter priuare non potest: vt in l. si quando. C. de inoffi. testa. & l. quoniam in prioribus. C. eod. tit.

Primò fallit vbicunq; pater ex causa onerosa omnia sua bona promittat alteri post eius mortem: nam cum legitima eius detrahatur post æs alienũ, vt l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. testam. deductis illis bonis vt æs alienum, nihil restabit filio, et sic filius hoc casu priuabitur legitima. ita tenet Dyn. in l. hæreditaria. ff. de bo. autor. iudi. pos. sed Bar. ibi dicit non esse bonum: quia adducit pactum de nõ petendo iuxta dictum Aug. Qui vult, inquit, filium exheredare & alium instituere, ab alio quàm ab Augustino cõsilium quærat. de quo not. glos. in l. si quis ad declinandam C. de episcop. & cler. si tamẽ appareat de fraude, filius posset rescindere vendi. pro sua legitima: vt tenet Io. de Platea in §. item si quis, ad fin. Instit. de inuti. stipulat. & per Bart. in d. l. hæreditaria.

Secundò fallit quando pater institueret filium in nuda proprietate & alium in vsufructu, dummodo valor dictæ proprietatis æquiualeat legitimæ: nam tunc etiã hoc casu habebit legitimam inutilem. ita tenet Ang. in §. prohibemus. per glos. ibi in auth. de trien. & semis. adde Bar. in d. l. hęreditaria. sed iste modus cũ reuerentia doct. non est verus & contra tex. in auth. nouissima, & ibi glo. C. de inoffi. testa. vbi filius debet habere vsumfructum suę legitimæ, de quo Bart. tangit in l. vxori meæ. de vsufructu legato.

Tertiò fallit quando pater haberet in hæreditate solos seruos & eos manumitteret: nam tunc filius nihil habebit vt probatur in d. §. prohibemus. alios casus, in quibus potest filium priuare, vide per glo. not. in c. quintauallis, de iureiur. & in §. aliud quoq; in auth. vt cum de appel. cog. Adde quod in illis est casus, quo pater filijs & filiabus potest denegare alimenta. glos. & ibi hoc expresse tenet Bart. in l. si quis à liberis. §. idem iudex. de liberis agnos. & idẽ Bar. in l. si pactum. & l. fi. C. de lib. agnos. & l. diuus. ff. ad l. Pom. de patri. & idem tenet Ioã. Andr. & Petr. de Anch. in d. c. Quintauallis, de quo se remittunt ad Specu. in tit. qui filij sint legit. versicu. quod si filia, & vers. seq. dicit tamẽ Spec. in titu. præal. quod si filia vult pęnitere de peccato, vt quia luxuriosa erat, & nunc vult seruare continentiã pater debet eam alere: ar. c. ferrum. 50. distin. & hoc sequitur Bar. Io. de Imo. & do. Abb. in d. c. Quintauallis. qui plus dicit, quòd etiam pater tenetur eam dotare: quia causa dotis nõ est minùs fauorabilis quàm causa alimẽtorum: vt not. Cy. in l. non ideo. C. de administr. tutor. facit l. 1. ff. soluto mat. & faciunt not. per Bartol. in authent. expressi. C. de incest. nuptijs. vbi dicit quod pater potest relinquere filio spurio

vsque

vsq; ad quantitatem sufficientem in alimentis, & eodem modo filiæ spuriæ pro dote: quia sine dote non potest ali cui nubere, quæ omnia bene not.

REGVLA CCCLI.

PATER licet alienationem inter filios fieri prohibeat tamen vltra ipsos, nisi expressè dixerit, regulariter talis prohibitio non extenditur. glos. est repu. sing. in §. nos igitur, in auth. de resti. fideicom. & idē tenet Dyn. Ray. Bar. & Io. de Imo. in l. si tibi homo. in §. diuus Seuerus. ff. de lega. 1. Bal. & Salyc. in l. voluntas. C. de fideicom. Bal. in l. Lucius, in princip. ff. de liberis & posthumis. & Bart. in l. Lucius, in §. 1. ff. de legat. 3. & Bald. in lege, quisquis. C. ad legē Iul. maiesta. cum alijs concordantijs.

Primò fallit vbicunq; pater non prohibuisset filios sed liberos, ne alienarent, quia tūc huiusmodi prohibitio, extenderetur etiam ad nepotes & alios descendentes vt not. Cyn. in l. voluntas. C. de fideicom.

Secundò fallit quando testator non prohibuit filios, sed heredem suum quia tunc intelligitur prohibitus hæres hęredis vt probatur in l. pater. §. Iulianus. ff. de leg. 3. & l. Lucius. arg. à contrario sensu, de quo vide plene per Bar. in l. filiusfamil. §. diuus Seuerus. ff. de legatis primo. & lege Lucius. ff. de legatis secundo. & per Cynum in d. l. voluntas. C. de fideicom. & per Lud. de Rom. in l. si quis filium. ff. de acquir. hæred. & vide etiam optimum textum in §. penul. in authen. de restit. fideicom. vbi dicitur, quod licet hęres prohibeatur alienare fundū, vt in familia remaneat: dicta tamen prohibitio non extenditur ad quartum gradum, seu ad quartam generationē post testatorem: vt est casus notabilis in d. §. penul. & ibi etiam per Angelum, & tetigit Bart. in d. §. diuus Seuerus.

REGVLA CCCLII.

PATER filijs naturalibus legitimis existētibus vnam vnciam tantùm legare potest. tenet gloss. in l. cogi. in §. hi qui. ff. ad Trebel. quam glo. sequitur Lud. Rom. dicens illā esse ad hoc singulariter not. pro qua videtur casus expressus in l. t. C. de natu. lib. & idem etiam tenet glos. in l. Lucius. in princip. ff. de vulg. & pup. quæ glos. iuncto tex. probat. quòd olim de iure ff orum filius naturalis poterat in totum capere hæreditatem patris & sic vnciam licet in contrarium teneat glos. in l. Plautius. ff. de cond. & demon. quę tenet ꝙ etiā hodie pater potest eis legare duas vncias existentibus legitimis.

Primò fallit vbicūq; filius naturalis esset vulgariter substitutus in totū, tunc filio legitimo repudiante filius naturalis vulgariter substitutus poterit capere totam hæreditatem, & perinde erit si esset legitimus. Ita sing. tenet Barto. in l. is qui bonis. ff. de vul. & pupil. quem sequuntur ibi Iac. de Aret. Dyn. Bald. & Ang. & communiter omnes, & assignant rationem, quia sicut potest filius naturalis tantū nō existētibus legitimis & naturalibus capere vltra vnciā, vt in authent. licet. C. de naturalibus liberis. Ita potest filius naturalis substitutus vulgariter in totum quia tunc demū vocatur filio legitimo repudiante: quo casu perinde est ac si non extarent legitimi. ar. l. 2. §. fin. & §. si filius. ff. de bo. quæ lib. cum simil.

REGVLA CCCLIII.

a PATER ad filium [a] emancipandum regulariter compelli non potest, lege, nemo, potest. ff. de adoptionibus. Institutionibus, quibus modis patria potestas soluatur. §. filij.

ADDITIO.

a *Filium. Vide remissiones datas per Iason. May. in auth. si qua mulier. de sacrosan. eccle num 48.*

Primò fallit in quatuor casibus enumeratis ibi in glo. & in d. l. nemo potest. putà si agnouit legatum relictum filio sub conditione si emancipet eum: vt in l. si cui. ff. de cōd. & demonstr.

Secundò fallit quādo vitricus adoptat priuignum suum impuberem, & factus pubes doceat non expedire se esse in potestate patris adoptiui, vt l. nonnunquam. §. fin. cum seq. ff. de ado. quem casum gl. illius l. extēdit ad quemlibet adoptiuum.

Tertiò fallit si pater prostituit filiam, imponens ei necessitatem peccandi: vt l. si leones. C. de epi. audi.

Quartò fallit quando pater contra pietatem paternam afficit filium iniuria. l. finali. ff. si quis à paren. fuerit manū.

Quintus casus est qui non numeratur in dicta glos. vide licet quando filius promisisset aliquid patri per stipulationem nam potest tunc compellere vt ipsum emācipet per officium iudicis. vt est casus notabilis secundum doctor. in l. virum. ff. de verborum obligatio, cum similibus.

REGVLA CCCLIIII.

PATER si filio aliquid donat, illud in legitimam nō computatur, nisi dictum sit: vt in l. si quando §. generaliter. C. de inoffic. testam.

Fallit nisi pater filio simpliciter dedit. ita singulariter dixit Bartol. in l. parentes. ff. si quis à paren. fuer. man. facit illud quod ipse vult in l. cum quo. in si. ff. ad legem Fal. & in l. Titio centum. §. genero. ff. de iure dot.

REGVLA CCCLV.

PATER eo viuente legitimam filio dare non cogitur: vt in l. 1. §. si impuberes. C. de collat. bon. & not. glo. in c. Raynutius. de testam. & not. Bart. id lege post emancipa. de liberat. legata.

Primò fallit si dissiparet bona sua quia tūc cogitur filio dare legitimam eo etiam viuente. ita not. tenet Bal. in l. 2. ff. si quid in frau. pat. & in l. 1. in q. q. C. de inof. do. pro quo facit quod not. tenet Bart. in l. 1. in §. si in patris. ff. sol. mat. & in l. si cōstāte. in princ. ff. eod. vbi not. dixit quod si vxor alicuius decessit remanentibus filijs hæredibus relictis, & dos remanet apud patrem, qui dissipat omnia bona sua, q; tunc filiæ poterunt agere contra patrem, vt eorum dos nō cōsumatur, de quo habetur etiam per Bar. in l. fi. C. de sen. pas. vbi ponit an filij possint petere vt pater remoueatur ab administratione, quando pater habet malos mores & dissipat bona filiorum. vt habetur per Bald. & doctores in l. Imperator. ff. ad Trebellianum.

REGVLA CCCLVI.

PATRONO inscio nihil potest fieri in præiudium iuris patronatus. Gemi. in c. quamuis. de rescri. lib. 6. Abb. & omnes doctores in c. cum accessissent. de constitu. cum similibus.

Primò fallit nisi immineret necessitas, per quā pro vtilitate ecclesiæ episcopus moueretur ad disponendum de beneficio patroni, aliter quam eius natura exigat, quia etiā patrono inuito hoc poterit fieri. ita Abb. in d. c. cum accessissent, & ibi Felyn. adde pro hoc bene facere gl. in c. t. to. distin. quæ cōcludit quòd vbi subest iusta causa potest episcopus parochiam diuidere inuito rectore, licet sine causa non posset, per quam glo. ita determinat Abb. in c. ad audientiam. de ecclesijs ædificandis.

Secūdò fallit in patronatu ecclesiastico: quia ipsi potest præiudicari, vt per Fely. in tractatu quando literæ apostolicæ, &c. & per Rom. in consi. 361. incip. in casu propositæ consultationis.

Tertiò fallit in iure patro. quod habetur ex consuetudine vel præscriptione: quia legatus de latere potest ipsi derogare: vt per Fed. cōs. 65. incip. infrascriptæ quæstiones. idem tenet Abb. in c. dilecte. de officio deleg. & Ale. in cōsil. 75. incip. viso puncto. in 4. volu. quamuis contrarium tenuerit Io. de Imo. & Bart. in d. c. cum dilectus.

REGVLA CCCLVII.

PAVPER ad testimonium regulariter admittitur: vt est glos. in l. 3. in princi. ff. de testi. & glos. in c. si qui [a], extra. eod. titu.

ADDITIO.

a *In c. si qui. Vbi vide Felyn. in 2. col. in versic. gl. fin. ibi aliàs cum sequent.*

Primò

Primò fallit nisi esset suspectus, quia tunc debet repelli à testimonio vt in dictis glo.

Secundò fallit in causa criminali, quia tunc etiam repellitur à testimonio, sicut pauper etiam repellitur ab accusatione, vt 2. q. j. in princip. Et ita tenet Tancre. in præallegato c. si qui. & istud sequitur domi. Ant. de Butr. & cõmuniter omnes scribentes ibi. Sed domi. Abb. ibi tenet contrariũ. dicit. n. quòd non videt causam diuersitatis in hoc: nam, paupertas reddit testem suspectum, quia timetur ne fuerit corruptus per producentem. nam hæc rõ militat etiam in causa ciuili. vnde ipse dicit pauperem nõ esse admittendum ad testimonium, sed iudex secundũ qualitatem personæ & qualitatem causæ arbitrabitur quanta sit fides testi adhibenda. Et sic dñs Abb. non facit differentiam inter causam ciuilem, & criminalem, &c.

Tertio fallit cum quis incidit in paupertatem propter vitium suum, tunc etiam non est idoneus testis, secundũ Bal. in c. præalleg. si qui. quia hoc casu non solum rerum, sed etiam famæ suæ est prodigus, & videtur talis. vnde talis est expellendus à testimonio, quia qui vitiosus in se præsumitur esse, multo magis in alium vitiosus, vt l. fin. C. de sent. pas. secus autem in eo, qui incidit in paupertatẽ sine vitio suo & tunc bene fauet, quia tunc talis bene esset idoneus. & dicit etiam ipse Bal. vbi supra, quod magis est credendum pauperi virtuoso, quàm diuiti vitioso. dicit tamen ibi, quod quando pauper non est nec bonæ nec malæ famæ, tunc bene admittitur ad testimoniũ, sed minus ei creditur, quia qui deficit in fide tantum numero suppletur. Allegat glo. notabilem & menti tenendam in l. 2. §. eiusdem quoq; in princ. in verb. nunc. ff. eo. quare quando testes non sunt multum boni, quia deficiunt in fide supplet numerus, puta si quis probaret per tres aut quatuor, testes, qui non essent omnino integri, vnus testium suppleret defectum fidei, quam glo. semper tenebis menti decidendo. dicit tamen Bal. quod hæc omnia ibi remittuntur iudicis arbitrio, quia non potest dari ista discretio qñ dicatur plene probatum, sed relinquitur in iudicis arbitrio. de hoc etiam est tex. melior quam sit in iure, s. quãdo dicatur plene probatum in l. 3. § an magis scire potest. & in §. eiusdem in prin. ff. de testi. Et vltra prædicta adde ꝙ testis ad hoc vt non dicatur pauper debet habere tantum in bonis, quantum est summa negotij, de quo vertitur ipsa quæstio, vt habetur elegantissime in glo. singu. in §. si vero autem sunt in authen. de hære. & Falc. quam pro cõstanti & valde singulari alleg. egregius doct. d. Lud. Rom. in l. si constante, in princ. ff. sol. matr. quam glo. bene not. & tene menti, quia valde singularis est.

REGVLA CCCLVIII.

PECVNIA ante terminũ peti non potest, vt in c. vnico & ibi per doct. extra de plus peti.

Amplia istam regulam habere locum etiam in debito, conditionali.

Primò fallit secundum Bal. & Alex. in l. pecuniam. ff. si cer. pet. nisi conditio esset purificata pendẽte iudicio, per l. si rem §. fi. de pign. actio.

Secundò fallit etiam in fisco, cui si quid debetur in diẽ vel sub conditione, statim peti potest, & hoc procedit qñ esset necessitas rei publicæ per tex. in l. j, C. de condic. ex lege, vbi Bald. notat.

Tertiò fallit quando maritus vergit ad inopiam, l. si ad huc C. de iure dot.

Quartò fallit quãdo debitor fugit. ff. de his quę in fraud. cred. l. ait prætor. §. si debitorem.

Quintò fallit quando debitor esset suspectus, cũ tunc ab eo peti possit eo inuito ff. qui satisd. cog. l. si fideiussor §. fi. ff. iud. sol. in omnibus secundum Host. & Ioan. An. in c. vnico de plus peti.

REGVLA CCCLIX.

POENA ex delicto contra hæredem non transit, vt in l. j. C. ne ex delic. de fun.

Primò fallit nisi pœna sit imposita per legem, prout dicit gl. not. in l. si quis iniquum, §. quid autem. ff. quod quisque iuris.

Secundò fallit quando ope exceptionis irrogatur pœna delicti, vt dicit Ang. in d. §. quid autem vnde si prohibetur quis ne agat per statutũ, si tale quid non fecerit, talis exceptio transit contra hæredem ad repetitionem. ita dicit Bal. in d. §. quid autem.

Tertiò fallit quando non est mera pœna, vt puta, quia ex parte actoris est prosequutũ ad interesse, vt dicit Bart. in d. l. j. C. ne ex delictis.

Quartò fallit quando delinquens erat confessus, delictum, vt dicit Specul. in titulo, de confes. §. sequitur. versi. quod si.

Quintò fallit quando delinquens fuit confessus delictum quia passus est; nam tunc dicit Bal. eleganter in l. j. ne ex deli. ꝙ illa confessio transit in cõstitutum per tex. in l. qui numeratum. de constit. pec.

REGVLA CCCLX.

POENA l. si quis in tant. C. vnde vi. in locis, seu causis, rebusq; ecclesiarum locũ non habet, etiam si talis rigor pactionibus approbatus sit, vt est glos. & ibi communiter per doct. in c. j. extra, de dolo & contu.

Primò fallit quando prælatus ita deliquisset in re spectante ad eius mensam, cum tunc leuis sit pœna illius legis cum priuetur dominio iuris, quod habet in re in eius, vita. vt not. dicit dom. Ant. in dicto c. j. de dolo & contu. per id quod habetur in cap. si clericus. in tit. de capi. Corradi. in vsib. feud. & c. verum, extra de foro competenti, capitulo. cæterum. & capitulo. constitutus. de religion. domi. & quod locum habeat dicto. capitul. si delinquit in re spectante ad ipsius mensam vt priuetur iure quod habet in re ipsa in vita ipsorum viuentium, & delinquentium sentit dominus Nicolaus in dicto cap. j. de dulo & contumacia.

Secundò fallit quando prælatus cum capitulo ecclesiæ seu communicato consilio ita deliquisset inuadendo rẽ ipsius ecclesiæ cum tunc locum habeat pœnã, d. l. si quis in tantam, C. vnde vi. per l. jubemus. C. de sacr. san. eccles. vbi Bar. hoc idem videtur velle in d. l. quod etiam videtur tenere glo. in regula delictum in 6. & in c. j. de ordin. cognit. & Host. & Io. And. in d. c. ecclesia. & dom. Ant. in d. c. j. de do. & contu. ex eo quod tale delictum non est totaliter punibile in persona prælati, vel capituli: cum ea pęna sit priuatio dominij, quod spectat ad ecclesiam. ad hoc in d. l. iubemus. vbi hoc videtur expressum secundũ Innoc. in d. c. secundum quem hoc commune est, imo videtur casus in d. cap. 2. extra, de ord. cogn. iuncto eo quod not. ibi per glo. quæ dicit in prælato ecclesiæ non habẽte capitulũ seu collegium, per id quod notatur per glo. extra de loc. c. potuit. ad hoe etiã quod not. extra, de capel. mo. c. dilectus, d. c. j. extra, de dolo & contu. vbi latius.

REGVLA CCCLXI.

POENA legalis regulariter per iudicem minui vel mutari potest, vt in l. quid ergo in §. pęna grauior [a] ff. de his qui not. infa. & not. in c. in archiepiscopatu, de rap. & habetur in c. ad petitionem, extra, de accus.

ADDITIO.

a. *Pœna grauior. Vbi uide Bald. & Fran. Aret. in l. impuberum. C. ex quib. cau. infa. Fely. in c. qualiter & quando. in §. fi. in 3. col. circa medium vers. q. de accus.*

Primo fallit vbicunq; iudex non procederet ex denuntiatione, vel per inquisitionem, sed per accusationem. ita eleganter not. Host. in d. c. in archiepiscopatu, per l. 3. in fi. C. ne sanctum baptis. & per l. seruos in fi. C. ad leg. Iul. de vi pub. vel priua.

Secundò fallit quando probatur plenè & iure. secus si per supplementum probationum, quia est iusta causa mẽtiendi vt not. in §. si quis hominum. in prima glo. in titul. de pac.

de pac.constan.in 10.col.de quo vide per Dyn.in c. indu∫tum.de reg.iur.in 6.per Cyn.in auth.qui ∫emel.C.quo modo & quando iud.& per glo. in ca. Romana, de appell.& in d.c.ad petitionem, plenius per Alb.in opere ∫tatutorum in rubr.3.in j.parte.

REGVLA CCCLXII.

PERITO in arte ∫tatur dicit Bar. in l.j.§.j.ff.de ven. in∫pici.& in procemio ∫torum. & tenet Innoc.in c.propo∫ui∫ti. de proba.& ad hoc bonus text.in c.fi.extra de ∫ri gi.& malefi.facit lex prima, §. ∫i neque C.de veter. iure, enucleando, & quod notatur in capitul. primo, de con∫titutionibus.

Primò fallit quando in loco plures reperirentur periti, de illa arte, quia tunc oēs adhiberi debēt, vt in d.c.propo∫ui∫ti.quod procedit qñ agitur de re grauis præiudicij, quia non ita de facili percip itur per vnũ, ∫icut per plures, cum tunc plures exhibendi ∫int ∫i in loco reperiri po∫∫unt, alias ∫ufficiat vnus, & ita procedit dict. Bar.& do.Ant.& Imo. alias ∫i agatur de re parui præiudicij; in qua non requiritur magna indu∫tria, tunc ∫ufficiat vnus etiam ∫i in loco reperirentur plures, fit in d.c. quia indicante, ∫ecundum do. Innoc.in d.c.propo∫ui∫ti.

Secundò fallit qñ agitur de graui præiudicio ad damnũ alterius ita ꝙ ip∫i periti habent deponere tanquã te∫tes cũ tunc debeant e∫∫e multo plures, & ∫i nō ∫int in loco debēt reuerti ad loca vicina, ad hoc quod not.in c.præterea. de re∫titu.in integ.& ∫ecunda quæ∫t.quinta.præ∫ul.∫ecundũ vnum intellectum, ad hoc etiam quod not. extra de fide iu∫∫.c.con∫titutus. & l.∫i quando ∫ecundum Do.Nicol.d. c.propo∫ui∫ti.

Tertiò fallit quando de crimine agitur, & de re multũ ardua, vt quia ∫i agatur de vita hominis & dicatur vulnus mortale, cum tunc requiratur iudicium multorum, & ∫ic requirantur plures periti, ∫i in loco reperiantur, alias committi debet ad loca vicina pro ip∫is.in i∫tis.n. arduis∫imis, debēt e∫∫e probationes, luce clariores, maxime in hoc ca∫u, in quo periti deponunt de credulitate, & nō de ∫ciētia. ad hoc dictũ capitulũ, ꝓpo∫ui∫ti.& capitulũ, ∫ignifica∫ti.

REGVLA CCCLXIII.

PERTINENTIARVM appellatione veniunt oīa, quæ ad rem pertinent, vt dicit Ioan.de Imo.in c.cum ad ∫edem, extra de re∫titutione ∫pol.

Licet igitur appellatione pertinentiarum veniant omnia quæ pertinent ad rem de qua tractatur, ∫iue pertineāt de iure cōmuni, ∫iue cō∫uetudine, vel ∫tatuto, ∫iue ∫int corporalia, ∫iue incorporalia, & etiam veniant ∫ub nomine alicuius eccle∫iæ, vt rei, vt per Ioan.An.& Inno.de appella. cap.cum ad ∫edem.fallit tamen in quibu∫dam ca∫ibus, vt ibi per Canoni∫t.

Et primò fallit in his, quæ acqui∫ita e∫∫ent aliquo iure ∫peciali, ∫ecundũ Inno.in c.cum ad ∫edem.puta priuilegio vel ex po∫t facto, vt voluit dom.Anto.& Io. Andr. ibidem, cum talia non veniant nomine pertinentiarum vt voluit dom.Inn. ibidem, e∫to quòd in alijs voluerunt cōtrarium in hoc, per c.cum de cau∫a, extra, de cau∫a po∫∫e∫. propriet.& de his vide latius in c.cum ad ∫edem.

Secundò fallit in po∫∫e∫sionibus quæ non fuerunt a∫signatæ pro dote eccle∫iæ vel alterius rei, ∫ed ex po∫t facto, acqui∫itæ, cum non veniant ∫ub pertinentijs, ∫ed ∫unt exprimendæ, vt voluit Inn.in d.c.cum ad ∫edem. cuius dictum procedere poterit quando peteretur eccle∫ia, vel alia res cum po∫∫e∫sionibus & pertinētijs.ad hoc l. ex fac. §.j.ff. de vulg. & pupill. alias ∫i ∫impliciter fui∫∫et facta mentio de ip∫a re cum pertinentijs, & tunc veniant ∫ub verbo pertinentiarum, vt dicta l. verbum pertinere.ff. de verb.∫ign.∫ecundũ do.Ant.& Imo.in d.c.cum ad ∫edem.

Tertio fallit qñ qualitas petitoris aliud ∫uaderet, cum eius qualitas ∫it attendenda, vt voluit Inn.in d.c.cũ ad ∫edem de re∫ti.∫polia. vnde ∫i epi∫copus petat eccle∫iam cũ pertinentijs, veniunt beneficia re∫pectu iurium epi∫copalium, non re∫pectu admini∫trationis, ∫ecundum do. Nicol.in d.c.cum ad ∫edem. ad hoc quod not.ff.de v∫ur. l. plenum.§.requiri.

Quarto fallit, qñ peteret ∫impliciter eccle∫ia quoad ius epi∫copale, ∫eu ius epi∫copi in ea re cũ pertinētijs, cũ tunc in ea probationes fiant generaliter, & ∫ic inducatur ius cōmune.∫ecus ∫i probatur ∫impliciter iura epi∫copalia deberi: cum tunc veniant illa iura epi∫copalia, quę ∫unt debita de iure cōi vel eorum loco ∫ubrogata, vt per doct.in d.c. cum ad ∫edem vbi latius per eos.

REGVLA CCCLXIIII.

PETITIO hæreditatis cōtra titulo po∫sidētē nō intētat l.2.C.de petit.hæret.& ibi per doc.& maximè Pau.de Ca∫t. in l.pro hærede.& l.nec vllam.ff.de petit.hæredit.

Primò fallit qñ quis intentaret petitionē hæreditatis, & rei vend.∫imul in vno libello, quia agens probaret, ∫e dominum, vel defunctum.& tunc auocatur res à po∫sidēte ita Pau.de Ca∫t.in l.2.de petit.hæreditat.

Secundo fallit qñ titulus fui∫∫et acqui∫itus po∫t mortē defuncti, quia talis titulus non ob∫taret agenti petitio.hęredit.∫ecus ∫i e∫∫et acqui∫itus ante mortem defuncti. Bal. in l.fi.C.de edicto diui Adr.toll.& l.j.C.∫i iud.no.po∫.fac. appell.& l.incerti. C.de interdictis licet Pau.teneat cōtra Bal.in d.l.∫ecunda.§.∫i po∫t motam.

Tertiò fallit quādo quis emi∫∫et ius vniuer∫ale vel quotam hæreditatis, quia ∫i quis ageret petitio.hære. ∫ingulariter ad quamlibet rem, tunc illi non prode∫∫et titulus cũ habeat titulum vniuer∫alem.ad hoc e∫t text.in l.2. de hæred.vel ac. vend.

Quartò fallit qñ haberet titulum ab illo in quem alienauit rem quã ∫impliciter po∫sidebat à patre, quia cōtra illum pote∫t intentari petitio hæreditatis, vel ad rem, vel ad pretium ff.de petitione hæred.

Quintò fallit quia ille qui emit rem aut emit iniu∫to, prætio, & intentatur petitio hęredit. aut iu∫to, & tunc ille qui vendidit aut non e∫t ∫oluendo, & non intentatur, aut e∫t ∫oluēdo, & intētatur, vt per glo.in l.j.& 2.C.de petit.hæredit.& ita dicit Ioan.de Prato.C.de edic.diui Adr. tollen.l.fi.& vide glo.in hac materia in l.hæreditatē C.in quib.cau.ce∫∫at longi temporis præ∫cr.

Sextò fallit quando titulus non e∫∫et aptus ad tran∫lationem dominij, vt puta titulus commodati, vel depo∫iti, quia contra pote∫t intentari petitio hæredit. vt in loco prææallegato.

REGVLA CCCLXV.

PORTIO iam acqui∫ita ∫i deficit, non facit locum iuri, cre∫cendi.l.aquam.§. fi.quemadmodum ∫erui. amittantur l. j. §.interdum.de v∫ufruct.accre∫.

Primò fallit in ca∫u legis primæ, §.primo.ff.de v∫ufruc. cre∫cend.

Secundò fallit in a∫signatione libertorum.l. vtrum in princ.& ibi not.ff.de a∫sig.liber.

Tertiò fallit quādo deficit ex po∫tfacto per re∫titutionem in integrum, quia tunc accre∫cit nolēti, vt in l.∫i minor.ff.de acquirenda hæredit.

Quartò fallit qñ ius accre∫cendi habet vnionē, in ∫ub∫titutione pupillari, vt in l.qui patris.ff.de acqui.hęredit.

REGVLA CCCLXVI.

POSSIDENS ∫i ille per quem po∫sidet de po∫∫e∫sione, expellatur, nō tantum naturalē ∫ed etiam ciuilē perdit, & idem ∫i ∫ponte tradatur, vt e∫t glo.in c.cum olim cau∫am extra, de re∫tit.∫poliator & per glo.& doc.in l.fi.C.de acquiren. po∫∫.& maxime per Bart.& Angel.

Primò fallit in eccle∫ia, quæ ip∫am po∫∫e∫sionē ciuilem non perdit, vt in c.qui∫quis.∫ecundum Bal.& in d.c.cum olim cau∫am de re∫tit.∫pol.

Secundo fallit in fi∫co vel pupillo eadem ratiōe.ad hoc quo not.extra de re∫t.in integ.c.primo.

Tertio fallit quando ille qui nomine alieno po∫sidet, eã nō traderet mere, ∫ed ∫ub cōditione ∫i domino placuerit:

rit: cum tunc non perdant ipsam possessionem ciuilem, vt colligitur in d.c. cum olim causam, sed licet dñs perdat possessionem, etiam ciuilem, per traditionem ipsius rei nomine posidentis sponte & simpliciter facta, tamen ip se dominus poterit eam recipere per conditionem. l. fin. ff. de acquir. possess. imo etiam poterit ipse dñs si veniat, & non fuerit admissus illum incontinenti repellere, cum ipse si sit dominus ad eum pertinere videatur, & tunc eũ expoliare potest. ad hoc facit tex. in d.c. cũ olim causam. qui ita procedere potest, quando ipse dñs veniret inconti nenti, cum ille incontinenti tradit ipsam possessionem: alias si ex interuallo nõ posit, & si in illum translata fuis set pos. ciuilis & naturalis; secus si tantum naturalis, vt quia fuisset tradita non simpliciter, sed sub cõditione, vt supra dictũ est. & ita procedere potest tex. in d.c. cũ olim cãm, extra, de resti. spoliatorum, vbi latius vide.

REGVLA CCCLXVII.

POSSESSOR bonæ fidei licet fructus lucretur tamen il los cũ impensa cõpensare tenetur vt l. fructus. ff. de vsu ris. & ibi glo. & l. sumptus ff. de rei vendicatione.

Primò fallit, quando bonæ fidei possessor rem possede rit cum titulo, & maximè oneroso, quia tunc non tenebi tur compensare fructus cum impensa, vt est glo. quæ à do ctoribus reputatur singu. in l. emptum. in fi. glo. magnæ, ff. de rei ven. doct. Mod. in l. diuortio. §. interdum. ff. so luto matr. eam alleg. pro sing. & per illam gl. dicit ibi Bal. vnum quod summè notandum, & menti tenendum, vi detur quod si quis tenuit fundum in emphyteusim ab ali quo pro se & descendentibus, & postmodum contingat non exstare plures descendentes, tunc non debet reuerti, ad dominum, quia tunc hæredes emphyteutę poterunt, petere omnia melioramenta facta in dicto fundo ad per petuam rei memoriam, & de hac. q. vide Bal. in auth. qui rem. C. de bon. quæ lib. & l. fi. C. commu. de leg. & in ti tu. de contro. inuest. §. sed si manzer. in vẽr. quæritur. quod bene not.

REGVLA CCCLXVIII.

POSSESSOR bonorum legatario satisdationem de lega to sibi præstando offerre nõ tenetur, sed satis est quod non sit in mora, si legatarius satisdationem petat, vt est tex. in l. 2. §. j. C. quor. leg. qui tex. quotidie allegatur, ꝙ vbicunq; quis est obligatus ad aliquid, nõ tenet se offerre sed satis est, ꝙ requisitus vel interpellatus morã nõ faciat.

Primò fallit, nisi dies sit apposita, quia tunc dies inter pellat, pro homine, vt l. magnam. C. de contrah. & com. stip. & in c. potuit. de loc. ita tenet Bar. in d. l. 2. C. quo. leg. & ita tenet glo. in c. cupientes. in §. si vero contem pserit. de elect. in 6.

Secundò fallit vbicunque quis esset legatus ad aliquid faciendum, & interpositum fuit iuramentum, quia tunc etiam si dies non esset apposita, tenetur se offerre, etiam si fuerit minimè requisitus. ita singu. tenuit Ioan. And. in c. breui. de iureiu. quem ibi sequitur d. Abb. & per hoc etiam limita glo. in præal. c. cupientes. §. si vero contem pserit. de elect. in sexto & in præal. l. 2. §. j. C. quor. leg.

Tertiò fallit, quando ponuntur verba geminata, tunc enim debet offerre, licet nõ sit requisitus, ad hoc est text. in clem. vnica. iuncta glo. in verbo, exigere. de test. nam il la dicit quod si religiosus est datus executor testamenti, quod debet reddere rationem executionis ordinario lo ci, & quod ordinarius tenetur rationem exigere. in glos. penultima dicit quod tenetur rationem reddere petenti si non offerret; & si ordinarius non recipit, ei non est im putandum. ita dicit glo. prædicta, & hoc multum nota. & hoc est quia verba debent aliquid operari, vt in l. si qñ ff. de leg. j. & in c. si papa de priuil. in 6. vt ergo euitetur, superfluitas, quando verba geminantur, debet se offerre licet non requiratur.

Quartò fallit quando requiratur aliquid fieri tempore actus, de hoc est glo. not. in cap. vt circa. in verbo. præsti to. de elect. in 6. ex quo infertur, ꝙ si statutũ dicat, ꝙ nul lus debeat admitti ad magistratum, vel eligi, nisi satisdet, vel præstet iuramentum, quod talis debebit offerre ante administrationem, alias electio vel assumptio ad magistra tum non valebit, & prædicta faciunt ad quæstionem sta tuti dicentis, quòd appellans tenetur præstare satisdatio nem infra decem dies à die appellationis, alias appellatio intelligatur esse deserta. nam hoc casu appellans tenebi tur infra decem dies offerre satisdationem, alias appella tio erit deserta. & pro hoc adducitur tex. no. in l. fi. C. quo leg. qui tex. nõ aperte hoc probat, sed pro hoc videtur es se glo. in terminis in d.c. cupiẽtes. §. si vero. de elect. in 6. quæ dicit: ꝙ quotiescunque apponitur dies vel terminus, in statuto, vel in l. ꝙ tunc non est necessaria petitio, quia dies interpellat pro homine. d. l. magnam. de contrahen. & com. stipu. & ita etiam videtur tenere glo. in l. cum pa tronus in glo. 2. ff. de bon. lib. Pro hoc alleg. bonum text. in l. 3. C. de iu. emphyteu. quæ dicit quod si emphyteuta non soluit canonem infra triennium, ꝙ priuatur emphy teusi. & dicit ibi tex. quod ipse debet offerre debitum spõ tanea voluntate, & persoluere, & sic non requiritur inter pellatio vt constituatur in mora. & ita illum text. quasi in terminis nostris tenuit Bar. in l. fi. §. fin. ff. quo. leg. sed cõ trarium facit glo. not. Gul. in l. j. super glo. j. ff. de iu. om ni. iudi. vbi dicit quod iudex ita demum tenetur, si nõ fe cit illud, quod sibi erat commissum, si ab eo fuerit petitũ alias non. & alleg. optimum tex. in l. 2. §. magistratibus. ff. de magist. conue. quem Bal. ibi dicit ad hoc esse melio rem de iure pro quo facit tex. in l. 4. §. hoc autem iudiciũ ff. de dam. infec. Item pro hoc videtur glo. quæ hoc ex presse tenet in c. fi. extra, de rescri. cõfirmatur per id quod voluit Anto. de But. in c. veritatis de offi. deleg. vbi dicit stante statuto quòd iudex teneatur finire causam intra certum tempus, alias debeat puniri, quòd habet locum si alias fuit petitum. Item pro hoc facit quod tenet glo. in l. vniuersæ. C. de precib. impera. off. quæ dicit: quòd si quis impetrauit à principe, quòd non teneatur creditoribus, satisfacere, nisi vsque ad certum tempus, post quod ipse sa tisfaciet creditoribus, quòd hoc est verum si ab eo fuerit petitum, vt ibi dicit glo. & ad idem facit gl. in l. peto. ff. de leg. 2. & per d. glo. ita tenuit in terminis Paul. de Cast. in præal. locis. quod stante statuto, quòd appellans tenea tur præstare fideiussionem infra decem dies, alias appella tio intelligatur esse deserta, quod tale statutum debet in telligi, si à parte fuerit petitum, alias non. & pro ista opi. facit glo. in l. de pupillo. §. qui procuratorio. ff. de no. ope. nunt. quæ dicit quod licet quis nuntiet nouum opus pro curatorio nomine debet satisdare, & c. alias nuntiatio rei j citur. quod procedit si fuerit petita satisdatio, alias autem non. accedit quod tenet glo. in c. 2. in titu. de ea quę inter fecit fratrem viri sui, in glo. super verbo. not. ꝙ quis. & quod notat Card. in c. quapropter. §. pen. in 17. q. de ele ctio. & quamuis prima opinio in puncto iuris videatur verior, tamen communis seruatur in practica & adducta contra primam opi. potest responderi, ꝙ ibi nulla fuerat, dies apposita ad satisdandum, sed quandocunque poterat satisdare, quod secus erat in proposito, igitur & pro ista opin. etiam vltra superius alleg. adduco glo. quę hoc vide tur velle in terminis in l. mora. ff. solu. matr. quam glos. Bal. Raph. & Fulg. ibi ad hoc reputant not. dignam. quæ gl. vult ꝙ mortuo viro hæredes tenentur restituere dotẽ mulieri elapso anno alias tenentur ad vsuras, vt not. in l. di uortio. in prin. ff. sol. mat. etiam si nulla fuerit interpella tio facta, quid dicit glo. quòd lapsus anni interpellat.

REGVLA CCCLXIX.

POSSESSORIVM adipiscendæ & recuperandæ peti torium primo intentatum suspendere facit, vt in c. pa storalis. extra, de cau. pos. & proprie.

Primò fallit, quando proponeretur post conclusum in causa ipsius petitorij, vel postquam renũtiatum esset pro

bationibus.vt patet in d.c.pastoralis.

Secundò fallit, quando ipse proponens possessorium, vellet suspendere petitorium,cum non posit ad hoc no. in c,pia.de excep.in 6. & si ipse suspendens semel postea rediret ad possessorium suspensum,cum non sit locus ipsi nisi semel,nã ex quo intentat possessoriũ,cogeretur in eo perseuerare: vt in auth. qui semel.C. quomodo & quando. & similiter in petitorio,ad quem redit per d.auth.qui semel.quæ in his quidem non reperitur limitata:vnde cogetur vtrunq; prosequi,secundum dom. Nicol. in ca. cũ super.qui hoc tenet,quicquid ibidem dicat do. Anto. de But.& do. de Rot.in decis. 21. circa quæ vide per dominos de Ro.in de deci. 152. quæ incipit, item suspendens,

Tertiò fallit,quãdo cõparens pro suo interesse in iudicio possessorio, vellet suspendere petitorium, cum non posit,vt voluerunt dñi de Ro.in dec.158.quę incip.itẽ si inter nos,& vide latius per doct.in d.c.pastoralis.

REGVLA CCCLXX.

PRAECEPTVM comminatorium iudicis non valet, si metum taxatum de iure excedat, ita tenet Bart. in l. j. ff. si quis ius dicen.non obtem.

Primò fallit,nisi cognitio interuenisset, puta quia iudex cã cognita præcipiat quòd talis restituat familiã sub pœna centum,&c. ita tenet sing. Inno. in c. cum in tua, qui ma.acc. poss,alleg. l.ea quæ.C. commi.vel episc.idem fuit de mente Spec.in tit.de sent.prolat.§.species. versic. sed nunquid iudex,quod dictum sequitur Ang. in l. debitor.C.de pact.igitur &c.

Secundò fallit, vbicunq; fit cõminatio ista vigore statuti;exemplum in l.tutor,qui repertorium.§.solet.C.de administratione tuto.& ita etiam tenet Imo.in præalleg. cap.cum in tua.qui matri.accus.possunt.

REGVLA CCCLXXI.

PRETIVM in particularib.loco rei nõ succedit, vt l. vẽditor.ff.de hæreditate actione vẽdita.& l.si quis vxori §. si Titius.& l.quas §.fin. ff.de furtis,

Primò fallit,quando quis ignoranter emit rẽ furto subtractam.Nam isto casu pretium succedit loco rei, & est speciale.& potest esse ratio,quia emptor tractat de damno vitando,ne videamur locupletes fieri cum aliena iactura,casus est in l.Labeo. & l. Sab. §.item si dominus, a de verb. oblig.

ADDITIO.

a §.item si dominus. Et ibi uide dom.Bart. Cepol.

Secundò fallit,quãdo quis emit rẽ sibi legatã:vt l. testa de lega.§.si res.& l.plenè. §.si rem.ff. de leg. j.ratio est in præcedenti casu.

Tertiò fallit,in illa ratione quæ oritur ex contractu,vt si cõmodatarius vel depositarius vendiderit suo nomine ignoranter,quia tunc actio depositi vel cõmodati datur, ad pretium,etiam si res fit salua,casus est mult ũ notab, in l. vim & ibi per doct.C, de rei vendicatio.& ibi per Bart, & doct.in l.si cum seruum,in fi.ff.si cert.petatur.

Quartò fallit, quando venditio rei meæ esset facta necessitatis causa inuenta à superiore, vt si posidebam rẽ d meam,& superior me compulit ad ipsam vendendam,vt daret eam militibus: non possum petere à te pretium per ceptum,quia nõ sum ingressurus ad rẽ,l.item si verberatum.§.fi.ff,de rei ven.& ar.l,qui solidum §.j. de leg. 2. & ita not. dicit Paul.de Ca.in l.in re.de rei ven.

Quintò fallit,vbi apparet de consensu partium expressè,secus tacite,quia tunc pretiũ succedit loco rei.l.in pertinentib.in fi.& l.ita constante.& l.ex pluribus.& l. fi. ff. si de iur.do.& l.quoties eodem tit,

Sextò fallit , in re empta ex vsura rei,quia ita iudicatur de re, sicut de ipsa vsura, vt not. Innoc. in c.cum tu. & ibi per doctor.extra de vsu.sed dic quod in hoc pretium, non dicitur succedere loco rei,sed bene res loco pretij.

Septimò fallit in foro animæ; vt not. in Specul. in tit.de vsur. ver.pone vsurarius.& Bald.in addi. Spe. eod. tit.in princ.

Fallit octauò, a quando res esset perempta , & si contra possessorem non esset mihi succursum, quia tunc contra venditorem posse agere ad prætium . & sic pretium succedit loco rei, ne venditor locupletetur cum iactura mea vt l. nõ omnes. & lege si cum seruũ.ff. si cert.pet

ADDITIO.

a Octauò fallit. Vide d. Bar. Cæp.in supra alle, §. item si. minus.in 1.q.in ver.1.casu fallit.

Nonò fallit,in ac.quod metus causa:vt l.si pap.ff.quod me. causa.de quo dic. vt per Cæpol.in d.§. item si dñs in opposi.prima,in secundo casu,

Decimò fallit in hæredi.peti.vt l.si rem vel pretium. ff.de pact. quod dic vt per gl. & Cæp.in d. §. item si dñs

Vndecimò fallit, in hæreditatis restitutione, vt l. Imperator.cum l. seq.de leg. 2. de quo dic vt per Cæp. in d.§. item si dominus.in opposi.j. in quarto casu.

Fallit 12.in re data in dotem;vt l.res in dotem data. ff. de iure do.de quo dic vt per gl. Bar.& Cæp.in d. §. item b si dominus b in opposi.prima,in secundo casu.

ADDITI

b §. item si dominus. Et ibi de omnibus his fallen. vide domi.Bar. Cæpol.& dic vt ibi per eum.

REGVLA CCCLXXII.

PRAELEGATA in fideicommissum nõ veniunt, quando testatur post hæredum institutionem eis dedit , si de hæreditate nulla mentio facta est. casus est no.in l.Marcellus.§. quidam.ff.ad Trebel.

Primò fallit, vbicunq; testator totum patrimonium diuisisset inter filios in testamento,& eos æqualibus portionibus hæredes instituisset,vel in rebus, quæ idem important.vt l.ex facto.ff.de hæred.in stit.casus est singu. secundum Ioannes. de Imol. in lege. quid ergo.la 2. ff. de leg. j.ratio est,quia ista prælegata succedunt in locum portionis hæredi.& iò totũ videntur habere iure hæreditario, vt dicit Bar. in d.l. Marcellus.in §.quidam.ff. ad Trebel.

REGVLA CCCCLXXIII.

PRAESCRIPTIO longisimi temporis per litis cõtesta.interrumpitur;vt l.minor C.de rei vend.

Primò fallit, c nisi agens desisteret renuntiando lit. vt no.bene in l.scrip.ff.de sta.defunct.

ADDITIO.

c Primò fallit. Adde Fel. in c, illud. in 6.col.circa prin. in ver. & scias vnum casum de præscrip.

Fallit secundò,quando quis fraudulenter lit.cont est.vt interrumpatur præscriptio,& postea litem non prosequitur:vt in Spec.in tit. de rescrip, præsentata.§. ratione autem impetra.ver. quid si quis vtitur ita literis . quod est valde singulare & menti tenendum.

Fallit tertiò, in præscriptione libertatis, quæ seruitute non interrũpitur per lit.cõtest.l.si cui,de ser. & aqua C.& ff.& not.Paul.de Cast.in l.si.§.siquæratur, ff.si serui.ven.

REGVLA CCCLXXXIIII.

PRAESCRIPTIO d contra ignorantem regulariter currit.l.si.C,de præscrip.lon.temp.

ADDITIO.

d Præscriptio. Adde Fel. in c. uigilanti.de prascr.in 1. col.& Paul. de Cast. in consil. 294. inci. ego Paul.& Bal. pleni us in l. 1.24.oppo. C.qui admit.

Primò fallit quia licet currat præscriptio contra ignorantem,tamen si fuerit iusta ignorantia,dabitur restitutio contra præscribentem . vt dicit Bart. in l. j. §. si quis propter.ff.de iti.actuq; prius.

Secundò fallit,quia non habet locum d.l.in præscribẽte seruitutem regulariter,quia requiritur scientia domini vt per tex.& glo.in in l.2.C.de serui.

Tertiò fallit,& est limitanda d. l.secundum auth. malæ fidei,C. de præscrip.lon.temp.quæ non habet locũ in sciente

ſciente ſecundum Bart. in l. Pompo. §. cum quis. ff. de ac quir. poſſ. & Bal. & Sali. in d. auth. malæ fidei. C. de præ- ſcrip. long. tempo.

REGVLA CCCLXXV.

PRAESCRIBI & conſuetudine quæri poſſunt ea, quę ſunt iuriſdictionis, vt per Cyn. in l. j. C. de emanc. lib. & per Bart. in l. j. ff. de aqua plu. arcen. & in c. cum contin gat de foro compet.

Primò fallit, in his quę reſeruata ſunt principi in ſignū ſupremæ poteſtatis, cum talia ſint impræſcriptibilia & co ſuetudine quæri non poſſint. C. de præſcrip. 30. anno. l. c. competit. & hoc voluit Innoc. in ca. bonæ el 2. extra, de præben. & Anto. in d. c. cum contingat. pro quo facit tex. glo. 93. diſt. nulla. & quæ not. per glo. in c. vnico, de elect. in 6. ſecundum do. Ant. in c. cum contingat. & in d. c. bonæ. & in c. per venerabilem. extra, qui filij ſint legitimi.

Secundò fallit, in reſeruatis principi, non in ſignum ſu premæ poteſtatis, ſed in ſignum cuiuſdam regalitatis, de quibus in c. cum in tranſlatione. extra, de offic. delegg. & in c. ſicut. extra, de exceſ. prælato. talia enim ſimiliter ſunt impræſcriptibilia, & conſuetudine quæri non poſſunt, ſe cundum do. Ant. in c. cum contingat. pro quo facit gloſ. in d. c. vnico, quod procedit niſi interueniat patientia ip ſius principis, quia ea interueniente poſſunt præſcribi & conſuetudine quæri, prout not. in c. tranſlatione. m. dum mō interueniat curſus tāti temporis, cuius initij in cōtra rium memoria non exiſtat, vt extra de verb. ſign. c. cum quidam. prout voluit do. Ant. in d. c. per venerabilem. & not. per Inn. in c. cum P. extra de fide inſtrum.

Tertiò fallit, in his, quę competunt epiſcopo ratione ordinis, & ipſum ordinem reſpiciunt, cum talia nō poſ ſunt præſcribi nec cōſuetudine queri per inferiorē ab eo extra, de conſuetu. c. quanto, & extra, de priuil. c. acceden tibus. Et hoc voluit Ant. in d. c. cū cōtingat. poſt Imo. & Holt. dicentem ꝙ conſuetudo nō pōt tribuere poteſtatē clericis inferiorib. ab epiſcopis, vt ibi per do. Inno. qui ita intelligit, vt not. extra, de elect. c. tranſmiſſa.

Quartò fallit, in priuato, qui vellet conſuetudine, vel præſcriptione, vbi quærere ea quæ ſunt meri imperij, cū non poſſit ſecundum do. Nico. in d. c. cū contingat. quod etiam videtur velle ibi Ioan. An. poſt Imo. dicens ꝙ con ſuetudo non poteſt tribuere perſonę priuatę poteſtatem excommunicandi, arg. eorum quæ habentur extra, de of fi. archi. cum ſatis, & c. ſequēti: ad hoc etiā facit quod no. Inno. in c. conquerente. extra, de offic. ordi. ſed ipſe Imo. contrarium voluit extra, de reſti. ſpo. c. cum olim. el 2. di cens quòd conſuetudo poteſt dare ipſi clerico poteſtatē, excommunicādi, cum epiſcopus eodem mō hoc expreſ ſe poterit concedere. vnde & poterit etiam tacite ita per- mittendo. & hoc tenet d. Flori. in d. c. cum contingat, ex- tra, de foro competen. & domini de Rot. in deciſione. 47 quod verius videtur, cum poteſtas excommunicandi ſit iuriſdictio. extra, de remiſ. c. tranſmiſſum. ſecundum Inn. in capitu. cum contingat. quod verum intellige, quando clericus eam ſibi quæreret, nomine ſuæ prælaturæ, vel ſuæ adminiſtrationis. ar. c. dilectione. de ſen. excom. in 6. alias ſi nomine proprio non poſſet quantumcunque ha- beatur ad alios ſubditos nā cū hoc depēdeat à ptāte clauiū non pōt cōpetere noīe proprio. arg. extra, de pœnit. & re miſ. c. 2. in 6. vt voluit Io. And. in d. c. cum conting.

REGVLA CCCLXXVI.

PRAESCRIPTIO cōtra ius cōe titulum requirit. vt in c. j. de præſcrip. in 6.

Primò fallit, in pręſcriptione tanti temporis, cuius me moria non exiſtat in contrarium, vt in c. j. de præſcr. in ſi.

Secundò fallit, vbi ius cōe non facit pro illo, ſed præ- ſcriptionem impugnat, licet non faciat contra præſcri- ptionē, vt in glo. in d. clem. de preſcriptio. per Archid. & Ioan. An.

Tertiò fallit, quando tractatur in præſcribēdo in actu qui ſimul in præſcriptione creatur vt dicit Paul. in d. c. ge nerali. de elect. in 6. & ibi vide not.

Quartò fallit, quando ius cōe non facit iniuſtam ratio nem præſcribentis, licet faciat contra præſcribentem, vt in c. cum eccleſia. de cauſa poſ. & proprie. ſecundum Ant. in d. c. ſi diligenti. extra. de præſcrip.

REGVLA CCCLXXVII.

PRAESCRIPTIO per lit. cōteſt. interrumpitur, & actio perpetuatur, vt in l. ſicut. & in le. cum notiſsimi. C. de præſcrip. 30. anno.

Primò fallit, niſi agens renuntiauerit liti, quia non dici tur interrupta præſcriptio. ita tenet d. Bene. de Plumbi. in l. ſi quis ſeruum. C. de furtis.

Secundò fallit, niſi quis ageret ea intentione vt preſcri ptio interrumperetur & ſic animo non perſeuerandi litē, & tunc præſcriptio non interrumpitur. ita ſin. tenet Spe. in tit. de præſcri. rep. §. aut ratione. & idem do. Abb. Sicu. in c. illud. circa fi. extra, de præſcri. Addo. ſing. glo. 16. q. 6. c. placuit. el 2. §. poteſt. ad hoc pro ſin. alleg. Lud. de Ro. in l. ſi vero, §. de viro. ff. ſol. mat. in 34. fallen. principali, & habetur per Ang. in l. j. de priua. delic. & in lege. cum lite mortua. ff. de iudi.

REGVLA CCCLXXVIII.

PRAESENS in iudicio non eſt aliter citandus. l. de vno quoq;. ff. de re iud. cū ſi vt per Ale. in rub. C. de in ius vocan.

Primò fallit, quando citatio fit ſolum ad ſimplicem fi- nem comparitionis, vt citatus ſimpliciter compareat, ſe- cus ſi fieret in finem reſponſionis & defenſionis.

Secundò fallit quando citatio requireretur per modū, formę, ſecundum Bal. in c. j. de mi. vaſ. qui cōtumax eſt.

Tertiò fallit, dummodo pars præſens in iudicio certifi cetur per iudicem de actu, qui debet fieri, alias cenſeretur factus tanquam contra abſentem, ſecundū Bar. in l. furio ſo ad finem. ff. de re iudi. quem ſequitur do. Ant. de But. in d. c. j. de re iudi.

REGVLA CCCLXXIX.

PRAESENTIA alicuius, cui debetur reuerentia, non in- ducit iuſtum metum ad reſcindendum actum, niſi pro bentur minæ vel verbera præcedentia. ita Bart. in l. ad in- uidiam. quod metus cauſa.

Primò fallit, quando actus fit cum eo cui debetur reue- rentia, vt per Ro. in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempo- re, ff. ſolu. matr. contrarium tamen vide per Bald. in le. pa- ctum. C. de colla.

Secundò fallit, vbi eſt talis actus, qui requirit liberam voluntatem, vt in matri. quia tunc ſola præſentia inducit iuſtum metum reuerentialem, vt per Ant. de But. in c. cū virum. de regula.

PROCVRATOR de cuius mandato dubitatur vt non habeat, de rato cauere tenetur. de quo per Anton. in le. tantus. §. is qui. de procu. & Lud. Rom. in sing. 114. & in l. 1. C. de procur.

Primò fallit quando dominus fuit in ciuitate vel prope, ita quod de facili posit haberi eius præsentia vt notat Ang. & Pau. de Ca. in l. mutus. §. hi qui sũt. per illũ textũ.

Secundò fallit quando esset procurator constitutus ad exigendum, de cuius mandato dubitaretur, quia non admitteretur cum cautione de rato. l. hoc autem. ff. de so. ita not. gl. dum allegat. l. non solum. §. qui alieno. ff. de procu. secundum Paul. de Cast.

Tertiò fallit, quia omnia iura dicẽtia quem admitti cũ cautione rati, & dubitatur de mandato, procedũt nisi agatur de magno præiudicio quia tunc etiam cum cautione nõ esset sufficiẽter prouisum. l. cogi. §. si seruo. ff. ad Treb.

Quartò fallit, vbi statutum diceret, q̄ processus in causis sine mandato non valet: quia cautio de rato & ratihabitio domini non sufficit. l. si verò non remunerandi. §. si traditam, aliàs creditam. ff. man. Bald. in l. si vxorem. C. de cond. infer.

Quintò fallit, in procuratore in rem suam, cum intelligitur potestas sibi data ad exigẽdum & ad solutionem recipiendam. & hoc dicit Bal. in d. l. 1. C. de procu.

Sextò fallit, quando non conuenit procuratori in personam suam recipere illud, quod dicit esse mandatum. in l. qui ita §. 1. ff. ad Treb.

Septimò fallit, in procuratore cõstituto super laudum, vel ad promittendum. leg. non distinguemus. §. penul. de arbitris.

Octauò fallit, quando mandatum est de forma. nã tunc ratihabitio nihil releuat vt dicit not. Bal. in l. qui vxorem. C. de condit. infer.

Nonò fallit, postquam pronuntiatum fuit mandatum non esse licitum. nam tunc ratihabitio nihil valet: vt dicit Bald. in auth. si qui. de temp. appel. & vide Lud. de Ro. in sing. 278.

Decimò fallit, quando dominus est præsens in loco. nã tunc si sit dubium de mandato, non admittitur cum cautione rati: vt est text. & ibi Angel. leg. mutus. §. si is. C. de procu. & c.

Vndecimò fallit, si reus velit probare contra procuratorem eiusdem mandati. ita dicit in l. inter quod §. si alieno. de dam. infect.

Duodecimò fallit, quia non admittitur cautio rati quãdo opponitur procuratori de falsitate: vt dicit Spec. & Io. Andr. in tit. de procu. §. cum autem. ratione formæ.

Decimotertiò fallit, nisi esset pronuntiatũ super habilitate personæ: quia tunc non posset opponi, quòd non habeat mandatũ vel petere cautionẽm: vnde nec obstat postea aliqua exceptio. cautela est vt pronuntietur super inhabilitate psonæ Ant. de But. in c. cũ dilectus. in 3. col. de elect. ad hoc facit quod not. Ange. in leg. icirco. §. j. ff. de iudicijs.

Decimoquartò fallit, quia procurator non admittitur, licet sit factus procurator, nisi prius habeat mãdatum: vt not. Ang. in l. dummodo. ff. de procur.

Decimoquintò fallit, quia licet quis sit admissus cum cautiõe de rato in causa principali, nõ admittitur in causa appellationis. Ang. in d. §. qui alieno. & ibi Bart.

Fallit 16. in procuratore ad recipiendum solutionem quia non admittitur nisi ostenso mandato.

Fallit 17. quia si contra cõtumacem iudex fecit aliqua acta ostenso mandato, non pót postea ille veniens petere ostendi mandatũ, si procurator dicat dñm habere qui do minus est in longinquis partibus, & per cõsequens nec cauere de rato. Ange. in l. Pomponius. §. tria. de procur.

Fallit 18. nisi esset aliquod gestum per procuratorẽ reuocatum: quia tunc ratihabitio nihil operatur: vt in ca. ex parte de rescript.

Fallit 19. in his, quæ requirunt speciale mandatum, per gl. in c. nonnulli. de rescrip. Bald. in c. si vxorem. vers. 3. de conditionib. institu.

Fallit 20. nisi tractaretur de maximo præiudicio: quo casu nõ admittitur procurator cum cautione. casus est in singu. in l. qui ita. §. j. ff. ad Treb. vide alias fallentias in 1. & 2.

REGVLA CCCXCII.

PROCVRATOR regulariter procuratorẽ substituere non potest. l. nẽ quis sibi. C. de procur.

Primò

a Primò fallit, quando est procurator in rem suam a vt est gl. in d. l. ne quis. de procurat. per tex. in l. illã. C. de col.

ADDITIO.

a *In rem suam. Quis aũt dicatur procurator in rem suam vi de Feli. in c. licet. ad fi. de offi. deleg.*

Secundò fallit, quando lis esset contestata: vt vult gl. in d. l. ne quis. à contrario sensu. & hoc verum in causa ciuili secus in causa criminali: vt dicit Ang. in d. l. 1. C. de procu. & probat text. in l. fin. ff. de iniur.

b Tertiò fallit b, si sit procur. ad negotia. l. si procuratoré. §. fin. ff. mand.

ADDITIO.

b *Fallit. Pro qua fallen. vide Feli. in c. vno delega. §. caeterum. circa princ. de offi. deleg.*

Quartò fallit, quãdo vertitur quęstio super vno articulo contingenti per vnum procuratorem, vt quia dicitur quòd non potest esse procurator: vt habetur in l. licet. C. de procur.

Quintò fallit in procuratore cõstituto ex parte rei, qui prestat cautionem: nam tunc à prin. effectus est dominus litis vt l. pen. ff. de procu.

Sextò fallit, quando procurator est cõstitutus sic: quia voluit valere quicquid per eum factum erit, licet in talibus quae mandantur requiratur industria personę. nam hoc non obstante potest facere substitutum Bal. in l. pen. §. mag. ff. de except.

REGVLA CCCXCIII.

PROCVRATOR factum, quod cadit in delictum vel dolum, vt si falsum testimonium dicat, domino regulariter non praeiudicat. l. si proc. ff. de cond. indeb. & l. si procu. ff. de except. cum simil. & gl. in ca. 1. & ibi per doct. extrà vt lite non contest.

Primò fallit, quando ipse procur. ad id directè haberet speciale mandatum, vel in consequentiam veniret, vel tẽpore illius dominus ratificaret expressè vel tacitè, sciẽdo id suo nomine committi & non cõtradicendo: vt voluit Io. An. in d. c. 1. vt lit. nõ contest. ad hoc l. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi ar. & quod habetur in ca. cum quis. de sent. excommu. in 6.

Secundò fallit, qñ ex ipsius dolo aliquod ius esset acquisitum dño, ex quo agit: cum tunc cõtra ipsum excipi possit. l. apud celsum. §. quaesitum. ff. de excep. doli. imo & cõtra ipsum agi possit, quando dolus committeretur circa contractum, ex quo ipsi dño contrahitur. ff. de trib. l. procuratores. secundum do. Ant. in d. ca. 1. qui dicit idem esse dicendum, si dubium sit an aliquid sit delictum vel non, vt si respondeat positionibus: vt l. e. certum. §. sed iam ipsos. ff. de confes. & vt plenius ibidem per ipsum tractatur an & quando agitur excipi possit contra dominum ex dolo vel delicto procuratoris, de quibus per do. Bar. in d. l. si procurator. & in d. c. 1. per dom. Ant.

REGVLA CCCXCIIII.

PROCVRATORIS contumacia domino regulariter non nocet. l. cum qui. C. de procu. & c. 1. & ibi per doc. vt lit. non contest.

Primò fallit, quando causa fuisset extracta per procuratorem & per eius contumaciam fuisset lata sententia cõtra dominum, cum tunc talis contumacia praeiudicet domino actori adeo quòd valet sententia contra eum lata si ue sit interlocutoria siue sit diffinitiua quantumcunq; sit parui praeiudicij. l. 4. C. quomodo & quando iudex. ff. quã do appel. non sit.

Secundò fallit, quãdo esset casus in quo exigeretur vera contumacia nec apparens. nam si sufficeret praesumpta contumacia quae puniendam poenã respiceret, ordo processus est vt deueniatur ad missionem possessionis: cum propter contumaciam procuratoris possit fieri missio in possessionem solùm ex causa custodiae. l. sed & si. §. fin. ff. de procur. cum l. seq. & C. de dign. lib. 12. & quod habetur in d. l. 4. C. quomodo & quando iudex. secundum ipsum Inn. in d. c. j. cuius dictum procedere posset secundum Saly. in d. l. 3. C. de procur. quando ageretur de vera possessione danda pro executione sententiae diffinitiuae: cũ tũc noceat. nam ex quo nocet quo ad diffinitiuam sententiã, vt suprà in consequentiam nocere debet quo ad executionem. arg. c. praeterea. de offi. deleg. alias si agatur de vera possessione danda ex 2. decreto, & tunc cum quò ad ipsum requiratur vera contumacia eius de cuius bonis agitur. l. Fulcinius. §. 1. ff. ex quibus cau. in possess. eat non nocebit contumacia procuratoris, vt d. §. si procurator. l. j. ff. si quis in ius voc. & non obstat dictum dom. Ant. in d. c. j. dicentis quando procur. fuit citatus aliàs vt dominus, & tunc quia contumacia est domini, si sit constitutus ab eo, licet non compareat. l. si procuratoré. §. tutorem. ff. mãd. tunc enim datur possessio. & hoc nisi appareat eum fuisse in vera contumacia: vt quia dominus misit procuratorem diligentem communi opin. cum tunc ab eo de facili reuocetur. secundum dominum Anton. in d. c. 1. extrà, vt lite non contest.

Tertiò fallit, quando non exigitur vera contumacia, nec apparens vera: sed sufficit praesumpta, & agitur de poena respiciente contumaciam super interesse: vt est condẽnatio expensarum, cum tunc sit contumacia ipsius procuratoris. secundum ipsum Inn. in d. c. 1. adde quod not. extrà, de rescript. in c. fi. & hoc sequitur Hostien. Io. And. & dom. An. in d. c. licet. aliud voluit Bar. in d. §. si proc. dicens q licet propter contumaciam procuratoris posset domino audientia denegari: tamen non poterit in expensis cõdemnari, sicut nec mulctari. not. bene, cum mulcta sit vera poena expensarum secũdum Inn. in c. 1. tunc contumacia procuratoris nocebit & ecclesiae ad condemnationem expensarum, licet ipsa restitui posset, si forte procurator non sit soluẽdo. & hoc nisi esset parui praeiudicij: cum pro modico non detur restitutio. l. Scio. ff. de in integrum restitutione. secundum Inno. & Ioan. Andr. in di. capitul. 1.

Quartò fallit quando non oritur vera contumacia, sed sufficit taciturnitas, & tunc contumacia procuratoris nocet domino vt si procurator iussus non respondeat positionibus, cum tunc habeatur pro confesso: vt in l. fi. de cõ fess. in 6. secundum do. Ant. de But. qui hoc tenet in d. c. licet aliud voluit Bar. in l. 2. §. procurator. nam ratio est, vt voluit Saly. in d. l. 3. de procur. quia tũc agitur de his, quae respiciunt procuratorem & processum, secus vbi ageretur de poena extrinseca: ex quo non infert contumaciam procuratoris in nolẽdo iurare de calumnia ne noceat domino: cum tunc agatur de poena extrinseca, quae est valida causa. vt l. 2. §. actor. & ff. de iura. calum. licet aliud voluit dom. Ant. in hoc vltimo, secundum Io. de Imo. in d. c. 1. vt lite. non contest.

Quintò fallit, qñ culpa imputari posset ipsi dño: vt quia in contractu sibi talem procuratorem instituit. cum tũc negligentia vel contumacia ipsius procuratoris imputetur dño. l. si procuratorem. §. tutores. ff. mand. vt voluit Bar. in d. §. si procu. cum nullum impedimentum superuenerit in persona ipsius procuratoris, cum tunc dñs excusetur per ea quae habentur in c. significante. extrà, de pign. le. cum à matribus. C. qui pet. tut. quod verum est nisi talis procur. habuerit potestatem substituendi: quia tunc procuratori tali impedito si non substituatur imputatur domino. Et hoc si habeat potestatem substituendi à iure aliàs si ab homine cũ tunc ipsi domino nõ imputetur secundum Inn. in d. ca. 1. cuius dictum non bene probatur iure, nec est verum: cum vtroq; casu sit in culpa talem eligendo, secundum Inn. in c. 1. extrà, vt lit. non contest.

REGVLA CCCXCV.

PROCVRATOR pro alio in causa capitali a tam ad agẽdum quàm ad defendendum regulariter non admittitur: vt in l. penul. §. ad crimen. ff. de public. iudic. l. seruum

ADDI-

quoq;.§.publice.ff.de procur.& in §.veniens.de accus.& in c.cum dilecti.de do. & contu.

ADDITIO.

a *Capitali. Vide latissime Felin. in c. meminimus. in 3. col. ante med. vers. not. ibi excusaret. cum seq. de accus & Paris de Puteo in tractatu syndicatus vers. procurator.*

Primò fallit, hoc esse verũ quando proceditũr per modum accusationis, secùs si per modum inquisitionis vel denuntiationis. ita eleganter tenet Inno. in ca. ex parte, in verbo interpositum extrà, de testib. quod est valde notãdum, proquo est tex. in c. veritatis. extrà, de dolo & contu. circa fi. ibi defendendo. & ibi etiam est gl.

Secundò limitatur quoties impunitas delicti est notoria, vt si quis est accusatus de occisione banniti, quem notorie constat apud acta causæ bannitum. nam tunc vt libellus nõ sit frustratorius admittit vnusquisque. istud fuit sing. not. Inn. secundum Bal. in §. publice. in c. 1. de offi. vica. ar. l. qui cum maior. §. libertus. de bo. lib. hoc etiam tenet Guli. de Cug. in l. quos prohibet. C. de post. Cyn. in l. reos. C. de accu. facit quod no. p gl. & doct. in l. 1. ff. de offi. asses. & per oẽs scribentes latissimè: vt facile videre est.

Tertiò fallit, quoties quis impetraret à principe, vt posit litigare coram eo, cum clausula non obstante. nam si sine clausula impetrasset, non releuaret. casus est hic fin. secundum doct. in l. fi. de iniur. attamen clausula apposita bene posset esset vt dicit Angelus: nam quoties imperator derogat rescriptis suis, tũc ea rescripta valent, si habeãt clausulam derogatiuam: vt tenet Bar. in extrauag. ad reprimẽdum. in verbo, non obstante. per not. in le. non speciali. & in auth. inter liberos. C. de testa. Bar. tenet & Ang. in l. j. C. de nat. lib. aliàs enim procurator non posset aliquem conuenire, & si litigaret coram papa. casus est fin. in c. veniẽs. extrà, de accu. vel etiam coram delegato ipsius: vt est tex. not. cum gl. valde sing. in c. de quo vult Deo. de iudicis.

Quartò limitatur quando interuenitur in causa capitali pro absente cum absens damnari posit. nam tunc quilibet admittitur ad allegandum causas absentię, vt reo prosit & non obsit. casus est singularis in d. §. publicè. secundum intellectum Bart. qui tamen originaliter fuit suus in d. c. veniens. extrà, de accu.

Quintò fallit, quoties crimen intentatur, non ad pœnam capitalem inferendam, nec ad pœnam pecuniariam parti applicandam, sed potius ad quandam satisfactionem iniurię, per quã nihil applicabitur fisco, nec parti aliquid pecuniarum: quia tunc venit procurator. exemplum in viro accusante vxorem ad separationem tori de adulterio coram iudice ecclesiastico, casus est sing. in c. tuæ. extrà, de procur. in 6.

Sextò limitatur quoties aliquis venit ad defendẽdum & obiecit crimẽ non principaliter propter eius defensionem, sed propter eius damnum euitandum. exemplũ in domino veniente ad defensam serui capitis accusati: vt le. fundum. ff. de public. iudicijs. & in l. seruus. & in l. 2. C. de accusat. ex quo nota limitationem. & dici potest q idem est in filio, quod in seruo. isti enim æquiparantur vt dicit gl. not. in l. si quis seruo. C. de furtis. nam eo casu, quo pater tenetur ex forma statuti ex delicto filij, statutum tenet vt est gl. singularis in rub. de decurionib. libr. 10. licet negari nõ posset quod tale statutum nõ sit iniquũ. vt per Guli. & Bal. in l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui vel alięni iuris. & Spe. de executiõe sent. §. sequitur quid si filius. poterit ideo interuenire pro suo interesse.

Septimò fallit, in illustribus personis: vt le. fundi. C. de iniurijs.

Octauò idem ego limito casum esse in clericis & primo per tex. in l. cum clericis. C. de episco. & cleri. vbi per procuratorem possunt clerici litigare in criminali: dicit enim tex. quod apud episcopum in causa criminali sunt conueniendi ciuiliter: secundo quia ęquiparantur personæ illustres & clerici: vt l. apud similitudinem. C. de episc. & cler. & in l. 1. C. de summa trinitate q fide catholica. ergo idem ius statuendum est in illis. l. illud. C. ad l. Aquil. & l. à Titio. ff. de verb. obligationib.

Nonò fallit, quando impubes vel infans est accusatus, licet crimen sit capitale: quia tutor potest interuenire. l. in minoribus. ff. de his quib. vt indign. & l. Poll. C. eod. & in l. 2. C. qui accusa. non poss. sed si esset pupillus doli capax, tunc ipse debet accusari cum cõsilio tutorum. l. 2. §. si pupillus. ff. de excus. tutor. & l. clarum. de autor. præstan. C.

Decimò limitatur, & hæc est pulchra limitatio & noua: neq; ab aliquo doctore manifestius repèritur expressa q hic, q istud habet locum in aduocato sicut in procuratore. aduocatus enim æqualiter potest interuenire. iste est text. notabilis & singularis in leg. 2. C. de exhibendis reis. ibi, quantum ad iudicem venit adhibita aduocatione. & subest rõ: quia licet procurator teneatur de damno, tamẽ aduocatus non, & facit text. in l. custodias. ff. de pub. iudi. Potest forte dari alia limitatio quod quotiescunq; aliquis est debitor alicuius, & pauper est adeo q non potest habere regressum ad bona, quo casu capitaliter accusatur, ille creditor admittitur ppter interesse suum in casibus, in quibus aliàs non interueniret procurator, per supra d. iura. & pro hoc facit q si aliquis detinet debitorem meũ & propter hoc nõ potest mihi satisfacere, cum opera sua nõ posit lucrari & mihi soluere, q competit mihi actio iniuriarum contra eum vel de dolo, si scit se detinere eũ in meum præiudicium. item secundum Bald. ibi, competit interdictum de libero homine exhib. & eodem modo putarem esse dicendum quoties contra vasallum moueretur quęstio capitalis. Nam licet feudum non publicetur, imò instrumentum factum efficitur vt est text. sing. secundum Bald. in ca. 1. de consuetud. rec. feu. tamen propter interesse operarum & obsequiorum, quę domino debentur, de quibus in c. 1. §. iusiurandum. de pace iur. fir. faciunt quæ not. Inn. in c. cum dilectus. extrà, de appel. dominus poterit agere.

Vndecimò limitatur, quotiescunq; reus esset incarceratus, vel in fortia officialis. nam tunc procurator admittitur. ita tenet Bart. in l. non tantum. ff. de appel. & in le. 1. §. fi. ff. de quęstionibus. idem tenet Bald. in l. aduocatos. C. de episc. audiẽ. & in l. eos. §. super his. C. de ap. vt habetur in d. §. publice. contrarium tamen tenui disputando, vbi plenius dicam, &c.

Duodecimò limitatur, quoties ciuilis quęstio incidit in criminalem, vt quia dicit statutum q non soluens collectam posit impunè occidi. ita tenet Bald. in d. §. publice. per tex. in l. patris. C. ad le. Iul. de plagiarijs. qui casus est valde singularis. secundum Ia. But.

Tertiodecimò limitatur, & hęc fuit sententia Baldi in l. reos. C. de accusa. quoties põt procedi ad damnationem memoriæ: vt si procederetur contra hęreticum mortuum, vel eum qui incidit in crimen læsæ maiestatis, quod põt per l. fi. C. ad l. Iul. maiestatis. nam tunc si non admitteretur defensio per proc. oĩs defensio excluderetur, quod esset iniquum vt l. vtrum. ff. de iust. & iure. iste enim de per se nõ potest se defendere, quia mortuus: igitur per alium poteris defendi ne violetur sepulcrum: vt l. quęsitum. & per totum de sepulchro violato. cum similibus.

Quartodecimò limitat, quotiescunq; propter aliquod crimen, in quo regulariter non potest interuenire procurator, intentaretur actio contra aliquam vniuersitatem, vel vniuersaliter, seu ipsa contra alium intentaret. nam tenetur ad singula acta iudicijs interuenire procurator. de hoc est casus in l. tam collatores. C. de re mili. & idem latissimè tenet Spe. in ti. de procu. §. 1. vers. item quando secũdum. & de hoc vide per Inn. in c. graue. extrà, de sent. excom. & per Ang. in l. furti. §. si quis alieno. ff. de his qui not. infa. & per Bart. in l. 2. ff. de accusatio.

Quintodecimò limitatur, quando filius interueniret

pro

pro patre in causa criminali, vel pater pro filio. ita tenet Bal. in l. exigendi. C. de procuratori. arg. l. Lucius. de appellationib. & l. seruus. ff. eod. tit. & idem tenet Ioan. de Imo. hic in 7. col. & Io. de Ana. in c. veniens. extra. de accusationi. in 10. col. idem tenet Bal. in l. reos. C. de accusationib. in 8. col. & in l. seruum quoq;. §. public. de procur. in 2. col. idem tenet Bald. in l. 2. in fin. 1. col. C. qui accusa. non possunt.

Sextodecimò limitatur, quoties opponitur accusatori quod non sit legitimus accusator & idem etiam in exceptione ineptitudinis libelli. nam per procuratorem opponi poterit, cũ etiam ipse iudex ex officio suo teneatur repellere ineptam petitionem: vt not. Cy. in l. neq;. C. de accu. & per Bar. in l. 1. ff. de offic. assef. & de his qui ad eccle. confu. l. si seruus. & l. filius familias. §. veterani. de procur. not. Io. And. in c. examinata. de iud. & Inn. in c. 1. de offic. vic. & ista fuit limitatio Bald. in d. §. publice.

Septimodecimò limitatur prædicta conclu. in eo, qui est damnatus ad vltimum supplicium, quo casu admittitur procurator ad appellandum. casus est hic & in l. nõ tãtum. ff. de appella. vt licet ille text. non solum loquatur in amico, secundum quosdam, non autem in procuratore, tamen illud videtur mihi esse contrarium text. expressè dum dicit non tantum si ille mandauit. vnde intellige siue in procuratore, siue in amico, qui tamẽ solum ad actũ appellationis potest. Et hoc ratione cognitionis quam inter nos docens natura constituit: quoniam vocamur iure quasi fratres in Christo: vt legitur & not. in l. vt vim. ff. de iusti. & iure. & in l. 1. de ser. exportan.

REGVLA CCCXCVI.

PRODVCI & probari in causa appellationis possunt non deducta, & probata in causa principali, vt not. in l. per hanc. C. de tempo. appel.

Primò fallit, vbi appellans potuisset in causa principali deducere, vt quia sciebat, & noluit deducere vt fatiget aduersarium. secus si ignorasset. ita dicit Bald. in l. e. per hanc. C. de tempo. appel.

Secũdò fallit, in inquisitione, id est in iudice qui inquisiuit super aliquo crimine: quia non potest sustinere sententiam suam per nouas probationes Bal. in d. l. per hanc.

Tertiò fallit, vbi interuenit appellatio à sententia diffinitiua: quia ab interlocutoria non potest aliquid de nouo adduci: vt in l. 2. ff. de ap. & est ratio quia prima interlocutoria est odiosa, quia impedit iurisdictionem illius iudicis. secunda ratio quia prohibita est appel.

REGVLA CCCXCVII.

PROHIBITA alienari, cùm fideicom. restitutioi subiaceant, in causa tamen dotis alienari poterunt, authẽ. res quæ. & ibi not. C. communia de leg.

Primò fallit, quando testator expressè prohibuisset ea causa alienari: quia non poterit alienari etiam in causa dotis: vt not. Bald. in l. nulla. C. de iure dotium. tenet Paul. de Cast. contrarium in consi. suo 12. quod incipit, in Christi nomine amen. quia per scriptionem eximij docto.

Secundò fallit, quando est res quæ de sui natura prohibita est alienari vt est res feudalis: quia non poterit alienari propter causam do. vt dicit Bald. in §. propter causam. & etiam Bald. in cap. 1. §. si donauero. in tit. qualiter olim feu. po. alie. & ibi tenet primam fallen.

Tertiò fallit, quia non habet locum in contractu inter viuos, vt per Bald. in d. auth. res quæ. communia de leg. & per eundem Baldum in l. nulla. C. de iure dotium.

Quartò fallit, quia si grauatur restituere aliquam rem, potest illam alienare, si est incarceratus, vt se redimat vt dicit Paul. Cast. in d. l. sancimus. & in auth. si captiui. C. de episc. & cler. & Ange. & Imo. in l. si Marcellus. §. res quæ ff. ad Trebel. licet Paul. de Castr. dixerit contrarium. in d. authen. res quæ.

REGVLA CCCXCVIII.

PROHIBITA vẽditione, cẽsetur etiã prohibita donatio, & quælibet alia alienatio. Bar. in l. filius fa. §. diui. de leg. 1. gl. in l. 1. C. de vsu. pro emp. quam Bald. dicit sing. in rubr. extra. de pact. & in c. literæ. in fine, de dilationibus.

Primò fallit, nisi esset diuersa ratio in alienatione, q̃ fit in vẽditione. l. sicut. §. sed & si permiserim. ff. qui mo. pig. vel hypo. sol. & l. fin. cum gl. C. de iure emphyteu.

Secundò fallit, nisi cõis vsus loquẽdi se habeat in contrariũ: quia tunc appellatione venditionis non comprehenduntur alij contractus: vt per Abb. in ca. 1. de his quæ fiunt à prælato sine cõsensu ca. & Bal. in l. j. C. de re. perm.

Tertiò fallit, nisi fiat mẽtio in prohibitione de pretio. quia tunc venditio capitur strictè pro sola venditione. gl. in l. fi. C. de præ. curi. lib. 10. in glos. in l. apud Celsum. §. si cum legitimo. ff. de exce. doli. & gl. & ibi Bald. in l. si cum dotem. C. de iur. do. quod tamen intelligit quando pretiũ esset conueniens rei, aliàs secus. gl. est not. in l. 1. §. 1. in verbo, agendo. ff. de superficiebus. quam Bald. dicit singularẽ in c. literæ. de dilatio.

REGVLA CCCXCIX.

PROHIBITIO alienationis facta in contractibus nõ impedit translationem dominij, quamuis cõtra faciẽs incidat in pœnam vel ad interesse. Bart. in l. filius fa. §. diui. ff. de leg. 1.

Primò fallit, quando alienatio est irreuocabilis, vt in libertate: vt probatur in l. e. a quidem. C. si manci. ita fuerit alienatum. & idem dicas in omnibus alijs cõtractibus, vt per Bart. in l. si ita quis. §. ea l. C. de condi. ob causam.

Secundò fallit, nisi ille qui apposuit tale pactum reseruasset sibi ius reale: quia tunc impedit translationẽ dominij, vt est casus in l. si creditor. §. fi. ff. de distra. pig. de quo per Imo. in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verb. obliga.

Tertiò fallit, quando pactum prohibitorium habetur natura resolutionum contractus: vt si dictum fuit quòd si contrafiat alienatio sit nulla, & deueniat res ad venditorem: vt per docto. in l. 1. ff. de dona.

REGVLA CCCC.

PROHIBITVS per testatorem alienare extra certum genus personarum, vt extra familiam vel descendentes, tamen potest ex testamẽto trãsferre in eum qui alias sibi esset successurus ab intestato: vt in filijs fœminis, quę nupserunt extra familiam. gl. est sing. quam sequuntur cõmuniter docto. in l. pater. §. Iulius Agrippa. ff. de leg. 3. & Bar. in l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2.

Primò fallit, nisi in prohibitione essent verba vniuersalia geminata, putà q; talis res non possit extra familiam aliquo ti. vel quocunq; ti. alienari, vt quod Areti. in l. Pantonius. §. 1. ff. de acqui. hæred. in contrarium tamen facit id quòd notat Ange. in consi. 57.

Secundò fallit si essemus in extraneo qui esset successurus ab intestato secus autem in prohibito acquirere: vt in statuto, quo cauetur q; nullus forensis possit aliquo ti. acquirere bona illius territorij, & aliquis forensis sit proximior consanguineus defuncto, & sic succedentibus ab intestato: quia non poterit etiam ex testamento succedere, & hoc videtur esse de mente Bar. in l. ventre. ff. de acquir. hæred. & ibi hoc ponderat Areti. in 16. col.

REGVLA CCCCI.

PROMISSIO facti alieni regulariter non valet. l. stipulatio ista. de verb. oblig. & ibi docto.

Primò fallit, in stipulationibus prætorijs, vt si promitto Titium ratum habiturum, vel promitto aliquem sistere in iudicio: quia videor promittere actũrum & curaturum. l. quoties quis. ff. de verb. oblig.

Secundò fallit si stipulatio interponitur super contractum, de cuius natura est, vt quis teneatur de euictione, & sic de facto alterius: quia etiam sine tali stipulatione tenetur de facto alieno. l. emptorem. §. qui autẽ. ff. de actio. empt. & in l. inter stipulantem. ff. de verb. oblig. in princi.

Tertiò fallit, q̃n factũ tertij tendit de obseruationẽ eius ad quod tertius tenetur: vt si debitor in centum promittit quòd

tit q Titius pro eo fideiubebit:vt in casu.l.qui autem.§.sed & si quis.ff.de constit. pecu.& ibi Bart.

Quartò fallit, quando quis promittit factum alienum, non vt personæ alienæ, sed vt qualitates rei subiectę vt seruum non esse fugitiuum.l.si ita quis.ff.de euict.

Quintò fallit, si in promissione facti alieni interponatur iuramentum: quia tunc operatur vt actus valeat omni meliori modo, quo potest.l.cum pater.§.filius matrē.ff.de leg.2.& Barto.in l.si quis pro eo.ff.de fideiusso.& ita limitant Raph.& Ro.per capitulum ex literis.el secundo de sponsa.

Sextò fallit, in spiritualibus, vt in matrimonio, & ī spōsalibus:vt per Bald.in l.fi. in fine. de sponsa.

Septimò quando quis locauit, vel commodauit, vel deposuit seruum suum penes alium, à quo stipulatus est ne ab alio efficiatur seruus fur, vel fugitiuus:vt est tex.& & ibi Bald.in l.non impossibile.ff.de pact.

Octauò fallit, qñ apponeretur pœna vel interesse:vt in casu.l.stipulatio ista.ff.de verbo.obligationib.de quo etiā vide per Abb.in consi.43. incip.videtur t.

REGVLA CCCCII.

PRomissio facta sub conditione valet, licet aliam causam non habeat. quia ipsa conditio impleta succedit loco causæ, Bart.in l.à Titio.ff.de verbo.obligationib.

Amplia primò, vt procedat non solum in conditione propria sed etiam in conditione de præsenti vel de præterito:vt in le. cum ad præsens.& ibi Alexand.ff.de verborum oblig.

Amplia secundò hoc procedere non solum quando ex implemento conditionis resultat commodum promissori vel stipulatori:vt in l.Labeo scribit.ff.de contrah.emp. sed etiam si aliquod commodum non resultaret vt in d.l. cum ad præsens.

Amplia tertiò hoc etiā procedere in pacto nudo: quia tunc non solum conditio habetur pro causa, sed etiā pro implemēto.ita quod ex pacto nudo potest agi vt per Angelum in d.l.cum ad præsens. de quo tñ vide ibi per Iaso.

Primò fallit, nisi essemus in materia, in qua causę essent limitatæ à iure:quia tunc conditio non sufficit pro causa: vt si testator dixit exhæredo filium meum si venerit in patriam infra annum.nam in materia exhęredationis causæ sunt limitatæ à iure:vt in §.causas.in authenti. vt cum de appellatione cognoscitur.& in c.quintauallis. de iureiurand.& ita limitat Bald.in leg.si pater.in 6.q.C.de institu. & substit.

REGVLA CCCCIII.

PRomittens aliquem per viam securam ducere, si per viam insuitatam duxit, & derobatus sit, ad damni emendationem tenetur.vt singula.not.Barto.& Floria.in l.t.§.t. per illum text.

Primò fallit, quando via insuitata esset magis secura, vt Leos.§.fi.ff.de Fal.

Secundò fallit, quando esset courreus seu cursor commissus non per viam vsitatam communiter itinerantib. sed per nō vsitatā ar.l.t.§.equiti.ff.de vsu.& habi.hoc sētit Bar.in l.in itinere a ff.de verb.signifi.qui dicit quod in currens debet facere transitum per quem vadūt courrei.

ADDITIO.

a *In l.in itinere. Vbi omnino vide dom. Bart. Capolam ponentem omnes istas fallentias.*

Tertiò fallit, si per aliquam iustam causam amisit viā consuetam, propter excrescentiam fluminis:vt in le.2.§. qui diffinitis.ff.si quis cau.Floria.in di.§.t.

Quartò fallit quādo via vsitata esset lubricosa:vt l.quą actione.§.1.ff.ad l.Aquiliam.

Quintò fallit quando esset actum propriè quod teneret viam insuitatam:quia tunc imputandum est mittenti:quia mala electio fuit sua per docto. in d.l.in itinere.ff. de verb.signifi.

REGVLA CCCCIIII.

PRomittens factum alienum regulariter non tenetur:vt l.stipulatio ista.in prin.& in §.quę situm.de verbo.oblig.& in §.si quis alij.Instit. de inuti. stipu.

Primò fallit, in casibus enumeratis per glo.in §.si quis alij.sed quia in aliquibus reprobatur, melius dic secūdum doct.& maximè Paul.de Cast.in d.leg.stipulatio ista.§.in pretorijs stipulationibus.& in le.quoties.ff.de verborum obligationibus.

Secundò fallit, in promissione euictionis, quę de natura contractus venit:in toto tit.de euict.& in l. inter stipulantem.secundum vnum intellectum, de verb.oblig.

Tertiò fallit, ad corroborationem præcedentis contractus, putà q talis fideiubebit pro me. vt l.qui autem.§.1. ff.de consti.pecu.

Quartò fallit, si promittitur non factum, sed qualitas rei, putà quod seruus venditus sit le.si ita quis.de euictio.

Quintò fallit, quando promisit se facturum.vt est glo. in d.l. stipulatio ista.

Sextò fallit, si interuenit iuramentum tunc promittēs factum alienum cum iuramento obligatur ad factū præstandum. vt sic valeat iuramentum eo modo quo valere potest arg.c.ad nostram de iureiur.

Septimò fallit, in causa matrimoniali:vt in c. ex literis. & in c.sicut.de spon.& ibi Anton.de Butr.qui dicit quod in quacunq; causa spirituali valet promissio de facto alieno, &c.

REGVLA CCCCV.

PRotestans suæ protestationi renuntiare potest. vt est text.& ibi Cano. in c.præsentium. de testi.

Primò fallit quando aduersarij interesse propter impēsas factas vel aliud interesse: cum tunc desistere non possit, nisi illud interesse remoueret, satisfaciendo de eo.ff.de reg.iur.l.nemo.extrà, de app. c.cum interposita.secūdum ipsum Inno.& Io.And. in d.c. præsentium.

Secundò fallit, quādo ipse protestās produxisset testes ad reprobādum testes productos. nam cum ipsi testes iurauerunt pro vtraq; parte 14.q.5.sanè.non poterit pœnitere.secus autem esset, si produxisset instrumētum: cum post productionem possit desistere secundum Inn.in d. c.ad præsentium:vt latius per ipsum:vt not.Io. Andr.

Tertiò fallit, quando ipse protestans obtulisset se probaturum exceptionem contra testes: cum ex hoc sit quęsitū ius partiad hoc auth.qui semel.C.quomodo & quādo iudi.& c.ab eo.de elect.in 6.vt voluit Io.And.post Innoc.in c.1. eod.tit.

Quartò fallit quando res non esset magna, vt quia testes, contra quos protestatus fuit deposuissent, cum tunc obsistere non possit:vt l.si quis libellos.C.de ap.secundū Anto.& Imo.in c. præsentium.

REGVLA CCCCVI.

PRotestatio requirit expressum cōsensum illius, contra quem facta est, ad hoc v t sibi noceat:Bartol.in §.morte.in fin.de oper.noui nun.Abb.in ca. Cumana.de elect.& Io.An.in c.in genesi.eod.tit. & Feli.in c.nonne.de præsumpt.

Primò fallit in casibus, in quibus tacēs habetur pro cōsentiente in actu oneroso.vt per Bart.in l.quæ dotis.ff.solu.mat.& per Feli.in d.ca.nonne.de prēsumpt.

Secundò fallit, vbi is, cui fit protestatio, non simpliciter tacet, sed facit actum tacitum denotantem cōsensum. per not.in l. filiusfa. ff.ad Mace.

Tertiò fallit, vbi ageretur de paruo preiudicio eius, cui fit protestatio, vt colligitur ex notatis per Bar. in d.l.quæ dotis.in fin.ff.solu. mat.dum tractat an præsens & tacens videatur consentire.

Quartò fallit vbi ille, qui protestatur, agit de exonerādo se ab obligatione, quæ debet oriri ex pacto non præambulo, sed secuturo:vt per Imol.in capitul.Cumana, de electio.

REGVLA CCCCVII.

PROTESTATIO debet fieri illi, cuius interest. l. si mãdassem. ff. man. c. ex parte decani. de rescr. cum concor.

Primò fallit seu intelligitur, vbi ille quem protestatio tangit, est certus, sed si est incertus, sufficit talem protestationem proponi publicè. vt per Barto. in §. morte. versi. quandoque per hanc protestationem. de oper. noui nun. pro quo faciunt not. per Do. in ca. si. in fi. de elect. in 6. vbi dicit quod vbi non reperitur certus aduersarius, sufficit generalis citatio per edictum.

Secundò fallit, vbi materia tangit aliquem secundariò, non autem principaliter: quia tũc sufficit protestari ei ad quẽ spectat principaliter: vt per Io. Ana. in regula, in generali. de reg. iur. in 6. per c. pastora. §. fin. de offi. ord. vbi cõtra iudicem facientem aliquid ad commodum partis, fit protestatio coram eo, non coram parte: quia principaliter agitur de rescindendo factum iudicis.

Tertiò fallit, vbi non potest haberi copia illius, contra quem esset protestandum: quia sufficit protestari secundum formam d. c. pastoralis. §. fin. & l. vt perfectiùs. C. de anna. except. & l. 1. §. dies. ff. quando app. & sit & ca. si iustus metus. de appella.

REGVLA CCCCVIII.

PROVOCARE tertio in vna eademq; causa non licet. casus est in l. 1. C. ne lic. tei tiò prouoca.

Primò fallit, quando iudex secundum appellationem suã magis grauasset illum, putà in expensis: quia tunc super illo licet ei appellare. ita dicit Ange. in d. leg. 1. C. ne li. tert. pro.

Secundò fallit, quando illud quod dicitur quod non liceat tertiò alicui prouocare, intelligitur vni parti, sed ambabus partibus bene licet. quando scilicet prouocat quælibet pars, &c. vt dicit Bart. in d. l. j.

REGVLA CCCCIX.

PVPILLVS ad diuisionem regulariter alium prouocare non potest. l. si pupillorum. in princ. ff. de re. eorum. & ibi per Bart. & docto.

Primò fallit, in fructibus diuidendis, vt per Bal. in l. Lucius. ff. fami. er. & Bal. in le. 1. ff. de rebus eorum. & Bald. in l. iubemus. C. de sacrosanct. eccles. & per Flo. in d. l. Lucius præalleg.

Secũdò fallit, qñ expedit pupillo, & tunc potest fieri diuisio cum decreto iudicis vt per Bald. in l. j. ff. de rebus eo.

Tertiò fallit, quando esset diuisio facti, & non iuris, putà gratia commodioris culturæ. l. cum ius. §. j. de leg. 2. & hoc probatur per glo. & ibi Paul. de Cast. in terminis in l. iubemus. C. de sacrosl. eccles.

Quartò fallit, quando alius prouocaret eum ad diuisionem: quia tunc potest fieri: vt vult glo. not. in l. iubemus. C. de sacrosl. eccles. ar. l. 2. ff. de fun. do. & le. inter omnes de prædijs minorum. & l. si pupillorum. alleg. vt patet.

REGVLA CCCCX.

PVPILLVS suam hæreditatem autoritate tutoris adire debet tex. est in l. minor. & l. pupillus. ff. de acquirenda hæreditate.

Primò fallit, si in defectu tutoris iudex suum decretũ interponat, vt tenetur in l. si infantis. in fin. de iure deli. & gl. in l. bonorum. C. qui admit.

Secundò fallit, si ipsi pupillo delata sit hæreditas patre viuente & tunc absq; consensu patris & autoritate tutorum hæreditatẽ per se adire & repudiare potest, per text. sing. secundum Raph. Fulg. in l. fin. §. si autem in secunda ætate. C. de bo. quæ libe.

Tertiò fallit, nisi ipse pupillus sit institutus sub conditione: quia tunc conditione per eum adimpleta immediate sua autoritate fit hæres. text. fin. in l. conditionibus pupil. ff. de condi. & demon.

Quartò fallit, nisi statutum hoc ei permitteret. ita dicit Angel. in leg. minor. ff. de acquirend. hæreditate. §. rationis.

REGVLÆ IOANNIS BERNARDI DIAZ.

De Littera P.

REGVLA DXVIII.

PACTVM nudum non vestitur calore iudicij, vt in l. siue apud acta. C. de transact. & in le. si præcedenti. §. Lucius. in verbo, pactus. ff. mandati.

Limita dupliciter, vt per Ripam in l. 1. in princ. in col. 3. ff. de verb. oblig. Primò, vt non procedat in casibus, quibus pacto nudo promittitur aliquid, quod tendat ad coadiuuandum iudicium: vt puta, de iudicio sisti, de iudicato soluendo, & de expensis restituendis, quod declarat, vt per eum ibi.

Secundò limita, in pacto nudo habente implicitam cõfessionem de iustitia, sententia contra se lata.

REGVLA DXIX.

PACTVM de litigando coram incompetenti iudice, non facit illum competentem: & paciscens conuentioni stare non cogitur. Text. est in le. si conuenerit. ff. de iurisd. omn. iud.

Limita decẽ modis, vt per Alex. ibi, colũ. 1. cum 2. seq.

REGVLA DXX.

PACTVM initum inter partes vt non liceat appellare, valet. l. 1. §. 1. ff. à quib. appel. non licet. l. fin. §. fin. C. de temp. appel.

Limita dupliciter vt per Io. Crotum in repet. le. nemo potest. ff. de leg. 1. in col. 24.

Primò, in causa criminali. Allegat gl. in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. & Bald. in d. §. fi. col. 1.

Secundò, in procuratore etiam habente mandatũ cũ libera. Allegat Bald, vbi supra, & Ang. in d. §. 1.

REGVLA DXXI.

PACTVM factum ab ingrediente monasterium de retinendis bonis proprijs, nõ valet, & ingressus temanet purus. Glos. est in auth. ingressi. C. de sacrosl. eccles. & in authẽ. de monachis. §. illud. collat. 1. & in l. si pater. la 1. glos. 2. ff. de adopt. & in c. solet. 32. q. 2. tenet Inno. Host. Ioan. Andr. & Anto. in c. fi. de condi. appos. vbi hanc dicit Ant. communem opinionem. & idem dicit Imo. c. cum M. de constit. vide omnino Ias. qui refert quinque opin. in hoc, & tandem ita concludit in d. auth. ingressi. col. 5. cum tribus sequent.

Limita suprà scriptam communem sententiam tripliciter, vt per eundem Ias. in d. authen. collat. 8. circa fin. & sequent.

REGVLA DXXII.

PACTVM de non succedendo non valet. Tex. in l. ex eo. C. de inutil. stipul. & in locum donationis. C. de trãsa. & in l. fin. C. de pact. & in le. pactum quod dotali. C. de collat. Georgius Natan in repet. ca. quamuis pactum, col. 15. de pact. lib. 6. vbi ponit tres rationes.

Limita sex modis, vt per eum ibi.

Primò, vbi tale pactum à statuto vel consuetudine esset approbatum. Ita singulariter Bald. in l. cum Archimedoram. C. vt in poss. leg. per c. muliet. & per c. filij. si de feudo fuer. contro. inter dom. & agnat. Vide tamen Georg. ibi, qui in contrarium allegat Bald. & moder. Bononienses, in quorum opinione residere videtur, & respodet ad fundamenta Bald. in d. l. cum Archimedoram.

Secundò fallit, in militibus tendentibus ad bellũ, inter quos

quos valet pactũ de inuicẽ succedendo.l.licet.C.de pact.

Tertiò fallit ad pias causas secundum Bal. singulariter in le.fin. C.de pact.quia si valet fauore armatæ militiæ,vt prædixi,fortius valebit fauore cœlestis militiæ.l. milites. cum gl.C.locati.& est gl.in l.miles.§.1.ff. de re iudi.Et vi de eundem Georg.vbi suprà,allegantem Roma.pro con traria opinione, & tandem saluantem Bald.

Quartò fallit, si pactum de succedendo est iuratum,se cundum Bal. singulariter in c.moribus.si de feu. fuer.contr.inter dom.& agnat. Vide tamen Georg.vbi suprà,dicẽtem in contrarium esse veritatem.

Quintò fallit, vbi pater, cui factum est pactum de suc cedendo,intestatus decederet, nam inter liberos tale pactum erit seruandum: quia inter ipsos non refert quomo do pater, vel per epistolam, vel aliter, declaret suam voluntatem,vt secundum illam filij succedant.l.fi.C.fam.er. quod est singulariter notandum, si ponamus, ꝙ pactum contineat filios debere succedere portionibus inæqualibus,& sic aliter quàm ab intestato successissent, quo casu filij ex pacto succederent, non autem æquali portione.

Sextò & vltimò fallit, vbi per tale pactum de succedẽdo, directò non tollitur facultas testandi, sed reseruatur alia forma disponendi de bonis,per text.in l.quidam cum filium.iunctagl.magna,circa finem.ff. de verb.obliga.secundum Ludoui.in d.l.stipulatio hoc modo. in col.12.

Regvla dxxiii.

Pactvm de succedendo non obstante ingratitudine inter patrem & filiũ valet. Tex.in l.omnimodo. C. de inoffi.testam.& tenet Georgius Natan in repet.c.quamuis pactum.de pactis, lib.6.col.17.

Limita tripliciter,hanc regulam,vt ibi, per eum.

Primò fallit,vbi non remitteretur ingratitudo præterita,sed futura: puta si dicatur ꝙ non obstante ingratitudine committẽda, filius succedat patri,quia tale pactum inuitat ad delinquendum, ideo non valet.l. conuenire.ff. de pactis dotal.l.quidam decedens.ff. de adminiſt. tut.ca. vt famæ.de sent. excom.

Secũdò fallit,in casu l.2. C. de libe.& eorum liber.vbi liberto propter ingratitudinem in seruitutem reuocato, non potest remitti talis ingratitudo, nec à domino dari li bertas,principe inconsulto.

Tertiò fallit,quando non obstante tali remisſione,vir tute delicti commisſi,ille remanet incapax hæreditatis in genere & iure succedendi, per l.1.C. de hæredib.instit.secundum Io.de Imo.& Gemi.in d.c. quamuis.

Regvla dxxiiii.

Pactvm de hæreditate viuentis non valet. Text.in l. fi.C.de pact.& in l.quidam in iure.§.fin.ff. de donatio. Georg.Natan in repet.c.quamuis.de pact.lib.6.col.18.limita quinque modis vt per eum ibi.

Primò,si ille de cuius hæreditate agitur consentiret.d. l.fi.dummodo in tali consensu perseueret vsque ad mortem, vt ibi.

Secundò fallit, vbi fieret pactum super hæreditate incerti hominis.l.3.ff. pro socio.

Tertiò fallit, vbi tale pactum disponendi de hæreditate fieret in consequentiam alterius contractus liciti præcedentis.l.si seruum.in princ.ff.de act.empt.

Quartò fallit, vbi fieret tale pactum ad liberandum pa ciscentem:puta pater habet multos creditores,filius in vi ta patris dat certũ quid creditoribus,hoc pactò, quòd ipsum non molestent,si contingat eum succedere patri.l.& cum.§.filius.ff. de pactis.

Quintò fallit,vbi talis hæreditas veniret accessoriè:puta vendo hæreditatem, in qua erat annexa substitutio pu pillaris, ad quam venditor sperabat venire ex pupillari, certè in hac venditione hæreditatis potest fieri pactum de hæreditate pupilli viuentis, quæ venit accessoriè.le.2. §.illud in versic.planè.in verbo,maximè.ff.de hæred.vel act.vend.& ita Bald.in d.l.fi. Vide tamen cum ibi,qui cõtra hanc limitationem facit ponderationem quandam,& cogitandum relinquit.

Regvla dxxv.

Papa ex causa potest interpretari ius diuinum, consti tutione vel rescripto,licet non in totum tollere,tex.in c.licet.de ferijs.& in Clem. præsenti.de censib.& in c.quã quam.de censib.in 6.& in c.non minus. de immu.eccles. Ioan.And.in c.cum ad monasterium.de stat.monac.& in regula,semel Deo.de regul.iur.in 6.Felin.vbi plura,& ibi referens sanctus Thomas in capi. quæ in ecclesiarum. de constit.col.5. nu.19.

Limita tripliciter per Phili.Dec.in d.c.quæ in ecclesia rum.nu.15.col.5.

Regvla dxxvi.

Papa restituit famæ clericos, & laicos subditos, alios verò non.Inn.& communiter omnes notant in ca.cũ te.de re iud. Archid. & Domi.in §.hinc colligitur.2.q.3. S.Thomas 2.2.q.68.artic.vlti.in fine.

Limita hanc regulam duobus modis,vt per Felin. d.c. cum te.4.col.

Primò, nisi casus quo Papa indigeat isto infamato ad clericatum, quo ordinato, cessat infamia.

Secundò limita, nisi restituat laicum non recognoscẽtem superiorem in temporalibus.

Regvla dxxvii.

Papa potest dispensare super quolibet iuramento per viam commutationis,dispensationis,vel totalis relaxationis.Ista conclusio describitur à Fel.in c.2. col.6.de ipsa.pro qua refert Spec.S.Thom.Cardi. Archi. Florẽ.Ant. Imo.& Abb.in c.quanto.de iureiur. & plures alios.

Limita hanc conclusionem tribus modis notabilibus, vt per Feli.vbi suprà, in 7.& 8.col. quam prius tripliciter declarat, & optimè loquitur in materia.

Regvla dxxviii.

Papæ autoritas in iuramento; regulariter censetur excepta.c.venientes.de iureiur. docto.omnes in c.constitutus.de rescript. vbi Feli. col.5.ponit aliqua dicta,quę infert ex hac regula.

Amplia tripliciter, & limita quadrupliciter, vt per eũ ibi,cum duabus sequen.

Regvla dxxix.

Partis, seu portionis appellatione,in dubio,intelligitur de dimidia.tex.est in l. nomen filiarum.§.portio nis.ff.de verbo.signif.gl.in le.etiam.ff.de vsufruct.

Limita primò, nisi iungatur cum aliquo termino denotante minorem portionem,quia tunc illam tantum in cludit.Ita limitat Philip.cap.2.§. statuimus.de deci.lib.6. per text. ibi,in princ.

Secundò limita,nisi verbum pars, vel portio,iungatur cum dictiõe aliqua,quia tunc verificatur in qualibet parte:vt est gl.singu.in Clem.1.in verbo,aut earum parte.de so.comp.quam dicit menti tenendam Abb.in c.super eo. de eo qui cog.consan.vxoris suæ.commendat etiam Corse.in suis sing.in sing.pars.dicit singularem Philip.vbi suprà, & Feli.in c.significantibus.in 6.col. de libe.obla.post Abb.in c.pastoralis.de offi.deleg.ex quo sic limitatur prędicta regula, & vide Ias.in le.1.col.3.C.de pact.vbi refert aliquos doct.illam commendantes, & ibi ponderat vnũ text.nouiter contra eam, vide eundem Ias.in l. generaliter.§.cum autem.col.4.C.de insti.& substi.vbi etiã alios, refert,& ponderat alium tex.contra eam. Quam limitationẽ subintellige,qñ subiecta materia patitur, ꝙ verbũ pars,iunctum verbo,aliqua,possit probabiliter ad quamlibet partem referri quęcunq; sit: secus si nõ patiatur. Ita intelligit Soc.consi.53.in 4.vol.in 4.col.in fin.

Tertiò limita ex glo.3.in c.maioris.16.q.7.quæ dicit, ꝙ si aliquis debet partiri,nõ intelligitur de dimidia,secus si debet pars dari. Ita restringit Felin.vbi suprà,in d.6.col.

Quartò limita,nisi petantur duæ partes, quia non intelligitur de duabus dimidijs, sed de duabus partibus re-

spectu tertię: notat Domi. post Anch. in c. indemnitatib. §. si verò. per illū text. de elect. in 6. Ita limitat Fel. in di. 6. col. quem vide: & vide Cose. in sing. suprà alleg.

Quintò limita, nisi ex mente loquentis appareat, q̄ appellatione partis, intendit includere minorem partem dimidiæ, vt probat text. in c. 1. de sent. excom. in 6. secundū Domi. quem refert Philip. in d. §. statuimus.

Sextò limita, quia ratione incertitudinis quandoq; cōprehenditur totum, appellatione partis, vt in le. vxori, in prin. ff. de leg. 3. vbi dicitur, q̄ si testator legat vxori domus partem, in qua morari consueuit, & testator tam tēpore testamenti, quàm mortis, totam domum in vsu habuit, tunc tota domus debetur ratione incertudinis, secundum gl. ibi. Ita limitat Philip. vt suprà.

REGVLA DXXX.

PARTEM non facit is, qui non admittitur ad partem, nec admitti speratur, ideo non impeditur ius accrescēdi: vt in l. planè. §. si duobus. ff. de leg. 1.

Limita sex modis, vt per Io. Crotum in repet. l. re con iuncti. in col. 20. cum duab. seq. ff. de leg. 3.

REGVLA DXXXI.

PARTIS quo ad partem idem iuris est quod & de toto quo ad totum: vt in le. quæ de tota. ff. de rei vend. & in le. an pars. & ibi Bar. ff. p̄ derelict. & in l. si seruus eius. & ibi moderni. ff. de acqui. hęre. & in c. pastoralis. in prin. de offic. deleg. & vide glos. quæ allegat iura pro & contra in l. qui scit. ff. de vsur.

Amplia dupliciter, & limita sex modis, vt per Ias. in le. qui sine. ff. de condi. sine causa. & vide Decium in l. cuius effectus. ff. de regul. iur. vbi ampliat tripliciter, & limitat quatuor modis, & Nico. Euerardum in suis Topicis iuris ciuilis, in parte, locus à parte in totum. vbi vnam ampliationem, & quatuor limitationes describit.

REGVLA DXXXII.

PATRIS sola pręsentia, siue alterius, cui reuerentia debetur, non inducit iustum metum reuerentialem, ad rescindendū actum, nisi probentur minæ, vel verba pręcedentia. Bar. in l. 1. §. qui onerandæ. ff. qua. re. actio nō datur. & ibi Ang. idem Bart. in le. ad inuidiam. C. quod met. cauſ. & doct. in l. interpositas. C. de transactio. facit quod notat Abb. loquendo in matrimonio, in ca. veniens. lo 1. de sponſ. Et de mariti reuerentia, ita not. Pet. de Rauen. in suo Alphab. aureo, in fol. 176. in col. 2. in fi. referendo Barto. in d. l. ad inuidiam.

Limita hanc conclusionē quadrupliciter, vt per Geor. Natan in repet. c. quamuis pactum. col. 11. post medium. & in seq. de pactis. lib. 6.

REGVLA DXXXIII.

PATER si instrumento donationis confiteatur se recepisse seruitia à filio, non statur in hoc eius confessioni, sed oportet, q̄ benemerita, seu seruitia probentur. Gl. est singu. quæ ad commendatur ibi, in le. si donatione. C. de collat. & ponit Io. Lupus in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. fol. 26. col. 2. in princ. versi. sed quarum gloss. not. etiam Ias. ibi, in colū. 4. vbi ad hoc assignat duplicem rationem.

Limita tripliciter, vt per eūdem Ias. in duabus col. seq. vbi suprà. Et vide eundem Ias. in l. frater à fratre. in colū. 20. in lectu. ff. de condict. indeb. vbi huic regulæ scripsit tres limitationes, quę omnes continentur in 1. & 2. limitationibus descriptis per eum in d. l. si donatione.

REGVLA DXXXIIII.

Septimò fallit, dicta regula in laudo arbitratorũ:quia præsumitur iustum, & ex iusta causa datum,& requisita omnia interuenisse, & præcessisse: sicut etiam præsumitur pro sententia iudicis.ita voluit Dy. in consi.42.incip. Ptolemæus.refert & sequitur Io.An.in addit.Spec.in tit. de arbi.§.sequitur.in add.incip.Dy.in regula,&c.& alleg. l.ea parte.ff.de proba.

REGVLA CCCCLXIIII.

Solui vnum pro alio regulariter non potest.l.2.ff.si cert.pet.& ibi not.

Primò fallit,in casu l.si seruus.de verb.oblig.in fin.& l. si vinum.in fi.in gl.magna.ff.si cert.pet.

Secundò fallit, vbi pretium vnum est mihi in obligatione:& aliud in facultate soluendi: vt in noxa. & similibus.l.item veniunt.§.idem rectè.ff. de petitione hered.

 Regula

REGULA CCCCLXV.

SPOLIATIO quando renuntiatione initium non habuit.vel habuit initium & finem, sed post spoliationẽ: tunc contra spoliatum interdicto possessionis recuperandæ agentem, de renunt.opponi non potest. vt colligitur ex text.in c.sollicite.extrà,de resti.spo.

Primò fallit,quando renuntiatio fuisset facta coram iudice suo,seu coram superiore, in cuius manibus fieri debet:vt voluit gl.in d.capi.sollicite .cum tunc tollatur talis præsumptio iuris & inducatur notorietas defectus proprietatis,vt in d.c.sollecite.in gl.

Secundò fallit, quando contra ipsum excipientem de renun.non fuisset replicatum de spo.prius facta: cum tũc talis exceptio obstet. & ita intelligi potest ca.accepta extra,de resti.spo.ad hoc quod not.in c.1.eod.tit.

Tertiò fallit, quando fuisset renuntiatum expresse in præsentia aduersarij, & ipsi beneficio iuris agendi tali possessorio:vel fuisset fortè factũ pactũ de nõ agendo cũ tali possessore::cũ talis exceptio bene admittatur, cõcludit.n. ad possessionem. ad hoc not. per gl.extrà,de procu.ca.ex insinuatione.& hoc tenuit Inno.in d.ca. quod voluerunt Do.de Ro.in conclusione 392. aliàs 462. quæ incipit. itẽ si pro agente.& hoc etiam tenet in d.c.sollicitè.d. Ant.& Imo.pro quo facit leg.sumus.§.gauisum.ff.de pact.sed d. Nic.dicit hoc procedere, quãdo tale pactum fuisset factũ post spoliationem:aliàs non valeret:cum daret materiam delinquendi. vt d.§. pacta.

Quartò fallit,quando ipsa renuntiatio post spoliationẽ fuisset facta sponte: vt si renuntiasset ex eo, q habeat ibi inimicitias,propter quas ibi stare non poterat:secùs quia habebat cõscientiam læsam,quod alibi dixerat, & de hoc constabat: cùm hoc allegatur & probatur, tollitur & euacuatur præsumptio,de qua in tex.in dict.capitu.sollicitè.& poterit etiam tali renũtiationi opponi: vt videtur velle do.Ant.in præal.c.solicitè. vt ibi per ipsum latius,

REGULA CCCCLVI.

SPOLIATUS ante omnia,siue in temporalibus,siue in spiritualibus,restituendus est,vt in c.2.& in c.in literis. extrà,de restitu.spoliato. & l. si fundum.C,ad leg.Iuliam de vi.

Primò fallit,in casibus,de quibus per doct. in d.c.in literis.& primò, quando ipse possessor agens poterat impune offendi:vt si esset depopulator agrorum,cum talis agere non possit ipso possessorio.ad hoc,quod not.in le.cum mulier.ff.sol.mat.vbi de hoc.

Secundò fallit, quando contra ipsum opponeretur exceptio dominij, nõ à spoliatore, sed à tertio:vt voluit gl. in d.c.in literis.relata ad tex.

Tertiò fallit, quando ipse spoliatus ageret simul petitorio & possessorio: cùm tunc opponi possit de dominio conuenti ex defectu veri agentis:vt not.per glo.extrà,de restitut.spo.& c.sollicitè. & c.accepta.

Quartò fallit, quando agens consentiret, vt de dominio conuenti opponatur,& cognoscatur: quia nihil replicat contra dominium:quo casu si reus comprobat dominium spoliatus non restituitur,vt est casus fin.secundum omnes in c.1.de resti.spol.

Quintò fallit,quando opponeretur exceptio aliqua iudici: vt est exceptio excommunicationis, cùm opponi possit:vt not.per gl.in c.ex insinuatione.extrà,de procu. & 24.distin.in nomine Domini. & ibi per glo.& Archidiaconum.

Sextò fallit, quando opponeretur exceptio detrahens iuri agendi in possessorio:vt in d. ca. sollicitè.& per do.de Ro.deci.48.quę incipit,item si agenti.

Septimò fallit, quãdo opponeretur exceptio detrahẽs poss.ipsius agentis, seu concernens eam de facto:cum talis opponi possit:vt in d.c.sollicitè. & c.accepta.extrà,de resti.spol.& per d.de Rom.in deci.420.aliàs 454, quę incipit,item si agenti.& hinc est q potest opponi contra ipsum agentem,q est hereticus.8.d.c. qua vice.vel quod agens ad beneficium est laicus.vt not.extrà, de fil.presby. c.constitutus.& per Bald.in l.1.ad fi.C.de appel.vel quod beneficium illud sit reseruatum, & detrahat possessioni: vt voluerunt do.de Rot.in decis.22.secundum do.Nico: qui hoc tenet in d.c.in literis.extrà, de resti.spo.quod forte non procedit cũ beneficium iam iuste posideretur absq; alio ti.vt extra gl.in d.c.in literis.dictum plenè est per Cano.nec ipsi domini hoc ibi dicunt, vt reseruatio detrahat possessioni,sed bene detrahat iuri, & inficit quicquid inde sequitur: vt voluerunt ipsi domini de Rota ibi, per quod poterit opponi defectus iuris ipsius agentis notorius in ipsis beneficialibus:vt infra dicetur.

Octauò fallit, quando spoliatus ageret possessorio nomine ecclesiæ pro recipienda re ecclesiæ: cum tunc opponi possit de institutione non Canonica, secundum Inno.in d.c.in literis.quod verum non habetur per id quod habetur in l.vrbana.ff.de condi.indeb.& per Lapum in al leg.30.vbi de hoc extrà, de cau.possess.& propriet.

Nonò fallit,quando opponeretur de dominio, seu iure conuenti,vel defectu iur.agentis, & opponeretur etiã si se offerret incontinenti ad probandum : cum tunc admitti debeat,de resti.spo.c.in literis, quod procedit in casu illo matrimoniali propter periculum animarum : aliàs secus est:vt voluit dom. Anto.in d.c.in literis.de restitut. spol.per id quod habetur extrà, eo.tit.ca.3.& idem erit in beneficialibus:vt deferatur tunc institutio, etiam si in ea sit ratio:aliàs diceretur vitiosus ingressus & daretur materia peccandi.extrà, de elect.c. dudum.el 2.& c.qua.de eo qui mit.secundum do.Nic.in d.c.in literis,

Decimò fallit, quando opponeretur de dominio seu iure conuenti.extrà,de diuor.c.significante. & c.ad decimas.de resti.spo.in 6.cum tunc admittatur, dummodo in continenti de hoc fiat fides:vt in c. significasti.de elect.& extrà,de concess.preb.

Vndecimò fallit, quando opponeretur de defectu iuris ipsius agentis notorie:cum tunc talis exceptio admitti debeat,dummodo sit ita notorium, q sit certum, seu satis verisimile, vt ipsi petenti restitutio non competat ad ad illud.d.c.ad decimas. quod verum est quando notoriũ non solum inferret defectum iuris in agente, sed etiam fundaret ius opponentis: vt not.in l.fi.C.de rei ven. aliàs si ius opponentis non fundaret quantumcunq; esset non inferret defectum iuris in agente,& tunc admitti non deberet: vt colligitur in textu in d.c.ad decimas.à contrario sensu,& hoc voluit gl.ibi,in c.1.de præscrip.in 6.quod licet regulariter verum sit,tamen fallit in matrimonialii, & beneficialibus, in quibus opponi potest de notorio defectu iuris ipsius agentis,etiã si non appareret de iure ipsius opponentis.vt tenet Io.An.& Imo. voluit in d.ca.in literis.extrà,eod.titu.quod etiam videntur velle do.de Rota in antiquis deci.40.& in nouis deci.58.& in decis.383.alleg.gl.in d.c.in literis.pro quibus facit quod not. extrà, de filijs presby.c.quoniam.& ca.cõstitutus.per Inno.extrà, de offi.vic.c.1. in istis enim notorijs iudex ex officio suo supplere debet.c.lator.extrà, de re iud.& c. consanguinei. & do.Albe. vnde poterit hãc exceptionem admittere in casibus dictis.non tamen debet dimittere beneficiũ apud spoliantem, si de spoliatione constat: sed vero rectori restituat: vt supra dictum fuit secundum domin. Nicol. in d.ca. in literis.& vt plenius per cum ibi,circa quæ vide in d.c.ad decimas. sed vltra hos casus,in quibus spoliatus non est restituendus,vide latius per Spe.in titu.de peti.& pos.§.fin. vbi ponit 22. casus.& Host.in summa,de resti. spo.§.quoniam.& Paul.de Castr.in d.l.2. de edi.di.Adri. tol.& Bal.& Ro.in l.naturaliter.§.nihil commune.de ac. poss.d.Anto.in d.c.cum ad sedem.extrà, de resti.spo.Ange.de Areti. insti, de ac.§.ex maleficijs.de melius in d.§. quadrupli.& omnes doct.in l.fides.de iudi.& in lc. si quis fundum.ad l.Iul. de vi.

Duodecimò fallit, dicta regula quando præsumptio iuris est contra spoliatum. exemplum est, vt quia spoliatus ante spoliationem possidebat decimas, cum esset laicus, quarum decimarum poss. non cadit in laicum: vt in capi. causam. de præscri. certè spoliatus tali possessione non poterit restitui. istud est singu. dictum Inno. in ca. insti. de filijs presby.

REGVLA CCCCLXVII.

STATVTVM mandans simpliciter stari alicuius iuramēto valet, sed in contrariū probatio admittitur: prout communiter concludit gl. in c. 1. de tem. or. li. 6. Inn. in c. quia propter. §. illud. circa fi. de elect. & Bal. in le. 1. C. de re. cre. & l. contra negantem. C. ad l. Aqui. & l. 1. C. si aduersus liber. Azo. in summa. C. ad l. Aqui.

Primò fallit, si verbum statuti vltimò decidit quod nō admittatur probatio in contrarium secundum Bal. in l. 1. C. de re. cre.

Secundò fallit si statutum prohiberet tacitas probationes admissas in contrarium, puta si statutū dicit quòd plenissima probatio sit officialis, cuius iuramēto mandat stari. gl. est sing. in cle. 1. de proba.

Fallit 3. si statutum apparet velle omnimodam probationem. secundum gl. fin. in cle. 1. de foro compe.

REGVLA CCCCLXVIII.

STATVTVM loci in quo celebratur contractus attendi debet. l. 1. & ibi Bald. in 5. q. C. ne filius pro patre. sequitur Paul. de Cast. in l. à diuo Pio. §. sententiam. ff. de re iudic.

Amplia prædictam regulam procedere etiam si maritus promisisset restituere dotem non solum in loco originis suæ, sed etiam in loco vxoris, & vbicunq; fuerit petitum: vt per Bal. in l. exigere. ff. de iur. dot.

Amplia etiam procedere si maritus mutasset domiciliū & mortuus esset in loco domicilij mutati: vt per Cano. in ca. 1. de fi. & Ro. in consi. 29. incip. in proposita.

Primò fallit, in dote restituenda vel lucranda: quia nō attenditur locus contractus, sed statutum loci, in quo maritus habet domicilium. per l. exigere. quam Bal. dicit sin. ff. de iur. dot.

Secundò fallit, nisi maritus mutauerit domicilium suę originis ante mortem vxoris, & iuisset ad habitandum in loco, in quo non est statutum: quia tunc inspicitur locus domicilij, in quo reperitur tēpore mortis vxoris: vt per Sal. in l. cunctos populos. in 4. colū. C. de sum. Tri. contra Saly. tamen tenet Ant. de But. in c. j. in fi. de spon. & Abb. Panor. ibi.

Tertiò fallit, prædicta regula: quia non habet locum in sponsalibus: quia tunc attenditur locus vbi fuerunt facta sponsalia, nec attendimus locū mariti. ita sing. Bal. in authen. omnes peregrini. in 2. col. C. commu. de succes.

Quartò fallit, etiam vt non procedat, quando maritus non duxit vxorem ad locum domicilij sui. ita propriè loquitur text. & ratio d. le. exigere. quia si vxor vult trahere maritum suum tunc attendimus statutum loci vxoris. ita Bal. in l. fi. C. si à nō competenti iudice fuerit appellatum.

Quintò fallit, prædicta regula in persona aliorū, quàm vxoris, putà in matre, quæ dedisset dotem, & conuenisset de ea restituenda: quia tunc in dote lucranda non attēditur locum mariti, sed vbi celebratus est contractus. ita Bal. in rub. C. de priui. do. in 2. col.

Sextò fallit, in alijs contractibus celebratis inter vi. & vxo. vt per Bald. in d. rub.

Septimò fallit, nisi vxor ignorasset maritum esse forensem, vel alterius domicilij, in quo esset aliud statutum: vt sin. tradit Bal. in c. 1. §. fi. de re. alie. fac.

Octauò fallit, etiam prædicta regula nisi bona data in dotē essent sita in loco vxoris, de quo tamen vide per Bartolum in l. cunctos populos. in 2. q. prin.

REGVLA CCCCLXIX.

STIPVLATVS in dubio pro se stipulari intelligitur vt habetur in le. stipulatio ista. §. hoc quoque. & §. si quis de verb. oblig.

Primò fallit, in filiof. quia prę sumitur stipulari patri. l. quicunq;. §. fi. eod. tit.

Secundò fallit, in seruo, quia stipulatur domino, vt l. 1. ff. de lib. ser.

Tertiò fallit, in procuratore, qui intelligitur stipulari domino. vt l. post dotem. ff. solut. matr.

Quartò fallit, in dote. de quibus fallētijs dic vt p Bart. in l. stipulatio ista. §. hoc quoq;. & §. si quis ita.

REGVLA CCCCLXX.

STIPVLARI alteri nemo potest, nisi eius potestati subiectus sit, vel pœna sit adiecta. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbo. oblig. & in le. solutum. §. per liberam. ff. de pignor. act. Vid. Zeb. de verb. oblig. ... [handwritten note]

Amplia istam regulam procedere etiam in fisco, & cōsequenter in re publica, quibus per liberam personam, & priuatam, & sibi subiectam non potest stipulari vel pacisci. text. est & ibi Bar. in l. 1. in prin. ff. de iure fisci. & idem Bart. in l. arbiter intra certam. ff. de arbit.

Amplia etiam in matre, quæ non potest stipulari filio: vt in casibus legis, debitor. in fi. ff. ad Treb. & Bar. in l. quod dicitur. ff. de verbo. oblig. & in l. pactum. & in l. pater. C. de pact. conuentis. ex quo infero q multominus alij consanguinei vel cognati possunt stipulari alteri consanguineo: vt est glos. in verbo, interest, in l. fideiussores. ff. de pact. & probatur in l. 3. §. sed & si fortè. ff. iudicatum solui.

Amplia hoc etiam procedere in liberto, qui non pōt stipulari patrono: vt in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verbo. oblig.

Primò fallit, nisi per consuetudinem fuisset inductum cōtrarium, per text. in le. certi condictio. §. si nummos. & ibi doct. ff. si cert. peta. & in l. si donaturus. ff. de vsufruct. in fine.

Secundò fallit, in dote, cui in hoc magis fauetur cum fisco: vt probatur in l. Caius. solu. matr. & in l. pactum. C. de pact. conuen. vbi fauore dotis alteri per alterum stipulari potest. de quo latè per Bal. nouellum in tractatu dotis in 6. parte principali in 22. priuileg.

Tertiò fallit, in feudis, in quibus frater stipulando acquirit fratri absenti, secundum Bald. in leg. fin. C. res inter alios acta. vt probatur per tex. in c. t. de duobus fratribus. de quo vide per Alexā. in consil. 10. in 2. volu. ponderatis his. & Paul. de Castro. in consi. 154. incip. quod istud feudum. & per Bartol. in le. si mihi & Titio. ff. de verborum obligation.

Quartò fallit, si in stipulatione interpositum sit iuramentum per gl. 1. q. 7. c. quoties cordis oculus.

Quintò fallit, de iure Canonico: quia omni casu alteri per alterum stipulari potest: vt in d. gl. 1. q. 7. quam allegat Bal. in l. illud. C. de sacrosanct. eccles. & in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cert. pet.

Sextò fallit, in pijs locis pauperibus: quia per alterum, etiam verbis directis, stipulari potest ipsis absentibus: vt pet Bald. in l. illud. de sacrosanctis ecclesijs.

REGVLA CCCCLXXI.

STIPVLATIO de qua in l. vnica in §. exactio. C. de rei vxo. act. vbi dicitur quòd exactio dotis fit statim solu. mat. in rebus immobilibus, & post annū in rebus mobilibus, locum habet quando extraneus dotem dedit & dotē sibi reddi stipulatus fit: vt singu. not. in le. 2. in princ. in gl. mag. sol. mat.

Fallit nisi extraneus stipulatus esset ex interuallo, & habet locum nedum in extraneo, sed etiam in muliere, quę postquam dotem dedit, & sic quæsita sibi actione de dote, stipulata est ex interuallo dotem sibi reddi: nam tunc non subintelligitur dilatio, quæ erat in prima stipulatione vel obligatione: & sic poterit incontinenti solu. matr. sicut quando legatur dos mulieri pro marito: vt in le. verum. ff. de dote prælег. vt sic secunda stipulatio ex interuallo

uallo facta aliquid operetur, ficut etiam operatur legatũ in cafu prædicto.ita fingu.dixerunt Iac.de Are.& Bar.& Moder.in l.diuortio.in fi.ff.de verb.obligat. quod tamen intellige & limita fecundum dilt.de qua per Bart.in l.Stichum.in §.t.ff.de donationibus.

REGVLA CCCCLXXII.

STIPVLATIO fecunda, continens plusquàm prima, inducit nouationem primæ.l.qui vfufruct.ff.de verbo. obligationibus.

Primò fallit,in cafu l.fi diuortio.ff.de verbo. oblig.vbi actio de dote competens ad dotem datam, non nouatur per ftipulationem fequentem, in qua eft duplicata fumma dotis.& fic continebat plufquam prima.

Tertiò fallit,quando per fecundam ftipulationem aliquid additur,vt de prima ftipulator fit magis cautus:vt fi addatur fideiuffor vel pignus.

Quartò fallit,quando prima ftipulatio eft pura,fecũda verò pœnalis:vt late per Bar.in l.fi ita ftipulatus.in prima oppo.vltimæ partis.ff.de verb.oblig.

REGVLA CCCCLXXIII.

STIPVLATIO non comprehendit perfonam extrinfecam,neq; ad eam refertur.Bart. in l.fi ita ftipulatus.§. Chryfogonus. de verb.oblig.

Primò fallit, fauore dotis, quia fi extraneus, qui dedit dotem, ftipulatus eft fimpliciter eam reddi, nec dicit fibi vel mulieri,vt in l.ftipulatio ifta.§.fi quis ita.ff.de ver.obliga.tamen fauore dotis intelligitur ftipulatus mulieri.le. poft dotem.& in l.Caius.in fin.& ibi Paul.de Caftr.ff.folut.matr.

Secundò fallit,ratione focietatis:vt in le. fi quis vni.& ibi Bald.in fi.ff.rem ratam haberi.

REGVLA CCCCLXXIIII.

STIPVLATIO dandi quãtitatem,dicitur omni refpectu diuidua.l.2.§.fi.de verb. oblig.& in l.in executione in prin.eod.tit.& in l.fi duo.ff. depofiti.

Primò fallit,quando teftator legaffet quantitatẽ pro operæ faciendo.quia licet heredes videantur grauati ad quantitatem, tamen quilibet ipforũ tenetur infolidum:vt probatur in l.fideicommif.§. pen.ff.de leg.3.

Secundò fallit, quia ifta regula procedit refpectu primitiuæ obligationis : fecus autem refpectu obligationis fecundariæ,& fic refpectu pœnæ:& ideo fi quis promittit dare vel facere,& cafu quo non dederit, promittit quãtitatem,tunc illa quantitas eft indiuidua. vt eft text.in l.5. §.fi.& in l. in executione.§. pen.ff.de verb.obligationib.& per Bar. in l.ftipulationes non diuiduntur.in 2.q.ff.eodem titulo.

Tertiò fallit,in debitore quantitatis & refpectu certæ fpeciei:vt probatur in l.miles.§.decem.ff. de re iudi.quia tunc illa obligatio quantitatis cenfetur indiuidua folutione:vt eft cafus in l.fi communis feruus.ff. de noxa.& in l. fi cum vno.ff. fi ex noxali caufa aga.

Quartò fallit,in cafu legis, frater à fratre.ff.de condi.inde.vbi obligatio caufata ex facto vnius hæredis, qui contraxerat & qui habebat peculium à patre:quia ifto cafu talis obligatio quantitatis eft indiuidua refpectu illius, qui contraxit.de quo per Ioannem Bapt. de S.Seuerino in d. l.frater à fratre.

REGVLA CCCCLXXV.

SVBROGATVM fapit naturam eius,in cuius locũ fubrogatur.vt l.fi eum.§.qui iniuriarum.ff.fi quis cau.

Primò fallit, quia non affumit naturam accidentalem, fed naturalem eius in cuius locum fubrogatur. gl.eft in l. certi condi.ff.fi cer. pet.

Secundò procedit quando concurrunt ad eundem effectum : fecus fi funt diuerfa ratione : vt dicit Bart.in repetione fua.le.fi pater filium.ff.de inoffi.teft.per text.in l. cum fundo.§.fi fundus.ff. de iure dot.

REGVLA CCCCLXXVI.

SVBSCRIPTIO teftium fuper factis,fcripturaq;, feu a actis in iudicio non requiritur fecundum communem opinionem, & maximè per Bartolum in l.in donatio.ff. de dona.& in c.quoniam contra.de proba.

Fallit tamen hæc regula & primò quando dubium verteretur de fcriptura ipfius tabellionis, vel duorum virorum, cum tunc non credatur fine fubfcriptione feu præfentia teftium.extrà,de elect.c.fcriptum.& in auth.de fide inftru.c.fi quis in graui.

Secundò fallit,in auth.de hæredibus & Falci.§.fi non. & C.ad l.Falc.auth. cum teftator.

Tertiò fallit,in cafu cap.vt officium.de hæreti.vbi patet ꝙ propter grauitatem negotij adhibentur duæ perfonæ religiofæ, etiam quando examinantur teftes.

Quartò fallit,quando confuetudo effet in contrarium prout eft in aliquibus locis, in quibus in fententijs diffinitiuis tantum defcribuntur teftes,fecundum Ioa.Andr.& doct.in c. quoniam contra.

Quintò fallit,in his,quæ fui actus funt & non funt de acti.iudicij:vt eft inftrumentum procurationis vel delegationis: cum talia non probentur per fcripturam ipfius tabellionis tantum,nifi etiam veniat fubfcriptio teftium: vt voluit Lapus allegatione fua 88.& do. Anto. & domi. Nic.in d.c.quoniam cõtra.ad hoc not.,per Archi.in prin. de offi.deleg. in 6.

REGVLA CCCCLXXVII.

SVBSCRIBENS fe inftrumẽto,vel alicui chartæ,ea quæ in inftrumento vel charta continentur, approbare & fe obligare videtur:vt not.in l.fideiuffor.§.pater.ff.de pign.& not.in l.fi ita ftipulatus.§. Chryfogonus.ff. de verbo.oblig.

Primò fallit,quando aliquis fe fubfcribit tanquã teftis: quia tunc nõ videtur fe obligare vt le.titia.§.Lucius.ff.de lega.2.

Secundò fallit,regula quando fe fubfcribit,& prius nõ vidit nec legit quæ continebantur in inftrumento : quia ifto cafu nihil valet ifta fubfcriptio. vt dicit Bald.in l.fi.& ibi not.C.plus va.quod ag.& Ang.in d.§.Chryfogonus. in l.fi ita ftipulatus.de verb.oblig.

Tertiò fallit, quando in inftrumento funt plura,quæ partim concernunt fauorem fubfcribentis,& partim dãnum fuum : quia tunc nõ videtur approbare ea,quæ funt damni:vt l.diuus.§.item fenatus.ff.ad le.Corne.de fal.& ibi per Bar. quod not.

REGVLA CCCCLXXVIII.

SVBSTITVTIO vulgaris fi heres non erit, quia non vult, vel quia non poteft a, intelligenda eft.l.cum proponas.C.de hær. inftit.

ADDITIO.

Non poteſt.Vide quæ dixi in rubr.Bald.ſuper.C.in apoſtilla mea,in fin.apoſtillæ. Bened.Vad.

Primò fallit, quando eft factum vi fuitatis:quia intelligitur fi dominus non erit : quia non poteft.vt eft gl.not. in l.Gallus.§.quidam rectè.in cafus pofitione, de libe.& pofthu.in gl. magna.

Secundò fallit, in legato, putà fi dixerit teftator fi Titius non habuerit legatum talis habeat. intelligitur fi non habebit,id eft quia non vult habere.ita dicit Pau.de Caft. per illum text.in l.pater Seuerinam.C.de conditio.& demonftratio.

REGVLA CCCCLXXIX.

SVBSTITVTVS præfertur coniũcto per ius accrefcẽdi.l.2.§.fi duo.de bono.poffef.fec.tab.authent.hoc amplius.C.de fideicommif.& lege,vnica.§.in 1.C.de caduc. tollend.

Amplia non folum procedere in expreffa fubftitutione,fed & in tacita: vt probatur in l.fi.in verbo, partem.C. de here.infti.& ibi Bald.

Amplia,vt nõ ꝓcedat ẽt fi fubftitutio fit inualida ex cã præteritionis filij.l. pen. & ibi Bartol.ff.de iniufto rupto.

Primò fallit, nisi ex coniectura vel præsumpta volũtate defuncti appareret noluisse præferri coniunctum substituto. l. quidam testamento. & ibi Barto. ff. de vulgari & pupil. idem Barto. in l. 2. §. si duo. ff. de bono. possess. secundum tabu.

Secundò fallit, quando substitutio esset facta pluribus copulatiuè vel coniunctim: quia tunc ille, qui adiuit, habebit partes aliorum per ius accrescendi, & excludetur substitutus per eius aditionem. ita Barto. in l. 1. in prin. in 2. q. quintæ quæstionis. principio. ff. de vulga. & pupillari substitutio.

Tertiò fallit, quando institutos & sic coniunctos in institutione testator adinuicem substituit: talis substitutio non impedit ius accrescendi: vt per Baldum in leg. vnica. quando non petentium partes.

REGVLA CCCCLXXX.

SVCCESSOR singularis colono stare non tenetur. l. emptorem. C. loc.

Primò fallit, in colono, qui habet ius in re emphyteutica & similibus, vel habet rem obligatam, & habet omnia bona obligata. Floria. in leg. arborem. §. quicquam. de vsufruct. quod tamen limita vt per dicta per Pau. de Cast. in l. si filius. ff. solu. matri.

Secundò fallit, in colono repetente & excipiente de expen. factis in domo. ff. de vi & vi ar. le. colonus. & hoc tenet Floria. in d. §. quicquam.

Tertiò fallit in colono, qui conducit à domino in mõ dicũ tẽpus. l. 1. §. quod aũt. C. de superficie. & ibi Bart. & Bald. in l. emptor. C. lo.

Quartò fallit, in colono partiario: quia iste colonus nõ est propriè colonus: sed quasi socius. l. si merces. §. vis maior. ff. loc. & le. cum duobus. §. si in coeunda. ff. pro socio. & ita tenet Alb. in d. emptor. §. t. C. loca.

Quintò fallit, in emptore fructuum, qui non potest compelli per emptorem proprietatis, ita Bald. in dic. leg. emptor. §. 1.

REGVLA CCCCLXXXI.

SVCCESSOR per prædecessoris contractum obligatur, eo quia ipsa ecclesia, quę nunquam moritur contrahere dicatur: vt in c. grauis. depositi.

Primò fallit, quia dicta regula procedit in prælato, qui habet administrationem nomine ecclesię. secus autem in prębendario qui non habet administrationem, nisi nomine suæ personæ. & ideo non obligat successorem. vt in c. fi. ne prę. vic. su. vbi Inno. qui alle. c. 3. de prob. de quo per Bal. in c. t. qui successor. teneant. in vsi. feu.

Secundò fallit, in prælato qui non habet possessionem & administrationem: quia talis nihil potest facere, & factũ non tenet. ita tenet Bal. in l. si tutor. in fi. C. qui ex cau. cess. in integ. resti.

Tertiò fallit, vbicunq; prædecessor damnificasset successorem in aliqua vtilitate cõsequenda: quia tunc prædecessor non potest auferre aliquam vtilitatem, nec in aliquo damnificare successorem. ita tenet Bald. not. in c. veritatis. de iureiur. & alle. c. 2. de precario. & c. t. ne præla. vi. su. & l. defuncta. ff. de vsuf. & l. si quis domum. in §. fin. ff. loc. & dixit not. Arch. in c. aliena. 12. q. 2. ex mente Inno. in d. c. fi. ne prælati vic. suas. quod si prælatus ingerẽte vtilitate ecclesiæ locat fundum ecclesiæ per decem annis & recipit integram pensionem 10. ann. deinde moritur vel recidit ante finitum tempus locationis, ꝙ colonus iterato potest cogi soluere pensionem successori pro tempore, quo ipse prælatus succedit in beneficio. & hoc etiam tenet Lud. de Rom. in l. diuortio. in prin. ff. solut. matr. & idem tenuit Bal. in d. l. defuncta. de vsufru. sed idem Bald. tenuit contrarium in le. iubemus. C. de sacrosanct. eccles. & idem tenet etiam Car. Zab. in d. c. fin. ne prælati vic. su. sed tamen. t. opin. est verior vt probatur in iuribus, suprà alleg. quod tene menti, quia sæpisimè de facto contingit nam communiter quando moritur prelatus nihil in bonis relinquit, & communiter isti prælati non habent hæredes: quia omnia quæ acquirunt sunt ecclesiæ: quia ve plurimum carent patrimonio, & rari sunt qui lucrantur ex industria. item quia facilius potest prælatus cogere ad soluendum conductorem, quàm heredem ipsius prædecessoris. & ratio, quia melius est eis habere conductores obligatos, quam ipsos hæredes prædecessoris. & de materia etiam an successor in prælatura teneatur stare locationi factæ per antecessorem prælatum. vide per Can. in d. c. fi. ne prel. vic. suas. vbi est etiam bona gl. per Bald. & Ang. in l. si filio. in §. 1. ff. solut. mat. & per Bal. in d. l. iubemus. & 2. in prin. & in d. l. defuncta. & in l. emptorem. ff. de actio. empt. & l. si quis domum. ff. eod. titu. in ca. si vero. in prin. qui suc. teneant. & per do. de Ro. in sua conclus. 227. quæ inci. item si prælatus locat. cum duabus seq. & per Bar. in suo consil. incip. factum tale est. datus & confessus fuit. & in consil. inci. Io. & Pet. & per Pet. de Anch. in consi. inci. in CHRISTI nomine. secundum ordinem dubiorum. & per Abb. in c. ex literis. de proba.

REGVLA CCCCLXXXII.

SVCCEDENS in iuribus defuncti pręscribere non pót siue singularis successor sit, siue vniuersalis, si à defuncto incepere vellet. secus si à se. le. cum hæres. de diuer. & tem. prescri. cum si.

Primò fallit, de æquitate canonica, secundum quam si hæres velit incipere præscriptionem ex se poterit bonam fidem habere, licet defunctus malam habuerit. ita not. dicit Dy. in c. possessor. in fi. de re iu. in 6. per rationem quã ibi vide. & sequitur Bal. in l. t. in prin. C. de vsuca. & in d. le. cum hæres. & Bald. cum modificatione tamen in l. nihil. C. pro herede. & ibi tenet idem Cy. & Ang. & Bald. in le. eum qui. in §. in hac. & in l. si ergo. in §. pactus. de publ. & ibi hoc idem voluit Ang. dicens tamẽ quod decisio Dy. debet solum seruari in terris ecclesię. & Ang. idem tenet in l. 1. C. de vsuc. & lon. temp. pręscri. alle. gl. in c. cum quis de re iu. in 6. quę intelligit hoc esse verum in pręscriptione in qua non requireretur titulus. quia tunc habet locũ tex. in d. l. cum hęres. de quo vide Io. de Imo. & Abb. in c. si diligenti. de for. comp. & doct. in l. Pomponius. in §. cũ quis. ff. de acq. poss.

Secũdò fallit, vt per Bart. in l. cũ qui. §. in his. ff. de pub.

REGVLA CCCCLXXXIII.

SVITAS per substitutionem vulgarem tollitur. l. filius hæres. de libe. & posthu.

Primò fallit, in tacita vulgari, quę continentur sub expressa pupillari, quę non tollit suitatem. l. nihil. & ibi not. ff. de acquir. hered.

Secundò fallit, quòd substitutio est facta in suitate, nõ in hereditate: vt, si filius me viuo decesserit nepotem substituo. nam si non decesit eo viuo erit filius hæres, post mortem substitutus. ita Paul. de Castr. in l. si filius hæres. de lib. & posthu.

Tertiò fallit, nisi sit datus fideicommissarius substitutus: nam tunc non videtur data abstinendi licentia. l. non iusta. & ibi per Bald. C. ad Treb.

Quartò fallit, in substitutione tacita, quæ continetur sub compendiosa: quia non est omnino expressa: vt not. Ang. in l. Papi. §. quoniam autem quarta. ff. de inoffi. testa, si autem esset partim expressa partim tacita, quid iuris vide Bal. in l. cum proponas. C. de hered. insti. & has limitationes vide per Bald. & Paul. in d. l. si filius heres.

Quintò fallit, quando quis substitutus fuisset per fideicommissum. l. recusare. §. Titius. ff. ad Trebel.

Sextò fallit, si habeatur in substitutum filius instituti & in potestate: nam non potest repudiare in fraudem legatorum & ex parte sua, & à substituto, per quem emolumentum acquireretur. l. Iul. si quis omis. causa test.

Septimò fallit, si habet vnum substitutum vulgariter, & alium per fideicommissum substitutum, & fideicommissum repetitur: quia tunc datio substituti non intelligitur

gitur vulgariter facta.j.sermone filij, sed potius substituti per fideicômissum. in l.si patrono.§.1. in prin.gl.magna: ad Treb.& has fallẽ.ponit Ang.ĩ l.1.ĩ §.2.ff.de vul.& pu.

REGVLÆ IO. BERNARDI DIAZ.

De litera S.

REGVLA DCLVII.

SACERDOS non potest esse tabellio, vt in c.sicut.ne clerici vel mona.Bar.in l.vniuersos.de decuri.libr.10.idẽ & alij in l.seruus.ff. de testa.

Amplia idem esse in clericis in minoribus habentibus sufficientia beneficia: tenet Floren.in 3.parte. titu.12.c.2. §.si.mouetur, per c.1.de postul.

Limita nouem modis, vt per Ias.in l.1.in pen.col.ff.de iusti.& iu.quorum vltimum libuit referre, videlicet ꝙ licet non possit esse tabellio, si tamen instrumenta conficeret, tenent. Ita Bar.in d.l.vniuersos.& Ant.in ca.fi.in vlti. col.de constit.hoc tamen relinquit ipse cogitandum. Vide eundem Ias.in l. patre furioso.ff. de his qui sunt sui vel alieni iur.in 4.col.vbi hanc conclusionem descripsit inter alias sibi similes, quæ licet fieri prohibeantur, tamen tenent, si fiant. Sed tu vide Alex.vltra eum in l.prætor.§.1. col.1.de eden.vbi dicit ꝙ instrumenta sic confecta, non sunt nulla, nisi specificè sit inhibitum clerico vel monacho à superiore, officium tabellionis: & vide etiam Phil. Dec.in regula, in ambiguis.in §.nouũ.ff.de reg.iur.1.col. vbi simpliciter tenet ꝙ instruméta valeãt: pro quo vltra prædictos alleg.Ro.consi.309.quo ad primũ.in 2.dubio.

REGVLA DCLVIII.

SANCTORVM patrum dicta sunt imitanda. Tex.est in c.ne innitaris.de consti.tex.in c.j.20.dist.text.in c.cum apostolica.vbi Abb.de his quæ fiunt à præla.notat Inn.in c.cũ venerabilis.de excep.col.3.bonus text.in c.sunt nõnulli.vers.sanctorũ patrum.16.q.1.& c. sancta.15.distin.

Limita tripliciter, vt per Fely.in d.c.ne innitaris.vbi etiã ponit tres casus, quibus dicta sanctorum præualent scriptis Papæ, si meliori ratione fundantur: qui casus deseruiunt pro limitationibus ad vltimã limitationem ibi per eum traditam.

REGVLA DCLIX.

SATISFACERE si aliquis promisit in contractibus, intelligitur promittere ꝙ soluet: vt in auth. si quando.C. de const.pec.& probat tex.in l.quòd si non soluere.ff.de pigno.& in l.rescripto.§.planè.cũ gl.ff. de mun.& hono.

Limita dupliciter, vt per Ias.in l.1.col.1.ff.qui satisdare cog.qui dictam conclusionem confirmat post Bartol. & alios.

REGVLA DCLX.

SATISDANDI impotentia operatur, ꝙ stetur iuratoriæ cautioni: notat gl.in l.1.ff.qui satis.cog.in gl.fideiussoribus.per tex.in §.sed hodie.Instit. de satisd.& in auth. generaliter.C.de epis.& cler.

Limita 14.modis, vt per Ias.in d.l.1.col.fi.

REGVLA DCLXI.

SEDE vacante, non agitatur causa ecclesiæ cathedralis: colligitur ex notatis in c.fin. ne sede vacan. Notat glos. in clem.fin.de procur.& Innocen. in c.cum dilectus. de consuetu.

Amplia tripliciter, & limita quinque modis, vt ꝑ Feli. in c.edoceri.col.6. de rescript.

REGVLA DCLXII.

SENTENTIAE appellatione, propriè non comprehenditur interlocutoria. Probatur ista regula in rubr. C.de sent.& interloc.omn.iud.propter copulam, & ibi positã, quæ ponitur inter diuersa, vt in glos. rub.ff.de iur.& facti ignor.& c.querelam.de simon.

Limita tripliciter, vt per Ripam in rubric.ff.de re iud. 2.colum.

REGVLA DCLXIII.

SENTENTIA in criminalibus, statim mittẽda est executioni. Tex.in l.cum reis.C.de pœnis.Spec.tit.de dila. §.1.vers.executione.Fel.in c.quęrenti.de offic. deleg.Ias. in l.debitoribus.ff. de re iudic.

Limita 22.modis, vt per Io.de Neuizanis in sua sylua nuptiali fol.18.in paruis, nu.92.cum alijs seq.quarum septem Ias.duodecim verò Fely. vbi supra posuerunt.

REGVLA DCLXIIII.

SENTENTIA vbi alteri pręiudicat, non tamen transactio, compositio, vel compromissum pręiudicat: not. Abb.post Innocen.in c. auditis.in colũ.8. de præscrip.& Matth.in sing.26.

Limita dupliciter, vt per Fely.in c. quamuis.in col.antepe.de re iudi.vbi etiam alio & tertio modo conatur restringere, licet non se firmet.

REGVLA DCLXV.

SENTENTIA si apparet lata, & non apparet ꝙ fuit lata parte instante, est ipso iure nulla: tenet Bart.& alij in le. vna.C.vt quę desunt aduo.Ang.& Imo.in l.de vno quoque.ff.de re iud.

Limita quatuor modis, vt per Ias.in le.properãdum.§. & si quidem.1.col.de iud.

Primò, in causis fiscalibus, per text.in le.2.§.senatus.ff. de iur.fisc.quem ibi ad hoc notat Bar. & reputat mirabilẽ

Secundò, quãdo sententia lata, causa deuoluitur ad Papam per appellationem, quia tunc Papa ex officio suo, potest etiam parte absente procedere ad sentẽtiã: no.Alexã. in d.l.vna.col.pen.post Ang.& Imo.vbi suprà, quos refert Ias.in d.1.col.

Tertiò limita, nisi iudex videat perire instantiã causæ, quia tunc, ne iudicium agitatum reddatur illusorium, potest ferre sententiam, etiam neutra parte petente.

Quartò, quando ambæ partes sunt præsentes, & sentẽtia fertur pro actore: quia tunc valet sententia, quamuis aliter non appareat ex processu, ꝙ actor petierit eam à iudice, ex ratione de qua per eum.

REGVLA DCLXVI.

SENTENTIA lata super expensis, dicitur interlocutoria. Glos.est, quam ibi notant doct.in l.quod iussit.ff.de re iudic. Ego aliàs legendo dedi sibi gl. consociam, licet à doctoribus non commendatur, in c.querelam. in gl.fi.de de procur.& ita dicit cômuniter teneri Alex. in d.l.quod iussit in 4.col.

Limita dupliciter, vt per eundem Alex.ibi: primò, nisi sententia super expensis feratur vnà cum diffinitiua, quia tunc censetur esse pars diffinitiuæ. Ita refert voluisse notabiliter Angel.in l.Paulus.ſa 1.ff.de re iud. & Salyc.in le. post sententiam. C. de senten. pro contraria tamen parte allegat Bald.& Imol.& eis videtur assentiri: vide Fely.in rub.de re iudic.colum.8.qui ponit hanc limitationem, & allegat pró ea eosdem Angel.& Salyc.vbi suprà, & Ange. in alijs duobus locis, & Philip.& Anchar.& de contraria opinione non meminit, vnde videtur eorum sentẽtiæ adhærere.

Secundò limita, nisi expensæ principaliter peterentur de per se in iudicio, quia sententia lata super expensis, erit diffinitiua: pro quo alleg.Imo.in d.l.Paul.& ponit Felyn. vbi suprà.

REGVLA DCLXVII.

SENTENTIA interlocutoria quæ finitur iurisdictio iudicis, puta, quia pronuntiat se incompetentem, vel

non esse procedendum ad vlteriora. vel qua absoluit con uentum ab obseruatione iudicij, reuocari non potest per iudicem. Tex.est not.in c. significantibus. de officio dele ga.& in c.iudex ab apostolica.§.t.in fin.col.eod.tit.lib.6. not.Abb.in c.cum cessante.2.col.in fin.de appel.& ponit hanc conclusionem Fel. allegando plura pro ea in c.quali ter.el 1.col.5.vers.fallit prædicta regula. de accusat.

Limita quatuor modis, vt per eundem Fely. ibi.

REGVLA DCLXIII.

SENTENTIA lata per ordinarium, qui per errorem iu dicat vt delegatus, cum non sit, est nulla. Notat Specu. tit.de sent.prola.§.quoniam.vers. quid si dixit.Bart.in l. 1.vers.tu dic.C.qui pro sua iurisd.& vide gl.auream in c. ex literis.de offi.deleg.in gl.fin.quam ibi not.Abb.& ex tollit Imol.col.pen.

Limita quadrupliciter, vt per Feli.in c.cum ex officij. col.decima & seq.de præscript.qui pro regula copiosè al legat.

REGVLA DCLXIX.

SENTENTIA in qua dicit iudex, pronuntio prout in consilio, valet:not.Ludo. Alex.& Aret.in l.1.§.t.ff.de verb.oblig.Alber.Bal.Ang.Sali.& Paul.in l.1.C.si aduer sus lib.facit gl.notab.in l.& puto.§. Iulianus.in ver.com muniri.ff.famil. ercisc.

Limita quatuor modis, vt per Feli.in c.cum venerabi lis.de except.in col.antepen.quem vide prius in col. pre cedenti.vbi plures doctores citat ad augendam huius re gulæ authoritatem, quos referre, & ubi esset fastidium, & mihi onus.

REGVLA DCLXX.

SENTENTIA lata, liberatur fideiussor de iudicio sisti. Colligitur ista regula ex gl.in l. fideiussor.§.in fideius sorem.ff.qui satisd.cog.in verb. promisit.ex quo veniunt duo effectus.Primus, quod talis fideiussio non durat in exe cutione sententiæ, vt in l.Græcè.§.& post litem.ff.de fi deiuss.Secundus, quod non durat in causa appellationis: vt est gl.notabilis in aut.de his qui ingred.ad appel.in prin.not. Bar.in l.cum apud.ff.iudicatum solui.

Amplia quadrupliciter, & limita dupliciter, vt per Ias. in d.§.in fideiussorem.col.2.

REGVLA DCLXXI.

SENTENTIA lata super exceptionibus, est interlocu toria.Gl.magistra in cle.fin.in gl.secunda.de appel.Bal. in l.statutis. C.de sen.ex breuic.reci.& in l.1.ad si.C.com mi.vel episto.Cald.in consi.6.tit.de re iud.Petr.de Anch. consi.509.

Limita dupliciter, vt per Felin.in rubr. de re iud.col.6. nu.8.& 9.

REGVLA DCLXXII.

SENTENTIA debet ferri super toto eo quod petitur, aliàs non valet: vt in l.in hoc iudicio.ff.famil.ercisc.& in l.etiam.ff. de minoribus.

Limita quatuordecim modis, vt latissimè per Fely. in c.cum inter.de re iudic.colum.3.in fine.cum quatuor se quentibus.

REGVLA DCLXXIII.

SENTENTIA omnis, siue diffinitiua sit, siue interlo cutoria, requirit quòd feratur partibus præsentibus, vel legitimè citatis.

Limita istam regulã decem & nouẽ modis, vt per Ias. in l.nec quicquam.§.vbi decretum.in col.4.de offic.pro con l.vbi ipse firmauit hanc regulam: & vide Alex.in l.de vnoquoq;.ff. de re iud.ex quo colliges decẽ limitationes ad hãc regulam, saltem dum loquitur de diffinitiua, & vi de Ant.Nicellum in concordijs glossarum iuris ciuilis & canonici, in concor.52.qui in col.2.ponit supradictam re gulam, & refert omnes limitationes Ias. vbi suprà, eis ali quid addendo, & postea plures alias limitationem ponit, quibus fiunt cẽtum & quindecim limitationes ad istam regulam, quas per 37.columnas prosequitur.

REGVLA DCLXXIIII.

SENTENTIA lata super principali, videtur reijcere ex ceptiones non compassibiles cum ea: compassibiles ta men remanent in suo robore. Ita Abb.in c. suborta.de re iud.Paul.de Castr.in l.e.quod in diem.ff.de compensat.ponit hanc regulam Fel.in d.c.suborta.col.3.

Limita octo modis, vt per eum ibi, col.4.cum duabus sequentibus.

REGVLA DCLXXV.

SENTENTIA qua aliquis venit declarandus aliquam pœnam (ipso facto impositam) incurrisse, citationem exigit.Gl.est in clem.præsenti.de censib. & in clem.2.de pœnis.quas ad hoc allegat Feli.in c.cum non ab homine. de iudic.in col.6.

Limita tribus modis, vt per eum ibi: & vide melius p eundẽ in c.2.col.t.de spons.vbi hoc limitat quatuor mo dis, & bene loquitur in materia: vide eundem Fel.in c.pa rochianos.de sent.excomm.vbi hoc limitat quatuor mo dis: & vide eundem Fel.in c.Rodulphus. de rescrip.in par te, citari.col.20.nu.41.vbi ponit tres limitationes.

REGVLA DCLXXVI.

SENTENTIA si per iudicem appellationis fuerit con firmata, per ipsum est exequenda. Gl.in ca.pastoralis.in verbo, discussa, in fin.de offi.deleg.alia in l.si quis priore. ff.ad Treb.& in §.si quis priore. Insti.quib. mod.testa.& ita dicit communiter teneri Alex.in l.à diuo Pio.in 1.col. in fi.ff.de re iud.

Limita dupliciter, vt per eundem Alex.ibi, in col.11.

REGVLA DCLXXVII.

SENTENTIAM regulariter non vitiat falsa causa ex pressa in ea, nisi per appellationem, vel alio remedio re scindatur. Ita sentit gl.in l.is ad quem.ff.de acq. hæred.vbi latè Imo.idem post Ange.in l.c.qui Romæ.§.duo fratres. in colũ.t 3.versicul.& propter prædicta.ff. de verborum obligation.

Limita septem modis, vt per Fel.in c.sicut. de re iudic. col.10.cum duabus seq.

REGVLA DCLXXVIII.

SENTENTIA lata ex probationibus priuilegiatis, nun quam transit in rem iudicatam, quin semper possit re tractari ex probationibus melioribus. notat Inn.in c.tua. de cohabit.cler.& mul.in gl.magna, in verb.sed est mira bile.quod reputat mirandum, & sequitur Ange. in l.1.C. sent.rescindi non poss.& in l.diuus Traianus.ff.de re mil. & in l.sub specie. C. de re iudic.

Limita hoc procedere in probatione priuilegiata, pro cedente inuita parte: secus in ea quæ procedit ex mera vo luntate partium. Ita limitat Ias.in l.e.admonẽdi.in col. to. ff.de iureiur.

REGVLA DCLXXIX.

SENTENTIA tempore pronuntiationis ab ipso iudi ce, legi debet: probat tex.in ca.fi.de re iud.in 6.Bald.in l. hac consultissima.C.qui test.facere pos.

Limita duobus modis, vt per Bal.vbi suprà: & per Do mi.in d.c.fi.vbi limitat tribus modis.

REGVLA DCLXXX.

SENTENTIA lata non visis actis, vel sine præuia cau sæ cognitione, est ipso iure nulla. Hanc regulam ponit Fely.in c. ecclesia sanctæ Mariæ.col.6.ad fin.de cõst. quam probat veram terdecim fundamentis, per duas col. sequent.

Limita hanc conclusionem sex modis notandis vt per Fel.ibi, col.9.cum seq. per quas reducuntur ad concordiã octo oppositiones seu fundamẽta pro contraria parte ad ducta, per eundem Fel.ibi col.5. in fin. cum seq.

REGVLA DCLXXXI.

SENTENTIA lata contra procuratorem offerentem se lili sine mandato, traditur executioni contra eum. pro bat tex.in l.4.in princip.ff.de re iudi.& in l.Plaucius.ff.de procur.

Limita

Limita dupliciter, vt per Rom. Alex. & Iaſ. in d. l. 4. in princ. primò niſi procurator iuſto errore putaſſet ſe habere mandatum: vel ſi credebat mandatum quod habebat, eſſe legitimum, cum non eſſet, & hoc etiam iuſto errore.

Secundò fallit, niſi aduerſarius ſciret oſ ferentem ſe liti carere mandato. Iura quæ ipſi allegant, vide per te.

REGVLA DCLXXXII.

SENTENTIAM pro ſe latam, non licet allegare iniuſtã eſſe: eo quia allegare turpitudinem propriam, non eſt licitũ. Tex. eſt in l. ſi ſeruus. §. ſi hæreditas. ff. de leg. 1. faciũt nota. per Bart. & doct. maximè, Iaſ. in l. iuſiurandum & ad pecunias. §. procurator. ff. de iureiur. gl. & doct. in c. inter dilectos. de donat.

Amplia vno modo, & limita duobus hãc regulam, vt per Iaſ. in d. §. ſi hæreditas. col. 2. nu. 4. & 5.

REGVLA DCLXXXIII.

SENTENTIA lata contra abſenté, præſumitur lata magis rõne contumaciæ, quã ex eo quod iniuſtam cauſam habuerit, per tex. not. in l. ſi ideo. ff. de euict. & probat text. in l. Papinianus. §. meminiſſe. & in l. qui repudiantis. ad fi. ff. de inoffi. teſta. Et vide Card. in cle. 1. col. 4. de te iudi. & corrobora iſtam regulam, vt per Fely. in loco infrà allegando, qui gloriatur de examinatione huius regulæ.

Limita quinque modis vt per Fel. in c. cũ Bertholdus. in col. 8. cum tribus ſeq. de re iudic.

REGVLA DCLXXXIIII.

SENTENTIA lata contra notorium facti, non eſt nulla, ſed debet retractari: tenet Bald. in l. 1. fin. col. verſ. ſed quid ſi iſte. ne fil. pro pat. & in l. ciues. C. de appel.

Limita tripliciter, vt per Fel. in c per tuas. 2. col. de ſent. excom. quem vide pro ipſa regula principali, quia refert prius plures contrarium tenentes, licet tandem cum opinione Bald. reſideat.

Sententia. vide ſuprà, in verbo, ordinarius. & in verbo, iudex. lo 2. 3. 4. 5. & 9.

REGVLA DCLXXXV.

SEQVESTRVM euitatur ſatiſdatione. Ponit iſtam regulam Fely. poſt Io. Andr. in c. examinata. de iudic. col. 7. prope fin.

Limita quinque modis, vt per eum ibi, & col. ſeq. & eã limitat Iaſ. quatuor modis. l. ſi fideiuſſori. §. fi. col. antepe. ff. qui ſatiſdare coga. quorum vltimus differt à poſitis per Felynum.

REGVLA DCLXXXVI.

SERVVS acquirit domino, etiam inuito. Text. in l. ſeruus vetante. ff. de verb. oblig. & in le. etiam inuitis. ff. de acq. rer. dom. & glo. in d. l. ſeruus vetante. allegat concordantes text.

Limita duobus modis hanc regulam, vt per Iaſ. in d. l. ſeruus vetante.

REGVLA DCLXXXVII.

SERVITVS habent cauſam diſcontinuam, non acquiruntur per præſcriptionẽ. Tex. eſt in l. ſeruitutes. la 3. ff. de ſeru. tit. generali. vbi Bar. Ang. & alij. Bart. in l. 1. §. fi. ff. de aqua plu. arcen. omnes doct. in l. 2. C. de ſeru. & aqua.

Limita tripliciter, vt per Fel. in c. de 4. antepen. col. nu. 41. de præſcrip.

REGVLA DCLXXXVIII.

SERVI capacitas, vel incapacitas, pendet à capacitate vel incapacitate dñi. Text. eſt in le. ſi mihi & tibi. §. regula. ff. de leg. 1. vbi caſus planus, per quem ibi Iaſ. confundit deciſionem notabilem Bart. in le. 3. §. hoc autem. ff. de leg. præſt. de qua ibi egregiè diſputat.

Limita hanc regulam tribus notãdis modis, vt per Iaſ. vbi ſuprà, col. 2. vſq; ad fi.

REGVLA DCLXXXIX.

SOLENNITATES requiſitas à canone in alienatione rei eccleſiaſtic. non pot cõluetudo diminuere. Ita eſt cõis cõcluſio doctorũ, per tex. in c. cũ cauſa. de re iudi. cũ gl. ibi, & in c. 1. de conſuet. & in c. quæ in eccleſia. de cõſt. & ponit Abb. in c. nulli. de reb. eccl. & ibi Imol. in col. 2.

Limita 11. modis, vt per Fel. in d. cap. cum cauſa. col. 4. cum duabus ſeq.

REGVLA DCXC.

SOLVENDO quotieſcunq; quis habet regreſſum contra alium, ſi non vult ſoluere de ſuo, ſoluet de bonis illius contra quẽ habet regreſſum. Regula eſt, quam faciũt doct. per tex. in l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. ff. mãd. vbi probatur quod fideiuſſor conuentus poteſt ſoluere de bonis ſui debitoris. Prædictam regulam firmat Fely. in c. olim. 4. col. de accu. dicens ita firmare doct. per prædictũ tex. quem ad id quod ſu prædictum eſt probari ex eo not. ibi Barto. & Pau. l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. ff. ſi quis cautio. Bal. in auth. qua in prouincia. in fin. verb. C. vbi de cri. agi opor. Abb. in c. cũ inter. col. pen. de except. poſt Io. And.

Limita iſtud non procedere in procuratore ad iudicia. Ita Bald. ſic reſtringendo d. §. ſi ignorantes. in d. auth. qua in prouincia. in fi. & ſequitur Fel. in d. 4. col. vbi ipſe ponit alias duas limitationes ad dictam regulam.

REGVLA DCXCI.

SPOLIATVS à iudice non petit reſtitutioné, prout petit ſpoliatus à priuato: quia præſumitur pro iudice. Gl. fi. in c. præſentium. 7. q. 1. notat Arch. in c. quia præſulatus. 1. q. 4. Abb. in c. licet ex ſuſcepto. 7. colũ. de foro compet.

Limita tripliciter, vt per Fel. in c. dilectus. el j. de reſcript. Et vide eundem Fel. in c. cum cauſa. de offi. deleg. vbi ponit eaſdem limitationes.

Primò, quando iudex procedit extraiudicialiter, non vt iudex, ſed vt priuatus, per tex. in c. conquerente. de reſti. ſpol. & alia quæ allegat.

Secũdò, vbi iudex proceſsit iudicialiter, & notoriè cõſtat de nullitate, vel iniuſtitia ſententiæ qua ſpoliauit.

Tertiò, quando iudex iudicialiter procedens, caret iuriſdictione in actu quem expedit.

REGVLA DCXCII.

STATVTVM ſi fit ex cauſa rationabili ſpecialiter contra aliquem, & in eius præiudicium, tenet. Ita dicit Ange. in l. impetrata. C. ſent. reſcin. nõ poſ. allegat l. neq; Dorotheum. & l. doctitij. C. de decur. lib. 10. & l. Antiochenſium. ff. de priui. cred. & tenet Ant. Imo. & doct. in c. cum omnes. de conſtitut. bonus tex. in l. venditor. §. ſi conſtat. ff. de commu. præd. & in l. 1. iuncta glo. verbo, detrahi. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.

Limita tripliciter vt per Feli. in d. c. cum omnes. 1. col.

REGVLA DCXCIII.

STATVTA iurata non tollũtur per generalem derogationem ſtatutorum: probatur iſta regula ex tex. in c. conſtitutus. de reſcript. firmat gl. in c. cum non deceat. de elect. in 6. ad fin. quam gl. dicit ſing. Iaſ. in l. quoties. col. 1. de precib. imper. offe. vide eundem, vbi plures refert idẽ tenentes in l. omnes cuiuſcunq;. C. ſi con. ius vel vtil. publ. commendat etiam Thomas Ferra. in cautelis vltra Cepolam, cautela 20.

Limita quinque modis vt per Fel. in d. c. conſtitutus. 3. & 4. col. quem vide in 3. col. vbi prius aliquas deciſiones doctorum deſcribit in propoſito, & demũ ampliat hanc regulam.

REGVLA DCXCIIII.

STATVTA debent intelligi ſecundum ius commune: probat text. cum gl. vbi late per Sal. in l. 2. C. de nox. gl. & Doct. in l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. Bar. in l. 1. §. lex Falcidia. & ibi mod. ff. ad l. Falcid.

Limita dupliciter, vt per Iaſ. in l. omnes populi. fi. col. ff. de iuſti. & iur. quarũ limitationũ primã latè examinat.

REGVLA DCXCV.

STATVTVM, vel conſuetudo exigens probationem maiorem, quàm ius exigit, ſubſiſtente rationabili cauſa, & non nutritiua peccati, valet & tenet. Iſtam regulam tradit Feli. in c. 2. de probat. col. 2.

Limita quatuor modis, vt per eum ibi, & col. ſeq.

REGVLA DCXCVI.

STATVTVM licet disponat ꝙ non possit opponi de nullitate, tamen in octo casibus restringitur, quos describit Phil.in c.dilecto.de appell.in colū.33.in q.52.cum 2.col.seq.

REGVLA DCXCVII.

STATVTVM si in loco vxoris, mortua ea sine liberis, solum defert lucrum tertię partis marito.& in loco mariti,statutum deferat lucrum totius dotis, attenditur potius statutum loci mariti, quàm vxoris.Ita Bart.in l.cunctos populos.in 6.col.C.de sum. trin. & fide cath.& Bal. & Ang.in l.exigere dotem.ff. de iudicijs.quam dicit communem sententiam Ias.in d.l.cunctos populos. in 1.lect. col.6.in prin.C.de sum.tri.& fide cathol. vbi refert Bald. Arch.Ant.& Panor.varijs locis hoc asserere. Idem Ias.in eadem l.in 2.lect.col.15.licet Alber.in 2.parte statutorū. in 10.q.aliud tenet.

Limita istam communem sententiam sex modis, vt per eundem Ias.in fi.dictæ 6.col.cum seq. vide eūdem in d.2.lectu.legis eiusdem,65.col.& seq. vbi ponit quinque limitationes,& latius loquitur circa eas.Et aduerte ꝙ earum vltima differt ab alijs sex positis per eum in 1.lectu. vide Fel. in c.1.de sponsalib.col.pen. vbi ponit ante Ias.septem fallentias ad prędictam regulam,quarum quinta & septima differtur à positis per Ias.vbi vide supra: & vide eum in antepen.col. post medium. vbi circa principalem regulam bene loquitur. Ex quibus omnibus habes nouē limitationes ad prædictam regulam.

REGVLA DCXCVIII.

STATVTVM laicorum disponens circa substantiā matrimonij,inhibendo,vel impediendo matrimoniū vbi ecclesia non improbat,nec impedit,nō valet:quia disponit in materia spectante ad ecclesiam.Tex.est,qui probat hanc regulam in c.1.de spon.secundum Ant.Abb.& Iac. & istam regulam tradit ibi Feli.in col.5.in fi.quam declarat quadrupliciter.

Limita octo modis,vt per Fel.vbi suprà,p 6.col.sequ. & vide Paul.Ruu. in repet.rub.de dona.inter vir.& vxo. fol.4.col.3.in paruis.

REGVLA DCXCIX.

STATVTVM prohibens alienare in non subditum,est validum.Ita concludit Bart.in l.filiusfa.§.diui.ff.de leg. 1.in 2.col.de quo per Barb.in rub.de reb. eccles.1.quæst. colum.3.

Limita quinque modis,vt per Io.Crotum de Monteferrato in d.§.diui.col.20.& seq.qui prius in col.19.dicit dictam opinionem Bart.communiter approbari ab omnibus,licet ipse nititur extenuare fundaméta Bart.& prædictas limitationes describit, vltra alias quas asserit posuisse Barb. vbi suprà.

REGVLA DCC.

STATVTVM loquens in casu vero, non habet locum in ficto,vt in l.3.§.hæc verba.ff.de negot.gest. secundū Bar.in l.omnes populi.in 6.quęsito principali.ff.de iustit. & iur. Et istam regulam comprobat sex notabilibus doctrinis Fel.in c.insinuantem.de simo.vide Aret.in l.Gallus.§.& quid si tantum.6.col.ff.de lib.& posthu.per Imo. plenius q̃ alibi in l.1.§.lex Falcidia.ff.ad l.Falc.vide Soci. in consil. 252.incip. visis instrumentis concessionum.in 4.col.in prin.ver.6.probatur.& quid in cōtractu,vide eūdem Soc.consi.293.col.pen. vol.2.

Limita primò,nisi statutum nō loqueretur in materia iuris nō disponēdo præter vel contra ius,quia tunc interpretabitur prout ipsum ius.Tex.in c. ad audientiā.de cle. non reside.& ibi Abb.idem Abb.& Fel. in d.c.insinuatū.

Secundò limita,nisi lex per omnia æquipararet casum verum & fictum : quia tunc etiam si statutum esset præter ius, extēderetur ad casum fictum. Ita Fely.vbi suprà, referēdo Ro.Adde tu Soc.in cons.260.inci.in cā Nautēsis.quod est in 2.volum.columno.8.versic. secundū quod allegatur.

Tertiò limita,nisi statutum esset illusorium, non in tel ligendo illud in casu ficto.Ita Feli.vbi suprà,post Domi. in c.vt circa,in prin.fi.col.de elect.lib.6.

REGVLA DCCI.

STATVTA, licet possint fieri per villas iurisdictione carentes,maximè super administratione rerū suarum, tamen talibus statutis,non possunt adijcere pœnā: notat Inn.in c.cū accessissent.in verbo,sedes.de constit.Ant.& alij in c.cum omnes.in fi.eod.tit.Ang.in l.1. in princ.ff.si quis ius dicenti non obtempe.quod dicit esse notandum, contra statuta villarum vel ciuitatum iurisdictione carētium,vt quia subsunt ciuitati: quod sequitur ibi Alex.colū.3.prope fi.& ponit Ias.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iur.fi.col.

Limita tripliciter vt per eundem Ias.in d.l.omnes populi.col.8.in lectur. 2.Et vide Fel.in d.c.cum omnes.col. 7.nu.15.vbi dupliciter limitat.

REGVLA DCCII.

STATVTVM quando loquitur pręter ius commune, & sic in casu non prouiso à iure communi:tūc sicut in legibus & contractibus habet locum argumentum à contrario sensu,ita etiam habet locum in statutis.Conclusio est Bar.& Doct.communiter in l.1.ff.de offi.eius cui mā data est iurisd.& voluit Corte.in singularibus suis,in pante.argumentum.el vlti.Salic.in l.conuenticulam.C.de episcop.& cler.& ita concludit Alex.in d.l.1.col.13.vbi refert alios hoc etiam tenentes, licet Benedict.de Plumbi. aliter teneat in l. si quis locuples.ff.de manu. testam.

Limita dupliciter, vt per Alex. in d.12.col.quas limitationes trāscripsit Ias.in d.l.1.col.10.Alex.subticendo. Rescripsit etiam eas, nullum eorum referendo Pet.Rauennas.in suo alphab.aureo,in verbo, argumentum à contrario.in fi.quas in summa libet referre.

Prima est,nisi statuto esset cautum, ꝙ statuta non reciperent extraneum, vel subauditum intellectum.

Secunda,si caueretur statuto ꝙ statuta deberent seruari ad literam.

Tertia,si statuentes incurrerent in pœnas, deducendo tale argumentum à contrario. Ita Ias. vbi suprà, & Petr. Rauen.per glo.sing.in Clem.in verbo,facere.de vsuris,& per alia iura, de quibus per eos.

Statutum.vide suprà,in verbo,dispositio, & in verbo, mulier.& in verbo,populo,lo 1.& 2.

REGVLA DCCIII.

STIPVLATOR, vel eius personam repręsentās,vt est hæres,qñ directo offenditur, tunc stipulatio committitur & nō attenditur an intersit offensi. Notat Bart.in l.2. §.item si in facto.in col.1.ff.de verb.obl.per tex.in l.stipulatio ista.§.alteri.eod.titulo.& in §.alteri. Institu.de inutil.stipula.

Istam regulam & conclusionem Bart.dicit notabilem Ias.ibi,in colum.6.vbi eam ampliat vno modo,& limitat alijs sex.

REGVLA DCCIIII.

STIPVLATIONEM vitiat longum interuallum inter interrogationem, & responsionem.Ita dicit text.in l. continuus.in prin.ff.de verb.oblig.& in l.duos.§.fin.ff.de duob.reis. Ita Ias.in l.1.§. qui præsens.nu.2.col.2.vbi ponit duas rationes.ff.de verb. oblig.

Limita duobus modis,vt per eundem Iaso. vbi suprà, num.5.colum.3.

REGVLA DCCV.

STIPVLATIO dādi quantitatem, dicitur omni respectu diuidua. Ista regula colligitur ex tex.secūdum Ias. ibi,in l.2.§.& harum.col.3.in fin.vers.secundò principaliter nota.ff. de verb. oblig.

Limita quatuor modis, vt per eum ibi,in duabus seq columnis.

REGVLA DCCVI.

STIPVLATIO qñ alternatiuè concipitur ab aliquo,scilicet sibi, filio,aut extraneo dari,tunc filius, vel extraneos

neus dicitur adiectus solutioni, & non obligationi: quare debitor potest efficaciter tali adiecto soluere. text. est in l. eum qui ita. §. qui sibi aut filio. ff. de verb. oblig. & ibi Ias. assignat rónem tex. in l. sed & si filio. §. 1. ff. de castr. pecu.

Amplia duobus modis, & limita quinque, vt per Ias. in d. §. qui sibi. col. 1. & 2.

REGVLA DCCVII.

STIPVLATIO sub conditione confecta, valet, & tenet, licet aliam causam non habeat: quia conditio ipsa impleta, est loco causæ. Est perpetuò menti tenenda regula secundum Paul. de Cast. in l. à Titio. qui text. probat eam. vers. nam cum conditio. ff. de verb. obl. & ibi Bar. allegat alia iura, & Ias. cōfirmat, & infert ex ea ad vnum dictum Paul. de Cast.

Amplia tripliciter, & limita duobus modis, vt per Ias. in d. l. à Titio. col. 2.

REGVLA DCCVIII.

STIPVLATIO secunda, cōtinens plus q̃ prima, inducit primæ nouationē. tex. est in l. qui vsumfructum. iūcto fin. prout ibi ponderat Ias. ff. de verb. obl. & est cōiter approbatus intellectus ad dictum. tex. secūdum eum ibi. Adde gl. in l. scire debemus. in prin. ff. eod. tit. verbo, mixta. Bar. in l. e. pen. ff. de pret. stipul. & in simili est text. valde notabilis in l. si ita scriptum fuerit. lo 2. ff. de hære. instit.

Limita hanc regulam tribus modis, vt per Ias. in d. leg. qui vsumfructum 1. & 2. col.

REGVLA DCCIX.

STIPVLATIO facta de propria re purè, nihil valet. Text. est in l. nemo rem suam, in princ. ff. de verb. oblig. & in l. scire debemus. §. fi. ff. eod. tit.

Limita quinque modis vt per Ias. in l. si rem meam. ff. de verb. oblig. 1. col.

REGVLA DCCX.

STIPVLATIONVM diuersitas inter interrogantem & respondentem, inducit diuersitatem in substantia, & qualitate obligationis & vitiat stipulationem. le. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verb. oblig. in §. præterea. Instit. de inutil. stipul.

Fallit 8. modis, vt per Io. de Imo. in d. §. si quis simpliciter. col. 3. nu. 4.

REGVLA DCCXI.

STIPVLATIONIS vim non habet simplex patiētia in iudicio: vt l. omnes. §. in hac. C. de epis. & cler.

Amplia quadrupliciter, & limita alijs quatuor modis, vt per Ripam in l. 1. in princip. in 3. column. ff. de verbor. obligatiōn.

Stipulatio. vide infrà, in regula, verbum.

REGVLA DCCXII.

STVDENTES habentur pro residētibus in beneficijs. Hanc conclusionem tradit Felyn. cum duplici declaratione. in c. fi. de magistra.

Limita sex modis, vt per eum ibi.

REGVLA DCCXIII.

SVBDITO concessum priuilegium, potest per concedentem reuocari. Istam regulā describit Fely. in c. nouit. de iudic. 12. col. circa princ.

Limita tribus modis, vt per eum ibi, quem vide, quia primæ limitationi earū ponit tres optimas declarationes: quid autem sit in priuilegio concesso non subdito, vide regulam cum suis fallentijs suprà, in parte, priuilegio.

REGVLA DCCXIIII.

SVBSTITVTIO pupillaris tacita, sub vulgari comprehensa, excludit matrem, quando vulgariter substituta esset pia causa, vt puta ecclesia: quia præsumitur testatorem plus dilexisse animam suam q̃ vxorem. Doctrina est sing. Ang. in l. precibus. in lectu. Perusina, in col. 2. C. de impub. & alijs. quam ibi sequitur Paul. in colū. 4. & Ias. in 5. qui refert Alex. in tribus consilijs idem tenentem, & dicit q nemo ab hac doctrina discessit.

Limita dupliciter, vt per Ias. in d. 5. col. referendo Alex. consi. 155. incip. periculosum est. quarum prima vtilis est & notabilis.

REGVLA DCCXV.

SVBSTITVTVS excludit cohæredem, volentem succedere per ius accrescēdi. Regula est tex. in l. 2. §. si duo. ff. de bon. poss. secundum tabu.

Amplia etiam si substitutio sit inualida, vt est tex. in l. pen. ff. de iniust. rupt. testa.

Amplia secundò, etiam si substitio sit tacita. Tex. in le. fi. C. de hær. instit. ibi patrem. quem not. Bald. ibi in q. 36. & Ias. col. fi. vers. sexto nota.

Limita hanc regulam pulchra limitatione, vt per Ias. in l. fi. C. de instit. & substit. col. 4. vers. quintò principaliter nota. Et vide eundem Ias. in le. re coniunctì. col. 28. ff. de lega. 3. vbi hanc regulam ampliat tripliciter, & limitat alijs tribus modis.

REGVLA DCCXVI.

SVCCESSORIO edicto locus est in querela inoffi. testa. ideo excluso filio exheredato à querela per lapsum quinquennij, vel morte, nepos succedit in ea: tenet Bart. in rub. de succes. edic. C. motus per tex. qui hoc bene probat in l. si is qui. ff. de inoffi. testa. quod refert Ias. in d. rub. col. antepen. in medio, vbi, & in seq. circa hoc bene loquitur, & tandem residet, quòd ita communiter tenetur.

Limita dupliciter, vt per eundem Ias. vbi suprà, in fin. colū. Primò videlicet quando exhæredatus esset vita functus, testatore viuo.

Secundo quando exhæredatus testamentum approbaret: quam secundam limitationem duplici ratione improbat, quem vide.

REGVLA DCCXVII.

SVCCESSORIS appellatione, in dubio intelligitur de vniuersali tantum, & non de singulari: notat Bald. in l. emptorem. C. locati. quem refert Feli. in c. quia Gu. de iudic. fi. col. & idem dic appellatione heredis, scilicet quòd non venit singularis successor, nec hæres in certa re, vt notat Bal. in ca. si pater. 38. col. de test. in 6. vt refert Feli. in d. col. fin.

Limita dupliciter, vt per eundem in d. fin. col. & vide Ias. in l. quidam. §. nihil interes. ff. de edendo. vbi hoc limitat quatuor modis, & notat ibi text. pro ipsa regula, quæ quotidie allegatur ad hoc secundum eum.

Primò fallit, quādo fuit dictum successoribus quibuscunq;. Ita Ias. post Felin. in 1. limit.

Secundò fallit, quantum ad hoc, vt detur ius excipiendi quia tale ius bene transit ad singularem successorem, Ita Fel. in 2. & Ias. in 4. limit.

Tertiò fallit, quando iste terminus successoribus, vel hæredibus, profertur per se: secus si ambo cumulantur. Ita Ias. vbi suprà, in 2. limitatione, referendo Alex. quod tamen reprobat, & tenet contrarium.

Quartò fallit, quando essemus in beneficijs vel similibus in quibus fit latissima interpretatio, in præiudicium concedentis. Ita Ias. in 3. limit. referendo Alex. in quo tamen dicit aduertendum, & sic non bene se firmat.

REGVLA DCCXVIII.

SVMMAE maiori inest minor. Tex. in l. 3. §. si quis plus ff. de alimen. & cib. legat. & in leg. 1. §. si stipulanti. ff. de verb. oblig.

Amplia istam regulam quatuor modis, vt per Ias. in d. §. stipulanti.

Limita septem modis, vt per eundem Ias. ibid. col. 3.

REGVLA DCCXIX.

SVPPLICARE licitum est à sentētia in casibus, in quibus non potest appellari ab ea. Regula est, quam tradit glo. in c. ex literis. de restit. in integran. in verbo, supplicauit in princip. quam ibi dicit singul. Abb. in colum. 2. probatur etiam ex leg. si quis aduersus. cum authentic. qua supplicatio. C. de precib. imperat. offer. ita not. Ias. in d. authē. in notab. 5.

Limita & intellige istam regulam, quando à sententia non potest appellari propter excellentiam eius qui eam tulit: secus quando à iure communi non potest appellari, quia tunc non potest etiã supplicari, nisi beneficio gratis, aut fauore matrimonij. Ita Inno. & Cano. in d.c. ex literis. quem cum alijs pluribus refert Ias. vbi suprà, sic restringendo suprascriptam regulam.

REGVLA DCCXX.

SVRREPTIO non dolosa, sed per simplicitatem quæ fuit causa vnius rei tantum, vnam solam viriat & non aliam cuius non fuit causa in literis gratiosis: & ad beneficia, in quibus censentur concessa ea, quæ princeps omnino concessisset, etiam si fuisset expressum id quod est tacitum. Firmat hanc conclusionem Ant. Imol. Domin. & Abb. in c. super literis. de rescrip. laté Dom. in repet. c. postulasti. col. 15. eod. titu. Domini de Rota in decis. 19. incip. quidam obtinuit. tit. de præben. in antiquis. text. est in c. dudum. versicu. considerantes. de præben. lib. 6. & in c. si pro clericis pauperibus. eod. tit. quæ iura inter alia allegat Fely. in d.c. super literis, col. 2.

Limita quinque modis, vt per eum ibi, col. 2. & 3.

REGVLA DCCXXI.

SVRREPTIONEM rescripti fundans in taciturnitate actus, quẽ prius impugnauit, non auditur. Notat Aegidius conclus. 554. & confirmat Fel. in c. super literis. de rescrip. col. 8. ad fi.

Limita tripliciter, vt per eundem Fel. ibidem.

REGVLA DCCXXII.

SVSPENSVS donec satisfecerit, satisfaciendo liberatur absq; absolutione, præmissa tamen iudicis declaratione super ipso facto, scilicet q satisfecerit: probat gl. in cle. 1. de deci. in verbo, donec. & est communis conclusio modernorum in c. 1. de iudic.

Limita in tribus casibus, in quibus dicta declaratio nõ requiritur, vt per Ioan. Francisc. de Ripa in d.c. columna 2.

Primò, in suspenso à iure: & regula procedit in suspenso ab homine, quod confirmat triplici differentia inter suspensionem iuris & hominis: in cuius confirmationem adde duodecim differentias, quas ponit Felin. inter ea quę fiunt à iure, & ea quæ fiunt ab homine in ca. pastoralis. §. fin. de offi. deleg.

Secundò limita, in suspenso ad tempus, qui eo elapso, poterit celebrari absq; vlla facti declaratione.

Tertiò, quando talis suspensus donec satisfecerit, satisfecisset coram iudice, quia sine alia declaratione est absolutus, vt ibi per eum: quia acta faciunt notorium, vt in ca. cum olim de verb. signif. cum similibus.

FALLENTIÆ DOMINI ANTONII CORSETI SICVLI.

AD REGVLAM,

Spoliatus ante omnia restituendus.

QVAERO an rex iniustè expulsus à regno suo debeat restitui? Et respondeo quòd sic propter regulam iuris vtriusq; quam hic intersero cum fallentijs suis, Regula est quòd spoliatus ante omnia est restituendus. c. fi. de ord. cog. ca. in literis. & c. cũ cum quis. c. conquerente. & c. sollicite. de restit. spoliato. rum. l. si quis ad se fundum. C. ad legem Iul. de vi publi.

Limita primò, vltra 11. fallentias datas per Lafran. Bri in repet. rub. de caus. poss. & propriet. in fi. 8. col. & per Moder. in l. naturaliter. in §. nihil commune. ff. de acquir. pos. hanc regulam, vt non habeat locum, quando possessorium sapit causam proprietatis, & habet annexam, seu mixtam proprietatis causam. l. 2. §. quædam. ff. de interdi. cum ibi plene not. & volunt omnes Doct. & ibi Bart. & alij in d. l. naturaliter. §. nihil commune. & Doct. in d.c. solicite. & Abb. Moder. in d. ca. in literis. in ver. sed contra prædicta & text. oppono, in 5. col. de restit. spoliato.

Limita 2. dictam regulam non habere locum, vbi spoliatus reconueniretur super quæstione spoliationis. text. est in d.c. fi. de ordi. cognit.

Limita 3. si excipienti de proprietate præiudicaretur posteà super possessione, si posteà agẽdo petitorio, & obtinendo non posset finaliter reddi ipsa possessio in ea fortitudine, in qua nũc est, puta si est talis possessio, quæ per modicum tempus corrumpitur, vt esset corpus mortuũ, secundum Inn. in c. cum liberum. de sepul. facit quod no. in c. in literis. de restit. spoliato.

Limita 4. non habere locum, vbi præsumptio iniustæ possessionis esset fundata de iure cõi contra agentem possessorio: quia talis præsumptio admittitur contra agentẽ possessorio recuperandæ per tex. c. ad decimas. de restitu. spol. lib. 6. & quando notorie constaret de non iure spoliati, ex quo ius commune est contra eum, secundũ Imo. post Bald. in d. l. naturaliter. §. nihil commune.

Limita 5. vbi in omni spoliatione notoriè cõstaret de non iure spoliati, & de iure spoliãtis, secundum Inn. in c. cũ ecclesia Sutrina. de caus. pos. & proprie. & ibi per Abb in versic. sed circa prædicta quæro. vbi dicit quòd prædo, & possessor malæ fidei est restituendus, nisi constet in iudicio eum esse prædonem, quod est notandum pro limitatiõe c. in literis. de rest. spol. licet aliter ibi senserit Abb. & facit d.c. ad decimas. & quod not. Inn. in c. constitutus. de fil. presby. & not. Doct. in d.c. in literis. & Abb. in c. ex parte. circa fi. eod. tit. de resti. spol. & per Alexã. in d. §. nihil commune. vbi plenè de hoc.

Limita 6. in casu c. literas, de restit. spoliat. quando spoliatus peteret restitutionem coniugis, & probationes super consanguinitate incontinenti offerentur probandæ: quia tunc impeditur restitutio, quoad copulam carnalẽ, secus si probationes non offerentur incontinenti; vt in c. ex conquestione. de restit. spoliato. secundum Abb. in d. c. in literis. eod. titu. vbi dicit idem esse in causa beneficiali propter rationem peccati: quod vltimum non puto verum in d.c. in literis.

Limita 7. nisi spoliatus confitens de iure suo consensisset, vt admitteretur exceptio defectum proprietatis concernens. tex. est apertus in c. 1. de restit. spoliat.

Limita 8. in prędone, qui moratur in stratis publicis ad deprædandum, & occidendum, vt est tex. in l. 1. C. quando licet vnicuiq; sine iud. se vin. & glo. sing. in d.c. in literis. in ver. prædo. de resti. spolia. quam magnifacit ibi Bal. q qui potest offendi in persona, multo fortius in bonis, facit leg. si seruus. C. de his qui ad eccle. confu. & q voluit Bal. in auth. sed nouo iure. in 2. col. C. de ser. fugi. vbi notorio criminoso denegatur aduocatus.

Limita 9. quando possessorium & petitorium intentãtur ab eadem persona spoliata, vt est tex. in c. cũ dilectus. de ordi. cogni. & voluit gl. 1. in d.c. in literis.

Limita 10. regulam procedere, quando agens proponit veram violentiam, secus si factam: quia tunc contra eum obstat exceptio domini conuenti, vt l. fi. & l. inuasor & ibi per doct. C. vnde vi. & per Bart. in l. si de vi. ff. de iudic. restringeret tamen hoc in casu quo absens rediret, & sciret possessionem naturalem occupatam per alium & suspicaretur posse expelli: quia tunc datur interdictũ vnde vi, secundum Doct. in d.c. in literis. per text. in l. e. clam possidere. §. qui ad nundinas. cum le. seq. & l. si id quod. §. fi. ff. de acqui. poss.

Limita

Limita 11. nisi spontanea abiuratio, seu renuntiatio beneficij cum iuramẽto præcessisset spoliationem: quia nõ potest petere restitutionem: quia per ipsam renuntiationem perdidit tam proprietatem, quàm possessionem: & quia notoriè obstat sibi defectus proprietatis. tex. est pulcher in c. accepta. de resti. spol.

Limita 12, secundum Bald. in l. pen. C. si à non compe. iud. ad fi. quando exceptio, quę obijcitur spoliato non requirit probationem facti, allegat Old. consi. 281. & Alex. ibi in apostil. allegat eundem consi. 274. incip. in causa quę vertitur.

Limita 13. quando petitio in possessorio esset iuri publico & iuri cõi contraria: quia tunc auditur excipiens. ita dicit, Bald. in l. si quis conductionis. circa fin. C. loca.

Limita 14. si agens alleget canonicè possedisse in beneficialibus, aliter non admittendus per iudicem. de fil. presbyt. c. constitutus. & de reg. iur. c. 1. lib. 6. secundum Bald. in d. l. si quis conductionis. & plenè per Abb. & alios in d. capitu. in literis. licet Abb. ibi, alleget plura iura probantia contrarium.

Limita 15. quando agitur pro recuperanda possessione quæ vacabat tempore in quo fuit occupata per reum conuentum. gl. est not. in l. si. C. vnde vi. quã Doct. ibi approbant. & An. in l. 2. C. de edic. diui Adri. tol.

Limita decimosextò, nisi exceptio defectus proprietatis esset notoria præsumptione iuris: vt quia possidebat duo beneficia incompatibilia, vel erat minor ætate respectu illius beneficij. ita pulchrè Io. And. in addit. Specu. in rub. de resti. spo. post prin. & But. in c. in literis. eodem tit. & Rota deci. 3. si contra agentem. in addit. ad eam in verbo, restitutio. incip. pone q̃ aliquis obtinuit. eod. tit. in nouis. licet Abb. contrarium teneat in d. c. in literis. in penul. col. per c. insinuatione. in fi. de procu.

Limita 17. nisi crimen opponatur inhabilitans personam ad agendum, vt excommunicatio, vel bannum: quia obstabit agenti possessorio. But. in c. item cùm quis. in gl. 2. de resti. spolia. alleg. gl. in c. ex insinuatione. in ver. canonicum. de procur. vbi idem dicit de pacto de non petendo restitutionem, vel de re iudica. vel ratihabitione sententię latæ cum falso procurator. Abb. in d. c. item cum quis allegaliam gl. in c. dilectus. el 1. in verbo, excommunicationis. de rescrip. & gl. in c. in nomine Domini. in verbo, audientia. 23. dist. tu adde aliam in can. 1. in glos. magna. in fi. 14. q. 1. & ibi Archi. & glos. 2. in fi. ibi, nullo. in can. infamis: §. verum. 3. q. 7.

Fallit primò, in excommunicato excommunicatione minori. Archi. & Domi. in d. c. in nomine domini. in fi.

Fallit secundò, nisi conueniatur ab excommunicatore vel ab eo qui fecit eum excommunicari. Spe. in tit. de peti. & poss. §. fin. in ver. 22.

Fallit tertiò, vbi spoliatio impediret implementum actus permissi excommunicato: puta ire Romam pro absolutione. Abb. in c. intelleximus. in 3. col. ibi, hoc dictum limito verum. de iudi.

Fallit quartò, nisi spoliator esset fugitiuus, vel res esset peritura. Abb. in c. cùm inter. in 5. col. de excep.

Fallit quintò, si est spoliatus vxore sua. gl. in c. quoniã in versi. vxores. 11. q. 3. quod intellige officio iudicis, non per viam actionis. Abb. in 6. col. post But. & Cal. in c. fi. de ord. cogni.

Fallit sextò, quando excommunicatus non venit propriè vt actor, sed vt reus. Abb. in d. c. ex insinuatione. in 3. col. de procur.

Limita 18. nisi obijciatur crimen hæresis: quia qui nõ potest possidere, non potest prętendere spoliationem. gl. 2. in c. quo iure. 8. dist. But. & Abb. in d. c. item cum quis. in gl. 2. gl. antepen. in ver. commodo. in c. ex parte. de rest. spoliatorum.

Limita 19. in casu schismatis. 23. q. 5. non vos. & glo. in d. c. in nomine domini. in ver. audientia. 23. dist.

Limita vigesimò, in casu intrusionis. tex. & gl. in d. ca. in nomine domini. in ver. audi. & 3. questio. 1. in summa, quæ dicit hoc speciale esse in Papa. & vnum pulchrum dictum de intrusione vide per Abb. in ca. ad aures. in 4. col. de rescript.

Limita 21. nisi opponatur criminis enormitas. 3. q. 5. c. super causa. item infamia & criminis euidentia, vt 2. q. 5. c. presbyter. 2. q. 1. c. scelus. & c. manifesta. item simonia, de simo. c. accusatum. & c. tanta. item contumacia, vt 3. q. 9. cap. decernimus. item scandalum. tertia quæstione 6. c. hęc quippe.

Limita 22. in casu cap. significasti. & capitul. gaudemus de diuor.

Limita 23. nisi aliquis conditionaliter possidens ante existentem conditionem spolietur: quia non restituitur, ex quo non possidebat, cum conditio nihil ponat in esse. c. olim. el 1. de restit. spolia.

Limita 24. nisi incontinenti dominus deiecerit aliquẽ de possessione sua. dict. capitulo olim. & ibi gloss. penult. allegat l. 1. §. vim vi repellere. ff. de vi & vi arma. & ff. ad l. aquil. l. scientiam. §. qui cum aliter. & de sent. excommu. c. si verò. el 1.

Limita 25. nisi spoliatus exciperet de spolatione: quia tunc non consequitur restitutionem: quia qui excipit, nihil petit. c. cum dilectus. de ordi. cogni.

Limita vigesimosextò, nisi à muliere obijciatur scientia viri magna. de restit. spol. c. ex transmissa. & c. literas. in fi. eod. titu.

Limita vigesimoseptimo, si ex gratia, vel precariò possedit. 10. q. 3. cap. qua cognouimus. & glo. pennl. in dicto capitulo, olim causam. & de exces. prelato. capitu. cum ad quorundam.

Limita 28. quãdo de dominio apparet per sententiam absolutoriam latam in fauorem rei in petitorio iudicio, secundum doct. contra Bart. in d. l. naturaliter. §. nihil cõmune. ar. c. cùm teneamur. de appella. & hoc siue conuentus possessorio recuperandę incidisset in pœnam l. si quis in tantam. C. vnde vi. siue nõ, & pro dicta communi opi. doct. facit quod not. ipsemet Bart. in d. l. 1. §. sed & si is. ff. de noui ope. nun. & Inno. in c. cùm dilectus. de caus. poss. & proprie. & Io. And. in c. pastoralis. eod. titu. & in addit. Specu. in titu. de peti. & poss. in §. 1. ver. quid si. & ibi hoc fuit de mente Spec. Nec obstat d. c. cùm dilectus. quia procedit, quando spoliatus eodem libello immiscuit petitorium & possessorium, vnde si sententia est lata in petitorio contra ipsum actorem: quia reus fuit declaratus dñs, licet in possessorio fuerit lata pro ipso agente, pręualet in executione sententia lata in petitorio, ex eo quia est quid imputetur sibi spoliato agenti, ex quo voluntariè immiscuit causam proprietatis cum ipso possessorio.

Limita 29. quando quis fuit spoliatus, & agit pro violẽtia sibi illata: quia clandestinè fuit spoliatus, nã tũc poterit reus qui clam spoliauit, agenti possessorio recuperãdę opponere exceptionem dominij sui. ita Bald. in addi. in d. §. nihil commune. alleg. tex. in l. si de eo. in §. fi. ff. de acquir. possess. & idem voluit Bald. in l. si quis emptionis. in §. sed hoc super illis. C. de pręscrip. triginta anno. idem Rom. in d. §. nihil commune. & Ang. & in l. vitia. C. de acquir. possess. & in d. §. sed hoc. & fuit de mente Dy. in c. qui ad agẽdum. de regu. iur. lib. 6. licet Imol. & Moder. aliter voluerint in d. §. nihil commune.

Limita 30. an hęc regula habeat locum in colono. ff. de vi & vi arma. l. cum fundum. in §. fi. & dic quòd sic, & cessat limitatio.

Limita trigesimoprimò, quãdo obijcitur de dominio acquisito post spoliationem interueniẽte facto, aut negligentia eius qui possessorium intentat, secundum Baldũ, in d. capit. in literis, qui allegat quod habetur in capitulo, super hoc. in gl. magna. & ibi per Innocentium, & expressè affirmat But. in c. sollicitè. de rest.

ſpol.& ſequuntur Moder. in d.§.nihil commune.

Limita trigeſimoſecundò, ſecundum Bal.in d.§.nihil cõmune, vt d.regula procedat, quando per vim expulſiuam ſeu per vim ablatiuã quis eſt priuatus poſſeſſione:ſecus ſi priuatus eſſet per vim compulſiuam: quia tunc regula nõ habet locum, vt ſi compuli te per metum ad tradendum rem, feciſti,licet coactè, ſi agas vt poſſeſſionem recuperes poterit tibi opponi exceptio dominij, per tex.cum gl.in d.c.ſuper hoc. & ſequuntur Imol. & Moder.in d.§.nihil commune.& Bal.in le.pen.ff.de cond.ob turpem cauſam & in l.3.C.quod met.cauſ.& in l.2.per Bar.C.eo. & ratio eſt , nam tunc competit remedium actionis, quod met. cau.quando præceſsit dicta vis compulſiua, vt in toto tit. quod met.cauſ. in quo remedio poteſt opponi exceptio dominij: quia illud non datur niſi damnum paſſo , & ſic non poteſt prætendere damnum, ex quo tenebaris reſtituere incontinenti per rei vendicationem, & ex quo poſſidebas de facto , & tenebaris mihi reſtituere, non habes intereſſe in repetendo per dictã actionem , ita dixit Azo in ſumma,quod met.cau.pro quo facit tex.in l.fin. §.fi.ff. quod met.cau.

Ampliа trigeſimotertiò, ſi proponatur tacita renuntiatio beneficij facta ante ſpoliationem per aſſumptionem ſecundi beneficij incompatibilis cum primo , vt probat text.auteus in c.audita.de reſti.ſpoliato.quod dictum approbant Moder. Peruſini in d.§. nihil commune.

Limita 34.ſecundum doct.in c.in literis.de reſtit.ſpol. & Bal.in d.§.nihil commune.vbi per confeſsionem actoris,vel facti notorietatem apparet iudici poſſeſsionem nõ debere reſtitui,per ea quæ habentur in c.ſignificaſti.de diuor.& ibi not.Innoc.& in c.conſtitutus.de fil.presbyt.& Bal.in l.ordinarij.C.de rei vendicatione.in 6.col.& in tit. de pace Conſtan.in ver.reſtituatur. per Ang.in d.l.ſi quis à ſe fundum.But.& Abb.in d.c.in literis.

Limita 35. niſi opponens de dominio haberet probationem paratam:puta per inſtrumentum publicum, ſtante ſtatuto ꝙ contra inſtrumentum publicum nihil poſſet opponi,& habeat executionem paratam ſicut ſententia:nam ſicut opponens , & probans de ſuo dominio per ſententiam auditur contra ſpoliatum agentem , vt ſuprà dictum fuit.ita etiam probans de tali dominio ſuo per tale inſtrumẽtum quod æquiparatur ſententiæ . facit quod not.Bar.in ſimilibus l.vinum.ſi cert.pet.& in l.in hac actione.ff.de tritica.& in le.3.§.in hac.ff.commoda.ſecus ſi ex forma ſtatuti inſtrumentum non habet executionem paratam, prout non habet de iure communi.l.4.§.ſi ex conuentione.ff.de re iud.& in l.minor 25.annis,cui fideicõmiſſum.ff.de minori.quia licet habeat incontinenti paratam probationem , non tamen obſtaret ſpoliatio agenti. per id quod not.in c.1.de reſti.ſpol. & eſt de mente Bart. in 1.lectura in d.§.nihil commune.& gl.in l. ſi de vi.ff.de iudi.dum voluerunt dictam probationem incontinenti paratam admitti ſolum in poſſeſſorio adipiſcendæ,& nõ in poſſeſſorio recuperandæ.& hoc voluerunt Moder.Peruſini in d.§. nihil commune.

Limita 36.vbi in reſtutione imminet peccatum,debet deferri reſtitutio , ſi probationes ſuper defectu proprietatis offeruntur paratę.iſta eſt ſingularis theorica Abb.in c. literas.de reſtit.ſpol.facit bona gloſſ.in cap.ſuper cauſa.2. quæſt.5.

Limita 37. niſi prælatus eccleſiæ ſpoliaſſet poſsidentẽ rem eccleſiæ, & poſteà conueniretur poſſeſſorio recuperandæ:nam ſi opponeret exceptionem dominij ſpectantis ad eccleſiam , & offerret ſe probaturum in promptu, deberet audiri.Bal.in l.1.ad fin.C.de appel. vbi dicit,ꝙ taliter poteſt ſaluari gloſſ.in l.ſi de vi.ff.de iud.quæ tenet,ꝙ admittitur exceptio dominij in omnibus poſſeſſorijs, quando reus ſe offert incontinenti probaturum , quę tamen reprobatur præterquàm in poſſeſſorio adipiſcendæ. Bal.tamen ibi ſaluam dictam glo.etiam in iſto caſu,& ſequuntur Moder.in dic.§. nihil commune.per rationem: quia prælatus eccleſiæ inuadendo rem & poſſeſsionem rei eccleſiæ exiſtentis apud alium , non facit incidere eccleſiam in pœnam d.l.ſi quis in tantam. per gl.not.in c.1. ne dolo.& contu. Mihi videtur hoc non eſſe verum, per text.iuxta glo in c.1.de reſtit.ſpol.vbi gloſ.& communiter Doctor.tenent ibi, contrarium , & niſi ibi ſpoliatus conſenſiſſet agens nomine eccleſiæ non fuiſſet admiſſus in petitorio.

Limita 38. quòd obſtabit exceptio dominij ſpoliato oppoſita per tertium.l.bona fides.ff.depoſi.But. & Abb. in d.c.literis.in fi.Ange.in d.l.ſi quis à ſe fundum.& Moder.in d.§.nihil commune.Inno.in ca.veniens.de ſponſ. quod But.dicit procedere , quando ius tertij eſſet ſeparatum à iure ſpoliantis conuenti, vt ſic ſpolians non reportet commodum,de quo per Rot.deciſ.3.ſi inter Titium. de cauſ.poſſeſ.& prop.in nouis.quod Abb.non putat verum : quia imò data connexitate procedit dicta fallentia per c.ſacris.de ſepult.pro qua opinione adduco bo.tex.in l.ſi communem.ff.quemadmodum ſerui.amit.& l.ſi quis ex argẽtarijs.in §.cogentur.ff.de eden.& plenè per Barb. in repe.c.Raynaldus. circa medium.de teſta. & per Fely. in c.1.de pręſcript.Limita tamen niſi ſpoliatus ageret per remedium attentatorum pendente appellatione: quia illud non poterit impediri per tertium. Imo.& Abb.in ca. bonæ.de appel.

Limita 39. niſi eſſet talis exceptio , per quam declararetur deficere ſpoliato agenti cauſam,& intereſſe ſuę poſſeſsionis: per id quod habetur in cle.1.de cauſa poſſeſſ.& proprie.ſecundum quoſdam ibi,ſed hoc non videtur verum indiſtinctè,niſi fortè in beneficialibus, ſecundũ Doctо.in d.c.in literis. vel quando intereſſe deficit ex aliqua cauſa ſuperueniente poſt ſpoliationem.

Limita 40.ſi opponitur exceptio paupertatis conuenti contra ſpoliatum agẽtem: nam illa obſtat etiam in hoc iudicio priuilegiato: vt habetur in c. olim.el 2.de reſtitu. ſpol.quod procedit quãdo talis paupertas ſuperuenit propter ſpoliationem factam contra ipſum reum in re petita, non ſic ſi ex alia cauſa , vt ibi not. & per Rotam deciſione 444.incip.incip.fuit dubitatum.& not.in cap.frequens.de reſti.ſpol.lib.6.

Limita 41.in exceptione reſeruationis Papalis ſpecialis vel generalis cum decreto annullatiuo . nam illa obſtat ſpoliato agenti ad reſtitutionem beneficij ita reſeruati t cum talis reſeruatio Papæ afficiat non ſolum titulum beneficij, ſed etiam poſſeſsionem.Rot.deciſ.3.incip.ſi contra agentem.in tit.de reſti.ſpol.in not.But.& Abb.in d.c. in literis.in 17.col.eod.tit.

Limita 42. quando ſpoliatus nõ ageret poſſeſſorio recuperandę,ſed per actionem furti,vel condictione furtiua, vel vi bonorum rapt. vt cõtingit in rebus,pro quibus non datur interdictum recuperandę: ſecundum quod habetur in l.rem quæ nobis.ff.de acq.poſ. & ibi no.quia tũc ſpoliato agenti obſtat exceptio dominij per not.in l.ſi de eo.in §.ſin.ff.eo. facit quod habetur in l.qui iniuriæ.in §. ſi.ff.de fur.

Limita 43. quando ſpoliatus non ageret contra ſuum ſpoliatorem,ſed contra alium tertium, qui non ſpoliauit, licet forte habuerit cauſam ab ipſo ſpoliatore, puta aliquo remedio poſſeſſorio fortè,per le.ſi coloni.C.de agri. & cenſi.lib.11.vel per condictionem triticariam, vel ex canone,reintegranda.3.q.1. vel ex ca.ſæpe, de reſtit.ſpol. quando ageretur contra ſuccedentem ſcienter in vitium quia tunc obſtat exceptio dominij ipſius cõuenti,vt fuit de mente Bal.in l.2.ad fi.C.de ſer.fugi.& voluit Lap.alle. 302.contrarium ſenſit Bal.in l. in ciuilem.C. de furtis. & Butrigarius in c.paſtoralis.de cauſa poſſeſ. & propriet.facit quod habetur in l.ſi.C.vnde vi.

Limita 44.non habere locum dictam regulam in omnibus caſibus, vbi non datur poſſeſſio.cap.ex parte.& ibi not.

not. de restit. spol. quia priuatio præsupponit habitum. l. manumissiones. ff. de iusti. & iur. l. decem. ff. de verb. obli. c. ad dissoluendum. de despon. impube. & c. quod vero nó formatum. 32. quæsti. secunda limita tamen in casib. not. in d. c. ex parte, in glo. antepen.

Limita 45. nisi mulier expelleretur à marito propter, dotem promissam, & non solutam. cap. per vestras. & ibi Doct. de don. inter virum & vxo. & l. fi. C. ad Velleianũ, & ibi Bald. & Saly. glo. sing. in auth. de non eligen. secundo nuben. §. fi. Bal. in l. de diuisione. ff. solut. matr. & in le. quod in vxorem. C. de nego. gest. in l. pro oneribus. C. de iur. dot. Bal. Imo. & Mod. in l. si cum dotem, §. si autẽ in sæuissimo. ff. solu. mat. Abb. in c. quemadmodum. & in c. tua. de iureiu. & in d. c. per vestras. & in c. literas. de restitu. spoliatorum. per Moder. in c. j. de adult. Inno. & doct. in c. salubriter. de vsuris.

Limita 46. nisi post violentiam & spoliationem factã, interuenisset consensus spoliari, vel taciturnitas tanti temporis, quod verisimiliter videtur per discessum, seu recessum à violentia. c. ad id quod. de spon. l. 2. cum ibi not. C. quod metus causa.

Limita 47. quod ex sola possessione facti cum nulla fuerit possessio iuris, sed nuda possessio nullo iuris colore fulcita, non competit restitutio. glo. antepe. & ibi doc. in d. c. ex parte. de resti. spol.

Limita 48. nisi laicus restitutionem decimarum petat. licet de facto posideat, c. causam quæ de præscrip. & not. glo. antepe. in d. c. ex parte.

Limita 49. nisi capellanus denegasset sacramenta suis, parochianis: quia si postea ab eis petat decimas, repelli poterit exceptione spoliationis sacramentorum. per text. in c. cum dilecti. de ord. cog. nã isto casu ipse capellanus non dicetur spoliatus, ex quo non exhibuit sacramenta, per quæ debebatur sibi decima, ita pulchre dixit Lap. alleg. sua, 202. quem refert & sequitur Butr. do. meus do. And. Sicul. in d. c. cum dilectus. in 22. col. facit quod habetur in auth. dos data. C. de don. ante nup. vbi colligit Bal. quod ille, qui non facit quod debet, non recipit quod oportet, vt est glo. j. not. in l. si non fuerit. ff. de iureiur. & quod voluit Bald. in c. j. qualiter dominus propriæ. feud. priue. & bonus text. in c. esto subiectus. 95. dist. & quod voluit Inno. in c. mandatum. de rescr. quem referunt & sequuntur Bal. & Sali. in l. cum proponas. C. de pact.

Limita 50. q si rector parochialis agat contra religiosos super decimis prædiorum assistentium intra limites, suæ parochiæ prætẽdens se spoliatum à 10. annis citra ad mittuntur religiosi volentes probare q à 30. annis, citra semper fuerunt in possessione. nã per hoc excludunt possessionem & spoliationem prætensam per rectore. Nec ob. c. ad decimas. de resti. spol. lib. 6. quia illud procedit, qñ is contra quẽ facit ius cõe est actor petendo restitutionẽ, sed in casu isto isti se defendunt, dicendo se non spoliasse, agat ergo rector si vult de proprietate, & obtinebit, nisi religiosi probent legitimam præscriptionẽ, vel alium titulum legitimum. nam licet ius ccommune faciat pro rectore in petitorio, non tamen in possessorio, vt in c. olim 3. de resti. spoliat. pulchrè dixerunt domini de Rota decisi. 11. incip. si rector alicuius parochiæ. de resti. spol. in nouis refert & sequitur d. Abb. in c. j. in vlt. col. in ver. oppono vlterius. de restit. spol. & dicit ibi Imo. in fi. in ver. itẽ aduerte quod vbi reus facit articulum contra agentẽ possess. q ante prætensam spoliationem possedit, & postea nunc posidet, quod debet admitti talis articulus & exceptio: quia concludit actorem non spoliatum. alleg. not. per Inno. in c. super hoc de renun. Ex quo no. plures limi. ad. c. ad decimas de restit. spol. lib. 6. vi ille text. nõ habeat locum in his, qui se defendunt, dicentes se nõ spoliasse. Secundò limitatur, nisi conuentus probare velit legitimam præscriptionem, vel alium legitimum titulum, & istas duas limitationes posuit Abb. in d. c. j. in vlt. colum. tu adde tertium, nisi sit lapsus tanti temporis de cuius initio memoria non exsistat. c. j. in fi. de præscr. lib. 6. l. 3. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidi. & æsti. & sentiunt domini de Rota. in præalleg. decis. adde etiam quartam, quando per priuilegium potest apparere de non iure spoliati. ita Lap. in d. c. ad decimas, adde quintam nisi notorie cõstet de non iure spoliati. doct. in c. cum ecclesia. & in c. pastoralis. de cau. pos. & proprie. Imo. in d. c. j. & Inn. in c. constitutus. de filijs presby. & in c. significasti de diuor.

EX COMMENTARIIS, D. ANDR. TIRAQVELLI, IN §. HOC SERMONE L.

boues. ff. de verbo. significat.

SErmo simpliciter prolatus de primo, intelligitur, i. vno actu consumitur, perficitur, finitur: ita vt amplius locum nõ habeat. Quam quidem regulam Alex. con. 16. breuiter in casu præmisso. col. 2. nu. 9, lib. 4. dicit in omni dispositione seruari debere, vt etiã dicit Franc. Cur. Iunior, consi. 132. sacratissimæ, &c. habita diligenti, col. j. Et in omni materia, vt etiam tradit Ias. consi. 36. in causa mota, col. vlt. ver. ista responsio, lib. 3. Eamq; veluti, ex composito, & de industria, ac ex professo mirũ in modum celebrarunt, multisque ac magnis iurium thesauris locupletarunt duo superioris ætatis ornamenta ac lumina Fely. & Ias. ille in cap. 2. col. j. & duabus sequ. de treug. & pac. hic in duobus locis, scilicet in l. in duobus. §. si ei qui, col. j. & 2. ff. de iureiur. & iterum, in l. diuortio, aut ut alij eas leges diuidunt, l. fructus. §. quod in anno, col. 2. 3. & 4. ff. solu. matr. Et ita, vt cæteris vix aliquid reliqui fecisse videantur, quod eis addi posit. Mihi tamen nec inutile nec infructuosum visum fuit, quæ ab illis ipsis, prætereaq; ex alijs didici, huc veluti in vnum corpus congerere, quod & res admodum quotidiana, & ad vsum forensem accommodatissima est.

Solet autem quod iam diximus ea sententia frequentissima ex hoc nostro §. depromi. Cui tamẽ sunt & alij tex. similes, videlicet in l. cum pater. §. pater certam. ff. de leg. 2. vbi cautio de danda vel restituenda dote filiæ nupturæ de primis nuptijs tantum intelligitur, nec ad secundas nuptias porrigitur. Ex eoq; not. Bar. & Imol. ibi, id quod diximus in nostra regula. Sermonem simpliciter prolatũ intelligi pro prima vice. Bal. autem not. (quod idem est) verba simpliciter prolata restringi ad primum actum.

Estque etiam alius similis tex. in l. dotis promissio, versic. vlt. ff. de iure dot. vbi scribitur, dotis promissionem, in primis duntaxat nuptijs destinari, neque durare obligationem, si post alterius matrimonium ei nubat, cui dotẽ promiserat. Et ex eo idem not. Bar. quod supra ex d. §. pater certam. Est alius item text. in l. stipulationem quę propter, cum l. & licet, quæ illam consestim sequitur, & ibi Bart. in epito. posterioris. eod. tit. & in l. inter socerum. §. vlt. in fin. ff. de pact. dota. cum dicitur, quoniam ad primas nuptias pertinet, ea autem loquitur de restituenda dote, soluto morte mulieris matrimonio.

Est alius quoque tex. in l. matrimonij. ff. qui & à quib. vbi ancilla à nullo alio matrimonij causa manumitti potest, quàm qui eam vxorẽ ducturus est, q si alter eã vxorem ducat, non erit libera, adeo vt nec si statim post eam repudiatam manumissor vxorem duxerit, liberam eam, non fieri, tanquam de his nuptijs senatus senserit, quę primę post

mæ post manumiſsionem nullis alijs interpoſitis ſecutæ ſint. Qui quidem tex. admodum facit contra eorum ſententiam, qui dicunt matrimonium medium non impedire legitimationem filiorum, quę fit ex ſequenti matrimonio de quo per doct. in c. tanta, qui fil. ſint legitim. & nos quoque latè diximus, in tractatu, Primigeniorum, q. 24. nu. 2. incip. ſed vt ad ſpeciem. & aliquid etiam dicemus infra, in 3. limi. num. 8. incip. huc etiam pertinet. Sed & facit hic text. aduerſus ea quæ in vniuerſum dicam, infra in d. 3. limi. vbi in fi. illius de hoc tex. aliquid dicemus.

Secundò huc ſpectat text. in l. ſtipulatio de dote, ff. de iure dot. vbi ſi extraneus dotans mulierem ſtipulatus fuerit eam dotem ſibi reddi ſoluto matrimonio, facto diuortio, ſtatim ita cõmittitur ea ſtipulatio, vt nec redintegrato matrimonio actio ex ſtipulatu quæſita intercidat. Atque etiam ita, vt ſtipulator non cogatur iterum eam dotẽ conſtituere, vt dicit ibi glo. per textum in d. l. dotem. ff. eodem tit. Vides igitur hanc ſtipulationem factam in caſum ſoluti matrimonij ita perfici, & conſumi per diuortium, vt nec redintegrato eodem matrimonio aboleatur & ad id glo. in d. l. ſtipulatio, allegat textum in l. item quęritur. §. vlti. ff. de loca. de quo poſtea dicemus.

Tertiò ad hanc ſententiam pertinet tex. in d. l. diuort. §. quod in anno. ff. ſol. mat. cuius autoritate Bald. ibi poſt Iac. Ra. Cy. & alios antiquiores, & ibi quoque Imo. in 1. not. ad id allegant hunc noſtrum §. hoc ſermone & Ro. & Alex. qui eum §. legunt cum §. ob donationes, vterq; col. 2. ſed ille verſ. vnde dicit, hic verſ. ex hac glo. infert & ibi item Iaſ. col. j. quòd ſi quis ex hac locatione, aut alias, debeat habere fructus vnus anni cuiuſpiam agri, qui, bis in anno fructus produxerit, intelligitur tãtum de primis, fructibus, non etiam de ſecundis. Et ſequitur Alex. in ad ditio. Bar. in hoc noſtro §. hoc ſermone, & in d. l. dotis, promiſsio, ff. de iur. dot. & conſ. 16. breuiter in caſu præmiſſo, circa medium, num. 6. lib. 4. & Maria. in ca. de illis, col. 8. verſi. 8, no. de cond. appoſ. Feli. in d. ca. 2. col. 2. verſ. ſi quis emit vina, de treug. & pac. & in cap. licet dilectus, col. vlt. verſ. & hinc eſt ꝙ vendens, de teſtib. Iaſ. in d. l. in duobus. §. ſi ei, qui col. 2. verſ. ſextò, facit. ff. de iureiuran. Geor. Na. in repe. clem. ſæpe, in princ. col. 4t. verſic. ego hoc dictum, de verb. ſigni, & Franc. Curt. Iun. conſil. 178 ſacratiſsimæ. & c. habita, col. vlt. verſi. & iſtam concluſionem. Sed tu ſuper hoc vide quæ dicam infra in vndecima limitatione.

Et ne interim putes id ſuperuacaneum eſſe, ſcire debes regiones quaſdam adeo eſſe feraces, fœcundas, & vberes vt bis fructus ſingulis annis ferant. Nam de india, id aſſerit Martianus Capella lib. 6. & ante eum Plinius autoritate poſsidonij lib. 6. c. 17. & Solinus c. 65. In anno, inquit, India bis æſtatem habet, bis legit frugem, & ante hos omnes Diodorus Siculus lib. 3. Bibliotheces, vbi & idẽ quoque dicit de inſula Hyperboreorum. Sed & de Italia Virgilius lib. 2. Georgicorum.

Hic ver aſsiduum, atq; alienis menſibus ęſtas.
Bis grauidæ pecudes, bis pomis vtilis arbos.

Cui in eo quod dicit bis grauidæ pecudes: adſtipulatus quod ipſe Diodorus Siculus lib. j. c. 3. ſcribit, in Aegypto oues bis in anno parere, biſq; lanã prçbere. Idẽ autẽ Virg. vt ad eam redeamus li. 4. eiuſdem illius operis.

Forſitan & pingues hortos quæ cura colendi.
Ornaret, canerem. biferiq; roſaria paſti.

Quò, ſ. vno in anno bis illis naſcerentur roſæ, vt ſcribit Seruius. Varro autem lib. primo, de agricultura, ca. 7. ſcribit vites apud mare Smyrnæ eſſe biferas. & in agro Conſentino malum biferam eſſe, i. quæ bis in anno fructus ferat. quod & ipſam ex eodem repetit Plinius li. 16. cap. 2. Sed & Theophraſtus lib. de cauſis plantarum 1 1. c. c. 13. & Columlla lib. 5. c. 10. tradunt ficus eſſe biferas. Et Plinius li b. 13. c. 14. Arphacen & Adrachnen. Et lib. 15. cap. 22. nuces, & lib. 18. cap. 14. in quibuſdam locis Africæ, biferam vitem bis anno vindemiare. Quin ipſe illo lib. 16. cap. 27. ſupra citato, tradit & ipſas vites alicubi triferas eſſe, & cupreſſos, & alias quoque arbores biferas Strabo quoque lib. deciſeptimò ſcribit in Lydia nonnullos populos habere quaſdam terras biferas, & duas meſſes facere. Sed ſuper ea mirum eſt, quod tradit Solinus in cap. 45. in Aegypto ficum Aegyptiam quam vocant vno anno ſepties ſi uctum ſufficere quod & ante illam dixerat, Plinius lib. 13. capite ſeptimo.

Quæ res in memoriam reducit, quod à Plutarcho proditum eſt in vita Antonij, quòd cum Anto. ipſe Aſiaticis ſecunda vectigalia imperaret, Hybreas qui ciuitatum cauſam ſuſceperat, Si potes, inquit Anto. eodem anno bis vectigal exigere, illud etiam, vt bis æſtatem habeamus, biſq; autumnum, i. vt duas meſſes, duaſq; vindemias ſingulis quibuſque annis habeamus. In hac autem fertilitatis, mentione ſupra cætera omnia mirum eſt, quod tradit põponius Mela li. 3. c. 6. quo c. de Hiſpaniæ, & ſeptentrionis inſulis, ſcribit, in Luſitania Erythia adeo fertiles, agros, vt cum ſata frumenta ſunt, ſubinde recidiuis ſeminib. ſegetem nouantibus, ſeptem minimum, interim plures, etiam meſſes ferant, ſed an id vno anno aut pluribus fiat, non aperit.

At illud, vt tandem à ſemita in viam redeamus, mihi omnino verum eſſe videtur, vt ſi id vſu eueniat, vt bis ager fructus in vno anno ferat ex natura ſoli, vel arboris, vt in illis locis, & arboribus de quibus locuti ſumus, & quis ex contractu fructus vnius anni percipere debeat, non dubitarem, quin & binos illos fructus habere deberet. At ſi id contingat, quoniam fructus alterius anni ſunt adeo præcoces, vt colligantur intra tempus prioris, certè haberet locum ea ſententia, vt non niſi priores fructus, habere debeat, neque enim hi duo fructus vniusanni, ſi ue vnius æſtatis, aut antumni ſunt.

Quartò in l. ſi ſocius pro filia, in princ. ff. pro ſoci. quẽ ſolus Raaphael Fulgoſ. ponderat, & reputat ſingularem, ibi, in 5. not. ad hoc, vt ſi inter plures fratres pactum ſit, vt dos filiarum ſoluatur ex bonis omnibus intelligitur, vt ſemel tantum dotetur, niſi aliter expreſsim actum fuerit. ad quod & illum expendit Lucas Pen. in l. ſi quis Decurio, colum. 2. verſiculo. idem videmus. C. de Decurion. lib. 10. Pet. Anch. conſi. 404. tria dubia in cauſa Vlrici. & Iaſ. in d. l. in duobus. §. ſi ei qui, col. 2. ver. tertiò facit, & in d. l. diuortio. §. quod in anno, col. 2. ver. pro confirmatione, vbi dicit eum text. not. & paucis notum. & præterea in l. inter ſtipulantem. §. ſacram, col. ſeptima verſi. tu aduerta ff. de verbo. oblig. & conſil. 36. in cauſa mota per nobiles. col. vlt. lib. 3. vbi dicit eum tex. eſſe in id ſolennem. Circa quod vide quæ dicam infra in 9. limitatio: verſ. ſed & ex hoc. & verſ. ſed hanc tamen principalem.

Quintò quòd illius tex. in d. l. ſi ſocius, autoritate ſcribit Bal. in l. vlt. col. 2. verſ. ſed nũquid eo caſu, C. de do. promiſsio, in j. lectu, quòd ſtante ſtatuto, vt frater teneatur, dotare ſororem, ſi eam ſemel dotauerit, & ea caſu fortuito, dotem perdiderit, non tenebitur frater eam amplius, dotare: quia ſtatutum intelligitur de vna, ſiue prima dote tantum. Et id ſequitur & commendat Iaſ. in d. l. in duobus. §. ſi ei qui, col. 2. verſ. tertiodecimò facit. ff. de iureiur. & in d. l. diuortio. §. quod in anno, col. 2. verſ. vbi ſupra. ff. ſolut. mat. & Feli. in d. c. 2. col. 3. verſ. ſi ille qui eſt obligatus, de treg. & pace. & Catel. Cot. in memor. incip. executores, col. j. verſ. & poteſt confirmari.

Id quod tamen intelligendum eſt ſecundum declarationem Alex. in l. ſi cum dotem. §. j. col. 2. ver. iuxta hoc quæro, ff. ſolut. matr. vbi diſtinguit in hac ipſa ſpecie, an frater teneatur dotare ſororem ex diſpoſitione hominis, an vero ex diſpoſitiõe legis ſecundum ea, quæ dicemus, infra in d. 9. limitatio. vti etiam & in hoc caſu diſtinguit, Soc. conſ. 5. cuius caput eſt ſupraſcriptus inſignis doctor, col. 2. verſ. ad ſecundum, lib. quarto.

ti poteſt

Sextò alius tex.in l.si duo,§.j.ff.de arbitr.vbi pœna semel commissa,soluitur compromissum: nec amplius peti potest,nisi aliud actus sit.Sed quomodo id intelligatur & an procedat in eo quod interest, vide glo. vlt. Alb.Bar. & Bal. ibi, & glo. vlt. in l.si sic stipulatus sim, & ibi,Bar. col.j.in quatuor primis opposit. Bal.& Imo. col.2.ver.in eadem glo.in fi.& iterum vers.& conclude breuiter. Frā. Are,col. 2. vers.quorum dictis addo.ff. de verb. oblig.gl. in l.2.in verbo,repellere, vers.item si semel pœna, & ibi Cy.col.pen.in 7. quęst. Bart. col.vlt. versi. quæro quando præmissa, & Ias. nu. 140.C.de iure emphyteut. Spe. tit.de arbit. & arbitrator, §. vlt.vers. quòd si dictum sit, & tit.de emphyteus.§.nunc aliqua,in 38. quæstio. & ibi Bald.in additio.Cy.in l.quicunque,col.vlt. vers.quintò, quæro,quid si quarta C.de seruis fugiti. & Pet. Anch. in c.si compromissarius, column. 1. in 4.not. de electio. libro sexto.

Septimò,quod admodum est his confine, quòd à Masuerio scriptore non contemnendo traditum est,in tit.de tallijs.§. item quatuor,quòd id quod solet dici in nostra Gallia,dominum posse cogere vasallum,vt aliquid conferat pro dote suæ filiæ,intelligitur,vt semel tantum, siue pro vna vice conferat pro vnaquaq; filia.Imò vero Guido papæ decisio.Delphinat. 57.an vasallus, in fi.asseuerāter tradit,id intelligi pro prima tantum filia,& primo ipsius matrimonio.arg. huius nostri §. hoc sermone, & l. sancimus.la.j. C.de consulib.li.12.quod & sequitur Chassa.in consuetu.Burgund. tit. j. §. 4. in princ. & alij quos tibi citauimus in tract.nostro. Primogeniorum, quæsti. 70.vbi videre poteris.

Octauò tex.in l.si is qui Stichum.ff.de procura. vbi si is qui Stichum,vel Damam vtrum eorum ipse vellet stipulatus est,& ipse,aut procurator ipsius cuius factum ratum habuerit,alterum petijt stipulatio consumpta est,i. alterū petere non potest,cuius quidē tex.autoritate Bal.in c.in literis ver.si autem semel,extrā,de offi.deleg.dicit,q; consumpta est gratia per vnum actum.

Estq; & alius text.in l.serui electione.in princ.ff.de lega.j. vbi serui electione legata,semel duntaxat optare possumus.& similis tex.in l.apud Aufidium.ff.de optio. leg. vbi si ita legatum sit, vestimenta quæ vellet, deinde ante quam ea sumeret,alia se velle dixisset: mutare voluntatē eū non posse,quia omne ius legati, prima testatione consumpsit, & ibi glo. adducit in eam rem alios text.vbi videre poteris.

Verum,quia sunt & alij qui videntur probare contrarium, vide quæ in id,an s.qui semel elegit vtiliter, vel inutiliter possit variare,& iterū eligere,siue in eo casu ī quo d.lex loquitur,siue in alijs tradunt gl.& Alb.in l.cū indebitū,de con.inde.gl.vlt.in c.gratia,& ibi Io.And. super ea gl.vlt. de rescri.& gl.in ca. si cōpromissarius.§.si verò eligat.& ibi Io.And.circa mediū,vers.in gl.approbantur,& Petr.Anch.còl.2.ver.vlt.quia tex.& Domi.de elect.li.6. Bar.Bal.Ias.& Albe. in d.l.serui electio.ff.de leg.j.Bal.& Albe.in l.qui per salutē.ff.de iureiu.& alios plurimos, quos passim tibi citabo in limitationibus.

Nonò huc pertinet tex.in l.fideicomm.§.si quis alicui decē.ff.de leg.3.& alius similis in l.j.§.si cui ita sit legatū. ff. vt lega.nomi.caue. vbi si ita legatū est, vt si legatarius, perderet quod ei in testamento relictū est, hæres rursus, id prestet non intelligitur, vt quoties perdiderit, toties, id restituere teneatur,sed tm̄ si post præstationē legati,semel legatarius perdiderit,nō ēt si postea rursum perdiderit,& ita tantum de prima amissione intelligatur.

Decimò his adstipulatur tex.in l.si is à quo §.si semel, qui est vlt.ff.vt in posses. leg.vbi si semel satisdatū fuerit, nō est necesse rursus caueri:ēt si forte dicatur egenos fideiussores esse datos,eū.n.facilitati suæ ferre debere, qui fideiussores minus idoneos accepit,neq;.n.oportere per singula momēta onerari eū,à quo satis petitur, tanquam, si per primā satisdationē satisfactū sit obligationi satisdādi, eaq; obligatio prima illa satisdatiōe cōsumatur.Sed quod nō omittēdū est,cōsestim in l.seq.ita scribitur planè si noua causa allegatur,veluti quò fideiussor decessit, aut ēt rē omnem familiarem,inopinatæ fortunæ impetu amiserit ęquū esse præstari cautionē,Cui cōsentit tex.il.j.§.quod ait prætor,ff.quor.leg.Sed hęc exceptio pertinet ad sextā limitationem,vbi & nos hunc tex.ex Roma. citabimus.

Vndecimò eiusdē notę est tex.in l.vlt.§.si qua idonea ff.de bon.autor. iudic. possiden.Si qua inquit,idonea causa interuenerit,vtrum semel an ēt sæpius recognitio & dispunctio concedenda sit creditorib. videamus, & ait Labeo amplius q̄ semel nō esse concedendū. Si quis tñ iurauerit nō calūniæ cā se postulare,neq; habere quæ dispunxerit,iterū ei faciēdā potestatē,nec amplius quā bis,& ibi gl.pro cōcord.affert.d.§.si quis alicui decem,de quò diximus in 2.ab hinc vers.Et pro cōtrario quoq; adducit veluti,§.j.ff. de eden.de quo dicemus infra in 9.limitatione

Duodecimò accedit tex. in l.eum qui calēdis,ff.de verbo.oblig.vbi eū qui calēdis Ianuarijs stipulatur,si nō adijciat quibus,de primis intelligendū est,tanquā id actū fuisse videatur,& ibi glo. pro concor. allegat hunc nostrū §. tanquā,s. ille tex.ad hanc nostram regulā pertineat,cuius principale fundamentū ab omnibus sumitur ex d.nostro §.Ex illo aūt tex.sumit Bal.q; si papa cōcedat præbendā in tali ecclesia vacaturā,nō apposito tēpore, intelligit de proxima vacatura,& vide quæ dicā infra in limitatione,

Tertiodecimò hunc spectat tex. in l.inter illam.§. j.ff. verb.sign.vbi illud, facito in diebus,intelligitur de biduo proximo,& ita duobus primis diebus,nam cū pluraliter proferantur,non de vno tantū potest intelligi,sed necesse est duos saltē accipi,l.vbi numerus.ff.de testibus. & ca. pluralis,de regu.iur. lib.6. cum alijs iurib.cōcor.à me collectis in l.si vnquam,in verbo, susceperit liberos nu.226. incip.sed de his.C.de reuo.dona.Igitur cū de duobus diebus in illis verbis intelligatur, sequitur ex nostra regula, de duobus primis diebus intelligi debeat. Et idē si de annis simpliciter loquamur, vt.s.de primo biennio, siue dę primis duob. annis intelligere debeamus,l.libertas quę in vltimū.§.fi.ff.de manumis.testam.

Quartodecimò adstipulatur alius tex.in l.si quis iusiurandum,C.de reb. credit.quo innixus Bal. in auth. habita,col.7.ver.primò dubitatur,si scholaris,in fi. huius quæstionis,C.ne filius pro patre, scribit quòd in casib.in quibus permittitur variatio,intelligitur tantum de prima ita .s.vt non liceat iterum variare.Et id sequitur Ias. in l.prætor, §. si aliquando,col. 3.vers. tertiò. not.ff. de ope. no. nun.& in l.quicquid,col.4.ver.itē pro ista gl.ff.de ver.obl. & in l.edita,col.4.vers.& attende diligenter.C. de eden.

Ex eoq; dicit ipse Bal.vbi supra,in ea quæst. quā facit, glo.ibi,in verbo.optimè,an si scholasticus semel elegerit vnum ex iudicibus ibi declaratis, poterit postea, variare quod posse ea glo.affirmat vsque ad litis contestationem per l.si conuenerit,ff.de iurisd.om.iud.iuncta l.si cum dotem.§.eo aūt tempore,ff.solut.mat.Nic.aūt Math.& alij pleriq; negant,arg.l.j.in fi.C.de assert.toll. Et hanc partē tenet ipse Bal.subiungens id quod supra diximus,q; si permitteretur illi variare, non nisi semel permitteretur. Et sequitur Ias.in d.l.quicquid atq; etiam in d.l. edita, quibus locis supra citauimus.

Et ex hoc singulariter consuluit Io.Cal.cons.21.cuius initium est,an laicus,possit titu.de iure patro. q; licet patronus laicus possit variare,intelligitur tamen, vt semel, id possit facere,& non pluries,vt dicit illud clarè innuere iura de hoc loquentia,& aliqua quædam allegat.Et illum sequitur Philipp.Dec.consil.619.quæritur ex duob. præsentatis,col.2.ver.secundò hoc probatur, vbi ex hoc dicit,variationem permissam de primo actu tantum intelligi,est tamen ibi error in num.con.Cald.

Decimoquintò,quòd autoritate illius tex.in d.l.si quis

iuriiu-

iurisiurandum,C.de reb.cred.voluit Bar. non admodum dissimile,in l.post legatum,in prin.col.vlt.ff.de his quib. vt indig, quis non potest nisi semel suam positionem, vel negationem reuocare,& idem dicitur voluisse ipse, Bar.in l.vlt.ff.de præt.stipul.vbi tamẽ nõ id dicit,sed illud ꝙ si promitto stare simplici tuo dicto,vel iuramẽto, possum id reuocare antequam tu decideris,per d. l.si quis iusiurandum.Sed & id expresse voluit per eã ipsam l.Bal. in l.j.col.vlt.ver.4.est si quis, C.de fur.vbi ex eo dicit generalius,ꝙ si quis reuocauit aliquem actum vel rationem non potest postea eam reuocationem reuocare.

Decimosextò, vt relinquamus text.iuris ciuilis, & aliquid depromamus ex tex.iuris canonici, huc spectat tex. in c.si clericus in princ.de præben.lib.6.vbi si simpliciter mandatum fuerit à summo pontifice alium prouideri de beneficio vacaturo,intelligitur de primo,ita vt si is, pro quo mandatum fuerat,negligens fuerit in primo beneficio petendo,consumpta extinctaq; sit ea gratia, ita.n.ex eo tex.not.Domini in 2.not.& Phil.Fran. post prin. ver. in tex.ibi aliam,vbi pro concor.adducit hunc nostrum §. hoc sermone.Sed aduerte,quia ille tex.in d.c.si clericus, expresse loquitur,cum mandatum est prouideri de beneficio proximè vacaturo,non simpliciter de vacaturo, ita vt nihil ad nostrũ. §.pertinere videatur,cum expressum, sit de primo,verum omnes vbique eum tex. intelligunt, vti Domi.& Franc.faciunt.

Decimoseptimò accedit tex.in c.ordinarij.ante fi. ibi, vel si ea quæ sic obtinet,& ibi glo.in verbo,ea, quæ de of fi.ordi. lib.6.ex quo non obscurè colligitur, quòd dispensatio ad duo beneficia intelligitur de duobus primis tantũ,sed est expresior tex.in c.non potest,ver.illud autem, de præbendis,eod.li.vbi & Io.Mona.post prin. & Arch. col.2.in verbo primis,id confirmant per nostrum hunc, §. hoc sermone, quoniam inquiunt,duobus,primis obtinentis impleta est gratia,per eundem ipsum§.hoc sermone, cuius etiam §.autoritate , idem voluit Inn.in cap. dudum.el 2.col.pen.& ibi quoq; Host.Compost.Bald. col. quoque pe.ver.dicit Inn.& alij,extra,de ele.Quod tñ intellige secundum ea quæ dicam inferius in 11.limi.

Decimooctauò in d.c.non potest,per eum tex. tradit Arch.ibi,vt à nonnullis citatur,licet in meo codice nõ in uenerim,ꝙ si papa dispensauerit cum illegitimo,vt possit obtinere beneficium,intelligitur de primo tantum, ita vt primum dimiserit,non poterit aliud vi illius dispensationis obtinere veluti,ea gratia siue dispensatio per adeptionem primi sortita sit suum effectum,& ita dicit fuisse declaratum.

Sed & hoc ipsum haud dubie voluit idem Archid. in c.j.ad fin.de fil.presbyter.lib.6.vbi id dicit pronuntiasse, Bonifacium Papam,& id sequuntur.D.à Rota,qui & eã opin.dicunt receptam esse in curia,decis.f.j.incip. si illegitimus,in j.dubio.de fil.presby.in nouis,& Lucas Pen, in l.si quis decurio.col.2.ver. vnde secundum quosdam, C. de decu.lib.10.& nõ obscure Bal.in c.innotuit,col.j.ver. quæro dispensatum est,de elect. vbi & ad hoc allegat hũc nostrum §.hoc sermone,& alia ex iuribus supra citãtis, & Phil.Franc.in d.c.non potest,col.vlt.de præben. lib.6. & Phil.Dec.cons. 169.circa primum videbatur, col.j. & cons.152.cum reuerendissimus,col.2.nu.4.

Contrarium tamen tenuerunt Io.Mona.& Io.Andr. in c.j.ille col.2.in verbo obtinere,hic in fi.de fil.presbyt. & idem Io.And.in d.c.nõ potest,in verbo,primis,de præ bendis.lib.6. Nam si illud verum esset,vt dicit Io.And.in posteriore loco,non tantum hoc casu procederet, sed & alias semper,& in quocunque alio inhabili, & in quacunque irregularitate ex culpa,vel sine culpa, quod satis durum esset.Item si primum beneficium dispensatum pereat chasmate,aut alio modo,nonne summa esset iniuria vt non posit habere secundum, & alia multa subdit, ad huius opinionis defensionem,nec credit ipse Io.And.Bo-

nifacium id pronuntiasse,quia si id fecisset, id sciuisset Io. Mon.qui erat cardinalis,& cum illo vixerat,Et idem voluit Pet.Anch.in d.c.non potest,col.j.vers.tertio, no. & ibi quoque Domi.in §.j.col.2.vers.quod si papa dispensat,& Phil.Franc.col.vlt.super.gl. in verbo, in primis,de præben.lib.sexto,& idem Anch.cons.404.tria dubia,col. 3.ver. secundum dubium,

Nec obstat(inquit Anc.)d.c.non potest, & alia similia nam aliud est dispensare super inhabilitate personæ, quæ est species huius quæstionis,aliud super beneficiorũ pluralitate,de qua loquitur d.c.non potest,& similia.Hæc.n. personam respicit, & ideo est personalis, ideoq; cum per sona durat,sicut priuilegium personale,c.priuilegium, de regulis iuris,libro 6.nec dimissio primi beneficij reddit, eum inhabilem,nec reducit ad statum primum inhabilitatis, quia remissio semel facta tolli non debet, c. si qui, 22.q.2.nec spes melioris conditionis debet adimi,l.imperialis,in prin.C.de nup.Et bene facit quod not.ipse Ioan. And. post. Inn.in c.vlt.col.1.in verbo,examinari,de trãs lat.episcop. Dispensatio verò pluralitatis vt subiungit ipse Pet.Anch.non concernit principaliter personam, imo ipsam alias habilem præsupponit,sed concernit numerũ beneficiorum,quod iuribus odiosum est,& ambitiosum, c.quia nonnulli,extra,de cleri.non resid.& c.quia in tantum,de præb.lib.6.cum sim.non mirum, ergo si numerus duorum beneficiorum de primis duobus intelligitur & ex causa restringitur ad illa duo prima, sicut nomẽ hæredis, quod ex sui natura protenditur non solum ad primum, sed alios vlteriores,l.hæredes appellatio.ff. de verbo.sign.tamẽ ex causa restringitur ad primum , videlicet in dispositione non transmissibili ad heredes, vti est vsus fructus, l.antiquitas, C.de vsufruc.& dicemus postea.

Nec item obstat, vt & subdit Petr.Anch.d.c.j. de filio presby.lib.6.quia fuit dispensatio super vno beneficio cũ persona inhabili, licet.n. non posit habere nisi vnicum, vt ibi dicit,tamen eo dimisso, successiue vnum post alterum poterit habere,& sic plura, vt ibi,not. Inno. nã semper iura considerant in dispositione causam proximam, & non remotam,vt no. in c.de cætero,de homic. & l. si mulier,ff.de rer.amot.& l.rogasti.ff.si cer.peta.vbi dispositio iudicatur ex causa proxima non remota, sicut in hoc casu cum Papa dispensat cum inhabili super beneficijs obtinendis,persona venit principaliter in dispositione, in qua vnum venit beneficium, sed persona habilitatur , ad ipsum.At cum dispẽsatur, vt posit obtinere duo vel tria, beneficia,hæc dispensatio concernit principaliter beneficia,non personam.quod hinc patet, quia si iste esset alias inhabilis propter crimen & irregularitatem, non posset, vi dispensationis huiusmodi beneficia,consequi, quia Papa dispensat super impedimento pluralitatis,& non inhabilitatis. Ergo submoto uno,alterum remanet,l.si nõ lex ff.de hære.inst.Et facit quod not.Spec.in tit. de legato. §. nunc ostendendũ,uers.18.ꝙ cum dispensatur cũ inhabili,debet de hoc fieri expressa mentio,nec sufficit generalis,maximè,quia debet fieri,cũ causæ cognitione,alias potius diceretur factum temerarium,quod agitur contra iura,quam dispensatio et facta à sciente & dispensare ualente,ut idem not.tit.de dispensatione, §.qualiter autem uer si.debet autem, & uers. dicunt autem quidam, & uersic. nunquid ergo, Hæc Petr.Anc.

Lapusautẽ,& post eũ,ipse Petr.Anch.ipse Do.& Phi. Franc.i d.c.j.de filijs presb. lib.6.hanc rẽ latius tractarunt Nam aut Papa illegitimũ legitimat,aut cũ illegitimo dispensat,ut ipsi loquuntur.primo casu poterit habere aliud beneficium post primũ,secundo casu non poterit, nã in primo illo casu uertitur fauor,ideo ampliandus, c.cũ dilecti,filij.de don.in secundo odiũ,ideò restringendũ , ut in d.c.j.de fil.presb.lib.6.& c.odia.de reg.iur.lib.6. Et facit, (inquiunt) quod norat.Ioannes.Andræ.in capitul.per uenerabilem,super gl.2.qui fil.sint legit.ubi ostendit legitimatio-

mationem plus haberi uirium, quam dispensationem.

Sed & in dispensatione (vt subdunt) posset ēt distingui quia aut cū illegitimo generaliter dispensatur, vt promoueri posit ad beneficium ecclesiasticum, aut specialiter si generaliter, aut beneficiū consequitur cū effectu, aut nō & primo casu nō poterit dimisso primo, aliud cōsequi, & ita obtineat Arch. illa opinio, & facit c. nos consuetudinem, 12. dist. & c. si quis à pseudo episcopis, j. q. j. & c. vlt. & ibi gl. j. 33. q. 2. Secundò casu, aut fuit in culpa, quia recepit iniustè primū beneficium: vel etiam iustè, sed spōte vel dissimulanter illud prætermisit, fortè vberius aliud expectans, & tunc quoque non poterit secundum consequi c. eum qui. de præben. lib. 6. & cap. damnum. de regul. iur. eod. lib. 6. Aut non fuit in culpa, & tunc poterit, secundū consequi, quia dispensatio debet intelligi cum effectu, c. relatum, de cler. non resid. & c. in his de verb. sign. & Can. hæc autem verba, de pœnit. dist. j. & facit quod not. Ioā. And. in c. in literis, extra de offic. deleg. & in cap. cum in multis. in glo. de rescr. lib. 6. & secundum id intelligenda est opin. Io. And. in d. c. j. de fil. presbyt. lib. 6.

Si autem, vt & illi inquiunt, dispensatum fuerit specialiter de obtinendo certo aliquo beneficio, tunc non poterit aliud obtinere. Neq; n. dispensatio de re aliqua certa & expressa ad aliam trahi potest. c. cum olim abbas, extra, de offic. deleg. & c. susceptum, de resc. li. 6. & c. quamuis, el j. & c. cui de non sacerdotali, de præben. eod. libro. 6. Nam & hinc dispensatio super vno matrimonio nō trahitur ad aliud, c. vlt. 33. q. 2. & c. si autem, & ibi glo. vlti. 36. q. 2. Et id quoque in dispensatione certi beneficij, vt ad id aliud non trahitur, voluit Ioann. And. in d. c. nō potest, & ibi Phil. Franc. de præb. lib. 6, & Pau. Eleaz. in d. c. j. de fil. presb. lib. 6.

Adijciunt cap. Petr. Anch. Domi. & Phil. Franc. in eo, ipso c. j. de fil. presb. lib. 6. ꝙ si cum aliquo dispensatū fuerit super primo beneficio vacaturo, si illud beneficiū alteri deberet ipse dispēsatus obtinebit aliud beneficiū. quod post illud proximè vacabit alteri nō debitū, & ita erit velnti, sibi primū, c. cū in eccles. de prębend. li. 6. & ita intelligendum est, d. c. j. de fil. præsby. li. 6.

Addunt item & aliud Io. And. & post eum Phil. Fran. in d. c. non potest, ꝙ si tenor dispensationis huiusmodi, sit vt posit ad ordines & beneficia promoueri, tunc propter hoc plurale (beneficia) non haberet locum opinio, Arch. quia successiuè poterit habere plura beneficia, non obstante d. c. j. de fil. presby. quod loquitur de beneficio in singulari. Subiungit tamen ipse Phil. Franc. quòd talis, dispensatio intelligeretur de duob. primis beneficijs, per rationem d. c. non potest, cui adstipulatur c. si is cui, eod. tit. non autem ꝙ successiue dimissis duobus primis possit alia duo habere, quia repugnaret tex. in ipso c. non potest. de præb. lib. 6.

Decimononò quia ille tex. in d. c. ordinarij, de offic. ordin. lib. 6. & in d. c. non potest, de præb. lib. 6. loquuntur, in dispensatione. quæ sua natura multum odiosa est, & propterea restringenda, c. odia de regu. iur. eod. lib. 6. iōq; ne illud quod ex illis diximus, videatur solū in ea re procedere, accedat superioribus tex. minimè loquens in dispensatione, in c. mandato, & iterum in c. si clericus, eod. tit. de præb. li. 6. vbi si papa simpliciter mādat alicui prouideri de beneficio vacaturo, intelligitur de primo, & non de alijs, & hoc ita not. D. & Phil. Fran. in d. c. si cle. in prin. ille, in 3. not. hic in 2. Quod hinc fit, vt illi subdunt, quia dispositio simpliciter emanās, intelligitur de primo actu & allegat Fran. hunc §. hoc sermone.

Vigesimò quod voluit gl. relata ad text. in le. quicquid astringendæ, in prin. in glo. magna, in verbo, secundū promissorem, ad medium, ff. de verb. obl. ꝙ declaratio siue interpretatio alicuius obscuri, vel ambigui nō pōt fieri nisi semel, tanquā s. permissio declaratiōis intelligatur de primo tm̄ & id not. & dicit singularissimū Bar. ibi col. 2. ver. sed pone ꝙ semel, & eā quoq; ibi sequuntur Ang. qui dicit sing. col. 2. ver. 2. mō. legitur, & Raph. Cu. Imo. circa mediū, ibi, itē not. ꝙ postquā, & iterū col. 2, ver. in ea glo. sed hic Pau. Ca. col. 6. qui & illā dicit sing. & ad hoc dicit, semper allegari, Alex. qui dicit perpetuo notandā, col. 3. ver. ex qua habes Fran. Arer. qui & illā dicit, singu. col. 2. vers. in gl. postea, & Ias. col. 3. ver. in ea gl. ibi & iterū velit. & præterea Bar. in l. inter stipulantē. §. j. in fi. & ibi ēt Ang. qui dicit sing. col. vlt. ver. cū igitur per hæc signa, & & Imo. col. 3. vers. itē adde ꝙ voluntas, ff. de verb. oblig. & Bal. in l. de die, in prin. col. vlt. ff. qui satisd. cog. & in l. si quis intentione ambigua, col. 2. vers. itē quæro vtrū ista, interpretatio semel. facta, vbi dicit sing. eā gl. & ibi quoq; Ang. qui & eā dicit sing. & ipse Bal. in l. vlt. col. 2. vers. sed hic quæro, ibi, notabile est, C. de codic. vbi ex hoc dicit, libello semel declarato non esse locū pœnitentiæ, idque probari ex eo tex. & ibi sequitur Alex. col. j. in fin. & Ias. col. 3. vers. secundò ex eodem verbo, C. de codic. & idem Bal. in c. j. col. pen. vers. sed nunquid semel, de constit. vbi dicit eam gl. not. & sing. & ex eo dicit ꝙ rei declaratæ, nihil adijci pōt, nec detrahi, & in c. vlt. col. ulti. vers. idē dicimus, de trāsl. epis. vbi dicit sin. ad hoc ut primæ interpretationi standū sit, non cæteris, & in c. dilecti, col. vlt. ver. nā qui declarat, de iud. vbi itē dicit sing. in id vt qui declarat pœnitere non posit. & rursum idē Bal. in c. in præsentia, col. 4. vers. sed hic quærit glo. de proba. vbi & illā dicit ad hoc sing. vt interpretanti nō sit licitū penitere, & in c. fraternitatis, col. j. vers. pone in cā prima, de testib. vbi ēt dicit sing. ad id vt qui semel declarauerit, nō posit se corrigere. Petr. Anch. in c. si cōpromissarius, col. 2. ver. vlt. quia tex. dicit de ele. li. 6. vbi eam gl. dicit not. & ibi quoq; Do. in §. si verò, post medium, vers. & per prædicta, vbi dicit. sing. & Matth. Mathesil. not. 172. no ꝙ vbicunq; & Frā. Curt. sen. cons. 27. magnificus vir dn̄s, in 4. dub. col. eiusdē dubij 3. vers. sic de directo, vbi & illam dicit sing. & Ias. in l. qui ex pluribus, post medium, ff. de verb. obli. & in l. edita, col. 4. ver. sic in simili, C. de eden. Lanfr. in repetit. c. quoniam contra falsam in verbo, interlocutiones, col. 6. de probat. Anton. Corset. in suis sing. in verbo, sententia interlocutoria.

Contrarium tamen tenuit Matth. Mathesi. sibi contrarius in eodem opere no. 198. eodemq; penult. incip. not. ꝙ facultas, per text. quem dicit è diametro esse contrariū ei sententiæ, in d. l. qui ex pluribus, & ibi glo. vlt. Et licet Bar. ibi dicat, ꝙ loquitur in electione, in qua variare licet non in declaratione, id tamē vt dicit Matthæus, nō videtur esse verum, quia ibi stipulatus fuit fundum Seianum, & promittens habebat plures fundos huius nominis, & sic partes ibi senserunt de certo fundo, sed de quo incertum erat, & sic ibi proprie opus erat declaratione, & tamen glo. ibi. vult quod sæpius posit variare. Verum Ias. in d. l. qui ex pluribus, post multos alios ostendit, ibi locū esse electioni, & non declarationi, vt ibi videre poteris. Ex quibus intelligis, ex multorum sententia, aliud esse in electione quam in declaratione, vti ētvidere poteris apud Imo. in d. l. quicquid, de verb. obli. de quo uide quos nos, citauimus supra, uers. uerum quia sunt.

At superiori sententię adstipulatur, quod Bal. scribit in l. hac lege, quæ est 2. col. 2. uers. sed nunquit si semel, C. de sent. ex breuic. recitand. ꝙ si semel iudex interpretatus, fuerit suam sententiam, nun poterit iterum interpretari, quia interpretatio nō potest fieri, nisi semel, per no. in d. l. quicquid astringendæ, de uerb. oblig. quod ipsum uoluit Bar. in d. l. īter stipulātē, §. j. in fi. ff. eod. tit. Ang. qui ēt dicit sing. in l. quod iussit, post mediū ibi, item interlocutoria, & ibi quoq; Raph. Cum. & Imo. qui tn̄ nutat, col. 2. uers. itē fallit secundum, & Alex. col. 2. uers. secundo fallit in interlocutoria, ff. de re iud. ipse Imo. in l. ab executore, in princ. colum. 4. uers. potest quæri iuxta prædicta, ff. de appell.

Et in

Et in hac quoque sententia fuerunt Alex. & Ias. in d. l. quicquid astringendæ, vbi supra, id tamen intelligentes post Ange. & Cum. in sententia diffinitiua, secus in interlocutoria, quam potest iudex non semel, sed sæpius, & & vt loquitur Ang. millies reuocare, ideoq; etiam sæpius declarare, vti etiam dicit Imo. in d. l. quod iussit, col. 2. vers. item fallit, & ibi quoq; Alex. vbi supra, vbi tamẽ id optimè declarat, vt videbis apud eum, & Cors. in d. fin. sententia interlocutoria.

Sed & id postremum, vt scilicet iudex possit sæpius eã sententiam reuocare, nonnulli, intelligunt, vt bis tantũ, possit reuocare, & non vlterius. Et ea fuit sententia Bar. post Dyn. in d. l. quod iussit, col. 3. vers. quæro, an iudex, possit pluries, & aliorum ibi, & Can. in c. cum cessante, de appell. Sali. post Dy. in l. post sententiam, col. vlt. vers. 5. quæro quoties, C. de senten. Anto. in c. fraternitatis, col. pen. ver. quintò quæro, extra, de frigid. & malefic. post gl. ibi in verbo, fornicatio, in fine.

At sunt qui è diametro tenent contrarium videlicet, non posse iudicem, nisi semel suam sententiam reuocare, & in his Petr. Bezu. in d. l. quod iussit, vbi id dicit seruari, in practica, & hoc de iure posse sustineri dicit Ias., ibi col. antep. ver. tertia fuit opinio, quamuis (inquit) communiter teneatur contrarium.

Quinetiam illud, quod supra diximus, interpretationẽ siue declarationem non nisi semel fieri posse, intelligunt, Ang. & Alex. in d. l. quicquid astringendę, procedere, nisi quando destructio voluntatis ad interpretantem spectaret, verbi gratia, in testatore cuius voluntas ambulatoria, est vsque ad mortem, l. quod per manus, ff. de iure codicillor. & l. quòd si iterum, ff. de adim. leg. nam interpretabitur testator quoties voluerit, l. hæredes palam, §. sed & si notam, ff. de testam. & nos quoq; iterum dicemus infra in 32. limita.

Vigesimoprimò, quod scripsit glo. in d. l. in duobus. §. si ei, qui in verbo, exhibuerit, ff. de iureiur. ꝙ si quis promiserit præsentare quempiam accusatum, intelligitur de prima præsentatione tantum, ita vt si semel eum præsentauerit, liberetur, quam glo. ibi ponderant Bene. Plum. & Pau. Ca. qui eum §. legit cum §. quòd si reus, col. vlt. ver. vlt. est hic vna, & Alex. in fi. & Ias. col. j. vers. super hac prima parte. Et hoc quoque voluit Io. And. in addit. Spec. titu. de accusat. in 3. parte, §. vlt. vers. sed quid si fideiussor. Pau. Cast. in l. 2. §. in fideiussorem, qui est vlt. ff. qui satisda. cog. Alex. in addit. Bar. in l. græce, §. j. ff. de fideiussor, vbi dicit eam glo. esse menti tenendam. & in id citat hunc nostrum §. & cons. 16. breuiter in casu præmisso, colum. j. numero 5. lib. 4.

Licet contrarium tenuerit Ro. in d. §. si ei qui, statim post princ. & in l. si finita, in princ. col. j. nu. 4. ff. de damn. infec. & in d. l. 2. §. vlt. col. 2. vers. secundo pono, ff. qui satisd. cog & in priorib. quidem locis per text. in l. si seruus hæreditarius, ff. de diuer. & tẽp. præscr. per quẽ probatur hanc promissionem tum demum lata sententia, aut finita instantia perimi, & in ijsdem quoq; locis, atque etiam in postremo, alias multas rationes addit, quę tu videre poteris. Et ante hunc Lucas de Pen. latè in l. si quis decurio, col. 2. vers. accusans, quidam, C. de decu. li. 10. per tex. quẽ dicit expressum in l. si ita stipulatus à Seio, ff. de fideiuss. & l. nouissima, ff. iud. sol. & multa alia iura, quæ ibi videre poteris. Sed id tamen quomodo sit intelligendum, vide Pau. Cas. in d. §. in fideiussorem, & omnino Ias. in d. §. si ei, qui col. pen. vers. ex prædictis.

Quid autem si quis promiserit præsentare, toties quoties, vel ad voluntatem eius cui promittitur, an erit in infinitum obligatus? quod plerique contendunt, an bis tãtum, quod nonnulli volunt. vide Bar. in le. si quis reum, col. j. vers. circa hanc legem, & Ang. in l. 2. ver. item adde, aliam, ff. de cust. reor. & omnino. in d. l. si finita, in prin. circa medium, & ibi Imo. col. j. vers. & per hoc ipse infert, & Ro. ět in prin. col. j. & Alex. latè col. 1. & 2. ff. de dam. infe. & eundem Ang. in l. oratione. ff. de ferijs, in quibusdam lec. Lucam. Pen. in d. l. si quis decurio, col. 4. ver. item clare vide, C. de decur. lib. 10. & Matth. Afflic. decis. Neap. 46. dicit regia pragmatica. & quæ dicam infra in 26. limita. Et an perempta instantia teneatur, vide eundem Ang. in d. l. græcę, §. & post litem. ff. de fideiussor.

Vigesimosecundò quod voluit alia glo. iuris canonici, in c. causam, in verbo recipi, quæ est vlt. extra, de elect. ꝙ si moniales contulerint electionẽ suæ abbatissę in episcopum, qui semel de vna prouiderit, non poterit amplius, aliam dare, consumptaq; est ipsius facultas, siue bene, & vtiliter, siue male & inutiliter prouiderit, per multa iura, quæ ibi allegat, & eam sequuntur Host. ibi col. 2. versic. quid si elegit malam, Car. Flor. col. 2. uers. quæro si ille episcopus, Pet. Anch. ante fin. ibi quæri glo. fi. Ant. etiã ante fin. & Imo. super eadem illa glo. ult. & Panor. col. ult. super eadem quoque glo. Et id ut plerique omnes dicunt, approbatum est per cap. si compromissarius, eod. tit. li. 6. trahuntq; in id, quod postea dicemus in 1. lim. uers. incip. declara quartò, & multis seq. quia. s. hic compromissarius non suo iure innititur, sed alieno.

Vigesimotertiò, quòd uoluit glo. in c. gratia in uerbo, eligas, quæ est, ult. de rescr. lib. 6. quòd in casu illius c. in fi. si quis semel unum beneficium elegerit, consumpta est, electio, nec poterit eligere aliud, per c. ult. eod. tit. & c. j. de postul. prælat. li. 6. & idem uoluit Archid. in eo ipso c. gratia, col. 2 uers. sed quid si elegerit unũ per multa alia iura ibi allegata, de quo ět uide Io. And. ibi, col. 2. in gl. ul. & Petr. Anch. col. 2. uers. quæritur unum, ille, & Pet. Anc. consil. 214. Francis. col. 2. uer. iudicatur ad idẽ, & Ro. cõ. 329. præsens consultatio in primo dubio.

Vigesimoquartò alia glo. in c. duobus, quod est, pe. in uerbo, eligere, eod. tit. de rescr. li. 6. quæ in casu illius c. disponentis, ut si duo super simili prouisione sibi facienda, in eadẽ ecclesia literas una die obtinuerint, nec appareat uter eorum prior impetrauerit, & ambo simul præsentauerint, sintq; in cæteris ęquales: hi ad quos receptio, & collatio pertinet, ex eis alterum quem uoluerint eligere, teneantur. Dicit ea glo. quòd si semel elegerint, consumpta est eorum electio, nec in electi præiudicium uariare, postea poterunt, per c. publicato, extra, de elect. & c. j. de postul. prælat. lib. 6. de quo nos dicemus, infra in 23. limi. & alia iura ibi allegata. Et id satis probat tex. in d. c. si duobus, cum subditur, quo electo, alius omnino careat impetratus. Et id sequitur ibi Pet. Anch. col. 2. uers. item nota. quòd per electionem, & Dom. col. 6. super ea glo. & Phi. Franc. col. 2. super eadem glos. ubi & id dicit procedere, post Bal. ět si prior clericus consentiret, quia electio, consumpta est, per l. si is, qui Stichum, ff. de procurat. Et ipse Petr. Anchar. consil. 214. Franciscus, colum. 2. uersic. octauò inducitur.

Vigesimoquintò quod item non absimili casu scriptũ est ab alia glo. in c. si quis iusto, uers. uerùm si ambo, in uerbo elegerit. de elect. lib. 6. quæ item in casu illius cap. quo disponitur, ut si duo procuratores insolidum constituti ad eligendũ simul concurruant, & postulent se admitti, non audiuntur, sed is tantum quem capitulum elegerit. Dicit ergo ea glo. quòd si semel alterum elegerint, ita consumpta est electio, ut uariare, non possint, per cap. ut quis duas eod. titu. & li. & c. j. in fi. de postul. præl. eo quoq; li. Et eã glo. sequitur Dom. ibi in prin. col. 2. & Pet. Anch. d. consil. 214. col. 2. uer. simili dicatur.

Vigesimosextò quod uoluit & alia glo. in c. ne captandæ, in uerbo, eã subiit, de cõcess. præb. li. 6. ꝙ gratia alicui à sede apostolica concessa, ut ei prouideatur de præbenda dignitate, uel personatu, aut alio beneficio, intelligitur de primo, nec is cui ea gratia concessa est admittitur secundũ nisi, ex cã, per quia cunctis, ad fi. & c. executor, eod. tit. & li. & ibi Io. And. sum in uerbo, prouideri tũ super gl. j.

Petr. Anch.colum.2. vers.querit Ioan.And.& Phil.Fran. col.2. num.7.

Vigesimoseptimò quod & proximum est, quod tradit item alia glo.in c.quia cunctis, quod est j.in verbo, cã, de conces.præb. lib.6. ꝙ rescriptum de prouidendo alicui, de dignitate vacatura quam is duxerit acceptandam intelligitur de prima non etiam de secunda, nisi ex cã, tanquã scilicet consumpta sit ea acceptatio prima per eum facta, per eum tex.& l.apud Iulianum, ff.de optio.lega.& idem vqi voluerunt Imo.qui & illud c.legit in lect. decretali. col.penult. in verbo, voluntatibus, versi.sed quæro vtrũ semel, & ibi item Io. Mona.col.vlt.vers.sed quid si in rescripto vbi, & ad hoc certè ex parte, el.j. de offic.deleg.& c.si clericus de præben.lib.6.& ibi item Archid.in fin. & c.gratia ad si.de rescrip.eod.li.6.& Bal.consi.228. per sanctissimum. lib 4.

Vigesimooctauò quod in nõ absimili casu voluit ipse Io.Mona.in c. si tibi, col. vlt.in verbo, assignet, de præb. li.6.loquens in casu illius c. vbi si absenti, ab episcopo conferatur beneficium, non poterit episcopus id alteri conferre, etiam ante illius absentis acceptationem, sed episcopus poterit illi assignare terminum competentem, intra quẽ acceptet, & eo lapso si non acceptauerit, alteri id libere conferet. Dicit autem ibi Io. Mon. ꝙ si semel acceptauit vel non acceptauit, variari non poteit, per l.apud Iulianum, ff. de optio.lega.& l.serui electione, ff.de leg.j.& sequitur Io.An.in d.c.si tibi, col.2 item scias in nouell.

Vigesimononò, quod à Cyno traditum est, in l.cum pater, §.pater certam.ff.de leg.2.in addit.quod si testator iussit celebrari tres missas in die sui obitus, sufficit illas semel celebrari primo illo die obitus, nec cogendum hæredem alijs sequentibus facere celebrari, & idem ante eum tenere videtur Petr. à Bellapert.& post eum Bar.Albe.in l.cum quidam, quæ est pen.ff.de annuis leg.

Verum Imo.in d.§.pater certam, paulo ante finem, tenet contrarium, per tex.in ea ipsa l.cum quidam, cum ibi not.neq; huic sententiæ suæ obstare d. §. pater certam, quia ibi fauor dotis suadet verba referri ad primam vicẽ, hic autem fauor animæ, & piæ causæ suadet contrarium, tanquam scilicet ipse Imo.id omne ex fauore negotij metiatur, de quo postea dicemus in 3.limitat.

Trigesimò, quod scriptum reliquit Io.Mona.in cap.si pro te, versi.quæro primo, & ibi post eũ D.col.j.de rescr. li.6.ꝙ si papa mandauerit alicui prouideri de beneficio, si ad id accesserit consensus episcopi, intelligitur de primo, ipsius consensu vel dissensu, nam si primum expresse dissenserit, postea autem consenserit, non prodest impetrãti, per hunc nostrũ §. hoc sermone, & alia ex iuribus supra allegatis. Et id quoq; sequitur Bal.in l. vlti. ad fin. C. qui bon. ced.poss. vbi id limitat secundum ea quæ dicam insra, in 18.limitat.

Trigesimoprimò quod & ab eodem Io.Mona. traditum est, in c.cum expediat, col. j.vers.item in hac forma, de elect.lib.6.ꝙ constitutio loquẽs de scrutinio vel cõmuni electione, intelligitur de primo actu, vel casu, non de secundo, per l.eũ qui calendis, ff.de verb.oblig.& nunc nostrum §.hoc sermone & l.fideicommissa, §. si quis decem, ff.de leg.3. Ex quo infert ad casum illius c. vt si votis inquisitis apparet nullam partium deuenisse ad maiorem partem totius capituli, sed ante electionem communem accesserunt, tot voces habenti maiorẽ partẽ respectu minorũ, ꝙ hẽt maiorẽ partẽ totius capituli, nõ poterit procedi ad electionẽ eõdem, & ibi sequitur Io.An.post prin.in verbo consenserit & Pet.Anch. paulò ante fin.& Do.col.j.vers.sed pone quòd nulla pars.

Trigesimosecundò, quod post alios antiquiores scriptum reliquit Arch.in c.si cui in verbo, contradictores, de præb.li.6.ꝙ ptãs alicui concessa mittendi alterũ in possessionem, & eũ tuendi in ea possessiõe, expirat eo semel inducto, & remoto omnino p. imo impedimento, quod obstabat: Ideoq; si postea ille turbatur, debet adire iudicẽ ordinariũ.. Et sequitur Pet.Anch.qui & hoc late disputat ibi col.2, versi.quærit hic Archi.& Io.And.in c.pro illorũ, col.j.in verbo, cõtradictores, extra eod. tit. & Panor. qui id refert ad regulã nostri, §. hoc sermone, in tractatu Basiliensi, incip.qm̃ veritas, in j.dub.col.18.ver. sextarõ quare alius locus. Sed tu tñ de hoc vide amplius ipsum Arch.Io.And.& Per.Anch.vbi supra & Do.in d.c.si cui.

Trigesimotertiò huc spectat quod scribit idem Anch. in c.si propter col. vlt.& ibi quoq; Io.And.col.item vlt.super vlt.gl.& col. 4.versi.ex gl.igitur habes, de rescr.li.6.si quis emerit simpliciter iactũ retis, intelligitur de primo tm̃, ẽt si in eo nihil pisciũ captũ fuerit. Et ita intelligitur, quod scribitur in l.nec emptio, ff.de contrah.emp. & l.nã hoc mõ, ff.de hæred.vel actio.vendit.& in l.si iactũ retis ff.de act.em.& sequit Fel.qui & ad hãc nostrã regulã id refert.in d.c.2. col.3.ver.si ꝓmitto iactũ retis, de tre.& pa.

Trigesimoquartò, quod & tradunt ipsi Arch.Io.And. Do.& Fely.in illis ijsdem locis, quòd si promiserim cuipiam seruire per annũ, & aliquo illius primi anni tẽpore, valetudine impeditus fuerim, nec illi seruire possim, non tenebor altero tanto tempore secundi anni ei seruire, per l.cum quæritur, §.itẽ si hæredi, ff. de fideiussor. aut vt in alijs codicibus, legitur, de fideicom.libert.sed in neutro, loco est lex eius initij, verum eius rei est tex.in l. cũ hæres.§.Stichus si hæredi, ff.de statu lib.(vide ibi glo. & facit tex.in l.statu libe.quæ est 3.§.si ita sit libertas, ibi post ea intra quinquennij tempus eod.tit.

Trigesimoquintò, quod & illis rationib. scribunt ijdẽ Archid.Io.And.Do.& præterea Phil.Franc.in casu illius capituli, si propter, cum.s. à summo pontifice concessum fuit episcopo propter debita ipsius persoluenda, vt fructus primi anni beneficiorum suæ diœcesis, intra quinquennium vacaturorum, percipiat si fructus primi illius, anni, aut nulli fuerunt, aut chasmate perierunt consumpta est omnino gratia, nec poterit episcopus alterius anni fructus percipere. Et ad hoc quoq; nonnulli eorum, allegant, l.cum certus.ff.de tritic.vino, & oleo, leg.vbi si certus numerus ampliorarum vini ex eo quod natum esset. ex tali fundo, & minus natum esset, non amplius debetur quàm quod natum est eo anno, nec cæteris annis suppletur. Et ex hoc assumunt ꝙcũ testator legat fructus primi anni, si nil nascitur eo anno, nõ suppletur annis sequẽtibus. Tu tñ vide tex.qui videtur esse contrarius in l. ex eo vino, eod.tit.& in l.legatũ.§.j.& l.liberto.§.j.ff.de annuis leg.& l.Lucius, ff.de aliment.& cibar.leg.& l.Firmio in princ.ff.quando dies, leg.ced. Sed tu ad hanc antinomiã tollendam, vide glo.in eis locis.

Trigesimosextò, quòd à Spec.traditũ est in titu.de arbitro, §.excipitur, vers.sed quid si fuerit actum, in compromisso, ꝙ si data est potestas prorogandi terminum cõpromissi, intelligitur, de vna & prima prorogatione, per tex.in hoc nostro §.hoc sermone.& alia iura, & eum eo transit Io.And.ibi, in addit.& idem voluit Bal.in ca.olim ex literis, col.2.vers.ibi & iterum de rescr. vbi tamen intelligit secundum ea quæ dicam infra in j.limit.& rursum idem Bal.in c.vlt.col.antepen.uersi.dubitabatur, ibi, si autẽ dictum est, de cõsuetu.& consi. 114.dilato prorogatica, post prin.lib.3.vbi & ad hoc citat hunc nostrũ §.Alex. cõsi.70.visoconsil.alias per me reddito, col. 2.ver.secus, aũt si istud esset, li.2.Soc.consi. 117.visa & diligenter col. 1.versi.his tñ non obstan.lib.j.Fely.in d.c.2.col.2.ver.similiter si est dictum de treug.& pac.Ias.in d.l.diuortio.§ quo in anno col.3.versi.duodecimò facit, & in d.l.in duobus, §. si ei cui col.j.vers.item per illum tex. & iterũ col. 2.vers.vlt.facit, & Phil.Dec.in c.sua nobis, col.j. super gl. j.de appell.& con.512.cũ reuerendissimus, col.2.versic. ex quo infertur, & consilio 619. quæritur ex duobus, col.2.num.6.

Contrarium tamẽ tenuit Rom.licet neminẽ (inquit) alium

alium contradicentem repererit, in l.2. char. pen ver. sed stat circa hoc ff.de re iudic. & post eum Georg. Nat. in repet.clem. j.col.61. vers. in arbitro autem, de verb.signi fi. Nam vt inquiunt, cum potestas prorogandi sit indefinite concessa, ea æquipollet vniuersali l.& si pluribus, ff. de leg.2. & l. j.§.cum vrbem.ff.de offic. præfect. vrb. & & c. vt circa, de elect. lib. 6. Præterea quia videmus arbitrum, qui nō potuit intra tempus præstitutū iudicare, co gi de nouo arbitrium suscipere.l.aut si qua alia causa. §. vlt. cum l. præced. ff. de arbit. Ergo multo magis id sua sponte facere potest, si partes consentiant, nam aliud esset si dissentirent.l.arbiter, ita sumptus, eod.tit. Et respondet, ad hunc nostrū, §.hoc sermone, & similia iura, secundū ea quæ dicam infra, in 4.limit. vbi & eosdem citabo.

Subdunt autem ipsi Rom.& Nat. quod si non expediret prorogationem fieri, tunc arbiter non posset vlterius prorogare, quia id facere, videretur differendæ litis causa, cum non valeat præceptum arbitri quo inducitur litis, non necessaria dilatio, lege, nōn distinguemus. §. quæsitum, vers. ne fuerit, & ibi Bartolus de arbitris, sicut parti bus volentibus dilationem prorogari, vbi id non necessarium est, non tenetur arbiter assentire, dicta l. non distinguemus, §. dies secundum vnum intellectum glo. similiter eadem ratione non tenentur partes cōsentire arbitro id nulla necessitate cogente facienti assentire Deniq; cōpromittens in ipsa facultate prorogandi, præsumuntur in in dubio habuisse intentionem conformem naturæ com promissi, vt de contrahentibus dicitur, in l.diuortio. §.si fundus (alias est lex) ff.solut.matr.& l. si pignore, ff.de pi gnora. actione. sed natura compromissi est, vt faciat finē litibus, non vt lites & superfluas dilationes inducat. l. j. & l. quamuis. ff.de arbit.

Trigesimoseptimo, quod à Ioanne Andr. scriptum ē, in additio. ipsius Specula. in rub. de treug. & pac. ad fi. vt à multis citatur, quod pœna adiecta in promissione pacis, seruandæ, siue offensæ non faciendæ, intelligitur de prima offensa, non etiam de cæteris, nisi expresse dictū fuerit, quòd pœna toties committeretur, quoties contra factum fuerit, per l. si duo §. j. ff. de arbi. Et hanc sententiam sequitur Rom. consi. 155. præmissum laudum, col. vlti. vers. vltimo dum quæritur, & Alex. consi. 115. viso themate suprascripto, col. 3. vers. nec his obstat, lib. 4. vbi tñ dicit, φ legendo semper secutus est opinionē aliorū con trarium tenentiū tanquam cōem, non Io. And. Tu illum vide in l. qui insulam, col. 1. vers. dicebat etiam signanter, ff. de verb. oblig. ne hic diutius immoremur.

Trigesimooctauo, quod voluerunt Dom. Rot. decis. prima cuius exordium est, nota φ vbi ordinarius. titu. de præb. in antiq. φ si episcopus habens potestatem nominandi aliquem in prima sui creatione, vt recipiatur in canonicum, nominet aliquem qui acceptet, & postea is nominatus renuntiet, non poterit amplius episcopus alium nominare, arg. l. apud Aufidium, ff. de optio. legat. & not. ab Arch. in c. cum in multis, col. 2. super verbo, exprimat in prin. de rescr. li. 6. & in c. gratia in fi. eod. tit. & lib.

Trigesimonono quod à Calderino disputatum est & decisum in sua disputat. incip. ex octo studentibus, col. 4. ibi prima licentia, quòd licentia data monacho, vt possit esse procurator, intelligitur de prima vice tantum, vti ēt licentia data clerico, vt se absentare posit, ita enim nostri loquuntur. Atque etiam licentia data parochiano, vt posit alteri, quam proprio sacerdoti confiteri, & sic de similibus, & ita illum refert & sequitur Fel. in d.c.2. col. 2. ver. licentia data monacho, de treug. & pace.

Quadragesimo quod late & scienter etiam disputatū est, & conclusum à Signo. Homod. cons. nonagesimoprimo. hoc initio, quæstio disputanda proponitur, autvt alij allegant, Mediolani est consuetudo, quòd quidam consi. est 8. illius disputat, φ si princeps propter publicam aliquam lætitiam iusserit omnes incarceratos ab officialib. e carcere relaxari, intelligitur de prima relaxatione, ita vt si quis primum relaxatus fuerit, & iterum pro delicto fuerit carcerib. mancipatus, non debet amplius relaxari. & sequitur, las. in d. l. diuortio, §. quod in anno, col. 3. versic. quintodecimo vltra, ff. solu. matr. vbi tamen corruptè citatur Signo. ex consil. 37.

Quadragesimoprimò, quod voluit Alberic. Rosa. in prima parte tractatus statutorum, q. 107. incip. prædicta, etiam faciunt, φ si fuit propositum premium ei qui primus accesserit ad brauium (ita enim nostri vocant, post in terpretes noui testamenti, certaminis cursus pretium) & duo simul accesserint, neuter eorum habebit præmium, per multa iura ibi allegata. Nec iterum curretur, quia de primo tantum in cursu iam peracto intelligendū est, per text. in d. §. hoc sermone. Nisi (inquit) ex noua voluntate eorum, qui id præmium proposuerunt, arg. l. si fuerit, ff. de reb. dub. & l. matrimonij. ff. qui & à quib. & dicit hāc opinionem esse de stricto iure veriorem, licet consuetudo aliter obseruet, vt scilicet iterum currant. Sed tu. hic omnino vide quæ in hac re scripsimus in tract. Primogenior. in 17. q. in j. opin. num. 23. concinit & his, & in 4. opin. num. 10. & quod plurimi.

Quadragesimosecundò, quod ab eodem Alber. traditum est in eodem tractatu, par. 2. quæst. 181. per dominum fratrem Vbertum, ad fin. Quòd si episcopus concesserit, alicui facultatem intrandi monasterium monialium intelligitur de prima vice tantum, per d.c. non potest, de præb. lib. 6. l. fideicommissa. §. alicui decem. ff. de legat. 3. cum si. Et id sequitur Alex. d. consil. 16. breuiter in casu præmisso, col. j. nume. 3. lib. 4. & Feli. in d.c. 2. col. 2. versi. licentia de ingrediendo, de treug. & pace, & in c. j. ad fi. ibi & scias etiam de rescript. las. in d. l. in duobus. §. si ei, qui col. 2. vers. secundò ad idem facit. ff. de iureiur. & in di. §. quod in anno, col. 3. versi. tertiò adde text. & consil. 36. in causa mota per nobiles, col. vlt. lib. 3. & Philip. Dec. cons. 512. cum reuerendissimus, col. 2. nu. 5. & Catellia. Cotta, in memorial. incipien. executores testamenti, col. j. versi. bene facit pulchra decisio, & memor. incipien. rescriptū impetratum, in princ. & Maria. Soci. Iunior qui id dicit, sing. consil. 25. viso themate suprascripto, col. 2. versi. accedat etiam, lib. 2.

Quadragesimotertiò, quod magna autoritate firmauit Bar. in l. 1. col. 2. ver. si vero quæritur, ff. de constit. prin. quòd priuilegium tibi & hæredi tuo concessum, intelligi tur de primo, tantum hærede, non etiam de cæteris, per not. in l. antiquitas. C. de vsufruct. quod & ipsum autoritate Petr. voluit ipse Alberic. in l. 2. col. 4. versic. si autem in priuilegio. ff. eod. tit. & sequitur Fely. qui solum Alber. citat in d. c. 2. col. 2. vers. si princeps dat de treug. & pace. & Io. Lupus in repe. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 69. col. 6. vers. potuissent allegare.

At ea res, an scilicet appellatione hæredis simpliciter, veniat tantum primus hæres, an etiam ceteri, & quando & quomodo, & quibus in casibus, vlteriori indagine indiget, & nos aliquando eam rem abundē tractauimus in nostro tractatu Retractatuum, tit. 2. §. j. glo. 6. in verbo, {ou ses heritiers,} nu. 17. & hæc quidem, & seq. vsque ad 25. & iterum nostro tractatu. Cui titulus est, {Le mort sai sit le vif.} in 2. parte, declara. 5. dum illic disseruimus, an ea nostra generalis Franciæ consuetudo intelligatur taptū de primo hærede, quod nonnulli nostrorum adstruunt, & inter cæteros, Alex. consil. 26. in causa mota per Ang. col. 3. vers. item preterea & fortius, lib. j. repetito cons. 83. lib. 3. moti hac nostra regula, quòd sermo simpliciter pro latus de primo tantum intelligitur, vt ibi amplissimè videre poteris, neq; enim hic repetendum duximus.

Vnum autem non prætermiserim quod ibi non diximus, quod ad hunc tractatum pertinere videtur, Cyn. in authen. sed & si quis col. vlt. versi. vlt. colligitur. C. de secund. nup. scripsisse, quòd si Rex dat alicui castrum ea le.

vt si

vt si decesserit sine hærede sui corporis; castrum ad regē reuetatur, ille vero decesserit cum hærede sui corporis, quiquidem hæres decesit sioe hærede sui corporis, oon propterea reuertitur feudum ad Regem, tāquam scilicet ea cooditio intelligatur, de primò taotum hæredi sui corporis, nō de cæteris, quod sequitur, & reputat no. Bal. ibi col. 3. vers. vode deciditur talis quęstio, & in l. vlt. in 15. q. C. de here. instituen. per l. ex facto, vlt. ff. ad sen. Treb. & l. pater. §. quidecim, ff. de leg. 3.

Id quod tamen intelligunt, nisi id castrum concessum fuisset in feudum, cuius natura est vt transeat, ad omnes, hæredes masculos ex se descendentes in infinitum, c. j. & c. si clientulus, tit. de aliena feu. Et ad id bene facit quod scribit Bal. io c. quæ in ecclesiam, col. pen. ver. sed pone cōcessum, de constit. Imo vero sunt qui etiam in alijs reb. quam in feudalibns contrarium tenuerunt, vt scilicet oō solum primi, sed & alij iotelligantur, videlicet Sali. in dic. auth. sed & si quis, & Alex. coos. 43. coosideratis his col. 2. versic. quod secundum, lib. 3. quod iterum repetitur, coosil. 53. lib. 6. & Soc. dum Sali. allegat, vbi supra, consil. 55. visa facti enarratione, col. 2. versic. quoniam ad omnia ista, lib. 4.

Quando autem alias appellatione filiorum siue hæredum ex suo corpore, vel ex se nascentium siue descendētium veniant oepotes aut alij descendentes, vide Bart. in l. liberorum, col. pen. ver. quæro quid si in aliqua. ff. de verbo. signifi. Bal. in l. j. col. j. vers. quæro quid si dicatur, & ibi Paul. Cast. col. 2. in 2. not. io fi. & Corne. col. 4. ver. qui nimo etiam, C. de condic. inser. & euodem Bal. in c. j. §. filia, in fi. & ibi Aluarot. & Cardi. Alex. col. 4. ver. quæro, ab extra. tit. de successio. feud. & ipsum Bald. in c. j. col. j. vers. sed immediatè op. tit. de eo qui sibi & suis hæredib. & consi. 13. punctus talis est, qui quidam testator, li. 3. & alios multos quos tibi congessi in tract. Primogenio. in 40. q. nu. 33. incip. ideoq; & dicitur.

Sed & apud Aegesippum lib.2.c.2. Alex. filius Herodis mortuus, in somnis Glaphiræ suæ quondã vxori, apparuit, quæ alteri atque alteri se matrimonio post mortẽ, ipsius copularat. Hæc illum amplecti desiderat, At ille indignanti simili complexum rufugiens visus est dicere. Hæc Glaphira, promissa fides? ita amores erga te seruasti meos, quorum memorem esse oportuit? Sed esto adolescentula secundas nuptias non refugeris, etiam non tertias? Et paulò infra. Sed mihi ne diutius maneat, cõtumelia mea, &c. Exurrexit mulier & familiarib.narrauit somnium, atq; ipsa biduo post defuncta est. Quã rẽ etiam retulit Iosephus li. Antiquitatũ 17.c.vlt.& rursum libro.de bello Iudaico 2.ca.sexto.

Ex quo etiam mulier, quæ transit ad secundas nuptias, non dicitur caste viuere, quantum ad priorem maritum, attinet, ita vt si maritus ipse vxori reliquerit aliquid vtendum, quandiu caste aut honeste uixerit, ea perdit legatũ, si transierit ad secundas nuptias, vt non obscure voluit, Bal.in l.in deo nobis, in princip.col.vlt. vers. iuxta prædicta, C.de episc.& cleri.& apertius in l.vlt. col.2.ver. quęro quid significant, & ibi quoque Ang.post princ.ibi, sed si profertur. & Sal.col.2.ver. quæro supposito, & Ias. ad finem. C.de indic, viduit.& idem Bald. in l.j.col. 2. in 15. not. C.de rap.virg.& in l.cum filius, §.qui Mutianam, & ibi expressius Imo.ff.de leg.2.Ang.Imo.Paulus Castr. & late Alex.& Clau.Seis.in l.mulier, §.cum proponeretur, ff.ad senat. Treb.& idem Ang.in §.cum agitur, in auth. de non elig. secund.nub. & in §.hæc autem de deo, in auth.quo.opor. episc.& in §.soluto, & in §.cum igitur. in auth. de nup.Pet.Anch. in c.quod à te, col.j.in j. opposi. & ibi quoque Imol.col.j.vers.& faciunt prædicta de cleric.coniug. & Raph.Cum. consi. 22.testator legauit, col. j.& Paul. Castr. cons.259.omnis difficultas, col.pen. versic.infertur enim libro primo.

Et ita, vt dicit Angel.debet intelligi glo.in d.l.vltim.in verbo, persecutio, C.de indic.vid.quę dicit simpliciter, ꝙ mulier transiens ad secundas nuptias, perdit legatũ ei relictum, si castè viueret, scilicet si legatũ fuerit factum à viro, qui ex huiusmodi secundis nuptijs offenditur, non ẽt si ab alio relictum fuerit, vt etiam dicit Pau.Cast. Sicuti ẽt ita intelligi debent iura, quæ dicunt non caste viuere, quæ transit ad secundas nupt.videlicet, d.§.hæc autẽ de deo, vbi not.Ang.in auth.quom.opor. episc.& l.his solis, C. de reuoc.donat.quæ æquiparat mulierem, quæ in secundi matrimonij fœdus nubit, & quæ impudicè viuit, vbi, & Bal.ad hoc citat illud Valerij, quod mox afferamus. Et ad idẽ c.vxoratus, de cõ.cõiug.ex quo no.Pã.paria esse icõtinẽter viuere & trãsire, ad 2.vota.& c.hac rõne 31.q. j.vbi licet licitũ sit scd̃m Apostolũ secundas nuptias cõtrahere tñ secundũ veritatis rõnem vere fornicatio est. In quã sententiã est & illud Martialis li.6.epig.de Telesi.

Quæ nubit totiens, non nubit, adultera lege est.

Et ꝙ Portia minor, cũ se ꝓsente laudaret, apud eã quædã bñ morata, q̃ scd̃m maritũ hẽbat rñdit pudicã matronã, nũq̃ nisi semel nupsisse. vt scribit Hierony.in Iouinia. li.

j. Ex quo & ille Mimus siue publij siue Sene. siue alterius

Habent locum maledicti crebræ nuptiæ.

Quod tamen sanè intelligendum est secundũ ea, quæ scibuntur in d.c. hac ratione. alias .n. incideremus in hæresim Cataphrygum, quam Monranus ioduxit, & aduersus quem scripsit D. Hieronymus ad Marcellam.

Et sanè mulier pudica, quæ casto amore primum maritum prosequitur, & eius pectori, atq; præcodijs memoria illius medullitus infixa est, post illius obitũ de secundis nuptijs nõ cogitat, & alterius coniux dici aspernatur illi.n. adhuc prior ille maritus viuit, eiusq; perinde, ac si viueret, memoria recreatur. Quod aperte declarauit Valeria illa Messalarum soror amisso Seruio viro cum interrogata, cur. alteri nollet nubere, respondit semper sibi maritum Seruium viuere: quod & ipsum retulit idẽ Hieronymus vbi supra, quo etiam in loco scribit filiam Demotionis Areopagitarũ principis mortuo Leosthene spõso, negasse se alteri nupturã, ꝙ adulterum accipere non maritũ illum, enim nondum sibi esse mortuum, quod & nos in nostris cõmentarijs de nobilitate retulimus.

Vt non immerito apud priscos illos Romanos, quæ vno contentæ matrimonio fuerant, corona pudicitiæ bonorabantur, Existimabant.n.eũ præcipuè matronæ syncera fide incorruptum esse animum, qui post depositæ, virginitatis cubile in publicum egredi nesciret, multorũ, matrimoniorum experientiam quasi legitimæ cuiusdam, intemperantiæ signum esse credentes, vt scribit Valerius Maximus, lib. 2. cap. non multo post princ. Qui & iplemiris laudibus extollit Antoniam, quæ amorem mariti, sui egregia fide pensauit, vt quæ post eius excessum forma & ætate florens, cubiculum socrus pro coniugio habuit: in eodemq; thoro alterius adolescentiæ, vigor extinctus alterius viduitatis experientia consenuit, vt apud eũ videre licet libro 4. cap. 3.

Apud antiquos autem illos Germanos solæ virgines, nubebant, sicq; vnum maritum accipiebant, quomodo vnum corpus, vnamq; vitam, ne vlla cogitatio vltra, ne longior cupiditas, vt scribit Cornelius Tacitus de morib. Germanorum. Sed & idem lib. 2. historiæ Augustæ Paulo ante fin. tradit quòd mortua Occia, quæ septẽ & quinquaginta per annos, summa sanctimonia vestalibus sacris præsederat, Fonteius Agrippa & Cornelius Pollio obtulere filias, prælataq; est Pollionis, filia, non ob aliud, quã ꝙ mater eius in eodem coniugio manebat. Cęterum Plutarchus, Proble. c. 105. quærit, quare publicis festis virgines ueteri more non nubunt, viduæ nubunt. Cuius rei inter cęteras hanc rationẽ, affert ꝙ virginibus decorum, viduis verò multis pręsentibus fœdum est nubere. Fœlices enim ac faustæ primę nuptiæ sunt. secundę vero, tristes ac detestandæ, dies autem festos adeo multitudinem distrahere, vt his rebus per ocium interesse, non possit. Hæc illę. Ex quibus satis apparet secundas nuptias nõ perinde esse honorabiliores ac primas, eumq; honorem ad liberos descendere.

Nõ mirum igitur cuiquam videri debet. si multę sint constitutiones, & leges latæ in odium contrahentium, secundas nuptias, videlicet l. fœminę, & l. l. generaliter, & l. si quis prioris, §. in illo, & l. hac edictali, in princ. & auth. ex testamento. C. de secun. nup. & l. j. C. si secun. nup. & l. mater, C. ad Tert. & l. his solis, & auth. quod mater, C. de reuo. don. & l. iubemus, §. in supradictis, ff. ad Treb. & §. qui pijssimus, in auth. de non eligẽ. secun. nubẽt. & §. si vero expectet, & placet. quoq; nobis, & alijs cõplub. §. auth. de nup. & in §. j. in auth. neq; vir. quod ex dot. est. Quę quidam constitutiones maxima ex parte locum habent etiam in viris, ne quis putet ea quæ diximus ad fœminas tantum pertinere. Id enim videre licet ex d. §. j. postremo loco allegato, & in §. hoc autem, versic. quia vero contra binubos, in auth. de non elig. quẽ ita summat, vt ita loquar. Ang. pęnę, secundò nubentiũ cões sunt viro & vxori, ad secuuda vota transeuntibus. & d. §. si verò expectet, ibi, & hęc communis mulieris, & viri mulcta sit posita, vbi etiam not. Ang. in auth. de nupt. & iterum in §. quoniam & infirmus, eod. tit. & in le. generaliter, vbi Bal. not. C. de secund. nup. & voluit glo. Bar. Bal. Saly. qui dicit ita se obtinuisse, in d. l. fœminæ eod. tit. & gl. in rubr. d. auth. de non eligend. secun. nub. Azo. in summa, eod. titu. de secund. nup. col. 2. versi. item quæcunq; dicta sunt. Host. in summa, eo. quoq; tit. §. quare, circa fi. in ver. quecunq; autem Oldr. consil. 33. quidam habuit vxorem, in 2. dubio Io. And. in addit. Specu. eo inquam tit. Bar. Ang. & Pau. Cast. in l. de emancipatis, C. de legit, hæred. Pet. Anch. consil. 347. quia ex facto, col. 2. versi. & hoc quantum ad ea. Rom. consil. 182. in casu proposito. Paulus Cast. in d. l. mater. C. ad Tertul. Franc. Cre. no. 74. hoc capite si maritus legauit. Ang. Aret. in §. præferuntur, col. penult. Instit. ad Tert. & in tract. de testa. in verbo, nolens intestatus decedere, col. 5. vers. in secundo casu, quando in patre. Nicol. Vbal. in tract. de succesio. ab intest. in 2. quæst. princ. col. quarta. Matthęus Mathęsil. in tract. eiusdem titu. in 2. membro princip. vers. secundo casu, & ibi Lud. Bolog. in addit. Francisc. Aret. consil. 72. præsupponitur in facto, col. 29. & iterum 3. Corne. consil. 242. circa quod videtur, col. penult. & vlt. lib. secundo. Cæpola cautela, 235. aut ex priori impressione 302. si mater transit, vbi dicit, hanc esse communem opinionem, & idem sæpe se consuluisse, Marian. Socin. consil. 34. prosequendo ordinem quæstionum, col. 2. & multis seq. lib. 6. vbi id late disserit, & consil. 65. circa primam quæstionem, col. 4. vers. vigesimo secondò, eod. lib. j. vbi etiam dicit hanc esse communem opinionem, & ipsius filius Bar. consi. 263. capio, primum, in 2. dubio lib. 2. & consil. 114. præsens consultatio, col. penul. lib. 4. & Benedic. Capr. qui ita dicit communiter teneri, consil. 42. punctus, quidam Venantius, col. 2. & consil. seq. incip. punctus, quidã Massius, in primo dubio. Guid. Pap. q. 228. ex dicto processu, in princi. Steph. Bertr. consil. 119. viso casu, in primo dubio libr. 2. & consil. 223. viso casu, nu. 3. lib. 3. Phil. Dec. in l. j. post princ. C. de secund. nupt. & consil. 86. pro resolutione casus, col. 2. vers. restat ergo tertius casus. & consil. 230. proponitur quòd ex Petro, col. j. ver. ad dubiũ de quo quæritur Io. Montesferr. in rep. l. frater à fratre, char. 6. col. 3. versi. in 17. q. ff. de condi. indebiti.

Nam & Charondas ille prudentissimus legislator, nec viris quidem secundas nuptias permisit. Qui liberis, (inquit) suis nouercam superduxerit, eum neque vllo dignitatis loco, petij ve virum habeto, neque vlla ciuium consuetudine communicare frui ve sinito, quippe, qui malum alienum rebus, ipse suis intulerit. Si prosperè enim tibi coniugium primum sortè successerit, eo successu contentus conquiescito. Sin aduersum obtigerit, idem malum, secunda exploratione tentare velle, furiosi est. Nã qui bis ab assequẽda re in suis negotijs fallitur, demẽs, is meritò existimatur. Hæc Diodorus Siculus Bibliothe ces, lib. 12. vbi & illud subdit, à Philemone poeta Comico, de his qui sæpe nauigando maris sæuitiam experiri voluere pro lege traditum, non admiratum quidem, si quẽ duxisse vxorem conspexerit, verum secundum coniugium quæsiuisse, tutius nanque tolerabiliusq; videri, his sese maris, periculis, & tempestatibus exponere, quam mulieribus ludibrijs & fluctuationibus intestinę pesti, vitam obnoxiam degere.

Quæ quidem Philemonis similitudo in memoriam, reuocat, quod decreta nostra canonica ex D. Augustino, nauigare eum dicunt, qui matrimonium contrahit, in c. nos nouimus, & ibi glo. in verbo, nauigasti, 17. q. 2. tanquam scilicet, vtroque modo multa pericula & plerunq; naufragia subeamus. Est aũt publij Syri Mimus apud Gellium. lib. 17. c. 14. & Macrobium Satur. 2. c. 7.

Improbe Neptunum accusat qui iterũ naufragiũ facit.

Quod

Quod ad iteratas nuptias ex his quæ diximus trahi potest, vt scilicet iugales deos (quos Ethnici vocant) improbè accuset, qui nuptias iterat. Ex quo & illud epigramma græcum incerti autoris.

Εἴποτ' ἅμαξ γήμας πάλι δεύτερα λέκτρα διώκει
Ναυηγὸς πλώει δὶς βυθὸν ἀργαλέον.

Id est ad verbum,
Si quis semel maritus alterum lectum sectatur,
Nausragus enauigat bis profundum difficile, {Siue mauis} molestum.

Thomas autem Morus sic carmine reddidit.

Qui capit vxorem defuncta vxore secundam,
Naufragus in tumido bis natat ille freto.

Dixi autem supra versi. ab hinc 3. maxima ea parte pœnas fœminarum secundas nuptias contrahentium ad viros quoq; pertinere, quia id non generale est, nec procedit in pœnis quæ statutæ sunt in mulieres, ob id ꝙ intra annum luctus ad secundum matrimonium conuolant. quippe quæ ob aliud puniantur, q̃ propter ipsarum secũdas nuptias, vt probatur in §. primæ: siquidem, versic. sed viri quidam, in authē. de nupt. & voluit Azo in d. summa de secun. nupt. in prin. & Host. in summa eod. tit. §. quarè & qualiter, col. 2. vers. sic vidisti de pœna. Bal in auth. iisdem pœnis, col. vlt. vers. item nec pœna nubendum, C. de secund. nupt. Ang. in §. quia verò. in auth. de nõ eligē. & in §. si verò expectet, circa fin. in auth. de nupt. Rom. d. cõs. 182. & alij multi ex eijs quos citauimus in d. vers. ab hinc 3. Et satis probat text. in l. vxoris. ff. de his qui not. infam.

An autem huiusmodi pœnæ, & quæ ex ijs sint sublatę de iure canonico, propter illud verbũ Apostoli 1. ad Corinth. 5. dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis si sic permanserint, sicut & ego, ꝙ si cõtinere nõ possunt nubant, melius est enim nubere, q̃ vri. Et quod quibusdã interiectis scribit, ꝙ si dormierit vir eius, liberata est à lege: cui autem vult, nubat, quod & nos suprà citauimus. Ex quibus certè videntur illæ pœnę esse sublatæ per c. super illa, & ca. vlti. extrà de secun. nupt. Sed tu tamen ne te hic diutius detineam, vide gl. Inn. Host. Io. Andr. in c. vlt. eo. tit. Bart. in l. 1. C. eo quoq; tit. Pet. Anch. consi. 101. ex prædicto themate, in 1. & 2. dubio, cum alijs propemodũ infinitis adductis à Fely. & Dec. in c. ecclesia sanctæ Mariæ: illo quidem col. 19. vers. 4. limitatio, cum duabus primis declarationibus, illius quartę limitat. Dec. autem col. 13. versi. secunda conclusio, cum multis seq. de constitut. & eodem Dec. consil. 230. proponitur ꝙ ex Petro, col. 1. vers. circa primum.

Deniq; quod ad hanc rationem attinet, quæ secundas nuptias non pæreque magnifacit ac primas, bruta quædã animalia id quoq; sensu quodã naturali sentire & agnoscere videntur, veluti natura ipsa eius rei illa admonente. Cornices enim mortuo mare marito non exiguo tēpore, sed nouem hominum ætatibus viduæ perseuerant, vt tradit Plutarchus in lib. cui titulus est, ὅτι ἄλογα λόγῳ χρῆται, & Aelianus lib. 3. de animalibus, vbi & ob id tradit veteres in nuptijs post Hymenæum cornicem inuocare solitos. Et idem quoq; de lyncibus prodidit Seruius enarrãs eum locum Virgilij, lib. 4. Aeneid.

Non licuit thalami expertam sine crimine vitam
Degere, moræ ferę.

Et nos quoque diximus in nostris legibus connubialibus l. decimatertia, numero 4. & 5. vbi & nos alia huc pertinentia scripsimus. Et facit quoque ad hanc rõnē, quod diximus suprà versi. incip. sexagesimo secũdò quod & idē.

Sed & alia item est ratio huius regulæ, quã tractamus, generalis quidem illa, ad omnia quę ad eam pertinent, nedum ad nuptias, ꝙ scilicet prima quęque omnibus in rebus & ad quæuis, omnia sunt multo excellentiora, pręstantiora, efficaciora, vtiliora, potiora, rubustiora, vt ex multis & pene dixerim infinitis patet, quę tibi abundè, & vereor ne superfluenter scripsimus in nostris commentarij Primigeniorum, in præfatione, ex quo loco quę voles mutuari poteris, ne hic repetam.

LIMITATIONES.

PRIMA LIMITATIO.

SED hęc multis modis limitanda sunt. Et vt sequar ordinem Fely. in d. c. 2. de treug. & pace.

PRIMÒ limita, vt non procedat, quando non valuit primus actus, quia tunc reiterandus est, nam dispositio loquēs de actu, intelligitur de primo qui valuit, per tex. in l. qui per salutē. ff. de iureiur. vbi qui per salutē suam iurat, cũ non ita specialiter iusiurandum esset ei delatum, iurasse non videtur, & ideò ex integro solenniter iurandum est, ex quo Bartol. notat. si non legitimè iuratum est, iterũ iurãdũ esse. Bal. aũt ex eo dicit, ꝙ omissio modi & formæ reddit actum nullum, tñ iteratò fieri potest cum obseruatione debitæ formæ. Et ita (inquit) intelligenda est l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. signif. cum scilicet primus actus est validus. Dicit quoq; per eũ text. ꝙ mandatum citandi non finitur per citationē inualidã, id quod dicit not. dignũ Alex. in l. serui electione, col. vlt. ff. de leg. 1. quod & idem voluit Ro. in d. l. qui per salutem, in fin. vti eum allegat Ias. ibi, nullam Bal. mentionem faciens nihil tamen in lect. Ro. reperi. Sed & ex eo text. in d. le. qui per salutem, not. Alber. in princ. ꝙ actus inutilis præcedens, non impedit reiterationem sequentis vtilis.

Est in eandē sñiam text. in l. hęc conditio filiæ meę, in prin. ff. de cond. & demonst. vbi hęc conditio, cùm nupserit, nõ impletur cõtractis nuptijs inutilibus, vt quia ea filia nondũ esset nubilis ętatis, vel quia ei nupsit, cuius nuptijs interdictũ erat, sed posse eã implere cõditionē cum de iure posteà contraxerit, & ibi not. oēs per secundã nuptiarũ coniunctionem, impleri conditionē, cùm priores de iure nõ subsistũt. Et Pau. Cast. in fi. dicit eam legē semper ad hoc allegari, vt cũ lex, vel statutũ loquitur de aliquo actu, qui potest sortiri iuris effectum, debet intelligi de actu valido, quia actus inualidus habetur pro non facto, & Soc. ibi col. vlt. vers. vltimo not. ex ea l. not. dispositionem, siue legis, siue hominis verificari in primo actu valido, non autem in primo actu inualido.

Et huc quoq; pertinet tex. in l. is qui hæres, in princ. ff. de acq. hęred. vbi hæres institutus sub conditione, si ante cõditionē existentē repudiauit, nihil egit, ideò existente posteà cõditione adire poterit, vt ēt dicit text. in l. nec is. §. 1. eo. tit. cum simil. Et sic inquit Ro. in d. l. is qui hęres, non multum post prin. actus nullus nõ impedit fieri eiusdem rei iterationem etiam in oppositũ, ad quod etiam allegat l. si vt proponis. C. quom. & quan. iudex, cum simil.

Et alius itē tex. iuris canonici eandē sententiã adstruēs. in c. si electio, de elect. lib. 6. vbi si electio facta non secuta sit effectũ, ob id ꝙ electus ei cõsentire noluit, aut post cõsensum renũtiauit iuri suo, aut mortuus sit, aut ꝓpter eius occultũ vitiũ irritatur, electores possint denuo eligere: habentq; à dissensu, renũtiatione, morte, vel irratiōe tēpus integrum ad faciendã aliã electionē, ac si noua esset vacatio. Et idem vt dicit gl. ibi, in verbo, occultũ, si propter superueniens delictum aut factum, per ca. q̃ sit, & capitulum, cupientes, & cap. si religiosus, eod. titul. Ad hoc autem quod dictum est de occulto vitio, vide quę dicam intrà in hac eadem limitatione, versi. incipiente, hanc limitationem, & sequentibus.

Hanc quoq; sentētiã, vt. s. sermo intelligatur de primo actu valido, & vtili, & qui sortitus fuerit effectũ, secutus est Roff. Bened. in suis quæst. Saba. q. 1. vbi dicit, ꝙ si alicui est collata potestas eligēdi episcopũ, & quempiam elegerit, qui cõsentire noluerit, & ita eius electio fuerit inutilis & sine effectu, poterit iterum eligere. quæ fuit etiam sententia Bart. Brixi. q. 79. quidam dederunt potestatem,

Bald.

Bald.in d.l.qui per salutem, in vtraq; lectura, vt supra ex eo diximus,& ibi quoq; Alber.in fi.& eiusdem Alber.in l.quoties.ff.de opt.leg.vbi ad hoc allegat c.auditis, de electio.& ipsius quoq; Alb. post Iac.Bel.in l.matrimonij.ff. qui & à quib.& Bal.in c.olim ex literis,col.2. versi.si aūt datur arbitriū,de rescrip.vbi ex hoc dicit,arbitrium prorogandi intelligi de prorogatione valida, ꝙ si inualida fuerit, poterit iterum fieri,& ad hoc citat d.l.qui per salutē, & dict.leg. hæc conditio filiæ,super qua Raph. Cum.illud quoq; dicit quod diximus, eum cui facta est potestas eligendi,posse iterū eligere, si prima electio non valuit.

Et præterea hæc limitatio est eiusdem Baldi cōsi.144. ꝙ iudex non potuerit,post medium,versic.item quoties primus actus,lib.4. vbi & ex hoc consuluit iudicem, cui data est à statuto facultas eligendi arbitrum, si absentem quempiam elegerit,qui ideo arbitrari non possit, poterit iterum eligere.Et Salyc.in l. dotis promissio.ff.de iur.do. per d.l.hæc conditio,& Pau.Cast.consi.103.viso testimonio Christiani,col.1.per illam eandem l.ibique ex hoc in pulchro casu cōsuluit.& Fel.in d.c.2.col.3. versi.fallit primò dicta regula,de treug.& pac.Ias.in l.diuortio.§.quod in anno,col.vlt.versi.tertiò not.limita.ff.sol.mat.& Alci. in hoc nostro §.hoc sermone.ff. de verb. signif.

Et huc spectat text.in l.2.§.1.ff.de opt.leg. vbi si is,cui electio data sit centum amphorarū vini, acetū elegerit, optio nō consumitur,poteritq; iterum eligere.Et ex hoc not.gl.ibi nihil referre,an aliquid,non fiat an nō iure fiat, & allegat pro simili d.l.qui ꝑ salutem,& le.quoties.ff.qui satisf.cogā.vbi & idem gl.not.quæ & alia quoq; iura citat, vt vtrobiq; videre poteris.Quibus addere potes l.quartā. §.condemnatum.ff.de re iud.vbi etiam gloss.

Et illa iuris regula,non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum,de reg.iur.lib.6.id quod videre licet,vt ibi gl.& alij dicunt,in matrimonio inualido quod non impedit secundum contrahi, c.si vetum.31.q. 2.& c.iuuenis,de spons.& c.literas,& c.accessit,de despō. impub.Sed tu de hoc vide d.gloss.& Io.Mona.in d.c.non prestat.Et in electione inualida,quæ non impedit secundam.c.scriptum est,in fi.& c.congregato,& ibi glo.vlt.de rescrip.de quo nos alibi diximus plenius. Et in stipulatione quoq; īualida.l. si dari stipuler.ff. de verb.obl.cum alijs multis similib.congestis à Fely.in c.ex tenore,col.4.versic.regula non præstat, de rescrip. & quæ latè collegimus alicubi in tractatu Retractatuum.

Nam & quod nullum est,nomen eius rei,quam significare vult,non habet,v.g.sententia nulla non est sententia.l.4.§.condemnatum.ff.de re iud.& l.vlt.C.de senten. ex breuic.recitandis,& c.vlt.post prin.eo.tit.lib.6.& cle. pastoralis.§.vt igitur,qui est vlt.eodem titu.& ca. imprimis.§.vlt.& iterum c.statutis.2.q.1.Et instrumentū nullum non dicitur instrumentum,Baldus in capi.constitutus,per eum text.de transact.& est etiam bonus text.in l. cùm precibus.C. de probationibus.ex quo ille versus nō admodum elegans,sed citatus à gl.in c.admonere,in princip.33.q.2.

Si re priueris,nec nomen habere mereris.

Cum alijs multis ad hanc sententiam pertinentibus à Ias. collectis in d.§.condemnatum.col.1.versicu. not.ex isto tex.cum multis seq.& à me in tract.Retractuum titu. 1. §.1.gl.2.nu.5.& multis alijs seq.Hanc autem rationē huius limitationis inter cæteros affert Ias.in l. serui electione.§.1.nu.3.ff.de leg.1.

Sed & huc pertinet,ꝙ testes,qui non rectè recepti sūt, possunt reiterari,etiam post publicationē, vt satis innuit tex.à contrario sensu,in clem.2.in verbo, ritè receptis,& ibi gl.quę id expressè vult,in verbo,ritè,& Cardin. Hor. post Paul.Elea.in 3.q.id intelligens, quando receptio est nulla ipso iure,& Petr.Anch.col.pen.in 4.q. Anto.Io.Ligni.col.1.& Imol.col.2.super d.gl.in verbo,ritè,de testibus,& glo.in c.cùm causam,in gl.vltima ad fin.& ibi Hostien.col.vltima.versi.sed si testis, Ioan.And.in fin.Bald. col.vlti.versi.quærit Ber.quid si testes,Petr. Ancha.colū. vlti.versi.item quid si testis,Anto.col.vlti.Imo.col.pen. versic.in eadem gl.in fi.extrà eod.tit.Spec.in titu.de teste. §.1.versi.quid si idem testis,& sequent. & ibi quoq; Ioa. Andr.in additionibus,& Barto.in auth.at qui semel,col. vlti.versic.quæro quid si prior,& ibi Bald. col.2.versicu. octauò fallit.C.de probationibus,& idem Bartol.in l.qui per salutem,in fin.& Alex.qui ita dicit communiter teneri,& Ias.qui id latè exequitur,col.1.versi. item per istum tex. vbi & ita tenuere omnes,Bald.in leg. per banc,colū. pen.vers.& modo venio,ibi,& ista est veritas.C.de tempor.appel.& l.si quis testibus, col.2.versi. quandoque ratione solennitatis,& ibi quoq; Salyce. ad fin.dum allegat d.clemen.C.de testib.Imol.in ca.per tuas,col.1.versi.fallit primò,de testib.Fely.in c.in literis,col.2.versi.3.de offici.deleg.

Et huc adstipulatur,quod dicitur testem mancè,atque imminutè,& non perfectè examinatum,adeò vt eius testimonium sit inutile, posse iterum examinari , etiā post publicationem testimoniorum, si id factum sit culpa iudicis:licèt secus sit, si culpa partis id factum fuerit,vt per gloss.in d.cap.per tuas,in gloss.1.in fin.& ibi Imo.in verbo,negligenter,Imo.colum.2.versi.2.casu,& Panor.col. 2.versi.venio ad secundum,cum multis sequ.& ferè omnes,licèt non ita clarè,de testib.Bal.in l.veluti.§.hęc vox, quem legit(vt plerique omnes) cum §.prætor ait,qui est vlt.le.si quis ex argentarijs,& ibi Angel.qui id dicit valdo not.& Ias.qui alios citat, col.1.in 6.not. versic. vnde facit iste tex.ff.de eden.

Adde quòd solus is actus præoccupationem inducit, qui de iure sortitur effectum , vt tradit Oldr. consil.313. thema tale cōtra promissionem,col.2.vers. tertiò si quis, & iterum versi. sextò nuntiatio. quod sic probat,nam in l.qui vltimo.ff.de pœn.scribitur,quod qui vltimo supplicio damnantur, statim & libertatem & ciuitatem amittunt.Et statim pòst subditur.Itaque preoccupat hic casus mortem,& nonnunquam longum tempus occupat. Alibi autem legitur , ꝙ talis pręoccupatio locum non habet in ea sn̄ia,quę de iure nō sortitur effectū,l.2.§.vlt.eod.tit. & l.si quis filio exhęre.§.ꝙ si quis.ff.de iniust.rup. & irri. test.Preterea nuntiatio operis sic præoccupat ędificantē, siue iure,siue iniuria facta sit,vt quicquid post eam ędificatum est,sit demoliendum.l.1.ff.de ope. no.nunt. Si tamen nūtiatio ineptè facta sit,vt effectum habere nō possit,non habet vim præoccupationis, vt not.gl.in d.l.1.in verbo,per renuntiationem, & iterum in verbo, eatenus.

Addit & Oldr.alie huc spectantia,nempe stipulationē primam impedire vim & efficaciam secundæ, super eadē re eodem modo interpositæ, nisi tamen prima illa sit talis,vt possit exceptione repelli, ita vt non sortiatur effectum.l.qui bis idem, & l. si dari stipuler.ff. de verb.oblig. Et similiter præcedentem ascriptionem libertatis impedire subsequens legatum serui, si non appareat de contraria voluntate.l.si idem seruus.ff.de lega.2.& l.si seruus.ff. de fideic.lib. Quod ita tamen demum obtinet,si ascriptio libertatis sit efficax, & vtilis,aliàs non.le.si seruus legatus. §.si seruus alienus.ff. de leg. 1.

Item si sint duæ viæ , vt cum nostris ac vulgò loquar, quarum vna alterius electione tollitur, id tamen ita intelligendū sit,si prima electa potest de iure sortiri effectum; aliàs non.leg.si verò.ff.de bon.lib.vbi ita scribitur.Si verò non habuerit effectum petitio eius , dico non impediri , quominus adiuuetur,& le.filiū.§.si quis cōtra tabulas.ff. de leg.præst.cuius hæc verba sunt, Si quis contra tabulas bonorū possessionem acceperit, deinde posteà apparuerit eum ex his liberis non fuisse , qui eam bonorum possessionem accipere possint, obtinet non esse ei denegandā legatorū petitionem.Et in vniuersum vt vna via inutilis electa,nō tollat aliam vtilem:probat text. in l.mater

decedens

decedens, & ibi Rom. ff. de inoffi. test. & l. Claudius. ff. de acq. hæred. & leg. legitimam. ff. de pet. hęr. & le. vlti. C. de condi. ex lega.

Et per hæc concludit Old. d. consi. 313. quicquid primum obstat sequentibus, tum demum tantùm ostare, si habuerit effectū: in idq; allegat d. le. hęc conditio filiæ. ff. de cond. & demon. quæ quidem l. est ex illis, quibus potissimum innituntur, qui hanc limitationem ad hanc nostram regulam afferunt, vt nos diximus suprà in eadem limit. vers. est in eandem sententia. & alijs seq. vt inde intelligas Oldr. hæc omnia ad hanc assertionem referre. Nā & in id quoq; citat d. l. 2. ff. de opt. leg. vbi data optiōe seruorum, si quis alienū seruū, vel hominē liberū optauerit non consumpsit optionem quem tex. & nos sępe in hoc tractatu citauimus, citatq́ue ēt le. si maritus sit. §. vlt. ff. de adult. vbi si quis adulterum & adulteram simul detulerit nihil agit, poteritq; quasi neutrū detulerit, rursus à quo velit initium facere, qui nihil prima delatione egit.

His quoq; concinit, ꝙ qui agit ad debitum ex conditione, nondum ea conditione impleta, & ob id succumbit: tñ ea conditione posteà impleta, denuo potest agere, l. grege. §. si sub conditione. ff. de ædilit. edic. & l. si mater §. eandem, ver. & ideo si fortè sub cōditione. ff. de excep. rei iud. Quarum legum autoritate subnixus Accur. in l. j. post prin. in verbo, nec tenere. ff. si mēs. fals. mod. dixe. tradit, eum qui actionem ineptam proposuit, & ob id repulsus sit, posse redire ad aptam. quod & probat text. in l. sed & si pupillus. §. si institoria, & ibi glos. Bald. & expressius Albe. & Sali. ff. de instit. & in l. Bebins, in fi. & ibi quoque Alb. ff. de pact. dot. & c. coram, & ibi Petr. Anch. in 4. not. de rescript. & c. examinata, de ind. Et id quoq; ipsum voluit Sig. Home. consi. 142. in quæstione vertente, col. 2. ver præterea in simili, vbi & alia iurat citat. & Pet. Anch. in c. captandę, col. 1. in 3. no. de concess. præb. lib. 6.

A quo non longe abest, ꝙ actor ideò à iudicio repulsus, ꝙ reus rem petitam non possideret, non prohibetur posteà iterum agere, si reus inceperit possidere, l. quoties §. vl. & l. sed si posteà. ff. de noxal. actio. & l. si à te, in prin. & l. si rem meam, & l. si quis ad exhibendum, quæ continuò sequitur. ff. de except. rei iudi. & l. procurator ad exhibendum, in princ. ff. rem rat. habe. & le. neq;, quæ est 3. C. ad exhibend. Et facit quod scribitur in l. si mater. §. eādem, in princ. & in l. si is qui hęres, etiam in prin. ff. de except. rei iudi. Et quod scriptum reliquit Paul. Cast. consi. 313. ista pronuntiatio, lib. 2. ꝙ si quis ineptè & non seruata forma statim iudicem recusauerit, ob idq́; fuerit reiecta recusatio, non prohibetur eandem posteà rectè riteq́ue proponere. De quibus & alijs similib. nos multa diximus in tractatu Retractatuum, tit. 1. §. 8. nu. 3. qui igitur, & multis seq. vt ibi videre poteris.

Cui finitimum est ꝙ semper aliàs actor qui succubuit propter ineptitudinem actionis, iterum auditur aptè eam proponens, c. examinata, extrà, de iudi. cum si. Et similiter qui appellauit potest iterum appellare, si ob id victus est, ꝙ ineptè exceptionē à qua repulsus est, proposuerat, ēt in eo casu quo aliàs nō posset amplius appellare, vt est tex. in cle. vlt. & ibi Card. Flor. in 2. not. & alij, de appella.

Et ad hāc quoq; limitationem pertinere potest, quod finita nuntiatione noui operis per mortem nuntiantis, & & ita effecta inutili & inefficaci, potest iterum nuntiari. Ita. n. voluit gl. in l. non solum. §. morte, in verbo, ius prohibēdi. ff. de ope. no. nunt. quā ibi sequitur Bar. col. 2. vers. quærit gl. an finita nuntiatione. An autem & quādo aliàs post primam nuntiationem liceat iterum nuntiare, vide Bart. in l. cùm procurator. §. si dominus, col. 1. versi. quæro an post primam, & ibi Bal. post princ. eo. tit. & rursum ipsum Bart. in l. prętor. §. hoc autem interdictum competit, circa fi. & in §. & si satisdatum, eod. tit.

Et huc quoq; spectat, ꝙ licèt baptismus sit sacramētū minimè iterabile. Est enim, vt tradit Apostolus ad Ephesios c. 4. vnus Deus, vna fides, vnum baptisma, & repetitur in c. hi qui baptism. 1. q. 1. & diximus suprà, in princ. versi. incip. 90. Si tamen quis baptizatus fuerit ab hæretico prę sertim Paulianistis & Cataphrygis, quorum baptisma nullum est, cū in forma ecclesiæ non baptizent, iterū baptizari potest, & debet, vt scribitur in §. de his specialiter, & in c. si quis confugerit, & ibi Archi. ea. q. & cau. & c. Daibertum, & ibi gl. & Archi. q. 7. & gl. in c. sicut. 68. dist. vbi id declarat. & Lucas Pen. in leg. si quis decurio, col. 4. vers. quēadmodū ergo. C. de decu. lib. x. Cuius rei rationē reddens ea glos. in d. c. Daibertū, nam quod, ait, malè fit, vel minus plenè, ex integro est agendū, & allegat d. le. qui per salutem. ff. de iureiur. suprà in princ. huius. §. allegatā.

Similiterq; licet semel ordinatus nec possit, nec debeat iterum ordinari. §. breuiter. 1. q. 7. tamen si non rectè aut legitimè ordinatus fuerit, potest ac debet iterum ordinari, c. qui per illicitam, eijsdem q. & caus. & ibi gl. quæ id trahit ad electionem cuiuspiam rei non rectè factā, vt reiterari possit, & ibi quoq; Arch. quia, vt hic dicit, cùm nō tenuit electio, perinde est ac si facta non fuisset, per l. 2. ff. de opt. leg. Sed nos de hoc alibi pleniùs dicemus.

Et illud itē, quod olim apud antiquos Romanos moris fuit, vt prima hostia non litante, altera ac tertia ac deinde plurimæ, donec litatum foret, adhiberentur. Vnde cùm Paulus Aemilius bellaturus aduersus Perseum sacrificās nō litasset vsq; ad vicesimam hostiam, in vicesimaprima apparuerunt signa victoriam promittentia, vt tradit Plutarchus in vita ilius. Nam & Tullius lib. 2. de diuination. ita scribit, Cùm enim tristissima exta sine capite fuerunt, quibus nihil videtur esse dirius, proxima hostia litatur sæpe pulcherrimè. Et non multò pòst. Qui tandē euenit, vt litetur alijs, alijs non litetur? Quę autem incōstantia deorum est, vt primis minētur extis, benè promittant secundis? Et Liuius 3. decadis lib. 7. Immolasse eo die quidem memorię prodidere Cos. Marcellum: & prima hostia cæsa, iecur sine capite inuentum, in secunda omnia apparuisse, quæ assolent. Et v. decadis lib. 1. Cn. Cornelio, & Q. Petilio Coss. quo die magistratum inierunt immolantibus Ioui singulis bubus, vti solet, in ea hostia, qua Q. Petilius sacrificauit, in iecinore caput non inuentum. Id cū ad senatū retulisset, boue perlitare iussus. Et paulò post alter Cos. curā adiecit, qui se ꝙ caput iecinori defuisset, tribus bubus perlitasse neganit. Senatus maioribus hostijs vsq; ad litationē sacrificari iussit. Hucq́; ēt spectat illud eiusdē 4. decadis lib. 5. in prin. primisq́; hostijs perlitatum est. Et quod scribit Suetonio in Iulio Cæsare c. 81. Deinde pluribus hostijs cęsis cùm litare non posset, introijt curiam spreta religione. De quo etiam Plinius lib. 11. c. 27. scribit nō semel, sed bis ipsi Cęsari sacrificāti cor in extis defuisse. Lucius autem Florus lib. 4. tradit eum cētum victimis perlitare non potuisse. Suetonius quoq; (vt ad eum redeamus) in Augusto, c. 95. circa Perusinm sacrificio non litante, cum augeri hostias imperasset, &c.

Hucq́; spectare videtur illud Virgilij lib. 3. Aeneid.

Rursum in successu longo sub rupe cauata,
Arboribus clausi circum, atq; horrentibus vmbris
Instruimus mensas, arisq́; reponimus ignem:

Quem locum enarrans Seruius, fit autem (inquit) iteratio hæc secundum rationem sacrorum. Nam displicuisse prima ex prodigijs iudicatur. Sed & idē in eum locum ipsius Virgilij lib. 8. eiusdem operis

Intereà sacra hęc (quando huc venistis amici)
Annua, quæ differre nefas, celebrate fauentes.

Anniuersalia (inquit) sacrificia ideò nō differūtur, quia nec iterari possunt. Nā calēdaria, si qua fuerint rōne dilata possunt repeti, nec piaculū eorum inter missione cōmittitur. Nec pręteramittendum, quod idem Seruius alibi in eundem librum eiusdem operis enarrans eum locum,

- & cæsa iungebant fœdera porca,

Scribit in omnibus sacri fœminini generis plus valere

victimas

victimas. Deniq; si per marem litare non possunt, succidanea dabatur fœmina. Si autem per fœminam non litassent, succidanea adhiberi non poterat.

Illud enim sciendum est, has secundarias hostias succidaneas dici, quasi succedaneas. E, litera per morem compositi vocabuli in I, literã commutata: quoniã.s. si primis hostijs litatum non esset, aliæ post alias ductæ cædebantur, quæ quasi prioribus iã cęsis luendi piaculi gratia subdebantur, & succidebantur, vt scribit Aulus Gellius libr. 4. Noctium Atticarum c. 6. & Festus Pompeius, in verbo, succedanea, & eorũ nomine tacito, vt assolet, Cælius Rhodiginus lib. 3. Antiquarum lectionum. c. 6.

Nec apud Romanos tantùm de quibus intelligunt superiores scriptores, sed & apud Lacedæmonios quoq; id obseruatũ fuisse cõperimus, vt si primis hostijs litare nõ possent, rursus immolabãt, donec litarẽt. qđ videre licet ex Plutarco, teste quidẽ locupletissimo in vita Aristidis.

Adde ꝙ apud ipsos Romanos, vt ad eos redeamus, si quando votum Dijs non rite factum esset, de integro faciendum erat, vt videre licet apud Liuium, 3. deca. libr. 2. cuius hęc verba sunt, Qui inspectis fatalibus libris retulerunt patribus, ꝙ eius belli causa voti Marti foret, id non rite factum, de integro atq; amplius faciẽdum esse. Quin ex eodem autore cùm ferię Latinæ non rectè factæ fuissent, denuo instaurabantur. Eius in eam rem verba ex 5. Decad. lib. j. hęc sunt: Latinæ feriæ fuere ad diem 3. Non. Maij, in quibus, quia in vna hostia magistratus Lanuuius precatus non erat P.R. Quiritium religioni fuit. Id cùm ad Senatum relatum esset, Senatusq; ad Pontificum collegium reiecisset, pontificibus (quia non rectè Latinæ factæ essent) instauratis Latinis placuit Lanuuinos, quorũ opera instauratæ essent, hostias præbere. Et simile quippiam tradit ipse Liuius de ludorum magnorum instauratione. 1. deca. lib. 2. Sed hæc omnia superstitionis magis, q̃ verę religionis esse semper putaui.

Nec interim omiserim (facta quę vocant) atq; somnia vnis ac primis nuptijs non cõsumi. si credimus Artimedoro Daldiano lib. ὀνειροκριτικῶν. 2. capi. 12. Cum (inquit, Gręcè quidẽ sed in hũc sensum) quispiã sibi puellã despõsasset, ac in somnijs sibi visus fuisset sedere sup pariete, atq; ex ipso ex anteriore parte decidere, quidã somniorũ interpres, vxor tua (inquit) scortabitur, & vt dici solet, cornua tibi faciet. Quamobrẽ is recusauit diutius matrimonium perficere, sed vix tãdem amicorum suasu sponsam illam suã duxit in vxorem, eamq; obseruãter & anxiè obseruabat, & illa quidẽ sine vlla impudicitiæ macula, anno exacto decessit. Verũ ille existimans somnij illius pręsagiũ cõsumptũ eẽ, aliã vxorẽ duxit, quæ fœminas oẽs impudicitia prætergressa est, atq; ita somnij fatũ impleuit.

Quæ somniorũ mentio meminisse me facit cuiuspiã somnij & ad hũc quoq; locũ pertinẽtis. Astyages ille postremus Medorũ rex somniauit ex genitalibus Mãdanes filiæ tũc prægnãtis vitẽ enasci, quę oẽs occuparet Asiam, quod somniorũ interpres affirmauit id portẽdere, vt proles eius filiæ regnaret: quod ęgrè ferens Astyages iussit puerũ, quẽ filia pareret, interimi. Sed id periculũ fato quodam euasit puer, cui posteà Cyrus nomẽ fuit: cumq; crederetur esse filius pastoris, essetq; iã decennis, atq; vnà cũ pueris æqualibus luderet, cæteri pueri illum in regẽ sibi delegerũt, quibus munus quippiã aut magistratũ, vti cæteri reges, demãdauit, ꝙ si imperata non fecissent, multis verberibus afficiebat. De qua re a parentibus puerorum querela Astyagi delata, is accersito ad se puero & interrogato, cum nihil mutato vultu respondisset, se vt regẽ delectum fecisse, cùm dicto audientes esse noluissent: quod cùm Astyages ad Magos illos somniorũ interpretes retulisset, ita rem interpretati sunt, tanquam Astyages esset illo somnio, defunctus agitato iam inter pastores regno, nec illũ iterũ regnaturum. Quod tamen posteà longè aliter euenit. Nam Cyrus Astyagem regno priuauit, idq; sibi asseruit, illo Hyrcanorum gẽti proposito, vti relatum est ab Herodoto lib. 1. Iustino lib. 1.

Hanc limitationem nõ iniusta rõne possit quis declarare, vt ꝓcedat, nisi si quis primũ actum inutilem & prohibitum scienter fecerit: neq;.n. posteà ad suum ipsius cõmodũ, poterit alium actũ vtilẽ facere. Verbi grãtia, in casu d.l. hęc conditio. ff. de condit. & demon. si quis illicitas nuptias, scienter, vt diximus, cõtraxerit, tũc.n. non iuuať per alias nuptias, vt dicit Bart. in ea ipsa l. hęc cõditio. per l. matrimonij. ff. qui & à quib. imò puniri debet ob primas illas nuptias. l. qui contra legum præcepta. & ibi not. C. de incest. nupt. Neq;.n. æquitas qua innititur ea lex, iuuare põt nec debet delinquẽtẽ. & sequitur Bened. Plũb. in d.l. matrimonij, & Imo. in d.l. hęc cõditio, addẽs & hãc rõnem, ne sit melioris cõditionis delinquens, q̃ non delinquens, contra le. non solũ. ff. de noxal. & c. cum qui, de præben. lib. 6. nisi (inquit Bart.) vt ad eũ redeamus, si secũdò cõtraxerit, & quidem licitè, cum eadem cum qua primum illicitè contraxerat, tunc enim confirmatur, diciturq; idem matrimoniũ. l. dotis promissio. ff. de iure dot. & facit (inquit) l. inter socerum. §. vlt. ff. de pact. dotal.

Verùm Raph. Cum. in d.l. hęc conditio, dicit sibi non placere dictũ Bar. quod innititur d.l. matrimonij. ff. qui & & à quib. quia ea lex non negat, quin posteà possit manumittere, vt eã ducat, sed vi primę manumissionis nõ efficitur libera, quia secundum non fuit causa manumissionis. Cui statim occurrẽs Soc. dicit ibi nõ probari, quod dicit Raph. & potius præsumendum esse manumissionem fuisse factã in casu, quo esset valida, nõ aũt inualida & ꝓhibita, arg. l. quoties ff. de rebus dub. & l. meritò. ff. ꝓ soc. Nisi inquit, diceremus sequẽdo Raphael. actũ sequentem matrimonij, ostendere cuiusmodi fuerit voluntas in præcedẽti manumissiõe, arg. le. si seruus pluriũ, ĩ fi. ff. de leg. j.

Porrò illam Bar. sententiam confirmat, ꝙ aliàs cum is qui primũ actum fecit inutiliter, in culpa fuit, non potest illum posteà iterare, vt respõdit Bal. loquens de inutili acceptatione beneficij, consi. 228. per sanctissimũ, lib. 4. per l. 1. §. quæsitum. ff. quand. de pecul. act. est annal. & alia iura ibi allegata. Cui adde & tex. id bene probantem in c. cõmissa, & ibi Petr. Anch. col. 1. in 5. not. de elect. lib. 6.

Nam qui scienter eligunt, vel postulant indignũ, amittunt facultatẽ iterũ eligendi. c. gratum, de postula. prȩlata & c. bone, le 2. & c. cũ in cunctis. §. vlt. & c. innotuit, & c. cùm Vintoniensis. §. vlt. & c. scriptum, de electio. & cap. quanquam. & c. si electio, supra allegato, in verbis occultum eius vitium, & ibi gl. in verbo. occultum, & ca. si cõpromissarius, versi. si verò eligat, eod. tit. lib. 6. cum alijs infinitis similib. & nemo dubitat in electionibus, quæ fiunt à personis ecclesiasticis.

Sed an id procedat in ijs quę fiunt à laicis, dubitat Bar. in l. cùm quidam ita fideicommissum, col. 1. versic. qui in electionibus. ff. de leg. 2. At Imo. in d.l. serui electione, in fi. prin. dicit fortè aliter dicendũ in illis, cùm in pœnis fieri nõ debeat extensio. c. cùm in pœnis, de reg. iur. in 6. Et ideò (inquit) in simili in c. cũ vos, de offi. ordin. patronus laicus, qui sciẽter pręsentauit indignum, non priuatur potestate pręsentandi, quod monet menti esse tenendum.

Verùm contra eã sñiam est tex. in §. si quis aũt oratorij, in auth. de sanctis. epis. vbi hoc casu deuoluitur potestas eligẽdi ad superiorẽ, quẽ text. citat gl. in d. c. cũ vos, in verbo, minùs idoneè, in fi. & alius tex. in d. le. cũ quidam, & ibi gl. in verbo, qui offenderint, in princip. & ipse Imo. qui & hoc nuncupatim tangit, col. 1. versi. item not. quod vbi. ff. de leg. 2. & sentiunt oẽs vbiq;, dũ tractant an eligẽtes possint variare, & alterum eligere, tenent indistinctè nõ posse, si scienter indignum elegerint, & inter cæteros Alb. post Pet. in l. 1. col. vl. versi. & quantũ ad præsens. ff. si quis in ius vocat. & in l. eũ qui certarũ, col. vlt. ff. de verb. oblig. vbi allegat d. §. si quis autẽ oratorij, Bart. & cæteri, præter Imo. vt iam diximus, in d.l. serui electione. ff. de

lega. 1. vbi hoc Franc. Areti. expressim tractat. Quanquã & ipse Imo. in d. l. cùm quidam, postquã tenuit hanc postremam opi. vt dictum est suprà, tamẽ posteà, in versi. in gl. non offenderint, videtur nutare, quia ille tex. in d. §. si quis autem oratorij, loquitur in pia causa, quam nõ licet (vt dicit) extendere ad alias causas non pias.

Deniq; si quis etiam aliter q̃ eligendo, indignũ scienter malè elegerit, vt d. l. serui electione, voluerunt Bar. & Bal. vterq; col. 1. & Alberic. col. 2. versi. si verò tenuit. ff. de lega. 1. Petr. Ancha. in d. ca. si compromissarius, col. 2. versi. vltimò quia tex. dicit, & omnes prope, per l. 3. in fi. cum l. seq. ff. de opti. lega. super quo tamen Franci. Aret. in d. l. serui electione col. 2. versi. tertiò adde inquantum, dicit cõsiderandũ esse, an electio ita sit nulla vt nullũ pariat effectũ, & tunc indistinctè possit eligens variare, d. l. 2. §. 1. ff. de opt. lega. vbi simpliciter dicitur, q̃ qui elegit rem alienam vel hominem, potest iterum eligere, nec distinguit an scienter elegerit, nécne, vt distinguitur in le. 3. vt mox dicemus. An verò electio rei quæ eligi non potuit, fuit valida, & tunc quia electio habuit effectum, non potest iterum eligere, d. l. 3. & l. 4. eo. tit. nam in d. l. 3. electio quę facta est de aceto nõ valebat, quia erat legata optio vini, & non aceti: si tamẽ scienter legatarius eligat acetum, & hęres consentiat electioni tacitè vel expressè, non poterit legatarius variare, quia aliud pro alio volente creditore solui potest. le. 2. §. appellata. ff. si cert. pet. In d. autem l. 4. valuit electio, licet omnes res non fuerint exhibitæ, quia legatarius scienter potest renuntiare iuri suo, & ideo ibi distinguitur ignorans à sciente. Et ex his (inquit Are.) verificatur singu. doctrina Io. Monachi, Archid. & Io. Andr. in c. ne captandæ, de conce. præb. lib. 6. de qua dicemus infra. in 20. limita. vbi videre poteris.

Et ad superiora quoq; facit, qui sciẽter sibi elegerit viã incõpetentẽ, sibi ita preiudicat, vt variare ei non liceat, p l. Paul. ff. de bon. liber. & l. eum qui, & le. contra maiores. C. de inoffi. test. & voluit Alber. post Iacob. Butrig. in l. cũ indebitum. §. 1. de condict. indeb. Et idem dicitur de eo qui scienter accipit fideiussores non idoneos. vt l. si ab arbitro. §. 1. ff. qui satisd. cog. & l. 3. ff. de fideiussor.

Sed Et Secundò hanc limitationem declara, vt. s. sermo simpliciter prolatus intelligatur de primo actu valido, cùm ad ius fit relatio. Si aũt fiat ad merum factum, intelligitur de primo actu qualitercunq; consummato, & inualido, per l. fideicõmissa. §. si quis decem. ff. de legat. 3. Ita n. voluit Bal. in l. qui per salutem, in prin. ff. de iureiur. Et ad hoc pertinent iura quę dicunt sufficere conditionẽ fuisse completã de facto, etiam si non duret, aut nullũ effectum sortiatur. l. si quis hæreditarium, aliàs, mulier. §. 1. & ibi Bar. ff. de cond. insti. & l. Mæuius, in prin. & ibi Bar. ff. de cond. & demon. & l. quidam cùm filium. ff. de verb. oblig. De quo tu omnino videas Bal. in rub. C. de insti. & substi. in fi. & in l. 1. col. 5. versi. quæro nunquid sufficiat. C. de his quę pœnæ nomi.

Declara item tertiò, vt per primum actum inualidum non consumatur dispositio, qñ tractamus de iure quęsito conseruando. per d. le. qui per salutẽ. ff. de iureiur. At cùm quærimus de nouo iure quærendo, primus actus etiã inualidus consumit dispositionem, vt videre licet ex d. l. matrimonij cã. ff. qui & à quib. vbi quærebatur de libertate acquirẽda. Et ita nũcupatim voluit Iac. Butrig. in d. le. qui per salutẽ, & ibi Alber. circa medium, & Bar. in 2. opposi. Ang. Saly. in vlt. oppo. & Ias. in fi. & Bene. Plumb. in d. le. matrimonij. ff. qui & à quib. Soc. in d. l. hæc conditio filię col. vlt. in fi. ff. de cond. & demonst. vbi tamen dicit facere contra posterius membrum, tex. in d. l. hæc conditio, vbi tractatur de iure quęrendo, & tamen dispositio non consumitur per primũ actum inualidum. Nisi (inquit) dicamus, q̃ id ibi procedit ex benegnitate in vltimis voluntatibus, & relinquit cogitandum. Sed & tu vide quæ dicam infrà in 13. limita. & 22. Illud autem scio semper aliàs ius quęsitum facilius cõseruari, q̃ ius nouũ acquiri, vt videre licet ex multis in eam rem collectis à Barb. consi. 3. scribitur pulchrè, col. 3. vers. nec ob. cũ dicebatur. & iterũ col. 5. ver. item do. Ant. ibi, lib. 1. & consi. 8. scribitur præclarè, col. 5. versi. & mirum est, eo. lib. 1. & consi. 20. scribitur apud propbetã, col. 2. vers. & est diligenter, eod. lib. 1. consi. 40. pręclarè scribitur sapientiæ, col. 5. vers. & ideo tollitur, eo. lib. 1. & latiùs cons. 41. illud afferã, col. 7. vers. facit quod pulchrè, & iterum. col. 16. vers. itẽ est ponderãdũ, eo. lib. 1. & consi. 19. præclarè scribitur 1. col. vlt. lib. 2. & consi. 34. pręclarè optimus, col. vlt. eo. lib. 2. & consi. 59. illud in modũ, col. 7. vers. capio modò aliam, eo. lib. 2. & consi. 13. à Ioue principium, col. 6. vers. pręterea faciat, lib. 3. & cons. 19. vbi CHRISTVS, colũ. 7. vers. istud non facit, eod. lib. 3. & consi. 21. à Ioue principium, col. 5. vers. ad secundũ dubium, eo. libr. 3. & consi. 62. illud afferam. col. 2. versi. tertiò erat ecclesia. eo. lib. 3. & consil. 66. illud in medium, col. vlt. eo. lib. 3. Fely. in c. quæ in ecclesiarũ, col. 19. versi. & ista consideratio, de constit. & Ias. consil. 256. an rex Romanorum, col. 3. versi. cum ergo imperator, & seq. lib. 2. & Phili. Dec. in l. seruus, circa mediũ, ver. tertiò regula procedat. C. de pact. & consi. 169. consultus col. 4. versi. & hoc pręsertim. & à nobis latissimè commẽtarijs consuetudinem Pictonicarum tit. 2. §. vlt. in gl. 4. vt interim omittam quæ & nos de hac re scripsimus in cõmentarijs legis si vnquam, in verbo, donatione largitus, nu. secundę edition. 180. incip. sed hoc tamen. C. de reuo. dona. & in nostris legibus connubialibus glo. 5. vltimæ editionis, in verbo. contractus, nu. 31. illud igitur.

Declara quarto, vt ꝓcedat in eo, qui iure suo aliquid facit. nã si inutiliter facit, potest iterum facere: secus si iure alieno, siue tãquam minister alterius, vt videmus in iudice ordinario, qui si inutiliter iudicauit, post iterũ iudicare vtiliter, nõ ẽt iudex delegatus, vt not. in le. iudex posteaquam, & ibi gl. & doct. ff. de re iudica. & in l. si vt proponis, la 1. & ibi Bald. co. 3. versi. secundò op. & vers. item iurisdictio. C. quomo. & quan. iud. & in l. qualẽ, in fi. ff. de arbit. & in l. absentẽ. ff. de pœnis. & in c. cũ terra, de electi. & in c. significasti, de offi. de iud. deleg. & per Inn. in ca. in literis, col. 1. & ibi quoq; Io. And. in verbo, fructus, eo. tit. Io. Mon. in c. cũ expediat, col. 1. versi. itẽ qui facit, de elec. lib. 6. & in c. si tibi, ad fi. de præbend. libr. 6. & doct. vbiq;.

Sed quod dictum est de iudice delegato, vt etiã si inutiliter iudicarit, nõ possit iterum iudicare, intelligit Inn. vti illũ nonnulli citant, in c. 1. de re iud. ꝓcedere, si ipse iudex delegatus malè iudicauerit per errorẽ iuris, secus autem si per errorem facti, vt quia credebat reũ fuisse citatum, qui tñ non erat citatus, tunc ẽt poterit denuo iudicare: vel si delegatus prouidet alicui de præbenda, quã credebat vacantem, putãs mortuũ eũ qui tenebat eam, cùm viueret, non impeditur prouidere de alia verè vacante, arg. l. error. C. de iur. & fact. igno. Et id sequitur Bar. in d. l. iudex posteaquam, in 1. oppo. ff. de re iudi. & Pet. Anch. in cle. 1. col. 2. venio ad quæstionem, eod. tit. vbi & idẽ dicit autoritate Hosti. si probabili errore iuris perperam iudicauit. & Paul. Cast. in l. cùm quærebatur, ante medium. ff. eod. tit. vbi id dicit elegans dictum.

Sed hãc distinctionẽ reprobat Bal. in d. l. si vt proponis la 1. col. 3. versi. opponitur & videtur. C. quomo. & quan. iudex. dicens eam nullo iure probari, nam iudex nõ tractat de dãno vel incommodo, de quo loquũtur leges facientes discrimẽ inter errorẽ iuris vel facti, neq; ẽt sua interest consumere mãdatũ, item (vt subdit) illa distinctio est cõtra casum d. l. si vt proponis, in qua iudex fuerat circũuentus in facto, habito respectu ad cõtinuationem, & tamen ibi expirat iurisdictio. Sed & illam distinctionẽ reprobat Imo. in d. l. iudex posteaquam, col. 4. vers. fallit ẽt quartò, & ibi Alex. col. 3. in 4. fal. Nec Inno. inquit, in d. c. 1. de re iudi. loquitur in sententia, sed in facto aliquo extraiudiciali, in quo siue erretur in facto, siue in iure, põt

ille

ille actus si non fuerit sortitus effectũ, iterari, de quo nos posteà dicemus in hac ead. limit. versi. incip. sed & aliter. Host. autem & Io. Andr. in d. c. 1. vterque in verbo, ipso iure, ita de ea re loquuntur, vt siue delegatus erret in facto siue in iure, possit actum extraiudicialem nulliter factũ iterare. Sed tu hic omnino vide quæ dicam infra in 21. limita. vbi & hac de re quoq; loquar.

Similiter qui pôt eligere iure proprio, si elegerit inutiliter, poterit denuo eligere, nisi scienter indignum elegerit. c. si compromissarius, de elect. lib. 6. iuncto ca. vt circa. eo. tit. & lib. Secus in eo qui habet eam facultatem nõ iure proprio, sed ex potestate ei ab alio tributa, vt probat tex. in d. c. si cõpromissarius. & voluit Bar. in l. 2. ff. de opt. lega. & in l. serui electione, in prin. & ibi latè Imo. Franc. Aret. Alex. qui alios adducit & Ias. ff. de legat. 1. Io. Mona. vbi suprà. Io. And. in c. gratia, ad fi. de rescrip. lib. 6. Alb. in d. l. qui per salutẽ, & ibi Paul. Cast. circa mediũ, & Ias. in 2. not. & gl. Host. Car. Flor. Ant. Imo. & Pan. in c. si electio, extrà, de elect. quos tibi adduximus alibi suprà in princi.

Et ad hæc quoq; vide Cy. in l. vlti. col. 2. vers. septimò quæro, & ibi Bal. col. 4. in 4. q. & Saly. col. vlt. versi. quęro 8. C. de contrahen. emp. Bar. in d. l. 2. §. 1. col. 1. ff. de opti. lega. Alberic. in l. serui electione, col. 2. versic. si verò alieno, & ibi quoq; Bald. col. 1. Imo. col. 2. Alex. colũ. vlt. Ias. col. 2. versi. intellige istam conclusionem. ff. de leg. 1. eundem Alberic. in l. 1. col. vlt. versi. & quantum ad præsens. ff. si quis in ius vocat. non ierit. & in l. qui per salutem, circa medium, & ibi item Bald. etiam circa mediũ. ff. de iure iur. Io. Andr. in c. gratia, ad fi. de rescrip. lib. 6. Card. Flor. in c. causam. in 3. opposi. 1. qõnis, & ibi Imo. in gl. vlt. de electio. Pet. Anch. in c. si compromissarius, col. 2. versic. vlti. quia tex. dicit, & ibi Domi. de elect. lib. 6. & in d. c. gratia. col. vlt. in fi. & ibi Philip. Franc. col. 2. nu. 9. de rescriptis. libr. 6. Francis. Aret. consi. 16. pręsupponitur in facto, colũ. vlt. in 2. dubio.

Verũ cõtra huiusmodi distinctionẽ videtur esse casus expressus in l. 2. ad fi. ff. de vacat. & excusat. muner. quem tex. in id ponderat Bart. in prin. ꝙ quando electus excusatur, vel remouetur, electio alterius loco ipso deuoluitur ad pręsidem remouentem vel excusantem, licèt ea electio primũ pertineret ad ipsos eligentes, per l. 1. §. solent, ff. quando appel. sit & l. 2. ff. ad municipal. & sic non possunt decuriones iterum eligere, quamuis iure proprio id ad eos pertineret, quod (inquit) est cõtra l. 2. de optio. leg. Sed vt subdit, ille electus fuerat per ipsum præsidem. Verùm hæc diuinatio est, vt scribit Fran. Are. in d. l. serui electione, col. 2. versi. extra gl. tractat. ti. de leg. 1. ideò aliter, vt subdit, dici posset, scilicet ꝙ si superior ex officio, non via ordinaria appellatiõis remouet electum, potest & ex officio subrogare aliũ, vt euitetur circuitus, sicut dicitur in clem. auditor, de rescript. In alijs autem casibus procedat d. distinctio, & hoc est (inquit) singularis limitatio ad prædicta. Quando autem quis dicitur aliquid facere in re ꝓprio aut alieno, ne tu lector ignores, id disces ex Bar. in d. l. 2. §. 1. col. 2. versi. sed iuxta prędicta, & iterum vers. quæro qualiter. ff. de optio. lega. Card. Floren. in d. ca. causam, vbi suprà citauimus, de electio. Petr. Ancha. in d. c. si compromissarius, colum. 2. versi. sed iuxta prædicta, eod. titul. libr. 7.

Sed & aliter poteris limitare, vt qui elegit vel quicquã facit iure alieno, nõ possit iterũ facere, et si inutiliter primũ fecit, vt ꝓcedat in iudicialibus, per d. l. si vt proponis. & l. si pręses. C. quomo. & quand. iud. nã is statim desinit esse iudex. l. qualẽ. in fi. ff. de arbit. At in actibus extraiudicialibus siue ille qui fecit, sit ordinarius, siue delegatus, si nõ tenet quod fecit, vel si non bene fecit, vel aliàs effectũ non habuit de iure, tunc illud poterit iterum rectè facere. Et de ordinario quidẽ cõstat, ex c. cùm in terra. de electio. Et de legato ex c. significasti. de off. deleg. Et videtur hæc distinctio probari in d. le. qualem. §. vlti. ff. de arbit. & in c. relatum, de præbend. vt à nonnullis citatur.

Et hæc quidẽ est Inn. sententia in c. in literis, ante medium, de offi. deleg. quem ibi sequuntur Host. Ioa. Andr. Bal. paulò post medium. Card. Florent. in 3. q. Anto. col. 2. versi. ad secundum. Imol. col. 2. versi. ad secundum, qui dicit menti tenẽdum. Fel. col. 3. vers. octaua limita. ipsi Hosti. & Io. And. clãculum in c. 1. in verbo, ipso iure, de re iudi. Compost. propè ad uerbum, in c. capitulum, colũ. 19. versi. item quid si collatio. de rescrip. Oldr. consi. 295. orta materia. col. 2. versi. ad id quod dicitur. Alberic. in l. iudex posteaquam, in prin. & ibi Imo. col. 4. vers. fallit quartò. ff. de re iudica. Bald. in l. qui per salutem, ante medium. ff. de iureiur. & in l. vlt. col. vlt. versic. quartò quæritur. C. de eden. vbi tamen pulchrè declarat, vt ibi videre poteris & in d. l. si vt proponis, colu. 3. versi. & hęc faciunt. & ibi Ang. ad fi. C. quomo. & quand. iud. & idem Bald. in l. vlti. col. 4. in 3. q. & ibi Salyc. in 8. q. C. de contrahen. empt. & Fran. Aret. in d. l. serui electione, in prin. col. vlt. vers. quartò adde. ff. de leg. 1. vbi tamẽ id dicit communiter intelligi, secundum ea quæ dicam infrà in 6. limitat. versi. incip. huc item spectat.

Declara quintò in dispositionibus, siue prouisionibus compẽtẽtibus iure primo, siue primario, ac proprio (quod aliter accipio ꝙ̃ in pręcedenti declaratione, vt intelliges ex his quæ nũc subijciam) Secus si iure deuoluto, v. g. in casu c. si electio. de electio. lib. 6. de quo diximus suprà in eadem limita. versi. incip. & alius item tex. Si electio primum facta à canonicis non sortita est effectum, quia electus dissentit, vel renuntiat, vel moritur, poterunt primi eligentes iterum eligere. Quòd si superior iure deuoluto elegit, & electus dissentit, vel renuntiat, vel moritur, non poterit iterũ eligere, sed ad canonicos redit electio, vt voluit gl. in d. c. si electio, in verbo, integrũ, per id quod voluerunt gl. Tancre. & Hosti. in c. ne pro defectu, extrà de elect. negligentes esse priuatos tantũ ea prima electione, quę occurrit. Et eã gl. in d. c. si electio, sequitur Pet. Anc. ibi in 4. not. & Dom. col. vlt. ver. in ea gl. & ibi, & itellige.

Declara sextò vt procedat, cum quis exercet actum sibi de iure communi competentem, tunc enim si inutiliter exercuerit, poterit denuo exercere: secus si iure speciali. Ita enim voluerunt Ang. & Gul. Cu. in d. l. qui per salutẽ, & ibi post eos Alberi. ante finem. Nam vt hic dicit, faciliùs tollitur ius speciale, quàm ius commune. §. quia verò verisimile, in auth. de non alien. Cui adde & alium tex. in l. eius militis. §. 1. & ibi gl. in verbo, quocunq; modo, Bart. Bal. & Ang. ff. de milit. testa. cum alijs concord. à me traditis in tracta. cessante causa cessat & effectus, limi. 11. nu. 4. incip. vnum vt dicit.

Declara septimò, cũ actus primus nullus est, & inutilis ob omissam formã, vel solennitatẽ, tunc. n. is iterari poterit: secus autẽ si peccatũ sit in materia: tũc. n. amplius iterari nõ poterit. Ad quod citari solet à plerisq;, quos mox subjiciam, tex. in l. quid tñ, & leg. si de pluribus. ff. de arbit. vbi si ab arbitro nõ fuerit seruata forma mandati, nõ expirat mandatum, quin possit iterũ arbitrari. Quod & seruãdũ est iudice delegato, arg. l. nõ distingueremus. §. de officio, eod. tit. iuncto c. cùm abbas, de offic. deleg. & l. à diuo Pio, in prin. ff. de re iudica. Nam eadem est, vt inquiũt plurimi, in vtroq; ratio.

Et ita quidem voluerunt Iacob. Ra. & Oldr. in d. l. iudex posteaquam, & ibi Ang. in fi. Imo. col. 3. versic. fallit tertiò, Paul. Ca. in prin. Alex. col. 3. versi. tertiò fallit. ff. de re iudi. ipse Oldr. consi. 295. orta materia quæstionis. col. 2. vers. ad id quod dicitur. Cyn. in le. si accusatoribus. in 2. opposit. & ibi quoq; Iaco. But. & Saly. ad fi. C. de accusat. idem Cy. post Pet. in l. vlt. in 7. q. & ibi Salyc. in 8. q. C. de contrah. empt. & ipse Cy. in l. si vt proponis, la 1. in 1. opposit. & ibi ipse Iacob. Butrig. & Bald. col. 3. versic. opponitur & videtur. & Sal. C. quomodo & quando iud. Alberi. post Petr. à Bellaperti. in l. 1. col. ult. uers. & inquantum

ad prę-

ad præsens.ff.si quis in ius vocat.non ier.& in l.serui electione,in princip.col.1.in versic. sed pone quòd collata, & ibi quoq; Bar.col.1. Bald.col.2. post alios,Imol.col.2. & Alex.col.vlti.Iacob.Aret.alius Iacob.Rauen.& Oldr. in d.l.iudex posteaquàm & ibi, & iterum paulo post Alber.post medium.Ang. in fin.Imol.col.4.versic.fallit tertiò.ff.de re iudica.Bart.in l.in proposita, quam legit cum l.si societatem.§.arbitrorum, colum.2.versicul.quæro si iniquè.& ibi Alber.in fin.ff. pro socio, & in l.qui arbiter. ff.de arbitr.& in leg.qui per salutem,circa medium,& ibi Paul.Cast.post medium.ff.de iureiur.& idem Bald.in c.in literis,circa medium,de offi.deleg. vbi id dicit esse notandum.Card.Floren.& Imo.in c.causam. ille colum.2.in t. opposit.1.q.& iterum in 3.opposit.eiusdem quæstio.hic super gloss.vlti.extrà de electio.Petr.Anch.qui & hoc dicit procedere etiam in eo qui scienter malè elegit, in ca.si compromissarius,col.2.versi.item quod dixi, de elect.li.6.quod et notãdũ ad ea quę dixi suprà in hac ead. limitat. versic.deniq; si quis etiam.& Paul. Cast.in l.cùm quærebatur,post princ.ff.de re iud. Imol.in le.si expressim,col.11.versi.& hæc procedunt.& iterum versi.sed iuxta prædicta.ff.de appella.& Pan.in d.c.in literis,col.2.versi.ergo putarem,& ibi Fely.col.t.versi.tertiò fallit de offi.deleg. & ipse Panor.in c.qualiter & quando. le 1.col.2.versi.aut non transiuit, de accusat.

Sunt tamen qui tenent contrarium in iudice, per d.l.si vt proponis,& d.c.in literis,nec ad eum trahi debere d.l.quid tamen, loquentem de arbitro, & inter hos Io.And. in d.c.qualiter & quando,le 1.& ibi Calder. & Ant.de accusa.& Imo.sibi contrarius in eo ipso ca.in literis,de offi.deleg.Sed Alex.in d.l.iudex. col.3.in 3.fallen. dicit eandẽ esse vtriusque rationem & arbitri & iudicis delegati,vt suprà diximus,& in proposito videnda esse quæ not. Bart. in l.2.ff.de opti.leg. & per Ray. & alios in l.serui electione.ff.de legat. t.

Sed quicquid sit de ea re,tñ si ex defectu formæ,vel solennitatis ij,qui actum cum fecerunt,sunt ipso iure priuati potestate eiusdem actus faciendi, non eum poterũt iterum facere. Licèt secùs si sunt tantum priuandi, per c.cũ terra:in fi.de elect.quod loquitur de actu eligẽdi, idq; ad hoc dicit not.Rom. consil.383.dubitatur primò,colũ.3. versi. secũdò si quis dixerit.vbi & id dicit voluisse Doct. in c.publicato,eod.tit.licèt illum tex.non allegant,& nos quoq; diximus in d.l.si vnquam,vbi suprà,nu.380.incip. quadragesimum quod precedenti.Et vide Host. in ca.1. col.1.in verbo,ipso iure. de re iud.

Declara octauò, vt scilicet is qui actum fecit nullum, possit iterum & eum ipsum validum facere,vt procedat, si nullum est ipso iure, secus si ope exceptionis, vel officio iudicis est emendandum, tunc enim non poterit eũdem iterare,vt voluit Bal.loquens in iudice, qui nulliter iudicauit, in l.vlt.colum.t.in 4.q. C.de contrahen.empt. per no.in l.in proposita.ff.pro soc.& ante eum Dy.prout allegant Alb.in l.serui electione, col.1.ff.de leg.1.& Cy. in d.l.vlt.col.2.in 7.q.C.de contrah.emp. vbi tamen dicit id non placere Petr.à Bellaperti. Et idem voluerunt alij, quos tibi citaui in d.l.si vnquam, in verbo, reuertatur,nu.174.incip.trigesimumseptimum,cùm non tenet.Ex quibus etiam intelliges,ita id procedere,vt etiam iudex possit ferre sententiam contrariam priori suę sententię,quæ ipso iure nulla erat,per l.1.C.de senten. quę sine cert.quãti.licèt aliàs facere non posset.l.t.C.quan. prouo.non est necess.vbi id annotat Saly.col.2.in 10.oppo.& Fely. in c. inter monasterium.ante fi. de re iud.

Simile autem est quod publicato scrutinio electores poterunt variare,& iterum eligere, si electio est ipso iure nulla,secus si non esset nulla ipso iure, sed poterat annullari,quia tunc variare non poterunt, vt voluit Inn.in d.c.publicato,in princ.& ibi quoq; Host. col.2.in verbo, nequeunt,& Bald.col.pen.ver.quæro,dicitur hic,& Pan. col.vlt.versi.vlterius quero,& penè omnes de elect.cum alijs multis concord.quę & nos coegessimus in di.le.si vnquã,vbi suprà,nu.375.incip. trigesimumoctauum quod est, vbi etiam videbis numero. sequent.quomodo id intelligendum est.

Secunda Limitatio.

Secundo limitat Fely. in d.c.2. col.3.versi.fallit secundò,de treug.& pac.non procedere hanc nostram regulam,vbi simplex sermo profertur in materia,quæ cõsuetudine regionis requirit iterationem , per id quod dicit Bald.in l.1.col.2.ver.pone ꝙ testator.C. de fidei.ꝙ si testator iussit hæredem vestire vxorem viduam, certè id intelligitur,dum in viduitate permanserint, ex qualitate psonæ.l.plenũ.§.equitij.ff.de vsu & habita.nec sufficit ꝙ det vnum vestimentum pro tota vita ipsius viduæ , sed quolibet anno , quia de more est vt vestes quolibet anno renouentur, & talis est communis consuetudo testatorum,arg.illius l.1.Hæc ille.

Quem,vt id addas Fely. nuncupatim sequitur Roma. sing.291.incip.legauit viduæ maritus. & Alex.qui id dicit valde signandum,quia sæpè accidit in facto, in d.l.diuortio.§. quod in anno. quem legit cũ §.ob donationes, col.pe.versi.secundò limita,& ibi quoq; Ias.col.item pe. versi.11.facit illud.ff.solu. matr.& idem Ias.in d.l.in duobus.§.si is qui,col.2.in 8.simili.ff.de iureiu.& Catel.Cot. qui hoc dicit sing. in memor.incip. legatum quod vxor, & Alcia.in hoc nostro §. hoc sermone.

Sed aduerte lector, ꝙ in hac Baldi specie tria concurrunt,propter quæ id videtur ꝓcedere : primum qualitas personæ siue subiecta materia, deinde mos regionis, postremò testatorũ cõsuetudo,quę omnia ponderat Bal.in d.l.1.vt nõ mirũ sit, si tot concurrentibus ea sñia procedat:nam & in fortiori casu Ant.cõsi.39.casus, Titius qui dã testator.in t.dubio,ex facto respõdit,ꝙ si pater habitationẽ domus, filię, cũ vidua erit,reliquerit,ea si tertiò & quartò vidua fiat,legatũ consequetur ex subiecto.& argumento,nẽpe cũ hæc verba sint generalia,& ad rem ex suapte natura reiterabilẽ referãtur, per le. si ita stipulatus fuero à Seio.ff.de fideiusso.& alia quę ibi allegat,& sequtur etiam Alcia.in hoc §.hoc sermone. Et vide quæ dicã infrà,in 14.limit.ver.led & huc accedit.

Tertia Limitatio.

Tertio limitat Fely. non procedere in materia fauorabili,& quę benignam interpretationem recipit, qua in re non sequar ordinẽ ipsius Fel.sed primũ pro hac limitatione tibi citabo tex.in l.hęc conditio filiæ, ad fi.in verbis,benignè tamen dicendum est.ff.de cond.& demonst. quem tex.in id ponderat Franc.Aret.in l.serui electione, in fi.prin.ff.de leg.1. vt in illo casu actus reiteretur ex benignitate,fauore vltimę voluntatis:& sic, inquit,regulariter esset oppositum,nisi esset tantus fauor, super quo vide quę dicam infrà in 18. limit.

Sed in hanc sñiam est text.in l.placet,cũ seq.ff.de libe. & posth.vbi si quis instituit posthumũ hæredẽ, nõ vtiq; is solus institutus videt, qui ex ea quã habet, vxore,ei primũ natus est,vel is qui tuc in vtero est : verũ & is quoq; qui posteà ex quacũq; vxore nascetur, quod glo.ibi dicit mirabile,propter fauorẽ institutionis, & testamenti conseruãdi:aliàs aũt secus esset per hũc notũ § .hoc sermone.Ex quo intelligis ex sñia illius gl.nõ esse locũ huic nostræ regulæ in fauorabilibus. Et ea gl. sequũtur respectu fauoris testamẽti.Bar.Alb.Raph.Comen. Pau.Cast.post mediũ,ipse Alex.cõl.2.versi.nec obstat d.§.hoc sermone. & idẽ Bar.in l.si ita.ff.de aur.& arg.leg.idẽ Alex.in l.qui filiabus,in prin.col.2.vers.addo ꝙ ẽt hoc, & ibi quoq; Ias. col.vlt.ff.de leg.1.& Calca.consi.20.ista qõ habet tria,colũ.t.versi.ista tamen regula,vbi eam dicit not.

Deinde quod tradit Old.consi.212.quidam in suo testamento, ꝙ si testator instituit ventrem vxoris, & posteà ex eadem vxore plures habuit filios diuersis tempo ribus

ribus, censentur oẽs instituti, per d.l. placet, de liber. & po sthu. quia sic est (inquit) in omnibus actibus fauorabilibus, vt omnes posthumi intelligantur, l. si quis ita dederit. §. 1. ff. de testa. tut. & l. qui filiabus. §. 1. ff. de lega. 1. & l. Clemens patronus. ff. de hæred. instit. & videtur (inquit) esse casus in l. inter veteres. C. de fideic. liber.

Et idem eo tacito voluit Ioan. And. illius discipulus in add. Spec. in rub. de testa. col. pen. vers. occurrit alia quõ. & ipsius Io. And. discipulus Fede. Senen. magistri quoq; nul la mentione facta, loquens, in duobus posthumis eodem partu natis, consi. 42. testator instituit. & Ang. consi. 51. Si mon notarius. Alex. in d.l. placet, col. 1. versi. & per istum tex. & ibi quoq; Ias. col. 2. vers. adde ꝙ per istum text. ff. de lib. & posth. & ipse Alex. consi. 171. viso processu cau sæ inter dominam Antoniam, col. 2. vers. sed ita est quòd quando. lib. 2.

Et idem tenuit Bal. nullo maiorum citato, consil. 112. verba testamenti sic dicunt, col. 1. versi. & hæc responsio lib. 1. & consi. 127. ad intelligentiam, col. 1. versi. contrarium est verum, eod. lib. 1. quod consi. repetitum est, cõsil. 113. proponitur ꝙ quidã misser Simon, lib. 5. & vtrobiq; per d.l. placet. & Pau. Cast. qui distinguit, consi. 409. casus iste frequenter contingit, col. vlt. versi. super secundo non est insistendum, lib. 2. vbi etiam allegat d.l. placet. Sed tu omnino vide Iasonem in d.l. placet, vbi id latissimè tractauit, nam Raph. Comen. & Pau. Cast. tenent cõ trarium in d.l. placet.

Hanc opinionem fulcit tex. in l. annua. §. Attia. ff. de an nu. leg. vbi legatum ecclesię ita factum, die nundinarũ, intelligitur esse nõ vno tantum anno, sed in perpetuũ fuisse relictum. Et quod in simili tradit Bart. in l. eum qui ita. §. qui ita stipulatur, col. 2. quæro promittis mihi, ibi, quid di cemus. ff. de verb. oblig. ꝙ promissio certæ quantitatis ex causa alimentorum, præsumitur annua, fauore scilicet alimentorum, aliàs enim secus per l. cũ hi. §. si in annos. ff. de transact. & sequitur latè Soc. cõsi. 48. eleganter consuluit, paulò ante fi. lib. 3. Sed tu super hoc vide Paul. Ca. & om nino Alex. in d. §. qui ita stipulatur.

Sed & huic limitationi nõnihil conuenit alius text. in l. deberi. C. de fideic. lib. vbi si seruo alieno libertas legata sit, quod quidẽ fieri non põt, nisi dño serui consentiente, si dns ipse primũ dissenserit, quia nolit eum vendere, nõ propterea cõtinuò abrumpitur libertas, sed differtur, do nec postea dñs propositũ mutauerit. Quod obtinere videtur ob fauorẽ libertatis: aliàs. n. ex primo dissensu videretur legatum expirare, nec postea reuiuiscere ex alio cõ sensu, per ea quæ suprà diximus, in prin. vers. incip. trigesimò quod scriptum reliquit. Quanquam scio nullũ scri bentium super d.l. deberi id vllo pacto tribuere fauori libertatis, sed de ea re ita loqui, tãquam id generaliter intelligatur, & ex eo illud assumentes, quod differtur, non aufertur: neq; etiã vellem id pertinaciter tueri, vt libertatis fauore illud fieret, licèt id fauor ille operari posit, etiam si in alijs aliter dicendum esset.

Huc etiam pertinet, quod leges legitimantem filios ex concubina natos per sequẽs matrimoniũ, intelligitur nõ tantũ de primis patris nuptijs, sed & etiam de secũdis, puta si primũ ducat vxorem, alteram extraneam, & deinde ea mortua ducat illam concubinam: nam per id matrimo niũ ligitimãtur illi filij. Ita enim voluit Host. in summa, titu. de filijs presbyt. §. 2. ad fi. Ioa. And. in c. tanta, in ver. bo, post contractum matrimonium, & ibi etiam Cardi. Flor. circa medium, versic. pone procreat quis filiũ, Petr. Anch. col. 3. vers. secundò facit, Ant. col. item 3. versi. quęro quando, Pano. in 3. not. & Card. Alex. col. 10. vers. quæro septimò, qui fil. sunt legit. & alij prope infiniti, nam id omnes tenent pręter vnum aut alterum, vt videbis in no stro tractatu Primigeniorum, in 34. q. nu. 2. versic. sed vt ad speciem. Et id etiam multi tribuunt fauori prolis, & le gitimationis. c. peruenit, & c. ex tenore, qui fil. sunt legit.

& alijs multis citatis à Io. And. in c. fine culpa, de reg. iu. lib. 6. quamuis multis ex illis, quos in hanc partem cito cõ trarium videbatur dicendum ex hoc nostro §.

Et huc quoq; accedit quod latissimè & multis rõnib. decidit Cald. in sua disputatiõe incip. ex octõ studẽtibus, char. vlt. q. si scholasticus debitor iurauit nõ exire districtum sine pmissiõe creditoris, deinde is permisisionẽ simpliciter impetrauit à creditore, ea intelligitur vt nõ semel tantũ, sed quoties ei libuerit exire posit: quoniã ea concessio est fauorabilis, vt quæ reponit debitorẽ in sua pristina & naturali & ciuili libertate. Ex hocq; reprehẽdit Old. qui in quadã sua disputat. dixerat facultatẽ datã bãni to, vt liberè posset venire in ciuitatem, intelligi de vna tã tum vice, vt ex eo diximus suprà in principio. versiculo, incipien. 45.

At Fely. in d. c. 2. co. 4. vers. fallit tertiò, & seq. de treug. & pace, nititur vtrunq; concordare, vt. s. dictum Calderi ni sit verum in suo casu fauorabili, propter rõnes quas in hoc adducit. Sed & dictũ Oldradi in sua specie sit verum vt qui loquatur in permissiõe minimè fauorabili, sed potiùs odiosa, quia interest reipublicæ, ne bannitus, qui hostis est patrię, ad eam reuertatur. At ipse Fel. non meminit Bar. qui post Dy. in l. adultera. §. vlt. ff. de adul. contra rium ex diametro tenuit, vt diximus supra in princ. vers. incipien. 49.

Sed & ad hanc limitationẽ trahi potest, quod ab Anto. ex facti specie respõsum est eo loco, ex quo nuper illum citauimus, in 2. limit. consi. 30. ꝙ habitatio filię relicta in casum viduitatis non solũm de prima viduitate intelligi tur, sed & de secunda, & de alijs, ad quod comprobandũ cum alia multa adduxisset, tum & illud quoq;, ꝙ in fauo rabilibus sermo indefinitus non restringitur ad primum siue proximũ, vt not. Inquit, Ioann. And. in cap. non põt de præben. lib. 6. de cuius d. diximus suprà in prin. vers. in cip. contrariũ tamen tenuerunt. & seq.

Sunt & qui huc trahunt, quod à multis dicitur statutũ de compromissis affiniũ, cuiusmodi sunt multa in Italia, vt. s. affines teneantur compromittere, non de vno tãtum compromisso intelligi, sed quoties opus fuerit, & donec lis fuerit sopita, de quo latè dicemus infrà in 9. limitat. & alijs locis ibi citatis. Nam inquiunt, id statutum est fauorabile & inductum ob publicam vtilitatem, vt per Bart. in 1. consti. C. col. 2. vers. super hoc quæro, priores. & Bal. in l. qui se patris, col. vlt. versi. & ideo in feudo, & ibi Pau. Cast. col. pen. vers. & hoc dicit, & Ro. col. 16. versic. & ex prædictis resultat. C. vnde lib. Petr. Anch. consi. 187. apud me qõ ista, per totum illud consi. & maximè in fin. & id communiter tenetur, licèt nonnulli teneant contrarium. Hanc enim inter cæteras rationem illius sentẽtiæ adfert Ias. in l. veluti. §. hęc vox, quem legit cum §. prætor ait, le. præceden. ff. de eden. & in l. prętor ait. §. deinde, col. vlt. in 8. not. ibi, tertiò quia tale. ff. de noui oper. nunt.

Et quod ab Alex. scriptum est consi. 171. viso processu inter dominam Antoniam, col. 2. versi. superest modò cum multis seq. lib. 2. q. si testator reliquerit alimenta cui piam, & futurę ipsius vxori intelligitur nõ solùm de vna & prima vxore, sed & de omnibus, quas posteà ducet, quia id legatum fauorabile est. l. 1. C. de fideic. & l. e. cũ hi, prope per totam eam l. ff. de transactio. Et eam Alex. sen tentiam nuncupatim sequitur Soc. consi. 4. eleganter cõ suluit, col. vlt. lib. 3.

Ipse autem Alexãd. ad confirmationem suæ illius sen tentiæ nonnulla ex supradictis adduxit. & illud quoque prætereà quòd indefinita apposita circa personas, æquipollet vniuersali in fauorabilibus, vt voluit Barto. quem cæteri sequuntur in leg. si pluribus, in princip. ff. de legat. 2. per eum text. & alium quoque text. in l. si quis ita. §. 1. ff. de testa. tutel.

Atque etiam illud, ꝙ in fauorabilibus fit extensio de vna causa fauorabili ad aliam, etiam in exorbitantibus, vt not.

vt not. in l. illud, C. de sacrosan. eccle. & in l. si constante, ff. sol. mtri. & not. Cyn. in auth. res quæ, in 4. quæstio. & ibi quoque Bar. paulò ante fin. Alex. colum. 1. versi. item quæ-sit glo. Bal. col. vlt. versi. item videtur, & cæteri propè omnes, C. commu. de leg. cum similib. Ex hocq; Alex. reprehendit illam Bald. decisionem in l. vlti. C. de indict. vidui. tollen. de quadrimus suprà in prin. versi. incip. quinquagesimooctauò, per text. in l. si agnatis, ff. de reb. dub. & in l. cū ita, §. vlt. ff. de leg. 2. quod & nos diximus in d. versic. vbi & tu videre poteris, ne hic repetam.

Postremò in vniuersum, vt hæc nostra regula non procedat in omnibus fauorabilibus, vltra Alex. vbi suprà, voluerunt Pet. Anch. conf. 27. non seruato ordine, col. 3. vers. non obstat si dicatur. Raph. Com. consil. 14. dictum statutum, circa medium, & è recentioribus latè Phil. Dec. consi. 512. cum reuerendissimus Cardinalis, col. j. & 2. tanquam scilicet id totum pendeat ex fauore & odio. & Alc. in hoc nostro §. hoc sermone, vt scilicet in odiosis nostra regula obtineat, in fauorabilibus minimè. Et ad id bene facit qđ scribit ipse Deci. consil. 287. in ciuitate Placentiæ, colum. pen. versi. & vlterius in isto casu, & consil. 609. quæritur ex duobus, col. 2. num. 6.

Verùm aduersus hæc omnia vrget admodū tex. in l. matrimonij, ff. qui & à quib. à nobis adductus suprà, in princ. versi. incip. & alius quoq; vbi appellatione nuptiarum veniunt primæ, non etiā aliæ, etiam si sit fauor libertatis, cum tñ libertas sit rerum omnium fauorabilissima, vt latè diximus & probauimus in rep. l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, nu. 329. incip. libertas autem, & nu. 331. igitur vt concludamus. Ideoq; Ludou. Sard. vnus omnium quos viderim, tenuit per eum tex. & alia quæ allegat, cōtra eam communem opin. quam suprà adduximus versi. huius limitat. incip. huic etiam pertinet, scilicet filios naturales non legitimari per secundas nuptias contractas cum concubina. Nec certè satis video quid illi textui responderi possit, nisi dicas eam fuisse manumissoris mentem vt de primo illius ancillæ matrimonio intelligeret, non etiam de alio, præsertim illius repudiatæ: nec eandem esse vtriusq; rationem & affectionem, vt nos ipsi omnes intelligimus, Quotus enim quisq; tanti æstimarit viduæ, aut repudiatæ matrimonium, quanti eius ipsius virginis? Et id quidē, vt scilicet in casu illius l. videretur tm̄ de primis nuptijs fuisse cogitatum, voluit Alber. in d. l. qui per salutem, statim post princ. & iterum post medium, ff. de iureiur. vide autem quæ diximus suprà in j. limit. versi. vlt. incip. intellige tertio.

LIMITATIO IIII.

QVARTO limita secūdum Fely. in d. c. 2. de treu. & pac. vt non procedat, quando est facta concessio quæpiam ad certum tēpus, quia tunc non intelligitur pro prima vice, sed toties quoties, durante illo tempore præstituto, per tex. in l. sicut in annos, in prin. ff. quib. mo. vsusfruc. amit. vt si cui, quandiu viuat, legatus sit vsusfructus, videtur toties repetitus quoties amissus. Et idem si vsque ad diem vel ad tempus sit legatus, vt puta ad decennium.

Et ita per eum tex. expressim hanc limitationem adscripsit Raph. vt à nonnullis citatur in l. si mihi & Titio, ff. de verb. obl. vbi & ad hoc dicit facere not. per Bar. ibi. nam & ad hoc illum citat, & sequitur Alex. in addit. Bar. in l. j. ff. ad leg. Iul. maiest. vbi & ad hoc dicit facere tex. in l. Græcè, §. & post litem, ff. de fideiuss. & Philip. Dec. in l. j. col. vlt. C. de instit. & substi. & ante hos idem voluit Bal. à nullo illorum citatus, consi. 34. statuto seu capitulo, col. vl. vers. nam quantuncunque negat, lib. 5. arg. l. sterilis, §. vlt. & l. qui fundum vendebat, ff. de contrah. emp. & ante illum Io. Mona. in c. vlt. col. secunda, versic. sed quæro episcopus, de verb. signi. de cuius illic sententia, dicam infrà in 8. limit. versic. incip. & est simile.

Sed hic paululū aduerte lector, nam illa l. sicut in annos, loquitur in actu successiuo, videlicet in legato siue concessione vsusfructus ad certum tempus. Aliud autem posset videri in actu momentaneo, & quod certo aliquo tempore perficitur, vti est (verbi gratia) ius eligendi, cui conceditur aliquod certum tempus, videlicet trium mēsium, c. ne pro defectu, de elect. Et tamen si ea semel facta fuerit, amplius non poterit iterari, etiam intra illud tempus, etiamq; si ita inutiliter facta fuerit, vt annullari possit: quāuis secus esset si ipso iure nulla esset, vt videre licet apud Inno. in c. publicato, in princ. & ibi quoque Hostien. col. 2. in verbo, nequeunt, Bal. col. pen. versi. quæro dicitur hic, Panor. col. vlt. versic. vlterius quæro. de elect. cum alijs concordant. à me adductis in repet. l. si. vnquam, in verbo, reuertatur, numer. 375. incip. trigesimum octauum quod est admodum, C. de reuocand. dona.

LIMITATIO V.

QVINTO limita secundum Felyn. in d. illa 4. limitatio. (nam & hanc cum illa confundit) vt non procedat, quando concessio fit pro certa & determinata causa, verbi gratia, concessa est simpliciter securitas veniēdi & redeundi pro pace tractanda: tunc enim non intelligitur pro prima vice tantum, sed quòd semper durante eo tractatu possit liberè ire, & redire, vt voluit Bart. in d. l. j. col. vlti. ff. ad l. Iul. maiest. arg. l. continuus, §. qui insulam, ff. de verb. oblig. & l. veteres, cum l. sequent. ff. de itin. actuq; priua. & sequitur Ang. in l. vtimur, ad fi. vers. item adde, ff. de sepulc. viola. dum citat Bar. vbi suprà, Panor. in d. c. 2. in fin. ff. de treug. & pac. & Io. Plat. in l. 1. col. secunda, versi. & simplex & indeterminata, C. de nauicu. libr. 11. & Georg. Nat. in repet. clem. sæpè, in princ. col. 6. versi. mihi magis placet, ibi, com probo hoc authoritate, de verb. sign. & Philip. Dec. consi. 562. viso puncto, col. j. versi. ad idem facit.

Nam & semper alias durante causa, debet etiam durare & perseuerare id, quod ob eam causam introductum est, & concessum, l. semper, §. negociatores, ff. de iur. immu. & l. si cui, §. j. ff. ex quib. caus. maio. & l. 2. §. omnes, ff. de iudi. & l. Titia, §. vsuras, ff. de leg. 2. & l. qui nominibus, ff. de ad min. tuto. Et ita per eos tex. voluit Signor. Homod. consi. 153. paterfamilias, col. j. nu. 6. & diximus in nostro tractat. cessante causa cessat effectus, parte j. nu. 17. incip. & illud.

LIMITATIO VI.

SEXTO limita (& hæc est quinta limitatio, Fely. in d. c. 2. de treug. & pace, quæ accedit proximè ad j. limitationē) vt non procedat, quando per primum actum non est satisfactum menti, & intentioni loquentis, siue disponentis, siue agentis, ex eo quod scribit Bald. in l. fideicommissa, §. si quis alicui decem, ff. de lega. 3. quod statutum de compromissis intelligitur, vt iterum compromitti debeat primo finito, si non sit satisfactum statuto per primum compromissum, quia adhuc vendicat sibi locum ratio statuti, quæ est, vt lites finiantur. Et sic (inquit) non obstat, l. boues, §. hoc sermone, ff. de verb. signifi.

Et idem (vt id addas Fely.) voluit idem Bal. post Cy. in l. veluti. §. hæc vox, per illum tex. & ibi quoq; Alex. Ias. & Iacob. à S. Georg. ff. de eden. Ipse Bal. in l. qui per salutem, in fin. lectu. nouæ, per illum text. & ibi etiam Alex. & Ias. ff. de iureiur. & idem Bald. in l. prætor ait, §. hoc autem interdictum, le 2. in quibusdā addit. vt à nonnullis citatur, licet in meo codice non reperi, & ibi item Roma. in addit. colum. 1. versi. & sic facit. & Iason, in §. deinde, in 8. not. ff. de operis noui nuntiat. & ipse Bald. consil. 362. primò videndum est, libr. 5. nam statutum (inquit) mandans compromitti, intelligitur cum effectu. & Rom. in l. 2. char. pen. versi. sed stat circa hoc, sub num. 58. ibi, non obstat orationem, ff. de re iudic. vbi & ad hoc allegat l. oratione, ff. de serijs. & idem Rom. consil. 504. in casu propositæ consultationis, in princip. Alex. consil. 70. viso consilio, columna secunda, versiculo, constat autem, lib. 2. Philip. Dec. consi. 22. cuius suprascriptio incipit, si pronuntiatur, col. j. & alij alia ratione moti, quos citabo infra in 9. limit. Iterumq; in 18. Et interim tamen videas Matth. Afflic. decis. Neapol. 46. dicit regia pragmatica.

Et huc quoq; pertinet aliud dictum Host. vt à multis citatur, in c. cum in multis, & ibi post eum Io. And. col. vlt. in gl. vlt. Pet. Anch. col. 2. versi. quintò quæro, & Domin. col. pen. versi. in fin. gl. istud dicit verum, de rescrip. lib. 6. quòd in casu d. c. si quis vi gratiæ expectatiuæ acceptauerit vnū aliquod beneficium, quod consequi non potest, quia alius habens priores literas, illud acceptauerat, vel etiam id vacans non erat, poterit aliud acceptare. Alias autem non poterit, vt omnes vbique tenent, vt alibi dicam.

Et idem propemodum in effectu voluit glo. in c. ne captandæ, in verbo, cum subdit, & ibi Arch. in glo. vlt. & Io. And. super 1. glo. de concess. præb. lib. 6. & D. à Rota decis. 5. not. quod vbi est notorium de concess. præb. in antiq. & Rom. consil. 329. præsens consultatio, col. j. & in id plerique citant l. 2. ff. de opt. lega. & quòd verba sunt cum effectu intelligenda, l. j. §. hæc autem verba, ff. quod quisque iur. & l. si pet alium, §. docere, ff. ne quis eum qui in ius voc. & c. relatum, de cler. non resid.

Et aliud quoque dictum Bal. in l. quod quis, col. 2. in fex ta q. in fin. C. de procu. quòd si procurator constitutus specialiter ad aliquid faciendum, aliū substituerit, in eū transferre videtur omnē suam potestatem, nec potest illum reuocare, nec alium substituere, per c. is qui, & c. quamuis, de offi. deleg. lib. 6. Si modò, inquit, ille primus substitutus sit habilis, & acceptet substitutionem: alias enim hic procurator non videtur per eam primam substitutionem fructus suo officio, per d. l. hæc conditio filię, ff. de cond. & demon. vbi per primas nuptias, quæ non sunt sortitæ effectum, nō impleta est hæc conditio, si nupserit, & per nota. per Inn. in c. in literis, de offic. deleg. de cuius illic dicto videbis infrà, hac limit. versi. veteri historiæ.

Et illud item ipsius Bal. post Pet. in l. inuitus, in fin. C. eo. tit. de procur. quod procurator constitutus ad appellandū, intelligitur non solum de prima appellatione, sed & de secunda, cum per primam non habemus effectum secundū intentionem mandantis, per d. l. hæc conditio filiæ meæ, ff. de cond. & demonst. & sequitur Rom. in d. l. prætor ait, §. hoc interdictum, le 2. in addit. col. j. versic. & sic facit, ff. de oper. noui nunt. & d. consi. 504. & vtrobique per illum ipsum tex. & prætereà per text. in l. si is à quo, §. vlt. cum l. seq. ff. vt in possess. lega. & l. j. §. quod ait prætor, ff. quor. legi & l. si ab arbitrio, ff. qui satis. cogan. quibus probatur, quòd si per explicationem primi actus res effectum non habuit, proceditur ad secundum: nam verba sunt intelligenda cū effectu. l. qui per alium. §. docere, ff. ne quis eum qui, & l. 1. §. hoc autem, ff. quod quisq; iur. & c. relatum, de cler. non resid. & diximus alibi suprà.

Sed & illud dictum Bal. in d. lege, inuitus, sequitur Marianus Soci. in capitulo, de illis, col. nona, versiculo, & prædicta faciunt, de conditio. appos. vbi dicit se ex hoc consuluisse Florentiæ: quòd statutum eius loci, quo dotes mulierum possunt constitui super monte, dum nubunt, intelligitur vt etiam mulier, quæ semel fuit dotata, iterum possit dotari; si vidua facta sit, quia cum adhuc possit nubere, non est satisfactum menti ex prima illa dotis constitutione.

Sequuntur item illam Bald. & Dec. in d. l. inuitus. Caro. Rui. consi. 30. cuius exordium est, circa primum dubium, colum. tertia, versi. bene facit quod not. qui est sub nume. 8. lib. 2. & iterum consil. 119. viso & bene ponderato, col. antepenult. versicul. & minus etiam dici potest, qui est sub num. 14. eod. libro 2. & Iason in dict. l. diuortio, §. quod in anno, in fin. ff. solut. matr. & Philip. Decius consilio 22. colum. prima, & consil 52. cum reuerendissimus cardinalis, columna secunda, versiculo tertiò hoc idem comprobatur, & cons. 562. viso puncto diligenter formato, in princ. vbi id dicit not. ex hocque respondit, potestatem datam creditori, vt possit accipere pecunias sub cambijs, nec creditor patiatur interesse de pecunijs sibi debitis, non restringi ad primam vicem, sed generaliter intelligi, donec creditori satisfactum fuerit.

Subdit autem Roma. in duobus illis locis à me citatis suprà, versicul. ab hinc 2. post illam Bald. in dict. leg. inuitus, sententiam ab eo relatam, hæc quoque procedere (neque enim id omittere debui) etiam si dispositio loquatur per verba denotatiua certi numeri, quia si per actus in eo numero comprehensos, non est satisfactum intentioni disponentis, poterit procedi ad numerum vlteriorem, vt dicit ipse expressum in leg. si quis ex argentarijs, §. vltim. & leg. veluti, §. hæc vox, ff. de edend. Quod & ipsum tradidit ipse Roma. in d. l. 2. vbi suprà, ff. de re iudic. vbi & ad hoc allegat d. l. oratione, ff. de ferijs. & sequitur Felyn. in d. c. 2. in 5. limit. de treug. & pace, & Georg. Natam in d. clemen. sæpè, in princip. columna 62. versic. non ob. d. §. hoc sermone, ibi, quod procedit etiam, de verb. signi. & Alcia. in hoc nostro §. hoc sermone.

Huc item spectat, quod not. voluit Innocent. in cap. in literis, de offic. & potest. iudic. deleg. quòd quando cogitatum est de effectu, vt quia papa mandat episcopo, vt prouideat cuipiam de aliquo beneficio, nunquam commissarius fungitur officio, nisi res fit sortita plenum effectum, quia non est de nudo facto, sed de effectu beneficij cogitatum: nam ita illum referunt & sequuntur Bald. & Anto. ibi. Oldrad. citans nuncupatim Innoc. consil. 295. circa materia, columna secunda, versic. ad id quod dicitur. Bartol. in l. 2. §. 1. colum. secunda, versi. item prædicta vera sunt, ff. de optio. leg. Bald. in leg. serui electione, post medium, & ibi Imol. colum. secunda, versi. item fallit quando, & Francis. Aret. colum. tertia, versic. quartò adde, & Alexan. colum. vltima, ff. de leg. 1. & idem Bald. in leg. post aditam, versic. deinde collige, C. de impub. & alijs subst. & in leg. Barbarius, in 1. lect. columna vltima, versicu. & not. quod ille, ff. de offic. procons. & in l. si vt proponis, la 1. colum. tertia, versicu. & hæc faciunt, C. quomo. & quand. iudic. & Petr. Anchar. in c. cum in multis, quod est secundum, colum. vltima, versi. similis est quæstio, de rescript. lib. sexto, & in c. si compromissarius, colum. secunda, versiculo, vltimò, quia text. dicit, ibi, sed quando est constitutio, de elect. eod. lib. sexto: dum tractant, an qui semel elegit siue bene siue malè, possit iterum eligere, & Imol. in l. iudex postea quam, col. quarta, versic. fallit etiam quartò, & ibi quoque Alex. col. 3. in 4. fall. ff. de re iudi.

Et ad hoc quidem facit, quod post alios antiquiores, quos non nominat, voluit glossa, in dicto capitulo, si compromissarius, in verbo, consentire, in fine, dum facit discrimen, an detur potestas prouidendi, an eligendi: vt in primo casu si electio non fuerit sortita effectum, possit iterū eligere, quia per primam illam electionem nondū est prouisum, & sic non satisfactum intentioni mandantis. & sequitur Ioan. Andr. super ea gloss. qui eos nominat, qui antè fuerant eius opinio. scilicet Tancred. & Petr. de Samps. in c. causam, extrà, eod. tit. & idipsum quoque recitasse Abb. antiquum, in cap. quia propter, eod. titu. Et in hac quoque opinione videntur fuisse Host. & Ioan. And. in c. 1. in verbo, ipso iure, de re iudic. & Bald. dum simpliciter eam gl. citat, in d. c. causam, col. 2. versic. quærit gloss. an compromissarius, de elect.

Verum Ioannes de sancto Georgio dicit, quòd ipsius præceptor dicebat contrarium eius quod diximus, probari in dict. cap. si compromissarius, quia loquitur de potestate prouidendi, cum dicitur statim post princip. ad superiorem potestas deuoluitur prouidendi, & tamen posteà confestim sequitur, quòd sibi compromittens imputent, qui in talem potestatem huiusmodi transtulerunt. Sed dicit Domin. ibi in §. si verò, super d. gloss. vltim. ad id dici posse, quòd finis textus illius §. debet referri ad princip. vbi loquitur de potestate eligendi data compromissarijs: verbum autem prouidendi posteà positum, dicitur respectu illius ad quē deuoluitur. & satis probatur ex eo text. quòd isti compromissarij habuerunt tantum potestatem eligendi, vt dicit glo.

Cæterum istam distinctionem eligendi & prouidendi reprobat Lapus in d.c.si cōpromissarius. nihil enim referre inter potestatem eligendi & prouidendi, vtrumq; enim consumi vna electione:nam compromissarius potest dicere, eligo vel prouideo, vt scripsit Archid.in c.sicut cum per formam,eo.tit.&lib.& in c.in genesi, extrà eo.tit.& Inn. in c.in causis,eod.quoque tit.

Sed & Specu.ti.de elect. in forma pronuntiationis electionis,dicit φ compromissarius magis propriè potest dicere prouideo,quàm eligo, vt in d.c.quia propter. Et facit (inquit)quod not.gl.vlt.in c.causam quæ,extrà,eo.tit.& in c.constitutus,in glo.j.extrà de concess.præb. nam ista duo promiscuè ponuntur in iure, scilicet prouisio ponitur pro electione in d.c.causam quæ,& in d.c.quia propter:& è diuerso electio pro prouisione,in c.dilectus.extrà de concess. præb.vti obseruauit Io.Andr.post Arch.in c.j.post prin.in verbo,prouisionem,extrà de elect.

Verùm propriè loquēdo aliud est prouisio,aliud est electio,vt patet ex c.j.in princ.ibi, electionem,postulationē, vel prouisionem, de elect.lib.6.& cle.dispendiosam, quæ est 2.in illis verbis,in causis super electionibus,postulationibus,vel electionibus,& ibi Card.Flor.in 4.not.de iud.& in cle.j.§.ad hoc.ibi,prouisionem,seu electionem,& iterū ibi, ne ad prouisionem procederet, vel quempiam eligāt, & ibi idem Card.in 3.q.de præbend.

Quòd & ex hoc videri potest,quòd prouisio spectat ad superiorem, & per eam prouisus consequitur plenum ius, & ponitur pro electione.c.dilecto, primo respōs.extrà,de præb.& capitulo,cum dilectus,etiam primo respons.extrà, de iure patr.& capitulo,is cui de præbendis, libr.6.Electio verò spectat ad inferiores,capitulo primo, de electionib. & capitulo,cum ecclesia, de causa possessionis & proprietatis.& capitulo, congregatio, 16.quæstione 1.& c.abbatem.18.quæst.2.

Concludit igitur Domi.in d.c.si cōpromissarius,& post eum Philip.Franc.ibi,super gloss.in verbo,consentit,hanc potestatem eligendi, vel prouidendi finiri vnico actu, nisi si ita fuerit mandatum eligendi,donec,siue quousque fuerit ecclesiæ prouisum. Contra autem Imo.in d.c.in literis, ad fin.de offi.deleg. dicit neutram potestatem eligendi & prouidēdi finiri vnico actu electionis vel prouisionis,quę non est sortita effectum.

Et hoc quidem in loco occurrit historia memorabilis huc admodum pertinens,relata primum à Polybio libr.6. histor.& Atilio,deinde à Tullio, paulò ante fi.lib.3.offi.& Liuio 3.de cad.lib.2.ad fi.iteruinq; libr.4.& posteà quoq; à Gellio libr.noctiū Attic.7.c.18.Ea est,post Cannensem pugnā Hannibal ex captiuis Romanis,quos detinebat,decem iuratos ad Romanū Senatum misit, in castra redituros, nisi deredimendis captiuis impetrarent. Cū egressi castris essent, vnus ex ijs,minime Romani (vt dicit Liuius) ingenij , veluti aliquid in castris esset oblitus , in castra rediit,iurisiurandi soluendi causa,& confestim comites secutus est.Re à Senatu non impetrata,cæteri in castra Hannibalis redierunt : is domum abijt , tanquam fallaci in castra reditu sese iureiurando ex soluisset,nec iterum redire teneretur.Quod cum resciuisset Senatus,censuit eum comprehendendum, & custodibus publicè datis ad Hannibalē deducēdum,& quidem rectè. Fraus enim, vt dicit Tullius de ea re loquens, vbi suprà,distringit periuriū, non dissoluit . Et si ad hunc locum referre possumus, vt certè possumus,ex huiusmodi primo,fallaciq; reditu,non erat satisfactum menti & intentioni concedentis.

Huic veteri historiæ germana est alia hęc recentior historia, quam recenset Aeneas Syluius quia adepto summo pontificatu Pij nomen sibi adsciuit,in descriptione Europæ.c.39. & Raphael Volaterranus libr. 7. Geographiæ in Francorum historia, & è nostris And.Alcia.in hoc nostro §.hoc sermone,de verb.sign. Cū Albertus Franconiæ comes in arce munitissima Bambergensis vrbis à Ludouico imperatore obsideretur,cuius filiū interemisse insimulabatur, difficilisq; eius arcis expugnatio videretur: Otho Magūtinus episcopus profectus ad Albertū,se litis arbitrū pro fessus est , inrauitq; si secum ad Imperatorē proficisceretur,vel pacē impetraturum,vel in arcem incolumen reductnrum.Credit Albertus, & Othonē sequitur. Vix arcem egressi erant, cū Otho hortatur, vt in arce pransum redeāt, ne fortè longiuscula apud Imperatorem esset futura mora:redeunt,pransiq; iterum egressi ad Ludouicū tedierunt,mox Alber.captus est,& capitali iudicio damnatus. Cui archiepiscopi fidem imploranti, respondit religiosus ille pontifex sed datæ fidei satisfecisse,religioneq; ex solutū esse,qui semel reduxisset incolumem, bis reducere non promisisse. Verū is nō satisfecerat mēti,intentioniq; eius, qui iusiurandum exegerat,propreteà nec eo se liberarat.

Hanc tū limitationē intelligunt nonnulli in dispositione legis,non etiā in dispositione hominis,quæ primo actu consumitur,etiam si posteà euanuerit, nec sortita fuerit effectū.Ita.n.voluit Bal.in l.j.col.8.vers.tertiò,quæro statutum,C.de his quæ pœnæ nomi.& eius authoritate Socin. consi.117.visa & diligenter,circa medium, libr.j.vbi & id dicit sing.& iterum consil.95.concludo dictum Philippū, col.2.versi.confirmatur ratione,lib.4.vbi ex hoc infert,φ dispositio sententiæ & promissio consumitur in primo actu,licet is postea fuerit retractatus, cum sit hominis dispositio.& subdit hanc rationem concludere,nisi ipse fallatur.& Fran.Curt.Iunior consi.178.habita diligenti consideratione,col.vlt.nu.27.vbi ex hoc dicit,φ dispositio hominis consumitur primo actu,etiā si nō fuerit sortitus effectum, prouisio aūt legis tum demū, si ille primus actus sortitus fuerit effectum . Vide aūt quæ de hoc latius dicemus infrà in 9.limitatione. Sed vt interim non omittā,cū hac 6.limitatione multum conuenire, 12.limitationem.

Limitatio VII.

SEPTIMO limita(& hæc est sexta.Felyni limitatio)vt procedat in dispositione affirmatiua siue permissiua,nō etiam in prohibitiua siue negatiua, quæ non solum de primo actu, sed & in infinitum intelligitur, per text.in l.si sic stipulatus sim , vbi id not.Ias.in 2.not.ff.de verb.oblig.& voluit gl.not.in l.hoc genus,& ibi Alber.Goffr.Salig.in fi. & Bar.qui eam dicit notandam,& Pau.Cast.qui dicit sing. & præterea Oldr.in l.cum pater, §.pater filiam, & ibi quoque Bar.ff.de leg.2.

Et idem quoq; voluit ipse Old.cons.16.thema tale est, Titius habens vnā filiam , col.3.versi.nec in hoc multum, vbi & ad hoc alleg.l.si sic, ff.de verb.obli.vbi per hoc concluuit,φ si testator aliquid vltra legitimam legauerit filiæ, ne nuberet alij,quàm mercatori, alias legatū amittat:& si filia primò nubat mercatori, & eo mortuo, nobili, amittit legatum:neq; enim in hac prohibitione de primis nuptijs tātum est intellectum, sed de omnibus.Et id nuncupatim sequitur Benedi. Plūb.in l.matrimonij,in fi.ff.qui & à quibus manu.Cast.in d.l.hoc genus,vbi ex hoc dicit se consecutum fuisse honorem.& Catell.Cot.qui id dicit sing.memor.incip.testator lætaliter vulneratus, circa mediū.& Alciat.in hoc nostro §.hoc sermone. Et idē propè ad verbū, nulla tū Oldradi mentione facta, voluit Alber.in l.vlt.col. 4.versic.vltimò quæro,ibi, nec est multum, C.de spons.& in l.hæc conditio filiæ,in fi.ff.de cond.& demon.

Sed & illud quoque voluit Signor.consi.68.quædā mulier,col.2.versi.deinde sic,& iterum consi.71.factum sic se habet, D.episcopus,col.4.versi. præterea non est nouum. Baldus,qui illā gl.dicit satis not.in l.si vt proponis, la 1.col. 2.vers.opponitur illud quod nullum est,C.quom.& quan. iudex.Rom.consi.504.in casu propositæ consultationis,ante medium, versic.alia enim limitatio,dum allegat gloss.in d.l.hoc genus,& non obscurè singul.291.legauit viduæ.& Lauren.Calca.consil.20.ista quæstio habet tria dubia,col. 3 versic.4.limitat. vbi ad hoc expressim allegat d.leg.si sic

stipulatus sim, de verb.oblig. Alex.in addit. Bart.in hoc nostro §.hoc sermone, & ibi Alc. Ias.in d.l.in duobus, §.j.col. vlt.versi.item prædicta limit.ff.de iureiur. vbi tamen dicit se id nullibi legisse, præterquam apud Old. vbi suprà, & ipse Ias.in l.decem stipulatus, col.5.versi.sed huic responsioni, ff.de verb.oblig. Philip. Deci.in c.nam concupiscentiã, col.j.in 3.not.de constit.in prima lect. & consi.3. cuius superscriptio incipit, quando iurisdictio, col.3.versi.comprobatur hoc, quia negatiua, & consi.490. visis & circumspectis.col.3.versi.& quia negatiua.

Huius differentiæ rationem, cur scilicet affirmatiua intelligatur de primo actu, non etiam negatiua, Iason vbi suprà cogitandum suader, & ita quidem suadet, vt nullã sibi esse videatur. Verum Alberi. & Pau.Cast.in d.l.hoc genus, ff.de condi. & demon. & Philip. Dec.in d.c.nam concupiscentiam, vbi suprà, id tribuunt viribus & robori negatiuæ, siue prohibitiuæ, quod alias semper multo fortius est, quàm affirmatiuæ siue permissiuæ, id est, plus negat negatio, quàm affirmet affirmatio, l.quicquid astringendę.ff.de verb.oblig. & l.luminum, §.vlt.ff.de seruitut.vrb.prædior. & quod habetur in l.is qui ducẽta, §.sed verum, ff.de reb. dub. & l.filiusfamiliàs, §.pen.ff.de donat. iuncta l.alienatũ, §.donationis, & ibi glo.ff.de verbo.significatione, & l.j.§. editiones, & ibi Bal.post Ray.ff.de edendo, & l.eum qui, §.si libertus, ff.de iureiur.iuncta l.si iurauero, ff.de iure patro. & voluit gl.in cap.cum dilectus, in verbo, à suspensis, versi.alij dicunt, & melius & ibi Antonius, de consuetudi. Bal.in proœmio decretal.col.4.versi.item potentius, vbi & ad hoc allegat l.Sabinus, ff.commu.diuid. Ias.in l.si arrogator, col.antepen.versi.3.contra decisionem, & ibi ad idem contrà, ff.de adoptio.

Hincq; prodit, quod tradit Arch.in c.si peccauerit, 2.q. 1.quòd præcepta negatiua potentius & efficacius obligãt, & magis præcisè adstringunt, quàm affirmatiua. & sequitur Panor.in c.nouit, col.12.versi.secundò quęritur an quilibet, de iudi. Et quod scribit Raphael Fulgo. in l.iurisgentium, §.sed si fraudandi, per gl.ibi, ff.de pact. quòd negatiua indefinita æquipollet vniuersali ex proprietate sermonis, licet alias regulariter ex benignitate id sit, non ex proprietate, vt not.in c.vt circa, de elect.lib.6. & per Bar.in l.si in pluribus, ff.de leg.2. & probatur in l.si seruitus, ff.de seruitu.vrban.prædiorum.

Et quod per text.in l.tutor quoque, quæ est 3.§.liberti, versi.sed patronum, ff.de suspect.tutor.iuncta l.j.§.consequens, eo.tit.tradunt Iaco.Aret.Dyn. & Bar.in priore lect. quòd vbi reperiuntur duæ regulæ, vna affirmatiua, alia negatiua, hanc potius esse attendẽdam. Et ibi sequitur Alex. in l.si conuenerit, col.1.ff.de re iudi. Et idem in duobus priuilegijs, vno prohibitorio, altero permissiuo, illud enim præualet, l.si Ruffinus, & ibi Bald.in princ. Raph.Fulgos. Alex.Francis.Aret. & Iason, C.de testam.milit. Idemq; in duobus statutis, ex Socin.consi.79.si essemus in terminis, col.quarta, versiculo, confirmatur quia hic, libr.quarto. Et quod nos scripsimus in repet.l.si vnquam, in verbo, donatione largitus, nu.247.incip.tu autem, & in nostris legibus connubialibus, glo.5.quæ est in verbo, {contracter,} num. 80.incip. & hoc mirum. Et quod itẽ latè probauimus, constitutioni prohibitiuæ renuntiari non posse, nec item priuilegio prohibitorio, in nostro tractatu Primigeniorum, q. 24.nu.9.tamen Barb. & 2.sequ.

Et hęc quidem nemo impugnat, licet contrà faciat tex. in l.1.§.veteres, ff.de acquir.poss. ex quo not. Soci. & Iason ibi, ille col.2.versi.tertiò not.in versi.vt si plures: alter col. tertia, versic.tertiò not. quòd vbi in eodem subiecto concurrunt duæ qualitates, potius attẽditur affirmatiua, quàm negatiua. & gl.in c.statutum, §.cum verò, in verbo, eiusdẽ ciuitatis, de rescrip.lib.sexto, ex qua not.ibi Domi.colum. quarta, versi.not.ex ista glos.id quod iam diximus, attendi potius qualitatem affirmatiuam, quàm negatiuam, cum vtraque concurrit in personam vnius. Imò verò etiam si in diuersa subiecta concurrant, vt dicit Iaso. vbi suprà, per tex.no. in l.si is qui duas, ff.de lib.leg. Cuius rei reddit rationem ipse Ias. quem vide, ne hic diutius immoremur.

LIMITATIO VIII.

OCTAVO limita (& hæc est 7. & vltima limitatio Felini in d.c.2.de treug. & pac.) vt non procedat, quando dispositio inducta per viam priuilegij (vt nostri loquuntur) esset temporalis, si intelligeretur de prima vice, quia hoc esset contra naturam priuilegij, quæ ea est, vt sit perpetuum, c.decet, de reg.iur.libr.6. Ideò priuilegium concessum alicui, & eius familiaribus, vt possint ingredi ecclesiam tempore interdicti, non de primis tantum intelligitur, qui scilicet familiares erant tempore priuilegij concessi, sed & de alijs in eorum locum subrogatis. Ita enim post Aegid. Cremo. voluit Ioan. And.in c.licet, quod est pen.circa mediũ, & ibi quoque Domin.in §.1.versi.sed pone quòd concessum, & Phili.Franc.versi.quærit tamen hic, de priuileg. lib. 6.per no.in c.vlt.de verb.sign.eod.lib.6. & in c.quanto, de censib. & in l.filiæ, §.titia.ff.de condi. & demon. & in l.nõ aliàs, §.vlt.ff.de iudic. & in l.vel inutilem, ff.de vsufru. & in l.placet, ff.de lib. & postu. & in l.actione.§.diximus.ff.pro socio. Et idem quoque voluit ipse Ioan.And.in c.qui sentit, de reg.iur.eod.lib.6. & Alciat.in hoc nostro §.hoc sermone, & Io.Lup.in repet.rub.de don.inter vir. & vxor.§. 69.col.6.versi.sed meo iudicio.

Et est simile quod tradit Io.Mona.in d.c.vlt.col.2.vers. sed quæro episcopus, de verb.sign.lib.6. quòd si episcopus habet indultum ad certum tempus, vt quatuor ipsius famuli gaudeant fructibus beneficiorum suorum, trahitur etiã ad illos, qui loco priorum fuerunt substituti, arg.l.sicut in annos, in 2.respons.ff.quibus mod.vsusfruct.amit. Nec obstat (inquit) l.fideicommissa, §.si quis alcui decẽ, ff.de leg.3. quia ibi illud fit, ne hæres obligetur in infinitum, & ne detur occasio fatuè consumendi.

Et hoc dictum Ioannis Mona. sequitur Ioan.And.in d. c.vlt.col.secunda, ad fin. vbi & in id prætereà allegat c.quia circa, extrà, de priuil. cum alijs iuribus ibi allegatis in gloss. vlt. & leg.si ita fuerit, ff.de leg.3. vbi eius qui natus est post testamentum, vel eius qui posteà in familiam venit, habetur ratio. & l.si mancipia, ff.de fun.instruct. vbi in legato fundo cum mancipijs comprehenduntur mancipia pòst inducta. Sequuntur item Domi. & Philip.Franc.in eod.c. vlt. ille col.tertia, versic.sed pone episcopus, hic col.2.in 5. no. Et ex hoc dicunt ipsi Io.And. & Dom.in d.c.vlt. quòd eadem ratione illud indultum trahitur ad beneficia postea quæsita, vt ibi videre poteris. Sed & prius illud dictum Io. And.in d.c.vlt. sequitur etiam Io.Lup.in d.rub.de don.inter vir. & vxor. vbi suprà.

Et facit prætereà quod scribit Alber. in l. cum quidam, quæ est antepen.in fi.ff.de annu.leg. quòd immunitas concessa simpliciter, intelligitur perpetua, ad quod allegat tex. in l.beneficium, ff.de const.princip. & d.c.decet, de reg.iu. lib.6. quæ haud dubiæ loquuntur de priuilegijs principum, ideo secundum ea iura, est intelligenda illius sententia, vt per Io.And.in c.cum nuntius, haud mokò ante fin.de testibus. & Bart.in l.non solum nostrum, §.si liberationis, ff.de liber.leg.cum simil.

His adde multa latè collecta ab Oldra.consi.30.factum tale est, magistro milite, quibus probat priuilegia principum latissimè esse interpretanda, extendendaq;, & quò ad res, & quò ad personas, & quò ad tempus, & quò ad modum agendi, & quò ad omnia genera causarum, atque etiã fauorabiliter intelligenda quò ad perpetuam & commutabilem eorum durationem (vt ipse loquitur) quæ quidem vltima clausula proprius ad hunc locum pertinet. & hoc quidem sigillatim tractat & probat, vt ibi videre poteris, ne hic iterum repetamus.

LIMITATIO IX.

NONO LIMITA, vt hęc nostra regula procedat in dispositione hoĩs, non etiam legis vel statuti, per tex. qui

ad hoc

ad hoc solet allegari, in l.veluti.§.hæc vxor, vbi Cy.id no. & post eum Bal.qui eum §.legit cum §.vlt.l. si quis ex argentarijs, & Iason qui eum §.legit cum §.prætor ait.l.præcedentis.ff.de edend.Rapha.Com.in l.si cum dotem.§.1. versi.not.tamen ex glo.ff.sol.mat.ex hoc limitans hunc nostrum §.& iterum consi.14.statutum dictat, versi.non ob. l.boues.& Rom.consi.504.in casu propositæ consultationis, columna prima, vbi intelligit, quando est eadem ratio. Alex.dum Cy.& Bald.vbi suprà, allegat, consi.81.lecto & discusso, columna quarta, versi.& quamuis eodem die, lib. 3.& Socin.consi.5.suprascriptus insignis doctor, columna tertia, versic.& confirmatur ista ratio, libro quarto. Philip. Dec.consi.287.in ciuitate Placentiæ, colum.penul.versi.& quia in dispositione hominis.& consil.512.cum reuerendissimus, columna secunda, versicu.secundò principaliter, & consil.609.quæritur ex duobus, colum.2.numero 6.& cæteri omnes, quos posteà in hac limitatione citabimus post seq.versic.

Et huius quidem differentiæ duplex ratio esse potest, prior quòd legis natura ea est, vt disponat, nõ pro vno actu tantum, sed perpetuò, & quoties opus fuerit, ne alioquin sit manca & mutila & imperfecta, cõtra l.1.C.de his quib. vt indig. Altera quæ proximè accedit ad priorem, quòd lex ipsa semper loquitur.l.j.ff. de condi.ex lege.vt per eam dicit Bart.in l.vlt.ante fi.ff.de reg.Catonia.estq; semper in viridi obseruantia, vt dicit tex.quem & ad hoc nostri vbique appellant, in l.Arriani.C.de hæret. Qua etiam ratione motus Bar.in l.si ita esset, colum.j.versi.circa primum dic. ff.de aur.& arg.lega.dicit, quòd verbum præsentis temporis prolatum à lege, etiam ad futura trahitur, vti probatur ex d.l.j.de condict.ex leg.

Et ex hoc plerique dicunt fieri, quòd alibi diximus, statutum de compromittendis causis affinium non restringi ad vnum compromissum, sed vt toties fiat, quoties opus fuerit donec causa fuerit decisa & expedita, cum hęc dispositio sit legalis, siue statutaria. Ita enim hac ratione voluerunt Cy.& Bald.in d.§.hæc vox. & idem Bald.in leg.si vt proponis, la 1.colum.vltim.versic.ibi, officio suo.C.quomo.& quando iud.dum allegat Cy.in d.§.hæc vox.& ipse Bald.in l.1.columna octaua, versicu.quartò quæro, testator mandauit.C.de his quæ pœnæ nomine.vbi illud dicit quod suprà diximus, legem semper loqui.Raphæl. Comen.in l.si cum dotem.§.1.versic.not.tamen ex glo.& ibi Alexand.columna prima, versic.iuxta hoc quæro.ff.solut. mat.Alex.consil.70.viso consilio, columna prima, versicu. sed posito quòd illud, lib.2.Cæpola causar.criminal.consil. 68.circa primum dubium, col.2.in princip.Soci.qui id reputat singul.consi.117.visa & diligenter, col.2.in princ.lib. 1.Iason in d.l.duobus.§.1.col.vlt.versic.item limita suprascripta.ff.de iureiur. & in l.diuortio.§. quod in anno, col. vlt.versi.secundò limita.ff.sol.mat.& in l.prętor ait.§.deinde, col.vlt.versi.nec obstat, si diceretur.ff.de ope.no.nunt. vbi dicit, quòd si ex pacto, compromissum fieri deberet, non cogerentur partes bis compromittere, & Philip.Dec. in c.sua nobis, col.j.ver.& ista habent locũ, de appel.And. Alciat.in hoc nostro §.hoc sermone.

Sed ex hoc fit quòd nonnulli in ea quęstione, an qui tenetur dotare, si dotauerit, & dos amissa fuerit, teneatur iterum dotare, distinguunt an teneatur dotare ex dispositione legis, vt iterum teneatur dotare, si dos sine culpa dotatę amissa sit, per l.vltimam.C.de dot.promiss.& d.authen.sed quamuis.C.de rei vxor.actio.& voluerunt Bart.& alij in l.si cum dotem.§.1.ff.solu.mat.& Bald.in authen.quod locum.C.de collat.cum si. An verò ex pacto vel alia dispositione hominis, & non tenebitur, per l.si socius pro filia.ff. pro soci.de qua diximus suprà in princip.versicu incip.tertiò. Nam ita has leg.quæ discordare videbantur, concordant Bald.Angel.Imo.& Alexan.in d.l.si cum dotem.§.1. ille circa medium, alter in fi.ipse Imol.etiam circa mediũ, postremus, colum.1.versic.iuxta hoc quæro.ff.solut.matr.

& Lauren.Calca.consil.20.ista quæstio habet tria, col.1. versi.secunda limitatio.& Soci.consi.291.visis literis.col.5. versic.sed huic considerationi, libr.2.Sed tu omnino circa hanc decis.vide eundem Soci.d.consil.5.col.3.versi.ad secundum respondeo, cum multis seq.libr.4.& quæ dicam infrà versi.incip.sed & hanc.

Nec omittendum quod per hanc nostram limitationẽ, ex specie facti, consultò respondit Raph.Comen.consil. 14.cuius id exordium est, statutum dictat capiẽtem, quòd si ex statuto, capiens condemnatum pro delicto, debeat habere dimidiam partem condemnationis, non tantum intelligitur de prima captura, sed & de secunda, & de alijs, quia legis dispositio intelligitur, quoties opus erit, per d.l. veluti.§.j.ff.de eden.& alia quæ allegat.

Hæc autẽ nostra limitatio ex eo iuuatur (nec illud enim prætereundum est) quod scriptum est à Soci.in l.hæc conditio filiæ, col.2.in vlt.not.ff.de cond.& demon.notari ex eo tex.& l.qui per salutem, & ibi glo.ff.de iureiur.quòd dispositio hominis verificatur in primo actu valido, non autem in primo actu inualido. Ex quo (inquit) infertur non esse differentiam inter dispositionem hominis & legis in hoc, quia neutra verificatur in primo actu inualido: sed in eo esse differentiam, quando primus actus est validus, sed non sortitur effectum, tunc enim dispositio legis non consumitur illo primo actu: dispositio autem hominis consumitur, verbi gratia, lex vel statutum iubet fieri cõpromissum inter affines, & factum fuit compromissum validum, sed non sortitum fuerit effectũ, non consumpta est dispositio, sed debet fieri aliud compromissum, & toties quidem fieri, donec laudum secutum fuerit.

Secutus vt subdit Soci. si testator mandauerit hæredi vt faciat compromissum, quia tunc si semel validè compromiserit, licet effectus inde nullus secutus fuerit, non tenebitur iterum compromittere, sufficit enim semel satisfecisse, secundum Bal.in d.l.1.vbi suprà.C.de his quæ pœnę nomine, & ita dicit se consuluisse Ianuæ.

Tandem tamen subiungit ipse Socin. posse dici totum contrarium colligi ex dict.leg.hæc conditio filiæ, scilicet quòd dispositio hominis consumitur primo actu etiam inualido: quia ille text.dicit benignè dicendum esse non consumi, ergo (inquit) de iuris rigore secus.& hoc videtur probare text: rectè intuenti, in leg.dotis promissio, in fin.ff.de iur.dot. Mihi autem, vt dicam quod sentio, nihil referre videtur, an id fiat ex æquitate scripta, an stricto iure, quoniam æquitas illa scripta præferatur rigori iuris, vt not.in l. placuit.C.de iudic.& vide interim quæ dixi suprà, in sexta limit.versi.vlt.

Iuuatur item hæc limitatio ex eo, quod à nonnullis dictum est, quòd cum electio data est cuipiam ab homine, si semel elegerit, etiam qualitercunque, variare non licet, est enim consumpta electio, per c.si cõpromissarius, de elect. lib.6. Si à lege, licet, per l.eum qui certarũ.§.vlt.ff.de verb. oblig. Ita enim per eos text. voluit Damasus in c.causam, de elect.vti eum allegat gloss.in d.c.si compromissarios.§. porrò eo casu, in verbo, cõsentire, vbi & idem voluit Archi.columna secunda, in verbo, fructus, & ibi quoque Io. And.post eum, & ab eo Albe.in d.§.cum purè, col.2.ver. Archid.autem breuiter.

Subdunt autem ipsi Damasus & Archid.vbi suprà, non obstare l.2.de opt.lega.vbi ab homine data est electio, nec tamen consumitur vna electione: quia ibi non fuit exhibita tota familia, in qua debuit fieri electio, per leg.serui electione.ff.de lega.1.posteà subiungit Archid.contra secundum membrum videri facere l.si cui.ff.de seruitu.& leg. quod in hæredem.§.eligere.ff.de tribut.actio.vbi data est electio à lege, & tamen variare non licet, ex quo dicit hãc esse viam brocardicam.

Postremò confirmatur hęc limitatio ex eo quod voluit Bald.in additio.Specul.tit.de emphyteut.§.nunc aliqua, in 38.quęst.quòd pœna legalis sæpius committitur: conuen-

tionalis non nisi semel, nisi expressè dictum sit, vt sæpius committatur. quod & ipsum tenuit idem Bal. in l. si duo. §. j. ibi, contra hic, quia aliud. ff. de arbit. Licet contrarium teneat Imo. in l. si sic stipulatus, col. 2. versi. & conclude breuiter. ff. de verb. obli. vbi dicit nihil referre quantum ad id, sit ne pœna legalis an conuentionalis, vtriusq; enim eandē esse rationem, arg. l. non rectè. C. de fideiussor. & l. cū quis. ff. si cer. pet. Et in vtranq; partem respectu diuersorum casuum, facit quod dicit solet, mitius agi cum lege quàm cū homine. l. Celsus. ff. de arbit. cum similibus.

Sed hanc limitationem ita primò declarabis, vt si dispositio hominis facta est ex necessitate legis, vel statuti, ea censeatur esse facta à lege vel statuto, ita vt non intelligas de primo actu: verbi gratia, in casu de quo suprà locuti sumus, cum statutum iubet fieri compromissum inter affines, & iudex sequendo statutum id fieri iusserit, certè si ex primo compromisso lis sopita non fuerit, iterum compromissum faciendum est, vt nuncupatim & in hac specie respondit Philip. Dec. consi. 22. cuius superscriptio incipit, si pronuntiatio, col. j. & 2. Nam cum id faciat iudex necessariò secutus statutum id statuto attribuitur, authoritate Bal. in l. nouissime. ff. quod tutor. auto. vbi dicit, quòd quando quis facit actum, ad quem tenebatur, actus videtur factus ex necessitate, nec voluntati facientis tribuitur, sed necessitati, quod & ipsum ante illum voluit Ioan. Andr. in c. præterea, de iure patrons. & in c. bona fides, in prin. de reg. iur. lior. 6. Et hoc quoque vt subdit Deci. colligi potest ex eo quod scribit Bar. in l. 1. col. 2. versi. pro ea declaranda. C. de eden. quòd mandatum factū argentario, vt edat rationes, non producit actionem mandati: quia cum argentarius ad id teneatur ratione officij, non reputatur mandatum hominis voluntarium, sed necessitati legis attribuitur.

Cui adde quod tradit Bal. post Guliel. Cu. in l. cum hi. §. planè, in vtraque lectu. ff. de transact. quòd si hæres iussus à testatore vendere alimenta, ea vendiderit, non poterit super hac venditione transigi, tanquam facta vi illius testamenti, inspecta scilicet causa originali. Quodque scripsit Iacob. Butrig. in leg. si hæres testamento. ff. de actio. empt. quòd si sit statutum, vt de quolibet contractu solnatur gabella, hæresque venditionem fecerit iussu testatoris, non soluitur gabella, quia id factum attribuitur testamento, & non actui inter viuos, per glo. singul. in l. si quis ita, in princ. in verbo, defectus. ff. de statu lib. & id sequitur Bald. ipse in sua marga. in verbo, venditio, colum. secunda, versicul. facio. Adde (inquam) multa alia similia, quæ & nos adduximus in nostro tractatu Retractuum, titu. 1. in fin. illius titu. quæstio. 2.

Sed et hanc principalem limitationem secundò declarabis, vt procedat in dispositione legis communis, secus si ex speciali beneficio legis quippiam competat: verbi gratia, pater teneretur iterum dotare filiam, quæ nullo suo dolo, aut culpa dotem amisit, vt diximus, & probauimus suprà, vers. 4. sed & ex hoc, ob eam scilicet rationem, quòd ex dispositione iuris communis pater tenetur dotare filiā, l. qui liberos. ff. de rit. nupt. & l. obligamur. §. lege. ff. de acti. & obligat. At frater qui etiam certis casibus tenetur dotare sororem inopem, ex speciali beneficio ipsi sorori inopi concesso, per notata in l. cum plures. §. cum tutor. ff. de administ. tut. & l. non omni. C. eo. tit. & latè diximus in tractatu Primigeniorum, quæst. 62. si semel eam dotauerit, non amplius tenebitur eam dotare, etiam si nullo sororis dolo aut culpa dotem amiserit, vt non obscurè sentit Bart. in l. si cum dotem. §. 1. ff. solut. matr. & apertius Bald. in l. vlt. colum. secunda versi. sed nunquid eo casu. C. de dot. promissio. per l. si socius pro filia, suprà allegat. & apertissimè idē Bald. in authent. quod locum, & ibi quoque Roma. colum. secunda, versic. item inducitur. C. de collat. illam differentiæ rationem afferentes, quòd facilius amittitur beneficiū iure speciali competens, quàm iure communi, l. cum miles. §. militia missus. ff. de testamen. milit. Sed tu tamen vide omnino Alex. in d. l. si cum dotem. §. 1. columna prima, in fin. cum sequen.

Limitatio x.

Decimo limita, vt nostra regula nō procedat, quando post primum actum etiamnum manet eadem ratio dispositionis, vt procedatur ad secundum actum: tunc enim & ad eum procedi potest, per id quod dicit Bal. quem ad aliud suprà citauimus in 6. limitatio. in prin. scilicet in l. fideicommissa. §. si quis alicui decem. ff. de lega. 3. hanc inter alias rationem afferens, quare in casu statuti iubentis cōpromissum fieri inter affines, compromissum est interandum, si per primum lis non fuerit sopita, quia videlicet adhuc vēdicat sibi locum ratio statuti, quæ est vt lis finiatur, & sic (inquit) non obstat l. boues. §. hoc sermone. ff. de ver. signi. Quasi diceret Bal. hunc nostrum. §. non procedere, cum adhuc durat ratio dispositionis.

Quod & idem voluit & quidem expressius Rom. cons. 504. in casu propositę consultationis, post prin. & Ant. cōs. 30. casus, Titius quidam testator. cuius illic dictum sæpius in hoc opere, ad alia quædam attulimus loquens in illo ipso casu, consi. 14. statutum dictat. Feli. in c. licet dilectus, ad fi. de testi. Ias. in l. veluti. §. hæc vox, quem legit cum §. prætor ait, qui est vlt. l. præcedentis, col. 2. versi. pro eius confirmatione, iunctis præcedent. ff de eden. & in l. prætor ait. §. deinde, col. vlt. in vlt. no. ibi, confirmo istam conclusionē, ff. de oper. noui. nuntiat.

Nam, vt inquit ipse Iason, donec durat ratio finalis statuti, durat ipsum statutum, leg. 2. §. vltim. ff. de donatio. Et vt ei id addas, ratio est quæ dispositionem ampliat, & extendit, l. regula. §. si quis, & ibi Barto. & Bald. & iterum §. & licet. ff. de iur. & facti ignorant. & l. 5. §. mater, ver. quid si curatores, & versi. quid si decesserint. ff. ad sen. Tertullia. cum alijs multis concordant. tex. & doctor. à me latè congestis in tractatu, cessante causa cessat effectus, parte 2. numer. 146. incip. secundum autem, cum multis sequent. Sed aduerte quia hi omnes loquuntur in dispositione legis, secundum ea quæ diximus suprà in 9. limi. vt scilicet locus sit secundo actui, cum est eadem ratio legis in illo secundo actui, cū est eadē rō legis in illo secundo actu, vt in primo.

Limitatio xi.

Vndecimo limita vt hæc regula nostra procedat in dubio, & cum simpliciter fuerit aliquid dispositum, tūc enim etiam in dubio de primo actu intelligitur. Secus si aliter disponentes dixerint. Primum enim inspiciēdum est, quod illi expressè egerunt. In dubio autem de primo intelligendum est. Ita enim apertè declarat text. in l. eum qui Calendis. ff. de verb. oblig. & in leg. si duo. §. 5. de arbit. quas nos suprà in princ. pro concor. nostræ regulæ citauimus. versi. sextò alius tex.

Id autem generale est, vt semper alias primo loco inspiciendū sit, quid inter partes actum est, l. semper in stipulationibus. ff. d regu. iur. vbi ita ad verbum scribitur. Semper in stipulationibus, & in cæteris contractibus id sequimur, quod actum est. Suntq; in id alij infiniti text. quos non est necesse in re tam clara & minimè dubia adducere.

Limitatio xii.

Duodecimo limita non procedere, non solum quando expressè aliud dictum est à partibus, sed & si ex coniecturis verisimiliter colligeretur intentionem earum aliter intelligere, verbi gratia, vt loquamur in illo casu, de quo suprà, in princ. versi. incip. tertio ad hanc sententiā. videlicet, si quis vendit fructus alicuius prædij huius anni, & id prædium binos fructus hoc anno adferat, de primis tantum intelligitur, vt ibi diximus. Sed hoc intelligit Ro. in d. l. diuortio. §. quod in anno, quem legit cū §. ob donationes, col. 2. vers. vnde dicit hic. nisi pretium esset æquiualens oībus fructibus totius anni, ita vt sit verisimile partes intellexisse de omnibus, per tex. in l. cum in fundo. §. vxor viro.

viro.ff.de iur.dot. Et id sequitur Alex.ibi,col.3.versi.limitata tamen dictum. Cæpola in tractatu seruitutum rusticor. prædior.tit.de seruit.iuris pascendi,col.3.& Geor. Nat.in cle.sæpe,in princip.col.62.versic.mihi magis placet,ibi,ad idem adduco quod voluit.

Et huc pertinet alia gl.in l.j.§.1.in verbo, agendo.ff.de superfic.q̃ si dubitetur quis contractus fuerit,pretium(inquit)facit discerni,quam gloss.sequitur,& dicit valde not. Bar.ibi,paulò ante fi.versi.vlterius quæro,& Bal.in l.ex cõuentione, col.j.versi.tertio casu.C.de pact.vbi ex ea dicit, id quod dicitur ex mentione pretij præsumi emptionem, vt not.in l.vlt.C.de præd.curial.lib.10.intelligi,quãdo pretium est re condigum.& idem Bal.in l.j.col.j.versi.quæro nunquid ille,& ibi quoque Ang.in lect.Perusi. Pau.Castr. Alexan.dum simpliciter allegat Bal.vterque paulò ante fi. & Iason,col.pen.versi.tertiò successiuè quæri.C.qui testa. fac.poss.vbi dicunt, quòd si quis vendidit rem communẽ simpliciter, an totam eam, an verò partem tantum suam vendere censeatur,in dubio id est quãtitate pretij esse æstimandum, quòd & ipsum voluit Alex. qui hanc dicit esse communem opi.& alias concord.adfert, in l.si domus.§. vlt.col.2.versicu.quid in vendente.ff.de leg.j. Sed & illam quoque glo.sequitur Petr. Anch.qui eam dicit sing.consi. 402.pluribus rationibus,column.secunda, versic.item potest intelligi.& Alexan.consil. 68.visis & opportunè considerati,ad fin.lib.5.

Et ad id quoque optimè facit alia gl.in l.semper in stipulationibus,ibi, item actum intellige etiam tacitè, ratione rei,quæ venditur,& ibi quoque Bar.in princ.& Phil.Dec. col.j.versi.item actum videtur.ff.de regul.iur. Et alia item gl.illi omnino similis, in l.in obscuris.ibi, si enim res digna erat.eo.tit.& ipse Bar.post Dy.in l.patronus.§.j. colum.2. versi.fallit si ex coniecturis.& idem quoq; Bar.in l.cum tabernam,in prin.post medium.ff.de pignor.& in l.Paulus, col.j.versi.itẽ quod dixi.ff.de solutio. Fran.Arei.qui duas il las priores gl.allegat,consi.6. viso instrumento diuisionis, col.pen.versi.sed tamen his non obstantibus.& Alex.cõs. 26.consideratis verbis,post medium, versi.corroborantur prædicta,lib.4.

Sed & pro ista limitatione optimè facit tex.in l.cum quidam.ff.de ann.lega.vbi cum quidam decurionibus diuisiones dari voluisset die natalis sui,interpretatum est nõ esse verisimile testatorem de vno sensisse,sed de perpetuo legato.Nam vt dicit ibi Bar.hanc interpretationẽ facit imperator ex qualitate personæ relinquentis,& eius cui relinquebatur,scilicet decurionũ.& sic ex qualitate personæ nõ præsumitur quod voluerit dari semel tantum, arg.l.sed & si susceperit.§.j.ff.de iudic.vt proinde intelligas illum text.in-niti præsumptione,coniectura, & verisimi.

Et quod pulchrè responsum est à Petr. Anch.consil.27. non seruato ordine,columna tertia, versi.postquam igitur propter dictum,q̃ si quis hærede instituto substituit duos antiquiores domus,ista substitutio nõ restringitur ad duos primos antiquiores tantum,sed ad sequentes,illis exclusis, vel repudiantibus, propter verisimilem mẽtem testatoris, quam ex multis colligit,vt ibi videre licet.Et sequitur Roma.consi.358.in causa consultationis,in 4.dubio, ad fi.Bar bat.consil.27.scripsit doctissimus, colum.10.versicu.præterea additur vltimus, & alij quos tibi adduxi in nostro tractatu Primigeniorum quæstio.3.nume.9.incip.facit item & præter eos Carol.Rui.consi.119.viso & bene ponderato,col.antepen.sub.num.14.in fin.libr.2.dum allegat Petr. Anch.vbi suprà.

Et quod item not.consuluit Ant.vt alibi ad aliud propositum citauimus,consi.30.casus,Titius quidam testator,q̃ si testator reliquit habitationem domus filiæ suæ cum vidua erit,non intelligitur de prima vidnitate tantum,sed de alijs omnibus,quia testator hoc verisimiliter intellexit: & inspecta mente eius,eadem est ratio in omnibus.

Postremò hanc limitationem hæc ratio adiuuat, nam hæc nostra regula tum demum procedit,nisi aliter dictum sit à dispositionibus, vt diximus suprà in præcedenti limitatio. Id autem satis actum videri debet, etiam si dictum non fuerit, quod partes verisimiliter intellexerunt: aut si interrogati fuissent, verisimiliter respondissent, l.tale pactum, §.vlt.& ibi glo.not.& Bald.qui id ad omnes dispositiones trahit, & alij.ff.de pact.cum alijs infinitis concor. à me collectis in l.si vnquam,in præfatione,num.56.incip. inter tam multa.Sed vt tamen intelligas, & huc quoq; spectare quæ de verisimili latè inibi scripsimus nu. 37. incip. sed iam ni fal lor,ad nume.61.quæ tu ibi videre poteris.Et hæc quidem limitatio non admodum dissidet à 6. limitatione,quam suprà posuimus.

LIMITATIO XIII.

DECIMOTERTIO limita hanc regulã procedere,quando verba referuntur ad aliquem actum, qui potest sæpius iterari ab eadem persona, secus si ex suapte natura traheretur ad plures personas. Cuius rei text.habes & exemplum in l.in annalibus.C.de legat. & in l.paterfamiliàs primis,in prin.ff.de vulg.& pup.& in l.qui liberis.§.hæc verba,eo.tit.Et ita per eos tex.nuncupatim voluit Corne.cõs. 279.videtur prima facie,col.pen.versi.nec obstat etiam secunda ratio.libro 3. vbi ex hoc expressè limitat hunc nostrum §.hoc sermone.

LIMITATIO XIIII.

DECIMOQVARTO limita procedere, nisi secundus actus subrogaretur in locum primi, verbi gratia, Si is qui ex dispensatione obtinet duo beneficia,ea,aut alterum eorum dimiserit,non poterit vi illius dispensationis,vnum; aut duo alia beneficia obtinere, quia ea gratia intelligitur de duobus primis tantum , per c.ordinarij , ante fin.& ibi gloss.de offic.ordinar.libro sexto,& in c.non potest, versi. illud autem.de præbend.eod.lib.& diximus suprà in prin. versic.incip.decimosexto, vt relinquamus. Quid igitur si vnum illorum priorum permutet cum alio,aut etiam duo illa priora cum alijs duobus. Et hæc quidem obtinere poterit,quia quod subrogatum est loco alterius, idem reputatur: l.si filiæ.§.1.ff.de cond.& demonst.& l.si donatæ.§.si sponsus.ff.de donat. inter vir.& vxor. permutatum autem subrogatur loco eius cum quo permutatur,l.idem seruandum.ff.de leg.2.Et quasi continuatiuè gratia extenditur,l. duod dicitur.ff.de milit.test. Hæc Bald.expressim in c.dudum,le 2.col.j.de elect.Nec obstat (inquit) l.boues.§.hoc sermone.ff.de verbo. signifi. quia ibi secundæ nuptiæ non subrogantur loco primarum.

Cui adde ad confirmationem huius sententiæ, quod in vniuersum dicitur,rem permutatam eandem sortiri naturam,quam alia res, cum qua permutata est.quod ex eo videre licet quod tradit Bal.consil.112. quæritur qui intelligantur,col.2.versi.& prædicta sunt vera, lib.j.fundum,cũ quo permutatus est fundus patrimonialis, censeri etiã patrimonialem.quod & ipsum voluit Masuer.tit.de societ.§. item & dicuntur conquestus. Quodq; scribit Albe.authoritate Guli.Cu.in l.vlt.col.2.versi.item quærit.ff.de negot. gest.quod si quis,rem meam permutat cum alia, & ea ipsa res mea perijt, possum contra eum agere, vt mihi reddat aliam rem quam habuit causa permutationis.

Et quod in eandem sententiam prodidit Lucas Pen. in l.1.col.4.ver. sed quid in quæst. C.de impo. lucra. descrip. lib.10.rem immobilem à patre receptam ex permutatione alterius,eandem oĩno sortiri naturam,in idq; multas rationes adducit, vt ibi videre poteris. Et ex hoc colligit filios in hac ipsa re ita permutata eodẽ modo succedere, vt in illa quã pater reliquit, etiam si aliàs aliter successuri fuissent. Et quod item ex facto respondit Ias. consil.231. istæ duæ mulieres,col.j.lib.2.rem permutatam cum re subiecta fideicommisso, fieri fideicommissariam. Et quod deniq; scriptum est à Matthæ. Afflict.decis. Neapol.336.quidam nobilis, rem permutatam cum re dotali effici dotalem.

Quæ & nos latius tractauimus in nostro tractatu de Retracta.tit.j.§.32.glo.j.nu.26.neque enim hic casus,& seq.

LIMITATIO XV.

DECIMOQVINTO limita, vt procedat in dispositionibus inter viuos, in quibus voluntas obligandi semper in id fertur, quod minus est, l.inter stipulanté.ff.de verbo. obli.& l.semper in stipulationibus, in fi.ff.de reg.iur.& ibi concor.in glo.Et propterea huiusmodi dispositiones sunt stricti iuris, strictéq; sunt interpretandæ,l.quicquid astringendæ.de verbo.oblig. Ideò non mirum, si intelligitur de prima vice tantum. Secus autem in dispositionibus testamentarijs, quæ multò longius producuntur, pleniusq; interpretantur,l.in testamentis.ff.de reg.iur.& ibi quoq; con cord.quibus adde c.cum dilecti,in fi.de donat. Et id quidē voluit Ant.consil.30.casus, Titius quidam testator, in j.dubio, ad id quoque referens quod ex eo suprà diximus, tum in 2.limit.versi.incip.sed aduerte, tum in 3.versi.incip.sed & ad hanc. Et sequitur Philip.Dec.cons.512.cum teneren dissimus, col.secunda, num.6.

Et idē quoque, nulla Ant.mentione facta, voluit Rom. in l.diuortio.§.quod in anno, quē legit sub §.ob.donationes, col.2.versi.vnde dicit hic.ff.solu.mat.& Alex.in addit. Bar.in l.dotis promissio.ff.de iure dot.& vterque quidem per l.defuncta.ff.de vsufru.& Lauren.Calca.consi.20.ista quæstio habet tria dubia, col.j.versi.ista tamen regula, per l.placet,& ibi glo.ff.de liber.& posthu.de qua & nos diximus in eadem 3.limit.in princip.

Sed addit prætereà Roma.ꝙ in dubio nunquam contractus intelligitur continere promissionem annuam, vt no. gl.relata ad tex.si rectè (inquit) intueamur, in l.legatum.ff. de annu.leg.& firmat Barto.in l.eum qui ita.ff.de. verb.oblig. Quin & idē voluisse videtur Soc.in l.hæc con ditio filiæ, paulò ante fi.ibi, sed per prædicta.ff.de cond.& demon. dum etiam in hac re facit differentiam inter contractus,& vltimas voluntates.

Et hanc opinionem confirmat, quod suprà diximus in 9.limit. hanc nostram regulam non procedere in dispositione legis, vel statuti. Nā ex eo sequitur nec in dispositione quoque vltimæ voluntatis procedere, vt pote quæ illi æquiparatur, ex sententia gl.Bart.Rapha.Corn.& Alex.& aliorum in l.1.C.de his quibus vt indignis, gl.& Bar.in l.in cognitione.ff.de Senat.Sylla.Bar.in l.2.ff.de in diem addictione, & in l.vlt.col.2.versi.eodem modo pone.ff.de reg. Caton.Bal.in repet.l.& si post tres, col.7.versi.præterea in ter contractum.ff.si quis cautio.& in l.quoties, la 2.in lect. antiqua.C.de fideic.& in c.j.in princ.col.pen.versi.deinde quæro, pone ꝙ princeps, tit.de pace Constan.Roma.in l.3. §.filius, col.2.versi.& hæc faciunt.ff. de lib.& posthu.& in leg.4.§.Cato, col.antep.versi.secundò quæro statuta.ff.de verb.oblig.& in l.1.col.quarta, versi.quartò inquātum.C. quando non peten.par. quibus locis aut magna parte eorū reprehendit Bal.contrarium, vt ipse dicit, tenentē in l.omnes populi, col.8.ff.de iusti.& iure.cum alijs multis, ne dicā infinitis concordāt.à me collectis in tractatu Retractuū, tit.1.in fi.nu.13.denique obligatio.Sed quibus adde Fran. Aret. hanc expressim rationem huius nostræ limitationis adferentē, in l.serui electione, post princ.ff.de leg.j.& tex. quem nonnulli in hoc citant, in l.Labeo.ff.de statu lib.& l. seruus hac lege.ff.de manumiss. Nam & illud scitū est, disponat testator, & erit lex.§.disponat, in auth.de nupt.

Adde, inquam, quòd hinc fit, vt bonum sit argumētum de testatoribus ad statuentes, & à diuerso, l.vl.C.de reb.ec cle.non alie.& voluit Ang.vt à nonnullis citatur in l.j.ff.de acquir.rer.domi.per tex.quem ad hoc dicit sing.in l.4.C. de omn.agr.deser.libr.11.vti illum allegat & sequitur Ias. in l.testandi, in t.not.C.de testam.sed in meo codice Ang. nulla est illius lect.in eum tit.

Adde & postremò, quòd omnibus modis quibus coniecturatur mens testatoris, ijsdem quoq; & mens statuentium, vt dicit ipse Ang.consi.281.Martinus Io.de Floren-tia, col.2.versic.item per præcedentia, quod notabile dicit Ias.in d.l.testandi, vbi suprà, vbi quòd prohibitio testatoris æquiparatur prohibitioni statutariæ, vt tradit Petr. Anch. consi.152.plura, & sequitur etiam Ias.vbi suprà, vbi tamen est corruptus nu.d.consi.

Et ad hanc limitationem pertinere potest quod proditum est à Guid.Suz.& Raph. Comen.in l.eum qui calendis, in prin.ff.de verbo.oblig.ꝙ si testator legauit fratribus minoribus vnam pitantiam, vt ipse loquitur, in festo sancti Francisci, non de primo tātum anno intelligitur, sed & semper & perpetuò in eodem festo. & nuncupatim ipse Raph.reprehendit Bar. qui contrarium tenuerat in l.cum quidam.ff.de annuis legat.fatetur tamen idem Raph.dictū Bar.posse procedere in contractibus, per tex.in hoc nostro §.hoc sermone. De quo & nos plenius diximus suprà in prin.versi.incip.quadragesimooctauo, vt redeamus.

Verum de hoc principali d. Ant.d.consi.30.dubitat Fel. in d.c.2.col.2.versi.bene facit elegans, de treug.& pace.Et id expressè & apertè reprehendit Ias. in l.diuortio.§.quod in anno, in fin.ff.sol.mat.dum dicit ipsum Ant.in d.consil. quinque modis, inter quos hic vnus est, limitasse hāc regulam, sed illas limitationes parū sibi placere, nec tamen adij cit rationem, quare sibi displiceant.

Et pro ipsius Iasonis opinione, posset illud nonnihil facere, quod in testamentis difficilius permittitur secūda electio, scilicet priore iam facta, quàm in contractibus, vt videre licet ex l.si sterilis.§.vlt.ff.de acti.empt.& l.huiusmodi.§.Stichum, & ibi gl.Bar.Raph.Comen.& alij.ff.de leg. 1.& l.serui electione, & ibi Bar.in j.oppo.Albe.col.j.Bald. post Pet.in princ.Ang.Imo.Raph. Comen.in princ.Paul. Cast.distinguens, Alex.Fran.Are.& Ias.eo.tit.& l.fideicommissa §.sic fideicommissum.ff.de leg.3.& l.apud Aufidiū, & ibi Alb.post Iacob.Ra.& Pe.ff.de opt.leg.& Io.Mona. in c.si tibi, col.vlt.versic.& vt planè liqueat, de præb.lib.6. & Ioan.And.in c.gratia, paulò ante fi.& ibi Dom.col.vlt. ad fi.& Phil.Franc.colum.secunda, num.9.de rescript.eo. lib.6.Bart.post antiquiores in l.eum qui certarum.§.1.columna 1.in 1.oppo.& ibi quoque Alber.post princ.Ange. in fin.Pau.Cast.post medium.ff.de verb.oblig. Pet.Anch. in c.si compromissarius, colum.secunda, versi.vltimò quia tex.dicit, de elect.lib.6.Alex.in d.l.quicquid, colum.secunda, versic.ex qua habes perpetuò,& ibi quoque Iason col. secunda, versi.in ea glo.ibi, & iterum in fin.eius versi.ff.de verbo.oblig. Cuius differentiæ redduntur quatuor rationes, vt videre poteris apud Iasonem post alios, in d.l.serui electione, col.3.versi.operæpretium est.

Et certè huic limitationi ex diametro pugnat, quod scribit Bal.in l.j.col.8. versi. quintò quæro testator mandauit. C. de his quæ pœnæ nomi. quòd si testator mandauerit hæredi, vt compromitteret causam, quam habebat cū Titio super mutuo, sub certa pœna: sufficit vt hæres semel compromiserit, & cōfestim quàm id fecerit, liberatus est: quia verbum ab homine prolatum consumitur, etiā si postea euanuerit: licet secus sit, si à lege esset prolatum, per l. vlt.§.vlt.& ibi Cy.ff.de eden.Et eum sequitur Soc.consil. 37.visa & diligenter, col.2.versi.hoc etiam apertè, lib.j.vides enim ibi compromissum in testamēto iussum, primo compromisso consumptum, etiam si euanuerit, tanquam scilicet ab homine iussum. Et certè ego sum in ea sñia, vt nihil in hoc referat, fiat dispositio à contrahente, an à testatore, vtrobique enim censetur dispositio hominis, nō legis, quantum ad hoc nostrum institutum attinet.

LIMITATIO XVI.

DECIMOSEXTO limita, vt procedat nostra regula in dispositione condinionali tantum, non etiam in cæteris, ex eo quod post Cy.& Pet. voluit Bar.(quem oēs præter Raph.Com.sequuntur) in l.inter stipulantem.§. sacrā, col.antepenultima, versi.venio ad vers.pro quo.ff.de verb. oblig.quòd quando promissio vel legatum fructuum nasciturorum ex tali fundo fit cū relatiuo quis, vel qui, quòd coniunctum

coniunctum verbo futuri temporis facit conditionem, l. Stichum qui meus erit.ff.de leg.j.& l.nuper.ff.de leg.3.vel quando promittuntur fructus nascituri nõ expressa quãtitate, quo casu etiam promissio censetur esse conditionalis,l.j.in fi.ff.de condit. & demon.& l.interdum. ff.de verbor.obligat. Tunc nullis fructibus primo anno natis,aut si nati fuerint,consumptis,non debentur fructus anni sequẽtis,l.si debitor.§.verisimile.ff.de cõtrah.empt. & l.certus, ff.de vino triti.& oleo leg.quia conditio intelligitur de prima vice,per hunc nostrum §.hoc sermone. Secus quando promittitur certa quãtitas fructuum nasciturorum ex aliquo fundo,non adiecto relatiuo:tunc enim quia ista promissio non habet conditionem, non solùm de primo anno intelligitur,sed & de sequentibus,per tex. in d.§.sacrã, & in l.Firmio,in princ.ff.quando dies leg.ced.Et idem certè voluit Cy.in l.si quis argentum, ad fi.in princ. versic.si quærat nunquid.C.de donat.

Hanc rem primus,solusq; expendit Ias.in d. §.sacram, ad limitationem huius nostræ regulæ, quam dicit mirabilem,nouam,& valdè singularẽ.Subdit tamen id sibi videri ineptissimũ, quoniã in omni materia sermo simpliciter prolatus,intelligitᷓ de prima vice,per text.iã sæpius suprà à nobis citatum,in l.dotis promissio,versi.vlt.ff.de iur.dot. Tamen illico subiungit defendẽdo (vt ipse dicit) opinionem Barto.dici posse, ꝙ ea l.& similiter hic noster §. hoc sermone,quem ipse allegat, benefaciunt pro eo: quia talis promissio dotis.de qua loquuntur, habet tacitam conditionem, si matrimonium sequatur, l.stipulationem, & l. promittendo,in princ.& l.tali.ff.de iure dot. Cui in hoc vltimo adde quæ latè diximus in nostro tractatu Retractuum,titu.2.§.2.numer.58.ad octauum, & duobus seq.

Posteà autem ipse, vt ad eum redeamus, subnectit, ꝙ contra Bar.iura abundant, probantia in omni alia materia etiam non conditionali, sermonem simpliciter prolatum intelligi de primo actu,vt in l.eum qui calendis,& ibi gl.j. de verbo.oblig.& in l.si socius pro filia, in prin.& ibi Rapha.Fulgos.id reputans singulare,in 5.no.ff.pro soc.& in c. non potest.§.j.& c.mandato,& c.si clericus,in prin. & ibi Domi.in 4.not.de præbend.lib.6. quæ iura allegaui suprà in prin. Tandem Ias.relinquit cogitãdum, quia nemo aduertit,& nemo tangit,nec aliud dicit.

Ego autem præterea illud scio, Bald.qui nihil omnino intactum reliquit (vt sæpè aliàs dixi) in l.qui per salutem, in fi.nouæ lect. ff.de iureiur.in ea quoque sententia fuisse, vt hic noster §.hoc sermone, intelligatur in actu conditionali tantùm, non etiam in præceptiuo & dispositiuo per d.l.qui per salutem. Et idem quoque effectualiter, vt nostri loquuntur,voluit Ange.in consil.51. cuius exordiũ est,ex facto proposito, factum autem incipit, Simon notarius,col.2. At vt tandem in ea re iudicium meum interponam, censeo non solùm in conditionali materia, sed & in omni alia regulam nostram procedere, per iura à Iasone citata, & alia plura suprà in prin.à nobis quoque citata.

LIMITATIO XVII.

DECIMOSEPTIMO limita, vt scilicet sermo simpliciter prolatus,de primo actu,non etiam de secundo intelligatur, nisi ille actus secundus sit reuocatorius primi, qui aliàs ex suapte natura sit reuocabilis, quia tunc reuocari potest. Verbi gratia,princeps ciuitati potestatem fecit statuendi, quæ quidem ciuitas vsa ea potestate quippiam statuit, an posteà poterit id statutum reuocare, & aliud facere. De qua re loquens Bald.in c.j.in prin. col.penult.versi.deinde quæro,pone ꝙ princeps,tit.de pace Cõstan.dicit primùm videri,ꝙ non, quia ea facultas intelligitur de primo actu,per hunc nostrũ.§.hoc sermone. Subdit tamen contrarium esse verius,argum.l.omnium.C.de testamen.& no.à Ioanne And.in c.nõ potest, de præben. lib.6.in nouella.Et sequitur Alex.in addit.Bar. in l.omnes populi,col.9.in verbo,non potest reuocari,versi.sed quid si princeps.ff.de iustit.& iur. Ex quo (inquit) apparet statuta potius accedere vltimæ voluntati, quàm contractui, de quo nos diximus suprà in 15.limit.versic.incip. & hãc opinionem, Sed ex hoc vides illos intelligere id quod dictum est in his quæ ex sua natura reuocari possunt.

Sed tu super his, & primùm super eo, an statuta reuocari possint à statuentibus, vide Bart.in d.l.omnes populi, col.9.versicu.quartò quærit vtrum, quæ est 4.q.4.quæst. principalis, per totam eam quæst. ff. de iustit. & iur. & in l.2.§.j.col.vlt.versic.& prædicta sunt multum, ff.de opt. leg.& in l.ambitiosa,col.pen.versi. quæro an decretum.ff. de decre.ab ordi.facien. & in d.l.omnium, in 4.not.& ibi Bal.ad fi.versi.item no.ꝙ licèt,& Ange.col.2.versi.in tex. ibi,inhibitum,Pau.Ca.circa medium, versi.videtur etiam esse hic casus.Alex.col.j.versic.& ideo facit,Corne.col.2. versi.no.ꝙ licèt testamentum, & latè Ias.col.2. versi.ideo facit secundum Bar.C.de testa.Panor. post alios in c.dilecto,col.pen.versi.sed aduerte ad aliud dictum,de præben. Roma.consi.16.visis necessarijs,ferè per totum.

LIMITATIO XVIII.

DECIMOOCTAVO limita, vt hæc nostra regula non procedat, si natura rei siue subiecta materia repugnet, vt expressè voluit Alciatus in hoc nostro §.hoc sermone, ad id referens quod suprà diximus in 8. limita. de priuilegio quod suapte natura perpetuum est. Ideoq; quod per viam priuilegij concessum est, primo actu non consumitur. Quodq; etiam,suprà in 2.limitatione,de re quæ ex consuetudine regionis requirit reiterationem.

Nam & illud perpetuum est,vt omnis dispositio,quæcunque ea sit,sumat interpretationem ex natura rei,& subiecta materia,l.si vno,in prin.& ibi glo.Bar. & Bal.ff.loca.& c.constitutus,de religios. domib. cum alijs concord. adduct.à Steph.Pheder.in lib.de legum interpretat.par.3. char.2.versi.amplius licèt.& Ias.in l.3.in 2.not. C.de transact.& in l.stipulatio ista habere licere.§.hi qui sunt, col.j. & seq.ff.de verb.oblig.& Felin.& Dec.in c.nam concupiscentiam,de constit.& à me latiùs in repet.l.si vnquam,in verbo,reuertatur,nume.37.incip.& aliàs etiam videmus, & seq.C.de reuoc.donatio.

LIMITATIO XIX.

DECIMONONO limita, vt procedat nostra regula,cum æquitas id suadet, vt scilicet de secundo actu non intelligatur. At si diuersum suadeat, certè & de secundo actu intelligitur, vt expressim voluit Salyce. in l.dotis promissio.ff.de iur.dot. in id referens text. in l.quò enim. §.j.ff.rem rat.hab. tanquam scilicet hæc nostra regula habeat,vel non habeat locum, vbi æquitas suadet, aut dissuadet. Et idem propemodum voluit Rapha. Comen.in l. si cùm dotem. §.j.post medium, ibi not.tamen ex glo.ff. solu.mat.vbi tamen intelligit, in dispositione hominis, ad id scilicet respiciens quod diximus suprà in 9. limita.

Et huc quidem spectat tex.in l.hæc conditio filiæ,in fi. in princ.in illis verbis,benignè tamen dicendum est. ff.de condit.& demonstr. vbi in casu illius conditio nuptiarum benignè intelligitur de secundis nuptijs:benignè igitur, id est,ex æquitate,vt interpretantur Accur.Bar.& cæteri doctor.ibi.& quidem optimè. Nam id verbum benignè id propriè ac peculiariter significat, vt latè docuimus in nostro tractatu Retractuum, titu.j.§.35. in glo.j. quæ est in verbo,{d'estroictz droictz.} nume.25. inci. & sicut strictum ius. Et facit quod scribit Fran.Aret.in l.serui electione,ad fi.prin.ff.de leg.j.& Ias. in l.diuortio. §. quod in anno,col.vlti.versicu.3.no.limita.ff.sol.mat.

LIMITATIO XX.

VICESIMO limita, vt procedat nostra regula in actu non iterabili (vt nostri loquuntur) durante eodem statu, secus in iterabili. Ita enim voluit Alberi. authoritate Oldra.in l.matrimonij.ff.qui & à quib.cum tex.cõcordans cum l. qui per salutem. ff.de iureiuran. vt scilicet d.lex, matrimonij, quæ non admittit alteras nuptias, procedat

cedat in actu non iterabili. d. autem l. qui per salutem, loquatur in actu iterabili. Quò etiam spectat quod diximus suprà in 2. limit. Porrò alij aliter intelligunt d. l. qui per salutem, vt diximus suprà in j. limit.

Et huc quoque facit, quod multi in hac materia distinguunt in die iterabili, & die minimè iterabili, vt videre licet ex Bar. Alberico, & Goffred. Salign. in l. cùm quidam, quæ est pen. ff. de annu. legat. & quod item dicitur in alio vsu, scilicet de actu iterabili, & non iterabili, vt sciamus, an pœna vel stipulatio semel an pluries committatur, per glo. in l. si sic stipulatus, in glo. vlt. paulò ante fi. & ibi Bart. col. j. versic. quid si quæris vtrum stipulatio, post princip. illius versicu. & Alber. col. j. in 4. oppos. & Bald. paulò post princip. iterumq; posteà versicu. no. quod actus. ff. de verbor. oblig. Et vide quæ dicam infrà in 22. limitatione, quæ ad hanc proximè accedit.

LIMITATIO XXI.

VIGESIMOPRIMO limita, vt non procedat nostra regula, quando quis in primo suo actu, nulla sua culpa fuit deceptus: tunc enim ad alium accedere potest, verbi gratia, si quis vi gratiæ apostolicæ elegerit, siue acceptauerit aliquod beneficium, consumata est gratia, nec poterit (etiã hoc dimisso) aliud petere, c. quia cunctis, quod est primum, & c. executor, de concess. præb. lib. 6. & diximus suprà in prim. versicu. incip. decimoquintò quod voluit, & seq. Sed id sanè intelligitur, nisi is erranter elegerit, siue acceptauerit beneficium alteri collatum, vel debitũ, tunc enim poterit aliud eligere, vel acceptare, vt voluit glo. in d. c. quia cunctis, ad fin. in verbo, causa, & ibi quoque ante eam Innoc. (nam vt alibi diximus, is multa capitula libri 6. legit in lectura decretalium) col. pen. in verbo, voluntatibus, versic. sed quæro vtrum semel, & Io. Andr. in nouella, ad fin. Dominic. col. vlt. super glo. in verbo, causa, & Philip. Franc. col. vlt. in glo. vlt. de concess. præbend. lib. 6. & alia glo. in c. ne captandæ, in verbo, causa subsit, & ibi quoque ante eam, Ioan. Mona. circa medium, Archid. col. 2. in verbo, rationabilis causa, Io. And. col. j. in verbo, ipso iure in ipso, in nouella. Pet. Anch. col. 2. versic. quærit Ioan. Andr. an qui semel, & Domin. col. 2. super glo. in verbo, causa, eod. tit. de concess. præben. lib. 6. & Ro. in consi. 329. præsens consultatio, col. j.

Et idem in c. gratia, de rescrip. lib. 6. vbi is qui ignorans beneficium sibi absenti collatum, aliud à sede apostolica, quod simul cum illo tenere non poterat, impetrauerit, eligere debet, vtrum eorum retinere maluerit: & si semel vnum elegerit, non poterit amplius alterum eligere: vt scilicet id procedat, nisi hic qui primum elegit, fuerit deceptus, ignorans scilicet id beneficium à se electum alteri deberi, vt etiam errans, simplex beneficium pro dignitate elegerit. Ita voluit ibi Arch. ad fi. & ipse Io. And. col. 2. in glo. vlt. argum. l. 2. ff. de opt. leg. & l. si maritus, §. vlti. ff. ad leg. Iul. de adult. & c. quia verisimile, de præsumpt. cùm tantum; in eam sententiam Hostien. in d. c. quia cunctis, in verbo, extantibus, de concess. præben. eod. lib. 6. Sed hactenus non vidi lecturam Hostien. in libr. 6. nec legit illud c. sub eod. titu. decretalium. Sed & id sequuntur Dominic. & Philip. Francus in d. c. gratia, ille col. vlt. in glo. vlti. hic col. 2. nume. 9.

Sed & idem quoque in casu c. si tibi, de præben. libr. 6. voluit Ioan. Mon. ibi, col. vlti. dicens acceptantem in eo casu posse variare, si nihil sit quod ei imputari possit, per d. l. 2. ff. de opt. lega. Et aliud quoque non dissimile in alio casu scribit Calder. consil. 6. an si consuetudo, sub titu. de consuet. vt ibi per eum videre poteris.

Et huc quoque pertinet, quod dicitur delegatum, qui semel etiam inutiliter pronunciauit, aut quicquam nulliter fecit, non posse iterum pronunciare, cùm sit functus officio, per l. si vt proponis, in l. j. C. quomod. & quan. iud. & c. in literis, & ibi omnes, de offi. deleg. & latè. D. à Rot. decis. 16. dubitabatur vtrũ auditor de te iud. in nouis, hoc tamen non procedit, vbi ipse delegatus per iustum errorem facti nulliter gessit, vt si executor, cui mandatum fuerat, vt prouideret Titio de præbenda, illi prouidit de præbenda Martini, qui communi opinione reputabatur mortuus, cùm adhuc viueret, non impeditur de alia prouidere, per l. error, C. de iur. & fac. ignor. & c. dominus, de secun. nupt. Ita enim voluerunt Innoc. Host. & Io. And. in c. j. in verbo, fortè & ibi Bal. col. j. versic. sed quid in eo cui est mandata, de re iudi. Bart. in l. iudex posteaquã, in 4. oppo. ff. eod. titu. Cardi. Floren. consil. 3. a. in decisione, col. 3. versicu. quartò, quia quando, & consi. 104. post redditum consilium, col. 2. versi. ad aliud dubium, Pet. Anch. in cle. j. col. 2. in j. q. de re iudi. Pau. Castr. in l. cùm quærebatur, ante medium, ff. eod. titu.

Suntque qui idem tenent in errore iuris, vt videre licet per Host. Io. And. Imo. & alios, præter ipsum Innoc. in d. c. j. de re iud. & Petr. de Anch. in d. cle. j. vbi suprà & Alex. in d. l. iudex, col. 5. in 3. limit. Sed huius contrariũ expressè tenet Card. Flor. in illis duobus consil. suprà allegatis, & bona pars eorum quos citauimus in præc. versic. dum loquuntur de errore facti tantùm, tanquam aliud sentiant in errore iuris.

Quid, quod sunt qui negant in sententijs, & alijs actibus iudicialibus prodesse, errorem facti, vt ne errorem iuris, & in his Imo. in d. l. iudex posteaquã, col. 4. versi. fallit etiam quartò, ff. de re iudi. & ibi quoque Alex. col. 3. versi. quartò fallit. & Panor. in d. c. j. col. penult. versicu. aduerte inquantum Inno. loquitur, eod. titu. Nam Innoc. in eod. c. j. de re iudi. & qui eum sequuntur, loquũtur in factis extraiudicialibus, vt in prouisione de beneficio, de quo latè diximus suprà in 6. limit. versi. incip. huc item spectat, & multis seq. Sed tu hic uide quæ scripsimus suprà, in j. limi. uersicu. sed quod dictum est, & seq.

Hanc autem principalem limitationem intellige, modò si is qui ita errauerit, posteaquam certior factus fuerit de suo errato, & ita iure sibi non competente in beneficio quod prius acceptauit, mox, id est, sine mora aut negligentia ad aliud redierit. Ita enim not. uoluit Roma. d. consil. 329. col. 2. uersic. sin autem membrum, per tex. quem dicit singu. in c. si beneficia, de præben. lib. 6. ubi si quis ignoranter recipiat beneficium alteri collatum, uel etiã reseruatũ à Papa, liberè reuertitur ad priora beneficia propter illud dimissa, modò postquam certior factus fuerit, sine difficultate aliqua omnino id dimiserit. Nam si (vt inquit Roma.) quis perdit ius quod habet in re, in prioribus illis beneficijs, ob moram dimittendi posterius illud, multò magis perdit commoditatem iuris ad rem, si in mora fuerit relinquendi beneficij acceptati vi gratiæ: multo enim facilius perditur ius ad rem, quàm ius in re, c. si is cui, de præb. lib. 6. & c. vlti. de côcel. lib. 6. Hæc ille. Cui & tu addere potes optimum tex. in l. qui contrà, in fi. C. de incest. nup. cùm dicitur, si errore comperto coniunctionem huiusmodi, sine vlla procrastinatione diremerunt. & alium quoque in l. quis sit fugitiuus, §. idẽ ait si seruus, ff. de ædilit. edic. ibi, si imprudens secutus est, neque occasionem redeundi nactus prætermisit. & in e. cupientes, §. insuper, de elect. lib. 6. ibi, tunc infrà idem tempus iusto impedimento cessante, & c. & quod voluit glo. ibi, in §. quod si per 20. in verbo, proposita, in princ.

Et hocque approbat Roma. vt ad eum redeamus, eorũ sententiam qui reprobant opin. Host. dicentium, quod vbi est manifestum acceptantem beneficium ius in illo non habere, non esse expectandam sententiam super declaratione non iuris: nam in re manifesta debet ipse acceptans statim bonam fidem agnoscere, nec sententiam acceptare, l. emptorem, in prin. ff. de act. empt. & clarius in l. quoties, §. denique, ff. de administr. tutor. & ad id quoque citat l. si res, §. non tamen, ff. de alienat. iudic. mutan. cau. fac. & l. j. ff. de inoffic. testa. Quibus & tu adde alium text. no. quẽ & ipse posteà ad aliud adducit, in l. nemo rem suam vtilter,

ter,§.j.in fi.ff.de verb.obli.cùm dicitur, hic moram fecisse videtur,qui litigare maluerit,quàm restituere. Adde itẽ & alia multa quæ diximus de execratione litium in nostro tract. Retractuum, titu.j.§.8.glo.7.in verbo, {le retrayant en.decherroit,} nu.20.incip. hic autem maxima, & seq.

Intellige item hanc limitationem in eo, qui deceptus fuit errans in facto,secus si in iure errauerit, vt pulchrè voluit Inno.loquens in executore dato à Papa, qui errans in iure,contulit beneficium,quod non vacabat,in c.j.in fi. de senten.& re iudic.quem nuncupatim sequitur, idque dicit no.Card.Flor.cõsil.104.cuius initium est, post redditum, col.2.versi.ad aliud dubium. Neque enim aliàs error iuris excusat.Super quo vide quæ diximus suprà alicubi.

LIMITATIO XXII.

VIGESIMOSECVNDO limita hanc regulam, vt procedat cùm agitur de specie, quæ suapte natura non est iterabilis,iuxta l.Lucius,§.impuberẽ, ff.de lega.3. Secus,si de quãtitate, quæ sua ipsius natura iterari potest, ideò si quis reliquerit certam quantitatem filiæ, dum vel donec nupserit,censetur esse legatum annuum pro quolibet anno,non pro vno tantùm, l.qui cõcubinam, §.vxori,ff.de legat.3.& l.legatum,ff.de annu.leg.& l.3.& 4.ff.de condit.& demonstr.Ita enim authoritate earum ll. voluit Imo.in l.in substitutione,circa medium, ff.de vulg.& pupil.quem sequitur Lauren.Calca.consi.20.ista quæstio habet tria dubia, col.j. versicu. tertia limitatio, per hoc expressim limitans hanc nostram regulam. Et vide quæ diximus suprà in 20.limit. quæ ad hanc proximè pertinet.

LIMITATIO XXIII.

VIGESIMOTERTIO limita, vt procedat nostra regula,cùm per primum actum ius alteri est quęsitũ: exempli causa, Eligentes per viam electionis, ea publicata, ad secundam electionẽ venire non possunt.c.cùm inter canonico,& c.publicato,de elect. Per viam autem postulationis possunt,antequam postulationem pręsentauerint,postea nõ possunt,c.bonæ,el 2.de postu.prælat.quod non ob aliud est,quàm quia per simplicem electionẽ quęritur ius,saltem ad rem,electo,per postulationẽ non quęritur ante præsentationem.

Quam quidem eius differentiæ rationem posuit Compostel.in d.c.bonæ,col.j.in verbo, quæsitum, & ibi Pan. col.5.versic.ex hoc habes, vbi ex hoc ponunt hanc regulam generalem, ꝙ quis variare potest,antequam ius sit alteri quæsitum:secus si ius sit quæsitum,& ad hoc quoque allegat ipse Compost.l.nemo,ff.de regu.iur. & c.cùm inter dilectos,de elect.& ipse quoque Panor.citat clem.j.de renun.Quod & ipsum voluit Cardi.Alex.in c.Osius, §.j. 61.distin.& Roch.Curt.in tracta.de iure patro.in verbo, honorificũ, col.11.versic.2.suboritur quæstio accessoria.

Et benefacit, quod à Io. Mona. traditum est in c.cùm expediat,col.j.versi.item publicato, de elect.lib.6.ꝙ publicato scrutinio electores variare nequeunt, per d.c.publicato,quod, vt subdit, verum est, vbi electus ius habet. Quòd si ius non habet,vt ibi,ex scrutinio,c.si cui, eod.titu.& lib.variare poterunt.Et sequit Io.And.ibi,post prin. in verbo,consenserit, & Petr.Ancha.ad fi.& Domi.col.j. Et idem propemodum voluit Dyn.in c.mutare,in princ. de regu.iur.lib.6.& Host.in summa, tit.de elect. §.vtrùm mutari posit, col.j.versicu.& vt pleniùs. & non obscurè voluit Card.Flor.in d.c.publicato,col.2.in j.opposi.& iterum col.5.in 7.quæst. & ante hos omnes Compos.in eo ipso c.publicato,in verbo,variare, & iterum paulò ante fi.

Et quod etiam voluerũt D.à Rota, decis.31.no.ꝙ vbi episcopus,de concess. præben. in antiquis, ꝙ si episcopus habet ex priuilegio vel ex cõsuetudine,vt possit in sua noua creatione nominare vnum canonicum in qualibet ecclesia collegiata,& aliquem nominauerit,qui ipse acceptauerit,non poterit alium nominare, etiam si ea nominatio non sortiatur effectum,per l.apud Aufidium,ff.de opt.leg. & alia quæ allegat, vt diximus suprà, in princ.versic.incipien. sexagesimosextò quod tradiderunt. Nec obstat (inquiunt) c.si electio,de electio.lib.6.vbi si electio non sortitur effectum,quia electus nolit consentire,vel post consensum renunciat,aut moritur, aut propter occultũ quodpiam vitium irritatur electio, poterunt eligentes electionem aliam facere,quia ibi ex sola electione immediatè in dignitatibus electiuis non quæritur ius,in simplicibus autẽ quæritur, vt in c.si tibi absenti, & ibi no.de elect.lib.6.

Vides igitur ex eorum sententia cardinem huius rei in hoc verti,an ius sit quæsitum,an non: vt primo casu variare non liceat,secundo liceat. Nam & hoc ipsum in vniuersum voluisse videtur glo. distinguens tamen in secundo membro, in c.nosti, extrà de elect.& simpliciter Archidiac.tractans,an liceat mutare consilium,in c.certè,in verbo,muto,12.q.j.dicens ita esse concordanda iura, quæ dicunt licere mutare consilium, quæque dicunt non licere. quod & ipsum sequitur Card.Alex.ibi, col.2.super glo.in verbo,ecce.Et idem quoque voluit Ias.in l. serui electione.col.j.versi.secundò limita,ff.de leg.j.in id referens tex. ibi.& in d.l.apud Aufidium,ff.de opt.leg.

Et quod item proditum est à Bald. in l.j.C.sent. rescin. non posse.vti allegatur ab his, quos statim citabo (licèt in meo codice non reperi) ꝙ si consentientibus partibus à delegante statutum est tempus delegato ad expediendam causam,non poterit amplius id tempus prorogari, ne tollatur ius quæsitum alteri parti ex lapsu eius temporis: & sequitur Ro.in l.2.col.19.versi.dubitatur vlterius, ibi, aut terminus ipse,ff.de re iud.& Geor.Nat.in repet. cle.sæpe, in prin.col.42.vers.prædictis accedat,de verb.signi.

Quod tamen intelligunt Ro.& Nat.(neque enim id prætereundum putauimus) nisi quippiam nouum atque inopinatum emerserit,ob quod is qui prorogationem petit,non potuerit intra tempus præstitutum dicere de iure suo:tunc enim iustum esse,vt ei succurratur,arg.l.de ætate,§.ex causa,ff.de interr.act. & c.cæterum, de iuram.cal. vt & in simili dicitur, tempus præscriptum appellanti ad prosequendum appellationem ei prorogari debere,si aliquid acciderit,propter quod non potuerit appellationem prosequi,auth.ei qui, C.de tẽp.app.& c.ex tenore, de ap. Debet enim iudex maximè in arbitrarijs æquitatem ob oculos ponere,l.quod si Ephesi,ff.de eo quod cer.lo.

Sed & huc propiùs accedit quod à Bart. & Alb. scriptũ est in l.qui per salutem, vtroq; circa medium, & ibi quoque Ange.Sal.in vlt.oppo.& Ias.in fi. ff.de iureiur. dũ tollere volentes antinomiam,quæ videbatur illius l. & huius nostri §.dicũt in hoc §.& simil.tractari de nouo iure quærendo per matrimonium, siue aliquem alium actum. At in d.l.qui per salutem, quis iurauerat ex iure suo sibi iam quæsito per acceptationẽ.Quod & ipsum secutus est Bene.Plumb.in d.l.matrimonij,post mediũ, ff.qui & à quibus,dum concordat d.l.matrimonij, quæ omnino similis est huic nostro §.cum d.l.qui per salutem. Quibus etiam accedit Bal.in l.post aditam,paulò ante fin.ff.de impub.& ali.subst.dum allegat d.l.matrimonij,& alias,in hocq; manet,vt si ex primo actu ius sit quæsitum,non liceat ad aliũ transire.Sed tu hic omnino vide quæ diximus suprà in j.limitat. versi.incip.declara item tertiò, & seq.

LIMITATIO XXIIII.

VIGESIMOQVARTO limita non procedere, vt primo actu consumatur dispositio, nisi ipse actus sit necessarius,scilicet cõtinens necessitatẽ actu permanentem,vt dicit Bal.in l.vlt.col.vlt.C.qui bon.ced. possunt ad hoc trahens,quod alibi diximus, statutum de cõpromissis non consumi uno tantũ cõpromisso, sed tãdiu durare, donec lis finita sit,scilicet supra in 6.limi.in prin.atq; iterũ in limit.9.uersi.incip.& ex hoc plerique, & alibi sæpè.

LIMITATIO XXV.

VIGESIMOQVINTO limita, ut hæc nostra regula non procedat in uniuersali, siue etiam generali dispositione,

dispositione, aut etiam indefinita, cùm ea æquipollet vniuersali: tunc non tantùm intelligitur de primo & præsenti actu siue tempore, sed etiam de alijs postea futuris, per tex. in l. si seruitus, ff. de serui. vrb. præd. vbi generalis concessio seruitutis, ne luminibus officiatur, etiam ad futura lumina trahitur. Et ita illum tex. intelligūt omnes doc. ibi.

Et illius argu. dicit Bal. in auth. excipitur, in fi. C. de bo. quæ lib. quod si pater ita dicit, concedo filio meo omnes fructus aduentitiorum bonorū ipsius, non solùm includuntur fructus illius anni, sed & aliorum futurorum, quia videtur vniuersalis concessio, & quia vno & eodem tēpore pertinent ad concedentē, l. Lucius, quæ est pen. ff. de fun. instr. & quod no. Cy. in l. non modus, C. de ser. vbi & idē dicit de vniuersali concessione, vt scilicet ad futura trahatur, & ad id quoque allegat d. l. pen. & l. peculiū, ff. de leg. 2.

Sed & Bal. vbi suprà citat Arcbi. in c. cognouimus, paulò ante fi. versic. & est argu. quod qui concedit, 12. q. 2. vbi post Hugo. dicit quod qui generaliter concedit omnem decimationem cuiuspiam loci, intelligitur concedere etiā futuram decimationem noualium, nā & præteritæ & præsentes & futuræ decimationes eodem iure ei competunt, omnesq; eodem iure censeri debent, argu. l. j. ff. de pignoribus. & l. si quis, quæ est vlt. C. quæ res pign. oblig. poss. & hoc quoque ibi sequitur Cardi. Alex. etiam ad fin.

Attende tamen lector amātissime, ne deciparis, quod nonnulli tradunt in d. l. si seruitus, quam tibi pro fundamēto huius limitationis post alios citauimus, ideo disponentem, qui indefinitè locutus est, intellexisse etiam de futuris, quia potuerunt omnia futura præuideri: alias enim futura non comprehenderentur, per l. si ita esset, ff. de aur. & arg. leg. Ita enim expressè voluit Bar. in d. l. si ita, col. 2. ver sicu. si verò de magno præiudicio. & ante eum Cy. in d. l. non modus, versic. quandoque concedit sub nominibus.

LIMITATIO XXVI.

VIGESIMOSEXTO limita procedere, nisi dispositio permittens aut aliter disponens aliquid fieri, vtatur verbo, quoties, aut alijs similibus: vt si dicat fieri quandocunque, vel quotiescunque quis voluerit, tunc enim ea dispositio non vno actu consumetur, ob vim & significationem huiusmodi dictionum, quæ iterationem important, vt magna authoritate affirmat Archid. in c. nunc verò, 9. q. 3. quem sequitur Domi. consi. 97. super primo dubio, col. j. versicu. præ textu istius, vbi authoritate illius dicit eam dictionem, quoties, esse eius naturæ, vt importet vniuersaliter potestatem variandi, ex hocq; c. non potest, de præben. lib. 6. quo cauetur dispensationem ad duo beneficia, intelligi de duobus primis tantum, vt diximus suprà, in prin. versi. incip. decimoseptimò accedit: non procedere quando in dispensatione essent illa verba, quoties sibi placeret. quod & ipsum nulla illorum mentione facta consuluit Phil. Dec. consi. 169. cuius superscriptio incipit, dispensatio facta, in j. dubio.

Quibus addes Dy. Alb. Bar. Imo. & Alex. in l. qui bona, §. vlt. ff. de dam. infec. dicentes hæc verba, toties quoties, significare infinitatem. vti etiam ipse Alex. voluit in l. si Stichum, §. j. col. 2. versic. nec obstat ratio, ff. de verbor. oblig. & in l. 2. §. vlt. col. 2. versic. puto quod in terminis, ff. qui satisd. cogan. & consi. 145. quoniam abunde, col. j. versico. sed hoc non obstante, lib. 2. & alij multi quos tibi citauimus in tractat. Retractuum, tit. 2. §. j. in glo. 2. in verbo, {à tel temps,} nume. 11. contrarium, cum multis seq.

Et hoc quidem alijs probatur in bis dictionibus & similibus, ex multis text. videlicet in l. si ita stipulatus à Seio fuero, & ibi Bar. Ang. & Imo. ff. de fideiuss. quæ loquitur in dictione, quandocunque, ibiq; glo. in verbo, summas, adducit pro contrario hunc nostrum §. hoc sermone, vt intelligas hanc limitationem ad hunc tractatum pertinere, & alios tex. in l. j. §. j. ibi, toties quoties, ff. si fam. fur. fec. dic. & in l. si duo, §. vlt. ff. de arbit. & §. in primis, Instit. de eo cui liber. cau.

In quo tamen illud annotandum est, quod tradit Ang. in l. si finita, ff. de dam. infect. & iterum in l. 2. §. qui exhibe ri, ff. dē cust. reor. quod si quis promiserit alterum repræsentare toties, quoties fuerit requisitus, sufficit vt bis illum repræsentet, ita vt posteà liberetur, per d. l. qui bona, §. vlt. ff. eod. tit. & l. fideicommissa, §. si quis alicui decem, ff. de lega. 3. Et illum sequitur, & multis argu. & rationibus comprobat Roma. in repet. Rub. ff. de arbit. col. 10. versi. quid autem si compromissum est, & consil. 15. plura sunt quæ quæruntur, in 4. eodemq; vlt. dubio, vbi & alia loca citat ex eodem Ange.

Sed hæc sententia reprehenditur ab Imo. Ro. sibi contrario, Alex. & cæteris recentioribus in d. l. si finita, ea qua diximus ratione, quod ea verba (toties quoties) infinitatem designant, propterea; duabus vicibus tantùm minimè contenta est. Quod & ipsum tradidit idem Ro. in d. l. 2. §. vlti. col. 2. versi. modo ad propositum. & ibi quoque Soc. col. penult. ver sic. sextò & vltimò, ff. qui satisd. cog. & Pau. Castr. in l. duobus, §. quod si reus, ante fin. & ibi quoque Ias. col. pen. ff. de iureiur. quo in loco ipse Pau. mouet notariū, vt promittere faciat desistendo toties quoties. & ipse item Alex. in d. l. qui bona, §. vlt. ff. de dam. infec. & d. cōsil. 145. in princ. lib. 2. & alij quos in id citat Hippolyt. Marsi. in l. vnius, §. cognitururum, col. 7. versi. item & vltra, cum multis sequen. ff. de quæst. & vide quos citaui suprà, in princ. versi. incip. quid autem si quis.

Sed & hic non omittendum ducimus, quod ab Angel scriptum est in d. l. si ita stipulatus à Seio fuero, ff. de fideiu. volens soluere contrariū quod glo. ibi fecerat de hoc nostro §. hoc sermone, vt suprà diximus, hæc tradit, Quòd vbi tractamus de obligatione contrahenda in aliquibus conditionis euentum toleratur infinitas, & solus primus actus impletionis consideratur, per hunc nostrum §. hoc sermone. Vbi verò tractamus de obligatione multiplicanda, tūc etiam toleratur infinitas, si per multiplicationem, in effectu non multiplicatur interesse, neque contrahitur nouū damnum, vt in d. l. si ita stipulatus, vbi licèt fideiussor obligetur in plures quantitates, tamen eas recipere potest à reo, & in l. vbi exigitur, §. hæc vox, ff. de eeden. de quo nos alibi diximus. Sed vbi ex multiplicatione semper inducitur nouum damnum, quantumcunque verba sint apta ad infinitatem, non toleratur infinitas, sed restringitur d. l. fideicommissa. §. si quis alicui decem, ff. de leg. 3. quam & glo. in d. l. si ita stipulatus, adduxerat pro contraria. Sed antequā obligatio contrahatur, potest futurus (vt ipse loquitur) obligari, dicere se nolle in infinitū obligari, & sic, inquit, intelligitur in l. qui bona, §. vlti. ff. de dam. infec. Hæc Angel.

Cæterùm Imo. in d. l. si ita stipulatus. dicit hæc bene notanda, quia secundū ipsum Ang. etiā si apposita sit dictio, quandoque, vel quandocunque, in d. §. si quis alicui decē, nihilominus procederet quod ibi dicit. Cuius tamen oppositū sentit Bar. in d. l. si ita stipulatus, & rursus in d. l. qui bona, §. vlt. & fortè, vt subdit Imo. illud uerius est, qa standum est uoluntati testantis, nec recedendum à uerbis claris, l. ille aut ille, §. cùm in uerbis, ff. de lega. 3. & l. pen. ff. de annu. leg. Et pro hoc facit d. l. si ita stipulatus, nam posset esse, quod ibi sæpius damnum incurreretur ipsi fideiussori, si contingeret ex post facto reum effici non soluendo, ut in §. ulti. Instit. de replic. Aequitatem tamen habere opinio. Ange. sed æqnitas non scripta, & rigor scriptus uidetur resistere, per supradicta.

LIMITATIO XXVII.

VIGESIMOSEPTIMO limita, ut procedat in cōcessione onerosa, secus in lucratiua siue gratuita, ex hoc quod uoluit Alex. in l. diuortio, §. ob donationes, col. 3. uersi. 2. limita dictum, ff. sol. mat. dū limiat dictū Bald. ibi dicentis, quod si quis uendit fructus cuiuspiā horti, & his ipsi fructus colligantur in anno, intelligitur tantùm de primis, de quo nos suprà diximus in princ. uersic. incip. tertiò

ad hanc

ad hanc sententiam, Vt scilicet id procedat in titulo oneroso, in quo & ipse Bal. loquitur: in lucratiuo autem secus, nam tunc (inquit) id perpetuò intelligitur, per l. si seruitus, ff. de seruitu. vrbanor. prædior.

Cuius (vt & ipse dicit) text. arg. dicit idem Bal. in auth. excipitur, ad fin. C. de bo. quæ libe. φ si pater concedit suo filio fructus bonorum suorum aduentitiorum, nó solùm includuntur fructus illius anni, sed futurorum, & ad hoc quoque alia allegat, de quo nos alibi suprà diximus. Tanquam scilicet intelligat Alex. illam Baldi diuersitaté ex sola diuersitate lucratiui, aut onerosi tituli. Subdit tamen ipse Alex. hoc posterius dictum Baldi verum esse, si fructus eorum bonorum aduentitiorum non extabant tempore donationis, nam si extarent, de illis tantùm debere intelligi, per tex. in l. si ita, ff. de aur. & arg. leg.

Ex quo iterum vides Alexan. non satis sibi bene constare, nec hic diuersitatem tituli onerosi vel lucratiui quicquam facere, sed id ex eo tantùm pendere, an fructus extent, annon extent. Si enim extant, de illis tantum intelligi, etiam in titulo lucratiuo: si non extant, secus. Et id quidem postremum omnino verum est, nam si nulli extarent, concessio, siue gratuita, siue lucratiua, omnino esset inutilis, & superuacua, nisi de fructibus posteà sequẽtibus intelligeretur, quod minimè dicendum est, ex no. in l. si quando. C. de inoffic. testa. cum simul.

Subiungit tamen Alex. pro illa posteriori sentẽtia Baldi, facere quod ipsemet Bal. scribit in l. j. col. 2. versic. pone φ testator, C. de fideicommissis, φ si testator mandauerit hæredi, vt vestiret vxorem suam, & sic (ait Alex.) titulo lucratiuo. intelligitur vt singulis annis vestiat. Sed nos de hoc Bal. dicto, & illius ratione, alibi suprà diximus.

LIMITATIO XXVIII.

VIGESIMOOCTAVO limita, vt hæc nostra regula non procedat in actu protestationis, qui tantum abest, vt prima ac vna consumatur, vt etiam iterum, ac interdum sæpius (si quando ea requiritur) fieri debeat: aliàs ea prima protestatio euanescit, manetq; inutilis & inefficax, per æquè ac si nulla facta fuerit, per text. in l. de pupillo, §. si quis ipsi prætori, ff. de oper. no. nunc. & in l. mora, in fine principij, ff. de vsuris.

Verùm hæc res patitur multas distinctiones & declarationes. Nam primum Bar. in d. §. si quis ipsi prætori, col. 2. in 2. oppositione. videtur, inquit, φ sufficiat protestationẽ semel esse factam, l. Titia, §. vsuras, ff. de leg. 2. idq; ita soluit φ quando protestor, φ non stat per me, tunc si stat per aduersarij delictum, vel contumaciam, sufficit vna protestatio, nec requiruntur plures, nisi prima fuerit remissa, per dictum §. vsuras, & d. l. mora, & ibi glo. in verbo, repetendi, & facit l. 3. §. illud, ff. quod vi aut clam.

Aut stat per aduersarij casum, vel dignitatem, & sic finè delicto illius, & tunc aut protestatio fit ad conseruandũ ius protestantis, & sufficit semel fieri, l. si intra, & l. in contractibus, §. penult. C. de non num. pecu. & l. vt perfectius, C. de anna. except. cũ similibus. Aut fit protestatio ad acquirendum ius quodpiam nouum, & tunc finito impedimento aduersarij, debet iterum fieri, aliàs prima protestatio nihil operaretur, per d. §. si quis ipsi prætori.

Ex hocq; subinfert, φ si emptor cui mouetur lis de re empta protestatus fuerit se non posse eam litem nunciare venditori, quia ignorat, quo in loco sit sine culpa ipsius, iuxta l. si dictum, §. penult. ff. de euictionibus, tunc si reuersus fuerit, debet ei denunciare, aliàs prima illa protestatio nihil operaretur, videreturq; ab ea recessum, per dictũ §. si quis ipsi prætori, quod, inquit, tene menti ad multa. Sed tu super hoc vltimo, vide Ange. in d. §. si quis ipsi prætori, versi. ex hoc dicit, & ibi quoque Pau. Cast. col. j. versi. qui per hoc dicit, Imo. col. 2. uersi. item adde secundò, Romanum col. 2. uersi. inquantum Bar. in eadem, Alexandrũ col. 3. uersic. ex hoc infert, Ias. col. 5. uersic. 3. inquantum, & præterea Antonium in c. ulti col. 2. in 4. quæstione, extrà, de appellationibus.

Porrò si alia multa super hac re, an scilicet una protestatio sufficiat, & de similibus, scilicet interpellatione, denunciatione, admonitione, requisitione, citatione, & alijs id genus, uide omnes in d. §. si quis ipsi prætori. gloss. in c. si episcopus, 18. distin. & in c. cupiẽtes, §. si per uiginti, in uerbo, propositam, uersi. sed solet quæri, & ibi Petr. Anchar. col. ulti. uersic. incidenter tamen quæritur, Domini. col. 3. uersicu. & no. istam glo. & Phil. Franc. col. 2. uersic. in eadẽ glo. in fin. Innoc. in c. cum nobis, col. 2. in uerbo, reuocare, uersic. item an sunt. Ioan. And. in c. ego, col. j. in uerbo, uocatus, de iureiur. & alios plurimos citatos ab Alexandro in d. §. si quis ipsi prætori, col. j. & 2.

LIMITATIO XXIX.

VIGESIMONONO limita non procedere in promissione cuiuspiam generis subalterni (quod uocant dialectici, & nostrates) in quo quidem haud dubiè est electio debitoris, l. plerunque. §. penult. ff. de iure dot. & c. in alternatiuis, de regu. iur. lib. 6. cum concord. ibi adductis. Sed quod ad nostram tractationem pertinet, si semel unũ promissor elegerit, non ex hac prima electione consummitur electio, quin possit posteà & sæpius quidem aliud eligere, & soluere, l. qui ex pluribus. & ibi glo. Bart. & alij, ff. de. uerbor. oblig. & l. eum qui certarum, §. j. & ibi etiam glo. & doctor. ff. eod. titu. In quibus locis, ne hic te diutius detineam, uidebis, utrum & id facere poterit post litem contestatam, an & post sententiam, & an id procedat in voluntate expressa aut tacita, & an in testamentis, vt in contractibus, & an cũ à lege datur electio, an & cũ ab homine.

LIMITATIO XXX.

TRIGESIMO limita, vt non procedat in pignoribus & hypothecis siue prætorijs siue conuentionalibus, nam si creditor cadat possessione pignoris vel hypothecæ, quam habebat, siue nulla eius culpa, siue etiam sua culpa, non ita perdit ius pignoris quin possit iterum eam possessioné recuperare hypothecaria actione, vt est text. expressus, & no. in l. vlti. & ibi omnes Doct. C. de præto. pignor. Sed cui similis est alius, in l. si cui. §. quæri potest. ff. vt in poss. leg. & volunt glo. in l. si quis missum. §. vlti. in glo. penult. in fin. ff. de dam. infec. & Innoc. in c. contingit, in princ. de dol. & contu.

Sed hoc ita accipiendũ est, nisi creditor expressè consenserit alienationi rei pignoratæ. Nam licèt ea posteà redeat in dominium debitoris, nõ tamen redit pignus, quin ipsum perpetuò manet liberatum, per alium tex. & ipsum quoque no. in l. vlti. C. de remiss. pign. quẽm singul. dicunt Bal. Ange. & Saly. ibi. Nisi tamen in duobus casibus, qui ibi ad scribuntur à Doct. vti videre poteris.

LIMITATIO XXXI.

TRIGESIMOPRIMO limita, vt similiter non procedat in constituto, v. g. vt id intelligas, si constitutarius, id est, is pro quo venditor aut alius id genus se cõstituerit possidere rem venditam aut aliter cessam, ipsius rei realem siue naturalem possessionem apprehenderit, & ea posteà cadat, & deinde res ad constituentem redierit, redit & possessio vi illius constituti in constitutarium, ex sententia Baldi, in c. si facta, col. j. versic. pone, vendo tibi, & ibi quoque Matth. de afflict. col. 3. versicu. & dicit hic, titu. si de feu. fuer. contr. inter domin. & agnat. & alij, quos tibi citaui in nostro tract. Constituti, in 5. limit. quo in loco videbis, an id verum sit.

LIMITATIO XXXII.

TRIGESIMOSECVNDO limita, vt non procedat, quando destructio voluntatis ad interpretantẽ, siue declarantem spectat, v. g. diximus in princ. in versic. incipien. vigesimò quod voluit, φ declaratio siue interpretatio obscuritatis vel ambiguitatis, non nisi semel fieri potest, per glo. in l. quicquid adstringendæ, in prin. ff. de uerbor. oblig. cum multis simil. ibi adductis. Sed id intelligitur, nisi is qui disposuit aliquid obscurè, postcaq; semel interpretatus

terpretatus fuerit, aut declarauerit, id ipsum obscurũ possit totum ipsum reuocare. Exempli causa, testator quicquam obscurũ dispofuit, cuius dispositio ambulatoria est vsque ad mortem, estq; ei semper liberum reuocare testamentum, l. quod per manus. ff. de iur. codic. & l. 3. ff. de adimend. leg. cum simil. Ideoq; ei licet interpretari & declarare testamentum, non semel tantum, sed & toties quoties libuerit, l. hæredes palam, §. sed si notã. ff. de testa. Id quod ab Ang. annotatum est in d. l. quicquid astringendæ, paulò ante fin. & ibi quoque Alex. col. pen. versic. ex qua habes. ff. de verbor. obligat. & nos quoque diximus suprà, in prin. versicu. incip. qui etiam illud, sed id inter limitationes repetere non inconueniens mihi visum est.

LIMITATIO XXXIII.

TRIGESIMOTERTIO limita, vt procedat, nisi natura repugnaret, v. g. in casu l. eum qui calendis, ff. de verbor. obligat. de qua diximus suprà, in princ. versic. incip. duodecimo accedit, in ea igitur l. dicitur, q̃ si quis simpliciter stipulatur, calendis Ianuarijs, intelligitur de primis. Quid ergo si quis in mense Decembri stipulatus fuerit calendis Ianuarijs partum Arethusæ, quæ nondũ prægnans est, aut certè prægnans est ex duobus mensibus tantùm, ita vt natura repugnet, vt stipulatio possit habere effectum in primis illis calendis Ianuarijs proximè sequentibus stipulationem. Igitur non de illis stipulatio illa intelligenda est, sed de alijs partum sequentibus, vt dicit glo. in d. l. eum qui calendis, in verbo, calendis, in princ. per text. in l. interdum, in princ. ff. eod. tit. vbi interdum pura stipulatio ex re ipsa dilationem capit, vt si id quod in vtero sit, stipuletur: tunc enim incipit actio, cùm ea per rerum naturam præstari potest.

Quibus adde quæ latè congessimus in nostro tractatu, cessante causa cessat effectus, nume. 70. incip. suntq; & aliæ, & seq. quo conuinceremus naturam leges & cæteras dispositiones interpretari. Hæc autem limitatio potest reduci ad ipsam nostrã regulam, vt scilicet ea stipulatio intelligatur de primis calendis, postquam res præstari possit.

REGVLÆ BARTHOLOMAEI SOCINI.

De litera T.

REGVLA CCCCLXXXIIII.

TACITVRNITAS quò ad alicuius iuris diminutionem, seu actionis sibi competentis sublationẽ, pro consensu non habetur vt l. inuitum. ff. de seruitu. vrbanor. prædior. & in l. in eo. §. penult. ff. de rit. nupt.

Primò fallit, fauore libertatis, vt in l. j. C. de dis. pignor.

Secundò fallit, in alienatione, quam fecit fiscus, & hoc eius fauore: vt in l. si hypothecas. C. de distract. pignorũ.

Tertiò fallit, in alienatione pignoris, quando vnus de creditoribus cum solennitate proclamatus taceat: quia tunc præiudicat taciturnitas. vt l. si eo tempore. C. de distract. pignor.

Quartò fallit, nisi studiosè & dolosè faciat, vt decipiat illum qui super esse suũ cõtrahit: vt C. de la. liber. tol. auth. ad hæc. & l. si res alienas pignor. & l. 2. C. de distr. pignor.

Quintò fallit, ratione sanguinis seu coniunctionis: vt l. si seruus communis. ff. de donat. inter vir. & vxor.

Sextò fallit, si potior sum in eodem iudicio, cuius primo loco mihi competit prosecutio: vt l. sæpe. de re iudic. & in c. quamuis. de re iudi. vide de hac materia per Ludo. de Roma. in l. quæ dot. ff. sol. mat.

REGVLA CCCCLXXXV.

TACITVRNITAS quò ad alterius delinquentis excusationem, pro consensu non habetur. l. pen. & l. inter eos. §. vetare. ff. de fur. & Ludo. de Roma. in l. quæ dotis. ff. sol. matr.

Fallit, nisi aliud suadeat ratio coniunctionis vel sanguinis: quia illud ex parte tacentis inducit tacitum cõsensum: vt l. si seruus communis. de donat. inter vir. & vxor. ex eo quia rem meam accepit: ideo inducit præsumptionẽ cessantis doli vt l. j. C. ad l. Corn. de sicar. cum glo. & ff. de fur. l. inter eos. Institu. de obligat. quæ ex deli. nasc. §. placet.

REGVLA CCCCLXXXVI.

TACITVRNITAS ad aliquem obligandum pro consensu [a] non habetur. vt l. filiusfamil. §. inuitus. ff. de procur.

ADDITIO.

a *Pro consensu. Vide latissimè per Fel. in c. nonne. in j. col. versi. in glo. fin. cum seq. de foro compet. & in c. significasti. circa fin. 2. col. versi. & de consensu. de foro compet.*

Primò fallit, fauore reipublicæ. vt in l. 2. C. ad mun. & in l. honores. §. fina. ff. de decur. & in l. j. ne filiusfamil. lib. 10. C.

Secundò fallit, fauore populi vt l. cum ostendimus. ff. de fideiussor. §. fin.

Tertiò fallit, propter dominicam potestatẽ l. 2. in prin. ff. de noxal.

Quartò fallit, propter præcedentis actus continuationem: vt l. idem quæritur. §. impleto. ff. loc. & seq.

Quintò fallit si cum ipsa taciturnitate concurrat actus positiuus alicuius facti. l. quædam. §. ex parte. ff. de euict. & l. filiusfam. absens. de procu. & qui matri accusare pos. c. insuper. & de sponsalibus. ad id.

REGVLA CCCCLXXXVII.

TACENS in obligatione personali pro consentiente [b] non habetur. l. non solùm. in princ. ff. de procuratoribus.

ADDITIO.

b *Pro consentiente. Adde Fel. in c. nonne. de præsump. in j. col. versi. secunda regula.*

Primò fallit, in fideiussore tutoris qui patitur nomen scribi pro fideiussore, & hoc fauore pupilli. l. 3. §. fin. ff. de fideiussoribus.

Secundò fallit, in casu c. vnici, extrà, de despons. impuber. in fin. lib. 6. & hoc ex eo, quia inducit matrimonium. vt ibi patet.

REGVLA CCCCLXXXVIII.

TACENS contradicere videtur, vt dicit Cy. in l. mutus. C. de procuratoribus. per tex. in l. per quas. §. Neratius. ff. de furt. & per Canonist. in c. nonne. [c] de præsumptionibus.

ADDITIO.

c *In c. nonne. Vbi latissimè vide Fel. in j. col. in versi. in glo. fin. cum sequent. de præsumpt. & in c. cum M. circa fin. 17. col. de constit.*

Primò fallit, quando talis poterat contradicendo factũ impedire. vt vult glo. in c. nonne. de præsumpt. præsumitur in eo tunc fraus, ex quo est præsens & potest actũ impedire, & tacet. vt l. 2. C. si res pign. dat. & l. si sine. ad Velleianum.

Secundò fallit, quando subesset consanguinitas siue cõiunctio personarum: vt l. seruus communis. ff. de testa. & l. seruum. & d. l. si sine. secundum communem intellectum.

Tertiò fallit, quando subest fauor diuini cultus: vt est casus 54. distinct. seruus. & 28. dist. diaconus. ff. de condit. & demon. l. cum ita legetur. §. quæ Titio nubere.

Quartò fallit, quando subesset aliqua cõiectura, ex qua præsumeretnr consensus: vt si me præsente & tacente intret quis in possessionem rei, in qua habet titu. vt l. 2. C. de acq. poss. & si agatur de modico præiudicio: vt no. in l. quã tube. §. fin. ff. de pe. le. & per Bar. in l. quæ dot. ff. solut. mat.

Quintò fallit, quando actus fuisset gestus nomine meo me absente: cum tunc si postea id quod gestum est peruenit ad meam notitiã: in dubio videor ratificare, & sic consentire, si non contradicã. vt vult glo. ff. rem rat. hab. l. quæ enim. vbi plenius de hoc per Bart. cuius dicta refert d. Nico. in c. cũ olim. extrà, de offi. deleg. & ad hoc optimè facit tex. in l. filius. ff. ad Mace. faciũt no. ĩ c. j. de spon. ĩ gl. 3. ĩn 6.

REGVLA CCCCLXXXIX.

TERMINVS quatuor mensium debitoribus ad soluendum regulariter dandus est. vt l. debitoribus. & ibi glo. in ver. dandus. ff. de iudic.

Primò fallit, in condemnato actione depositi. text. est no. in l. si quis. aliàs pen. in verbo, illico. & in verbo, celerrimè. C. deposi. quem ibi ad hoc no. Bal. in prin.

Secundò fallit, vbi appellatio esset deserta. tex. est no. in l. quoniam nulli. in verbo, mox. C. de appellat. quẽ ad hoc ibi no. Bal. & est glo. in l. 2. in verbo, electionem. C. de temporum appellatio.

Tertiò fallit, in condemnato ab arbitro: quia eius sententiæ contraria est actioni: vt in §. j. in auth. vt differen. iud. & ibi no. sed in contractibus vbi dies adiecta non est, datur quadrimestre ad soluendum. l. eum qui falsis. §. quoties. de verb. oblig. & l. quod dicimus. de soln. & ita voluit no. Bal. in l. fi. C. de execu. rei iud. secus tamen est in sententia arbitr. l. cum dies. §. intra quantum. cum glo. ff. de arbit. facit l. j. C. eod. titu.

Quartò fallit, in sententia lata à iudice, à cuius sententia appellari non potest. text. est bene notandus in auth. vt spons. larg. §. aliud quoque. quẽ ibi ad hoc ponderat Ang.

Quintò fallit, in sententia criminali: vt l. cum res. C. de pœnis. quam alleg. Ang. in d. l. debitoribus. adde glo. & doctor. in l. conuenti. de offic. proconsul. & legati. vbi etiam plenè de hac materia & no. Specu. in titu. de dilat. in princ. seu in §. j. versicu. executiones debent differri per 30. dies, l. si vt dicam. C. de pœ. vbi text. not. idem etiam videtur in sententia criminali lata à principe, & si iniusta sit. 11. q. 7. c. apud. in fin.

Sextò fallit, etiam dicta regula in alijs multis casibus, de quibus habetur per gl. & doct. in l. fi. C. de executio. rei iudi. cum concordanti.

REGVLA CCCCXC.

TERMINVS decem dierum ad appellandum à die scientiæ datur & non ante. vt in auth. hodie. C. de appel. cum si. quibus transactis ad appellãdum quis non admittitur in c. concertationi. de appel. in 6.

Primò fallit, vbicunque litigat quis per procuratorem, quo casu non requiritur scientia domini: & ideo si non appellat vsque ad decem dies, non poterit amplius appellare: quia taciturnitas procuratoris nocet domino: ita notabiliter tenet Bar. in l. j. in fi. quando appel. sit.

Secundò fallit, nisi fuerit notificatum ad domum illius, contra quem fuit lata sententia quia tunc non poterit ille excusari de ignorantia. & ideo contra eum currit tempus ad appellandum. ita eleganter tenuit Bal. in l. j. C. ex quibus caus. ma. & ideo cautela est, quòd quando fertur sententia contra aduersarium absentem, ꝙ faciat statim notificare ad eius domum: quia postea transactis decem diebus non poterit amplius appellare, quod est menti tenendum.

Tertiò fallit, quotiescunque lata esset sententia excommunicationis vel censuræ contra aliquem sub conditione: quia tunc pendente illa conditione, & post 10. dies à tempore dicti præcepti vel sententiæ, poterit appellare: vt est tex. no. in c. præterea. el 2. de ap. secundum do. Io. And. ibi, quæ opi. est communis, licet à malis sententijs & conditionalibus debeat appellari. infra 10. dies à tempore latæ sententiæ vt l. 2. §. biduum. ff. quando appel. sit. & not. in prædi. c. præterea.

Quartò fallit, quando iudex in iudiciali loco grauauit partem interloquendo: cum omnis vox iudicis sit sententia. C. de sent. l. stipulationis: vt quia fortè comminaretur parti si aliquid non faceret infra mẽsem, vel fortè assignauerit locum non tutum: quia si non faceret, etiam post 10. dies appellare potest. ita not. voluit Pau. de Leaza. in clem. causam. circa principium de ele. alleg. no. in Spec. in titu. de appel. in §. testat. ver. sed quid dices. & dicunt ibi doct. & alibi quod hoc dictum est bene notandum, & subdunt se non meminisse alibi hoc legisse. est verum quod Inno. ibi videtur illud dictum impugnare, maximè motus: quia c. illud indistincte loquitur, & similiter glo. arg. c. 2. de confes. tamen istud communiter tenetur per doct.

REGVLA CCCCXCI.

TESTAMENTVM si non valet, iure codicillorum non valebit, nisi hoc testator expresserit, ita vt ab intestato venientes grauati videantur: vt probatur in l. fi. C. de iure codic. & ibi do. Bene. de Barzis ponens infrascriptas fallen.

Primò fallit, fauore libertatis, & piæ causæ dicit Bal. in l. si mater. C. de ser. pig. da. manu. per tex. in l. instrumento. de fideicom. liber. ff.

Secundò fallit, quando testator apponit distributiuum quisquis, dicẽdo quisquis mihi hæres erit det Titio 10. nã tunc eius factum refertur ad codicillos. Bal. in l. duobus. de iudi. & sic non videtur habita solũ relatio ad hæredes scriptos in testamento. & per hoc dicit Ange. in l. j. ff. eo. quod contrarium videbatur in l. libertus. §. hæc verba. ff. de vulgar. & pupil.

Tertiò fallit, quando est appositum iuramentũ: vt not. in d. l. fi. & auth. testator. vbi iurans videtur apponere clausulam, si nõ valet quod ago vt ago, valeat vt valere potest. per tex. in l. cum pater. §. filius.

Quartò fallit, si dicat testator quod vult legata deberi, etiam si hæreditas non adeatur ex testamento. ad hoc vide quod no. Bal. in l. j. C. si quis omis. cau. testa.

Quintò fallit, quando testator in testamento prohibet testamenti effectum: quia tunc videtur facta repetitio in venientibus ab intestato: vt dicit Imo. de cond. insti. l. j. vbi allegat l. Lucius. §. fatalia. ff. de leg. 2.

Sextò fallit, quãdo testator dicit ꝙ vult valere omni solennitate remota, & perinde est ac si apponeret clausulam codicillarem, vt dicit Bal. in l. penus. ff. de leg. 2. §. fi. per illum tex. qui ad hoc est valdè notabilis.

REGVLA CCCCXCII.

TESTATOR legans domũ simpliciter, intelligitur legare vnã de illis quas habet in patrimonio. l. 3. & ibi Barto. ff. de vino oleo triticoq; lega. & electio est hæredis.

Primò fallit, nisi testator haberet plures domos vnam in domicilio, & aliam extra: quia tunc debetur illa quæ est in domicilio. l. quæ conditio. §. j. ff. de condit. & demonst.

Secundò fallit, nisi ex cõiecturis appareret testatorem cẽsisse de certa domo. de quo ĩ l. sed si susceperit. ff. de iud.

REGVLA CCCCXCIII.

TESTATOR legans in rem simpliciter, cẽset tantum modo legare ius quod habet in re, cuicunq; legauerit. l. si domus. §. si fundus. ff. de leg. j. & ibi docto.

Amplia idem esse in donatione inter viuos, quia donan do rẽ simpliciter, non videtur donasse nisi illud ius quod habet. c. pastoralis. de donatio. & Bar. in l. prędia. C. de colla. fun. fisca. lib. 11.

Amplia secundum Imo. & Alex. in d. §. si fundus. etiam si sit ius putatiuũ: vt no. Bar. in l. si sic. §. fi. de leg. j.

Amplia etiam siue hoc ius insit in re, siue in spe tantũ, licita tamen. l. seruum filij in princ. cum glo. ff. de lega. j.

Amplia etiam quando testator habebat tantum actionem personalem ad rem legatam, vt quia emerat sed nondum fuerat tradita: vt probatur in l. apud Iulianum.

§. idem

§.idem Iulianus.ff.de leg.j.

Amplia, quãdo testator haberet ius pignoris, tunc censeretur legando illam, solum legare ius hypothecæ quod habet vt per Bart. in l.fideiussor obligari. ff.de fideiusso.& Bal.in l.fi.C.de hæred.vel actio.vendi.

Amplia etiam, quando testator haberet rem communẽ cum alio: quia intelligitur legare partem suam. l.serui electi.§.fi.de leg.j.& hoc procedit nisi fuisset factum legatũ per distinctionem totum vel omne: vt probatur in l. Iulianus.in princ. de legat.3.vel nisi haberet rem communem cum hærede.l.vnum ex familia.§.si rem.ff.de legat.2.& l. cum filius.§.dominus. eod.titu.

Amplia etiam si ius quod habebat testator esset finiturum morte ipsius testatoris: vt in vsufructu. l.quod in rerum.§.j.& ibi Ias.ff.de leg.j.

Primò fallit, quando ignorabat testator aliquod ius in relegata habere: quia tunc legando rẽ simpliciter, videtur in totum legare, non respectu illius, qui in ea ius habebat. l.seruum.§.j.& ibi Bar.ff.de leg.j.

Secundò fallit, quando testator habebat solũ ius possessionis: quia tunc legando rem simpliciter, non videtur legare ius quod habet in re: cum aliud sit res, & aliud rei possessio.l.si duo.§.fi. ff.vti possidetis.

Tertiò fallit, quando testator habet dominium rei quã legat, sed est pignorata: quia tunc censetur grauare hæredem quod ea redimat secundum dispositionẽ legis, si res obligata.ff.de leg.j.& l.prædia. C.de fideic.

Quartò fallit, quando testator habebat solum ius seruitutis realis in fundo legato: quia talis seruitus non potest a deberi ei qui nõ habet prædiũ dominantẽ.l.j.ff.com. præ.

Quintò fallit, quando testator habebat nudam proprietatem rei legatæ & vsusfructus erat alienus: quia censetur velle quòd hæres redimat vsumfructum, & illum præstet legatario.ita videtur probare tex.in l.Mæuius.§.fundũ.ff. de legat.2.secundum Imo.ibi, & in c.pastoralis.ff.de do.

Sextò fallit, in titulo oneroso, vbi non fit restrictio ad ius concedentis, nisi emptor de hoc scientiam haberet, vel nisi pretij qualitas aliud suaderet.l.si quis domum. §.hinc subiungi.ff.loc.& l.fi.in verbo, nesciente. à contrario sensu.C.de communium rerum alien.

Septimò fallit, quando legans vel donans ipsam rem, intendebat legare ius quod in ipsa re habebat: secus quando intendebat legare ipsam rẽ totaliter: quia etiã respectu illius iuris quod habebat non valet.l.si is qui putabat. ff.de acqui.hær.ita vult Abb.in c.quod aut.in fi. de iure patron.

REGVLA CCCCXCIIII.

Testator testamentum in scriptis clausum, sigillatum, & subscriptum, ita quòd voluntas sua alijs nota non sit, nisi post mortem suam, facere potest. vt in l.hac consultissima.in princ.C.de testa.& Insti.de pupil.substit. §.sinautem quis ita formidolosus.

Primò fallit, nisi viuo testatore, vel etiã post mortẽ ante eius aperturam vnus de testibus moriatur: ita quòd nõ possit recognoscere suam subscriptionẽ & sigillum: quia tunc & eo casu non valeret testamentum. ita dixit sententialiter Bar.in l.2.in prin.ff.quemadmo.testa.aperi. Et propterea vti debes hac cautela vt testator conuocet vnũ notarium, qui non sit de suprà dictis testibus, & duos vel tres alios testes, & faciet ꝙ singuli dictorum testiũ qui se subscripserunt & sigillauerunt recognoscant suas subscriptiones & sigilla in præsentia duorum doctorũ, vel trium testium, & dicti notarij, & roget dictum notariũ: vt conficiatur vnum instrumentũ de dicta recognitione, & subscriptione sigillorũ. & ita securus erit: quia non erit opus alia recognitione.& hoc modo non erit periculũ aliquod. Vel potes & alio modo prouidere, videlicet quòd testator à principio ꝙ se subscribunt testes & ponunt sigilla, adhibeat notariũ & testes qui sunt rogati de dicta subscriptione & sigillis, & de hoc fiat publica scriptura: quia illa probabit sufficienter.& hoc ponit Bar.in d.l.2.in prin. Sed prima vel præcedens cautela melior est. Tertiò posset aliter prouideri, quando testator vellet testari in scriptis & non curare quod testamentum esset secretũ: quia tunc posset facere publicationem fieri eo viuo.vt no.Bar. in d.l.2.§.si dubitetur,&c.Et eodẽ modo dicas de mercatoribus, qui de contractibus suis sæpissimè non faciunt conficere instrumenta publica sed scripturas priuatas, quæ dicunt chirographum, & in vulgari appellatur scriptũ de manu: quia est valde periculosum edere & cõficere de huiusmodi chirographo aliquod instrumentũ, in quo ferè semper requiritur, ꝙ interueniat & fiat subscriptio trium testiũ ad minus, aliàs non valet, neque tenet. quando est aliqua scriptura priuata non confecta manu alicuius notarij vel alicuius publicæ personæ, vt est singu.text. in auth.si quis vult.C. qui por.in pig.ha. Nam si forte fortuna aliquis testis qui se subscripserit moreretur, profectò illud chirographũ nihil valeret neque aliquo pacto probabit, nisi fuerit scriptum cum conditionibus requisitis: vt suprà dixi, videlicet per manum publicam vel habeat pariter sigillum impressum: vt est sing.casus & no.extra in c.2.de fide instru. & ibi elegantissimè per omnes scribẽtes.& de hoc in terminis est glo. elegans & valde not. quæ hoc expressè dicit extra in c.inter dilectos.de fid.instr.in verbo, publica manu.Et ideo sis cautus quòd non recipias chirographũ nisi sit scriptum de manu notarij ad hoc rogati, vel nisi apponatur sigillum promittentis. & si potes facias confici publicum instrumentum prout suprà dictum fuit.

REGVLA CCCCXCV.

Testatus pro parte, & pro parte intestatus, a regulariter quis decedere non potest. vt l.ius nostrum. de reg.iur.cum si.

ADDITIO.

a *Intestatus. Adde do.Pet.Phili.Cor.in consil.35. inci.in casu in litera t.in 2.parte & omnino in consi.85.incip.plura in litera g.in 3.parte.*

Secundò limitatur dicta regula, vbicunque testis deponit de facto proprio quia tunc creditur vni soli testi, concurrentibus alijs indicijs vt est glo. no. in c. dudū. de elect. in 6. & glo. in verbo, decidendum. & in c. ex literis. de iureiur. tenet Pan. de Cast. in l. quæcunque. in fin. C. de ser. fug. & Saly. in l. si quis decurio. C. de fal. in 4. opp. & plenè dicitur suprà in præcedenti regula. & vide Spec. in titu. de testib. in d. §. restat. in versicu. licet quis. vbi enumerat 30. casus, in quibus creditur solum vni testi, quos prosequitur & alij addūtur in l. bonæ fidei. C. de rebus cred. de quibus vide ibi per eos.

Regula DVIII.

Testi vni affirmanti magis creditur, quàm mille negantibus vt l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbit. & l. hæredes palam. ff. de testam.

Primò fallit, nisi assererent contrarium eius, quod alij dicerent, vt putà si dicant, ꝙ non potuissent dicere quin nos audiuissemus. nam tunc statuus dicto partis maioris secundū glo. in l. ob carmen. §. fi. ff. de testib. & in l. j. §. j. ff. de ven. inspici. de quo vide Bar. in d. l. hæredes palam.

Secundò fallit, quando deponentes super negatiua non deponunt super facto, quod potest cadere in sensum corporeum testis, sed deponunt in eo quod cadit in intellectu: vt quia deponunt de peritia alicuius, vel de vulnere ꝙ non sit mortale, vel aliquam non esse prægnantem: tunc si deponentes negatiuè sint periti, & deponentes affirmatiuè nō periti, plus creditur imperitisvt no. Dy. in proœmio digestorum. Si autem vtriusque partis sint testes periti, tunc est par probatio deponentiū super negatiua & super affirmatiua. & ideo si plures deponerēt negatiuè quā affirmatiuè, magis creditur pluribus deponentibus negatiuè quàm paucioribus deponentibus affirmatiuè, concurrente idoneitate & synceritate testium, de qua in l. ob carmen. in §. si. ff. de testibus. & iste est casus in l. j. §. j. versic. sin autem. & in §. quid ergo. versi. si omnes. ff. de vent. inspi. & no. Bar. in d. §. si plures. & in l. hæredes palam.

Tertiò fallit, quando deponentes negatiuè super facto perceptibili sensu corporeo, deponunt simpliciter remouendo sensum ab actu: secùs autē si non remouerent simpliciter sensum ab actu, sed dicerent illam pecuniam non esse numeratam: quia non potuisset numerari, quin ipsi testes vidissent, tamen creditur eis quantumcunque affirmatiuè deponentibus. & inter eos seruatur distinctio. d. l. ob carmen. §. fin. & ita notanter dicit Barto. in prædicto §. si plures. & in l. hæredes palam. in prin. si tamen paritas deponentium testium affirmatiuè, & deponentium negatiuè esset, & per hoc testium deponentium affirmatiuè & reliquorum esset paritas, adhuc procedit regula, ꝙ magis creditur affirmātibus quàm negantibus: vt not. Cy. in l. 2. C. de erro. aduoc. & per Bal. in c. j. in l. j. de contro. inter vasal. & do. in vsib. feud. Et prædicta procedunt etiam quando testes deponentes super negatiua, dicerent se non recordari de omnibus verbis & actis, sed bene recordari quod talis mentio non fuit facta: quia per eos optimè probatur ista negatiua, non obstante quòd de omnibus nō recordentur plenè quia sufficit quòd recordētur de eo precisè, de quo quæritur, licet non de alijs. ita voluit singulariter & tenet Cyn. in l. 2. C. de don. ante nupt. quē ibi etiam sequitur Bal. in l. principaliter. C. de reb. alie. non alienan. & Bar. in l. admonendi. versi. quæro quid testes deficiant. ff. de iureiur. Si autem dicerent simpliciter de numeratione non recordari, vel dicerent illam non fuisse factam, nō probarent: quia reuocarent dictum suum vt patet. Et prædicta locum habent in causa ciuili secus in causa criminali. vt no. sing. Bal. in l. data opera. C. qui accu. non pos. in repetitione. qui allegat glo. fin. in c. clerici.

Quartò fallit, secundum quod not. per Inno. in c. super hoc. de renunciation.

Regula DIX.

Testificari in criminalibus nemo priuilegiatus cogitur, etiam in foro canonico: vt est text. glo. & doct. in c. dilectus. de testib. cog. & Inno. in c. j. eod. titu. & in c. super eo. extrà, eo. titu.

Primò fallit, quando veritas aliter haberi non possit. vt in c. peruenit. el 2. extrà, de testib. cogen.

Secundò fallit, quando testes subtraherēt se timore partis aduersæ: vt in d. c. super eo. vel malitia partis: vt voluit Inno. in d. c. j. & vt not. in d. c. super eo. secundum do. Nic. in præalleg. c. dilectus. extrà, de testibus cogen.

Tertiò fallit, quando esset crimen vituperosum, putà hæresis, dilapidatio, & simonia: cum tunc cogantur testes etiam si crimen sit occultum. extrà, de accus. c. qualiter. el 2. & de hære. c. ad abolendam. secundum Host. & Io. An. in d. c. dilectus. & Inno. in d. c. j.

Quartò fallit, quando quis perseuerauerit in crimine manifesto. extrà, de vita & hone. cler. c. vt clericus. secundum Inno. in d. c. j. qui idem dicit esse, si ita duceretur quis ad probandum, ꝙ quis sit condemnatus de crimine: cum tunc cogatur, ex quo crimen est factum notoriū per sententiam. est enim tunc peccatum celare veritatem. idē si ducatur contra infames, vt infamia probanda sit. secundū Inno. ibi & Io. And. in d. c. dilectus. vbi etiā gl. hoc tenuit.

Regula DX.

Testes in scriptura publica requiritur ꝙ saltē per notarium describantur, secundum Can. in c. j. extrà, de fide instru.

Primò fallit, quando consuetudo esset in contrarium: vt voluit Imo. in c. j. extrà, de his quæ fiunt à præla. per id quod habetur extrà, de fide instru. c. cum dilectus.

Secundò fallit, In actis iudicialibus in quibus nō est necesse vt testes describantur: vt C. de don. l. in dona. & not. extrà, de probat. c. quoniam contra. vbi de hoc, &c. Albericus. extrà, de testib.

Tertiò fallit, quando instrumentum fieret coram populo publicè: vt no. Spec. in tit. de fide instru. versi. post leue. dicens hoc fuisse dictum Lamberti de Leodio.

Regula DXI.

Testis mulier in testamento, chirographo, & in causa criminali esse non potest,[a] vt l. qui testamento. §. mulier. ff. de testa. & Institu. eod. §. testes. & per Bal. singu. in l. nec scripturas. C. qui pot. in pign. hab. & in d. §. mulier. & per Gandi. in suo tract. malefic. in titu. de fur. in fin. Sed Imo. in d. §. mulier. tenet contrarium, & eam dicit esse communem opinionem.

Additio.

a Potest. Vide Fely. in c. quoniam. de testibus.

Primò fallit, hæc regula, scilicet q̃ mulier in testamento testis esse non potest, quando mulier esset testis in testamento inter liberos: vt si patet instituerct liberos, vt per glo. sing. in auth. quod si sine. C. de testa. & ita tenent omnes doctor. in d. §. mulier. Sed circa hoc dubitatur an illa glo. procedat eo casu, quo instituat bastardum. & quidam in d. §. mulier. format hanc quæstionem in terminis. & alleg. Spec. sed non dicit vbi, imò dicit se nescire vbi est dictum Spec. tu dic quod est in titu. de instru. ædit. §. cōpendiose. versic. quid si pater naturalis. vide etiam Bal. de hac eadem quæstione in l. si qua illustris. C. ad Orficia. & l. iniuriarum. C. de natur. liber. & in l. fin. C. famil. ercisc. & ibi etiam per Pau. de Cast. & in l. parentes. ff. de in ius vocan. l. generaliter. in 3. col. & l. parentes. de instit. & substit.

Secundò fallit, quando esset testis in testamēto ad pias causas: vt per Pau. de Cast. in consi. suo 361.

Tertiò fallit in codicillis, vbi testis esse potest: vt l. licet. in fi. C. de codicil.

Quartò fallit, quando adhibetur testis ad probandum testamentum: vt per Alb. de Rosa. in d. §. mulier. vbi format hanc quæstionem, & dicit priùs à nemine fuisse tactam, & rationē ipse assignat, & plenissimè examinat arguendo ad partes. vide per eum.

REGVLA DXII.

TESTIS interrogatus de his, quæ detegunt eius turpitudinem, respondere non tenetur: vt dicit gl. Host. & Io. And. & Cano. in c. cum causam. extrà, de testib.

Primò fallit, quando interrogaretur de crimine, de quo principaliter agitur, si de illo dicatur particeps ille testis: vt vult Inno. in c. testimonium. extrà, de testibus. & Io. And. in d. c. cum causam. post Innoc.

Secundò fallit, si interrogatur de paupertate sua: cum tunc teneatur respondere, licet eodem modo detegat turpitudinem suam: vt l. 4. ff. de testibus. & hoc voluit Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de test. §. iam de interrogatorijs. ad fi. versi. porrò. vbi plenius per eum.

REGVLA DXIII.

TESTIS infamis infamia facti à testimonio regulariter non repellitur, imo ei fides adhibetur. vt no. in l. b cunctos. C. de summa Tri. & in l. j. §. in causæ. ff. de ædil. edict. & est tex. no. in c. licet causam. de probat. ibi, malæ famæ. & est glo. in l. 2. §. lege Iulia. ff. de testib. & in c. licet. extrà, eod. tit.

ADDITIO.

b *In l. cunctos. Vbi latè vide do. Ias. Mayn.*

Primò fallit, in crimiualibus, in quibus probationes debent esse clariores luce meridiana: vt l. sciant cuncti. C. de probat. l. 2. C. de requir. reis. l. sententiam. C. de probat. & c. testimoniū. de testib. & ideo talis testis non debet admitti. ita no. tenet Bar. in d. l. cunctos populos. C. de sum. Tri. & fid. cat. pro quo facit tex. in l. qui vltimo. ff. de pœnis.

Secundò fallit nisi à lege vel statuto requirerentur testes omni exceptione maiores: quia tunc testis etiam infamis infamia facti repellitur à testimonio. ita not. voluit Bal. in l. optimam. eod. tit.

Tertiò fallit, in probatione ingratitudinis feudatarij, vel donatarij: quia tunc ad probandum ipsam ingratitudinem indistinctè repellerentur testes infames infamia facti: vt est casus sing. in c. j. quo tempore miles in vsib. feu. ibi integræ opinionis. quem ibi ad hoc no. Bal. & illū tex. reputat sing. Lud. de Ro. in suo singul. quod habeo in nu. 334. incip. dubitatio. & dictū, q̃ in criminali testis infamis infamia facti non admittitur, procedit non solum quādo causa est mere criminalis, sed etiam si causa esset mixta. & pro hoc alleg. tex. in c. ex parte. de testib. & ad emptionē agebat, & sic non erat criminalis, & tamē testis infamis admittit. & de materia vltra prædicta, habet per gl. Dyn. & doct. in l. 2. ff. de sena. & in d. l. 3. de Carb. edic. & per gl. Bart. & Imol. in l. cū lege Iulia. ff. de testib. & habetur per glo. auth. de testib. §. si vero dicat. & per glo. Io. And. & doct. in c. testimonium. de testib. per Bart. in l. liberta. ff. de quæst. per Cy. in l. si quis ad declinandā. C. de episc. & cle. per Bal. no. in l. si quis ex argētarijs. §. j. ff. de eden. vbi not. dicit quod vnus testis infamis infamia facti, & alter valde dignus plenā fidē faciunt. & idē tenet in l. j. 3. col. C. de testib. Sal. io l. j. C. si cer. pet. & habetur in Spe. in tit. de teste. §. j. ver. itē excipitur quod est infamis. & per Bal. in l. pen. C. de sent. quæ sine cert. quan. versic. quod si iudex dicat in sententia condēno talē, si est probatum etiam per testes infames. habetur etiam per glo. in l. quoniam multi. C. de hær. vbi ponit an infamis possit esse testis in cōtractibus. & per doct. in l. mulier. C. de testib. & plenissimè per Pau. de Elea. in c. testiū. & in c. forus. de verb. signi. & no. 6. q. j.

REGVLA DXIIII.

TESTIS si dicat se nunquam illud dixisse quod notarius scripsit, magis notario quàm ipsi testi creditur. ita no. Cyn. in l. si prius. C. de fal. de quo etiam per Iaco. de Aret. & Bart. in l. j. in fi. ff. quemadmodum testamen. aper.

Primò fallit, quia dicta regula procedit in ciuilibus, secus autem in criminalibus. ita sing. tenet Specu. in titu. de instru. ædic. in §. restat. versicu. quid si, &c. quod dictū est menti tenendum.

REGVLA DXV.

TESTIS in causa sua nemo idoneus est. l. in omnibus. C. de testib. & l. nullus. ff. eod. titu. & in c. de cæte. ro. extrà eod. & 4. q. 3. §. item nullus.

Primò fallit vbicunque produceres ipsum faciendo eū protestari quòd ex suo testimonio nullum vult ius sibi quæri: quia tunc poterit esse testis etiam in eo, in quo habeatur aliquid ex eius rebus. ita not. decidit Feder. de Sen. in consi. 62. & hoc tenet etiam Bald. in l. dictantibus. C. de test. vbi dicit q̃ licet ille, qui soluit. non possit esse testis ad probandum ipsum fuisse vsurarium, tamen si protestaretur ex testificatione nullum velle consequi commodum: tunc ille, qui soluit vsuras, erit idoneus testis ad probādum vsurarium. & hoc sequitur etiam Io. de Anan. in c. cum in diœcesim in 2. col. extrà, de vsu. & hanc cautelam ponit etiam do. Lau. de Rodul. tract. de vsur. in 4. col. & habetur per Ang. in disp. sua incip. Astensis miles. & vide in simili per Io. And. in regula, sine possessione. in mercu.

Secundò fallit, quando quis non potest probare debitū, & cedat omne ius quod habet cuidam tertio, qui sit amicus suus. & tunc poterit esse testis in hoc. ita tenet Gul. de Cu. in l. hæredi. §. nos. ff. de pac. & hoc etiā ibi tenet Ray. de For. q̃d esset sin. si esset verū. quidā doct. hoc reprobāt.

Tertiò fallit, vbicunque testis deponeret de facto proprio ad vtilitatem tātum tertij. nam hoc casu etiam plenā faceret probationem. ita no. tenet Paul. de Castr. in l. serui nomine. C. de test. & in l. 2. §. absens. ff. si ex nox. causa ag. & in cōsi. 368. incip. in Christi nomine amen. visis actis. & idē do. Abb. in c. j. de testib. vbi dicit q̃ vbicūq; principalis persona non est allatura commodum vel incommodum, laudem vel vituperiū, nec aliqua affectione mouetur, q̃ tunc potest esse testis etiā in facto proprio: quia tunc subest ratio, quare non debeat computari in numero testiū: tamen hoc intellige vbi non agitur de magno præiudicio. adde glo. no. in c. dudum. el 2. in glo. in ver. decidenda veritate. de elect. quæ dicit quod creditur soli prælato in his quæ sunt de facto suo, sicut creditur soli filio deponenti in facto suo. 4. q. 3. §. item seruus. & in l. interroganti. C. de quæst. & idem tenet glo. in c. ex literis. de iureiur. in gl. j. licet glo. in c. dudum. dicat quod consuetudo se habeat in contrarium, tamen notabis illas gl. inquantū dicunt quod de iure debet credi vni soli deponēti de facto suo de quo superius dictum est. & adde quod idem voluit Paul. de Castr. in l. quicunque. in fin. C. de ser. fugit. vbi dicit communiter vni soli deponenti de facto concurrentibus alijs indicijs debere credi, quia etiam vni seruo creditur, & si creditur vni seruo, fortiùs debet credi vni libero. & si dicatur

si dicatur quod seruo creditur cum tortura: sed liber homo non debet torqueri, respondet quod illud contingit propter vtilitatem personæ serui, cui non debet credi sine tortura. sed tamen valet depositio hominis liberi sine tortura. & hoc limita vt in l. iusiurandi. C. de test. vbi dicitur quod non creditur vni testi quantumcunq; magna præfulgeat dignitate. & idẽ dicitur in c. licet ex quadã. de testib. nam dicit hoc esse verũ, vbi testis deponit facto proprio: quia tunc creditur vni testi concurrentibus alijs indicijs. & gl. in d. c. dudũ. & in d. c. ex literis. sensit istã opin. quod debeat credi vni testi quãdo deponit de facto proprio: quod tamen intellige verum vbi ex tali facto ad eum nõ potest peruenire nec commodũ nec incommodũ, nec laus neq; vituperium, per ea quæ habentur in c. insuper. de testib. & idẽ expresse voluit Sal. in d. l. si quis decurio. in 4. opp. C. de fals. sed aduerte, quia contrarium voluit Inn. in c. cum dilectus cũ gl. in ver. respõsiones. de acc. & Bar. in consi. 2. inci. solum intendo allegare in q. proposita. & not. Cyn. in d. l. si quis decurio. Ant. de But. in c. cum à nobis. in antep. col. de test. & vide Bar. in l. ne in arbitris. ff. de arbitris.

Quartò fallit, in causa denũtiationis, in qua quis potest esse testis in facto proprio vt habetur in c. in omni. de testib. quæ omnia sunt valde not.

REGVLA DXVI.

TESTIS nõ iuratus regulariter fidẽ non facit, vt l. iurisiurandi. C. de testi. & in c. tuis. extrà eo. tit. cũ similibus.

Primò fallit, quãdo deponit super eo, quod est notoriũ. vt not. in c. cum causam. de coh. cle. & mu. dummodo deponat ad plenam iudicis informationem seu instructionẽ. quod etiam sensit Inn. in c. pe. de postu. præl. est gl. reputata sing. in c. 1. de pac. tenenda.

Secundò fallit, vbicunq; pars remitteret iuramentum: in c. tuis. & ibi est gl. not. & gl. in d. l. iurisiurandi. C. de testi. & in c. tertio loco. de prob. in gl. 2. & glo. in l. 1. in princ. ff. de fer. & ibi hoc tenet Bar.

Tertiò fallit, vbi statutum dat iudici arbitrium in procedendo, & iudex remittit iuramentum. ita tenet Bar. in l. filiusfamiliàs. ff. de don. licet aliqui reprehendant.

Fallit 4. vbicunq; Papa vel Princeps mandat alteri vt se informet de certo negotio: quia tunc poterit se informare à testibus etiam non iuratis & non idoneis: vt est glo. sing. in d. c. j. de pace tenen. & ibi Bal. in vsib. feu. q tamen procedit nisi sit dictum quod diligenter se informet: quia tũc testis deberet iurare, & partes debebũt citari. ita dicit Bal. in c. 2. de contr. inuest. & melius in leg. neque natales. C. de prob. & Fed. de Sen. in consi. 81.

REGVLA DXVII.

TESTIS socius criminis regulariter non admittitur vt in c. veniens [a]. de testib. & in c. 1. de confes. & in c. memini. 15. q. 3. & not. glo. in c. cum P. Manconella. de accusa. cum similibus.

ADDITIO.

a *In c. veniens Vbi vide Fely. & Lanfr. in repet. c. quoniã contra. de probat. in versi. testium in 20 col. versi. vlterius dubitatur. & d. Alex de Imo. in consil. 142. in vlt. colum. in fin. in 1. parte.*

Primò fallit, quando recipitur ad præsumptionẽ faciendam: quia tunc bene admittitur: vt not. c. 3. in gl. fin. de testib. quam gl. ibi multum not. do. Abb. & idem Inn. in d. c. veniens. eo. tit. pro quo allego gl. in c. j. in verb. testis. extrà, de testbi. lib. 6. quæ dicit qd licet particeps criminis & inimicus capitalis repellatur à testimonio: tamen admittitur ad præsumptionem faciendam. alleg. not. in c. veniens. & in c. memini. alleg.

Secundò fallit, vbicunq; particeps criminis fuisset emẽdatus de crimine, & ageretur ciuiliter: quo casu admittitur etiam ad plenam probationem faciendam: ita notanter tenet Inn. in præal. c. 3. de testi. vt dicit q emendatus de crimine admittitur ad testimonium, qñ de crimine ciuiliter agitur, etiam si fuit socius criminis. quod est notandũ pro limitatione d. c. testimonium. vt dicit d. Abb. ibi.

Tertiò fallit, nisi sit particeps criminis, & fuisset examinatus cum tormentis secundum Innoc. in præalle. c. 3. quo casu si de crimine proceditur ciuiliter, probat secundum Innocen. ibi in sua tertia lect. vbi sensit, quòd cessante infamia tales testes examinati faciant plenam probationem. doct. ibi communiter cum illa lect. Innoc. tenent, licet dicant eum diuinare, & superius dictum est in socio criminis, videlicet quòd licet non faciat plenam fidem, tamen faciat indicium ibi. & fortius esset dicendum in criminoso, qui non fuit socius criminis vt possit recipi in testem, ad faciendam præsumptionem. ita tenuit Car. Zab. in præalleg. c. 3. in fin. & alleg. not. per gloss. in d. c. 1. de confes. & in c. si quis propterea. 9. col. quod dictum dicit esse sing. & menti tenendum.

REGVLA DXVIII.

b TESTIS de credulitate deponens audiri [b] non debet, neque probat. tex. est & gl. in l. in summa. in §. itẽ Labeo. ff. de aqu. plu. ar. & arg. l. testium. C. de testi. §. ex eo. ad hoc etiam quod not. Spec. eo. tit. §. j. versi. quid si deponitur de credulitate. & versi. iam de integra. ad finem. & Io. And. in c. inquisitionis. extrà, de accus. cum similibus.

ADDITIO.

b *Audiri. Adde Fely. in c. quoties. de test. & Corn. in cons. 108. incip. videtur. in litera o. in 1. parte. & in consi. 27. incip. in præsenti. in litera f & in consi. 94. incip. viso. in litera e. & b. in 3 parte. & Ang. in consi. 40 & Bal. in consi. 295. & in consi. 314. in 4 parte. & Fran Are. in consil. 64. & d. Alex. in consi. 70. & in consi. 72. & in cons. 100. & in cons. 113. in 1. part. & Pau. de Cast. in consi. 194. in 1. parte. & Lud. Rom. in consi. 22.*

Primò fallit, in casibus de quibus per Cano. in c. quoties de testibus.

Et primò quando testis deponeret in factis notorijs & antiquis vt si deponeret quòd iustitia maior fuit in tempore: vt not. extrà, de iura. calum. c. pe. per Inn. cum & tunc talis ex quo vehementer opinatur sic fuisse, lato præsumpto vocabulo dicatur scire. per id quod habetur in l. si quis extraneus. §. 1. ff. de acqui. hæred. secundum Io. de Imo. in d. cap. penultimo.

Secundò fallit, in his negotijs vel factis, in quibus admittitur de auditu testimonium, cum tunc admittatur testimonium de credulitate: vt in d. c. quoties. extrà, de testi. & in l. si arbiter. ff. de proba. & vt no. in d. leg. in summa. §. item Labeo. ff. de aqua plu. arcen.

Tertiò fallit, quando facit testimonium super his quæ percipit ex peritia artis: vt not. per gl. & ibi per Bar. & Bal. in l. solet. C. de testib. de quo etiam de proba. c. proposuisti.

Quartò fallit, quo ad præiudicium ipsius testificantis cũ eidem æquè præiudicet testimonium de credulitate, sicut & testimonium de veritate: prout est gl. not. in c. ex literis. ad hoc quod not. in l. 2. §. quod obseruari. C. de iura. calum. & in Spe. in tit. de deposito. ver. hoc. & Io. And. in c. inquisitionis. extrà, de accusa.

Quintò fallit, quando testes deponerent de credulitate quæ est coniuncta copori: nam ex quadam violentia præsumptionis bene valet testimonium eius, qui dicit vidisse nudum cum nuda in eodẽ lecto: cum propterea credatur copulam interuenisse: cum tunc admittatur testimoniũ de credulitate. ad hoc c. literas. extrà, de præsumpt. & per Io. And. in d. c. vbi hoc idem tenuit. & per Bald. in d. l. solet. & in l. conuenticulam. C. de epis. & cle. & in l. fi. C. de probat.

Sextò fallit, quando testis deponendo super credulitate adijcit verba, per quæ colligitur de eius vera scientia, vt est sic deponendo super mutuo, & reddendo causam dicat, quia credidit sic fuisse cum fuerit præsens, vel viderit numerari. nam id quod scimus possumus credere, vt voluit Io. And. in capitu. præsentium. in verbo, syndico. de test. in 6.

secundum

ſecundum Anto.& Imol.in c. quoties. eodem titu.vbi latius de his per ipſos vide.

REGVLA DXIX.

TESTIS prælatus ſiue alia perſona eccleſiaſtica in caſu eccleſ.& ſinguli de vniuerſitate pro vniuerſitate admit-
a tuntur vt in c.inſuper [a].de teſtibus.& ibi Hoſt.& communiter doct.& in c.nuntius.de teſtibus.

ADDITIO.

a *In c.inſuper.Vbi vide Fely in primo nota.*

Primò fallit, quando ipſe prælatus agitaret cauſam per ſe,vt expreſſe patet in d.c.inſuper.in textu.

Secundò fallit, quando prælatus agitaret cauſam ſiue per ſe,ſiue per œconomum vel vicedominum : cum tunc teſtis eſſe non poſsit ſecundum Ioan.Andr.in d.cap.inſuper.in clem.ſi via.de re.eccle.non alie. & quæ not.per Bar. in l.1.C.de confeſ.ſecundum etiam Inno.in præalle.c.inſuper.extrà,de teſti.

Tertiò fallit,quando ipſe prælatus ſolus in cauſa eccleſię conſtituiſſet procuratorem ſeu ſyndicum, qui agitaret ipſam cauſam : cum tunc non poſsit teſtificari, cum ſit in ea legitimus defenſor:vt tenuit Inno.in c.præſentium.eo.tit. in 6.& Pet.de Anch.14.q.2.d. Ant.in d.cap.inſuper.& ibi etiam.d.Nic.qui ad hoc adducit quod not.extrà,vt lite nõ conteſta.c.primo.

Quartò fallit,in prælato eccleſiæ ſeu capellę non collegiatæ, cum talis non admittitur in teſtem in cauſa ipſius eccleſiæ vt voluit Io.And.in addi.Spe.in tit.de teſti.§.j.verſ. ſed porro.per c.velamen.el 2.extrà,de teſti.

Quintò fallit,vbicunque eſſet quæſtio de ſtatu vniuerſitatis vel eccleſię vel de aliquo magno honore,vel magna iuriſdictione:quia tunc perſonæ eccleſiaſticæ, vel ſingulares de vniuerſitate non poterunt teſtificari de eccleſiæ,vel vniuerſitate.ita tenet Bal.in c.cum nũptius extrà, de teſtibus.Nam propter maximam affectionem debent repelli à teſtimonio:cum etiam repellatur teſtis à teſtimonio:propter magnam amicitiam : vt l.3.ff.de teſt.& iſtam limitationem tene menti.

Sextò fallit,quando eſſet quæſtio de paſcuis, vel de nemoribus,in quibus ſingulariter beſtiæ paſcuntur,vel ſinguli ligna ſcindunt:quia tunc etiam hoc caſu homines de villa, vel vniuerſitate non poterunt admitti ad teſtimonium. ita tenet Io.And.in præalle. c.cum nuntius,ſed do.Abb.in d.c.inſuper. tenet contrarium , dicens quòd hæc cauſa eſt principaliter vniuerſitatis, non autem ſingulorũ, licet ſinguli conſecutiuè percipiant commodum.adducit multa ſimilia : quia clerici poſſunt eſſe teſtes in rebus cunctis, ex quibus percipiunt commodum, quia ex illis aluntur.Item quia legatarius poteſt eſſe teſtis in cauſa teſtamenti.licet ſecundariò ad ipſum pertineat commodum:vt in §.legatarijs.Inſti.de teſta.Item adducit ſimile de tutore, qui nõ poteſt interponere authoritatẽ, ſi res principaliter ad eũ pertinet : ſecus autem ſi ad eum pertineat in conſequentiam: vt in l. t.ff.de authoritate tutorum.ſed opin. Ioan.And.ſequitur Iacob.de Aret.Pet.& Cyn.& communiter docto. in l.parentes.C.de teſti.& Guliel.de Cugno, & Bartol.in l. in tantum.§.vniuerſitatis. de rer.diuiſion. ff. & Butriga.in c.cum nuntius.& iſta opin.eſt communis. Bal.tamen in c. cum nuntius limitat eam theoricam.dicit enim quod debet intelligi quando alibi non poſſent cõmodè haberi paſcua vel nemora:ſecus autem ſi alibi poſſent haberi paſcua vel nemora. nam tunc bene admitteres ad teſtimonium ſecundum eum vbi ſuprà.

Secundò limitat idem Bal.in l.parentes.dicens procedere dictam opinio.quando homines illi vtuntur paſcuis illis gratis ſine aliquo pretio:quia bene hoc caſu repellerentur à teſtimonio:ſecus autem ſi ſoluerent pretium vſus paſcendi,vel ligna ſcindendi ipſi villæ vel vniuerſitati.& aſsignat rationem quare repellantur à teſtimonio, quando gratis principaliter percipitur vſus paſcuæ vel nemoris:quia ſinguli intelliguntur tanquam fatalis pars iudicij, hoc eſt dicere,quòd vtilitas principaliter concernit ſingulos, licet iura dicantur eſſe vniuerſitatis , & in ipſam vniuerſitatem firmanda ſit ſententia reſpectu ſingulorum:vt in leg.ſi cui.ff. quod cuiuſque vniuer.nom.quæ omnia bene nota.An autem dictæ perſonæ debeant admitti in criminalibus, vide plenè per doct.in c.cum nuntius.de teſti.

REGVLA DXX.

TESTIS falſum teſtimonium deponens, non ſolũ eius dictum non valet,ſed etiam coram eodem iudice,coram quo falſum teſtimonium dixit, puniri poteſt : vt eſt tex.in l.nullum.C.de teſti.& ibi gl. quam ſequitur Bal.etiã ſi ille iudex eſſet alterius ſori:vt etiam tenet Per. de Anch. in c.ea quidem.de regular.lib.6.in 24.q.& Fede.de Sen.in conſil.88. licet in hoc vlr.communis opinio ſit in contrarium: vt tenet Io.And.in c.verũ.de foro comp.& ibi Abb. Sicu. & omnes doctor.cano. & etiam pro conſtanti tenet Pau.de Caſt.& Raph.Fulg.in d.l.teſtium. & Ang.in l.ſi vacantia.C.de bon.vacan.in 15.q.In rep.& Lud.Rom.in l.2. ff.de iuriſdict.omn.iudic.

Primò fallit, vbicunque teſtis diceret falſum circa ea quę non concernunt ſubſtantiam negotij,ſed ſuper aliquo incidenti.Exemplum teſtis productus interrogatus eſt an ſit pauper vel coniunctus, & ipſe ad vallandum eius teſtimonium dixit quod non,& in veritate erat eius conſanguineus vel pauper, & probatur:tamen propter hoc non dicitur falſarius nec debebit puniri de falſo, imò probat vt ſingulariter patet per Ange. in l.Lucius.ff.de his qui not.inſa. quia iſta calliditas non debet nocere alicui. & etiam tenet Bald.in c.ſi quis.extrà , de teſti.non obſtat ſi dicatur quòd quia eſt mendax , non eſt ſibi credendum : quia reſpondet ipſe, quòd mendacium non tangit illud , ſuper quo debet teſtificari , nec eius qualitatem : quia tunc bene vitiaretur eius teſtimonium:vt in capitulo,veniẽs.extrà, de teſtibus. ſed illud concernit extrinſeca ab illo,ſupra quod debet teſtificari,&c. Subdit tamen ipſe Baldus quòd talis teſtis debet puniri , quia callidè locutus eſt.& ſic propter doloſum mendacium poterit puniri.Et iſtud ſcilicet quod teſtimonium eius non vitietur,ſequitur But.in capitulo,cum cauſam.ſuper glo.fin.de teſtibus.& Inno. in c.fraternitatis.de hæreti. vbi expreſsè dicit quod hoc eſt verum etiam in inſtrumento continente falſum circa ea , quæ non pertinent ad ſubſtantiam negotij:de quo eſt confectum inſtrumentum.quod bene nota.

REGVLA DXXI.

TESTIS per verbum credo & non credo deponens nõ probat [a], vt in l.teſtium.C.de teſti.& gl.in l. iuſiurandũ. ff.de iureiur.& glo. in §.ſi vero abſunt.in auth. de hære.& Fal.Bald.in l.1.de ven.inſpi.

ADDITIO.

a *Non probat.Vide Fely in c.quoties.in prin. 2.col. verſic. glo.fin.de teſtibus*

Primò fallit,ſi teſtis poſtea rationem cõgruam aſsignet: vt ſi teſtis dicat credo contenta hic vera eſſe. interrogatus de cauſa ſcientiæ,dixit, quia vidit & præſens fuit ita not.tenet Bald.in l.ſi ſeruus.§.quicunque. ff.de legatis primo. & ſic magis debent attendi verba rationis, quàm dicti in teſte.adde Cyn.idem tenentem in d.l.teſtium. C.de teſti.& Ant.de But.in c.quoties.eod.tit.qui per hoc dicebat quòd ſi teſtis dicat ſe ſcire & credere contenta in capitulo vera eſſe, valet : ſicut etiam contra ſi dicat teſtis de actu, & poſtea interrogatus de cauſa ſcientiæ , reſpondit quòd credit ita eſſe, vt faciunt ſæpenumerò ruſtici.nam tunc non valet talis depoſitio,vt firmat Spec.in tit.de teſt.§.iam de interroga.in fi.& habetur per Ioan.And.in c.inquiſitione.de accu.& per eundem in c.pręſentium.de teſt.in 6.vbi dicit, quòd illud quod ſcimus poſſumus dicere quod credamus, non tamen econtra. pro quo facit quod habetur in l. cum quidam.§. quod dicitur de acquiren. hæredit. ſi tamen teſtis

stis deponens per verbum credit, aliquid addat pro causa scientiæ circunstantiarũ, per quas resultat præsumptio violenta: tunc valet dictum testis vt puta si dicat credo Bertã commisisse adulterium cum Titio & interrogatur de causa scientiæ dicit quòd vidit solum cum sola, vel nudum cũ nuda in loco secreto. per id quod habetur in d.c.in literis. & in c.illud.de præsump.vel si dicat credo Titium esse filium Petri, interrogatus de causa scientiæ dixit: quia vidit illum nasci ex eius vxore in domo sua. per id quod habetur in l.filium diffinimus. ff.de his qui sunt sui vel alie.iur. secundum Cy.in d.l.testium &Spec.in tit.de testi.§.j.ver. item quid si deposuit de credulitate.& per Ant.de Butr.in d.capitulo,quoties.

REGVLA DXXII.

Testium corruptio si post sententiam opposita non fuerit, de ea in causa appellationis oppponi non poterit: vt dicit Innoc.& Io. And.Imo.in c.licet b.de proba.& Bar.in l.diuus.ff.de re iudi.

ADDITIO.

b *In c. licet. Vbi vide latissime Fely.in col.17.*

Primò fallit, quando sententia non transit in rem iudic. vt quia ab ea fuisset appellatum:cum tunc sine dubio possit opponi de ea.vt l.per hanc. C.de tempo. appella.item si esset lata in tali causa, in qua non transit in rem iudic.vt in causa matrimoniali:cùm tunc similiter de ea opponi possit & probari.

Secundò fallit, quando opponeretur de ipsa corruptione aliter facta, videlicet quando testes receperunt pecuniam pro dicendo falso testimonio, quod dicere promiserunt:& tunc possit opponi, vt per glos.in d.c.licet.& Bart. in d.l.diuus.

Tertiò fallit, quando opponitur de falsitate cum corruptione.nam de ea opponi, deduci, & probari potest, non solum antequam attestationes sint publicatæ:sed etiam post publicatas attestationes: imò & etiam post sententiam si ipsa sententia transiret in rem iudi.vt patet in tex.in d.c.licet.de probat.& in glos.tunc enim poterit ipsa falsitas directè probari: cum testes deponentes super ipsa falsitate cũ corruptione, videantur deponere super nouis articulis: vt in c.fraternitatis.

REGVLA DXXIII.

Testium depositiones quando recipiuntur pars citari debet.vt in c.2. c extra de testi.& l. si quando eod. titu. cum similibus.

ADDITIO.

c *In c. 2. Limita etiam vt ibi per Fely in 3.col.versi. modo aduerte. vbi ponit. 14.nos.limitationes ad hoc.*

Primò fallit, in casibus de quibus per cano.in c. In nomine domini.extrà,de testi. Et primò fallit, quando factũ super quo producuntur testes esset notorium:cum tunc iudex possit testes recipere ad sui instructionem parte absente & non citata: vt voluit Innoc.in c. bonæ.el 1.extrà, de elect.secũdum dom. Ant.in d.c.in nomine domini.quod tamen intellige vt ibi per eum.& per Inn.in c.tua.de spon. & refert Bal.in l.qui testaméto.§. per contrarium. de test. secundum not. per Inn.extra de coha.cler. & mulie.c.tua. & secundum quod not.per gloss.extrà,de elect.cap.ad nostram.el tertio.

Secundò fallit, quando iudex vellet recipere testes pro informatione personæ ad dignitatem, secũdum ipsum do. Ant.in c.in nomine domini.& ad hoc adducũtur quę not. per Inno.in d.c.bonæ.ad hoc quod not. Inno.in c.fi.extrà, de translatione prælato.

Tertiò fallit, quando iudex procedere per viam inquisitionis, secundum ipsum do.Ant.in c.in nomine domini. qui ad hoc adducit not.extra de accusat. in capi.qualiter & quãdo.§.debet.vbi Io.An.hoc tenuit Host.& An.de But. sed Lud.Rom.in sing.suo.265.tenet contrarium, per rationem ibi per eum assignatam; licet dicat practicam esse in contrarium, videlicet vt citatio sit facienda de absente, quod tenuit Bar.in l.fi.ff.de quæst.

Quartò fallit in casu c.fi.de hære.in 6.vbi casus not.continetur de impotentia ipsius inquisiti de hęresi, cum taceã tur nomina ipsorum testium. vt ibi est expressum, secundum d.Nic.in d.c.in nomine domini.extrà, de testi.

Quintò fallit, quando quis non auderet in ciuilibus alicui mouere quæstionem propter ipsius potentiam: quia tunc, ne testes moriantur, potest petere à iudice quod testes clandestinè recipiantur ad futuram rei memoriam: vt voluit not.Hosti.in c.quoniam freuenter.circa prin.extrà, vt lite non contesta.

Sextò fallit, quando periculum esset in mora, vt quãdo debitor esset suspectus de fuga: cum tunc, ad hoc vt capi possit, inducuntur testes contra eum, etiam eo non citato: vt voluit Bar.in l.ait prætor.§.si debitorem.ff.quæ in frau. per ea quæ ibi not.

Septimò fallit, quando testator mandasset super aliquibus stari dicto alicuius, quem dicit esse informatum de sua intentione:cũ talis possit deponere de tali intentione absque eo quis citetur, cum persona sua iam approbata sit à testatore: vt voluit Bar.in l. Pomponius.ff.de do.præleg.

Octauò fallit, in muliere, quæ examinatur in eius domo, cum possit recipi parte absente.iuxta not.in c.mulieres.de iudi.in 6.circa quæ dic vt ibi not.plenè.quo casu valet eius dictum sine citatione.istud est sing.dictum Barto. post. Guliel.de Cu. in l.ad egregias.ff.de iureiur.quasi sit inhonestum partem ire ad domũ mulieris: sed Lud.de Ro. in quodã suo singu.quod habeo in nu.365.incip.fuit vnus Rex. dicit quod licet istud dictum videatur pulchrum, tamen non videtur verum: quia sicut mittitur notarius seu delegatus ad eius domum: vt in c.2.de iudi.in 6.ita debet esse licitum parti de cuius præiudicio agitur. & in contrarium allegat ipse causam sing. & vnicam secũdum eum in l.2.§.sui autem dignitas. C.de iure.cal.& pro opin.ista allego glo.in c.2.in verbo, idoneam.de ver.sign.quod expresse tenet partem esse citandam ad domum mulieris vt videat eam iurare.& mouetur per c.2.extrà eo. vbi generaliter dicitur partem esse citandam ad videndum iurare testes.& do.Abb.transit cum illa gl.quod tene menti.

Nonò fallit, vbi statutum vel lex non exigit plenã probationem, sed contentionem solius argumenti: quoniam tunc possunt recipi testes sine partis citatione. ità not. voluit Domi.de S.Gemi.ex mente doct.in c.fi.§.fi.in 4.col. in fi.de homi.lib.6.

REGVLA DXXIIII.

Testium examinatio, quando sunt in longinquis partibus absentes, alteri committi potest: vt c.cũ causam a. extra de testi.l.4.§.fi. de test. & leg.si quis ex litigatoribus. ff.quemadmodum testa.aperi.

ADDITIO.

a *D.cum causam. Vbi vide limitationes & fallen.datas per Fely in pen.col.ver.extra glo.*

Primò fallit, quando consuetudo aliud disponeret: vt d. §.fi.& d.l.si quis.per gl.3.q.9.testes.

Secundò fallit, quando esset causa criminalis: cum tunc examinatio testium committi non debeat, etiam si sint in longinquis partibus, sed sunt ipsi testes examinandi in præsentia ipsius iudicis. C.de fide instrumentorum. auth.apud eloquentissimum.& auth.de test.§.quoniam.& de hoc vide glo.in clementina vnica.de offic.deleg.& extra de iudi. c.at si clerici.& hoc etiam tenent Cyn.in d.auth.apud eloquentissimum.& Io. And.in c.2.de iud.in 6.& do.Ant.in d.c.cum causam.circa fi.

REGVLA DXXV.

Titulum suæ possessionis regulariter quis dicere nõ tenetur.l.cogi.C.de petitio. hæredi.& leg. in ciuili. C.de fruct.& lit.ex pen.& ibi not.

Primò fallit, cum actor vult agere petitione hæredita.

quia

quia tenetur reus dicere an possideat pro hærede vel pro possessore, ad hoc vt actor sciat an possit agere cõtra eum petitione hæreditatis. casus est in præalleg. leg. cogi. de petitio. hæredita.

Secundò fallit, in eo, qui possidet beneficium ecclesiasticum, qui non posset licitè possidere sine canonica institutione in c.1. de regu. iur. in 6. qnia cogitur episcopo dicere, & ostendere titulum suæ possessionis, sed non alteri priuato, veluti actori contra eum agenti: vt est casus in c. ordinarij. de offi. ordi. in 6. & ponit Paul. de Cast. in d.l. cogi. in versi. sed extra quæro, glo. oppo.

Tertiò fallit, nisi titulus proprietatis vel qualitatis possessionis esset necessarius ad fundandum iudiciũ agentis: quia tunc cogeretur dicere omnia ista. de hoc est casus mirabilis in l.2. ff. quorum legato. & istud audiui semel à dom. Io. de Prato. & primo videtur mihi quòd facit quod habetur in c. ordinarij. de offic. ordi. præalleg. vbi habetur ꝙ clericus tenetur dicere episcopo ex quo titu. & ex qua causa, & quomodo possideat beneficium: licet dicatur ꝙ loquatur ibi de rebus sacris, secus in profanis: vt dixit in 2. fall. quod tamen est singulariter notandum & limitandum nisi clericus possedisset, & tenuisset per longum tempus 10. vel 20. anno. quia tunc non teneretur dicere, vt voluit Io. And. in c. illud. de præsump. & Bal. in l. siue possidetis. de probat. & vide Ant. de But. in c. ex literis. in 14. col. de restit. spol. qui ponit an cogatur quis dicere titulum sui beneficij, & an vasallus cogatur dicere domino tit. suæ posses. vide Bal. in l.1. C. de conduc. & procura. libr. 11. & Iaco. de Alua. in c.1. in vlt. col. in princip. in tit. de controues. inuesti.

REGVLA DXXVI.

TITIVM habens à malæ fidei possessore longo tempore non præscribit: vt in auth. malæ fidei. C. de præscrip. long. tempo.

Fallit primò, vbicunq; alienatio à principio fuisset bonę fidei: qnia tũc non habebit locum dispositio, d. auth. ita tenet Ang. in l. quæritur. ff. de vsuc. allegans gl. in l. si res. in gl. prima, versi. sed dic quod bona, &c. ff. de alie. iudi. mu. causa facta. & ista fuit limitatio Rycar. Malum. & Cyn. in d. auth. malæ fidei. & hoc etiam ibi tenuit Ang.

Secundò fallit, qñ debitor alienat rem alteri hypothecatam: quia emptor bonæ fidei præscibit aduersus hypothecariam, dicens ꝙ alienans sciuerit rem esse obligatam alteri. & sic habuit malam fidem: quoniam d. auth loquitur de præscriptione dominij, non autem de præscriptione iuris hypothecæ. ita limitat Ang. in d.l. quęritur. de vsucapi. quę limitatio fuit Iacob. de Are. & Cyn. in d. auth. malæ fidei. Spe. in tit. de præscript. ver. si debitor. & versi. sed nunquid hodie. & Io. And. etiam ibi.

Tertiò fallit, quando habens titulum à malæ fidei possessore non præscribit dominium: vt probatur in leg. 3. ff quod met. causa. per quam ibi notabiliter decidit Bal. in vltima col. licet glo. aliud dicat.

Quartò fallit in præscriptione in qua non requiritur titulus: vt in pręscriptione seruitutis: vt in l. si quis dinturno. ff. si serui. ven. ita dicit Ange. in d. auth. malæ fidei. allegans gl. in c. si quis. de reg. iuris. in 6.

Quintò fallit, vbi procurator vendentis mala fide vendidit, sed dominus erat in bona. exemplum in l. qui fundũ. §. procurare. ff. pro emptore. quia emptor poterit præscribere. per d. §. procurare. Ita tenuit Lud. de Rom. in §. cum quis. l. Pomponius. ff. de acqui. poss.

Limita ẽt d. regulã tribus alijs modis, de quibus habetur per Bar. in l. Põponius. §. cũ quis. & p Ang. in d.l. quæritur. de vsucap. & per Bal. in leg. ancillæ. C. de fur. in 2. col. & 3. & fuerũt originales limitationes antiquorũ, vt refert Cy. in d. auth. malæ fidei. sed Io. de Imo. in d.l. quæritur. reprehendit primam fallent. quæ habet quod in vsucapione rei mobilis non habeat locum d. auth. nam ipse hoc reprehendit: quia si auctor meus mala fide rem mihi vendidit mobilem, furtum committit: ideo vsucapere non possum. vt d. §. quod autem. sed tu salua dictam fallentiam, quia res mobilis mihi potest vendi mala fide absque eo quod furtum committatur. vt in l. si alienum. per glo. ibi. C. de furtis.

REGVLA DXXVII.

TREBELLIANICA hodie per testatorẽ detrahi prohiberi potest: vt tenet gl. in auth. de hære. & fal. vnde sumitur auth. sed cum testator. idem tenet gl. Insti. ad Treb. §. fi. Azo in summa d. auth. licet contrarium teneat gl. in d. auth. sed cum testator. C. ad l. fal. & glo. in l. cum allegas. C. eo. tit. & Iac. de Bel. disputando. prima tamen est magis cõmunis, quam tenet Cy. in auth. sed cum testator. doct. in l. Marcellus. in prin. ff. ad Trebel.

Fallit in Trebellianica filiorum: quia illam testator non potest prohibere: vt dicit sin. Bal. in l. iubemus. C. ad Treb. quod perpetuo tene menti.

REGVLA DXXVIII.

TREBELLIANICA per hæredem de relictis vniuersalibus regulariter retineri potest, vt per totum titu. ff. & C. ad Trebellia.

Fallit nisi hæres institutus esset contemplatione fideicõmissarij: quia tunc omnia restituere debet cum fructibus eo nomine non retenta quarta: vt est gl. singul. secundum Lud. de Ro. in l. fideicommissaria. §. fi. ff. ad Treb. vbi dicit illam à nemine fuisse ponderatam. sed do. Io. de Imo. ante eum eam allegauit pro singulari in l. cũ filię. ff. de leg. j. & Bal. in l. fideicommissaria. & in l. cum Polibius. ff. de vsur.

REGVLÆ IOAN. BERNRADI DIAZ.

De litera. T.

REGVLA DCCXXIII.

TERTII appellantis pro suo interesse victoria prodest & victo: vt in l.1. & secunda. C, si vnus ex plu. & in c. vna sententia. de appel.

Limita octo modis, vt per Felyn. in capitulo cum super. de re iudicat. prima & 2. colum.

REGVLA DCCXXIIII.

TESTAMENTO, vel vltima voluntate res relicta si augeatur, relictum augetur: ita quòd ei cui debetur vel acquiritur ex vltima voluntare relictuni, pariter debetur superueniens augmentum. Probatur ista regula in l. seruum filij. §. areæ. ff. de leg. 1. facit l. si ex toto. in princip. & l. quod rerum. §. pen. ff. eod. tit.

Amplia istam regulam 13. modis, & limita alijs 13. vt per Alber. Brun. in tract. de augmento & diminutione monetãrum. fol. t5. col. 2. in versicu. decimaquinta conclusio. cum 7. col. seq.

REGVLA DCCXXV.

TESTAMENTVM in quo alius in potestate est præteritus, est ipso iure nullum, absq; eo quod filius dicat nullum: probat text. in l. si filius qui in potestate. ff. de liber. & posth. tex. in l.1. & in l.3. §. ex his. ff. de iniust. rup. test. & in prin. Instit. de exhęred. lib. not. gl. ibi, in verbo, pręterierit. & sentit glo. in l. si ita scriptum. §. fin. ff. de lib. & posthu. & in l.3. §. fin. eo. tit. Et has gl. cum alijs sex (quas referre non curo) ad hoc alleg. Ias. vbi hanc dicit communem sententiam & veram in l. posthumo nato. 8. col. C. de bon. posses. contra tab. reprobatis gl. quæ contrarium voluerunt in l. filio præterito. in verbo, tuebitur. ff. de iniur. rupt. & in l. his qui in potestate, in princ. & in l. si duo. in princ. ff. de legat. præst. & in l. scimus. C. de inof. test.

Limita

Limita istam conclusionem octo modis, vt per Iaso.in d.l.si filius qui in potestate.col.2.& 3.

Nonò limita, istam conclusionem, quando in tali testamento essent instituti venientes ab intestato: quia tunc nō est nullum, nisi filius dicat nullum. Ita Bar.per tex.ibi, in l. si ex duobus.§.si prius.ff.de bono poss.contra tab.contrarium tamen tenet Cuma.& Imol.in l.filio præterito.ff.de iniu.rup.& Bal.in l.certum. C.vnde legi. vide Ias.in d.leg. posthumo nato.col.7.C.de bon. poss.contra tab. vbi dicit falsam hanc opinionem Bartoli.

Decimò limita, quando filius in potestate consensisset expresse, vel tacitè se præteriri, quia tunc valeret testamentum. Ita limitat Alex.post Roma.in d.l.posthumo nato.de cuius limitationis veritate, vide singulariter per Iason ibi, colum.9.& 10.

REGVLA DCCXXVI.

TESTAMENTO suo nemo potest cauere, vt leges in eo locum non habeant: vulgata l.nemo potest.ff.de lega.j. concordat l.32.tit.9.parti.6.

Limita & intellige in legibus introducentibus aliquid pro forma vel solennitate, aliàs secus: tenet Bald.in l.2.C. vt in poss.leg.refert sequendo Iaso. in l.testandi causa.C. de test. vbi ponit 6. casus, vbi alijs legibus potest testator derogare.

REGVLA DCCXXVII.

TESTAMENTVM, in quo filius est in potestate institutus sub conditione casuali vel mixta, si in eius defectū non fit exhæredatus, est nullum. Tex.in l.si pater.C.de instit.& substit. & posui suprà regula incip. filius in potestate.&c. Aduerte tamē, quòd illa lex est hodie correcta, imò tunc talis conditio de medio reijcitur vsq; ad legitimam filij, & valet testamentum. conclusio est singularis gl.in d. l.si pater.& in l.suus quoque.ff.de hæred.insti. Voluit apertè Bar.in d.l.si pater. licet aliqui contrarium teneant, col.1. pro qua opi.ipse inducit text.in l.scimus.§.cum autē. C.de inoffi.testa.quā conclusionem gl.& Bar.sequitur Ias.in d.l. si pater.col.14.vbi refert plures idē tenentes, & dicit hanc esset veram & communem opinionem, in col.seq.

Limita quatuor modis, vt per eundem Ias.vbi suprà, in duabus col.seq.

REGVLA DCCXXVIII.

TESTAMENTVM per contra tabulas rumpere non potest, qui non succedit ab intestato. Regula est, quā colligit Ias.ea.glo.ibi, in rub.C.vnde liberi.

Limita tripliciter, vt per eum ibi.

REGVLA DCCXXIX.

TESTAMENTVM non valet, si testes non vident testatorem, licet sint post aliquam cortinam circa lectū ipsius: tenent Ang.Bar.& Alber.in l.si non speciali.per illum tex.C.de testa. & ita communiter tenetur secūdum Alex. ibi 2.col.idem voluit Hippo.qui bene loquitur in materia, in repetit.rubr.C.de probat.col.68. & Cepo.in caute.230. incip.quando quis non potest, ex quo reprobat gloss.quæ voluit contrarium in l.2.§.idem Labeo.ff.de aqua plu.arc. in versi.audient.

Amplia etiam, si testes habeāt notam vocem testatoris. Ita Alex.post alios vbi suprà, & Fel.in c.præterea.de testi.

Limita primò, notabiliter, quādo cortina nō esset adeò contexta vel conclusa, vt testes, licet cum aliqua difficultate, possent videre testatorem. Ita tenet Bal.in d.l.si non speciali.vbi Ias.2.col.hoc commendādo sequitur, & isto casu saluat prædictam glo.

Secundò singulariter limita in codicillis, seu in donatione causa mortis: quia in eis est idem quòd in actibus inter viuos, in quibus testes dicto modo probāt. Ita tenet Alex. in d.l.si non speciali. col.2. & allegat Mathesi. in quodam singu.qui hoc originaliter tenuit, quem refert corruptè: nā debet allegare in sing.125.incip. nota quòd licet regulariter valeat testimonium. Et hoc est vtile in practica secundum Iason.ibi, quia omnia fere testamenta habent clausulam codicillarem.

REGVLA DCCXXX.

TESTAMENTVM imperfectum ratione solennitatis omissæ, valet inter liberos tantū. Tex.est in l.hac consultissima.§.ex imperfecto.C.de testa. Et idem disponit.l. 7.tit.1.par.6.

Amplia dupliciter, & limita sex modis, vt per Iason.ibi col.1.& 2.

REGVLA DCCXXXI.

TESTAMENTVM si apparet cancellatum, & non apparet an id fuerit factum voluntate testatoris, an non, tūc in dubio voluntate testatoris factum præsumitur. Sententia est Bar.in l.si vnus.C.de testam. cui Ias.ibi assentitur in col.2.quasi ad fin. De qua melius per Alex.col.pen.in prin. qui refert bonam distinctionem Io.de Imo.

Limita primò, fauore legati libertatis, & ad piam causam, vt per Bar.& Ias.ibi post alios, col.3.post medium, qui firmat omnes doct.ibi ita tenere.

Secundò limita, quando testamentum esset penes tertium: ita Ias.ibi, col.3.

REGVLA DCCXXXII.

TESTAMENTVM factum inter liberos à patre non reuocatur per aliud secundum testamentum, nisi duo copulatiuè concurrant: primò, quòd pater reuocet expressè primum, & secundum sit factum cum septē testibus. Decisio est text.in auth. hoc inter liberos.C.de testam. quem sic summat Ias.ibi. Concordat lex 8.tit.1.par.6.

Amplia dupliciter, & limita quatuor modis, vt per eundem Ias.ibi per vnam col.& dimidiam.

REGVLA DCCXXXIII.

TESTAMENTVM perfectum, non tollitur per imperfectum, nisi sint scripti venientes ab intestato, cōrā quinque testibus. Solennis est casus in l. hac consultissima.§. si quis autem testamentum.C.de testa. Concordat l.22.tit.j. par.6.in versi.fin.

Amplia semel, & limita notabiliter sex modis, vt per Ias.ibi, 1.& 2.col.

REGVLA DCCXXXIIII.

TESTAMENTO eodem, non licet vti contrarijs remedijs, nedum eodem tempore, sed nec diuersis: qui ergo à principio agit tanquam hæres directus, & tanquam testamentum valeat, non potest postea agere iure codicillorū, vel fideicommissi. Probatur ista regula ex text.in l.fi. C.de codicil.vbi Ias.in colum.2.versic.not.ergo.eam firmat assignando rationem.

Limita quadrupliciter, vt per eundem ibi d.columna 2. & sequent.

Testamentum vide suprà, in verbo, clausula.lo.secundo & quarto.

REGVLA DCCXXXV.

TESTARI permittēs aliquem de re sua, sibi præiudicat. Tex.est in l.sicut.§.venditiones.ff.quib. mod. pig.vel hypoth.sol.quem tex.reputat singularem Bal.in c.j.§.præterea.quib.mod.feu. ami.& in l. venditioni. C. de vsucap. pro empt.est si milis in c.1. in princ.de prohib. feud.alien. per Federicum.quem tex.Bal.ibi col.pen.ad hoc notat.

Amplia notabiliter, nedum quando testator legans rem alienam præsente domino, sciebat alienam, sed etiā si ignorasset, & suam credidisset. Ita tenet notabiliter Bal.& Salic. in l.cum alienam.C.de lega.

Limita, quia ad hoc vt procedat dicta regula, requiritur quòd talis rei dominus expressè consentiat: nec sola præsentia cum taciturnitate sufficeret ad inducendum consensum. Ita limitat dictum §.venditioni. Alexan.in consi.20. vol.3.incip.ponderatis his quæ in themate narrantur.in 6. col.quod refert commendando Ias. in d.l.cum alienam.2. col.vbi dicit hoc alibi in specie non legisse, & quod in hoc multi deciperentur: & illud reputat mirabile idem Ias. in l. cum proponas.la 1.prope fin. C. de pact. & vtrobique sequitur

quitur & commendat ampliationem Bald.& Salic.de qua supra, & vide eum in dicta columna secunda, vbi ponit aliam limitationem, quam non refero, quia non opinor eam fore tantæ vtilitatis.

REGVLA DCCXXXVI.

TESTATOR habens aliquod ius in re quam legat, intelligitur tantum illiud ius legare,cuicunq; leget. Text.est in l.si domus.§.si fundus.ff.de leg.j.& ibi notat Doct. vbi gl.allegat concordantes:& vltra eam est tex.in l.si Titio & Meuio,in princ.& in l.si.domus.§.j.ff.de lega.2.

Amplia hanc regulam septem modis notandis,& limita alijs septem, vt per Iason in dicto §. si fundus.2. & tertia columna.

REGVLA DCCXXXVII.

TESTATOR si relinquit vxori suæ vsumfructum omnium bonorum,& post mortem eius aliquem instituit hæredem,tale legatum vsusfructus non valet,quia non potest confirmari aditione alicuius, secundum opin.aliquorũ doctorum:licet aliæ tres opiniones diuersæ reperiantur in quæst.ista,quas simul cum præcedenti retulit Iaso.in l.extraneum.la 1.col.3.& 4.C.de hæred.insti.

Limita quatuor modis vt per eum in d.4. col. & seq. de quo vide Alex.in l.filius.à patre.in prin.col.4. cum duabus sequent.ff.de liber.& posthu. à quo habuit duas ex prædictis limitationibus ipse Ias.

REGVLA DCCXXXVIII.

TESTATOR pignorando vel hypothecando rem legatam,videtur legatum reuocare.Text.est in l.qui post testamentum.C.de lega.& in §.si rem suã.Insti.& eo.& hoc nulla facta distinctione, an necessitate vel voluntate pignorauerit:quod sentit glo.in d.§.si rem suam.versi.idem rescripserunt.

Limita primò, si testator talem rem legatam pignorasset pro tanto, quòd non est verisimile illum luere eam, quia tūc illa pignoratio haberet vim alienationis.Bar.sing. in l.rem legatam.versic.si.ff.de adimen.leg. fundatur per l. antepen.in princ.ff.de leg.3.& per l.legata.in fi.ff.de supell. leg.tenet etiam Ang.in d.l.qui post.& ibi Pau.quos ibi refert & sequitur Alex.& Ias.in princ.2.col. qui dat rationẽ, quia pignorare rem pro tanto quantum valet, censetur totalis alienatio: & istam conclusionẽ vltra prædictos tenet Io.Fab.in d.versic.idem rescripserunt.& Christoph.in §.si quis rem.vbi legit d.§.si rem.eod.tit.pro quo facit not.dictum Bal.in l.voluntas.C.de fideicom.vbi dicit, ꝙ si dedi tibi rem cum pacto,ne exeat manus tuas,& tu pignorauerіs pro æquiualenti pretio,per hoc videris conuẽtioni contrauenisse, quia non est verisimile ꝙ amplius lues dictam rem:quod refert Ias. in l.manumissiones.col.3.ff.de iustit. & iur.vbi ponit alios doct.idem sequentes. Considera tamen ꝙ Io. Fab. vbi supra, videtur velle quòd vt videatur reuocatum legatum isto casu,requiritur quòd res sit pignorata pro quanto velet,& plus,& ꝙ sit impotens pignorans ad redimendum, quæ si copulatiuè debent concurrere, vt ipse dicit,restringit multum istam limitationem:ideo cogita,quia alij Doct.hoc non tangunt, sed videntur solum requirere, ꝙ sit verisimile quòd illam non luet, licet non sit impotens ad luendum:istam tamen principalem limitationem sublimita,quãdo testator pignoraret rem, quæ fuisset maiorum suorum,quia tunc etsi pro quanto valet,pignorauerit,verisimile est ꝙ eam redimet.Ita dicit Pau.in d.l.qui post.& ibi sequitur Ias.in d.2.col.& Alex.in fin.licet Ias.eũ non referat:idẽ tenet vltra eos Christoph.in d.loco,quando quis pignoraret fundum vicinum, vel domum parentum, vel librum in quo diu studuit in quibus rebus cadit affectio, & sic est verisimile quòd etiam si pro iusto pretio pignorauerit,nihilominus redimet.

Secundò limita,quando maritus, rem quam vxori donauerit, matrimonio constãte pignori dedit : quia per hoc reuocatur donatio, & sic amplius morte non confirmabitur.Ita limitat Ias.in dicta l.qui post.in d.2.colum.per iura ibi alleg.in glo. quod intellige secundum eum post Bart.in d.l.rem legatam. quãdo maritus specialiter obligasset rem donatam, secus si generaliter, quia tunc non reuocatur: quod ibi voluit ante eum Alex.quem ipse subticuit,& refert eosdem doct.quos ipse Ias.refert: & si bene aduertas, ista non est limitatio, cum regula loquatur de reuocatione legati,& ipsi in reuocatione donationis.Rationem diuersitatis inter vtranque,vltra Ias.ibi, vide per gl.quam ipse nõ allegat in d.§.si rem.& per Fab.vbi supra.

REGVLA DCCXXXIX.

TESTATOR si instituat aliquem hæredem,& si sine liberis decesserit, substituat Caium, posito quòd ille habeat filios, illi filij non intelliguntur tacitè substituti : quia licet sint positi in conditione,non videntur positi in dispositione.Probatur ista conclusio ex gloss.quam ibi sequitur Bar.& alij in l.Lucius.la 2.ff.de hæred. instit.in gl.quam communiter approbari asserit Ias.in l.generaliter.in j.col. vers.secundò ex ista.C.de instit.& substit.& in l.in legatis. C.de leg.& eam dicit magis cõmuniter approbari idem Ias.in l.1.col.5. C.de pact. vbi per mediam ferè col.refert doct.illam sequentes.

Limita primò, in legatis,quia in eis tales filij videntur tacitè substituti : & regula nostra procedit in hæreditatibus. Ita limitat Iason in d.l.in legatus.in lect. Floren. quam dicit pulchram,notabilem,& vtilem,& multum sibi placere,qui refert rationem diuersitatis,quam ibi tradidit Ang. eam dicit singularem idem Iason in d.l.1.in 5.col. licet de hoc dubitet.

Secundò limita, vt per eundem Iason.in dict.5.colum. quam non describo, quia ipse asserit quòd communiter reprobatur.

REGVLA DCCXL.

TESTATOR non potest hæredi remittere confectionẽ inuentarij.Ita Bal.in l.fi.§. cum igitur. C.de iure delib. Bar.& alij in l.nemo potest.ff.de leg.

Limita quòd illud est verum in præiudicium creditorum hæreditariorum, qui tractant de damno:sed in præiudicium legatariorum seu fideicommissariorum,potest,secundum Paul.in dict.l. nemo potest. Sequitur Iaso. in leg. cum necessitatem, in fin. C.de fideicom. vbi refert Alex. idem tenentem.

REGVLA DCCXLI.

TESTATORIS nuda voluntas, nedum coram septẽ testibus,sed coram tribus tantum declarata, quam nolle valere,quoddam testamentum factum,solenne & validũ, firmauit,iuncto lapsu decennij, operatur reuocationẽ primi testamenti validi,& solennis. Tex.est notab.& vnicus secundum Ias.in l.sancimus.C.de testa.in pen.col.

Limita tribus modis,vt per eum ibi.

REGVLA DCCXLII.

TESTATORIS prohibitio de non alienando certas res facta cum causa,vel contemplatione certæ personæ, valet,& tenet:& impedit dominij translationem.Tex.est in l.filiusfamiliàs.§.diui.ff.de leg.j.

Amplia quatuor modis, & limita quatuordecim,vt per Ias.in d.§.diui.col.9.& 10.

REGVLA DCCXLIII.

TESTATORIS prohibitio de non alienando certas res sine causa,nec respectu certæ personæ,dicitur esse nuda: & sic non valet,neque impedit translationem dominij. Hæc regu.colligitur ex dictis Bar.in l.filiusfamiliàs.§.diui. ff.de legat.1.& ibi Iaso.in lect.2.col.8. pro ea allegat text. in l.pater filium.in §.Iulius Agrippa.ff.de legat.3.& in leg. Lutius.eodem tit.vltra dict.§. diui.qui etiam probat hanc conclusionem, vbi Iaso.1.colum.ponit eius rationem, & eam confirmat.

Limita octo modis, vt per Iaso.dict.§.diui.d.colum.8. cum sequen.

REGVLA DCCXLIIII.

TESTATORIS voluntas semper est seruanda, & magis attendēda quàm verba. Tex. est, ex quo ista regula colligitur in l. si quis filium: C. de lib. præter. facit text. in l. in conditionibus primum locum. ff. de condit. & demonst. & in l. cum virum. C. de fideicom. & in l. cum proponeretur. ff. de leg. 2. & tex. not. in l. Publius. ff. de condi. & demonstr. & faciunt plura quæ cumulat Ias. pro ornatu huius regulæ in d. l. si quis filium. col. 1.

Limita primò, si verba secundum propriam, vel saltem impropriam significationem possunt conuenire menti, quia tunc procedit d. reg. alias secus: vt in l. in ambiguo. ff. de rebus dub. quod not. ibi Bart. dum respondit ad dictam l. nō aliter. Ita limitat Alex. in d. l. si quis filium. prope finē. ita etiam restringit ibi Ias. versi. secundò intellige.

Secundò limita, si voluntas testatoris transiuit ad dispositionem, quia nō sufficit quod testator velit, nisi disponat. Text. est cum exemplo in l. quidā cum filium. ff. de hæred. instituen. secundum Baldum ibi: nam licet testator ibi voluit hæreditatem ad filium venire, tamen quia non disponit, non potest agi ex testamento: & ita limitat Ias. in d. l. si quis filium. 1. col. versi. limita.

Tertiò limita, quando de mente testatoris potest constare, in dubio autem testator præsumitur voluisse, quod verbis exprimit. Ita restringit Ias. in d. l. si quis filium. versi. tertiò intellige.

REGVLA DCCXLV.

TESTIS ad hoc vt incidat in falsitatem, & possit puniri de falso, oportet quòd falsum deponat super facto principali, in quo consistit substātia negotij, propter quod principaliter examinatur: secus si super alijs: quia tūc licet mentiatur, non tamen committit falsum, nec potest de falso puniri, sed tantum arbitrio iudicis. Regula est per supra dicta verba à Iasone descripta in l. fin. C. de bonor. posses. secundum tabulas. col. 6. in fin. referendo Iacobum Butrigar. in l. Lucius. ff. de infam. vbi illud summè commendat Angel. & refert etiam eundem Angel. in consi. 193. incipien. visis processibus. in col. 2. vbi pro mirabili commendat hoc: & refert hoc etiam idem Ias. in leg. si quis nec causam. in col. quarta. ff. si certum petatur. & in leg. 1. ff. de officio eius cui mand. est iurisdictio. in colum. 10. in fin. & Segura in repe. l. 1. §. si vir. ff. de acquir. possessio. folio fin. colum. 2. Exemplum huius regulæ est, vt si testis dicat falsum, interrogatus an sit consanguineus alicuius partis, & neget, cum sit eius consanguineus, quo casu loquuntur Iaco. & Angelus, vbi suprà: vel si interrogatus de loco suo, vel de parochia, vel de ætate, vel simili dicat falsum, vt tenet Anton. in cap. cum causam. in fine de testibus. & dicit etiam in æternum not. supradictam conclusionem idem Iason in l. si ex falsis. penul. col. in fin. C. de transactionibus. Commendat etiam suprascriptam conclusionem Angeli Albericus in tractatu, de testib. folio 8. col. 4. qui tractatus est insertus in primo volumine Tractatuum.

Limita supradictam regulam, & intellige, quando illud esset omnino impertinens ad causam, sed si aliqualiter tangeret, est secus. Ita notat Francis. de Aret. in consil. septuagesimoprimo. incipien. diligenter & maturè prospectis. in colum. secunda. quod refert & sequitur pro limitatione huius regulæ Ias. in d. l. fin. C. de bonor. possessione secundum tabulas. columna 7. in princip. & vide in materia huius regulæ quæ ponit Francis. Curt. in tract. de testib. col. 4. versi. quinta conclusio. qui tractatus habetur in primo volumine Tractatuum.

REGVLA DCCXLVI.

TESTIS domesticus regulariter non admittitur. text. in c. in literis. de testi. & in l. etiam. C. eo. & in l. 1. §. ad quæstionem. ff. de quæst.

Et habes Hispane bonam l. in partic. 3. titulo decimosexto. l. 18.

Ampliа hoc procedere etiam in concubina, quæ tanquam domestica repellitur: tenet Bal. in l. 2. de testib. idem etiā Ang. & Ias. in lege, sed & si quis. in princ. ff. si quis caut. quos refert & sequitur Io. Lupus in repet. rub. de donat. in vir. & vxor. fol. 29. col. 3. in fi. per quem vide plura, quibus assimilatur concubina vxori.

Limita primò, si sit præsens pars contra quam producitur, & taceat, quia tunc purgatur tale vitium domesticitatis: cum talis inhabilitas in teste, sit eius fauore introducta: Ita not. Bal. dicens hoc menti tenendum in l. si quis testibus. col. fin. vers. dubitatur. C. de testibus. tenet Albe in tractatu de testibus fol. 3. col. 3. in princ. qui tractatus habetur in 1. volu. Tractatuum, qui hoc ampliat, etiam si pars quæ sciebat eum domesticum, ignoraret eum posse repelli, si tamen opponatur, & hoc non obstante examinetur, non solum non probat, imò nec facit indicium. Ita tenet Fely. sic intelligens dicta per Abb. ibi, in d. cap. in literis. col. fin. versic. secundò nota quòd testis. pro quo faciunt dicta per Hippol. sing. 198. incip. testis qui non debet examinari. & vide etiam Bertachin. in tractatu de episcopo. libro 4. parte quinta. colum. secunda. versicu. 16. vbi ponit hanc limitationem: & pro ea allegat Specul. & Ioan. And. in eius addit. & postea allegat Bald. post Nicol. in l. etiam. C. de testibus qui dicunt contrarium, scilicet quòd etiam parte non opponente repelluntur domestici, si constat ex actis, & relinquit cogitandum.

Secundò limita, in domesticis principis, vel Regis, ratione iurisdictionis: tenet Hippoly. in d. §. ad quæstionem. in princ. referendo Io. And. Imo. & Spec. quod intellige iuxta distinctionem Aret. in d. c. in literis. quam ibi sequendo refert Fely. in col. 2. versi. fallit primò. Et de ista limitatione vide Steph. Aufre. in tract. de reprobat. testium. in litera D. in parte domestici. in col. 3.

Tertiò limita, in famulo non habente salarium: tenet Specul. in tit. de teste. §. j. versi. sed de quo mercenario, &c. quod dicit singulare Hippoly. vbi supra, vbi refert Roma. idem seq. & sequitur etiam Hippoly. in d. l. 1. §. idem Numio. ff. de quæst. col. pen. in fin. & in sing. 5. in ordine incipien. regula est.

Quartò fallit, si agatur de probatione rerum quæ melius quàm per alios solent per domesticos verisimiliter sciri. Ita restringit Fely. in d. c. in literis. colum. 3. versiculo, fallit tertiò, vbi hoc ferè per vnam col. prosequitur: & ita etiā tenet Iason in d. l. sed & si quis in princip. in prima colum. ff. si quis caut. & vide Parid. de Puteo in tractatu de syndic. in folio 93. capitu. incipien. testis, an familia. vbi concludit quòd familiares iudicis vel potestatis, possunt esse testes ad probandum ea, quæ sunt gesta in officio, & quæ per alios probari non possunt: vt quia sunt gesta in palatio potestatis, vel de nocte, & quòd iudex non excessit modū in tortura, in qua tortus defecit, quod not. Et ex hac etiam limitatione dicit Aretinus in consilio 13. column. nona, quòd matrimonium clandestinum cōtractum in domo, potest per domesticos probari. Et hanc etiam limitationem sequitur Bertach. in dicto tractatu de episcopo. in dicto quarto libro, in quinta parte. columna. 21. in tertia limitatione, quod bene declarat: & hanc etiam limitationem scripsit idem Stephan. Aufrerij, vbi suprà in versiculo, fallit tertiò. Quam tamen limitationem restringit Fely. post Aret. ibi, in criminalibus. Et prædictam limitationem cum sub limitatione sequitur Hippol. in d. §. ad quæstionem. col. 2. versi. limita 3. pro quo vltimo ponderat text. ibi, quem dicit neminem allegare.

Quintò fallit, in vxore, quæ pro viro admittitur. tenet Specul. in titulo, de teste, §. 1. versic. sed nunquid de vxore. contrarium tamen concludit Hipp. vbi suprà, vltra quem adde quòd contrarium etiam tenet Ioan. de Plat. in l. quicunque. C. de re milit. lib. 12. & glo. in d. l. etiam. & Ias. in d. l. sed & si quis. in princ. ff. si quis cautionibus. vbi illam glossam & alias ad hoc allegat. Et Alberic. in d. tractatu de testibus. folio 2. col. 1. §. superest nunc videre. vbi dicit quod

communiter

communiter tenetur quòd vir & vxor repelluntur à testimonio propter continuam cohabitationem & affectionem. Et contrarium etiam tenet Io. Lup. in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. fol. 29. col. 3. quasi ad fin. Et vide Hispane leg. 15. titulo 16. part. 3. quæ hanc etiam opinionem, & sic contra Specu. approbat, quæ etiam disponit, quod nec maritus pro vxore admittitur: vide Fel. in d. c. in literis. columna quarta versicul. fallit quartò. Ex quo colliges, quòd dictum Specul. procedit in vxore, quæ virum non timet, & bonæ famæ: & ita etiam tenet Stephan. Aufre. in tractat. de reprobat. testium. in litera T. in verbo, testis in 1. colum.

Sextò fallit in fratre: tenet gloss. in c. insinuante. de offi. delega. & in c. cum R. eod. titu. in gloss. 2. alia in l. parentes. de testib. in gloss. fin. Sed tu Hispane, vide l. 15. titulo 16. par. 3. supra alleg. in proxi. restrictione, quæ quando fratres habent bona separata, & viuũt seorsum, permittit eis pro se inuicem testificari: secus si sunt in potestate paterna, & viuunt insimul, cum communione rerum suarum. Quam limitationem quinque modis sublimita, vt per Felynũ in dicto capitul. in literis. columna fin. quas transcripsit Hippol. in dicta colum. 2. d. §. ad quæstionem. vide melius per eundum Felyn. in capit. cum oporteat. colum. tertia. in fin. versicul. ex quibus collige. vbi dictas quinque sublimitationes ponit latius, & addit sextam, quas omnes sublimitationes alijs sex modis sublimitat: vide Stephan. Aufrer. in d. tract. in litera C. versic. coniunctus. vbi omnia supra dicta rescripsit.

Septimò limita, si talis domesticus esset persona valde honesta. Ita limitant Innoc. Anto. & Imol. in dicto c. in literis. quos ibi refert Fel. col. 2. Bal. & Sali. in d. l. etiam. & tenet etiam Hipp. in d. §. ad quæstionem. in d. col. 2. pro quo allegat glo. in summat, 3. q. 5. pro cuius confirmatione ponit ferè 30. notabiles conclusiones, in quibus receditur à regulis iuris communis, propter personam valde dignam & honestam: quarum conclusionem maximam partẽ habuit à Felyno, in c. super bis. de accusat. qui per totam col. fin. plura descripsit in proposito. Et prædictam limitationem corrobora magis in specie septem singularibus conclusionibus, quæ contra iuris regulas vendicant sibi locum in testibus fide dignis, & omni exceptione maioribus, quas cumulat idem Hippoly. in d. l. 1. §. si quis vltro. 4. & 5. col. ff. de quæst. quas not. quia quotidianæ sunt. Et pro hac limitatione, vide etiam Steph. in d. tract. in d. verbo, domestici. in versi. fallit secundò.

Octauò limita, si agatur de probanda innocentia alicuius, quia tunc familiaris vel domesticus non repellitur à testimonio: tenet Ioan. de Anan. in consil. 59. visa inquisitione, ad quod refert Spec. & not. etiam Hippol. in singul. 59. incip. Innocentibus. & in dicto §. ad quæstionem. colum. 5. de quo exclamat Florian. in l. testis idoneus. ff. de testib. secundum Felyn. in dicto c. in literis. columna 4. & tenet etiam idem Hippolyt. in dicta l. 1. §. si quis vltro. ff. quæstionib. colum. 2. vbi refert Anan. & Alexa. & tenet etiam Ias. in allegata l. sed & si quis. in prima colum. ff. si quis cautio. & vide etiam Parid. de Puteo in tractatu, de syndicatu. fol. 9. colum. 3. in c. incip. testis, an familia. vbi per hoc tenet, quòd ad probandum innocentiam iudicis, qui impetitur per fiscum de crimine, admittuntur eius familiares. Et vide eundem in d. tract. folio 101. colum. secunda. vbi tenet principalem conclusionem huius fallentiæ, referendo etiam Specu. Et hæc octaua fallentia in effectu, est eadem cum illa quam ponit Bertach. in d. tractatu de episcopo. in d. lib. 4. d. 5. parte. in col. 22. in 8. limitat. vbi dicit, quòd hęc regula fallit in probatione defensionis, allegando Specu. in tit. de inquisitione. in versi. sed nunquid. & Bal. in l. parentes. C. de testib. col. 2.

Nonò limita, quia domesticus potest esse testis instrumentarius. Ita restringit Hippoly. in d. §. ad quæstionem. vbi plura pro hoc refert: pro quo facit doctrina notab. quã descripsit in doctrinis magistralibus, in doctrina incipien. testis licet. Et vide Bertachin. in loco suprà proximè allegato, vbi ponit hanc etiam fallentiam in vndecima limitatione: & idem tenet Cæpola in cautela ducentesima decimaseptima, incipien. licet regulariter. vbi hoc notabiliter declarat, quando partes cognoscebant conditionem testis, & sic quòd erat domesticus vnius partis.

Decimò limita in famulo, qui licentiatus recessit à domino, & sic tempore quo testificator non est domesticus: tenet Speculat. in titulo, de teste. §. 1. versi. quid si olim. Refert Fel. in d. c. in literis. col. 4. versi. fallit quintò. & Hippol. in d. §. idem Numio. circa princip. quod extende secundũ eos, etiam si esset expulsus vt testificetur post litem motam vel præparatam, dum tamen simulatè ad tempus non sit expulsus, quos vide in hoc: & vide etiam Ioan. Lup. in repet. rub. de donat. inter vir. & vxor. fol. 15. col. 4. pro qua etiam limitatione vide Steph. in d. loco, in d. verbo, domestici. quarta fallentia.

Vndecimò limita, nisi talis domesticus produceretur cum alio teste, omni exceptione maiori, & concordante cum eius dicto: quia tunc admittitur, & probat. Ita limitat Hippol. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst. col. 2. in fi. motus per quandam sing. doctrin. Bal. & Angel. in l. si quis ex argentarijs. §. 1. ff. de eden. & per alia quæ ipse iungit, in quibus fides vnius testis siue tabellionis suppletur per aliũ. Et adde quòd ad hoc etiam refert eundem Ange. & Bald. Ias. in l. dictantibus. colum. secunda. C. de testament. & tenet etiam expreßè idem Iason in l. si emancipati. column. 4. in princip. C. de collat. vbi ad hoc allegat Angel. in cons. 1. quem etiam alleg. & sequitur Georg. Natan in repetit. capitu. quamuis pactum. de pact. in 6. colum. 54. versicul. 19. facit. pro quo vide not. Franc. Curt. in tractat. de testib. prima colum. & sequen. vbi hoc tenet, licet prædictam nõ referat: & declarat optimè, quando fides vnius testis, per alium suppleatur.

Duodecimò fallit, in domestico vel familiari vtriusque partis: tenet hoc Hippolyt. in dicto §. tormenta. colum. 4. motus similibus decisionibus quæ reperiuntur in iure: & tenet Albe. in d. tractat. de testib. fol. 3. colum. 4. in medio: & ponit etiam hanc limitationem Bertachin. vbi suprà, in 4. limitatione.

Decimotertiò fallit, quãdo pro delicto ageretur ad vindictam publicam, seu ad fisci vtilitatẽ, propter vulnus, seu percussionem, aut mortem alicuius: nam illi qui sunt domestici eius, non repelluntur propter domesticitatem, ex quo causa tunc non pertinet ad domesticum, sed ad rempublicam. Ista est noua limitatio Ful. consi. 48. quod incip. super eo quod quæritur. 1. col. quam sequitur Ias. in d. l. sed & si quis. in princ. ff. si quis cautio.

Decimoquartò fallit, quando tractatur de delicto committendo obuiando: tenet idem Hippol. in d. §. tormenta. in d. 4. col. vers. vlt. potest. motus sex decisionibus per eum descriptis, quibus reperitur, specialitas, vt dilecto committendo obuietur.

Decimoquintò limita, quia licet non admittatur vt probet plenè vel semiplenè, tamen facit indicium. Ita tenet Bald. in sua margarita, in versic. testes. col. 2. in verbo, testes familiares, quod refert & sequitur Hippol. in d. § ad quæstionem. col. 6. ad prin. & vide Bar. in l. 2. col. 2. ff. de excus. tut. & ita tenet Flor. in l. 3. §. lex Iulia. ff. de testib. quod dicit elegans Fel. in c. cum dilecti. colum. penult. de accusat. versicu. tertiò limita. Ex ratione, quia lex non resistit examinationi testis domestici, licet non asistat: cogita quomodo ista limitatio posit procedere, quia si testi opponitur quòd est familiaris, vel domesticus, etiam indicium nõ facit, si non opponitur, probat eius dictum, vt suprà dixi in prima fallentia, præmaximè secundum conclusionem quam polui infrà, in regula testis qui non debuit. in quinta limitatione, quam vide: quia certè ex his nimis confunditur ista limitatio.

Decimosextò

Decimosextò fallit in familiari procuratoris mei, quia ille bene potest esse testis in causa mea, etiamsi sit constitutus ab eo ad sollicitandum causas. Ita tenet Rota in decisionibus nouis, decis. 154. incip. solicitator. in tit. de testibus, quam refert et sequitur Steph. Aufrerij in dicto trac. de reprobat. testium. in litera S, in verbo, solicitator.

Decimoseptimò fallit in domestico domestici partis, vt est nòt. decisio Inno. in c. insinuante. de offic. deleg. quẽ sequitur ibi Anchar. & Steph. vbi suprà, in litera D, in verbo domestici.

Decimooctauò, quando domesticus non producitur in fauorem domestici, sed tertij. Text. in c. super prudentia. 14. q. 2. quem commendat Ias. in d. l. sed & si quis. in princ. ff. si quis cautio.

Decimononò fallit, quia licet aliàs duo domestici non admittantur, tamen tres sufficerẽt: quia numerus supplet defectum qualitatis. Ita tenet Alex. in volu. 1. in consil. 5. in col. pen. versic. 2. respondeo. qui refert Nicol. de Neap. in l. excusantur. in princ. ff. de excus. tutor.

Vigesimò, in domesticis episcoporum. Ita restringit Berta. in loco supra allegato, in 1. fallentia: quod intellige, vt ibi per eum.

Vigesimoprimò, in crimine læsæ maiestatis, idem Bertach. ibi in 2. fallentia.

Vigesimosecundò, in probatione supellectilium. Idẽ Bertachin. ibi in 4. fallentia suprà posita licet ipse distinguat eam ab illa.

Vigesimotertiò, in probatione infirmitatis. Idem ibi in. 5. fallentia: quæ etiam potest includi vt præcedens, sub 4. fallent.

Vigesimoquartò, in factis antiquis, deficientibus alijs probationibus: Idem in 6. fallentia.

Vigesimoquintò, ad probandum extimationem rerum derobatarum. Idem Bertachinus ibi, in 7. fallentia. Sed hæc restrictio sub dicta 4. fallentia potest etiam comprehendi: quod intelligit ipse simul cum iuramento derobati.

Vigesimosextò, in probatione immissorum in nauim, vel domum, secundum eum in 9. fallentia.

Vigesimoseptimò, ad probandũ pro muto, & interpretandũ eius signa. Idem in 10. fallentia: sed & ista pari modo potest includi sub dicta 4. fallentia, sicut & alia.

Vigesimooctauò, quando agitur de subtractione rerum post confectionem inuentarij per hæredem. Idem in 52. fallentia.

Vigesimononò, fauore ecclesiæ, quia admittuntur domestici clericorum. Idem in 53. fallentia.

Trigesimò, quãdo domesticus deponit pro vtraq; parte, secundum eum in 15. limitatione.

Trigesimoprimò, cũ canonici accusant prælatũ secundum eum in 17. limitatione. Allegat gloss. notab. in summa 14. quest. 2. quæ allegat text. in cap. lator. 2. quæst. 7.

Trigesimosecundò, quando accusatur matrimonium propter consanguinitatem. Idem in decimaoctaua & fin. limitatione.

REGVLA DCCXLVII.

Testi vno, assumpto de voluntate partis vtriusque, creditur. Ita est communis conclusio secundum Ias. qui plures ad hoc refert in l. prima. §. fin. ff. de verb. oblig. col. 4. prope fin. licet Bart. ibi aliter sentiat.

Limita singulariter secundum eum post Bald. & Salic. in l. in bonæ fidei. penult. col. C. de reb. credi. quando ambe partes concordant in dicto vnius, & in persona, secus si in persona tantum, & non in dicto, quia tunc faceret semiplenam probationem tantum. Et hanc etiã limitationẽ reputat mirabilem Fely. in c. veniẽs. lo. j. de testib. Et Zach. in addit. ad Abb. in c. præterea. lo 2. de sponsal.

REGVLA DCCXLVIII.

Testes in causa ciuili debent per iudicem recipi, & non per alium. Ita firmat pro regula Bal. in c. si qui testium. C. de testib. allegat glos. in l. hac consultissima. §. fin. C. qui testa. fac. pos. in verb. depositiones. & in l. iubemus. la 1. C. de iud. caus.

Limita tripliciter, vt per Fel. in c. cum causam quæ inter. in col. penult. de testib.

REGVLA DCCXLIX.

Testis secundò inductus super eodem cap. ad alium effectum, potest dicere, ego dico eadem, quæ dixi in prima depositione. tenet Abb. per text. ibi in cap. cum in tua. de testib. allegando Bart. & vide Angel. post Bar. in l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. Anch. in cle. 2. de testibus.

Limita primò, nisi testis fuisset receptus corã arbitro, quia si repetitur coram ordinario, non potest seipsum referre. Ita limitat Fely. in d. c. cum in tua. in colum. 1. de testib. per quem vide rationem huius decisionis.

Secundò limita, nisi primum dictum esset nullum, ratione falsitatis, quia dicendo, dico prout aliàs dixi, nõ probat secundum Salic. in l. iusiurandum. C. de testib. secus si esset nullum ex defectu solennitatis, quia ex quo in depositione secunda cõcurrit solennitas requisita, cõualidatur vt ex tunc referendũ eũ ibi: refert Fel. vbi suprà, quẽ vide.

REGVLA DCCL.

Testibus duobus deponentibus de metu magis creditur, quam mille deponentibus de libera voluntate: not. Inno. in c. super hoc. de renun. quẽ sequitur Ang. in l. 5. & l. fin. ff. quod met. caus. & Bald. not. in l. obseruare. §. proficisci. in 13. q. ff. de offic. procons. & leg. vbi per hoc infert in specie, quòd si instrumentũ dicatur factum sponte, reprobabitur per duos testes deponentes de metu: & refert vtrunq; Paris in tract. de syndi. fol. 98. in c. incipien. quia sæpè iudicis. in fin. quam doctrinam Innoc. dicit solennem & famosam Ias. in l. sed si quis. §. quæsitum. ff. si quis caut. col. 2. in fin. idẽ in versic. quadrupli autem col. 8. Instit. de actio. vide Neuizan. in sua sylua nupt. fol. 10. col. 3. vbi refert Deci. Corset. Barbat. Cur. & Ferrar. idem in varijs locis sequẽtes: & hanc etiam conclusionem Innoc. commendat Deci. in l. in omnibus causis 2. col. ff. de regu. iur. vbi etiam refert plures idem sequentes.

Limita, nisi testes deponentes de libera voluntate, adderent tale quid, ex quo iuris præsumptione excluderetur metus: puta quia deponerent contractum fuisse sponte, eo quia aderat præsentia consanguineorum: quæ excludit metum. Ita restringit Ias. in l. interpositas. col. 2. C. de transact. versi. limita istam. quam etiam limitationem describit Decius vbi suprà: pro quo allegat Angel. l. fin. ff. quod met. cau. etsi de Iason non meminerit.

REGVLA DCCLI.

Testis non præsumitur rogatus, not. Bar. in l. sciendum. 2. col. ff. de verb. oblig. idem in l. diuus. ff. de testa. mil. & in l. hæredes palam. §. in testamento. ff. de testa. & ibi communiter doct. Alex. in d. l. sciendum. col. antepen. vbi etiam refert ad hoc Ang. & Ant.

Limita quadrupliciter, vt per Ias. in d. l. sciendum. col. 5. quarum limitationum tres habuit ab Alex. ibi.

REGVLA DCCLII.

Testis valde dignus, & alius testis infamis plenè probant, quia integra fides vnius, supplet defectum alterius, no. Bal. & Ang. in l. si quis ex argẽtarijs. §. 5. ff. de edẽ. per text. sing. ibi, & refert hoc Hippol. qui plura allegat in l. de minore. §. tormenta. col. 3. in princ. ff. de quæst. & illum tex. dixit singu. Felyn. in c. 3. loco. post Bal. ibi, de probat. ad hoc quòd testis inhabilis sustentatur per habilem, & prædictam principalem conclusionẽ sequitur & commendat Ias. in l. cũctos populos. in 2. lect. col. 3. C. de summa trin. & fide catho. referendo Bal. & Ang. vbi suprà, & Alex. Salic. & Rom. in varijs locis.

Limita primò, vt per Alex. in d. l. si quis. §. cogantur. quam legit in l. prætor. post Anch. & Bal. quos ipse refert, quãdo infamia esset talis, quę solũ attenuat fidem testis, & nõ repellit ex toto, vt infamia facti, secus si infamia iuris.

Secundò limita, quando esset casus, in quo ex forma iuris vel hominis requirerentur duo testes, quia tunc vterq; debet esse probatæ vitæ. Ita limitat Felin. in dicto c. 3. loco. in fin. referendo Bald. ibi, & pro regula supra scripta, vide quæ dixi suprà in regula, testis domesticus. in vndecima limitatione, vbi habes bonam remissionem.

REGVLA DCCLIII.

Testium non legitimè examinatorum arrestationes possunt communi consensu partium comprobari. Ita not. Bar. in l. 1. ff. de fer. vide text. in l. fi. versic. confirmari. C. de testibus. quem ad hoc not. Bald. ibi, tenent Innoc. & Host. in c. cum causam quæ inter archiepis. & ibi Bal. col. vlt. de testib. idem Bald. in c. veniens. lo 2. col. 2. eod. titu.

Amplia hoc procedere, etiam interueniēte tacito consensu partiū. Ita tenet Spec. in tit. de teste. §. nunc tractandum. versic. debet quoq; iudex.

Limita tripliciter, vt per Ias. in d. l. 1. ff. de fer. col. 3. vbi etiam sequitur dictam ampliationē, & comprobat supra scriptam regulam simili decisione: & vide Felin. in d. c. cū causam. col. 14. vbi primas duas limitationes ex prædictis posuit, & latius quàm ipse Iason.

REGVLA DCCLIIII.

Testes, qui semel productus dicit se nescire, vel recordari, & nūc iterato deponit super eodem negotio, non dicitur varius, vel vacillans: imò valet eius dictum. Glo. in cap. cum causam, quæ inter œconomum. in glo. 2. de testibus. tex. singular. secundum Baldum ibi, in c. 1. §. notandum. in tit. de notis feud. & voluit Ang. in l. quidam tabularum. ff. de furt. per tex. ibi, & ponit Hippol. l. ex libero. in prin. pen. col. ff. de quæst. vbi refert Bal. in alijs locis. & Rom. & Alex. idem firmantes.

Limita, nisi talis testis postquam dixit se nescire, esset cum parte locutus. Ita tenet Bal. in rubr. de controu. feu. & refert Hippol. vbi suprà, quod comprobat alijs similibus: & refert Roma. in consi. 505. incip. cū testis. vbi alias describit restrictiones.

REGVLA DCCLV.

Testis qui nō debuit examinari, examinatus facit indicium: firmat Bart. in l. maritus, post glo. ibi, vers. vlterius quæro. ff. de quest. Bald. in c. 1. de confes. circa princi. Abb. in c. ex literis. de transact. in 1. notab. plura allegat ad hoc Hippol. sing. 198. incip. testis qui non debet. Vide Hispane l. 9. tit. 16. parti. 3. que banc regulam videtur comprobare, dum disponit, quòd si testis minoris ętatis quàm statuitur ibi, examinatus fuerit, facit præsumptionem.

Limita sex modis notabilibus, vt per Felin. in c. cum dilecti. de accusat. col. pen. & sequen. quem vide in materia optimè loquentem: & pro exēplis principalis regulę plura dicta doct. refert in d. col. penul. in princ. & quia prædicti casus sunt notabiles, & tibi opinor iocundum fore, eos volo summariè, omissis allegationibus, referre.

Primò fallit, nisi testis esset prohibitus examinari ratione ordinis: puta ante litem contestatam, vel parte non citata, quia tunc non facit iudicium.

Secundò fallit, nisi testis esset prohibitus interrogari: quia tunc interrogatus, non facit iudicium. vide eum.

Tertiò fallit, nisi lex resistat examinationi. vt quia dicit, non possit examinari, non sit admittendus, quod intellige, vt ibi.

Quartò limita, nisi lex requireret certum numerum testium, certo casu, quia tūc vnus solus nō faceret indiciū.

Quintò limita, ex hoc bene not. secundum eum, quando testi esset posita exceptio, pro quo allegat Aretinus, & dicit hoc non alibi: vide eum, quia in hoc latius loquitur.

Sextò limita, vt faciat indicium, sed non ad efficacem condemnationem: nisi suppleatur per alias probationes.

REGVLA DCCLVI.

Testis ita debet puniri pœna falsi, quando scienter tacet veritatem, sicut quando exprimit falsum: not. Bar. post Fulg. & Iacob. Butrig. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtil. publ. Idem Bartol. in l. ea quæ commendandi ff. de contrah. empt. probat text. & ibi hoc notat Abb. in c. 1. de crimine fal.

Limita quadrupliciter, vt per Ias. in d. l. præscriptione. col. 3. quam regulā prius ornat quatuor doctrinis notandis in proposito, quibus ampliatur.

REGVLA DCCLVII.

Testium examinationem non potest iudex alteri committere, in causa criminali: not. Bald. Angel. & Salicet. per illum text. in authent. apud eloquentissimum. C. de fide instrument. not. glos. in c. at si clerici. de iudic. in glos. probatione. & in c. primo. de testib. cog. & in cap. constitutus. de fideiussor. probat tex. in l. 3. §. diuus ff. de testibus.

Amplia vno modo, & limita alijs quinq;, vt per Felyn. in c. cum causam. de testibus. col. antep.

REGVLA DCCLVIII.

Testes non publicati, non faciunt fidem: notat Bart. in l. is apud quem. col. penult. C. de eden. facit l. gesta. vbi glos. & doct. C. de re iudic. glo. in l. 3. verbo, patiatur. ff. de his, quæ in fraud. credit. vide glos. & Bar. in l. solam. C. de testib. vide latè per Felin. in c. cum I, & A, 2. col. de re iud.

Limita tripliciter, vt per Ias. in d. l. is apud in col. 6. vide latius per Felin. in c. causam quæ. el 1. de testib. col. 4. vers. fallit 3. & sequ. col. vbi optima loquitur, & describit quatuor casus, quibus fallit prędicta regula.

REGVLA DCCLIX.

Testes, qui aliàs non sunt idonei, in subsidium reputantur idonei, quando aliæ personæ haberi non possunt: probat text. in c. veniens. el 2. de testib. & in c. fin. quem ibi not. Abb. in 2. not. de testib. cogen. facit tex. in l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re milit. quod voluit per eum Bar. in l. in illa. in fin. ver. ff. de verb. oblig. probat glo. in verbo, & si tres. in cap. cum dilecti. de electi. alia in c. 2. in glo. penul. & ibi hoc not. Abb. de arbit. faciunt dicta per Ias. in l. cum ea C. de transact. fin. colum.

Limita mirabiliter & singulariter & intellige quando ex natura illius actus qui venit probandus, alij testes non possunt haberi habitu, nec actu: vt in coniuratione, vel in conspiratione, in hæresi, & similibus, quorum delictorum est mos, vt semper soleant clam & in abscondito perpetrari: sed quando potentia potuissent plures testes interuenire, vt in homicidio, violentia, iniuria, & similibus, licet actu non interuenerunt, nisi tales minus idonei, tunc non procedit dicta regula. Ita limitat hoc singulariter Anton. in cap. tertio loco. de probationibus. vbi hoc dicit bene not. Felinus in quarto notabili. quod sequitur Francisc. de Curte in repetit. l. admonendi. columna 27. in fin. & sequen. ff. de iureiuran. quod dicit mirabiliter Ias. l. fin. columna fin. C. de his qui. vt indign. idē Ias. l. cunctos populos. in lectura 1. in fin. C. de summa trinit. & fide catho. & voluit hoc sentire Abb. in dicto c. fi. in d. 2. notab. Et prædictam doctrinam Anton. dicit singul. Felin. in c. de cæterò. 1. colum. de testib. vbi dicit quod non valet simpliciter ista consequentia: res non potest aliter probari, ergo testis inhabilis efficitur habilis, quia hoc debet intelligi cū distinctione, de qua supra: pro quo dicit quòd est melior text. de iure in cap. in literis. de testib. & istam limitationem ad prædictam regulam describit Hippol. licet prædicta non referat in singulari 73. incip. plures sunt qui allegant. vbi eam bene declarat, & refert Alex. idem Hippo. in l. infans. col. fin. ff. ad legem Corne. de sicarijs.

REGVLA DCCLX.

Testes examinati & publicati faciūt fidem in alio iudicio, inter easdem personas: probat text. in c. causam quæ. lo 1. de testib. & in l. iubemus. C. de lib. cau. & in l. 2. ff. iudic. sol. in l. fin. penult. col. C. de testib.

Limita quinque modis, vt per Ias. in l. is apud quem. col. pe-

col.penul.C.de eden.vide Felin.in d.c.causam quæ. Io. 1. col.1. vbi hoc ampliat quatuor notabilibus modis, & postea triplici limitatione moderatur in duabus col.seq.quarum limitationum prima differt à descriptis per Ias. vbi suprà,ex quibus sex restrictiones habes ad regulam.

REGVLA DCCLXI.

TESTES quando loquuntur vno & eodem sermone præmeditato, dicuntur suspecti,vt in l.3.§.ideóq; diuus.ff.de testib.& ibi doct. Hinc est,quod si testes interrogati de tempore, dicunt omnes non recordari, reddun tur suspecti,not.Hostië. in c.ex tenore.de testib.vbi vide Fel.in c.2. eundem in c. cum causam quæ inter archiepiscopum col. 8. versic. 2, limita. eod. titu. vbi bene declarat dictam conclusionem Hostien.

Limita,si testes sunt bonę famę,quia tunc per tales testes probabitur. Ita tenet Bald. in titu.de pa.Constan. super versi.fin.qui allegat Ioan.And.in c.nihil.de verb.significa.refert ad hoc eundem Bald.Franc.Curt.in tract. de testib.col.6.vers.decimaquarta conclusio. & dicit ꝙ ita etiã limitat idem Bald.in l.testium.C. de testib.3. col. vbi plus dicit secundum eum,ꝙ hoc committitur arbitrio iudicis an censeantur suspecti ratione subornationis , quod dicit perpetuo not.quamuis Ang.indistinctè tenuerit non valere dictum testium loquentium eodem sermone in l. si quis ex argentarijs. §.1.ff.de eden. secundum eandẽ Francis. vbi suprà,quem vide,quia se remittit. Et adde pro huius fallen.confirmatione,quæ posuit suprà,in regula,testis domesticus.7.fallentia.

REGVLA DCCLXII.

TITVLI multiplicatio in beneficialibus, est ad cautelã. Abb. in c.in nostra.de rescrip.bonus text.in c.post electionem. de concess.præben.

Limita tripliciter vt per Fel.d.c.in nostra.colum.3.

REGVLA DCCLXIII.

TITVLVM beneficij alicuius postquam superior approbauit,non potest amplius eum vexare: notat Anchar. in c.1.de regul.iur.in 6.idem & Domin.in c. ordinarij.de offi.ord.eo.lib. & in materia huius regulæ vide aliam sup. in verbo, possessio.

Limita tripliciter,vt per Felin.in c.licet Heli. colũ.3.in fin.de simon.

Titulus.vide s.in ver.allegans.Io 3. & in ver. possessio.

REGVLA DCCLXIIII.

TORQVERI non potest homo liber , in causa pecuniaria,vt in l.diuus.ff.de quæst.

Limita dupliciter,vt per Hippol.in practica criminali. in §.expedita, in col.8.

Primò in causa pecuniaria graui & ardua: quia illa ęquiparatur criminali.

Secundò nisi causa ciuilis,& pecuniaria habeat crimen annexum.

REGVLA DCCLXV.

TRADITIO ficta circa dominium & possessionem idem operatur,quod vera : vt l.quædam mulier. ff. de rei vendicatione.

Limita sex modis,vt per Aret.l.1.§. quod meo. in col. 2.ff.de acquir.possess.

Transactio.vide supra,in verbo,calumnia.

REGVLA DCCLXVI.

TRANSIGERE de crimine adulterij non licet.Text.in l.transigere.de trãsact.C.huius regulæ rationem,omissis Bart.& Cyn.ponit Salic.ibidem sex opposi.

Limita duobus modis,vt per Ias.in d.l.transigere,col.2. numero 5.

REGVLA DCCLXVII.

TVTOR vel curator , licet habeat ius exigendi vel recipiendi solutionem,non potest debitori minoris facere pactum de non petendo. Tex.est in l. pactum curatoris. C.de pactis.

Limita tripliciter , vt per Ias. ibi, circa princip. & vide ibi Alex.qui ante eum posuit tres limitationes,quarum secunda differt à positis per Ias.

REGVLA DCCLXVIII.

TVTORI vel curatori si testator relinquat liberationẽ pro administratione præterita , non videtur remissus dolus,nec reliqua. Tex.est in l. Aurelio.§. Caius.ff. de liber. legata.

Limita tripliciter,vt per Ioan.Crotum in l. nemo potest.col.20.ff.de leg.1.

REGVLA DCCLXIX.

TVTORI potest testator remittere confectionem inuentarij. Text.in l.fin.§.illo.C.arbitr.tute.vbi Bart. & alij.Notat Bald.in l.cum tale.§. Titius.ff. de cond. & demonstr.facit l.quidã decedens.ff.de administrat.tuto.& tenet Ias.in l.cum necessitatem.C. de fideicommiss.de quo singularius per Seguram in repetit.l. si ex legati.sol.3. col. 1.& 2.ff.de verb. oblig. vbi referendo Ioan. Andr. ponit duas vtilitates , quæ possunt ex tali remissione succedere.

Limita hoc,quia non obstante tali remissione testatoris,si iudex videt talem tutorem aliqua ratione suspectũ, potest eum cogere inuentarium conficere. Ita limitat Iason vbi suprà, referendo solum ad hoc Ang.in cons. 144. tu vide Bar.in l.nemo potest,col.2.in fi.ff.de legatis 1. vbi tenet,quòd si apparet quòd talis remissio est contra vtilitatem pupilli,iudex non debet sequi voluntatem testatoris,& sequitur Segura d.col.2.

REGVLÆ BARTHOLOMAEI SOCINI.

De litera. V.

REGVLA DXXIX.

VASALLVS seu emphyteuta feudũ seu emphyteusim alienare non pôt,vt per doc.in c.quæ in eccle.de cõst.& in l. 2. C.de iure emph.& in c.potuit. de loca.

Primò fallit, nisi is , cui fit alienatio, velle supportare omne grauamẽ. dictũ est singulare Bar.in l. nulli legali. de murile.lib.11.pro quo facit l.2.ff.sol.matr.sed Lud. de Ro. in suo sing.in nu.43.incipien. in iure sunt regulæ &c. tenet cõtrariũ,quia dicit esse cõtra casum in c. 1. de duobus fra. de nouo inuest.in vsib.feu. vbi nõ pôt vasallus seruire per substitutũ,neq; aliũ subrogare & si diceretur quod nõ apparet ibi quod voluerit supportare onera,respõdit ipse, ꝙ subrogatus debet esse ęquè idoneus,vt l.aggeres.C.de ag.iur.lib.11.ergo secũdum eũ debet intelligi ꝙ ea, quæ promisit,sicut principalis promisit,alias nõ haberet dubium.

Secundò fallit vbicunq; vasallus vel emphyteuta vẽdit vel alienat saluo iure domini,vel ecclesiæ,& in instrumento dicatur saluo iure domini,vel ecclesiæ: nam tunc vasallus vel emphyteuta non cadit à iure suo.ita in effectu vult Bal.in c.1.in §.donare.in vlt.col.in tit.qualiter olim feudũ alie.pot.& vide Bal.in tit.de pace Constan.in §.libellus.in 25.col.& in l.fin.C.de iure emphy.& vide d.Iac.de Alua. in c.1.in prin.in antepen.col.in fin.in tit.de prohi.alie.per Fed.& ibi Bal.in §.fi.in prin.in 3.col.versic. sed pone pacta.& Iac.in c.1.in princ.in tit. quæ fuit prima causa beneficij.dicũt quod licet sit dictũ saluo iure domini,si tamen processum sit propter traditionem sub illa forma, ꝙ illa verba nihil releuant:quia cum nõ sit denuntiatum domino,clam fieri videtur : & per cons. quẽs dominus videtur contemni.Item in præiudicialibus non iuuat aliqua protestatio si adijciatur ista verba,nec aliter, nec alio modo:

quare tunc nihil videtur actum.& fortè non prodeeret feu dum vel emphyteusis. nam constat q non intendit alienare, nec posit cum hoc saluo,& nō aliter,&c.iuxta not. per eum similiter in l.si quid.C.de excep.& in l. item Labeo.ff.fam.ercis.& arg.l.si quis locuples.ff.de ma.te. Et licet ista cautela verbo tenus videatur bona,tamen Bald.in l.vnica,in 16.q.C.de his quę pœ. no. videtur contrarium dicere:vbi dicit quòd licet vasallus dicat vendo & trado reseruato consensu domini, & non aliter præstando,non releuat quare in primo facto requiritur licentia:quia traditio est facti,& sic factum est contrariū protestationi.C. de sacrosf.eccle.per to. Vnde nō valet alienatio, & quamuis Bal.in d.l.vnica.non dicat saluo iure domini,sed reseruato consensu domini,tamen in effectu ista vltima in idē reinciduni.& vide de hoc Car.Zab.in c.2.extrà,de feu. & d.Iac.de Alua.in c.1.in penu.col.in princ.in tit.quæ fuerit primā causa beneficij amit. vnde ex prædictis patet, q dictæ limitationes non videntur esse tutę.imo dico, q videtur verū:quare ista verba saluo iure, vel saluo honore domini,non releuāt,quin per istā alienationem vasallus non priuetur feudo,vt sing.determinat Host.& refert Io.An. in c.ea te.de iureiur.& idem etiam tenet Ludo. de Ro. in quodā sing.344.quod incipit,tn hęres q si vasallus,qui dicit,&c.ratio est,quia protestatio contraria factis non releuat protestantē,vt est calus in c.sollicitudinē. de app.& in c.cum M.Ferra.de constitutio.& in l.cū in plures.in §.locator.ff.loca.& plenè per Bart.in l.non solum.in §.mortē ff.de no.ope.nun.Requiritur.n.consensus domini in alienatione feudi primò quod recognoscat superiorē. Item ne sibi præiudicetur: vt in capitulo 1.de alie.feud.

Tertiò fallit,nisi in instrumēto dicatur hoc modo,vendo vel alieno tibi,si non reuocauerit dominus,aliàs res sit ineptā.ita dicit Bar.in l.siquis locuples.in fine.ff.de ma.te.

Quartò fallit, quando alienatio vel venditio fieret sub ista conditione,vendo vel alieno tibi sic, & inquātum de iure possum,& non aliter, quo casu, licet sequatur traditio,tamen vasallus alienās non cadit à feudo. ita tenet Iac. de Broilo de Verona.in sua summa,in ti.quibus mod.feu. amit.sub rubricella,si vendidit sub conditione.arg.l.si motu.post prin.de acqui.pos.& l.qui absente.in §.1.& l. cum fundus.ff.de vi & vi ar.& l.fi.§.si nautē.C. cōmunia de le. & pro hoc vide Bald.in c.1.in §.hoc quoq;.in pen.col.in tit.de successione feu.nisi quādo captio domini posset dif ficulter interuenire per corporalem traditionem, puta ca stri:quia vix dominus posset recuperare. quare dolus est in traditione. qui debet purgari per amisionem feudi:vt in l.eleganter.ff.de do.& ita dixit se consuluisse. & ita etiā tenet Iac.de Aluaro.in c.1.in princ.in penu.col.circa principium.ver.sed quæro quid si vasallus vendat,&c.in titul. de prohi.feu.alie.per Fede.in vsibus feudorum.

Quintò fallit,si vasallus vel emphyteuta vēdat sub conditione si domino placuerit. per l. si quis locuples. in fi.ff. de manu.testa.& per l.quintā.in princ.ff.qui & à quibus. & ita dixit præfatus d.Iac.de Brulo in sua summa,in d.ti. quibus modis feu.amittatur,in rubricella, si vendidit sub conditione.quem sequitur Bald.in titu.1.§.hoc quoq;.in penult. col. in titu. de succes. feu. & d. Iac.de Aluar.in c. 1.in princip. in penul.col. in titu. de prohibita feud. aliena. per Federicum.

Sextò fallit,quādo emphyteuta vel vasallus vendit perceptionem fructuum per se & suos hæredes:quo casu nō videtur quod cadat à iure suo,quia concedit vel vēdit ipsam perceptionem, quæ est quid facti non autem ius suū vendidit,scilicet, vtile vel aliud, vt probatur in l. necessario.in §.fin.coniuncta glos. in verbo, tantū.ff.de peric. & commodo rei vend.per text.cū gl.in l.arboribus. §. vsusfructus.ff.de vsu.& per id quod no.Bald.in l. cotem ferro §.qui maximos.ff.de pub.& in l. Aquilius Regulus. ff. de don.& notat Archi.80.distin.iudicatum.in prin. vbi dicit q potest concedi libertas laico ad locandum fructus ad tempus,vel aliter, per dictum cap.iudicatum. & istud videtur tenere Bar.in l.codicillis.§.instit. de leg.2. vbi dicit quòd vendens fructus per centum annos, nō videtur alienare:de quo vide ibi omnino.Sed aduerte q istud consilium non videtur bonum : quia verum est quod quando venduntur ad modicum tempus, non est alienatio : vt in casu d.l.necessario. sed cum venderentur fructus pro longo tempore,sic videtur alienatio secundum Bald.in l.voluptatis,ver.sed quid si vasallus.C.de fideicommis.

REGVLA DXXX.

a VENDERE rem suam [a] nemo cōpellitur:vt l. nec emere.C.de iure deliberan.

ADDITIO.

a Suam. Vide Fely.in c.1 de Iudæis et Saracenis.in 1.col. ibi vlti.no.& per Franc.Aret.in l.seruus communis de vulga & pupil. & Par.de Put. in tract.syndi. in ver.iudi. & Petr. Phil.Cor.in consi.151.inc.in hoc.in plu.in 3.parte & Fran.Are.in l.non est C.de iud.deli. & quod per do. Iaso.May instit.de act.in princ.nume.1 & nume. 4.

Primò fallit,si vellem prope me territorium habētem compellere ad mihi vendendum de ipso quod possidet, aliquid pro furcarum erectione, quia homines meos iure dilectionis coërcere etiā possum: vt determinat Io.An.in additio.Spec.in rub. de accusar.arg.l.si quis sepulto:& l.si locus. §.fi.ff.quemadmod.ser.amit. in quibus sunt istæ duæ fallentiæ.

Secundò fallit, si velim colonum meum portionē suorū fructuum vēdere volentē cōpellere ad mihi vendēdū: quia possū iusto pretio,tex.est sin.in l.1.C.de metá.li. 11.

Tertiò fallit,etiam si vellem eundem colonum cōpellere ad mihi dandum portionē suam fructuum ex his fructibus,quos in fundo meo percepit,quod intellige quam uis offerat se paratum dare de alijs æquè bonis.item intelligitur si habet facultatem dandi de primis . casus est no. in d.l.prædiorum.C.de agrico.& censi.lib.12.

Quartò fallit,si,cum qui mihi donauit maximam partem sui fundi compellere vellem ad vendendum residuū. l.fancimus.§.vendidit.C.de do.

Quintò fallit si vellem seruum cōmunem manumittere, & vellem compellere socium ad vendendum eius partem.l.1.C.de cōmuni seruo manu.& l.si seruus communis. de vulga.& pupil.

Sextò fallit si cohæres cohæredem, qui emerat rē hæreditariam obligatam creditori distractam,vellet compellere iusto pretio ad rem illam communicandam: vt casus est sing. in l.fi.§.quatuor.ff.de leg.2.secundū Lud. de Ro. in d.l.2.sed dicam quod ille casus mirabilis procedit, quia ibi erant cōiuncti per legatum vel fideicommissum,aliàs esset secus.

Fallit 7.in fundo communi legato ecclesiæ;vt per Bal. singulariter in l.1.C.de communi ser.ma.

Fallit 8.quando locus est coniunctus monasterio, putà aliqua domus,& monachi volunt extendere dormitoriū, nec aliter possunt nisi concessa illa domo vicini;quia tunc dominus compelli potest ad vendendum. ita dicit Io. de Ana. in c.apostolicæ. extrà,de iud.

Fallit 9.in alio casu quotidiano, scilicet quando aliqua ecclesia est ædificanda vel amplianda,quia tunc loca vicini possunt distrahi & vendi ecclesiæ inuitis dominis, vt per Guli.& Flo.in l.si quis stipulationē.ff.de relig.& sum. fu.& §.locum. eod.ti.Bal.& Ang.in l.2.ff.solut. matr.

Fallit 10.quia debitor fideiussorē, vel posteriorē creditorē,quia emerat rē obligatā à creditore distractā,cōpellere potest ad rem illam reddendā sibi refuso pretio.l. cū secunda,& l.cum posterior.ff.de dist.pig. & l. 1. C. de dolo.

Fallit 11. in l.fi.§.quinto.& §.maximus.ff.de pub.

Fallit 12.in casu l.apud eos.ver.si ab eo autem.de debi. ciuita.lib.12.

Fallit 13.in casu l.Imperat.C.de fide instrumen.& iure

hastæ fi. l. lib. 12. secundum vnam lectu. in l. Lucius. §. idẽ respondit. ff. ad municip.

Fallit 14. si respublica velit compellere ciues ad emendum frumentum, quod habet superfluum. vt l. 1. C. vt ne lic. in empt. se exc. lib. 10. vbi est tex. singu. secundum vnã lecturam.

Fallit 15. quando compellitur ciuitas habens magnam copiam frumenti tempore penuriæ ad vendendum illud ipsi ciuitati, & pretio viliori. text. est in l. scribentes. §. si quid inchoari. ff. de vsufruct. per not. in l. 1. C. de episc. audi. & in l. 1. §. cura. ff. de offic. præfec. vrb. & in l. fi. C. ad l. Iul. de annona. & in cap. 1. extrà de emptione & venditione.

Fallit 16. in casu l. 1. ff. de priuileg. credi. secundũ. Lud. de Roma in d. l. 2. sed ille text. parum facit. & in d. l. 1. vt infrà dicetur.

Fallit 17. si vasallus velit vendere feudum paternum: quia cogitur pro pari pretio vendere agnato proximiori. vt in cap. 1. §. sed res. per quos fiat inuesti. in vsi. feud. sed hoc ius durat per annum. per text. fin. c. Titius. el t. si de feudo fue. contro. col. 10.

Fallit 18. in casu l. 1. & l. quisquis. C. de omni agro deser. lib. 12.

Fallit 19. quia finito tempore conductionis potest conductor compellere rem pu. relocare volentem ad sibi relocandum pro æquali pensione. l. congruit. & l. prædia. §. fi. de lo. prædi. ci. C. lib. 11.

Fallit 20. in casu. c. 1. extrà, de loca.

Fallit 21. in casu l. 1. C. de vend. rerum fiscali. lib. 11. & l. 1. C. de reb. ali. non alie.

Fallit 22. in casu l. iubemus, & l. Zenonem. C. ad aduoc. diuerso iudi. secundum Lud. de Roma in d. l. licet.

Fallit 23. in casu l. licet, & l. necessario. ff. de in diem addictio.

Fallit 24. vt per Bar. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quoti. & æstiua. & in d. l. 1. ff. de priuileg. credi. & per eundem in l. si modo à Titio. ff. de verb. oblig. & per Bald. in c. 1. quemad. feu. ad fi. pertine. in vsib. feu. quia consanguineus eius, in cuius persona est finita emphyteusis. dominum iterum emphyteusim dare volentem compellere potest ad dandum sibi, pro hoc faciunt plura ex dictis: licet contrafaciat d. l. nec quicquam. & li. dudum. C. communia de succesf.

Fallit 25. in casu l. pen. in fin. ff. de act. quem not. Ang. in l. non amplius. ff. de lega. 1.

Fallit 26. in casu l. 2. §. dominorum. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & §. Sed & maior. Insti. eo.

Fallit 27. quia per nimiam seueritatẽ regiminis potest dominus ad rem suam vendendam compelli & sic iurisdictione priuari. vt ar. dictorum iurium in eiusdem concludit Bald. pro quo facit l. ex parte. ff. de adimen. leg. & c. literas. ad fi. extra, de restit. spol. & est text. singularis in c. 1. §. qui tenet. de pace tenenda. aliàs est. §. quicunque.

Fallit 28. in casu l. cũ fundus, et sic in fundo. ff. de rur. do.

Fallit 29. si postquam vendidi partem fundi pro indiuiso, ille est mihi in totum adiudicatus: quia potest compelli emptor ad totum emendum. ff. de actio. emp. in l. Iulianus. ff. communi diui. §. fi. & vide gloss. in dicto §. Celsus.

Fallit 30. in casu l. qui tenet castrum. C. de feu. lib. 12.

Fallit 31. in casu auth. de alie. & emphy. §. si vero secundum prædictum.

Fallit 32. in casu l. vsuras. coniuncta gloss. C. de sol. vbi est glos. sing. quod creditor compellit debitorem promittere alio loco soluere si in eo loco, quo ante promiserat, securitatem non trahit mora.

Fallit 33. in casu §. quod si commode. Insti. de offi. iud. & in l. ad officium. C. communi diui.

Fallit 34. in casu l. item nihil. C. communia prædi.

Fallit 35. in casu l. ser. ff. de seruitutibus.

Fallit 36. in casu quem not. Bal. in l. 1. solut. matrimo. in scholare, qui potest compellere dominum domus ad locandum illam, si aliam commodam non reperit, & fuit dictum Guliel. in l. decernimus. C. de episc. & cleric.

Fallit 37. in casu l. 2. §. deuenimus. vbi est text. sing. posse compelli agricultorem ad portandum victualia in ciuitate vt vendantur.

Fallit 38. in casu l. 2. C. in quibus cau. serui pro præmio liber.

Fallit 39. in casu l. Põponius §. verberatus. versi. item si forte. ff. de rei vend. & l. Lucius. ff. de euic. & l. Titius. de pollicitatio, & l. si priuatus. ff. qui & à qui.

Fallit 40. in casu not. per Dyn. & doct. in l. si cum dotẽ §. transgrediamur. ff. solut. matr.

Fallit 41. in casu l. si quis mores. §. imperatorem. ff. de excu. tut.

Fallit 42. in casu notabili c. placuit. vbi est casus singularis de iudice ecclesiastico & laico, qui diu litigauerant ad contractum concordiæ. secundum dom. Anto. in c. 1. in fi. de mutuis petitio. adde etiam. l. æquissimum. ff. de vsu et habi. & ita habui de facto, & fuit obseruatum.

Fallit 43. in casu l. si quis homicidij. C. de accu. quã sententiam not. Bart. in l. si vim. ff. eod. tit. vbi vide.

Quadragesimoquartò, fallit in casu l. 3. §. 1. ff. de recep. arbitr. vbi sing. dicitur electum in arbitrum inter cõpromittentes non compelli suscipere compromissum. quod nota ad limitationem l. 3. §. tamen. ff. de arbitris.

Quadragesimoquintò fallit, in casu auth. hoc iussu. C. de solutionibus.

Fallit 46. in casu l. 1. C. de colla. æris. lib. 10. & l. vlt. C. de agri. & cens.

Quadragesimosept. fallit in casu. l. 1. C. de metal. li. 12.

Fallit 48. in casu l. penu. in fi. ff. de alie. iudi. mutan. causa facta.

Fallit 49. in casu l. si fundum. cum l. seq. ff. manda.

Fallit 50. in casu l. vnde quæritur. ff. commo. & l. is qui rem. ff. loc.

Fallit 51. in casu l. 1. §. furti. ff. nau. caupo. sta.

Fallit quinquagesimosecundò in casu capitulo placuit. de eo. qui finem fecit agnato de feudo paterno. vbi notarius cogitur pati se rogari de instrumento. & ita declarat Ioan. Andr. in addi. Spec. in rubrica de edi. instr. & in l. qui testamento. in fin. ff. de test. & Bald. in rubr. sed hoc limita nisi in aliquo officio steterit per quinquennium. C. de tabularijs. lib. decimo, vbi casus est singularis, secundò nisi factus fuerit prælatus, aut aduocatus, aut clericus. & hoc patet c. 1. de simonia. li. 6. in tex. & in glo. secundò patet in c. sicut. extrà, ne clerici vel mona. & c. vt officiũ §. ad describẽdos. de hær. in 6. per locum à speciali. & eo casu quo compelli potest si non vult cõficere, repellitur à dicto officio. vt singu. determinat Bald. C. de postul. l. prouidendum. per illam regulam.

Fallit 53. in casu quẽ habes per glo. sing. in a. d. c. si cum et. l. a. dicente pauperibus per denuntiationem factam ab episcopo posse compelli diuitem ad præstandum eleemosynam.

Fallit 54. in casu l. si. §. si. cum ibi not. per Bar. ff. de pig. actione.

Fallit 55. in casu l. si decem. §. si. ff. solut. matr. & l. si fundum per fideicommissum. de leg. 1.

Fallit 56. in casu l. quemuis. C. de pigno. actio.

Fallit 57. in casu l. sancimus. C. de aduo. di. iu. l. 2. in fi. C. de proxi. sacro. scri. lib. 11. quia nobilis vnius partis compellitur ad præstandum patrocinium, quam declara vt per Bart. in l. proxima. ff. de his quæ in testa. delen.

Fallit 58. in casu l. Paulus. ff. de so. quos casus tene menti: quia possunt de facto occurrere, & per te potes si occurrerint, alias fallent. addere, de quibus Lud. de Rom. & Ang. in l. 2. ff. solut. mat.

REGVLA DXXXI.

VENDITIO vltra dimidiam iusti pretij regulariter non valet [a] l. 2. de rescin. vendi. cum simi.

ADDITIO.

Non valet. Vide Bald. in consi. 386. & in consi. 108. in 1. parte, & do Pr. Vbi. Co n. in consi. . 84. in 1. copiose. in litera e, in 4. parte & in consi. . 66 incip. circa per totum, in secunda parte. & in consilio. 20 . incip. visit in litera b, in 3. parte, & in consil. 36. incip consuluit: per totum eadem parte.

Primò fallit, vbicunque in instrumento dicatur quod quis vendit rem pro tanto, & illud plus quod valebat dedit & donauit emptori. ita tenet Bart. in l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. quod habet locum etiam in habente errorem rei, vt not. Bar. in d. l. 2. in 4. col. & sequitur ibi eũ Bal. in l. cum filius. §. pater. de leg. 2. & idem tenet Ioan. de Imo. in c. cum contingat. 35. char. de iureiu. Pet. de Anchar. & Inno. in d. c. cum contingat. dicunt hoc esse verũ quando in instrumento diceretur, & illud plus quantumcunque sit: quia tunc per verbum quantumcunque, nõ habebit locum remediũ d. l. 2. vt ibi per eos: & istud fuit de mente Guliel. in l. si tibi 10. in princip. ff. de pact. vbi text. not. in l. fi. §. idem quęsiuit. & ibi Bar. ff. de condi. indeb. & ibi Bald. & in rub. C. de contrahen. emptio.

Secundò fallit vbicunque venditio facta esset cum decreto iudicis. l. 1. C. de prædijs curia. lib. 10. quam ad hæc ibi ponderat Bar. in verbo, immoderatus venditor & emptor iniustus inuenitur: sed contrarium tenuit Ioann. de Imo. & Ludoui. de Ro. in d. l. si quis cum aliter. per tex. in l. 2. C. de fide instr. & iure hast. fis. lib. 10. vbi propter iniustum prætium venditio rescinditur & tamen in illo contractu interuenit decretum iudicis requisitum: vt ibi, iuncta l. 2. C. si propter publicas pen. quia aliàs sequitur quod re ven. per minorem cum decreto nõ posset peti restitutio in integr. l. si quidem. C. de prædijs min. &c. Adde tamen ꝙ cum opi. Bart. concordat Ang. in consi. 148. inci. tutor vxoris. in fi. & idem tenuit ipse in l. 1. & idem tenuit Bal. in l. eadẽ, & in d. c. cum dilectus. de emp. & vend. sed eandem opin. tenuit Bart. in l. 1. C. de præscrip. 30. anno. sed vt idem dicit Bar. fuit defectum circa iustitiam pretij & sic rescinditur. & idem etiam tenuit Imo. in d. l. pretia rerum, & Bald. in repet. d. l. 2. in verbo, super quanta. C. de resc. ven. Abb. in d. c. cum causam. vbi per hæc alle. l. magis §. pe. ff. de verb. obligat. & in cap. 1. de reb. alie. non alienan. lib. 6. & ista pars de iure videtur verior.

Tertiò fallit, quando vẽditio esset facta ad publicũ incantum. Angel. in repet. l. sciendum. in 6. col. ff. de ver. obl. per text. not. in l. 1. C. de præ. cur. lib. 10. & idem tenuit in d. l. pretia. & in l. 1. C. de præscript. 30. annorum, per text. sing. in d. l. 1. C. de præ. cur. Bar. tenuit cõtrarium in l. 1. C. de præsc. 30. an. per tex. in l. si quos. C. de resc. ven. Lud. de Ro. idẽ tenuit in d. l. si quis cum aliter, sed Ang. in præal. l. pretia. respõdet quod ibi clare probatum fuit, quod fraus & ambitio interuenerint in subhastatione. quæ tamen responsio violat d. l. si quis cũ aliter, & ideo teneo opi. Bart.

Fallit 4. in adiudicatione insolidum facta creditori per iudicẽ, quæ habet vim quasi traditionis. vt l. à diuo Pio. §. pigno. ff. de re iudi. Bald. in l. ordo. C. de execu. rei iud.

Quintò fallit, in venditione facta per alium, quàm per dominum, putà per procuratorem: quia tunc non requireretur quod esset deceptus in dimidia: sed sufficit quod sit deceptus in 6. parte totius: vt sin. voluit Bart. in l. si societatẽ. §. arbitrorum. in 6. col. ff. pro so. iuncta l. vnde sena. co. ti. quod tamen non firmat, sed contrariũ tenuit Lu. de Ro. in d. l. si quis cum aliter. per l. si voluntate. C. de resc. n. vend. per quam l. ita tenuit Io. de Imo. in d. c. Quintaual. in 6. quęst. & idem tenet d. Abb. ibi. in 2. art. & Imo. in d. l. si quis arbiter, in fi. ff. de verb. obli. Abb. in d. c. cum causam. quia imputari debet domino, qui talem procuratorẽ elegit. arg. l. cum mandato. §. fi. ff. de mino. circa quod vide etiam per Bal. in repet. d. l. 2. in 4. col.

Sextò fallit, vbicunque facta esset venditio in minus, quàm sit dimidia iusti pretij, cum hoc vt si pretium conuentum non solueretur, paciscatur vt suppleatur iustum pretium. ita tenet Bald. in cap. qualiter. de app. in prin. per rationem de qua ibi per eum.

Septimò fallit, quãdo quis esset grauatus à testatore de vendendo fundum Sẽpronio, & vendidit minus quàm esset dimidia iusti prætij: nam tunc non habebit locum d. regula. quod intellige tamen vt ibi per Imo. & Bald. in l. si fideiussori. §. meminisse. per illum tex. ff. de leg. 1.

Octauò fallit, in contractu transactionis. vt tenet glos. in d. c. cum causam, & ibi hoc tenet Imo. Inno. & Io. An. Petr. de Anch. & Spec. in titu. de empt. & vendit. §. nunc videndũ. uer. redat. Guliel. de Cug. in l. ex causa. C. de vsuc. pro emp. Bald. in l. ordo. C. de exe. rei iu. & in l. 3. §. 1. ff. de transf. & ibi gl. in verbo, debere Bald. in l. fi. §. 1. in prin. C. communia de leg. & idem in l. 1. in 2. col. C. de pact. & est tex. optimus in l. in summa. in princ. in verbo, nulla res, & ibi not. ff. de condi. inde. ad idem tex. in l. à diuo Pio. §. pignora. ibi, veluti, & c. ff. de re iu. & in l. si super. iuncta l. 2. C. de do. sed Bar. in d. l. si quis cum aliter. tenet contrariũ. dicit tamen quod haberi debet respectus ad æstimationẽ dubij euentus litis, super qua transactio est facta & non ad veram ęstimationem rei. & ita intelligit glo. in d. l. Lucius. ff. ad Trebel. & idem tenuit Ray. Bart. & Angelus, & Imola, & Ludouicus de Roma, in d. l. si quis cum aliter, & Io. de Imo. in d. c. Quintauallis. in 6. char. de iureiurando. Car. & Abb. in d. c. cum causam. de empti. & vend.

Nonò fallit, in contractu feudi quia feudum sapit naturam gratiæ. vt not. in Spec. in tit. de feud. §. nunc videndũ. ver. sed nunquid. refert Bal. in d. l. 2. vers. an habear locum.

Decimò fallit, in cõtractu emphyteutico: vt dicit Spe. in d. ver. §. nunc videndum. sed Bald. tenuit cõtrarium, & bene, in d. l. 2. ver. sed nunquid. & est ratio quia ille contractus emphyteusis similis est locationi: vt in §. adeo. Insti. loca. in qua constat remediũ d. l. 2. habere locum etiam in omnibus contractibus bonæ fidei: vt ibi per glo. & doct.

Vndecimò fallit vbi super contractu interuenisset iuramentum ex certa scientia: vt not. Bal. in l. quæ sub conditione. §. 1. ff. de condi. instit. nisi aduersarius eum induceret ad iurandum suis persuasionibus: quia tunc non obstante iuramento à tali scientia retractari potest venditio quantumcunq; iurata, sicut etiam posset retractari si interpositũ est per errorem facti: vt colligitur ex not. text. d. l. 2. vers. nono quæro.

Duodecimò fallit, vbicunq; quis renuntiat beneficio illius l. quia renuntiãs est similis sciẽti. l. quæritur. §. si venditor. ff. de ędi. edic. nisi renuntiatio processerit ex renuntiantis simplicitate, vel facilitate. nam tunc non præsumitur scientia, sed error: nisi talis renuntians appareat certificatus de beneficio d. l. ita not. dicit Bal. in d. l. 2. versi. quarto quæro. si autem renuntiaret omnibus beneficijs talis renuntiatio non porrigitur ad renuntiationem illius l. & de materia vltra prędicta vide Bart. in d. l. si quis cum aliter. vbi etiam ponit an remedium. d. l. 2. habeat locum in transactione, in qua quis fuit deceptus vltra dimidiam iusti pretij, & communis conclusio est quod sic. & vide etiã plenè per Bal. in repe. d. l. 2. & circa istam transactionem vide, & adde dato quod cessaret remedium d. l. 2. tamen si apparet contra me motam esse litem, super qua transigendo deceptus sum, tunc transactio est ipso iure nulla text. est not. in l. in summa. de cond. inde. & pręd. adde quod remedium d. l. 2. non tantùm competit venditori, sed etiam emptori. vt not. glo. in præal. l. 2. & ibi not. tenet Bart. & Bald. & etiã creditori, vt si res obligata sit vendita vltra dimidiam iusti pretij. vt est glo. not. in l. vend. §. 2. ff. de bon. autor. iudi. pos. secus autem si ipse creditor illam rem in solutum accepisset, & iudicis autoritate. vt Bal. in l. 1. C. de exec. rei iudi. & de materia vide plene per Can. in c. cum causam. de empt. & vendi.

REGVLA

REGVLA DXXXII.

VENDITOR nolens de euictione teneri, ad pretij restitutionē tenetur.l.emptor.§.ibidem.ff.de act. empt.

Primò fallit quando dixisset nolle teneri de euictione, si res euincatur per talem causam, puta libertatis, nam si eui catur res non tenebitur etiam ad pretij restitutionē. vt est gl. sing.in l.qui libertate.ff.de euict. in princ. & not. Bald.ibi,& Salic.in l.1.C.de peri & commo.rei ven.

Secundò fallit in iudicio fa.ercis.vt est gloss.sing. in l. si quis familiæ.C.fa.ercis.& not.Ang.in l.1. C. de confes. & Bald.in l.antea.C.de omni agro deserto.lib.11.

Fallit 3. quando esset actum ex vtraq; parte, vt neuter teneretur. per d.glo.in l.si quis familiæ.

Fallit 4. quando esset dictum quòd nullo modo tenere tur,vt in l.si dubitetur. C. de euictio.

REGVLA DXXXIII.

VENDITOR an & quibus casibus de euictione non te neatur.

Primus casus est,quando emptor ita & taliter se impediuit, vt putà quia egit perquirendo, an aliquis alius esset dominus rei,& sic sibi fuit euicta, nam tunc non poterit agere de euictione. tex.est cum glos.not.in l.si dictum.§. si cum posset.ff.de euiction.

Secundus casus est,quando venditur vniuersitas rerū, & aliquæ res euincuntur; nam venditor non tenetur de euictione. casus est in l.1.C.de euictio.

Tertius casus est,quādo scienter emerit rem alienam, nam non poterit agere de euic. nec etiam ad pretium l. quæritur.§.fin.ff.de ædi.edic.tamen fiscus vēdicabit pretium à venditore. glos. est not. quam ad hoc alligat Paul. de Cast.in l.si quis familiæ. in 3. oppo.ff.famil.ercisc.

Quartus casus est in l.si prudentiam.ff.de euictio.

REGVLA DXXXIIII.

VENDICANS rem suam,possessori pretium,quod alij soluit,auferre nō videtur l.si mācipium.C. de rei ven. & ibi Paul.de Cast.

Primò fallit,vbi fuit conuersum in vtilitatē,vt in l.emptor.ff.de rei vend.& not.Paul.de Cas.in d.l.si mancipiū. & not.in l.1.§.1.quod met.causa.in verbo,eccle. in glo.

Secundò fallit, vbi pecunia esset soluta per vendicantē quia tunc amplius illam petere non posset, si ille recipiēs erat in bona fide,vt est casus sing.& ibi Paul.de Cast.not. in l.seruus.ff.de condi.inde.idem tenet Paul. de Cast. in l. in ciuili.ff.de furt.vbi omnino vide.

Tertio fallit, nisi ille possessor emisset rē à fure animo dandi ipsam domino,vt not.singu.Bald.in l.1.C.de nego. gest.ver.sed quid si ille qui rem emit à fure bona fide postea vendidit,an potest ei dominus rei condicere saltem il lud pretium quod postea vendidit, dic quod non , vt not. potest colligi ex his quæ not. Paul. de Cast. in l. cum seruus.in 2.colum.3.quęst.principali.ff.si cert. peta.

REGVLA DXXXV.

VERBA aliquid operari debent l.si quando §.1.ff.de iu reiuran.cum si.

Primò fallit,quando possunt aliquid operari si datur sa nus intellectus , secus si non possunt aliquid operari dando sanum intellectum. gloss.in l.1.ff.ad municip.

Secundò fallit quādo nullo modo possunt operari,quia materia subiecta non patitur,nam vbi vera ratio non cōuenit,ibi nec dispositio loquētis.ut l.4.§.toties.ff.de dam. infect.& l.accusare.§.omnibus.ff.de accus.

Tertiò fallit,quando verba nō possunt operari propter impossibilitatem, quia impossibilium nulla est obligatio. l. impossibilium. de regulis iuris. vel propter verborum repugnantiam, tunc neutrum valet, vt l.vbi repugnan.de regu. iur. vel propter obscuritatem, nam si verba sunt ita obscura quod nullum intellectum valent sustinere, nō va let scriptura . iuxta text. in l. qui test. ff. de re iud. & not. Bald. in l.voluntatem circa princ. C. de fideicom.vel pro pter voluntatem probrosam vel ineptam quod tenetur, vt est text. Instit. de leg.§.fi.& in l.seruo alieno. §.3.& l. turpia. in princ.ff.de leg.§. hæc autem constitutio.

Quartò fallit, quando verborum expresio resultaret contra ius , vel eius intellectum , nam tunc talis verborū expresio nihil operatur,sed debent reduci ad partem dispositam de iure communi, vt est casus in c. tantū mque. de sequest. pos. secundum Dom.in c. si Papa. ante fin. in princip.de priui.in 6.facit quod not. in l.fi.§. in computa. C.de iure delib.& l.2.C.de noxa.

Quintò fallit, quando ius cōmune disponit quòd expresio verborum non operetur in totum id quod sonat. vt est casus cū glo.in c.si duo.de proc.in 6.vbi patet quod licet instituantur duo insolidum cum clausula, quòd non sit melior conditio occupantis. nihilominus illa clausula non operatur in totum,vt ibi,& hæc not. Domini.in d.c. si Papa.ad fin.princ.facit c. inter §. secus. de fide instrum.

Sextò fallit,quādo illud, quod expediretur, totum erat ex dispositione iuris communis, nam talis expresio in homine operatur, vt est casus in c.quia. de procu. & in c. si custos.de iureiur.cum talis expresio soleat teneri quod plus specialiter iniungitur, quam generaliter concluditur. 23.dist.quanquam.& c.si aduersus.de hęred. & in l. item apud Labeonem §.hoc edictum.ff.de integ. rest. sed si id quod conceditur non erat ex toto de iure communi, sed in parte,tunc oportet quod aliquid operetur,vt est ca sus in d.c.si Papa.& ibi d. Do.

Septimò fallit,quando verba se habent vt genus & species,& præmittitur genus, quia tunc verba generalia secundū genus non operantur. vt est text.in l.sed si alienatur.ff.pro so.& ibi Bart.nam vbi est lucrum est genus, & quęstus est species, & non restringitur significatio lucri, vt intelligatur de lucro & quęstu. & est ratio, quia statim post genus subiungitur species ipsi generi,et ideo ponitur expositiue vel declaratiue, vt not.Bar.in l.quæsitum. §.si cui fundū.in fi.2.col.de fundo instructo, vel alia ratiō potest esse,quia ibi intellectus ille assumitur,quia sic cōmuniter fieri solet,vt l.eorum.ff.pro socio.& Bar.in d.l.quęsitum.§.si cui fundum.

Octauò fallit,quando stipulatio interuenit, & ideo ali quid non additur,vt est casus, & ideo no.in l.qui sic. ff. de verb.obli. & hoc modo licet nō operetur augmentū obli gationis,tamen operatur nouando obligationem & actus qui tollit primam & aliam vestitur, & præscriptio longi temporis durat.

Nonò fallit, quando aliquid exprimitur in his quæ ve niunt à voluntate,& sic fit expresio ex superabundanti, nam tunc talia verba nihil operantur,quia in ea causa obli gationis tollendæ & in contractibus inseritur ius cōmune & non læditur, vt l.qui mutuam.§.manus.

Decimò fallit, qn̄ fit expresio, quæ tacite inest, quia tūc nihil operatur. quod procedit quando exprimuntur eo modo quo tacite insunt, secus si exprimuntur aliter quàm insint,vt quia fit expresio ad finē vt actus,qui erat purus efficiatur per expresionē cōditionalis,quia illa expresio aliquid operatur,& ita pcedit gl.de ele. c.2.& c.j. de despōl.impub.& c.si Papa.in fi.de priu.in 6.& no. Bar. & doc.in l.3.ff.de leg.in d.l.j.ff.si pedē. appel.mors interu.

REGVLA DXXXVI.

VERBORVM propriæ significationi statur,nec ab ea re cedendum est,imò à iudice illa spectanda est , vt not. Azo. in summa.C.ne fide.dot.dentur.& Alb.de Ro.in l. 1.si cert.petatus.

Primò fallit, quando lex verba aliter interpretatur, vt not.in l.si paterfa.ff.de hære.insti.& not.Bal.in l. volunta rius.C.de fideicom.& in l.quamuis.ff.de vsufruct.

Secundò fallit,quando ratio verborum vel ipsa mēs ali ter velles, quia standum est sensui potius,quàm ipsis ver bis.not.Archi.in c.propter tua. de rescript. in 6. vbi dicit quod non est recedendum à significatione vocabuli, nisi cōstet cōcedentē aliter intellexisse.de hoc est tex.in l. nō

aliter.de legat.3.& not.Ioan. And. in c. episcopus. de rebus ecclesi. non alie.

Tertiò fallit ratione adiuncti:quia tunc receditur à verbis & eorum propria significatione. vt l. seruus.§. quinque.ff.de lega.1.

Quartò fallit, quando verba in proprio significato nihil possunt operari:quia tunc trahuntur ad proprium intellectum. secundum Ang.in l.si cum antea. per illũ text. de do.ante nupt.C.& probatur in l.si cũ angusti.ff.de ser. & in l.Proculus.ff.de vsuf.

Quintò fallit quia causa honestatis seruandę à significato proprio debemus recedere,vt not. Ang. in l.quinq; §. parentes.C.de in ius voc.

Sextò fallit,quando ex natura contractus,vel subiectæ materiæ à significato proprio vocabuli receditur, vt in l. insulam. de præscriptis verbis.& in l. si stipulatus.in prin. & ibi not.ff. de vsur. & in l.si vna. in princi. ff. loca. & ibi etiam not.Alb.in l.1.ff.de bon. pos.

Septimò fallit, quando verisimile est loquentem aliter intellexisse, quæ verisimilitudo ex multis cognoscitur, vt in l. seruus propriũ. §. fi.de leg.j.& Dyn.in c.inspicimus. de reg.iur.in 6.& hoc not.Bar.in l.non aliter. de lega.3.

Octauò fallit propter consuetudinem vsus loquẽdi, vt l.liberorum. §. quod tamen Cassius. de leg. 3. & ibi not. Bart.& per Bart.plenè in l. Labeo.de sep.vio. & in l. cum verum.in vlt.col.C.de fideicom.& est casus in l. si quis vitium. in §.fi.cum l.se.ff.de vi.tri.& oleo le. nam in expositione vocabulorum attendendus est vsus loquendi & consuetudo.l.anniculus.la 1.ff.de verb.sign. in princ.& not. Bald. in pen.col.de capi.Corradi.

Nonò fallit propter naturam depositi, & maximè vt sententia valeat: vt est glo.sing.in l.non puto §.1.ff.sa.erc. secundum Bald.in d.l. cum verum. nam verba sententiæ debent intelligi sanè, ita quod sententia adaptetur negotio & negotium sententiæ,vt sententia valeat & non pareat:vt not.Bald.in c.cum super. in fi.pen.col.de re iudi.& not.in d.l.& non puto.§.1.igitur,&c.

Decimò fallit propter rationem,quia verba sunt intelligenda secũdum rationem: cũ ratio verbi repugnat.quia ratio legis est anima legis.l.cum mulier.ff.sol.mat. & in l. cũ talis.§.falsam.ff.de condi.& demon.& per Dy. in c.fi. de re iud.in 6.& per Bal.in l.nõ dubiũ.in 5.col. C. de legi.

Vndecimò fallit, quando ex verbis sequeretur aliqua absurditas, per l.nã absurdum.ff. de leg. & per l.si quis ita vulneratus.ver.quod si quis absurde.ff.ad l. Aqui. & per l. 1.§.nunc quæritur. In verbo,absurdum.& ibi gloss.ff. de publi.& per not.in l.diuortium.in princ.ff.solut. matrim. & per c.cum satis absurdum sit. de offi.deleg.& de offi.vicarij.in c.clericos,& etiam not.Alb.de Ro.in l.1.ff.de bo. pos.allegat ipse notata in l.1.§.qui in perpetuum.ff.si ager vectig.& in l.minor.§.si seruus.ff.de euictionibus.

Duodecimò fallit,quando absurdus verborum intellectus continet iniquitatem: quia tunc recedimus à verbis & intelligimus secundum proprium significatum: vt probatur in l.scire oportet.§.& si maxime.ff.de excu.tut. secundum Bald.in d.l.non dubium.in 5.col.

Tertiodecimò fallit, quando res esset mali exẽpli: quia tunc non staretur verbis,sed recederetur à proprijs significationibus.ar.l.aut facta.§.fin.ff.de pęnis.& in l.& siquis aliquid.§.qui ad omnes.eod.tit.& in l.exem.C. de proba. & in l.1.C.de pre.

Quartodecimò fallit, quando subesset publica vtilitas quæ hoc suaderet: quia tunc potest à verbis recedi: sed quando est sola priuata, tunc statur verbis.l. prospexit.ff. qui & à qui.& no.in l.scire oportet.§. & si maxime.ff. de excu.tut.facit l.1.in fi.C.de cad.tol.& authent.res quæ.C. communia de leg.& in l.vtilitas C.de primipilo.libro.12. & facit c.licet.ante fi.de regularibus.

Fallit 15. quãdo verbis & eorum propriæ significationi non inuenitur finis vel principium,vt est text.not. in l. naturaliter.ff.de vi.tri.& oleo le. facit l.eum qui hæres. in prin.ff.de verb.oblig.

Sextodecimò fallit,quando sequitur impossibile, si staretur verbis,& propriæ significationi : vt probatur in l.1. §.si insulam.ibi,quia impossibile est.ff.de sump.l. impossibilium. de reg.iuris.

Decimoseptimò fallit,quando sequitur perplexitas: vt l.si Titius.ff.de verb.oblig.

Decimooctauò fallit ratione conditionis personarum: nam si conditio personarum non exigit intellectum proprium stamus improprio.l.filiusfami.ff.de do.& not. Albe.de Ros.in l.1.ff. de bon. posses. & per hoc est optimus tex.in l.plenum.§.equitij.ff.de vsu & habitatio.

REGVLA DXXXVII.

VERBA præsentis temporis ad futura non porrigũtur l.si stipulatus fuerim.§.cum stipulamur.ff. de ver.obl.

Amplia non solum procedere quãdo fuit dictum in stipulatione per verba importantia necessitatem,sed etiam per alia verba simpliciter posita. per tex.in l.cũ illud.§.1. ff.qñ dies legati ced.& Pau.de Cast.in d.§. cũ stipulamur.

Primò fallit,quando testator grauasset hæredem soluere debita Titij: quia tunc tenetur soluere etiam debita cõditionalia,& in diem. argumento l. si seruitus.ff. de serui. vrb.præd.& Pau.de Ca.in l.si ita præscripsisset.ff. de le.2.

Secundò fallit in casu statuti,quo cauetur quod volens vendere rem immobilem,teneatur vendere ad eridas, & prætendens ius in tali re, debeat cõparere infra sex menses;aliter,&c.quia creditor cõditionalis vel in diem comprehenditur. de quo per Cu.in d.§.cum stipulamur. pro quo facit etiam quod voluit Ias.in l.1.in fi.ff.si cer.peta.

Tertiò fallit,quando nullum debitum purum subesset: quia tunc comprehenderetur debitum in diẽ vel sub conditione.argumento l.fundus qui locatus.ff.de fundo instr. vt per Bald.& Pau.de Cast.in d.l.si ita scripsisset.

Quartò fallit in promissione vicissitudinaria: quia mutua promissio facta inter duos principes de non recipiendo rebelles alterius, infertur etiam ad futuros bannitos & rebelles: secus autem in simplici promissione: vt per Ange.in consi.292. inci. in anno domini. & in cons.260. incip.punctus est.

Quintò fallit,quando dispositio inducta per viam priuilegij efficeretur temporalis intelligendo solum de presentibus quod esset contra naturam priuilegij, vt per Gemi.in c.fi.de verb.sign.in 6.

REGVLA DXXXVIII.

VICTOR non appellat ab expensis,sed obtinet de ipsis coram eo ad quem victus appellabit l. fi. C. quando prouo. non est neces.

Primò fallit, quando iudex expressè absoluisset reum ab eis:quia tunc oportet victorem appellare:secus autem quando primus iudex nihil dixit,vt probatur in c. significauerunt. de excep.

Fallit secundò,dummodo victus appellet,secus autem si non appellat: quia tunc potest victor appellare ab omissa condemnatione expensarum, vel earum absolutoria: vt doct.in d.c.significauerunt.

Tertiò fallit,dummodo expresè fuerint in actis petitæ expensæ:aliàs non potest victor appellare ab omissione earum tacitè vel expresè,etiam victo non appellante. de quo per Abb.in d.c.significauerunt.& Bald.in d.l.fi.& Bart.in l.quicquid.ff.de iud.

REGVLA DXXXIX.

VIM vi repellere licet.l.vt vim.de iust.& iu.& in l.1. C. eo.titu.& ibi docto.

Primò fallit,cum infertur à patre,qui potest vim illam inferre:quia tunc non licet vim vi repellere: puta quia pater & dominus castigat filium vel seruum:quia tunc non licet illis se defendere.vt tenent doct.in l.4.ff.ad le. Aquil.

Secundò fallit,qñ infertur à persona publica, putà si iudex mandet aliquẽ fustigari,quia nõ licet ei se defendere.

Tertiò

Tertiò fallit, quando repelleret vim ex interuallo: secus si facto læsionis illegitimæ defenderetur, quia tunc non licet. ita dicit Bart. in d. l. 1. C. vnde vi. & idem Bar. in l. vt vim. ff. de iust. & iu. idem etiam plenè in l. 2. §. cum igitur. ff. de vi & vi arma.

Quartò fallit, quando repello immoderate & sine moderamine inculpatæ tutelæ. tenent doct. in l. 1. per illum text. C. vnde vi.

REGVLA DXL.

VIm alieni facti alteri repellere non licet, vt est glo. not. in l. Titium. ff. de fideiuss.

Fallit nisi esset aliquis sibi coniunctus, vel esset socius: quia tunc talis poterit repellere vim alteri factam, vt est glo. singul. secundum Bal. in l. apud Labeonem. quod not. in cap. si vero. de sentent. excommun. sed in contrarium facit tex. in l. cum fundum. ff. de vi & vi arma.

REGVLA DXLI.

VIolentia illata à iudice, cui subditi sumus alicui sibi nec defendere nec resistere licet: secus si est illata à priuato. gl. in l. vt vim. ff. de iusti. & iure.

Primò fallit si vt priuata persona exercet officium suū: secus si vt iudex, ita tenet Lud. in l. non videtur. §. qui. ff. de regu. iuris.

Secundò fallit, quando manifestum esset quod factū iudicis esset iniustum, quia licitum est sibi resistere, secus si esset dubiū vel prohibitū. C. de iure fisc. & de metall. lib. 10. l. denotat. & quod not. in l. 2. ff. si quis ius voc. nō ierit.

Tertiò fallit si grauamen esset irreparabile, licet dubitetur an iuste faciat vel non; nam hoc casu potest resisti. l. si quis prouocatorum. de ap. non reci.

Quartò fallit in magistratibus, ar. l. nisi finito. §. si furio. si. de tute. & quod notat Barto. in l. de pupill. §. si quis. de oper. no. nunt. & hoc tenet Bal. in l. vt vim. ff. de iust. & iu. prout refert Paul. de Cas. qui ponit ibi prædictas fallētias.

REGVLA DXLII.

VNa & eadem res diuerso iure censeri non debet. l. eū qui ædes. & ibi Bart. ff. de vsucapio. can. cognouimus. 12. quæst. 2. contra hęc vide tamen Bald. in l. 1. C. de ser. fugit.

Primò fallit prædicta regula quando interueniūt diuersæ personæ, quia tunc vna res diuerso iure cēsetur. l. si quis præferendum. in fine. ff. de furt.

Secundò fallit propter necessitatem diuersorum temporum, vt probatur in l. 3. §. fideicommissariā. ff. de hær. instit. pro quo facit, quia consideratis diuersis respectibus & contraria procedere possunt, vt plene per Rochum de Cur. in rub. de consuet. in princip.

Tertiò fallit quando fictio & veritas concurrunt: vt in casu l. 2. ff. ad Maced.

Fallit quartò, quando plures sunt dispositiones & diuersi effectus. vt probatur in lege, si seruo. ff. de hæredibus instituendis.

Fallit quintò quando effectus esset nullus, vt in casu legis, pater Seuerinam. §. cōditionum. ff. de conditionibus & demonstrationibus.

Fallit 6. quando esset diuersitas iuris; vt not. per Aret. in l. 2. in princi. ff. si cert. pet.

REGVLA DXLIII.

VNa determinatio respiciens plura determinabilia debet ęqualiter ea determinare. l. quanuis. C. de impu. & l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. cum simil.

Primò fallit nisi maior fauor esset in vno ex determinabilibus, quā in alio, quia tunc non determinat æqualiter, vt probatur in l. si ita scriptum. ff. de ma. iest. & per Alex. in l. in testamento. C. de test. mil. & in consil. 97. incip. viso instrumento. in 4. vol.

Secundò fallit quando est diuersa ratio in vno determinabiliū magis quàm in alio, per l. Caius. ff. sol. matr. & per l. iuncta gl. ff. de officio proconsul. vt per Ang. §. hinc nobis. auth. de hær. & Fal. de quo tamen vide per Alex. in l,

Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & posth.

Tertiò fallit & procedit prædicta regula in dispositione voluntaria, secus in necessaria, vt si testator institueret filium & nepotem ex eo: quia non intelligitur pariformiter instituere, vt primo filius sit hæres, sed si contingeret ç filius moreretur nepos esse heres; vt probatur in l. Gallus. §. 1. & ibi Alex. ff. de liberis & posthumis.

REGVLA DXLIIII.

VOuens & professionem faciens, in monasterio semper manere debet, nec exire potest: vt per Can. in c. si cut ex literis. de iureiur.

Fallit primò quando vellet exire ad arctiorem religionem, quia tunc posset ex hac causa de monasterio discedere, petita tamen prius licentia à superiore, quamuis non obtenta. extrà de reg. iur. c. licet.

Fallit secundò, quando vellet transire ad monasterium æquale talis obseruantiæ, cum tunc possit, petita prius licentia & obtenta. iuxtà not. in d. c. licet, & c. cum singulis. de præben. in 6. vbi de his plenius.

Tertiò fallit, quando vellet exire ad tempus, putà, prò vtilitate monasterij; cum possit abbate precipiente, vt in d. c. sicut ex literis. de iureiur. vbi de hoc.

Quartò fallit, quando exiret, vt fit, in studium, cum tūc exire possit cum licentia prælati, iuxta no. in c. 2. extrà, ne cleric. vel mon. in 6. vt vult dom. Ioan. Andre. in d. c. sicut ex literis.

Quintò fallit quando monachus delinqueret; cum tunc propter delictum eijciatur à monasterio, & in ergastulo recludatur. iuxta not. in c. quanto. de officio ordinarij, & in c. dilectus. de simo. in c. quoniam, & c. veniens, vbi plenè.

Et hic sit finis huius nostræ vtilissimæ lucubrationis, quā in ideo libenti animo suscepi, vt adolescentulorum animi ad leges neoptolemi, facili & periucunda lectione ad eas capessendas assuescerent, quod an conducibile fit, lectori iudicandum relinquo. Ad laudem indiuiduæ Trinitatis, qui viuit & regnat in æternitate. Amen.

REGVLÆ IOANNIS BERNARDI DIAZ.

De litera. V.

REGVLA DCCLXX.

VAcationis modus omnis comprehenditur, quando nullus exprimitur, & non oportet facere mentionem de modo vacationis. Lap. alleg. 6. col. 2. doct. in c. susceptum. de rescript. lib. 6. Felin. in cap. in nostra col. 21. de rescript.

Limita quinque modis, vt per eum ibi, col. 23.

REGVLA DCCLXXI.

VAsallus potest sibi acquirere nouum vasallum in feudando ei feudum, etiam sine licentia superioris domini. Glo. est in verbo, feudum. in c. quę in ecclesiarum. de constit. & videtur expressum in §. similiter. in tit. de lege Corradi. in vsib. feud. not. Abb. in c. transmissa. per illū text. in 4. not. de foro compe. Bald. in c. 1. in fine princ. qui feud. date poss.

Limita & declara hanc regulam sex notandis modis, vt per Felin. in d. c. quę in ecclesiarum. 21. col.

REGVLA DCCLXXII.

VAsallus inuito domino, renuntiare potest feudo, Tex. est in c. 1. de vasal. qui contra constit. Lotha. in vsib. feud. tenet. Arch. in c. de forma. 22. q. 5. Bal. in l. 1. 12. quæst.

quæst.ff.de rer.diui.& in l.cum Archimedor.in fin.C. vt in poss. legat.

Limita quinq; casibus, vt per Felin.in c.quæ in ecclesiarum.24.col.cum sequent.de constit.

REGVLA DCCLXXIII.

VASALLVS potest alienare feudum, diuidendo ipsum inter se, & alium conuasallum eiusdem feudi. Tex.est in c.1.§.præterea ducatus.de prohi. feud.alien. per Federic. bonus text. in c. 1. in princ. ibi, non est libellus, & c. de alien. feud. paterni. Notat Bald.in l.si plures.2. col. C. de condi. inser.confirmat Felin. in c. quæ in ecclesiarum. col.28.de constit.

Limita tripliciter, vt per Felin. ibi, col.29.

REGVLA DCCLXXIIII.

VENDITIONIS appellatione, etiam aliæ species alienationis continentur. Text.est not.in l.sicut.§. venditionis. ff. quib. mod.pign. vel hypot. solut.in l.statu liberi à cæteris.ff.de statu liber.quem dicit meliorē de iure Bal. in l.2.C.de vsu.pro empt.tex.ibi,Bart.in l. voluntas.C.de fideicom.gloss.in c.2.in verbo, iudicium. de postula. & ibi Abb. in c.1.in 1.notab.de his quæ fiunt à prælat.

Limita primò,nisi facta mentione vēditionis, fiat mentio de pretio.

Secundò fallit,nisi verbum venditio, proferatur in materia,in qua super alienatione est tradita certa & determinata forma.

Tertiò fallit,nisi verbum venditio, proferatur in materia stricta.

Quartò,nisi tale verbum proferatur à prætore vel à iudice. Has limitationes descripsit Felin.in c.fi.col. antepe. de accu.quem vide pro eis,& de materia vide Ias. in repetit.l.filiusfamiliās.§.diui.ff.de leg. 1.in 1.lect.col. pen. numer. 106. in 2.num. 103. vbi ponit tres limitationes ad regulam, similem huic, scilicet quòd venditione prohibita, intelligitur prohibita donatio, & omnis alienatio, ex quibus poteris duas alias limitationes sumere ad hanc regulam.

REGVLA DCCLXXV.

VERBVM volo,cum infinitiuo, in actibus inter viuos, non disponit, vnde per verba ista, volo eligere, simpliciter prolata, non inducitur electio. Doctrina est Bartol. in l.serui electione.ff.de legat.1.per quam ibi Ias.col,5.ponit prædicta verba.

Limita tripliciter, vt ibi per eum.

REGVLA DCCLXXVI.

VERBVM conuenit, vel promisit, positum in instrumento, intelligitur per stipulationem, tenent doctor. magis communiter in l.lecta.ff.si cer.pet.licet Bart.ibi de verbo conuenit, contrarium teneat, cui assentiuntur. Ange. & Alex.

Limita sex modis, vt per Ias. in d.l. lecta.col.5.

REGVLA DCCLXXVII.

VERBVM vel participium præsentis temporis, in dubio est canon latæ sententiæ. Gloss.est in l.si quis maior.verbo,infamia iuncto tex.in verbo,notatur.C.de trās act. quam ibi sequuntur Bartol.Bald.Salic. & scribentes. Alia expresior in l.1.verbo, afficeretur.C.ne liceat potēt. alia l.sicut.in verbo, minimè,C.de test. mil. & in l. si quis in tantam, in glo.magna.vers.quartò, quæro. vbi doctō. C.vnde vi.Dec.in auth.cassa & irrita.2. not. C. de sacros. eccle.Fortu.de vltim. fin. char. fin. vers. quadragesimus nonus casus.& alij plurimi,quos refert Andr.Tiraquellus in repetit.l.si vnquam.C. de reuocandis donationib. verbo, ipso iure. col.314.nume.17. & dicit communem numer.20.licet plures alios contraria tenentes ibi referat;& nume.sequent. plura iura,quibus facit satis tenendo communem.

Limita hanc conclusionem tribus modis, vt per Andr. Tiraquel. vbi suprà.

REGVLA DCCLXXVIII.

VERBVM vel participium præteriti temporis,in dubio est canon latæ sententiæ. Glos.est, quam ibi valde notat Bal.in l.iubemus nulli.§.œconomus. verbo, probetur C. de sacrosanct. eccles. similiter in lege, in criminali. C.de iurisdict.omn.iudic. verbo, habeatur. glo.in l. si quis maior. verbo, priuatus. C. de transact.glo.c.a. §. inhibemus. de hære.lib.6. alias glo s.& doct.authoritates colligit Tiraquellus in repetit.l. si vnquam.C.de reuocan.donat. colum. 316.

Limita hāc regulam duobus notabilibus modis, vt per Tiraquel.col. allegata cum sequen.

REGVLA DCCLXXIX.

VERBVM aut participium futuri temporis,est canon ferendæ non latæ sententiæ. Notat gloss. Bart. & Bald. d.l.iubemus.d.l.in criminali. proximè allegatis. glo.in l.si quis in tantam.C. vnde vi.gloss.in verbo, fiat in authent. habita. ne fil. pro patre, cum assidua doctorum caterua coaceruata à Tiraquel. vbi proximè col. 316.excepto solo Barbat. in c.si diligenti. de foro competenti.quem vilipendit, vt pote leuis opinionis, & ingenij inconstantis.

Limita hanc regulam omnium communem 75. modis, vt per Tiraquellum diffuse,à col. 318. vsque ad 362.

REGVLA DCCLXXX.

VERBVM dare, si apponatur in contractu in quo inuenitur prætium pro re certa, efficit, vt ex parte eius qui obligatur ad speciem, non sit emptio nec venditio, sed contractus innominatus. Text. est, ex quo ibi notant doctō. in l.dedi.ff.de cond.caus.dat.

Limita hanc conclusionem quatuor modis notandis, vt per Ias.d.l.dedi.1.col.cum princ.seq.

REGVLA DCCLXXXI.

VERBA narratiua in dispositionibus legalibus super cōtingentiam facti non inducunt dispositionem, nec licet ab eis arguere: probat gloss. in l. 1. C. quando non peten. part. & in c.auditis. de elect. & in cap.2.de dolo & contum. in 6. & in c. 1. in verbo, ad collationem. de rerum permut. in 6. text. & ibi Bart. in l. illam. vbi Alexā. C. de collat.

Limita duobus modis, vt per Ias. in d. l. 1. C. quando non peten.col.9.num.22.

REGVLA DCCLXXXII.

VERBA hæc,sub pœna excommunicationis, centum librarum, alterius rei, vel etiā sub interminatione anathematis,vel simpliciter sub excommunicatione,nō sunt latæ sententiæ, sed ferendæ. Gloss.verbo, sub pœna.c.dolentes,de cele.miss.& in c.cum esses. vbi Inno.Host.Ioā. And.de test. & aliæ decem glo. & plures doct. ita tenentes coaduanti per Tiraquel.vbi infra ponderat.c.relatum de iure patron.

Limita hanc regulam sex notandis modis, vt per Tiraqu. in l.si vnquam.C.de reuocand. donat. col.365.cum seq.vbi etiam in sequentibus à 367. vsque ad 393. ponit. 56. discrimina inter hæc, scilicet cum quid fit ipso iure, quod idem est cum canone latæ sententiæ, vel cum est ferendæ sententiæ.

REGVLA DCCLXXXIII.

VERBA ista geminata,qualiscunque, vel quicunq; licet soleant alias multas importare, & plus quàm verba simplicia, vt in l.balista. cum simil.ff.ad Treb. tamen restringuntur ad personas habiles. Probatur in l. sed & si instrumenta. in verbo quibuscunque. iuncta glo. ibi, & not. Bart. ad statuta. C. de fide instrumentor. & iure hæc fis. libro decimo. & in l. cum glos. C. de sacrosan.eccles. & probat gloss. iuncto text. in l.1. & ibi Bald. C. de fide instrumen.

Limita duobus modis, vt per Ias.in l.fideiussor.§.prætor ait.ff.qui satisd.cog.in col.2.

Primo, quando generalitas verbum non patitur restrictionem,quæ vult fieri, quod tribus fundamētis probat. Secundò

Secundò, quando dicta verba, vel similia ponerentur in contractibus, quia tunc non restringuntur ad habiles, imò operantur augmentũ: & ita dicit limitare egregie Bal. in l. fin. j. col. C. sine censu vel reliq. quod ipse tribus fundamentis confirmat.

REGVLA DCCLXXXIIII.

VERITAS conuitij, nõ eximit ab actione iniuriarũ: vt in l. iij. C. si rector proc. & vide Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de iniur. circa fin. iij. col. Cyn. & doctor. in l. si non conuitij. C. de iniur. Et vide. Glos. in l. ij. lib. iiij. tit. iij. forma. legum.

Limita quadrupliciter, vt per Felin. in c. cum T, A, B, in fin. de re iudicij.

Primò, quando dicitur verum ex causa: puta correctionis.

Secundo fallit, si dicitur, vt à proximis auferatur nocumentum corporale: puta tu es leprosus.

Tertiò, vt auferatur nocumentum spirituale: ne fortè ordinetur.

Quartò fallit, vbi dicit verum in iudicio.

REGVLA DCCLXXXV.

VICTOR regulariter non appellat ab expensis, sed obtinet de ipsis corã eo, ad quem victus appellauit. l. fina. C. quando proc. non est necesse vbi notant Doctores.

Limita dictam conclusionẽ quatuor modis, vt per Fel. in c. significauerũt. de except. prima columna cum tribus sequen. vbi per sex col. examinat latè materiam d. l. finali.

REGVLA DCCLXXXVI.

VIDVA retinet dignitatem quęsitam radijs mariti. Ita tenent communiter doctores in c. ex parte B. de foro compet. & refert Felin. ibi, licet secundum eum contrarium teneant moderni ibi, ponderando verbum quondam, illius text.

Limita quatuor modis, vt per Feli. ibi, colum. prima. & vide easdem per Georg. Natan. in repetitio. c. quamuis pactum. de pactis. libro vj. colum. 76. versic. secundo quæro.

REGVLA DCCLXXXVII.

VISITARE potest semel in anno quilibet prælatus cui visitandi officiũ incumbit de iure cõmuni: vt in c. cõquerente. de officio ordin. & ibi Gloss. & in cap. decreuimus, cum duobus c. sequent. 10. q. j. & in Glos. j. c. si episcopus. de offic. ordinat. in vj. & ita est communis opinio.

Limita decem modis, vt per Maria. in tract. de visitatione fol. pen. col. fin. cum duabus sequen.

Primò nisi subsit necessaria vel alia legitima causa non solũ bis, sed pluries visitandi, quia tunc pluries & visitare, & procurationem recipere potest prælatus, tex. in c. mandamus. de offic. arch. & Glos. ij. in d. c. si episcopus. quæ allegat alia iura, iuncta Glo. in d. c. conquerente & in c. cum venerabilis. de censibus.

Secũdò limita nisi cõpetat ex onere in fundatione ecclesiæ adhibito, quòd posit pluries visitari & procurari, glos. in d. c. cum venerabilis, quæ sic intelligit text. in c. Eleutherius. 17. quæst. ij. tenet Henric. Boich in c. cum apostolus. de censib. & Card. in clem. fin. de statu monachorum.

Tertiò limita, si potestas pluries visitãdi & procurandi competat ex speciali consuetudine præscripta. text. secundum vnum intellectum, in dicto c. cum venerabilis. de cẽsib. quem ibi sequitur Hostiens. & in summa eod. titu. versic. quibus est danda, in fine, & Henric. vbi suprà.

Quartò limita, nisi ex priuilegio potestas pluries visitandi competat, Henric. vbi suprà.

Quintò limita in Archidiacono, qui nõ semel in anno sed de triennio in triẽnium vna facere debet visitationem & vnam recipere procurationem. text. in cap. j. de offici. archidiac.

Sextò limita, nisi diuerso iure vellet visitare, videlicet si est archiepiscopus & legatus natus, text. est in c. cum nuper. de censi. & ibi Cardin. Zab. quod ipse intelligit, quando ex causa id faceret, aliàs si post primam visitationem confestim inciperet secũdam, videretur esse de superfluo Marianus tamen vbi suprà, dicit hoc vltimum procedere in dubio, quia posset contingere alia causa propter quam etiam eodẽ iure posset immediate visitationem reiterare.

Septimò limita in Archiepiscopo qui potest reiterare etiã eodem anno visitationẽ diœcesum suffraganeorum text. est in c. j. §. postquam. de censi. lib. vj. etiam nulla data suffraganeorum negligentia, vt in c. fin. eod. tit. & libro.

Octauò limita in casu quo Archiepiscopatus iure metropolico semel visitasset suam prouinciam & demum data suffraganeorum vel alicuius suffraganei sui negligentia vellet eam iterum visitando supplere, quo casu & etiam quando instantia necessitatis vellet (prout potest) reiterare annuatam visitationem suffraganeorum vel alicuius eorum, nõ est necesse seruare formam c. j. de censi. lib. vj. videlicet vt incipiat à sua diœcesi. Hęc omnia arbitratur Marian. vbi suprà posse teneri, licet dicit maturius cogitandum in his, quia à doctoribus non tanguntur.

Nonò limita in visitationibus monasteriorum. text. in c. cum venerabilis. de censib. Secundum Ioan. Vicent. & Gosred. & idem tenet Henric. in c. cum Apostolus. eod. tit. quos refert Maria. vbi supra. Qui addit forte posse dici, quòd iure ordinario & regulariter, sicut ecclesiæ seculares & clerici non sunt nisi semel visitandi, ita neque monasteria per iura nouissima quæ simpliciter disponnunt de annua visitatione, nisi alia subsit causa specialis propter quam iterata posset fieri visitatio.

Decimò limita, si prælatus vellet eodem anno sæpius visitare, absque eo quòd alignam procurationem inde recipiat, vel illud grauamen inferat, secundum Henric. in d. c. cum Apostolus. in prin. & ita dicit posse intelligi text. in c. visitandi, in princ. 18. q. ij. & placet Mariano vbi suprà.

REGVLA DCCLXXXVIII.

VOLVNTATI alicuius quando aliquid committitur, non subiacet regulis iuris Bald. in l. cum antea. C. de arbit. in col. ij. & in l. fin. ij. oppos. C. de contrah. empt. & in alijs locis cumulatis per Ias. in l. si sic ligatum. col. v. ff. de leg. j. vbi refert alios doct. idem tenentes.

Limita tripliciter hanc regulam, vt per Ias. vbi suprà dicta columna qu to.

REGVLA DCCLXXXIX.

VOLVNTAS posterior & nouissima, preualet, & priori derogat in legatis. Text. est in l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. idem est in institutione, & substitutione, & in qualibet alia voluntate, per text. in l. tutor datus. ff. de testam. tut. & in l. translatio. ff. de adimen. leg. & in leg. quod traditum. cum sequ. ff. de condit. & demonstr. & ita iura hæc ampliat Vinc. in d. §. in legatis. & etiam Ias. qui vltra dicta iura allegat text. in l. si quis eum in princ. ff. de vlg. & pupil. & in l. hac consultissima. §. si antem. & in l. sancimus. C. de testam. & Glos. notabilis in l. quoties vtriusque. ff. de regu. iuris.

Limita primò, nisi procedens dispositio habeat clausulam derogatoria ad sequentem. Ita dicit textus in dict. §. in legatis.

Secundò limita, quando vltima dispositio ex aliquo interuallo subiecta est, secus si incontinenti: iuxta l. non ad ea. ff. de cond. & demonst. & ita est de mente Imol. in d. §. in legatis. super Glos. in verbo, nouissima. quem sequitur ibi Vinc. in principio.

Tertiò limita, quando vltima dispositio esset priuatiua vnius hereditatis, propter factum alterius: vt in l. paterfamiliàs testamento. & ibi not. ff. de hæredi. instit. & ita vult Paul. in d. §. in legatis. quem sequendo refert ibi Vincen.

REGVLA DCCXC.

VOTA omnia, commutantur in votum religionis, sine dispensatione. Ita firmat Syluester in summa, in verbo votum. lo iiij. in. §. septimò. quæritur referendo sanct. thom. petr. de Palu. & Archiepis. Flor. & hoc limitat tripliciter.

REGVLA

REGVLA DCCXCI.

VNIVERSITAS non dicitur delinquere, nisi quando communicato consilio, & habita prius delibaratione delinquit: not. Doctor. vbi maximè Abb. in colum. fin. in cap. dilectus. lo 2. de limon. not. glos. in l. aliud, in §. refertur. ff. de reg. iur. in verbo refertur. & not. Angel. quem ipsi non referunt in consilio 165. incip. cum multitudo. & Bart. late in l. aut facta. §. fin. ff. de pœn. col. fi. vnde dicit singulariter Angel. consil. 243. incipien. in nomine domini & suæ matris. quod absolui debet capitulum: quia libel lans de delicto canonicorum, nō dixit collegialiter, quod dicit singulare Felin. in d. cap. dilectus. col. fin.

Limita primò, vt procedat regula in delicto faciendo, secus in omittendo secundum Sal. in l. 1. C. de sediti. quem vide in materia. Ita limitat Felin. eum referendo in d. c. dilectus d. col. fi.

Secundò limita regulā procedere, in delicto quod consistit in faciendo, & non habet tractum successiuum, vt est homicidium & similia: secus si est delictum continuatum. Ita consuluit Anchar. consil. 158. incip. ex narratis in facto. in col. 4. in fin. & in princ. sequen. & in clemen. 1. de pœn. & sequitur ibi Cardin. in versi. ciuitas. 4. quæst. quod sequitur Felin. ita limitando hanc regulam in d. col. fin. vltra quem adde Socin. l. 1. §. fin. ff. de acquir. poss. vbi dictā conclusionem Anchar. dicit notan. qui ponit exemplum pro delicto continuato, vt in guerra, & rebellione quæ durasset aliquo tempore, propter quod tacitus populi consensus argueretur. Commendat etiam Felin. in c. cum omnes. de constitut. versicu. sexta declaratio. & sequitur etiā Rauen. in suo alphab. aureo, in litera C, in parte, collegiū. in fine: & Ioan. Lupus, in repetit. c. per vestras. fol. 7. col. 4. versicu. ex quibus, de donatio. inter vir. & vxorem. confirmatur ista decisio pluribus similibus, in quibus multum differt actus successiuus & continuus, ab actu momentaneo. & primò facit notabilis conclusio Abb. in c. constitutus. lo 1. & in c. causam quæ. de testibus. vbi tenet quòd licet delictum familiaris non imputetur domino, tamen si delictum habet causam successiuam, & dominus non probet, præsumitur de eius consensu factum. quod commendat Rauen. vbi suprà.

Secundò, quia licet actus vnus momentaneus factus contra consuetudinem non tollat eam tamen secus est in actu continuo: vt notat & declarat Felin. in c. cum accessissent. de constitu. col. antep. vers. 2. casus.

Tertiò facit, quia licet actus primus iudicialis post dilatoriam superuenientem sequutus excludet eam, vt non posit opponi, istud non procedit in dilatoria habente causam continuam & succesiuam, vt notat Felin. in c. cū M. in col. 5. de constit. referendo Bald. post Iacob. Butrigar.

Quartò, qui à grauamine habēte causam successiuam semper etiam vltra decem dies potest appellari: de quo vide per Philipp. in c. ex parte. lo 1. de appel. col. 2. de quo latius per Felin. in cap. accedens. el 2. col. 2. cum seq. vt lit. non contest.

Quintò facit, quod suprà posuit in litera R, in regula in cip. restitutio 7. fallen.

Sextò facit, quia priuilegium quod habet causam successiuam reuocatur, si postea cessat causa priuilegij: secus in eo quod habuit suam perfectionem nec continet actū successiuum: notat Abb. in cap. suggestum. de deci.

Septimò facit, quia licet regulariter in libello accusationis debet poni locus & mensis commisi delicti, fallit in delictis successiuis: notat Purpuratus in l. edita. in col. 8. C. de edendo.

Octauò facit quod notat Abb. in c. à nobis. el 1. de sen. excō. in fin. in materia, an duret sentētia vltra tempus proferentis: quod sequitur & refert Rosel. in verbo, excommunicato. lo 7. in §. 9

Nonò facit quod habes suprà, in regula, priuilegium si habet.

Tertiò limita singulariter, nisi per coniecturas, & actus sequentes detegatur voluntas populi: puta quia non puniunt, nec in exilium ponunt delinquentes. Ita colligitur ex verbis Card. vbi suprà. & ita limitat Felin. in d. fin. col.

REGVLA DCCXCII.

VNIVERSITAS habens rectorem in quem transtulit iurisdictionem, non potest sine eo statuere, secus si nō habet rectorem. Ita concludunt Hostien. Anton. Imol. & doct. contra Inno. in c. cum omnes. de constitut. argu. tex. in l. si curatorem. C. de in integrum restitut. min. idē Angel. in l. 1. in princip. ff. si quis ius dic. non obtemp.

Limita dupliciter, vt per Felin. dict. capit. cum omnes. columna 6.

REGVLA DCCXCIII.

VNIVERSITAS quibus casibus potest statuere, potest etiam pœnam statuto adijcere: tenet Hostien. Anto. Imol. & scribentes in c. cum omnes. de constitut. argum, tex. in l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtemper. quam conclusionem intelligunt, quando vniuersitas habet iurisdictionem, secus si solam admistrationem: quia imponere pœnam, est iurisdictionis. Textus est cum ibi notat. in lege finali. ff. de iurisdictione omnium iudicum.

Limita duplici modo, vt per Felin. in d. c. cum omnes. 7. col. in princip.

REGVLA DCCXCIIII.

VSVFRVCTVS transit in monasterium, vsufructuario in illud ingresso: & durat, quandiu talis monachus naturaliter viuit. glos. in authen. ingressi. C. de bon. quæ liberis, & in auth. ingressi. C. de sacrosf. eccles. Spec. in tit. de statu monac. versic. 47. Imol. in d. l. cum filio. ff. de leg. 1.

Limita istam conclusionem dupliciter, vt per Ias. in d. authent. ingressi. col. fin.

REGVLA DCCXCV.

VSVRARIVS dicitur, vendens rem carius propter dilationē, probat text. in c. fin. & in c. in ciuitate. de vsur. Notat Abb. in c. ad nostram. de empt. & vendit.

Limita quatuor modis, vt per Anto. de Burgos in dict. capitulo, ad nostram, col. 4. cum tribus sequentibus. quas optimè examinat, & duæ earum fuerunt Barbat. ibi, aliæ Salicet. in authen. ad hæc, C. de vsuris.

Vsura. vide suprà, in verbo, actionibus, & in verbo, creditor, lo 2.

REGVLA DCCXCVI.

VSVS communis loquendi, proprio significatui derogat. Tex. in c. ex literis. de spons. in l. cum delanionis. §. asinam molendinariam. ff. de fund. instru. vulgata l. Labeo. ff. de supel. leg.

Fallit tripliciter, vt per Ioan. Euerard. in suo Topico iuris ciuilis, in parte, locus ab opinione vulgi. prope finem.

REGVLA DCCXCVII.

VVLGARIS substitutio sub expressa pupillari comprehensa, dicitur omnino tacita. Ita tenet Bart. & omnes doct. prout ibi refert Ias. col. antepen. in fin. in l. præcibus. C. de impub. & alijs.

Limita singulariter & egregiè secundum eundem Ias. ibi, post Bal. & Paul. nisi testator diceret, si filius meus morietur in pupillari ætate, talem substituo, quia tunc vulgaris sub tali pupillari comprehensa, dicitur expressa, de cuius veritate se remittit, & vide eundem Iasonē in l. quominus. col. 1. nume. 3. C. de impuber.

REGVLA DCCXCVIII.

VXORI licitum est prouocare virum blandis verbis, vt eam instituat. & ecōtra. Tex. est in l. fin. C. si quis aliq. test. proh.

Limità primò, quando talibus blanditijs minę, vel verbera immiscerentur. Ita Bart. in l. fin. in fi. ff. eod. dicit hoc singulariter Ias. ad limitationem huius regulę in dicta l. 1. colum. 1. circa fin. vbi refert Paul. & Salic. idem firmātes.

Secundò limita, nisi testator prius fecisset testamentū, & ibi alium fecerat hæredem; quia tunc si blandis verbis, vel adu-

vel adulationibus induceret testatorem vt eű institueret, licet testamentum valeat.tamen prius institutus reuocabi tur a secundo,per actionem de dolo, aut in factum. Not. est decisio Angel.in l.1. C.de his quibus vt indignis.& in l.non enim,per illum tex.ff.de inofficio.testaměto. Sequi tur Cœpola in cautela 62. dicit notabilem & vtilem hanc decisionem Ias.in d.l.1. idě melius & latius prosequitur, & commendat eam in l.dedi.§.quanquam.colum.1.ff.de condi.ob cauſ.& dicit Angel.in dictis locis ſic fuiſſe practicatum Peruſij. Et prædictam deciſionem commědat Segura in repetit.§.ſi vir.l.1.ff.de acquir.poſſeſ.fol.12.col. 4.in fi.& vide Ioan.Lup.in repet.rubr.de don.inter vir.& vxor.fol.49.col.4.verſic.ſecus dicerem.

Tertiò limita,quando maritus non blandis verbis, ſed aſsidua petitione vxoris ſibi aliquid relinquit, quia tunc non procedit d.l.fin.Ita limitat Segura in dicto fol. col.3. in fine. motus tribus ſingularibus doctrinis, quas prius in dicta col. deſcripſit.

REGVLA DCCXCIX.

VXoris renuntiatio facta de hypotheca, quam habet in bonis ſeu rebus mariti vt valeat,& ſibi præiudicet, ne poſsit agere contra res mariti ab eo alienatas, oportet ꝙ tam tempore cõtractus,quàm ab eo tempore quo mu lier agit,ſint bona mariti, vel eius fideiuſſoris, ex quibus dos ſibi ſoluatur,alioquin in defectum, ad res ipſas aliena tas recurſum habebit. Ita firmat Ioan.Lupus in repetitio ne rubricæ,de donationib.inter virum & uxorem.fol.11. col.4.licet Paulus & Andreas Sicul.teneant contrà, & reſpondet ad text. in c. peruenit. de emptio. & vendit. qui eſt eorum fundamentum.

Limita tribus modis,vt per eundem Ioan.Lup.in d.ru bric.fol. 12.col.1.

Primò,niſi concurrant illa tria,quæ colliguntur ex d.c. peruenit, quæ mulier emptrix ibi allegabat in ſui fauoré.

Secundò fallit,niſi in alienatione,ſeu renuntiatione hy pothecæ interueniſſet iuramentum, pro quo allegat Ioã. de Imo.c.cum contingat,de iureiur. in princ. verſ.& præ dicta intellige.& Alex. in l.Mœuia.§.fundus.ff.ſolu.matr.

Tertiò fallit, niſi maritus propter famem ſubleuãdam ſuæ vxoris & filiorum alienaſſet dictas res,tacitè pro dote hypothecatas.

REGVLA DCCC.

VXor tenetur ſequi virum ſuum : notat gloſ. in capit. primo. de coniug. lepros.& eſt text.in cap.vnaquæq; 13. quæſtione 2.& notat Abb.in c.de illis.deſponſalibus.

Limita primò,niſi eſſet appoſitum pactũ,vt vxor non teneatur virum ſequi, ſed quod ipſe moretur cum illa in certo loco.Ita not.Abb.in c.1.qui matrimo.accuſ. poſſunt. quod tamě intellige, niſi oriatur noua cauſa, propter quã oporteat maritũ abeſſe, & ita tenet Syluester in ſua ſumma,in verbo,vxor. In quæſtione octaua. licet non referat Abbas,qui ponit exemplum,puta,ſi aliqua infirmitas,vel capitalis inimicitia ſuperueniat poſt pactum, & pactum ſupradictum apponere debent cauti ac prudentes patres, quoties filias ſuas forenſibus nuptui tradunt, ſi generos ſuos ad hoc valeant inducere , quia longè felicius ac ſecurius filiæ ſuę vitam agunt, ſi parentibus ſuis aſtantibus, vi ris cohabitant, ac minori incommodo viduitatis caſum incurrunt.Nec laudo non modò auarum,quinimo & cru dele parentum quoddam genus,qui malũt quòd filiæ ſuæ pecunioſis nuptæ viris exulent,quàm vt cum illis, à quibus neceſſaria vitæ,& ſine dedecore congruè percipiant, matrimonio cupulatæ viuant, ipſis, ac eorum conſanguineis aſsiduè fauentibus.

Secundò fallit,niſi vir eſſet vagabundus. Ita limitat gl. in d.c.1.& notat etiam glo.in cap.vnaquęq;.decimatertia quæſtione ſecunda. Et ſequitur Abb. in d.c.de illis. quod intelligit, niſi mulier ſciuiſſet illum vagabũdum, tempore quo contraxit cum eo,allegando glo.in d.c.vnaquæq;. quam gloſſam dicit ad hoc notabilem Ioan. Lupus in repetit. rubricæ,de donationibus inter virum & vxoré. folio ſexageſimoſecundo, colum.2.& allegat etiam ad hoc Imol.in rubr. ſolut.matrim.in col.5.& vide etiam Corſe. in ſingul.incip.ſi beneficiatum.in verbo,vagabundus.vbi etiam hoc tenet, & plura ſimilia iungit, quæ procedunt in vagabundo,inter quæ aliqua notanda videbis, & ſequi tur etiam ſupra dictam limitationem cum ſub limitatione Syluest.in ſua ſumma,in verbo,vxor. ſupra alleg. in 8. quæſtione . qui etiam hanc limitationem ſublimitat, niſi maritus ex honeſta cauſa fieret vagabundus.

Vxor. vide ſuprà in verbo,acquiſita.

REGVLÆ FRANCISCI TVRZANI.

Varijs in locis à Doctoribus eliciter obiter, horis que ſucceſſiuis collectæ.

1 REgvlare eſt, quòd vnica tantum interpellatio ſufficit ad conſtituẽdum quem in mora, & ſe excuſandum ab aliquo, vt in l. Titia,Seia.§.Seia.& ibi Bart.ff.de leg.2.& in l.mora,& ibi etiam per Bald.ff. de vſur. fallit tamen ſecundum Alex.conſ.18. vol. 1.incip.viſo proceſſu.col.2.in cauſa appellationis, vbi appellans ſumma ope in proſecutione eiuſdem debet inniti, vt dicit tex.in l.fi.§.illud.C.de temp. appell. & propterea per vnicam interpellationem nõ diceretur appellans ſum ma ope inniti,ſed debet interpellatio,& requiſitio fieri cũ ea inſtantia, & diligentia, cum qua debent Apoſtoli peti. ſic inquit ipſe Alex.etiam ex mente Ange.conſil. 126.in ordine ſuo incip.quidem Matthæus.

2 Regulariter ius ſubſtitutionis non tranſmittitur ad hæ redes.l.toties.ff.de acquir.hær.& l.qui liberis. §. hæc verba.ff.de vulg.& pupil.fallit tamen ſecundum Alex. conſi. 20. col.4. vol.1. quando ius pupillaris ſubſtitutionis eſſet coniunctum cum iure accreſcendi , quia tunc trahitur à iure accreſcendi , vt tranſmittatur ad hæredes ſuos , ſicut tranſmittitur ipſum ius accreſcendi.l.qui ex duabus.ff.eo. de acquir.hæredit.l.ſi ex pluribus.ff.de ſuis & leg.

3 Regulare eſt quòd prohibitio de non alienando , ſeu conuentio,& pactum non impediat alienationem poſtea factam,nec eã reddat in efficacé vt in l.ea lege.C. de condi.ob cau.& ibi per Gl.Bar.Bal.& alios & in l.ſi itaq; §.ea lege.ff.de verb. oblig. & ibi per ſcriben.& atteſtatur Negoſan. in tract. ſuo de pign. & hyp.parte 2.col.2.& iſtud procedit ſecundum eum, etiam ſi in dicta prohibitione, conuentione , & pacto interueniſſet generalis bonorum hypotheca, ſecus tamen ſi ſpecialis,quia tunc cenſetur re ſeruatum ius in ipſa re, & impeditur alienatio poſtea facta per text.quem dicit ſing. in l.ſi creditori.§.fi. de diſtr. pign.ſecundum literam Piſanam, & ibi per Bart. & Bald. vide latius per ipſum Fanenſem.

4 Regula eſt,quòd in generali obligatione bonorum veniant etiam futura ſecundum ipſum Neg.in ſuo tract.de pig.& hyp.membro 2.in princ.per text.in l.fin.C.quę res pign.obl.poſſ.vide ibi ampliationes.

5 Regula eſt ſecundum Iaſ. inſtitut.de actio.§. ex maleficijs colum. 15. quod in delictis in dubio ſemper debemus intelligere factum tempore licito , non autem prohibito, ex mente Bartol. in l. non ſolum §. ſed vt probari.ff.de oper. noui nuntiat. & aliorum. de quibus per ipſum Iaſ.ibi.

6 Regulam tradit Bald.in tractat.de duobus fratr.poſito in tract.

in tract.Bart.post tractatum suum etiam de duob. frat. ꝗ quando tutor potest aliquid nomine suo, & nomine pupilli facere, in dubio censetur proprio nomine factum.

7 Regula est secundum Ias.in l.is apud quem C.de eden. col.3.ꝗ iudex per suam interlocutoriam casu quo aliquid non fecero infra terminū mihi assignatum ad aliquid facien.non potest ius mihi quæsitū auferre:nisi bis me moneat durante termino. vide illationē ibidem, quam facit.

8 Regula est ꝗ paria sunt aliquid fieri ante, vel incontinenti post Gl.in l.Pōponius.§.rati.ff. de procur. Gl.in l.2. in prin.in verbo post narrationē.C.de iur.cal.vide per Ias. qui hanc regulam tradit in l.sancimus col.3.C.de iudic.

9 Regulam tradit Ias.in l.apertissimi.C.de iud.ꝗ minor suspicio est sufficiēs ad repellendū iudicem tanquā suspectum, quam remouen.testem. ratio est quia facilius est inuenire aliū iudicem, quam testem Glo.est 2.in c. cum R. Canonicus.de offi.deleg.vide latius per Ias.vbi suprà.

10 Regula est ꝗ contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, non possit aliquid opponi.l.2.C.quando prouoc.non est nec l.1.C.sententiam res.non posc. quod ad consultationem extrà de re iud.Alex.per hæc iura.in cōs. 42.col.5.incipit super vol.1.

11 Regula est secundū Ias.in l.fructus.§.si fundum.ff. sol. matrim. col.2. ꝗ nunquam habet locum pœna priuationis iuris, nisi lex expressè dicat per text.in authent. de nō elig.secun.nub.§.cum igitur vide per Ias. vbi suprà.

12 Regulam tradit Ias.in l.si ante nuptias col.2.ff.sol.mat. ꝗ ad quem non spectat periculum rei interitus, non spectant alij fructus, quia ista conuertuntur, videlicet nō habet periculum, ergo non debet habere fructus, text.est in l.2.& sequenti.ff.de in diem additio.& ibi Glos.

13 Regula est, quā Ias.in §.ex maleficijs Insti.de act.colū. 11.colligit, ꝗ quando sunt duo casus à iure æquiparati.ꝗ statutum in vno, habet locum in alio, etiam contra regulas iuris communis secundum Glos.quam dicit sing. licet vulgatam in l.si quis seruo persuaserit in verbo, corrumpi.& ibi Bar.& alij C.de fur.& aliam Gl. expressiorē in l. ꝗ vero circa.ff.de leg.dicit tamē ipse Ias.ꝗ in d.§.ex maleficijs est Glo. signanda quę limitat ipsam regulam non procedere in pœnalibus, vide latius per eum ibi.

14 Regula est ꝗ iuramentum in litem non habeat locum in actionibus stricti iuris. Barto. in l.in actionibus.ff.de in lit.iur.col.2.

15 Regulam tradit Bart.in d.l.in actionibus, col.3. ꝗ omnis actio, in qua res non restituitur ad mandatum iudicis seu secundum præceptum suum, dicitur arbitraria, vt iudex habeat potestatem deferendi iuramētum in litem, & iuxta illud condemnādi siue sit actio stricti iuris personalis, siue in rem, siue quæcūq; alia, & dixit esse de hoc tex. in l.qui restituere. in fin.ff.de rei vend.

16 Regulam habes traditam in l.fi.C.ad Maced.& in c. ratihabitionē extrà, de reg.iur. ꝗ ratihabitio retrotrahitur, & mandato æquiparatur & quomodo procedat ista regula vide per Alex.consi.78.viso vol. 5.

17 Regula est, quòd conuentus super spolio non potest reconuenire actorem, nisi super simili spolio eiusdem rei.c. fi.de ord.cog.& c. cum dilectus eod.tit.Alexan.cons. 94. incip.visis vol. 5.

18 Regula est, quòd in hypothecaria prætium non succedit loco rei l.1.ff.de distrac.pig.quia ad pretium nō agitur nisi subsidium l.fi.cum ibi not.ff.de neg.gest.& l.mater cū not. C. de rei vend. vide ad intelligentiam Regulæ Alex. consi.108.incip.viso in fin.vol.5.

19 Regulam habes secundū Alex.consi.59.incip. viso instrumento volum.1.col.fi. ꝗ etiam replicando quis non audiatur, allegando turpitudinem suam contra eum, qui tractat de damno vitando.l.viro atq; vxori.ff.solu.matr.l. apud Celsum.§.Marcellus.ff.de doli excep.vel etiam contra eum, qui non fuit particeps fraudis.l. transactio finita. C. de transact. not. Bald.in l. iusiurandum, quod ex conuentione.§.fin.cum l.sequenti.ff.de iureiur.

20 Regula trita est prout legitur in l.admonendi.ff. de iureiur.& in l.in bonæ fidei eod. tit. & in c. si.de iureiur. & dicit Alexā.consi.66.viso processu lib.1.quòd semiplenè probanti sit deferendum iuramentum suppletiuum, si fuerit petitum.

21 Regula est, quòd super incidenti non pronuntiatur secundum Alex.consi.77.videndum vol.1.col.fi.per tex.in l.1.C.de ord.iud.

22 Regula, quæ habet, ꝗ surrogatum sapit naturam eius in cuius locum surrogatur per text.in l.eum qui §.qui iniuriarum.ff.si quis cau.procedit secundum Bart.in l. certi condictio col.3.ff.si cert.pet. in ijs, quæ insunt actioni ex sua primordiali natura, non autem in ijs, quæ superueniūt ex casu. vide latius per Bart.vbi.

23 Regula est, ꝗ cuicunq; reo conuento, siue ciuiliter, siue criminaliter, vel ex causa mixta licet negare factū contra se propositum in iudicio, adeo quòd si mentiatur, &. conuictus fuerit, pœnam in aliquo suo iure pro sua defensione proponēdo, non patiatur Are.Inst.de actio.§.idem iuris col.22.char.333.in mag.impres.

24 Regula est, quod exceptionem obijciens intentionem agen.non videtur fateri. ca.exceptionem obijciens de re. iur.in 6. & l.non vtiq;.ff.de except.quæ quando procedat vide per Angel. Aret. Instit. de excep. char. 326. col. 3. circa medium. ego vero plura cumulaui, posui ad l.non vtique, &c.

25 Regula est, quòd conuictus de negatione ab actore, aliàs suas defensiones proponere non prohibetur l.nemo ff.ad exhib.vide latius per Angel. Aret. instit. de actio. §. idem iuris col.18.chart, mihi.334.col.1.allegat Salicet. in authent.contra qui propriam.C.de non nume.pec.& dicit perp. not.

26 Regula est, quòd filius naturalis excludat substitutum vocatum, in casu quo substituens decedat sine liberis l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Treb. l. cum pater.§.volo & l.Lucius.§.fi.ff.de leg.2.Alexā. consil. 94. consideratur in princ.lib.1.

27 Regula est, quòd communitas immunitatem concedere non possit.l.vacuatis.C.de decurio.lib.11.l.immunitas C.de agr.& cens.eod.lib.vide latius per Alex.consi.1.vol. 1.incip.visis col.3.dico 101.

28 Regulam habes relatam à Ias.in vsib.feu.char.9. col.1. ꝗ vbi assertio facit contractum, vel negotium esse licitū, quòd aliàs esset à iure improbatus vel improbatum tales cautiones, vel huiusmodi partium renuntiationes non probant, nec eis est standum, imò potius ex talibus verbis circumuentio iure ostenditur, nisi sic esse, vt enuntiatum est, per legitimas probationes doceatur & dicit hanc regulam nunquam fallere..

29 Regulam tradit ipse Ias. in prælu. feu. char.7. col.1. ꝗ causæ feudales, quę non reperiuntur expressè determinatę per feudales consuetudines in libro feudorum, debent decidi per arg.& similia iuris ciuilis per text.in c.1.de feu. cog.& ibi Bald.col.2.

30 Regulariter permittitur cuicūq; venire contra actum etiam consensu suo, & ad commodum suum gestum, ita Alex.cons.123.incip.discussis col.4.vol.1.per tex.cū not. in l.2.C.si aduer.rem iudic.& sic contra actū à se ipso gestum per text. in l. quemadmodum C. de agr. & censi. lib. 10. & hoc, si actus ipse sit ipso iure nullus, vide latius in d. consil.

31 Regulariter à minori, vel pari non procedit arg. in beneficialibus, vel priuilegijs.c.sanè de priuil.c.a. si cui de nō sacerdotali de pręb.in 6.quia non fit extensio, fallit quando in maiori includeretur minus. c. ex literis de excessio prelato Rot.decis.136.in additione in no.

32 Regulam habes generalem, quā colligit Domi.in Glo. fi.in cap.si apostolicæ de prob.quòd in omnibus literis beneficialibus, per quas ius antiquum conseruatur, vel augmentatur,

mentatur, vt in confirmatione Papæ, facta ad reseruationẽ legati sui, debet fieri mentio de alijs beneficijs, quæ im petrans huiusmodi literas obtinet, vide ipsam Glos. quæ hoc clarè tibi dicit & Archid. in cap. si motu proprio eodem titulo & lib. & in cap. cum aliquibus. de rescriptis. eod. lib. & Paul. in cle. fi. de offic. ord.

33 Regulam tradit Alex. consil. 134. videtur vol. 1. col. 2. quę trita est, quòd vlt. voluntas defuncti, & non pri. valet, & seruari debet, quia ambulatoria est l. 4. ff. de leg. I. cum hic status. ff. de dona. int. vir. & vx. c. cum Marthe extrà, de cele. miss. 13. q. 2. c. vlt. voluntas.

34 Regula est, quòd delegatus ordinatus ad certã causam, non potest subdelegare, non obstante priuilegium concessum delegato à Principe. C. de iud. l. si à iudice & de appel. c. cum causam vide Rot. decisio. 258. in nouis.

35 Regula est, quòd sublegatus delegati à Principe subdelegare non potest articulum causæ cognitionẽ requirentem, prout legitur & not. in c. cum causam. & in c. cum Bertholdus de re iud. vide Rot. vbi suprà.

36 Regula illa si vinco vincentem te, & c. de qua 24. q. 1. in c. rogatũ & in l. vendicantem. ff. de euictio. quando procedat, & quando non, vide optimè per Glos. in capitulo auctoritate de concess. præb. in 6. in verbo, primam.

37 Regula est trita, quòd facilius aliquid à princip. impeditur fieri quàm post factum tollatur l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. ca. quemadmodum circa medium, extrà, de iureiurand. & capitulo, ad apostolicam extrà, de regula.

38 Regula est, quòd multa fieri prohibentur, quæ tamẽ si facta forent tenerent. cap. ad apostolicam de reg. l. 1. ff. de excus. tu r. Rot. Decis. 450. in nouis. quæ regula secundum ipsos Reuerendos dominos infallibiliter procedit in actibus irretractabilibus, vt in iuramento, matrimonio, & in alijs non habentibus perpetuam causam prohibitionis.

39 Regula est, quòd in dubio omne tempus semper currit de momento ad momentum, & semper dies termini computatur in termino, nisi in casibus in quibus à iure reperitur expressè determinatum contrarium, vt per Inno. in ca. super. de ap. quem ibi in col. 4. refert Phil. Franc.

40 Regula est, quòd ante præsentationem literarum iurisdictio non confertur, nec aufertur iudici. refert Phi. Frãc. in capitulo super extrà, de app. columna 4. Bal. in l. prima. C. vt lit. pen. idem Franciscus in capitulo, vt debitus honor, & c. de appe. qui columna 1. & 2. infrascriptas tradit regulas, videlicet.

41 Regula est, quòd nullus potest recedere à iudice competenti per appellationem ante sententiam diffinitiuam, nisi appellet ex causa rationabili in specie expressa, aliàs appellatio esset nulla. requiruntur tamẽ duo, primo, quòd appelletur, secundò, quòd exprimatur in appellatione causa rationabilis. & talis quæ si foret probata, legitima reputaretur, tex. etiam dicit in d. c. vt debitur, & in cle. ap pellanti. eod. tit. vide l. ait pretor. §. permittitur. ff. de min. & ibi Bal.

42 Regula alia, quòd hodie quãdo quis grauatur à iudice si vult grauamen reuocari, est necesse, quòd specificè, & expressè appellet, quia nullus alius actus habet vim appellationis, & debet appellare coram iudice, à quo grauatur, & in eius præsentia, vt est text. secundum ipsum Franc. in d. c. vt debitus: & ex ipsa regula deciditur quòd hodie nõ sufficit sola acceptio itineris ad Papam: vel missio nunrij ad curiam, nec habet vim aposto. nec suspẽdit iurisdictionem iudicis, à quo, vt in eo text. habetur.

43 Regula alia, & tertia in materia rescriptorum, quòd licet per antiqua iura secundæ literæ facientes mẽtionem de primis, tollant primas, vt in c. cæterum de rescrip. & in c. 2 de dolo. & contum. tamen per text. in d. c. vt debitus videtur, quòd nunquam possit opponi, & excipi de hoc, nisi quando primę literæ fuerant iam coram primo iudice delegato præsentatæ, & sic quòd attendatur tempus pręsentationis, an per secundas literas derogetur primis, vel econtra. Et de dicto articulo, an indistinctè procedat, vide per eundem in loco allegato in 3. Glos. in fine & in Glo. 5.

44 Regula alia, & quarta quam dicit nouã, & sing. & semper menti tenendam, quæ probatur ex tex. in d. c. vt debitus secundum com. intellectum est quòd iurisdictio delegati potest præueniri per ordinarium, dummodo literę delegatoriæ non fuerint primò præsentatæ iudici delegato, ex quo sequitur, quòd si citatus corã iudice ordinario excipit, quòd Papa, vel princeps primò illã causam commisit alteri, non auditur, & imputet sibi impetrãs, ex quo prius literas non præsentauit, & text. procedit etiam si impetrans fuisset impeditus, vt non potuisset præsentare, & ratio fuit fauor ordinariæ iurisdictionis, quæ est fauorabilis, & largo modo adiuuanda, & interpretanda, qui fauor non cadit in delegata, quæ est extraordinaria cap. de cetero de transact. & velut odiosa est restringenda, secundum Glo. not. in verbo, volumus in clem. fi. de offi. ord. vide latius per ipsum Fran. in d. loco. col. 1.

45 Regula alia, & quinta, quod iudex ad quem succedit loco iudicis, à quo, & deuoluitur ad eum cognitio, & diffinitio causæ negotij principalis, & ipse habet cognoscere, & diffinire de causa principali, sicut habebat iudex à quo fuit appellatum. Ita probatur ex text. in d. c. vt debitus, & tradit Spec. tit. de appel. §. de officio versi. si autem peremptoria col. 5. in fin. concludens, quòd quicquid debuit facere iudex à quo debet facere iudex appellationis.

46 Regula quæ habet, quòd si fuisset expressum, vtiq; fuisset concessum, de qua in c. susceptum, & in c. super literis de rescriptis procedit, quando illud expressum fuit gratia demõstrationis, secus si gratia taxarionis, vel limitationis, quia tunc non continebitur illud si fuisset expressum, fuisset concessum, vide Rot. deci. 178. in antiquis.

47 Regula est, quòd non est verisimile, quòd princeps velit præiudicare iuri tertij præsenti, vel futuro per priuilegium concessionis quã facit, quia non est verisimile quòd hoc velit facere in iniuriam tertij l. fi. & ibi doct. C. si cõt. ius vel vtil. pub. l. prima. §. merito & §. si quis à principe. ff. ne quid in loc. publico. Rota decisi. 331. in nouis, quam vide.

48 Regula est, quòd ita probant testes, sicut instrumenta l. in exercendis. C. de fide instru. ca. cum Ioannes ex eod. tit. Rot. deci. 332. in nouis.

49 Regula est, quòd cum quis priuatur iure conferẽdi vel eligendi, solus Papa supplet, de electio. c. bonæ. el primo, in fi. capitulo, quanquam. eodem titulo, in 6. capitulo quia diuersitatem eod. titu. & lib. Card. in cle. si de benefic. de præbend. col. 2.

50 Regula quæ habet, quòd expressio eorum, quæ tacitè insunt nihil operatur, de qua per tex. in l. 3. ff. de leg. 1. & in l. non rectè. ff. de fideiussor. procedit, & intelligitur, quando exprimitur per eum modum, per quem tacitè inest, secus si aliter: ita relatũ habes per Domi. in c. ei cui de præb. in 6. col. 12. per text. in l. 3. ff. de lib. & posth. iuncta l. filiũ. §. sed cum exhæredato. ff. de contra tab. cum simil.

51 Regula est, quòd conditio respiciens executionem nõ suspendit. l. ita demum. ff. de arbit. quæ tamen procedit secundum Domi. in c. ei cui de præbend. in 6. colũ. 13. in re transmissibili ad hæredem, secus in non transmissibili, vt in beneficio, quia tunc sola appositio diei impedit natiuitatem obligationis, de quo per Bart. in l. ita stipulatus. ff. de verb. oblig.

52 Regulariter non requiritur tractatus capituli, nisi in casibus à iure expressis, tradit Dom. in c. vnico. §. verum de clerico ægro. & dicit consuluisse Oldr. consil. suo 44. vbi tenet, quòd sufficit solus consensus absque alio consilio capituli, quia consensus habet inclusum consilium, eodem contextu licet non procedat in tempore.

53 Regula est, quòd vbi expeditio vnius actus, seu negotij per

pertinet primò ad aliquem iure suo, si ex post facto adijciatur sibi forma, quam debet facere, puta vel cõsensu, vel consilio alterius, quod facit dicta forma, seu consensu nõ adhibito, non valet. hanc reg. videtur posuisse Gloss. ordinaria in clem. prima de iure patron. in verbo, prohibitioni. Inno. in c. dudum de reb. ecclesi. non ali. in 6. sequitur Rot. decis. 466.

54 Regula est, quòd spoliatus ante omnia est restituendus Bart. in l. 1. §. fine autem. & §. strictissimè & in l. interdicto. ff. vti pos. vide Ang. Inst. de actio. §. quadrupli. numero 18. & num. 22. vbi habes fallen. ad regulam, quarũ vna est, quãdo detegitur præsumptio iniustæ possessionis agẽtis, quę est defectus notorius proprietatis agentis propter dispositionem iuris communis, quod fundat intẽtionem rei in dominio contra agentem vt est casus in c. fi. de rest. spol. in 6. vide latius per Aret. vbi suprà, & adde Oldrad. consi. 209. Roma. consil. 449. & quòd contra petentem restitutionem obstet exceptio sententiæ vt voluit Oldr. consilio 311.

55 Regulariter possessio releuat ab onere probandi c. ex literis de probatio. & c. 1. 12. q. 5. Imo in c. vnusquisque. de pec. cle. col. 2.

56 Regulariter res empta ex pecunia mea non efficitur mea l. si ex ea. C. de rei vend. vide latius per Imo. in c. inquirendum de pec. cler. col. 1. fallit in casibus enumeratis per Glo. in l. si vt proponis.

57 Regulariter non competit hypothecaria sine persona li vt per Bar. in l. 1. §. cum prædium. ff. de pigno. fallit tamen quando primus creditor obligat non nomen sed pignus sibi datum à secundo creditore, quia tunc secũdum Bart. in l. grę cè. §. cum pignori. ff. de fideiussoribus competit vtilis hypothecaria, & non personalis, & hãc limitationem sequitur simpliciter Imol. in c. cum contra de pigno. col. fi.

58 Regulariter quis non potest plus iuris trãsferre in aliũ, quàm ipse habeat, regula nemo plus iuris de reg. iur. in 6. fallit quando hoc facit iuris, & iudicis auctoritate, prout contingit in creditore venden. pignus aucto. iudicis, & legis vt per tex. in §. 1. Insti. quibus alie. licet & not. per Gl. in c. Romanus de consecra. dist. 4. ita inquit Imol. in c. cũ contra col. 2. de pign.

59 Regula est, quòd quando per legem prohibetur contractus principalis, etiam contractus accessorius prohibitus intelligitur, puta pignus, & iuramẽtum, tex. est secundum Ias. in l. principalibus col. 3. ff. si cer. pet. & in l. nõ dubium C. de leg. hinc dicit ipse Ias. est quod si contractus principalis non valet, nõ valet etiam accessorium aliquid Glo. est secundum ipsum in l. si patronus. §. patronum. ff. si quid in frau. pat. quę est solennis & quam dicit multum not. Bal. in l. 1. col. 5. C. de inofficio. dot. & in l. Imperator col. penul. ff. de statu. ho. hinc videmus, quod si non valet contractus principalis, non valet etiam constitutum, dicit Bald. in l. 2. ad fi. C. de fideicom. & idem Bal. sub dubio tamen in c. 2. extrà, de feu. dat. in vic. l. com. & hinc etiam videmus, ꝙ si non valet contractus principalis, non valet etiam confessio in eo apposita tanquam accessoria. ff. de const. pecu. l. fi. quem text. allegat pro singulari in l. si absentis. col. fin. C. eod. titu. & in rub. de const. pe. col. 2. vide abundantius per ipsum Ias. d. l. principalibus. col. 1.

60 Regula est, quòd officiales durante eorum officio non possunt mutuare, nec alios contractus facere, & ideo sunt prohibiti contractus, quòd etiam finito officio confirmari non possunt, etiam mutuo cõsensu expresso, vel tacito tex. est secundum Ias. qui hanc regulam tradit in l. principalibus. ff. si cert. pet. in princ. in l. 1. ver. pe. C. de contract. iud. & eodẽ modo prohibẽtur proceres, sine curiales principis tex. est in l. fi. iuncta Gl. in verbo, palatinos. C. de rescinden. vendit. quę dicit, quòd ille text. habet locum in omni cõtractu. Vide ibi Bald. qui dicit, ꝙ habet locum in magnis consiliarijs magnorum dominorum, vide amplia tiones, & limitationes ad reg. per ipsum Ias. vbi suprà.

61 Regulam tradit Bart. in l. si seruum suum. ff. si cert. pet. quòd omnia, quæ dicuntur in seruis. vendicãt sibi locum in monachis nostri temporis, quam in varijs locis repetit videlicet in l. 1. in princ. §. item si fructuarius & in l. cõmunis seruus ita 2. & 3. quæst. & in l. si seruus testamento in fin. & in l. 3. §. quod seruus. ff. de stip. seruo. vide ibidem, & vide Ias. in d. l. si seruum meum col. 9. & 10.

62 Regula est secundum Ias. in l. vinum. col. 13. in fin. ff. si cer. pet. ꝙ sententia debet esse conformis libello l. vt fundus. ff. communi diui. c. licet Heli. de simo. cum simil. vide fallentias plurimas per ipsum illinc vsq; ad col. pen.

63 Regula est, ꝙ non solet fieri melior conditio illorum, qui litem contestantur, quàm eorũ, qui non contestantur l. non solet. ff. de reg. iur.

64 Regula est, ꝙ per interpellationem extraiudicialẽ debitor constituitur in mora Gl. in l. vinũ, in verbo, petitũ. ff. si cert. pet. & in l. qui Romæ. §. cohæredes in verb. testator. ff. de verb. oblig. & Glo. in l. fideiussor obligari. §. fi. ff. de fideiuss. amplia & limita vt per Ias. d. l. vinum in d. Glo. in verbo, petitum, quem vide.

65 Regulam aliã tradit idem Ias. vbi suprà col. 7. ꝙ geminata interpellatio, quãdo fit diuerso tẽpore, magis grauat moram, quia vbi aliàs admitteretur purgatio morę, geminata interpellatio impedit, ne possit mora purgari, ita probat text. not. in l. traiectitiæ. §. de illo secundum vnã lecturam. ff. de actio. & oblig. not. Lud. Ro. in l. insulam, & ibidem Alex. ff. de verb. obl. not. Lud. in l. & si post tres. char. pen. ff. si quis cautio. & in consil. 352. dubio 2. principali.

66 Regula est secundum Ias. vbi suprà in d. l. vinum col. 8. ꝙ in contractibus stricti iuris, accessoria nunquã veniunt à tempore moræ, & sic à tempore interpellationis extraiudicialis, sed solum à tempore litis contestatæ, & ideo in contractibus stricti iuris non veniunt fructus, & vsuræ, nisi à die litis contestatæ. l. cum fundus in princ. eo. si cer. peta. & habetur in l. videamus §. si actionem & in princ. tex. ff. de vsur. vide latius per ipsum Ias. vbi suprà.

67 Quando habemus duas Regulas, quarum vna est prohibitiua, altera permissiua, in dubio præfertur prohibitiua Alex. in l. si conuenerit. ff. de re iu. per text. quem dicit no. in l. 3. circa principium. ff. de susp. tut. inducendo, prout ipse Alex. ibidem inducit.

68 Regula est, quòd etiam filiusfa. potest esse procurator alterius, etiam in iudicio, nec patris consensus requiritur. intellige si est maior annis 25. quia procurator ad iudicia non admittitur ante istam ætatem c. qui generaliter de procurat. in 6. hanc regulam tradit Abb. in c. non iniuste de procurat. col. 2. qui dicit contra opin. Ioan. And. & certorum aliorum hanc procedere siue opponatur siue non, vide ibidem.

69 Regulariter quis non cogitur procuratorem constituere c. querelam de procurator. fallit tamen ratione delicti, vt puta in bannito. vide per Abb. in c. intelleximus de iudi. nume. 5.

70 Regula est, ꝙ præualet probatio certa, & clara & vincit probationem, quæ præsumptiuè concludit. casus est in l. ob carmen. §. si testes. ff. de test. Bal. in l. præsbyteri ad fi. C. de episco. & cler. Sozi. consi. 272. consideratis. col. 2.

71 Regula est, quando aliquis à lucro contemplatione alicuius remouetur, illi applicatur, cuius contemplatione auffertur, siue remouetur per text. in l. si legatarius. C. de lega. l. si defunctus. C. de sn. & legit. l. in legatis. §. amittere. ff. de ijs qui. vt indig. & in l. 4. §. si duo fratres. ff. de collation. bonor.

72 Regula est, quòd qui trahit clericum in vetito examine, perdit causam text. est in c. si diligenti cum Glo. in verbo perdant de foro compet. & in c. si clerico de iure patr. in c. si quis in atrio 17. q. 4. not. Bald. in l. si verò. §. de viro ff. solu. mat. vide de ijs regulis per Sozi. consil. 5. præsens consultatio col. 8. lib. 1.

73 Regula

73 Regula est, quod in generali bonorum obligatione, & hypotheca veniunt bona præsentia & futura text. probat in l.fi.C.quę res pignor.oblig.poss. vide ampliationes, & restrictiones,quas ad ipsam regulã tradit. Negosan. in tra ctat.de pigno.& hypo.in secunda parte.colũ.iiij.vers.sequitur cum pluribus columnis sequen.

74 Regulam tradit tibi Glo.in c.peruenit.95.distin. quòd nihil habet episcopus,quod sibi iurisdictionis ratione cõpetat quin delegare possit, secus in competentibus ratione ordinis spiritualis vt per Glos.j.in c.quanto. colũ.3.de consuetud. in fin. & regulam huiusmodi dicit notabilem Abb.d.c.quanto.ea.col.

75 Regulariter domestici testimonium iure improbatur l.etiam C.de test.cum concord.de quibus in Glos.fallit tamen regula tribus in casibus.

Primò,quando veritas aliter appareret, & probari non potest: vt quia agatur de probando actum, qui non solet fieri nisi inter domesticos.

Secundò fallit,in causis criminalibus ad probãdum innocentiam alicuius,quia tunc admittuntur, & plene probãt domestici. Itaque fratre pro fratre admittitur ad probandum eius innocentiam, vel quòd homicidiũ fecit ad sui defensionem.

Tertiò fallit,quando ageretur ad vindictam publicam, seu ad fisci vtilitatem vt si ageretur ex delicto puta vulnere,vel percussione,seu homicidio alicuius vide Ias.in l.sed & si quis in prin.ff. si quis cautio & ibi has limitationes au ctoritatibus, & legibus probat.

Idẽ quod de cæteris domesticis dicit de vxore, quæ in casibus prædictis pro marito admittitur, cum & ipsa domestica dicatur.

76 Regula est quòd, qui non habet in ære luat in persona l.fi.cum si.ff.in ius voc.

77 Regula est, quòd in dubio solutio censetur facta nomine proprio l.& magis ff.de solut.

78 Regula est,quòd compensatio ipso iure nõ fit,nisi opponatur,cõmunis est opinio doct.in l.si constat.C.de cõpensat.fallit tamen ratione euitandæ pœnes, vt per Glos. & docto. vbi supra, & habetur per Bald.in l.j. C. eod.de compensat.

79 Regula est secundum Barto.consi.sno.88.incipi.j.quæstione,quòd quando aliquid dicitur factũ certo tempore, illud debet probari vt l.j.in fi.ff.de incẽ.ruina, nauf. & iura quæ dicunt,quod nõ est quærendum de tempore, procedunt vbi nõ agitur de actu facto certo tempore,vt not. C.de test.l.testium & l.ob carmen.§.si ff.eodem.

80 Regula est affirmatiua,quòd prælatus ecclesiæ potest, in feudum dare bona ecclesiæ consueta infeudari.

81 Regula alia est negatiua quòd econtra non cõsueta dare non possit.vide de ambabus per Ias.in lib.j. feu.col.iiij. vbi habes primam & octaua,vbi habes secundam.

82 Regula est secundum Bal.in l.ex placito in prin.C.de re.permut.quòd quoties vnum venit ad implementum alterius,non agitur ex implente, sed ex impleto vt in d.l.& in l fi.stipulatus,& l.cum enim ff.de donatio.

83 Regula est quòd indefinite ei,qui non repudiauit,perpetuo licet adire hæreditatem l.si curatoris.C.de iure delib.cum Glos.& Glos.in l.cum antiquioribus C.eo.

84 Regula est,quòd vbicunque præcedit titulus,& sequitur conductio, transfertur dominium per tex. in l.quædam mulier.ff.de rei vend. & ibi not.

85 Regula est, quam tradit Alex.Imo.in l.si filiosa.col.iiij. ff.solut.mat.quod vniuersalis successor teneatur stare colono per tex.in l.uiam veritatis C. locat.& in l. hæredem ff. de reg.iur.

86 Regulam habemus, quod exceptio firmat regulam in casibus non except s c.dixit dominus xxxij.q.j.& in cap. quoniam de coniug.lepro. Intellige tamen regulam firmari in calibus non similibus,& nõ specifice exceptis.l.ff. quod vi aut clam.c.cum dilecta de consu mat.vtt.vel inutil.distingue tamen secundum Ang.de Claua. in sua summa.in verbo alienatio.§.x.quòd si causæ similes non excipiuntur specifice,Alibi n materia fauorabili, & pia extenditur ex identitate rationis Glos.in l.illud C.de sacrosanct. eccle.secus in materia restringibili,vt not. in l.ij.C. de pat. qui fil.distra.vide quod no. in c. inter alia.de immu. eccle. & dicto cap.cum dilecta & cap.quoniam & hoc not.quia facit ad multa.

87 Regula est, quòd nemo præsumitur fraudare eos, qui sciunt, consentiunt l.nemo.ff.de reg.iur.facit lex, cum do nationis.C.de transactio. & regul.scienti ex tra eod.tit.de reg.iur.lib.vj.

88 Regulam habes in l.donat.ff.de reg.iur.quòd donare videtur,qui nullo iure agente conceditur.

89 Regulariter attenditur locus contractus l.si fundus in fi.ff.de euictio. & not. in l.hæres absens ff.de iudi. & Papien.informa libelli quo agit vxor ad dotem, & vsumfru. in verbo.dictæ d. Margaritæ,col.ij.quem vide.

90 Regula est,quòd vbicunq;,& in casibus,in quibus oblatio, & depositio facta à principali prodest ad eum liberandum: eodem modo si sit facta à tertiò refert Ias.in l.j. in repetitione col. xxiij.C.de iur. emph. per tex.in l.cum & postliminij & ibi Bar. Bal. & Ang.not.ad hoc C.de posth.reuet.& est tex.in l.qui decem §.j. & ibi Glo.& Bar.ff. de sol.& Glos.& Bar.in l.solutionem.eo.titu.

91 Regula est in materia purgationis moræ,quòd vbi dies & pœna procedunt ab eodem fonte, vt à lege, nunquam admittitur purgatio moræ.secus si dies ab homine,& pœna à lege imponeretur, & econtra ita Ias.in repetitione d. l.ij.C.de iure emp.col.xxv. per Glos.no.in c.licet Canon. in verbo licet priuatus de electio.in vj.& tenẽt Ang.Imo & moder.in l.si insulam ff.de verbo.oblig.

92 Regula est, quòd quando ius non explicat, nec determinat tempus,nec locum,quo actus celebrari debeat,quocunque loco,& tempore gestus, & factus valet l.ambigui 1 tatis C. de testa.l.pra posteri.ff. de bo. auct. iud. possi. l.in venditione.§.de tempore.ff.de vent.inspi. l.j.§.meminisse ff.de tutel.l.quæ habet.§.quolibet vide Roma.qui hanc tibi tradidit regulam consi.ccxl.incip. circa primũ in princip,allegat d.l.præposteri,quam tamen non inuenio.

93 Regula est, paria fore actum explicare cum voluntate eius,cuius ab initio consensus requiritur, vel explicare sine illius voluntate, cuius requirebatur consensus ab initio quem explicans credebat consensurum prout postmodum superuenit,& consensit tex.est singul.secundum lecturam secundę Glos.in c.Lugdunen.xix.q.iij.Roma.tradit vbi supra col.ij.in prin.

94 Regula est paria esse consensum á prin.cum ille requiritur,interuenire, vel ratihabitionem ex post factum subsequi.c. solennitate l.xiij.dist.xvj.q.j.c.fina.c.cum nos de his quæ fi.à prælato sine consensu cap.c.cura de iur.patro. & c.sugestum eo ritu.C.ad senat.consu.mace.l.fi.regula ratihabitio de regu.iur.Ludo.Roma.vbi supra.

95 Regula illa,quòd ciuilis actio præiudicat criminali,non habet locum in inquisitione, nullum iudicium præambulum habet,siue pendet cum eo, licet coram eo Bald.in l.j. col.v.C.de appellatio.prope fi.

96 Regula sumitur ex traditis per Bart.in l.j.§. quòd si sit aliqua ff.de præto.stipul.&(in l.si quis ex his ff.de lib.agno. quòd quoties iudicium summarium parat præiudicium reparabile alij iudici , non requiritur plena probatio in ipso summario per tex.in l. si deleum ff.ad l.Aquil.& in l. iij.§.causa, ff.de lib.e.caus.sequitur Feli.c.cum super,col.6. in fi.de re iudi.

97 Regula est, si vnico vincentem te, multo magis vnico te l.de accessionibus ff.de diuer.rescrip.l. vendicantem ff. de euictio.fallit tamen in casu, de quo in authẽ.licet.patri. C.de natur.lib.& ibi Glo.in versic. legitime & alijs in casibus per ipsam Glos.relatis,quos per te ibi vide: & vide tex.in l.hęredem cum Glos. C.de euictio.

98 Regulam habes, quòd quotiescunq; tractatur de conseruatione iuris realis, & emphyteutici, semper factum negotij gestoris prodest, nam tertius solués, pro emphyteuta prodest emphyteutæ.l.arboribus. §. quid tamen.ff. de vsufruct.& tenet Iaso.in.l.2.colú.23. circa medium.C. de iur.emphy.& faciunt multa ibi per eum relata.

99 Regula est, quod omnis actio spatio.30. vel.40.annorum tollitur.l.omnes &.l.sicut.C.de pręscript.triginta, vel quadraginta annorum.

100 Regula quòd vbi est dies,& pœna, non admittitur purgatio moræ.l.magnam.C.de contrahen. & commit.stip. l.traiectitiæ.§.de illo.ff.de actio.& obligat. not.in.l.si insulam.ff.de verb.oblig. & in.l.si post tres.ff.si quis cau.intellige hanc regulam, quando dies, & pœna opponuntur à lege.secus si dies à lege & pœna ab homine, vel è contra, Gloss. est not. in cap.licet canon, in verbo priuatus extra de electio.in.6.firmat Iaso. in.l.2.colum.25.de iur. empt. vide de intellectu huius regulæ per ipsum Iaso. vbi supra colum.26.

101 Regula est,quòd in dubio tenenda est opinio, quæ est pro ecclesia.l.sunt personæ.ff.de relig.& sumpt.fun.

102 Regula prima est, quòd actiones ideo dicuntur arbitrarię,primo propter officiú iudicis quod vertitur in arbitrando interesse ratione loci.ff.&.C.de eo,quod cer.loco.

103 Regula secunda est, quòd dicuntur quandoq; arbitrariæ in taxando quantitatem, & deferendo iuramétum in litem.l.actio.ff.de in litem iuran.

104 Regula tertia est, quòd dicuntur arbitrariæ interrogando,vt in actione noxali.

105 Regula quarta, & vltima est,quòd quandoq; dicuntur arbitrariæ ad imponen. pœnam.l.si cum exceptione.§.in hac.ff.quod met.cau. & in actione de dolo.l.arbitrio.ff.de dol.ibi.n.augetur pœna,quia iudicis præcepto non est paritú,vide hæc omnia per Bald. in.l.hoc edicto.ff.de publ.

106 Regula est,quòd leges ex identitate rationis trahuntur in argumentum.l.non possunt. ff. de legi. intellige tamen hoc verum, quando per hoc contra aliquam legem scriptam non veniremus,ita Bart.in auth.quas actiones.C.de sacrosanct.eccles.colum.iij.

107 Regula est vulgaris,quòd res de facili reuertitur ad naturam suam, Glos.est singu.reputata in c.statutum in verbo numerandum,de præben.in vj.quam sing.reputat.Anto.de Butr.in c.olim sibi.de verb.sing. Alexan.in.l.si constante.in prin.in.v.col.ff.soluto matr.Ias.in.l.si vnus.§.Pactus ne peteret.versi.quòd si in specie.ff.de pact. Curt.iunior consil.59.incipiens.Iacobinus de Puteo.num.3.& est tex.in.l.quis ergo casus.ff.pro socio est etiam alia. Glos.ex qua regula ipsa colligitur in.cap.ab exordio.35.distinc. sed auerte, quia regula procedit,quando res non est extincta. sed est mutata accidétia seu natura & substantia ipsius rei. Ita no.in dicta.l.si vnus eodem.§ pactus. ff.de pac. tradit Sozi. consi. 260.col.iiij.lib.ij.

108 Regula notissima iuris est quòd cum oratio vna ad plura referri potest, in dubio ad id referatur secundum quòd obligatus tenetur in minus non autem in plus, l.qui concubinam. §. cum ita.ff. de leg.j.l.apud Iulianum.§.Seio de leg.ij.quæ iura & si in vltimis loquantur voluntatibus attamen quia cum vltimæ voluntates iudicijs & econtra æqui parentur.l.non est mirum.ff.de pignor.actio.procedunt etiam in iudicialibus secundum Roma.consi.455.in casu præmisso in fine.

109 Regula est quòd cum ius siue lex non determinat certum locum vel tempus ad explicandum actum, quocunque loco vel tempore,actus explicari potest.l.ambiguitates.C.de testa.l.præposteri.ff.de bo. iudi.autori. possi.l.in venditione.§.de tempore.ff.de vend. inspici.l.qui haber. §.quolibet.ff.de tutelis. Romanus elicit consil.340.circa primum columna prima.

110 Regula est, paria esse quòd actus explicetur cum voluntate eius cuius ab initio consensus requiritur vel explicari sine illius voluntate cuius consensus requiritur,quem tamen explicans consensurum credebat si postmodum superuenit tex.est secundum Romanum præalleg.consil. col.ij.numero.7.singularis secundum lecturam.ij.Glos.in c.Lugdum 19. q.iij. vbi quòd valet proprius episcopo illam ratam habebit si postmodum proprij episcopi consensus accesserit.

111 Regula est quòd à pari procedunt consensum à principio cum requiritur interuenire, vel ratihabitioné ex post facto subsequi. c.Solonitanæ. 63.dist.c.si. 16.q.c.si. de his quę.fi.á præla. sine consen.capi. c.cum nos. c.cura.c.sugestum, de iure patrona.l.fin.C.ad Macedo.Regu.ratihabitionem de reg.iur.in.vj.

112 Regula est quòd succesio ex testamento regulatur secundum naturam succesionis ab intestato.l.j.§.vocentur ff.de bono.posse.contra tab.§.legare Insti.de lega.Bart.in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de lib.& posthu.Soci.consil.275.in causa fratrum.col.v.lib.ij.

F I N I S.

DAMASI VETERIS IVRIS Canonici Doctoris Burchardica,

Siue, Regulæ Canonicæ, in vtranque partem breuiter discussæ, & conclusæ.

REGVLA PRIMA.

IGnorantiam sæpè tam iuris, quàm facti excusare.

PRO CONFIRMATIONE REGVLAE.

IGnorantiam excusare a in his, quæ iuris sunt positiui.

Ext.de constit. cognoscentes.
Sup.28.dist.præsbyterum.
Sup.82.dist.proposuisti, cum seq.
Sup.30.q.1.de his.
D.de petit.hæred.sed & si lege.§.scire autem.

In his, quæ sunt iuris naturalis.

Sup. 8.dist.consuetudo.
Sup. de consec.dist.2.scriptura.
Sup.52.dist.solicitudo.

In his, quæ sunt facti.

Ext.de ord.ab episc.qui renunc.1.& 2.
D.de iur.& fac.ig.in omni parte.

a Nō iuris error dolū excludit, ut notāt OD. in l. si quis id quod. et ibi Philip. Dec. col 5. de iurisd. omn.iud.

CONTRA PROPOSITAM REGVLAM.

IGnorantiam non excusare in his, b quæ sunt iuris positiui.

Sup.16.dist.quod licitis.
Ext.de sent.excom. cum illorum.

Nec in his, quæ sunt iuris naturalis.

Sup. 16. q.1.si cupis.
Sup. 22.q. 2.in ipsarum.

Nec in his, quæ sunt facti.

Ext.de sent.excom.cum illorum.
Sup. 1.q.1.si qui à symoniacis.

b Quia iuris ignorantia in l. prohibente nō causat bonam fidē. Alex. cons. 21. col fin. lib 4. & in arte in qua quis versatur, l. 2. §. Seruius de orig. iur. l. 1. C. que & aduers. quos. &c.

SOLVTIO.

SI ius positiuum ignoretur ante promulgationem, quia & post factū promulgantis ius illud citra offensam aliquandiu ignoratur: non nocet, vt in illa decreta cognoscentes. Si verò post promulgationem: impune poterit ignorari ad duos menses. vt in Auth. Vt fac. nouæ const. Post illud tempus non excusabitur ignorans: nisi sit minor.25.annis, aut miles, aut fœmina, aut rusticus. vt D.iur. & fac. igno. Regula. & D.de proba. cū de indebito.§.sin autem. Iuris verò naturalis ignorantia licet culpam extenuet, non tamen excusat in totum. Et hoc est, quod dicit auctoritas. Seruus nesciens voluntatem Domini, vapulabit paucis. Seruus autem sciens voluntatem Domini, & non adimplens eam, plagis vapulabit infinitis. 37. dist.§. fin. Facti verò ignorantia excusabilis est, vt illa decre. de ordin. ab episc.c.j. facti tamen proprij, aut aliàs crassa & supina ignorantia damnabilis est. vt in illa decre. cum illorum & D.pro socio. l. vltima. Circa ignorantiam iuris positiui talis Regula comprobata est. Iuris ignorantiam non prodesse adquirere volentibus, suum autem seruare volentibus non nocere, vt D.de iur.& fac.igno.j. iuris ignorantia. Fallit tamen Regula in vsu capionibus & præscriptionibus in fauorem publicum introductus, per quas præiudicatur ignorantibus volentibus suum conseruare. vt.C.de longi temp. præscrip.l. vlti. Item in constitutione ad rigorem iuris obseruandum inducta. vt.C.vnde vi si quis in tantam, in quam constitutionem incidit quis, etiam si ignoret, sibi licere rem suam sine iudice auferre in instit.in bo.rap.§.j.

ca. 1. q. 4 turbatur §. nē ignorantia.

REGVLA SECVNDA.

NEminem priuandum esse iure suo sine culpa sua.

PRO.

Ext. de cler.ægro.c.j.
Ext.de const.cognoscentes.
Ext.de his quæ fi.à maio.par. quæsiuit.
Sup.16.q.7.inuentum.
Sup.61.dist.satis peruersum.

CONTRA.

Sup.22.dist.renouantes.
Ext.vt lite non contest. quoniam frequenter.
Ext.de cler. ægro. tua.

SOLVTIO.

NVnquam est quis priuādus iure suo sine culpa sua, & sine causa. Quandoque autem si subsit causa. priuatur quis sine culpa sua, vt in cōtrarijs. In illis enim suberat causa prærogatiua, scilicet principis voluntas, priuare aliquem, & ius vnius alteri conferre volentis. vt in illo c.renouantes. Et D.de offic. præt.Barbarius. Item reuerentia sacramentorum, casus superuenientes, vel scandalum.

REGVLA TERTIA.

GEneralibus præiudicare specialia.

PRO.

Ext.de rescript. cum sit Romana.& c.pastoralis. §.quod autem.
D.de reg. iur.in toto iure.
C. de procurato. maritus.
D. de suppel.lega. legato.

CONTRA.

Ext.de offic.deleg.ex parte.
Ext.de filijs presbyte.ex tua.
Ext.de rescript.cum ordinem.
D. de suppel. lega.legato.
D.de auro & argento lega.pedius §.Labeo.

SOLVTIO.

PRæmissa regula vera est, fallit tamen in mandatis generalibus quæ sunt effectu specialia, vt in decreta. ex tua. Item vbi generale mandatum non est executioni mandatum, quia sic speciale mandatum re existente

ftente integra derogat generali, vt in illa, cu ordinem. Item fallit in priuilegijs, quia speciale non derogat generali, nisi de eo faciat mentionem. vt ex de rescrip. veniens. Item in legatis, puta in legato generali, si per imperitiam specierum fiat adiectio, non derogabit id generali. Vnde subaudi, in regula. Specialia derogant generalibus, quantum ad illam speciẽ specialiter expressam. Item aliud subaudi. Specialia de generalibus non faciat mentionem. vt in decreta. pastoralis. §. quod autem.

REGVLA QVARTA.

TAcitam conditionem esse subaudiendam.

PRO.

Ext. de iureiur. quemadmodum.
Ext. de c nst. cum M. Ferrariensis.
Ext. de rescript. ex parte cõstitutus.
Sup. 22. ne quis. & c. beatus.

CONTRA.

Ext. de conuers. coniug. ex parte.
C. de condict. ob cau. dat. si repetẽdi.
Sup. 25. q. 2. vniuersa.
Sup. 33. q. vlt. c. vlt.

SOLVTIO.

IN rescriptis Papæ subintelligitur ista conditio, Si preces veritate nitante. vt in illa. ex parte. In alijs autem generales conditiones sub intelliguntur. vt puta: Si Deus voluerit. Si vixero. Speciales autem non sub intelliguntur nisi exprimantur, vel nisi sint de substantia contractus. vt si dominus promittit pœnam colono, si expellet eum subint illge ibi, si soluerit pensionem, & expellat eum dominus, committi pœnam vt ff. locati quæ. §. inter locatorem. Item aliæ quæ in iure inueniuntur expressæ subintelliguntur, vt in extraordinaria. in prima parte Rubricæ positis.

REGVLA QVINTA.

QVod posteriora non derogat prioribus nisi in ijs fiat mentio de ipsis.

PRO.

Ext. de renuncia. sane.
Ext. de offic. delegat. ex parte.
Ext. de dolo & contu. ex literis.
Ext. de rescrip. cæterum. & c. ex parte.
Ext. de confir. vti. vel inut. bonæ.

CONTRA.

Ext. de rescrip. pastoralis. & c. sicut Romana.
Ext. de cogna. spirit. c. r.
ff. de legib. non est nouum.
ff. de procura. pluribus.

SOLVTIO.

SI primum mandatum sit speciale, non derogatur ei per secundum, nisi secundum faciat mentionem de illo. vt in prima parte Rubricæ. Idem est si primũ generale, & secundum speciale: tunc derogat primo, etiam si de primo non faciat mentionem. vt in contraria parte Rubricæ. Fallunt tamen præmissa in iure quia posterius ius derogat priori, & si de eo non faciat mentionem, vt in illa. non est nouum. & est ratio, quod iura nostra. sunt à principe. ergo idem contra primum promulgando, tollit primum, vt ff. de const. princip. quod principi. Aliud est in rescriptis, quia factorum super quibus rescribitur, haberi memoria non potest. Nam omnium habere memoriam, & in nullo peccare, potius diuinitatis est, quàm humanitatis. vt. C. de vet. iure enu. L. 2.

REGVLA SEXTA.

QVando quis tenetur ad duorum alterum sub alternatione, vt um voluerit præstando liberatur.

PRO.

Ext. de rescrip. inter cæteras.

De. de verb. sign. hæc verba.
ff. de iur. dot. plerunque §. vlt.
Inst. de hæred. instit. §. si plures.

CONTRA.

ff. contrah. emp. sine empt. §. vult.
ff. de condi. & demonst. sub diuersis. & L. per fideicommissum.
ff. de cond. indeb. plane.

SOLVTIO.

PRimum regulariter obtinet: sed fallit in legatis: quæ si relinquantur sub diuersis conditionibus incertæ portionis, nouissimæ parendum est. Item si in fideicommissarijs libertatibus. vt in illa, per fideicommissum. Et est ratio, quia nouissimè volũtati defuncti stan dum est. Item fallit cum duo insolidum ten ntur sub alternatione ad aliqua, quia tunc est creditoris electio. vt in illa plane. Item quando duo sub alternatione relinquuntur, licet sit hæredis electio. vt ff. de legat. 2. si ita. §. vult quandoque tamen transfertur potestas eligendi in legatarium. quando scilicet legator est in mora. vt ff. de seruit. si cui.

REGVLA SEPTIMA.

OMnium rerum rationem esse reddendam.

PRO.

Ext. de rescrip. si quando in fin.
Sup. 18. dist. placuit.
Sup. 26. dist. §. ecce. in fi.
Sup. 23. q. 3. si habes.
ff. de religios. & sump. fu. & si quis. §. sed interdum.

CONTRA.

Sup. 23. q. 4. Nabuchodonosor. & c. sequ. de Tirijs & Sidonijs.
Sup. de pœniten. dist. 4. si ex bono.
ff. de leg. & constit. l. non omnium.

SOLVTIO.

DE omnibus reddenda est ratio. secus tamen contingit in quibusdam propter impotentiam, quod non potest. de ijs ratio reddi.

REGVLA OCTAVA.

COnsensus omnium est requirendus ad quos res pertinet.

Ext. de reg. iur. quod omnes.
Sup. 66. dist. Archiepiscopus.
Ext. de temp. ordi. si archiepiscopus
Ext. qui fil. sint legit. per venerabilẽ.
C. de auct. prestan. 6. vlt.
ff. de adopt. nam ita.
ff. de seruit. rust. præd. perfundum.
ff. de aqua plu. ar. in concedendo.

CONTRA.

Ext. [a] de tem. ord. episcopus. — a Nõ est in iure Pontificio.
Ext. de his quæ fi. à mai. part. c. j.
Ext. de elec. cum nobis olim.
Sup. 65. dist. sane.
ff. de reg. iur. alius §. refertur.
ff. de contrahend. empt. quod maior.

SOLVTIO.

IN negotio vniuersitatis omnium consensus requiritur, & si dissentiant, obtinebit consensus maioris partis. vt in contraria parte Rubricæ. fallit tamen hoc in electione Papæ. vt extra de elec. licet. Item fallit, vbi consuetudo approbata à Papa obtinet in contrarium. vt §. de his, quæ fi. à ma. par. cap. ea noscitur. Item in iudicijs, si plures sint iudices, tenet sententia maioris partis. vt in c. sane. In negotijs autem priuatorum communibus obtinet regula doctrinæ, quod omnium consensus requiritur, ad quos res pertinet. Nec obtinet sententia maioris partis. vt in illa. perfundum. Casualiter tamẽ contingit

contingit contrarium, quod ob fauorem debitoris statur maiori parti creditorum: licet illi non constituant corpus, vel collegium. vt ff. de pact. iuris gentium.

REGVLA NONA.

IVstas preces ex necessitate esse audiendas.

PRO.

Ext. de elect. postquam.
Ext. de appell. cum parati.
Sup. 35. a q. 9. veniam.
Sup. 36. dist. cum multa.

CONTRA.

Ext. de postul. bonae memoriae.
Ext. de his quae fi. à prala. c. I.
ff. de iudic. non quicquid.

SOLVTIO.

SI aliquid aliquis iustè petat, id est quòd ius habeat petendi, iniustè denegabitur ei quod petit. Si autem nō habet ius petendi, non dicitur quis iustè petere, iuxta illud. Nam stultum est petere, quod possit iure negari, & alibi. Quod iustum est petito, vel quod videatur honestum. & ideo potest ei negari quod petit iniustè.

a In memoria habetur. q. 8.

REGVLA DECIMA.

QVòd excommunicati post absolutionem omnia iura, quae amiserant per excommunicationem, recuperant per absolutionem.

PRO.

Sup. 6. q. I. illi qui.
Sup. 3. q. 3. beatus.
Sup. 15. q. 6. nos sanctorum.
Ext. de haereti. sicut ait.
Ext. de testibus veniens.
Ext. de elec. quia diligentia.
Ext. de reg. iur. omnis res.
Ext. de concess. benef. non vacan. quoniam.

CONTRA.

Sup. 2. q. 3. §. hinc colligitur & §. notandum.
Sup. 25. dist. primum.
Ext. de haeret. vergentis.

SOLVTIO.

EXcommunicatus recuperat iura sibi competentia cum absoluitur, nisi publicatio bonorum facta fuerit post excommunicationem, vt in illa. vergentis. Sed licet recuperet iura, statum pristinae personae amittit, nec promouebitur: quia excommunicatio infertur pro contumacia, vt 11. q. 3. cer nm. Sed & contumacia in veteri lege morte mulctabatur. vt 11. q. 3. absit. & c. corripiantur. Hodie à promotione repellit. vt 54. dist. multos in fin. Item nulla poena maior est in ecclesia quam excommunicatio. vt 23. q. 4. corripiantur. ergo pro maximo delicto est infligenda. vt 33. q. I. non auferamus. Ideo cum constat illum fuisse excommunicatum, constat eum fuisse criminosum: ergo non est recipiendus ad ordines vel ad accusationes. vt 6. q. I. qui crimen. Attamen cōtrarium est verum, vt in illa, veniens, nisi qualitas criminis, pro quo fuit excommunicatus, inducat contrarium.

REGVLA VNDECIMA.

QVòd si quis promittat alicui, quòd eius stabit arbitrio, non tenetur illi iniquè praecipiēti obedire.

PRO.

Sup. 32. q. vlt. c. vlt.
Ext. de arbi. non sine multa.
Ext. de iureiu. veniens. & c. quoniam
ff. pro socio, si societatem vniuersarum.
ff. de oper. liber si libertus.

CONTRA.

Sup. 32. q. vlt. c. vlt.
Sup. 22. q. 5. iuramenti huius.
Ext. de iureiur. si verò.
ff. de arbitr. diem §. stari.

SOLVTIO.

IN sententijs interlocutorijs potest quis venire contra proprium factum, & si arbiter sit. vt ff. de re. iud. Paulus. & ff. de arb. diem in definitiuis minime. vt ff. de re iud. Paulus. In alijs autem contractibus potest quis factum suum, quod illegitimè fecit, retractare. vt ff. de re iud. nemo, nisi interdicatur à superiori illi, qui sciēter egit aliquid contra legem & canonem ne retractet factum suum. vt in illa, veniens. & alijs diuersis capitulis.

REGVLA DVODECIMA.

VBi certa forma desideratur, ea praetermissa, nihil agitur.

PRO.

Ext. de renunciat. c. I.
Ext. de presbyt. non bap. veniens.
Sup. 23. dist. quorundam.
Sup. de conse. dist. 4. in synodo.
Sup. 2. q. 6. §. diffinitiua.
Supra 32. q. 2. solet quaeri.

CONTRA.

Sup. 52. dist. solicitudo.
Sup. 30. q. 5. nostrates.
Ext. sacra non iteran. pastoralis.
Ext. de cler. per sal. promo. c. vno.
ff. de verb. oblig. quae extrinsecus.
C. de appellationibus l. I.

SOLVTIO.

FOrma illa omissa, quae exigitur ad rei substantiam nihil agitur. Si autem omittatur forma, quae est ad solennitatem inducta, secus est. vt in contrarijs. In sententijs autem omissio generalis formae, nocet: non autem omissio specialis formae, siue ordinis. vt C. de ap. l. I.

REGVLA XIII.

MAiori & saniori parti standum est.

PRO.

Sup. 62. dist. sane.
Ext. de testibus in praesentia.
Ext. de elec. cum nobis. & c. dudum.
Ext. de paroe c. & alien. paroe. c. I.
Ext. de his quae fi. à maio. parte. c. 2.
Ext. de renunc. cum inter Petrum.
ff. de iud. duos ex tribus.
ff. de arbit. si cui.

CONTRA.

Ext. de postul. gratum.
Ext. de testibus in nostra praesentia.
Sup. 19. dist. in canonicis.
Sup. 31. dist. Nicena.
Sup. 4. q. 3. sunt in crimine ver. testes
ff. de seruit. rust. praed. per fundum.

SOLVTIO.

QVòd in hoc articulo obtinet, notatur & in illo generali. a Omnium cōsensus est requirendus. In electionibus autem tria exiguntur, numerus auctoritas & bonus zelus. vt in illa, dudum. Et si zelus bonus sit ex vtraque parte, & ex vna parte sit numerus, & ex altera auctoritas, erunt aequales partes. vt in illo c. in canonicis. Si verò numerus, multum excedat, vincet auctoritatem. vt in illa. in nostra praesentia. Quòd in electionibus ferè obseruatur: nisi pauciores essent tantae prae-

a Sup. reg. I.

 eminen-

eminentiæ, vel prudentiæ in re super qua disputatur, quod æquiparentur pluribus. vt in illa. in præsentia.

REGVLA XIIII.

Consuetudinem Romanæ ecclesiæ non esse seruandam

PRO.

Ext. de sent. excom. per tuas.
Ext. de tempo. ord. subdiaconos.
Ext. de rebus eccle. non alie. si quis præsbyterorum.
ff. de off. præsid. sed & licet.

CONTRA.

Sup. 11. dist. nolite, & c. quis nesciat.
Sup. 12. dist. c. 1. & 2.
Ext. de sent. excom. cui.

SOLVTIO.

Non sunt sequendæ ex necessitate cōsuetudines Romanæ, nisi ille, quas apostolum Petrum sequi dignoscitur & ipse docet esse sequendas, vt in cap. nolite & 12. dist. c. 2. Nec quid Romanæ fiat, sed quid fieri debeat, attendendum est. vt ff. de off. præsid. sed & licet.

REGVLA XV.

Quòd multitudo dispensationem inducit.

PRO.

Sup. l. dist. vt constitueretur.
Sup. 1. q. vlt. quotiens.
Sup. 35. q. 3. quod scripsi.
Sup. 64. dist. commessationes.
Sup. 23. q. 4. ipsa pietas. & c. non potest.
Ext. de tempo. ordi. sane.
Et iuxta illud ob populum multum, crimen pertransit multum.
Ext. de cleri. excom. latores.

CONTRA.

Sup. 15. q. vlt. cum multæ.
Sup. de pœni. dist. 6. qui vult.
Sup. 32. q. 7. flagitia.
Ext. de reg. iur. quia multoties.
ff. de pœnis. aut facta. §. fin.

SOLVTIO.

Similitudo ignoret illud esse malum, quod fecit: instare debet prælatus monendo, prædicando, & puniendo factum, si possit. vt in illo. c. qui vult. Si autem multitudo sciat esse malum, quod fecit, & per vehementia defendat illud: tunc cessare debet verbum prædicationis, vsque dum vltio diuina viam præbeat prædicationi. vt in illo. c. non potest. & pœna est dissimulanda, vel minor inferenda, ne schisma suscitetur, vel graue scandalum oriatur.

REGVLA. XVI

Consuetudinem excusare à peccato.

PRO.

Ext. de testament. ad hæc.
Ext. de iudic. nouit ille.
Ext. de diuor. gaudemus.
Ext. de tempo. ord. sane. & c. cum secundum.
Ext. de caus. poss. & prop. cum ecclesia.
Ext. de his quæ fin. à præla. ea noscitur.
Sup. 32. q. 4. obijciuntur.

CONTRA.

Sup. 32. q. 7. flagitia.
Sup. 8. dist. consuetudo.
Ext. de simo. non satis. & c. cum in ecclesiæ.
Ext. de reg. iur. quotiens.
Ext. de consuet. cum inter.
Ext. de probat. sicut consuetudo.
Ext. de præben. cum non ignores.
Ext. de sent. & re iud. cum causa.

SOLVTIO.

In his quæ sunt iuris naturalis ac diuini, consuetudo non excusat. vt in illa. non satis, ad hoc quod dicit Augustinus, Male adinuentæ consuetudines tempore non confirmantur, sed magis sordescunt. vt in auth. vt nulli iudic. §. nulli verò. Si verò consuetudo inducatur contra ius positiuum, tunc si inducatur cōtra ius inductum in fauorem vtentium consuetudine. præiudicabit iuri. nec deliquerit, qui illam sequetur: quia vnicuique licitum est renunciare iuri suo, quod pro se est introductum. vt ext. de renunc. quidam. Si verò in fauorem aliorum: non poterit præualere iuri, nisi sit præscripta. vt in illa. cum in ecclesiæ. etiam si in fauorem ecclesiæ sit introducta. vt ext. de consuetudine. c. vlt. & Ext. de præscriptis. de quarta.

REGVLA XVII.

Magistratui esse obtemperandum.

PRO.

Sup. 11. q. 3. c. 1.
Sup. 8. q. 1. sciendum.
Sup. C. distinc. contra morem.
Sup. 19. dist. in memoriam.
Ext. de off. de leg. si quando & c. pastoralis.
Ext. de tempo. ord. ad aures.
Ext. de præscript, cum non liceat

CONTRA.

Ext. de tempo. ord. ex tenore.
Ext. de restitu. spol. literas.
Ext. de sent. excom. inquisitioni.
Sup. L. distinc. mandatum.
Sup. 11. q. 3. nō sempre & c. quid ergo. & c. cui est illata.
Sup. 23. q. 1. quid culpatur.
Sup. 12. q. 2. non liceat.

SOLVTIO.

Sententiæ excommunicationis latæ à suo iudice ante appellationem est obediēdum, siue iniustè feratur. 11. q. 3. si ante sententiam. & c. si episcopus. dummodo non contineat expressum errorem ext. de sent. excom. per tuas. Et idem in sententia suspensionis. Sed in sententia definitiua, dummodo ipso iure tenet sentētia hoc est, vbi à suo iudice est lata, & iustè, vel etiam ius ligatoris ledit sed aliàs debito modo est lata: necesse est obtemperare, vel appellare vt ext. de sent. & re iudic. cum inter. Item sententia præceptionis, cum præcipitur aliquid quod pertinet ad officium eius: obediendum est ei: alioquin non. vt 7. q. 1. quia frater. & ff. de reg. iur. factum à iudice. Et hæc, vbi non est certum id, quod præcipitur. esse iustum vel iniustū nam in dubijs est obediendum. vt 24. quest. 1. quid culpatur. si autem præcipiat quod iniustum est, & contra salutem subditi non tenentur ei obedire. vt. 11. q. 3. non semper. & in decre. literas. Si verò admoneat tantum, non inducet necessitatem admonitio. vt 14. q. 1. non debet.

REGVLA XVIII.

Licet ratione rescripti, quod aliàs non liceret.

PRO.

Ext. de accusat. qualiter a quando.
Ext. de ætate & qualit. eam te.
Ext. de confir. vti. vel inuti. porrecta
Sup. 23. quest. 3. rescripta.
Sup. 85. dist. Archidiaconum florentinum.
C. de eman-

C. de emancipa.nec auus.
C. de transac.causas vel lites.

CONTRA.

Ext. de appel.pastoralis.
Ext. de fil.præsbit.ex tuarum.
Ext. de cog.spirit.c.cogna.spirit.c.t
Ext.de offi.de leg.ex parte.& c.sane
ff. de leg.& constit. non est nouum.
C.de condict.indeb.si tutor

SOLVTIO.

Non valet rescriptum contra nouum vel vetus testamentum impetratum: quia non potest minor in maiorem statuere. vt 21.dist.inferior.& 11.q.3.qui resistit. licet Papa non posset interpretari doctrinam legis & euangelij, & ampliare,& artare interpretando.vt 28.q.idolatria. Item contra ius commune impetratum non valet: nisi tale sit, quod isti prosit, & nulli obsit.vt. 25.q.2. rescripta. vel dilactionem moratoriam concedat.vt.C.de præci.Imp.offe.quotiens vel nisi exprimatur in eo. Non obstante edicto tali.arg.ext.de rescriptis cæterum. & ff. ne quid in loco publico lege.1.§.si quis à principe.

REGVLA XIX.

Constitutiones tantum extendi ad futura.

PRO.

C. de leg.& constit.leges.
C.de iuram.cal.l.fin.
Ext.de constit.cognoscentes.& c.vlt.
Sup.33.q.3.dixit sacra.

CONTRA.

Ext. de vsur.cum tu manifestos.
Ext.de elec.eum in cunctis.
Sup.54.dist.ex antiquis.
C.de contrac.iud.in fine.
C. de pact.pig.l.vlt.

SOLVTIO.

Constitutiones ad præterita non extenduntur, nisi hoc dicatur in ijs. vt in illa.leges.Item nisi sint confirmatoriæ præcedentis constitutionis. vt in illa. cum tu manifestos.

REGVLA XX.

Fraus & dolus nemini debent patrocinari.

PRO.

Ext.de cogna.spirit.c.2.
Ext.de rescript.super literis.
Ext.de donat.inter dilectos.
Ext.de dol.& cont.ex literis.
Ext. de eo qui duxit in mat.propositum.
Ext.de appell.ex quorundam.& c.suggestum.
ff. de dol.ne ex dolo.
ff. de vsucap.l.3.§.vlt.
C.de repud.dubitum non est.
Iust. de his qui sui iur.sunt vel alien.in fin.

CONTRA.

Ext. de app. cum sit Romana.
Ext.de dol.& con.c.1.
Ext.de excep.cum ecclesiasticæ.
ff. de reg.iur.cum per delictum.
ff. de condict.sine causa auunculo.
ff.de dol.l.1.§.non fuit.
Sup. 22.q.2.vtiiem.
Sup. 22.quæst.4.vt.pridem.

SOLVTIO.

Prima regula vera est: quia dolus non debet alicui patrocinari: nec auditur ille, qui turpitudinem suam allegat, vel dolum à se commissum. vt in illa. inter dilectos.Et si ei tradita sit res ex contractu dolo eius inito, reuocabitur per actionem de dolo ff. de dolo per totum. & arg.extra de re. permut.cum vniuersorum.hoc est verum si ille cum quo contraxit dolosus particeps doli non fuit. Si enim fuisset doli particeps, tunc, licet actori non prodesset dolus contra reum, prodent tamẽ reo cõtra actorem, propter regulam, quæ dicit. Quod in pari causa turpitudinis potior est conditio rei.vt in illa.cum par delictum. Et hoc est quod dici consueuit, prodest dolus resistenti. vt puta, si inuetur commodo possessionis,propter aliam regulã, quę dicit. In pari causa turpitudinis potior est conditio possidentis. vt in illa. auunculo. Et ita intelligitur dec.ext.de excep.cũ ecclesiasticæ.cum suis cõcordantijs. Quãdo dolus cõmittitur extra. contractum, sic agendum est, quod dolosus non lucretur ex suo dolo. vt in illa.super literis.

REGVLA XXI.

Quòd puniendus est quis pro delicto alterius.

PRO.

Sup. 6. q.1.§.verum.
Sup. 1.q.4.§.[a] item peccato.& c.homini.
Sup. 15.q.vlt.cum multæ.
Sup. 20.q.vlt.[b] cum multi.
Sup.23.q.5.cum homo.
Sup. de consec.dist.1. in sancta.
Ext. de elec. innotuit.
Ext. de off. de leg.sane.
Ext.de spon.non est nobis.
Ext. de fil.præsbyt.præsentium in fi.
Ext.de hæreti.vergentis.
ff.de calum.hæc actio.
ff.de muner.& hono.qui origenem.§.filius.

CONTRA.

Ext. de his quæ fi.à maio.par.quæsiuit.
Sup.1.q.4.nullus.& c.crimen.
Sup.56.dist.satis peruersum.
Sup. 24. q. 2.§.si habes.
Sup. 11.q.3.illud plane.
Sup. 2.q. 5.interrogatus.
ff.de in ius vocan.adoptio.§.fi.
ff. de ritu.nup. generali.
ff.de aliena.iud.mut.causa.fac.l.1.
C. de pœnis. sancimus.

SOLVTIO.

Nullus punitur æternaliter pro peccato alterius. vt in c.nullus.sed temporaliter quãdoq; punitur quis, vel propter enormitatem delicti. vt in §. verum. vel propter terrorem. vt in c. cum multi.

[a] text.impres.habet. c.eccles.§. itẽ peccato.
[b] No ext.

REGVLA XXII.

Solẽnitates iuris posse remitti de consensu partium.

PRO.

Ext. de elec.cum nobis.
Ext. de restit.spol.literas.& c.licet.
Ext. de testam. requisiuit.
ff. de ferijs.l.1.
Ext. de offi.de leg.gratum & c.de causis.
C.de temp.& reper.app.l.vlt.in fin.
C.de epis.& cler.auth. general.in fi.

CONTRA.

Ext. de for.compe.si diligenti.
Ext. de sen. excom. contingit.
Sup. 2.q.7.alienus.
ff. sol.matri.alia.
ff.de postul.quos prohibet.
C.de iuram.cal.l.52.§.quia.

SOLVTIO.

Partes possunt renunciare illis solennitatibus, quæ in eorum fauorem sunt introductæ: non autem illis

ᵃ quæ ob bonum publicum & pro communi omnium vtilitate.vt patet in contrarijs.

a Eſſentia lia a cotra ctibus per publico intro ducta non ſunt in con trahentium poteſtate.l. pacta conuenta. de empt & l. nemo poteſt de leg. 1.

REGVLA XXIII.

CONceſſo principali, concedi & acceſſorium.

Pro.

Ext.de cler.coniug.quod te.
Ext. de ſo.compe.ſi diligenti.
Ext. de do.int.vi.& vx.de prudētia.
Ext. de fid.inſtr.inter dilectos.in fin.
Ext. de of.de leg. præterea & c.prudentiam in fi.
ff. de iuriſd. om.iud.l.2.
ff.de re iud.quidam.
ff.de reg. iur.cum principale.
ff.de off.eius cui man.eſt iuriſd.l.fin.
C.de vſur.eos.
C.de leg.& conſt.non dubium.

Contra.

Ext. de conuerſ. coniug.quidam intrauit.
Sup.de pœnit.diſt.1.ſicut primi.
Sup. 25.diſt.primum.
Sup. 20.q.3.conſtituit.
ff. de poſtli. l. 1.& l. prædia.
ff.de re iud.à Diuo.
ff.de alimen.leg.alimenta.
ff. de fundo inſtruct.leg.l.prædia.

Solvtio.

VBi acceſſorium conſiſtere poteſt.ſine principali,cōceſſo principali, conceditur acceſſorium: ſed non tolletur ſublato principali. Si verò tale eſſet, quod non ſine principali conſiſtere, conceſſo principali, illud conᵇ cedetur: & reuocato, reuocabitur. vt in illa. inter dilectos.In illo enim c.conſtituit.non erat principalis intētio inſerendi bona, ſed religionem ſuſcipiendi. & ideo contradicit.

b Addita mente: ſequūtur ea, quibus ſūt propria.

REGVLA XXIIII.

RES inter alios acta alijs non preiudicat.

Pro.

Sup. 24. q.1.ſubdiaconus.
Sup.15.q.3.nemini.
Sup. 2. q. 5.interrogatum.
Ext. de offi de leg.ſuper eo.
Ext. de ſen.& re iud.cum ſuper.
Ext. de tranſac.iuuenis.
Ext. de iud. at ſi elerici.
ff. de lib. cauſa.ſi vſumfructum.
ff. quib.ex cauſ.maio.lucius
C. res inter.al.acta per totum.
C. quibus res iud.non noc.res inter.

Convra:

Exn. de accuſat.de his criminibus.
Ext. de ſen.& re iud.cum ſuper.
Ext. de rapt. in literis.
Ext.de verb.ſig.abbate.
ff. de libe.cauſa diuus.
ff de liber.agno.ſi parens.
ff. de inoff. teſtam.Papinianus.§.fin.
ff. de re iud.ſæpe.
ff. de præto.ſtip.l.2.in princ.

Solvtio.

REgulare eſt,quòd res inter alios acta alijs non præiudicat.fallit tamen in caſu, vbi ratione latę ſententiæ inter alios res per executorem datur illi, pro quo lata eſt ſententia,vt in illa.cum ſuper. Tunc enim tollitur poſſeſsio illi, contra quem non fuit lata ſententia, vt in illa.cum ſuper.In omnibus autem caſibus,in quibus ex ſententia fit ius:vt puta in cauſa liberali:quia ex quo quis pronunciatur liber, vel ingenuus,nullus de cætero poterit illum ſuper libertate impetere. vt in illa. diuus.Itē in cauſa filiationis:quia ex quo quis pronunciatur filius alicuius eſſe, nullus de cætero poterit ſuper hoc quæſtionem mouere. vt in illa.ſi parens.Item in quæſtione inofficioſi teſtamenti.vt in illa. Papinianus.Item in accuſatione . quia ſemel obſolutus non reaccuſabitur .vt in illa . de his.Item in ſententia lata pro conſuetudine. vt in illa. abbate . Item ſi primum accuſatio vel defenſio competit alicui, & tunc ſuſtinet ſequentem agere: fit ei præiudicium:& qui patitur eum,à quo cauſam habet, experiri.vt ext.de ſen.& re iud.quamuis

REGVLA XXV.

RES inter alios acta, alijs non prodeſt.

Pro.

Ext. de offi.de leg. quoniam abbas lanceſt.
Sup. 2.q. 6.ei qui appellat. §.difinitiua.
C.quib.res iud.non noc.res inter.
C.de præſcrip.30.vel 40.an.l.vlt.

Contra.

Ext.de elec.ſuper eo.
Ext.de accuſat.ſuper his
Ext.de verb.ſig.abbate,
Sup. 6.q.1.infames.
ff.quemadmod. ſeruitut.amit. ſi communem.
ff. ſi ſeruit. vind. loci. §.2.
ff. ad l. Iul. de adult.denunciaſſe.
ff. de nautæ. cau.l.fi.§.fi.
ff. de inoffi.teſtamen.poſthumus. C. ſi quis.

Solvtio.

PRimum eſt regulariter verum, contraria ſunt exceptiones de regula.

EGVLA XXVI.

VBi aliquorum præſentia exigitur, in eorum abſentia nihil agi poteſt.

Prò.

Sup 63.diſt.obeuntibus.
Supᶜ 22.q.2.animaduertendum.
Ext.de off.de leg.cauſam matrimonij.
Ext. de elec.quod ſicut.& c.venerabilem.
ff. de re.iud. duo ex tribus.
ff.de tranſac.cum bi.§. ſi prætor.
ff.ad l. Aquil.l.3.
C.de teſtam.ſi vnus.

c Nam ſcrip.24. q.1.

Contra.

Sup.15.q.7.felix.
Sup.64.diſt.c.1.2.& penul.
Ext.de tempo.ord.ſi Archiepiſcopus.
Ext.de elec.cum inter.
Ext.qui matr.accuſ.poſſ.videtur.
C. de repud.bon.poſ.l.1.
C. de poſtul. velamento.

Solvtio.

PRæſentia alicuius deſideratur duobus modis. Aut propter neceſsitatem, & tunc vera eſt prima regula: aut propter honeſtatem, &talis abſentia non viciat factum, vt in contrarijs.& 32.q.2.honorantur.

REGVLA XXVII.

QVòd eſt licitum in genere, non eſt licitū in ſpecie.

Pro.

Ext. de off. ord.ſi ſacerdos.
Sup. 8.q.2.quod autem.
Sup. 13.q.2.non æſtimemus.
ff.de quæſtion.l.1.§.qui quæſtiones.
ff. de iuriſj.item apud §.cui.

Con-

CONTRA.
Ext.de appell.inter cætera.
Ext.de rescrip.ad hæc.
Ext.de dol.& contu.ex literis.
ff.si quis caut.sed & si §.quæsitum.

SOLVTIO.

QVod licitum est in genere, & econuerso: nisi diffensus ad specialia occasionem mali inducat. vt patet per exempla polita in prima parte Rubricæ. & C. quæ res pig.oblig.poss.l.1.

REGVLA XXVIII.

QVòd licet transigere in spiritualibus.
PRO.
Sup.54.dist.generalis.
Ext.de off.de leg.si.quando.
Ext.de præben.nisi essent.
Ext.de transac.veniens. & c.de cætero.
CONTRA.
Ext.de transac.super eo. & c.præterea. & c. contingit.
Ext.de.pact.cum pridem.
Ext.de simon.querelam.
Sup.1.q.2.quàm pio.
Ext.vt.eccles.benefi.sine dimin.confe. c.vnico.

SOLVTIO.

TRāsactio interuenire in spiritualibus nō potest, sed amicabilis compositio.vt in illa. super eo.Quod autem dicitur in illa.de cætero. & in illa si quando. factū respicit,non ius. Quòd verò in illa.de cætero.& in illa nisi esset.dicitur,habet locum,vbi absque partium pacto per iudices fit talis dispositio Magister Laurentius dixit, quod si agatur super re spirituali tanquam super beneficio, habent locum præmissa. si verò tanquam. super propietate, posset fieri transactio, ita quod spirituale daretur pro spirituali, quia possunt in tali casu spiritualia permutari.vt ext.de rei.permut.ad questiones.

REGVLA XXIX.

SI præstem patrocinium petenti rem meam,facio mihi præiudicium.
PRO.
Ext.de transac.ex literis.
Ext.de his quæ fi.à maio.par.ex ore.
Sup.63.dist.cum Hadrianus.
ff.de in off.test.l.vlt.
CONTRA.
Ext.de rer.permut.cum vniuersorum.
ff.de re vind.inter officium.
ff.de iud.sæpe.
ff.de pig.act.Gaius.

SOLVTIO.

DIstingue scientem & consentientem ab ignorante, quia ignorantia facti nulli nocet.vt ff.de iur.& fact. igno. error facti, nisi esset supina. vt ff.de iur. & fact. igno. regula.§.1.

REGVLA XXX.

VTilem simulatione permitti.
PRO.
ff.de dolo.l.1.
Ext.de conuers.coniug.carissimi.
Ext.de his quæ vi.met.prel itum.
Sup.de consecr.dist.2.accesserunt.
Sup.22.q.2.vtilitatem 2.
CONTRA.
Sup.22.q.2.quotiens.

Sup.27.dist.quod interrogasti.
Ext.de regular. & transe.vidua, & c.vt clerici.
Ext.de elec.cum causam.
Ext.de donat.inter dilectus.

SOLVTIO.

DOlus,fraus, & simulatio æquiparatur, & sunt nomina actiua, ac nunquam permittuntur per canones,quia illicita sunt, & canon non permittit illicitum. vt 23.q.4.qui peccant. liquando autem fraus seu simulatio vocatur quædam astutia in deuitando periculo. vt in illa. prelatum. vel in redigendo alio in angustias, vt satisfaciat.vt in illo.vtilitatem.

REGVLA XXXI.

AD consequentiam asse trahendum quod aliquibus præcipitur, aut indulgetur.
PRO.
Ext de iur.cal.inhærentes.
Sup.23.dist.in nomine domini.
Sup.22.q.1.§.his itaque.
Sup.26.q.1.non exemplo.
Sup.16.q.1.hinc.est. & c.predicatur.
Inst.de. iur.nat.§.plane.
C.de fidei.com.liberta.l.penul.
ff.de iur. & fac.ig.regula.§.fin.
CONTRA.
Sup.50.dist.purgabis.
Sup.51.dist.miramur.
Sup.6.dist.ad b eius vero.
Ext.de sen. & re iudic.in causis.
ff.de leg.& const.iura.

b Nusquam apparet in textu non Pontifico.

SOLVTIO.

IVs commune porrectum omnes contingit: iuxta illud. Quod vni dico omnibus dico. Si autem aliquid alicui contra ius commune concedetur, personam eius non excedit. vt in contrarijs.

REGVLA XXXII.

QVod delictum prælati non redundat. in damnum ecclesiæ.
PRO.
Sup.16.q.5.si episcopum.
Ext.de deposito,grauis.
Ext.de rest.spol.requisiui t.
Ext.de iura.cal.impertactandis,
Ext.de donat.fraternitatem.
CONTRA.
Ext.de arbitris.dilecti.
Ext.de donat.inter dilectos.
Sup.26.q.2.ita nos.
C.de sacrosc.eccles.iubemus.

SOLVTIO.

DElictum quod consistit.in omittendo, redundat in damnum ecclesiæ: puta, si omittat interrumpere præscriptionem. Delictum verò quod consistit in faciendo: puta si occidit hominem,vel simile quid fecerit:non redundat. nisi fortè vniuersitas tota deliquerit. vt in illo.ita nos. & in illa. iubemus. vel nisi agetur pro vniuersitate, & constitueretur aliquid pro vniuersitate.

REGVLA XXXIII.

IVdicem non esse recusari sine causa.
PRO.
Ext.de his,quæ fi.à maio.par.c.1.
Ext.de eo qui mit.in poss.cum sicut.
Ext.de app.post remo & c.secundo requiris.
CONTRA.
Ext.de elec.quia diligentia.
Ext.de app.super eo. & c secundo requiris.
Sup.2.q.5.quia suspecti.§.fin.

a text: habet a videns.

C.quando

C.quando Imp.inter pup. & vid.l.1.§.fin.
C.si quacunque præd.pot.l.1.
C.de iud.apertissimi. & auth.Si vero contigerit.
ff.ad municip.l.2.
ff.de lega.2.si quando.

SOLVTIO.

VBi remouetur appellatio, non admittitur recusatio: nisi interponatur à manifesto grauamine. & ita reijcitur sicut remota appellatione: non admittitur appellatio: nisi causa subsit, & assignetur, & probetur. vt in illa. secundo requiris. quia remota appellatione, recusatio intelligitur remota. vt in illa. super eo. aliter non est necesse causam appellationis assignare. vt in illa. secundo requiris. §. fin. Sed certè causa recusationis semper hodie est admittenda. vt ext. de app. cum speciali.

REGVLA XXXIIII.

PRocedendum esse absque personarum acceptione.

PRO.

Ext.de iudic.nouit.
Ext.de constit.cum omnes.
Ext.de mutuis pet.ex literis. & c.sequenti.
Sup.2.q.3.si quis præsbyter.
Sup.1.q.vlt.§.hinc Petrus.

CONTA.

Ext.de off.ord.pastoralis.
Sup.2.q.vlt.quisquis.
Sup.8.q.1.illud inferendum.
Sup.40.dist.homo Christianus.
Sup.24.q.1.qui contra pacem.
ff.de pœnis.maiorem. & l.quædam.

SOLVTIO.

QVantum ad finitiuam sententiam, nō est acceptio personarum habenda. imò ita iudicandus est magnus, vt paruus. vt in illa. nouit. In processu autem negocij, & in personarum executione poterit certa ratione personarum acceptio habere locum. vt in illo quisquis.

REGVLA XXXV.

FRustra petit debitum, qui quod debet, non impendit.

PRO.

Ext.de vsur.frustra.
Ext.de app.an sit.
Ext.de relig.do.constitutus.
Ext.de iura.cal.peruenit.
Ext.de mut.pet.c.1. & 2.
Ext. de adult. & stup.intelleximus
Sup.95.dist.esto.subiectus.
Sup.35.q.6.nihil.
C.de transac.si quis maior.
ff.de compensat.per totum.

CONTRA.

Sup.33.q.1.noli.
Sup.34.q.5.quod deo.
Ext.de rest.spol.in literis.
Ext.de iure iur.debitores. & c.tua.
Ext.de diuor.significasti.
ff.de furt.qui vas.§.si ego.

SOLVTIO.

NOn præstans vel soluens debitum, si petat id, quod sibi debetur, repelletur opposita, compensatione. si debitum sit liquidum. vt C. de cōpensat. l. fi. Idem est in dolo, quia qui actione de dolo tenetur, non aget de dolo (ff. de dolo. si dolo) si eadem re dolus cōmissus sit: si autē in diuersis, secus, vt in c. in literis. Idem in criminibus. vt in illa intelleximus. & in illa. significasti. Sed contingit etiam contra propter fauorem patrimonij.

REGVLA XXXVI.

CEleritatem esse amplectendam.

PRO.

Sup.2.q.1.sicut.
Sup.5.dist.baptizati.
Ext.de sen. & re iud.iurgantium.

CONTRA.

Sup.50.dist.ponderet.[a]
Sup.28.dist.c.1.
Sup.30.dist.communis.
Sup.27.q.1.si homo esses.
Sup.q.5.[b] iudicantem.
Sup.11.q.3.cum apud. & c.illa.
ff.de nouat.doli.in fin.

a Celeritas [illegible]

SOLVTIO.

FEstinandum est, ne quid tarditus iustō fiat. vt. 27. q. 2. qui oblationes. Vbi autem canon vel lex dat dilationem, non debet dici mora, sed potius tempus debitum rebus talibus adscriptum. vt ff. iud. si debititori.

b in Ma[illegible] 31.q.4.

REGVLA XXXVII.

EI subeundam esse talionem, qui inscribit.

PRO.

Ext.de simon.licet Geli.
Ext.de causa.super his.
Sup.2.q.3.calumniator.
Sup.2.q.8.quisquis.
C.de accusat.l.vlt.

CONTRA.

Sup.4.q.3.§.aliquando.
Sup.25.q.3.de crimine.
Sup.33.q.3.hæc imago.
Ext.de accusa.super.his.
ff.de accusa.leuia.
ff.de his quibus.vt indig.tutor.
C.de abig.l.vna.
C.de accusa.l.2.
C.de fal.mon.l.2.
C.de sepul.viol.l.fin.
C.de Iudæis.ne quis.
C.de pacta.apostatarum.

SOLVTIO.

REgulare est, quòd inscribendum sit sub pœna rationis, vbi accusatio instituitur, secunnum, quosdam fallit tamen in contrarijs. Nempe in crimine abigeatus & in ijs casibus in quibus mulieri conceditur accusare non exacta subscriptione, vt C. qui accusa. non pos. de crimen. & C. de calumniat. l. 2.

REGVLA XXXVIII.

SPoliatum ante litis ingressum esse restituendum.

PRO.

Sup.3.q.1.per tot.
Ext.de ord.cogit.cum dilectus.
Ext.de rest.spol.licet & c.ex conquestione.
ff.de commodat.l.ita.
ff.de vi.pu. quæ recusat.

CONTRA.

Ext.de rest.spol.literas, & c.ex transmissa. & c.accepta.
Ext.de ord.cog.intelleximus.
Ext.de deuor.significasti.
Sup.2.q.1.in primis.
C.de.donat.inter vir. & vxo.maritus.

SOLVTIO.

REgulare est, quod spoliatus ante litis ingressum principaliter sit restituendus, si tantū probet se esse spoliatum,

ſpoliatum, & poſſediſſe eo tempore, quo ſpoliabatur. vt ext.de offic.deleg.conſulationi.fallit tamen hoc.vbi petenti reſtitutionem vxoris opponitur conſanguinitas, quia fit reſtitutio, quantum ad familiam, & non quantum ad thorum, ſi probationes ſunt paratæ.vt in illa intelleximus. & fallit, vbi vxor repulſa adulteratur. vt in illa.ſignificaſti.Item. vbi vir qui petit reſtitutionẽ eſt ſuſpectus. vt in illa. ex tranſmiſſa. Item vbi renunciauit quis poſtea rei ablatæ voluntariæ. vt in illa.accepta.Item vbi ſcandalum timetur. vt in c.in primis. Itẽ vbi ſimul agitur ſuper poſſeſsione, & propietate: quia lata ſententia præualet proprietas in executione.vt ext. de poſ. & propriet.cum dilectus.

REGVLA. XXXIX.

PRoniora ſunt iura ad abſoluendum, quám ad condemnandum.

PRO.

Sup.35.q.9.loci.
Sup.de pœnit.diſt.7.baptizati.
Sup.l.diſt.poſquam & c.abſit.
Sup.23.q.4.eſt.iniuſta,& c.duo.
Ext.de elec.Oſius epiſcopus.
Ext.de ſpon.& mat.veniens.
Ext.de ſortilig.ex duabus.
ff.de off.præſid.obſeruare.
ff.de rei vind.officium.

COTRA.

Ext.de probation. ex literis.
Ext.de reg.iur.eſtote.
Ext.de ſi.inſtr.inter dilectos.
Ext.de cauſ.poſ.& proprie.c.3.
Sup.27.q.7.ipſa pietas.
Sup.25.q.vlt.alligatum.
ff.de pœn.reſpicindum.
ff.de act.& oblig.Arianus.

SOLVTIO.

REgula præmiſſa vera eſt, vbi pares ſunt probationes.tunc enim potior eſt rei conditio, præterquam in cauſa liberali. vt in illa.ex literis. & in cauſa inofficioſi teſtamenti.vt ff.de inoff.teſta.ſi pars iudicantium: vbi indiſtinctè tenet ſententia lata pro teſtamento.niſi ſint pares iudices, & diuerſas ferant ſententias. & idem dicendum eſt in matrimonio: quia res fauorabilis eſt.ext.qui matrim. accuſ.poſſeſſ. videtur.ideò que ſiue iudices diſcordant, ſiue teſtes, portior eſt pars illa, quæ ſtat pro matrimonio. Vbi autem actor probat intentionem ſuam, & reus nihil probat contra:conſtat vincere actorem, eumque potiorem haberi. vt in illa. officium. In allis verò contrarijs ideo dixi duriorem inueniri conditionem rei, quia ex ſpecie facti præſumitur aduerſus eum,vel propter periculum animæ certior pars capitur.vt in illa. Oſius. & in c.baptizati.Illud tamen obſerua, quod duobus iudicibus ordinarijs diuerſa iudicantibus tenet ſententia pro reo, & non pro actore:niſi in 4.caſibus.in dote,libertate, teſtamento, matrimonio. Si verò ſint iudices dilegati, conſulitur ſuperior: ſi arbitri, neutrius tenet ſententia. vt ext. de ſentent.& re iud.c.vlt.

REGVLA XL.

VNum duarum perſonarum vicem ſuſtinere non poſſe.

PRO.

Sup.4.q.4.c.1.
Sup.16.q.1.præſbyteros.
Sup.89.diſt.ſinguli.
Ext.de teſtibus.inſuper.
Ext.de præbend.quia in tantum
ff.de pac.ſi plures.
C.de aſſeſſ.nemo.

CONTRA.

Ext.de proba.ex literis.
Ext.de elec.in cauſis.
Sup.21.q.2.relatio.
Sup.30.q.1.ad limina.
Sup.q.3.vnio.
ff.de adop.ſi conſul.
ff.quod cuiuſque vniuerſ.item eorum.

SOLVTIO.

IN his quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, interdum gerit quis vices plurium perſonarum. vt in illa.ſi conſul. & in his, quæ extra iudicia gerũtur iure priuatarũ perſonarum:niſi ratione vnius iuriſdictionis gerat quis vices plurium perſonarum. vt in illa.in cauſis.In iuriſdictione autem contentioſa non poteſt quis vicẽ plurium perſonarum gerere. vt 3. q.4.c.1.& 2. & multo minus in officijs ac beneficijs eccleſiaſticis.vt in illa.quia in tantum. quia nemo pro vno homine vix condignũ, nedum nimiò boni pſtare poteſt: & quia negationis & turpis lucri maculã habet.vt 21.q.1.c.2.Item.in alijs caſibus in iure hoc exprimentibus.

REGVLA XLI.

QVi occaſionem dat damni, damnum dediſſe videtur.

PRO.

Ext.de homicidio de cætero.
Ext.de teſtibus.ſicut
Sup.86.diſt.paſce.
Sup.1.q.1.placuit. & c.vnuſquiſq;.
Sup.8.q.5.de occidendis.
Sup.50.diſt.ſtudeat & c.hi qui. & c.ſæpe.
Sup.27.q.2.ſi tu abſtines.
ff.ad 50.aquil.qui occidit.
ff.ad 50.cor.de ſica.nihil intereſt.
ff.6.bon.rap.50.penul.§.ſi.quis in ſi.

CONTRA.

Ext.de conceſ.præbend.quia diuerſitatem.
Ext.di diuort.ſignificaſti.
Sup.33.q.5.de occidendis.
ff.de ſeruo corrup.Neratius.
ff.de furt.50.verum.
ff.de act.emp.ſi ſterilis.§.cum vere.

SOLVTIO.

IN præmiſſa regula ſupplendum eſt. Qui occaſionẽ damni dat,cum culpa.& ſic ſoluitur c.illud de occidẽdis.Item is, qui occaſionem damni dat cum culpa, videtur dediſſe damnum, ſi dedit occaſionem proximã. ſecus, ſi remotam. vt in illa.Neratius. Quando autem aliquis dat occaſionem mortis: quantum ad inductionem irregularitatis, diſtinguitur.quia ſi dabat operam rei illicitæ, imputatur ei: ſi vero rei licitæ & adhibuit diligentiam, quam debuit:non imputatur ei.vt ext.de homic.ex literis.& c.tua nos.& c.vlt.Illa autem.ſi ſterilis,loquitur in contractibus, & non in delictis.

REGVLA XLII.

DE ſe confeſſo non creditur ſuper crimine alterius.

PRO.

C.de accuſa.l.vlt.
Ext.de teſtibus.veniens.
Ext.de adult. & ſtu.ſignificaſti.
Sup.2.q.5.interrogatum.
Sup.15.q.3.nemini.
Sup.4.q.3.placuit.§.item in criminali.
ff.de quæſtio.maritus.

CONTRA.

Ext.de teſtib.quoniam.

C.de

C.de ferris.prouinciarum.
C.de fal.mo.l.1.
C.de malef.& manich.l.fi.
ff.de custo.& exhib.reo.Diuus.

SOLVTIO.

PRima regula obtinet regulariter. Cõtraria sunt specialia. Vel non creditur alcui de se cõfesso super alieno crimine, quantum ad certam fidem faciendam, sed qualem coniun&curam inducere.

REGVLA XLIII.

TEstimonium vnius non valere.

PRO

Ext.de testib.veniens.
ff.de quæstion.maritus.
Sup.33.q.2.admonere.
Sup.4.q.3.placuit.§.item.incriminali.

CONTRA.

Ext.de testib.cog.præterea.
Ext.de procur.ex insinuatione.
Sup.1.q.vlt. didicimus.
Sup.8.q.3.talia.
C.ad l.Corn.de fal.si quis decurio.
ff.de dote.præleg.Theopompus.

SOLVIO.

VNi fides extra iudicium adhibetur absque præiudicio alterius. In iudicio autem nõ creditur vni: quia ibi fieret præiudicium illi, cõtra quem testificatur. Tamen propter dictum vnius poterit spectata causę qualitate sacramentum deferri. vt in illa. ex insinuatione. In casibus etiam specialibus, præcipuè in ijs, quæ in nullius detrimentum, & producentis cõseruationem vergunt, & quæ nõ solent nisi ab vno videri, aut quæ aliàs aliter expediri nõ valent, & res est modici præiudicij: creditur vnius testimonio. vt in illa. præterea. & in illa. si quis decurio. & in illa. Theopompus. Item si dubitatur de aliquo instrumento, creditur tabellioni, si dicat à se conscriptum instrumentum.

REGVLA XLIIII.

QVemlibet de vniuersitate admitti in testimonium pro ea.

PRO.

Sup.14.q.2.super prudentia.
Sup.12.q.2.qui manumittitur.
ff.de rer.diuis.in tantum.§.1.
Inst.de lega.§.legatarius.

CONTRA.

Sup.2.q.6.§.biduum.
Sup.4.q.3.§.nullus idoneus.
C.de testib.omnibus.
ff.de testib.idonei.

SOLVTIO.

a Vide Cy. in l parentes in vlt. q C. de testibus.

QVi in causa vniuersitatis a fert testimonium, pro nullo de vniuersitate hoc fert. ergo nec pro se: quauis pars sit vniuersitatis. ff.ad l.Iul.maiest. quisquis. Et hoc verũ est maximè in his, quæ agũtur secreto in vniuersitate, nec possunt per alios extraneos probari. ext.de probat.tertio loco. Nam ea, quæ fiunt in domo probantur & per domesticos. vt C. de administr.tuto. lex quæ tutores. §. ante. & C.de repud. consensu. §. super. Si verò commodum, vel incommodum, singulorum de collegio respiciat: non est is admittendus, vt in illa. nullus idoneus. & in illa. omnibus.

REGVLA XLV.

TEstes non esse cogendos.

PRO.

Ext.de testibus cogend.super eo.
Sup.10.q.2.precariæ.
Sup.2.q.1.si peccauerit.
Sup.2.q.7.statuendum.in fi.
Sup.22.q.2.ne quis.in fi.

CONTRA.

Ext.de testib.cog.c.1.2.& penul.
Ext.de crimine fal.falsidicus.
Ext.de testibus intimauit.
Sup.23.q.2.c.1.& c.quanquam.
Sup.11.q.3.quisquis.
ff.de testibus.l.1.

SOLVTIO.

VAriæ sunt sententiæ circa hanc materiam Hoc tamen inter cætera est tenendum, quòd si veritas per alios nõ posit aperiri, compelluntur & clerici præferre testimonium, ne veritas occultetur. & eo, qui vult producere testes, dicẽte per alios veritatẽ liquere non posse: is qui dixerit oppositũ, tenetur probare sua affirmatiuam. vt ex.de elec.bonæ. & 6.q.vlt.actor.

REGVLA XLVI.

EXemplũ instrumẽti non exemplatum non valere.

PRO.

Sup.6.q.2.actor.
Sup.25.q.2.sancimus.
Ext. de fid. instru. si authenticam.
C.de diuersis rescrip.sancimus.
C.de eden.si qn s in aliquo.

CONTRA.

Ext.de priuileg.cum olim.
C.de testa.plubicati.
C.de iur.emph.L.vlt.Respon.
ff.de administ.tutto. chirographis.
In auth.vt frat.filij.§.illud.

SOLVTIO.

NOn valet exemplum ad probationem, nisi exemplatum in actis, vt est exepressum extr. de fide instrum. cap.vltimo.

REGVLA XLVII.

TAciturnitatem habendam pro consensu.

PRO.

Sup.54.dist.si seruus.
Sup.28.dist.diaconi.
Ext.de præsnmpt.nonne.
Ext.de frig.& malef.accepisti.
ff.de re iud.sæpe.
ff.de euic.quidam.
ff.de don.inter virum. & vxo. si seruus cõmunis.
ff.manda.si remunerandi.§.si passus. & L.qui patitur.
ff.de rem ra.habe.Idem a respondit.
C.de condi.indeb.indebitum.

a In aliis lib. est nonnum.Sed tamen.

CONTRA.

ff.de furt.qui nascitur.§.necare.& L.vlt.
ff.de procur.vel familia.§.inuitum.
ff.quibus mo.pig.vel.hypo.sol. sicut re corporali. §.non videtur.
Ext.de præscrip.nihil prodest.
Sup.86.dist.tanta negligentia.
Sup.de consec.dist.4.cum pro paruulis.

SOLVTIO.

TAcere medium est expressa contradictionem, & consensum apertum. Vnde qui tacet non fatetur. sed

sed contradicit. vt ff. de regulis iuris. qui tacet. Quandoque tamen propter fauorem habet se ad consensum. vt in capit. si seruus. quandoque ad contradictionem propter odium. vt in §. inuitum. præiudicatur tamen tacenti super indicia: si patiatur suscipi iudicium super ea re cuius defensio pertinet ad eum vel principaliter, vel secundario. vt in illa. sæpe. & ext. de re iudic. sæpe. Quamuis & aliter præiudicatur ei, si sua contradictione posset impedire facientem aliquid in præiudicium suum sine fraude. Si autē faciens in fraude versaretur: secus est. vt in illa. qui nascitur §. necare. quia nō nocet taceti. Si aūt non posset impedire faciētem contradicendo, etiam si non versetur in fraude faciens, tamen nō fit præiudicium tacenti. Si tacente aliquo rem eius vendam, nō nocet, & si non contradicat: quia vendere possum quantum ad miei præiudicium etiam si contradiceret. vt. ff. de contrahen. emp. alienam. Non ita, si donem: quia res aliena non potest donari. vt ff. de donan. in hæredibus.

REGVLA XLVIII.

QVod de vno negatur, de altero non negato conceditur.

PRO.

Ext. de præsump. nonne.
Sup. 15. q. 3. ex eo.
Sup. 27. q. 2. lex diuinæ.
Sup. dist. 25. qualis hic quisque.
ff. de procurat. mutus. §. 1.

CONTRA.

Ext. de transla. episc. inter corporalia.
Sup. 24. q. 2. sane.
Sup. 23. q. 4. forte.
Sup. 22. q. 1. hoc in mulieribus.
Sup. 22. dist. hospiciolum.
Sup. 11. dist. disciplina.
ff. de procur. Pomponianus. §. 1.

SOLVTIO.

REgulæ istæ habent locum in imediantē contrarijs: quia si vnum cōtrariorum immediante est bonum reliquum est malum. vt in c. hospiciolum: dnmmodo illa cōtraria, sint species diuersorium generum, vt sunt virtus & vitiū: vel vbi sunt vicia tantū. vt auaritia, prodigalitas, &c. Secus in virtutibus. At si sunt eiusdem generis. vt nubere, & non nubere: sunt quidam cōtraria opposita, sunt species eiusdem generis: & vtrunque est bonum. vt. 27. q. 2. sic enim. Vnde minime sequitur, quod si concedatur nubere, inde intelligi prohibitum aliàs, ne nubatur: quia vnum connexorum non intelligitur diuersum à reliquo. Vnde quicquid dicitur de vno connexorum, & de reliquo dictum intelligitur. vt ext. de constit. translato. & idem in similibus. vt ext. de rescrip. inter cæteras in fi.

REGVLA LIX.

PRæsumptionem iuris admittere probationem incontrarium.

PRO.

Sup. 6. q. 1. in præsentium.
Sup. 35. q. 4. extraordinaria.
Ext. de re nunc. su per re & c. in præsentia.
Ext. de præsump. quia verisimile.
Ext. de rest. spo. audita. & c. 1.
ff. de nego. gest. alimenta.
ff. de don. inter virum & vx. etiam.
ff. de his quæ vi. met. non est verisimile.

CONTRA.

Ext. qui mat. accus. pos. Insuper.
Ext. de relig. & transeun. ad relig. viduæ.
Ext. de condi. appo. per tuas.
Sup. 37. q. 1. vidua.
C. de macedon. l. vlt. in fi.
C. de rei vxo. ac l. vna.
ff. de adopt. l. his verbis.

SOLVTIO.

VBi ius super certo facto fingit aliter quàm veritas in se habet. vt si aliquis reuertatur ex captiuitate, fingit ius ipsum non fuisse in captinitate. vt Insti. quib. mod. ius pat. post sol. §. ab hostibus. in huiusmodi casu, non admittitur probatio in contrarium. Si verò præsumit super facto incerto, admittitur probatio in contrarium. vt in illa. quia verisimile. nisi expressè aliud in iure reperiatur cautum. Tunc enim nō admittitur. vt C. ad Macedo. l. fin. & in illa. insuper. nisi ipsum ius dixerit talem probationem in contrariā esse admittenda vt in illa. alimenta. In summa, semper admittitur probatio in contrarium: nisi in casibus specialibus, vbi ius dicit probationem non admitti. vt in illa. vidua.

REGVLA LX.

ID solùm computari in fructibus, quod deductis expensis, superest.

PRO.

Ext. de vsur. plures.
Ext. de iureiur. ad nostram.
Sup. 12. vobis enim & famæ.
ff. famil. ercis. fundus.
ff. de pet. hæred. si à patre. §. vlt.
C. de fruc. & lit. expen. L. 1.

CONTRA.

Ext. de decimis. cum homines. & c. non est &. c. pastoralis.

SOLVTIO.

DEducūtur sumptus ex fructibus in personali actione reali. vt ff. solut. matri. fructus. Similiter in actione reali. vt. C. de fruc. & lit. expē. L. 1. & 2. & in mixta. vt in illa. si à parte. fallit autē in decimis prædialibus: cū Dominus eas in signū vniuersalis dominij retinuerit. vt ex et. de decim. cum non sit. In personalibus tamen dicimis: puta in mercibus emptis de pecunia decimata locum habet, quod hic dicitur. vt in illa pastoralis.

REGVLA LXI.

FIdem non, fides seruanda non est.

PRO.

Ext. de mut. petit. c. 1.
Ext. de iureiur. preuenit.
Ext. de diuort. significasti.
Ext. de adult. intelleximus.
Ext. de relig. dom. constitutus.
Sup. 95. dist. esto subiectus.
Sup. 32. q. 6. nihil iniquius.
C. de transac. si quis maior.

CONTRA.

Sup. 23. q. 1. noli.
Sup. 22. q. 4. innocens.
Sup. 33. q. 5. quod deo.
Sup. 10. q. 2. §. hoc ius porrectum. & §. quod vero res.

SOLVTIO.

FIdem non seruanti, non est fides seruanda, si per fidem illam taliter præstitam fuerit obligati, quod ab illa obligatione consensu vtriusq; posint recedere tacitè, vel expressè: vt in contractibus fieri consueuit. Siautem obligatio fuerit talis, quòd etiam cum voluntate exequi fidem dederint: dessolui non potest, quāuis alter nō seruet fidem, non tamen ideo residuus exoneratur ab obligatione. vt in c. quod deo.

REGVLA

REGVLA LXII.

QVòd dignitas delinquentis peccatum auget.

PRO.

Sup.L.dist.sanctitas.
Sup.40.dist.homo Christianus.
Sup.25.q.1.nulli fas est.
Sup.31.q.qui viderit.
Sup.11.q.3.præcipue.
Ext.de iureiur.cum quidam.quod deo.
ff.de re.milita.omne delictum.§.augetur.

CONTRA.

Ext.1.q.1.quicquid.
Sup.1.q.3.saluator.
Sup.24.q.1.qui contra pacem.
ff.de pœnis maiores.
C.vt nemu priua,tit.su.pos.L.2.

SOLVTIO.

IN quantitate contemptus, metitur deus quantitatem dilecti, tantumque seruitur iustus, quantum amat. vt 6.q.1.§.cum.ergo.similiter.tantū peccat quis quantum contemnit. Quantò verò quis est maior, tantò magis contemnere præsumitur. & sic intelligitur prima Rubrica. Pena verò pecuniaria, vel spiritualis maior imponitur nobili, quam ignobili. vt C. de iudic. properando. §. sic quod. sed corporalis maior imponitur ignobili: Inst.de publ.iudic.§.lex corn.contra.35. distin. ante omnia.

REGVLA LXIII.

NVlla pestis efficacior, quam familiaris inimicus.

PRO.

C.de donat.lata a iam.
a text. da ta iam. Ext.de rescrip.nihil prodest.
Ext.de hæreti.cum ex inimico.
Sup.12.q.1.certo ego sum.
Sup.93.dist.si inimicus.
Sup.18.q.2.quibus.

CONTRA.

Sup.32.q.4.nemo.
Sup.30.q.5.si quis præsbiter.
Sup.36.q.6.c.vlt.
Ext.de renun.cum iam pridem.

SOLVTIO.

PRima regula vera est, nec fallit. Nam non est deterior hostis quàm familiaris inimicus: & nihil erit neque est asperius, quam simulatus amor: quia hostis incognitus, si est familiaris, nō potest caueri: à manifestu hoste facilius cauetur. vnde dicitur. Iacula præuisa minus feriunt: exorbitantia non tangunt punctum.

REGVLA LXIIII.

VAcantem ecclesiam conueniri non posse.

PRO.

Ext.ne sed.vacan.c.1.
Ext.de elect.auditis.
Ext.de prescrip.de quarta.
Sup.10.q.2.si qua rebus.& c.precariæ.

CONTRA.

Sup.12.q.2.vobis enim & famæ.
ff de minor.ait prætor.§.1.
ff.de tutel.l.3.§.1.
Inst.de curato.§.inuitum.
ff.quib.ex caus.in poss.hoc autem locum.& L.fulcinius.§.adeo.

SOLVTIO.

PRæscriptio cessat vacante ecclesiæ: & continuatur tempus præscriptionis, quod cœpit currere in vita prioris prælati, sub dicto de medio tempore vacationis ecclesiæ. vt in illa. auditis. Poterit nihil ominus medio tempore rem alterius præscribere: ne torqueatur in eius læsionem, quod introductum est in fauorē ipsius. vt C.de legibus.& const.quod fauore. Sed cōuenire poterit, & necesse habebit respondere, & petere curatorem, siue actorem: sicut fit in minore. vt inst. de curat. §.inuitum. Ecclesia enim vtitur iure minoris ext.de in teg.restit.requisiuit.

REGVLA LXV.

SEcundum canones actionem nō esse exprimendā.

PRO.

Ext.de iudic.dilecti sibi.
Ext.de dol.& contuma.c.1.
Ext.de excep.pastoralis.

CONTRA.

Ext.de posito.grauis.
Ext.de iud.examinata.
Ext.de mut.pet.ex literis.
Sup.11.q.1.relatum.
ff.de admi.tut.quotiens.§.item si personali.

SOLVTIO.

DE iure canonico nullum dicimus esse compellendū edere actionem. Si tamen voluntariè edat, repetenda est. vt in illa examinata. & idem est interdictis. vt ext.de restitut.spol.cum ad sedem. In contrarjis autem causa exprimenda est. ex qua nascitur actio petendi, quod debetur petenti. vt instit.de actionib.in princ. talem enim actionem scilicet, causam petendi debemus exprimere, non autem nomen actionis. Vt peto à te hoc. vel illud actione exempto.sed ita. Peto à te hoc, vel illud quia vendidisti mihi.

REGVLA LXVI.

QVod induciæ sunt arbitrariæ.

PRO.

ff.de iudic.nonnunquam.
C.de dilat.siue pars.
Sup.5.q.3.si ægrotans.
Ext.de appel.cum sit Romana.
Ext.de sen.& re.iud.quod ad consulatationem.

CONTRA.

ff.de re.iud.L.condemnatus. a §.si quis condemnatus. a [illegible]
C.de dilatio.L.1.
In Auth.Constit.quæ dignita.§.illud.
Sup.3.q.3.§.spacium.
Sup.28.dist.de his.
Ext.de offi.deleg.de causis.

SOLVTIO.

OMnes induciæ, quę iudicis officio cōceduntur, possunt moderari, sed non illæ, quæ præter iudicis officium iure tribuuntur: vt est tempus deputatum ad appellādum: vt tempus ad petendum restitutionem in integrum. Quando autem iudex abbreuiat tempus prę fissum à lege, ex causa debet hoc facere. Si aūt sine iusta causa hoc faceret, & pars quæ grauatur per assignationem illius termini, contradiceret: ei illud, quod iudex subtraxit de ligitimo tēpore, supplebitur per legem. vt in illo. §. si quis condemnatus. Si autem pars quæ grauatur, non contradixerit: intelligitur acquieuisse, & iuris beneficium contempsisse. vt in illa. & quod ad consultationem.

REGVLA LXVII.

VIndicari delicta etiam admonitione non præcedente.

PRO.

Sup.11.q.1.statuimus.
Sup.28.q.1.si custos.
Sup.17.q.4.si quis suadente.
Ext.de app.cū sit.Romana.& c.reprehēsibilis.
Ext.de simon.licet Heli.

CONTRA.

Ext.de sen.excom.sacro.

Sup.

Sup.x1.q.2.indigne.
Sup.2.q.vij.si quis erga.
Sup.16.q.6.omnes decimæ.

SOLVTIO.

SEmper admonitio præcedere debet vindictam inferendam à iudice etiam in notorijs criminibus. vt in illa. sacro. A iure verò bene infertur pœna absque admonitione. vt in illa. si quis suadente.

REGVLA LXVIII.

CVrrere tempus à tempore scientiæ, potentiæ.

PRO.

ff.de calumniat.annus.
ff.de edil.edic.cum sex.
Ext.de appel.ex rationa. & c.super eo.
Sup.2.q.6.biduum.§.si aduersus.
C.de edil.act.cum proponas.

CONTRA.

Ext.de præscrip.vigilanti.
C.de long.tempo.præscript.L.vlti.
C.de anna.except.L.1.
ff.de his qui notan.infa.genero.
ff.de serui.rustic.præd.& Atilicinus.
ff.quemadmodū.serui.amit.si locus.

SOLVTIO.

NOta quod tēpus aliud sit vtile, alud cōtinuum vtile non currit, nisi ei, qui habet copiam experiundi, agendi ue.ff.de diuer.temp.præscript.l.j.In quo casu currit tempus à tēpore scientiæ. quia non videtur habuisse potestatem agendi, qui ignorauit. vt ff. de ædili.edi.cum sex. Tempus autem continuum est, in quo disferiati, & non feriati currunt. & hoc tempus cedit ignoranti.vt in illa.generato.& habet locum in vsucapionibus & præscriptionibus.nisi minor ætas aliud inducat.C.quibus ex causis in integ.resti. non.l.si.vel patria potestas. vt C. anna.except.l.j.vel alia, quæ in casibus à iure notatis præscriptionem impediunt.

REGLA LXIX.

DEterminatio præmissa in sequenti clausula non refertur.

PRO.

Ext.de donat.cum dilecti filij.
ff.de fideicomes.liberta.l.vlt.
ff.de verbo.signif.l.si cum fundum.
ff.de verbo.oblig.doli clausula.
ff.qui ex causa ma.sed & si.§.deinde.

CONTRA.

Ext.de appel.requiris.
Sup.32.q.2. Apostolus.
Inst.ad l.aquil.§.hoc autem.
Iust.de vulg.& pub.substit.§.si ex disparibus.
ff.de lega.1.seruus plurium.§.vlt.

SOLVTIO.

VBi articuli coniunctim collocantur. in rescripto & sic inuenitur determinatio posita in præcedētibus: repetita intelligitur in subsequentibus. vt in illa. secūdò requiris. Secus erit, si diuisim.

REGVLA LXX.

AVthoritatem principis vel regis excusare.

PRO.

Ext.de app.cum parati.
Sup.12.q.2.de rebus.
Sup.24.eo.vlt.si nobis.
Sup.43.dist.Solonitanæ.

CONTRA

Sup.6.q.1.in canonibus.
Sup.16.q.8.decimas
Sup.23.q.vlti.quoausu.
Sup.16.q.vlt.sane.

SOLVTIO.

SI clericus habeat regalia à rege, licet sit prælatus ecclesiæ, tenetur ire ad regem, si prius vocetur ab eo, quàm ab episcopo. vt 18.dist.si episcopus.metropolitanus. Si autem vocaretur propter causam spiritualem à Papa, licet prius vocatus sit à rege, tenetur ire ad Papam. neque in eadem causa propter hoc contumax potest iudicari: cum adsumi tribunal vocatus inerit vt.ff. de re iud.contumacia.§.contumaces.

REGVLA LXXI.

QVòd admittur quis testis in causa, in qua fuit iudex.

PRO.

Ext.de testibus.cum à nobis.
Ext.de accusa.cum dilectus.
Ext.de proba.post cessionem.

CONTRA.

Sup.4.q.4.c.1.
Sup.2.q.7.statuendum.
Ext.de appel.postremo.
C.de asser.toll.nemo.
ff.de test.l.vlt.

SOLVTIO.

NOn audiuntur iudices quotiens super quæstione illa, in qua fuerunt iudices, volunt testificari: sed in his, quæ acta sunt in præsentia ipsorum, credetur eorum dictis: sed illis aut eius scriptis præferuntur duo testes iurati.vt in c.cum à nobis. Hodie non creditur indici, nisi quatenus eius acta legitimis constiterit documentis.vt ext.de probat.quoniam contra.

REGVLA LXXII.

VIm vi repellere licet.

PRO.

Ext.de rest.spol.olim.
Ext.de sen. excom. si vero aliquis.
Sup.dist.1.ius naturale.
ff.de iudi.& iur.vt vim.
ff.de vi.& vi arm.l.j.§.vim vi.
Sup.dist.xlv.& qui emendat.

CONTRA.

Sup.23.q.1.§.1.
Sup.24.q.1§.1.
Sup.46.distin.seditinnarios.
Sup.24.q.4.inter querelas.
C.de iudi.nullus.

SOLVTIO.

VLcisci non licet.vt in his contrarijs. sed vim repellere, & castigare licet. vt in primis concordantijs. dummodo fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ. vt C.vnde vi.l.1.

REGVLA LXXIII.

NOn tenere appellationem in his, quæ dilationem non capiunt.

PRO.

Ext.de appel.qua fronte.
Sup. 2. q.6. ei qui appellat.§. definitiua.§. si quis etiam.&.§.sequente.
In auth. vt cum de appellat.cognosci.§.meminimus.colum.8.
ff.de rescind.l.vlt.

CONTRA.

Ext.de ap.consuluit.&.c.peruenit.
Sup.2.appellatione inter.
ff.penden.app.innoua.l.1.

SOLVTIO

SOLVTIO.

VBi quis habet beneficium ne condemnetur, niſi quatenus facere poſsit, tunc habet locum regula. item cum promiſi generaliter ſtare mãdato alterius. vt in illa.quintaualiis. Aliter difficultas ſolutionis ad commodum pertinet promiſſoris. vt in illa continuus. ſuperior pares regula, quæ dicit id tantum fieri poſſe intelligi, quo iure fiet: habet locum in his, quæ ius deſiderant.vt in contrarijs productis,& ſimilibus.quæ niſi iure fiant,non tenent vt C.de leg.& conſtit.non dubiū. Secus in his,in quibus deſideratur factum: vt in acquiſitione poſſeſsionis: Nam etiam prædo eam acquirit: vt in illa. in literis.

REGLA LXXX.

PActum de ſucceſsione futura eſſe illicitum:

PRO.

C.de pact.l.vlt.
C.de inutil.ſtip.ex eo.
Ext.de conceſ.præben.nulla. & c. ex tenore & c.relatum.

CONTRA.

Ext.de præben. & dig.relatum.
Ext.de conceſ.præbend.propoſuit.
ff.pro ſocio.l.4.§.de illo.

SOLVTIO.

DIcunt quidam, ꝙ in genere poteſt fieri promiſsio beneficij nõ vacãtis: vt puta ſi dicat quis promitto tibi beneficium. arg. illius.l.ff. pro ſocio. l.3. vbi valet pactum de futura hæreditate in genere. Sed hæc ſolutior reprobatur.ext.de conceſ.præbend.c.vlt. Alij dicunt, quòd cum conſenſu illius perſonæ, cuius beneficium promittitur valet promiſsio. vt C.de pact.poſt quam. Sed nihil eſt, quod dicunt. quia dicit decretal. quòd non valeat promiſsio beneficij non vacantis, nec aliqua inde oriatur obligatio,cum ſit contra decreta Lateranenſis cõcilij: vt in c.ex tenore. Quidam tamen dixerunt, quod licet promittens non obligetur ad illud beneficium,teneri tamen ad intereſſe.

REGVLA LXXXI.

A Maiori argumentum duci.

PRO.

Arg.31.diſt.tenere.
Sup.59.diſt.ſi officia.
Sup.3.q.3.de iudicijs.
Sup.28.diſt.ſi laicis.
Ext.de elec.cum in cunctis.
Ext.de conceſ.præben.non vacan.nulla §.vlt.

CONTRA A MINORI.

ff.de interdictis & releg.relegatorum.
ff.de ſeruis export.ne cum pacto.
Ext.de paroec.& alie.paroecia.nullus.
Sup.8.q.3.nullus.

SOLVTIO.

ARgumentum à maiori ſequitur,ſi aſſumam affirmã do ſic. Conceditur huic quod maius eſt: ergo cõceſſum intelligitur illud, quod minus eſt. vt ex .de decimis. ex parte. ſi ſit eiuſdem cenſuræ cuius eſt illud, quod ex preſſe intelligitur. Argumentum autem à minori aſſumitur negando ſic. Negatur huic quod minus eſt. ergo negatũ intelligitur illud. quod maius eſt: ſecundũ regulam iſtam. Qui indignus eſt inferiori,ordine, indignus eſt ſuperiori.vt ff.de ſenato.qui indignus.

REGVLA LXXXII.

AB exemplis, & ſcripturis infideliũ argumenta ſumi.

PRO.

Sup.1.q.1.Dominus.
Sup.3.q.2.queſta eſt.
Sup.21.diſt.ſubmittitur.
Sup.37.diſt.ſi.quid veri.
Ext.de conceſ.benefi.non vacan.nulla.

CONTRA.

Sup.26.q.2.non exemplo.
Sup.13.q.4.ipſa pietas.
Ext.ſciſmatic.fraternitatis.
C.de legib. & conſtir.non exemplo.

SOLVTIO.

ARgumentum ab a exemplis & inſtituitis infidelium contra eoſdem ad intelligentiam ſcripturarum, & ad eorum vanitatem reuincẽdum valet vt in illa.ſi quid veri. Non enim ſunt pernicioſiora tela aduerſus hoſtes quam quæ è pharetris ipſorum extrahuntur.

a Euidens eſt teſtimonium, cum quis ſe ipſo teſte conuincitur.

REGVLA LXXXIII.

QVòd ſucceſſor poſt reuocare factum prædeceſſoris.

PRO.

Ext.de elec.noſti.
Ext.de præcar.c.2.
Sup.1.q.2. & ſi illi.
Sup.15.q.1.deceſſor.
Sup.55.diſt.pœnitentes.
Ext.de his quæ fiunt à præla.c.cum nos.
Sup.35.q.11.quod quis commiſerit.

CONTRA.

Ext.de elec.innotuit.§.par in parem.
Ext.de cleri.coniug.diuerſis.
Ext.de fil.præsbyte.demens.
Ext.ne ſed vacan.c.vnico.
Sup.25.q.2.ſi ea.
ff.de arbit.nam magiſtratus.
ff.de excep.rei iudic.l.1.§.2.

SOLVTIO.

QVod bene fit à prædeceſſore, non debet euertere, ſed poteſt confirmare ſucceſſor.vt ext.de ſolut. c.1.Quod autem male fit, poteſt reuocare. vt in concordantijs in priori parte aſsignatis. Nec poteſt ei præſcriptio opponi ex tempore quod currit ante tempus alienantis.vt.16.q.3.ſi ſacerdotes.

REGVLA LXXXIIII.

QVod ab initio non valuit, ex poſt facto conualeſcit.

PRO.

Ext.de donat.apoſtolicæ.
Ext.de conuerſ.coniug.placet.
Ext.de eo qui dux.in mat.c.1.
Sup.16.q.3.ſi ſacerdotes.
Ext.de his.quæ fi.à præla.cum nos.

CONTRA.

Sup.16.q.3.§.poteſt.
Sup.10.diſt.vides.
Ext.de electi.auditis.
ff.de verb.oblig.inter ſtipulantem.§.ſacram.
ff.de act. & ob.obligationes.
ff.de reg.quod ab initio.

SOLVTO.

SI initium alicuius rei ſit vitioſum, quia non interuenit conſenſus eorum qui conſentire debeant, & poſtea adhibeatur eorum conſenſus, quorum deſiderabatur.accedente conſenſu confirmabitur id,quod actũ eſt prius. vt in illa. cum nos. Sed ſi rei initium bonum erat,ſolus diſſenſus non reddet vitioſum: quamuis alius conſenſus diſſentientium poſſet remouere initium vt in illa.

in illa. auditis. Si autem ideo fit vitiosum, quia res de qua agitur, contra ius facta est: tunc res non conualescit tractu temporis. vt in illa. quod ab initio. & in c. vides exceptis casibus nonnullis in quibus contrarium exprimitur in iure.

REGVLA LXXXV.

AD quem spectat onus, & emolumentum.

PRO.

Sup.2.q.2.caritatem.
Sup.6.q.6.de lapsis.
Ext.de simo.cum sit Romana.
Ext.de sepul.nos instituta.
Ext.de his quæ fi.à prælat.quando.
Ext.de ecclsiast.ben.c.vnico.
Ext.de præbend.cum secundum apostolum.
Inst.de legit.patro.tut.in fi.
ff.de reg.iur.secundum naturam.

CONTRA.

Ext.de cleri.ægro.c.1.
Sup.30.q.3.constituit.
ff.de nego.gest.si negotia absentis.

SOLVTIO.

PRima regula vera est. ad quem spectat onus, & emolumentum: nisi aliud culpa inducat. Nam si geram noua negotia absentis & ignorantis: lucrum pertinebit ad absentem, sed damnum agnoscere non tenetur, quia ego fui in culpa, noua & inusitata negotia incboando. vt in illa. si negotia. E conuerso obtinet regula. ad quem spectat emolumentum, & onus fallit tamen in casibus vbi scilicet is, qui debet habere emolumentũ sine culpa sua efficitur inhabilis ad onus subeundum. vt ext. de cleri. ęgro. c. 1. Item fallit propter fragilitatem sexus in muliere, quæ vocatur ad successionem manumisti à se, nec tamen suscipere tutelam cogitur. vt Instit. de legit. patro. tute. in fin.

REGVLA LXXXVI.

OFficium suum nemini debet esse damnosum.

PRO.

Ext.de fideiuss.peruenit.
ff.quibus ex caus.maio.videlicet.
ff.de furt.seruus.§.qui vero.
ff.quemadmo.test.aperi.si quos ex liberis

CONTRA.

Sup.7.q.1.constitutum.
Sup.10.q.2.§.hoc [b] ius.
Ext.de postul.

b In edito iure Pōtif. est initium. Ea enim.

SOLVTIO.

REgulariter obtinet prima pars. Rubricæ. contraria sunt casualia ex circunstātijs: & ita restringunt regulam.

REGVLA LXXXVII.

LEges non esse allegandas in foro [a] ecclesiastico.

a Quid appelles forũ ecclesiasticũ, et quas causas ad illud reuocet, ex subsequentibus apparet.

PRO.

Ext.de iur.calum.literas.
Ext.de testib.relatum. & c.cum esses.
Sup.27.dist.sunt qui dicunt.
Sup.de confec.di.3.celebritatem.

CONTRA.

Sup.24.q.3.de illicita.
Sup.10.dist.lege.
Ext.de noui oper.nuntia.intelleximus.

SOLVTIO.

NOn est vtendum legibus Imperatorum in controuersijs ecclesiasticis, vbi lex diuina siue canonica contradicit: quoniam lex Imp. non est supra legem dei, sed subtus. Alioquin vtendum est illis. vt in c. lege. & ext. de consti. c. 1. & dist. 10. c. 2.

REGVLA LXXXVIII.

QVòd non valet vt ago, valet vt valere potest.

PRO.

Ext.de testib.nos quidem.
Ext.de verb.sign.abbate.
Ext.de spon.impuber.tuæ.
ff.de seruit.si tam.angusti.
ff.de vsu & habita.diuus.
ff.de pact.si vn s.§.penul.
ff.de testa.milit.si miles quid destinauerat.

CONTRA.

Ext.de offic.delegati.cum super abbatia.
Ext.de despon.impuber.de illis.
C.de codicil.l.vlt.§.vlt.
ff.de thesaur.ex ea scriptura.
ff.de acceptil.an inutilis.

SOLVTIO.

SI is, qui agit nullo alio modo voluit rem valere, nisi eo modo, quo tunc ex primebatur, vel intendebant: locum habet hæc regula. Voluntas porrò sua talis esse præsumitur quandoque ex verbis legis, quandoque ex forma contractus. Vbi verò hæc præsumi non possunt, contrariam regulam credo obtinere.

REGVLA LXXXIX.

QVòd quis possit iudicari post mortem.

PRO.

Ext.de hæret.si quis episcopus.
Ext.de stat.monach.c.2.
Ext.de sepultu.fraternitatem.
Sup.21.q.3.Cyprianus.
Sup.88.dist.neque apud.
Sup.23.q.2.sane proscretur.

CONTRA.

Sup.23.q.2.sanè.
Sup.24.q.2.in princ.quodcunque.
Sup.23.dist.quorundam.
Sup.23.q.2.adeo verè.
C.si pend.appell.mors inter.si quis.

SOLVTIO.

REgulariter de crimine defuncti queri non potest, quia crimina morte extinguuntur. vt in illa. si quis. fallit hoc in crimine hæreseos. vt in c. sane. & in illo, qui hereticum instituit hæredem. vt in illa. si quis episcopus. Quidam. excipiunt casum lesæ maiestatis. vt C. ad l. Iul. maiest. l. vlt. & casum Apostasiæ. vt C. de heret. manicheos. & causam reputandarum. vt ff. de accusa. ex publicorum. Verum in illis agitur ciuiliter ratione bonorum: sicut agitur gratia filiorum de adulterio. vt ext. qui. fil. sint legiti. causam. & gratia rerum restituendarum de rapina. vt ext. de rapt. in literis. Item pro manifesto mortali peccato, in quo decedit quis, potest ei negari sacramentum.

REGVLA XC.

NOn licet nobis definire, quod definitum est.

PRO.

Sup.2.q.5.consuluisti.
Sup.31.q.1.quoq si dormierit.
Ext.de sepultu.quia de vxore.
Ext.de translac.inter corporalia.
ff.publician.de precio.
Sup.12.dist.præceptis.
Sup.25.q.1.sunt quidam.

CONTRA.

Sup.de confec.dist.2.liquido.
Sup.33.q.2.quos deus.
Sup.28.q.1.idololatria.
Sup.23.q.4.si liceret.

300

REGVLA XCI.

Famam esse seruandam.

PRO.

Sup.2.q.2.nolo.
Sup.11.q.3.non sunt.
Sup.de consec.dist.5.iubemus.
Ext.de decimis suggestum.

CONTRA.

Sup.11q.3.cui est illata. & c.senti.c. in cunctis. & cap.custodi. & cap.inter verba.

SOLVTIO.

SI possibile sit alicui conseruare famam suam, & non seruat, crudelis est. vt in c.nolo. Si autem homines ita sunt animati ad suspicandum cōtra aliquem, vt nullo modo à cordibus remouere posśint suspicationem: tunc sufficit si conscientiā puram habet is, cuius fama denigratur. vt in c.senti.

REGVLA XCII.

AB exemplis esse argumentandum, & in vita procedendum.

PRO.

Sup.20.dist.c.vlt.
Sup.1.q.1.conuenientibus.
Sup.7.q.1.omnis qui.
Sup.8.q.2.Lugdunensis.
Sup.16.q.1.sunt nonnulli.
Sup.22.q.2.noueritis.
Sup.37.dist.quid de mensa.
Sup.12.dist.de his.

CONTRA.

Sup.14.q.5.dixit dominus.
Sup.22.q.quis per vetus.
Sup.33.q.4.est in lege.
Sup.de consec.dist.2.liquido.
Sup.22.q.2.non statim.
C.de sent. & interloc.non exemplis.

SOLVTIO.

EXempla sanctorū etiam in iudicijs sequenda sunt, vt 20.dist.c.vlti. nisi per aliquam scripturam b certa de causa prohibeatur nobis, ne sequamur illud exemplum sanctorum. vt in c.non statim. Quod autem dicitur exemplis non esse iudicandum. vt in illa.non exemplis. verum est de exemplis priuatorum. Exempla autem sanctorum pro iure habentur, vt exemplū principis vt ext.de sen.& re iud.in causis. Exempla autem veteris testamēti moralia sequimur ad literam: sacramētalia non ad literam, sed ad intellectum institutorum: cæremonialia nullo modo obseruamus. vt 5.dist.§.ex his

b Vitia sanctorum imitanda non sunt imitanda.

REGVLA XCIII.

QVod quisque iuris in alterum statuit, eodem vti debet.

PRO.

Sup.1.dist.in princ.
Ext.de decimis.cum nobis.
Ext.de mut.pet.c.1. & 2.
Sup.19.dist.c.2.§.1
ff.quisque.iur.per totum.
Sup.4.q.3.placuit.§.item in criminali.§.si quis.

CONTRA.

Sup.10.dist.imperator.
Sup.2.q.7.si hæreticus.
Sup.37.dist.si quid veri.
Sup.16.q.1.hinc est.
Sup.26.q.1.non exemplo.
C.de leg & constit.quod fauore.

SOLVTIO.

VBi quis impetrat aliquod ius contra aliquem, idem contra se deinde admittere debet. vt in prima parte rubricæ. At quando princeps motu proprio aliquod beneficium concedit, nō potest illud in eius læsionem retorqueri. vt patet in contrarijs. & ff.quod quisq; iur. l.3. Quod aūt dicitur, quod priuilegium personam non transgreditur. vt in ff.de iur.nat.gent.& c.1.§.quia plane. Verū est, quod non transgreditur ita quod alius vtatur eo tanquam priuilegio, sed vtitur eo tanquā beneficio iure communi indulto, velut vsura iuris iniqui impetrati ab aliquo illi, contra quem impetratum est.

REGVLA XCIIII.

SImulationem non esse admittendam.

PRO.

Ext.de electio.causam.
Sup.22.q.vlt.quotiens.
Sup.27.dist.quod interrogasti.
Ext.de regular. & transe.vidua. & c.vt clerici.

CONTRA.

Sup.22.q.2.articulo. & c.quod ait.
Ext.quod me.causa.per latum.
Ext.de conuers.coniug.charissimi.

SOLVTIO.

SImulatio ad deceptionem vitandum licita est, quia non dolum committit, qui fraudem excludit. ff. de lega.2.cum pater. simulatio autem ad circumueniendū & fallendum alium adhibita, est illicita. vt in c.vidua. & c.quotiens.

REGVLA XCV.

NOn dicitur factum, quod non durat factum.

PRO.

Sup.1.q.2.constat.
Ext.de verb.sig.nam & ego.
Ext.de regular.& transf.ad nostram.
ff.de in rem verso.si pro patre.§.verum.

CONTRA.

Ext.de despon.impub.de illis.
Sup.32.q.5.horrendus.
C.de contrahen.empt.non idcirco.
C.de transac. quamuis.
C.de act. & oblig.sicut initio.
ff.de seruit.rust.prædio.per fundum.
C.communia prædio.receptum.

SOLVTIO.

QVod semel factum est, non potest fieri non factū. vt.ff.de capt.& post limi.reuer.in bello.§.facte. & qui semel contraxit, si cōtractus sit nominatus, non non potest resilire ab eo. vt in illa quamuis. & l.non idcirco. Idem est in matrimonio. In voto autē permittit ius pœnitere in fra annum. In contractibus vero innominatis habet locum pœnitentia. vt ff.de condict.causa si pecuniam, & interdum in crimine singulariter commisso, si cito corrigatur. vt de pœni.dist.1.§.diuorcium Quandoq; & per pœnitentiam nō desinit delinquens esse nocens. vt ff. de adilic.edic. Quid sit fugitiuus. Sed hoc verum est, quantum ad homines. qui præsumuntur malè versaturi, ex quo semel malè versati sunt. Quantū ad Deū desinit quilibet esse nocens per pœnitentiam. vt l.dist.ferrum.

REGVLA XCVI.

REm cœptam haberi pro impleta, & sufficere si cœpta sit.

PRO.

Ext.de eo qui mit.in pos.cum sicut.
Ext.de regular. & trans.significasti.
Sup.de pœni.dist.1.magna pietas.

ff.de postuland.l.1.
ff.de arbo.furt.cæsa.furtum.§. & si non.

CONTRA.

Sup.de pœni.dist.3.in cassum.
Ext.de renuncia.literas.
C.ad Syllania.cum Syllanianum.
ff.de verb.sig.soluendo. &.l.id apud.
ff.de iniur.l.item apud.§.abduxisse.
ff.de bon.libert.qui cum.§.accusasse.

SOLVTIO.

SVfficit quem habere voluntatem faciẽdi bonum: & si incipiat, & perficere non possit, perinde est, ac si perfecisset. Idem etiam si incipere nõ possit. vt de pœn. dist.1. votũ [a]. Idem obtinet in contractibus. vel quasi, quod si non stet per illum, qui aliquid perficere debet, quo minus perficiat, pro facto habetur. Quod quando que fallit. vt notatur in optima distinctione, quæ assiduè versatur in allegationibus & disputationibus decretistarũ. vt ext.de rescript.si quando. In delictis autẽ quandoq; reputatur voluntas aut incœptum pro facto licet effectus, aut perfectio non sequatur. vt not. supra sub illa regula.[b] Verba cum effectu sunt accipienda.

a In editis lib. citatur c. quis aliquando.§. que fallit. tem. vali.

b Reg.78

REGVLA XCVII.

POenas mutari, mitigari, ac tolli posse.

PRO.

Ext.vt lite non contest.quoniam.in fin.
Ext.de voto.c.1.& c.ex multa.
Sup.45.dist.omnes qui.
Sup.32.dist.præsbyter.
Sup.24.q.4.predest.
ff.de his qui not. infa. quid ergo.§.pœna grauior.
ff.de effract. & expilat.l.1.§.1.
ff.de pœnis.ad bestias.

CONTRA.

ff.de of.deleg.de causis.
Ext.de pœnis licet.
Sup.16.q.1.[a] omnes. & c. decima.
Sup.2.q.3.§.notandum.
Sup.4.dist.in istis.

a Non extat.

SOLVTIO.

DIcunt quidam pœnam in iure statutam, iudicem non posse mutare: quia pœna, persecutio legis arbitrio reseruatur, nõ autem iudicis. vt in §.notandum. Verius tamen est, pœnam posse mutari si pœna, in qua fit commutatio, magis sit deo accepta. vt ext.de voto. c.1.si modo commutetur, antequam infligatur. inflicta enim per sententiam non potest releuari. vt in §. notandum.

REGVLA XCVIII.

SEmel Deo dicatum non esse vlterius ad humanos vsus transferendum.

PRO.

Ext.de relig.dom.ad hæc.
Ext.de rerum permut.mancipia.
Sup.19.q.3.qui semel.
Sup.de conse.dist.1.altaris palla.

CONTRA.

Ext.de ser.non ord.nullus.
Sup.53.dist.ex antiquis.
Sup.11.q.1.statuimus.
Ext.de iudic.cum non ab homine.
C.de epis. & cleric.seruis.

SOLVTIO.

PRæmissa regula vera est, quia eiusmodi res diuini iuris esse cœperunt, & extra commercium hominum. Instit.de rer. diuis. §. sacræ. fallit.tamen in contrarijs, propter delictum consecratorum, qui propter excessum suum priuantur beneficio consecrationis, vt si seruus domino ignorante faciat se ordinari: quia delinquit in promotione sua, domino ignorante se permittendo promoueri, restituitur ad humanos vsus. vt in c.ex antiquis. & in libro, si promoueatur in clericum & delinquat, & sit incorrigibilis, traditur curiæ, vt seruiat vt in c.statuimus.

REGVLA XCIX.

NOn generare impedimentum, quod non sortitur effectum.

PRO.

Ext.de iur.patro.quod autem.
Ext.de app.constitutis.
Ext.de app.bonæ memoriæ.
Ext.de his quæ si à præla.fin.consi.c.2.
Ext.de despont.impuber.accessit & c.de illis.
Sup.27.q.2.lex diuina.
C.de manum.vind.neque.
Sup.de pœnit.dist.1.§.hæc autem verba.

CONTRA.

ff.de his qui nota.infam.quid ergo.
ff.quod.quisque iur.l.1.in fin.
Ext.de dignam.nuper.
Ext.de elec.considerauimus. & c.auditis. & c. intelleximus.
Ext.de spons. & mat.ad audientiam.
Sup.de conse.dist.4.quibus.
C.de l.Iul.de adulte.cum qui.

SOLVTIO.

PRima regula regulariter vera est illis actibus, in qui bus actus cum effectu desideratur: vt puta in electionibus rerum ecclesiæ. Si enim prima electio, vel alienatio sit nulla, & hoc sit notoriũ sequens propter illam non impeditur, vt in concordantijs in prima par te rubricæ positis. Alioquin debet secunda fieri, retractata prima per superiorem. vt in illa, considerauimus. In illis autem contractibus, in quibus actus solus sine effectu cõsideratur. vt est in illis, per quos irregularitas inducitur, licet actus ipso iure effectum non habeat, in induci tamen irregularitatem. vt in illa nuper.

REGVLA C.

LIte contestata nihil innouari posse.

PRO.

Sup.2.q.2.quia ea
Ext.de simo.accusatum.
Ext.de iur.patron.ex literis. & c.quoniam.
Ext.de eo qui dux.in mat.si gratum.
C.de asser.tolli.l.1.
C.quibus.ad liber.procla.non licet.l.vlt.
ff.de offi.præsid.senatus.
ff.qui satid.cog.fideiussor.§.fi.

CONTRA.

Sup.11.q.1.quia res.
Sup.32.dist.consulendum.
Sup.8.q.3.nonne.
Sup.15.q.vlt.c.vlt.
Ext.vt lite pen.à memoria. & c.laudabilem.
Ext.de confir.vti.vel inuuti.c.2.

SOLVTIO.

REgulare est, quòd lite contestata ante sententiam nihil sit innouandũ, & tuendus sit possessor in sua possessione vsque ad sententiam. vt in concordantijs proximè positis. Iura autem b quæ in priori parte posi ta sunt, exceptiones sunt, quia ius patronatus sequestra tum intelligitur lite pendente. vt in illa. quoniam. item accusatus de symonia suspẽditur ante sententiam. vt in illa, accusatum. Item accusatus de dilapidatione, si præsumptiones aliquę sint contra ipsum. vt in illa. quia ea. & fortè cum agitur de aliquo impedimento pe[illegible]

vt in illa.significauit. Item vbi agitur contra priuilegiatum, cogitur litem contestari, & posteà sequestrabitur res, sicut cõtingit in familia indicis. vt in illa.senatus. Itẽ si agatur contra suspectũm de fuga, nec posit cauere. vt in illa. fideiussor. §.fi. quia sequestrabitur res. Idem in illo, qui proclamat ad libertatẽ, quia peculium eius sequestrabitur, vt C.de asser.toll.l.1.

REGVLA CI.

Locum esse pœnitentiæ in actibus hominum.

Pro.

Ext.de iur.patron.quod autem.
Ext.de regula. & transeun.ad nostram.
Ext.de præbend. & dig.cum non ignores.c. & c. cum iam dudum.
ff.de condic.causa dat.l.dedi. & l.si pecuniam.
ff.de iurisd.om.iud.si conuenerit.

Contra.

a In editis lib. c. ... tem.

Ext.de iur.patron.c cum aduocatus.
Ext.de conces.præbend. vel eccles.non vac. cum pro quæstione.
Ext.de præbend. & dignita.cum pro illorum.
Sup.32.q.5.horrendas.
C.de transac.quamuis.
C.de ac. & oblig.sicut.
C.de contrahend.empt.non idcirco.
C.si mancip.ita fue.aliena.si is quis.

Solvtio.

a Sup. Reg.95.

Hviusmodi generale tangitur in illo generali. a Non dicitur factum, quod non durat factum. Sanè regula ista obtenet in contractibus in nominatis & in his, quæ in fauorem nostrum tantumodũ introducta sunt quia in illis pœnitere possumus. & generaliter illud obtinet in dilectis: quia omnia dilecta per pœnitentiam tolluntur, quantum ad Deum. vt.1.q.7.si.quis omnem. Item in illis, quæ planè inchoata non sunt, vt si pasciscamur, vt adeamus iudicem, qui non est noster: possumus pœnitere ante litem contestatam. vt in illa. si conuenerit. & patronus potest pœnitere post præsentationem suam. vt in illa.cum aduocatus. & alium potest præsentare: quia antequam episcopus admiserit præsentatum, nullas vires habet præsentatio patroni. vt ext. de iur.patro.quod autem.

REGVLA CII.

In paritate locum esse gratificationi.

Pro.

Sup.63.dist.c.vlt.si forte.
Ext.de iur.patron.cum aduocatus.
ff.loca. & conduc.In naue.
ff.de relig. & sumpt.fu.l.vlt.
ff.de lega.2.si quis.seruum.§.si inter duos.
ff.de Senatuscon.Silania.si quis in graui.§.sed cum omnes.
ff.de bon.auct.iud.possess. si non ex pedirit. & l. in venditione.§.vlt.

Contra.

ff.de iureiur.creditore.§.si autem.
Ext.de iur patro.pastoralis.
Sup.12.q.2.cum deuotis.
Inst.de iusti.& iur.in prin.

Solvtio.

b Vide c. venerabilis. quod ... & ibi glo. in ver. ...

Vbi quis ex duobus æqualiter tenetur, omnibus considerans b potest gratificari, & alteri prius soluere. vt in illa, in naue. At vbi quis pluribus, debet aliquid facere, & simul petant, & omnibus simul factum illud exibere non possit, habebit locum gratificatio. vt in illa.si quis in graui,

REGVLA CIII.

Quod res transit cum onere suo.

Pro.

Ext.de testibus.c.1.in fi.
Ext.de decimis.cum non sit in fi.
Sup.15.q.1.si quis laicus.
ff.de contrahend.empt.alienatio.
ff.de acq.rer.dom.traditio.
ff.de donat.ad eum.§.1.
ff.de pactis.inter debitorem.
ff.de distract.pig.si debitor.

Contra.

Ext.de priuileg.porro.
Ext.de decimis.nouum.
ff.de contrahend.empt.l.vlt.
ff.de seruit.l.vlt.
ff.locat. & conduct.emptor.

Solvtio.

Onera transeuntia & rei cohærentia, transeunt cũ re: personalia non. Si tamẽ res transeat.ad priuilegiatũ, exoneratur priuilegiatus à prestatione onerũ, vt puta, si priuatus vẽdat possessionem suam hospitalarijs, licet apud priuatum sit possessio supposita solutioni decimarum, non erit apud hospitalarios. vt in illa.porro quia illi habent priuilegium de non soluendis decimis.

REGVLA CIIII.

Initium esse spectandum.

Pro.

Sup.3.q.11.placuit.
Sup.1.q.1.principatus.
Ext.de censi.scientes.in fi.
Sup.de pœnit.dist.1.§.hæc autem.
Sup.16.q.3.si à sacerdotibus. & §.potest.
ff.quod quisque iur.l.1.in fi.
Inst.de ingen.§.1.
C.de pig.act.nec creditores.
C.de præscrip.30.vel 40.an.malæ fidei.

Contra.

Ext.qui filij.sunt leg.tanta.
Ext.de renuncia.literas.
C.ad Syllania.l.vlt.
C.de emenda.Iustinian.C.in princ.
ff.de verb.sig.soluendo.
Sup.de pœn.dist.1.incassum. & c.proinde.
Medium esse spectandum.
Iuxta illud. Cum media semper gaudebam ludere forma.
Maior enim medijs gratia rebus inest.
Medium tenuere beati.
Medio tutissimus ibis.
Ext.de testi.cum tu fili.
Ext.de restit.spoli.literas.
Sup.10.q.2.hoc ius porrectum.
ff.si pars hæredi.pet.antiqui.
ff.de oper.ser.l.vlt.
ff.de ædil.edict.sciendum.§.illud.
ff.de verb.oblig.continuus.§.item qui insulam.
ff.de acq.rer.dom.adeo.§.cum quis ex aliena.

Solvtio.

In contractibus initium spectatur, quotiescunq; quæritur, an contractus valeat, an non Item in maleficio vel quasi, cum quæritur, an contrahatur ex eo obligatio pœna, vel non, & quanta in decret.& constitutionibus, & in quolibet negocio, ex quo posit actio oriri Nec obstat exemplũ de matrimonio Liæ cum Iacob. vt 28.q.1.§.nam.ibi & in consimilibus. ratihabitio re-

tro trahitur, & mandato comparatur: & sic initium spectatur. Neque obstat quod dicitur, medium esse spe ctandum, nam hoc locũ habet in dissensione opinionum, tum opinionẽ mediã auctoritas iudiciaria sequi debet. Item in promissionibus in genere factis, quæ ad mediocritatem reducendæ sunt, vt colligitur per concordantias. Nec obstat quod dicitur, finem seu euentũ considerandum esse. nam hoc locum habet, quando quæritur, an dederit quis, an non dederit, vel quando quis dedisse videatur, vel quando possederit, vel restituere, vel capere debuerit, vt in auth. de nupt. §. quia vero hactenus.

In diuersitate opinionũ mediam viã ingredi tutus est.

REGVLA CV.

NOn præsumi seruitium debitum, licet longo tempore sit præstitum.

PRO.

Ext. de censibus. peruenit.
Sup. 10. q. 3. quia. cognouimus.
C. de pact. si certis annis.
C. de vsur. si creditor.
C. de act. & oblig. obligationum. §. placet
ff. de agrico. & censi. litibus.
ff. de seruituti. seruitutes.
ff. de vsucapi. sequitur. §. vlt.

CONTRA.

Ext. de præscrip. de quarta.
Sup. 1. q. 3. quæsitum.
Sup. 18. q. 2. seruitium.
